R. 6774

# DE HISPANORVM PRIMOGENIORVM ORIGINE AC NATVRA

LIBRI QVATVOR,

Bibl.

AVCTORE LVDOVICO DE MOLINA

*Iuriſconſulto Hiſpano, in ſummo regnorum Caſtellæ ſenatu, gratiæ & Iuſtitiæ conſiliario, ac* PHILIPPI *II. Inuictiſſimi & Potentiſſimi Regis legato pro Regni Portugalliæ ſucceſſione.*

Nunc tertia ac poſtrema editione plurimis mendis quibus priores editiones ſcatebant, expurgati.

*Cum Indice tum capitum & locorum Iuris, tum rerum & ſententiarum locupletiſſimo.*

Colegio de la Compª de Jhs de Granada.



COLONIÆ,

Expenſis Ioannis Baptiſtæ Ciotti Senenſis.

*M. D. LXXXVIII.*

R. 6774

# DE HISPANORVM PRIMOGENIORVM ORIGINE AC NATVRA

LIBRI QVATVOR,

*AVTHORE LVDOVICO DE MOLINA*

*Iuriſconſulto Hiſpano, in ſummo regnorum Caſtellæ ſenatu, gratiæ & iuſtitiæ conſiliario, ac* PHILIPPI *II. Inuictiſſimi & Potentiſſimi Regis legato pro Regni Portugalliæ ſucceſſione.*

Bibl.

Nunc tertia ac poſtrema editione plurimis mendis quibus priores editiones ſcatebant, expurgati.

*Cum Indice tum capitum & locorum Iuris, tum rerum & ſententiarum locupletiſſimo.*

Del Collegio de la Compª de Jhs de Granada.



*COLONIÆ,*

Expenſis Ioannis Baptiſtæ Ciotti Senenſis.

*M. D. LXXXVIII.*

# PHILIPPO SECVNDO HISPANIARVM REGI CATHOLICO, REGVM OMNIVM MAXIMO ET POTENTISSIMO,

LVDOVICVS DE MOLINA IN SVO ſupremo Regio Senatu Conſiliarius.

*HISPANÆ nobilitatis amplitudinem cum animo meo ſæpenumero, Philippe Regum maxime, conſiderarem: non vulgaris admiratio ſubiit, quænam fuiſſet hominum noſtrorum obliuio, aut negligentia, vt de gentilitiis hæreditatibus, quas lingua noſtra (Mayoradgos) appellat, & quibus fermè tota nobilitatis dignitas, veluti quibuſdam immotis fundamentis aduerſus temporis iniuriam fulcitur, nihil noſtri literis prodiderint: cum præſertim aliæ nationes de rebus non tantæ authoritatis & momenti, quod apud eas in vſu crebro ſint, innumeros libros & tractatus ediderint. Quam multa Itali de feudis ſcripſerunt? Quam multa Galli de ſuorum Primogeniorum iure? Quod tamen noſtris Primogeniis eſt ſatis diſſimile. Protinus tamen communis illa cauſa mihi occurrit, quæ non ſolum hanc, de qua agimus animaduerſionem, ſed multa alia ſcitu digniſſima æternæ obliuioni tradita & ſepulta tenet: ea eſt auerſio noſtrorum ingeniorum res curioſas & veteres tractandi. Nam bellis olim Hiſpani aſſueti, cum iugum hoſtile excutere curarēt, quod generoſè & inclytè fecerunt, magis militaribus exercitiis, quàm rebus meditandis dediti fuerunt. Nunc tamen cum Hiſpanorum ingenia fœliciter emergant, & maiorum tuorum, & tuo in primis, Philippe Rex potentiſſime, beneficio, qui tum ingentibus, clariſſimiſque tuis factis, tum etiam conſiliis præſtantiſſimis diuturnam pacem nobis omnibus comparaſti, ſtudiis melioribus animos adiiciant, atque maiorum ſuorum monumenta inueſtigare tandem incipiant: cur hoc vnum, quod & præclarum & neceſſarium erat, non exemplo inquirere tentauerint, nondum poteram deprehendere. Sed tum demum hoc ipſum ſatis intellexi, cum rem totam altius perpendens, ſummam eius difficultatem perſpexi, ea enim omnes deterrebat, & in ipſo conatu animum fecerat ſuccumbere. Et me quo-*

*que eadem hæc difficultas animum profecto deſpondere coegiſſet: qui quamuis vnam hanc iuris ciuilis partem vnice explicatam cœperem, non tam tædio laboris, quam terrore commouebar. Cum autem non niſi ſero iam & lõgo progreſſu commentationis, huius rei difficultas ſe potuiſſet oſtendere magna mihi pars itineris iam erat cõfecta, cum quantum ſupereſſet cœpi proſpicere. Ne igitur multorum annorum labores mihi eſſent deſerendi & ingentem ſyluam quæ iam ſuccreuerat, incultam relinquere dolerem, obfirmare animum & quod reliquum erat perficere decreui, Hiſpaniámque noſtram hac in parte pro virili iuuare. Nam quamuis à me pro dignitate res tota non pertractetur: nõ deerunt meliora noſtratium ingenia, quæ hæc noſtra exactius proſequantur. Hoc autem quicquid eſt induſtriæ & laboris mei, ſtudiorum diuturnitate comparati, & publicæ vtilitatis cauſa ſuſcepti, tibi, Philippe Regum maxime, non ſponte ſolum (quod ſupplex facio) dicare conſtitui: ſed coactus pene tibi vni offerre compellor. Nam præterquàm quod Maieſtatis tuæ natura ſubditus, ingenti quæ tuæ beneficio per inſignes honorũ gradus inter tuos ſupremi Regii Senatus Conſiliarios cooptatus quicquid in literis tentare potui, tibi vni debui conſecrare: Regi Hiſpaniæ, quæ de Hiſpanorum Primogeniis diſputãtur merito debentur: cum Regnum ipſum Hiſpaniæ re vera ſupremum Primogenium ſit: Primogeniorum omnium caput, atque principium, & vnde, tanquam ex præſtantiſſimo exemplari, ad reliqua omnia, ius, prærogatiua firmitas, ſuccedendíque ratio planè deriuetur. Tua verò celſitudo ex ſuo iſto incomparabilis gloriæ & Maieſtatis faſtigio clientis tui, quamuis exigui, non tam munus quam miniſterium ſolita benignitate ſuſcipiat: vt præclaræ naturæ innatæque clementiæ, qua omnes tui iucundiſſimè perfruuntur, dono, ego etiam me recreatum atque protectum exultem.*



# Præfationis ſummaria.

1 *Maioratuum cauſæ ſunt aliarum omnium difficillimæ, ac frequentiſſimæ.*
2 *Voluntatis alienæ interpretatio penè impoſſibilis reputatur.*
3 *Lucratur ſatis, qui ſuæ voluntati obſequitur.*
4 *Subtilis interpretatio voluntatem teſtantis ſubuertit.*
5 *Diſpoſitiones idiotarum non ſunt legali: ſed vulgari interpretatione declarandæ.*
6 *Iuriſperitorum diſpoſitiones maiora iurgia generare ſolent, & quæ ſit huius rei cauſa.*
7 *Hebetior quiſque eſt in negotio proprio: quam in alieno.*
8 *Frequenter euenire ſolet, vt Primogenia vni relicta, alteri adiudicentur.*
9 *Cauſæ Maioratuum cæteris grauiores.*
10 *Tranſactiones in cauſis Maioratuum parum ſecuræ.*
11 *Nullus hucuſque perfecte, atque ex profeſſo Maioratuum Hiſpanorum materiam tractauit.*
12 *Scriptores exteri, qui de Hiſpanis Maioratibus meminerunt, enarrantur.*
13 *Antiquitates Hiſpaniæ ex ſcriptorum penuria omnium incertiſſimæ.*
14 *In Chronicis Hiſpaniæ modica fit Maioratuum mentio.*
15 *Verbi huius: Mayorazgo, in qua ex Chronicis Hiſpaniæ primum mentio facta fuerit.*
16 *Rex Henricus ſecundus inſtituit plura Primogenia inter nobiles huius Regni.*
17 *Clauſula teſtamenti Regis Henrici in hoc Regno ſeruatur, vt lex.*
18 *Scriptores noſtrates, atque exteri, qui de clauſula teſtamenti Henrici meminerunt, enumerantur.*
19 *Clauſulæ teſtamenti Regis Henrici tenor hodie in legibus Regni inſertus eſt.*
20 *Leges Regni antiquæ de Maioratibus non loquuntur.*
21 *Partitarum leges à Rege Fernando Tertio cœptæ fuerunt.*
22 *Leges Taurinenſes fuerunt primæ, quæ de Hiſpanis Maioratibus meminerunt.*
23 *Hiſpani ſcriptores, qui de Maioratibus aliqua ſcripſerunt, enumerantur.*
24 *Illuſtriſſimus Dominus Didacus de Couarruuias varia de Hiſpanorum Maioratibus ſcripſit.*
25 *Reuerendiſſimus Dominus Didacus de Simancas Pacenſis Epiſcopus libellum de Hiſpaniæ Primogeniis edidit.*
26 *Dominus Antonius de Padilla Meneſius plura etiam de eiſdem Maioratibus diſſeruit.*
27 *Ioannes Lupus de Palacios Ruuios refert ſe feciſſe tractatum de Maioratibus, qui non inuenitur.*
28 *Diuiſio operis.*

# PRAEFATIO,

*In qua ea præſertim, quæ in Chronicis, ac legibus huius Regni, atque à noſtratibus, ac exteris Iuriſconſultis de Maioratibus ſcripta ſunt, recenſentur.*

QVAMVIS Iuriſconſultorum munus ſua, & amplitudine
& varietate quàm plurima complectatur, nulláque peni-
tus ſit humanæ vitæ conditio, nulla pars mortalitatis, quò
non iuris ac legum Sacroſancta poteſtas penetret, aut Im-
perio, aut æqui & boni moderatione cuncta adminiſtra-
tura. Vnum tamen illud eſt, quod hoc noſtro tempore
in Hiſpaniarum regnis crebrò inter cætera pertractet, quod frequenter
diſcutiat, cui ſæpè intendat, quod aſſiduè regere debeat, ac gubernare, lites
videlicet, ac controuerſiæ quas inter principes, viros proceres, atque opti-
mates ſuper Primogeniorum ſucceſſione gigni quotidie videmus, naſci,
creſcere, & nonniſi acerrimis vtrinque ſtudiis, atque infeſtiſſimis odiis
pertractari. Quæ quidem lites merito cenſentur eſſe omnium difficilli- 1
mæ, cum in eis de dubiæ diſponentium mentis declaratione præſertim
agi ſoleat. Cuius interpretatio non ſolum difficilis: ſed penè etiam impoſ-
ſibilis exiſtimatur. Quis enim rectè poterit, de mente alterius iudicare: cum 2
ea verbis ambiguis aſſidue ſit conſideranda, ac elicienda? In quibus (vt
inquit Iuriſconſultus) [a] nec diſponens dicit quod vult: quia id non loqui-
tur, nec quod vox ſignificat: quia id eius menti, ac voluntati repugnat.
Quod ſi ex veriſimilitudine, ac prudentum iudicio res ipſa ſit decidenda,
ac iudicanda tunc iudicium ipſum fragilius multò incertiúſque erit. Quis
enim tantum vnquam tribuit propriæ voluntati, vt ex ea valeat alienas
metiri, aut interpretari? cùm (vt Iuriſconſultus etiam profitetur) [b] variæ
admodum ſint hominum voluntates, nec ſit petenda ratio: quare quis id
velit, & hoc nolit. Sed liberum relinquendum vnicuique ſit de re ſua diſ-
ponendi iudicium, lucratur enim ſatis, qui ſuæ obſequitur voluntati. [c] Et ſi 3
prudentum iudicio id non lucrum: ſed damnum videretur, & tamen le-
ges imprudentiam tolerant, vt voluntati obſequantur, ſi ſubtili, ac legali 4
interpretatione Maioratus inſtitutorum verba expendamus parum abfue-
rit, quin eorum voluntates ſubuertamus. [d] Præſertim ſi de hominis rudis, 5
ac penitus literarum ignari, ſeu cito moribundi diſpoſitione agatur: in
cuius voluntatis interpretatione nihil incertius dici poterit quam illud
quod certiſſimum legumlatores reputarunt. [e] Si autem de hominis eru-
ditiſſimi,

a In l. ambiguo ſermone. ff. de re. dub.

b In l. quia poterat, ff. ad Trebell.

c l. fin. ff. de vſu, & habit. Tiraq. qui plura refert in præfatio. retractuum. nu. 25.

d l. ſi quis hæredem. in fin. C. de inſ. & ſubſtit.

e Cinus in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. ... text. ibi C. de don. ante nup.



ditiſſimi, ac iuris etiam conſulti voluntate ſit quæſtio, ibi etiam maior ver-
ſatur interpretandi difficultas: cùm, vt experientia compertum eſt, ex ho-
rum diſpoſitionibus maiora iurgia, maiores etiam lites, ſoleant excitari.
6 Dum enim ex variis Iuriſconſultorum reſponſis, curant ea vitare quæ in
aliorum voluntatibus fuerunt prolixarum litium incentiua: ídque efficere
contendunt, vt proprios ſucceſſores à litibus retrahant id potiſſimum ef-
7 ficiunt, vt eos longioribus iurgiis, ac maioribus litibus inuoluant. Cuius
rei ratio inde potiſſimum exoritur, quòd cum ſibi ipſis iuris peritiſſimi
videantur, proprio non alieno conſilio de ſuis rebus aſſiduè diſponant,
non animaduertentes, quòd (vt quidam ſapienter dixit) [f] natura morta-
lium hoc nomine etiam praua dici poteſt, quod in ſuo quiſque negotio
hebetior ſit, quam in alieno: turbidáque facta ſint conſilia eorum, qui ſibi
ſuadent. Obſtat námque aliis metus, aliis cupiditas: nonnunquam naturalis
eorum, quæ cogitaueris amor. Indéque euenit, vt nec ipſi, nec cæteri eo-
8 rum voluntates ſatis percipiant. Tanta denique eſt mentis noſtræ fragili-
tas, & alienæ voluntatis interpretandæ difficultas, vt nihil aliud frequen-
tius eueniat: quam quòd Primogenia opulentiſſima vni debita, ac relicta,
alteri contra inſtituentis voluntatem etiam apertiſſimis, rectiſſimíſque iu-
dicibus aſſiduè adiudicentur, ac conferantur, nec hac ſola dubiæ volunta-
tis conſideratione huius rei difficultas circunſcribitur. Sunt enim quam
plurima alia (etſi hoc ſit præcipuum) quæ Maioratuum cauſas ſolent red-
dere cæterarum omnium difficillimas. Interdum námque de diſponen-
tis, ac etiam Principis poteſtate, de Maioratus natura, ac perpetuitate, de
ſucceſſionis ordine, plerunque etiam de ſucceſſoris capacitate ac incapaci-
tate, de bonorum alienatione, atque infinitis aliis quæſtionum occaſioni-
bus rem iſtam contingentibus, cum maxima difficultate, partiúmque ia-
9 ctura controuertitur. Nec ſolent iurgia iſta de minimis, aut paruis rebus
tractari: ſed eiſdem ſunt Regna, Ducatus, Comitatus, Marchionatus, Di-
tiones, cæteráque opulentiſſima patrimonia ſubiecta: dum de eorum ſuc-
ceſſione contenditur, indéque lites immortales, ac cædes etiam inter ſub-
10 ditos: bella autem, ac ingentes calamitates inter ſupremos Principes. Quod
ſi litigatores aſſiduis litibus, ac expenſis, continuíſque rixis, ac contentioni-
bus ex eiſdem ortis defeſſi, velint etiam Regia interueniente facultate arbi-
trio, ſeu tranſactione ipſa iurgia dirimere, eis accidere id ſolet, quod cum
Hydra decertantibus in Lærna palude accidebat, cui vno exciſſo capite
ſtatim plura alia ſuppullulabant: litéſque ſupprimere intendentes, nouas,
ac longe maiores controuerſias exſuſcitant: ita vt iam eò deuentum ſit, vt
propè nulla in rebus Maioratus ſit ſtabilis concordia, aut non litibus ſub-
11 iecta compoſitio. Cùm autem res iſta ardua ſit admodum, & difficilis: a-
deóque vſu, ac forenſi controuerſia frequentiſſima, vt perfecto & abſolu-
tiſſimo tractatu indigeret: nullus, quem ego viderim hactenus, rem iſtam
perfecte, atque ex profeſſo tractauit: quãuis plures, quos ſtatim citabimus,
varias quæſtiones ad id ſpectantes diuerſis in locis attigerint, atque etiam
diſcuſſerint. Nam hi tractatus Primogenituræ, qui à Martino Laudenſi,
Ioanne Lecerier, & Andrea Tiraquello perfectiſſimo, elegantíque ſtylo
conſcripti ſunt (vt inferius clarius demonſtrabimus) modicam præſtant
Hiſpanorum Maioratuum cognitionem, etſi in eis aliqua contineantur,
12 quæ in hoc negotio interdum poſſint nobis ſuppetias ferre. Ex antiquis

text. ibi C. de don. ante nup. Bal. in c. 1. de ſucceſſ. feudor. nu. 6 Auguſt. Bero. in ca. 1. de iur. patron. nu. 3. Oldrad. conſil. 45. Alciat. in l. lege obuenire. ff. de verb. ſignific. Socin. coſi. 37. num. 10. lib. 3. Ripa in l. centurio. num 131. ff. de vulg. Iaſ. conſi 51. lib. 4.

f Quin. Curt. lib. 7.

autem atque exteris Scriptoribus, quos ego vnquam legerim, nemo profecto de hac re: niſi ſuccinctè, ac quaſi per tranſenam meminit. Idque primus fecit Paulus Caſtrenſis,[g] qui ſuper quodam Maioratu Hiſpalenſi cuiuſdam Illuſtris viri Peraſani de Ribera conſultus eleganter reſpondit, vbi etiam breuiſſimè aliqua repetit principia ad cognitionem Maioratuum Hiſpanorum admodum neceſſaria. Quod etiam alij variis in locis: breuiter tamen, atque in tranſcurſu fecerunt.[h] Ita vt hinc facilè quiſque intelligere poſſit: quam parum adiumenti in tota hac de Maioratibus tractatione poſſit ab exteris Iuriſconſultis ſperare. Cùm igitur materia hæc ſit ditionis Hiſpaniarum propria, ac peculiaris ab eius antiquis Chronicis, legibus, ſcriptoribus, publicíſque, & priuatis monumentis erit perquirenda. Atque vtinam iuſta cum cura & diligentia antiqui noſtri Hiſtorici res ge-
ſtas priſcorum temporum complexi fuiſſent. Non enim ego nunc merito 13
dolerem: quam minimum me inde: vnde maximè debueram fuiſſe adiu-
tum: quippè in illis ne verbum quidem de origine, natura, iure, ac pecula- 14
ri prærogatiua Primogeniorum reperitur, cùm ibidem interim non pauca occurrant, quæ doceant plura olim ampliſſima patrimonia vbique apud nos iure Maioratus, & Primogenituræ à pluribus nobilibus fuiſſe poſſeſſa. Verbi autem huius Hiſpani (Mayorazgo) quanquam in priuatis quorundam monumentis multo vetuſtior ſit mentio: prima autem in Chronicis
ea eſt prorſus: quam habet Regis Ioannis primi hiſtoria.[i] Vbi de patris ſui 15
teſtamento in publico Regni conuentu diſſeritur. Rex enim Henricus Se- 16
cundus: cum multa Nobilibus oppida, ditiones, & diuerſi generis patrimonia tribuiſſet, tandem de his ipſis in teſtamento his verbis conſtituit. *Pero toda via que las ayan por Mayoradgo, e ſinquena ſu hijo mayor legitimo de cada vno dellos, y ſi murieren ſin hijos legitimos, que ſe tornen los bienes, delque aſſi muriere, a la*
*Corona Real de nueſtros Reynos.* Quæ clauſula in Regnis Caſtellæ recepta eſt, 17
pro legéque ſeruari mandata, ex quodam Regio edicto à Regibus Catholicis Murciæ[k] primum emiſſo, atque iterum ab eiſdem Regibus Catholicis Valliſoleti[l] confirmato. Quæ edicta inueniūtur in collectione ſchedu-
larum, ac ordinationum Pincianæ Cancellariæ.[m] Cuius etiam clauſulæ ali- 18
qui ex noſtratibus, atque etiam exteris ſcriptoribus meminerunt.[n] Sed eiuſdem clauſulæ tenor, nec in Chronicis, nec etiam in legibus huius Regni incertus fuerat, donec ædicta fuit noua legum huius regni collectio, quam hiſce diebus dilucido ordine, ac prudentiſſimo iudicio, mandato Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis potentiſſimi, perfecit, ac typis mandauit Bartholomæus ab Attiença in ſummo Caſtellæ Senatu quondam Conſiliarius inter noſtræ Hiſpaniæ Iuriſconſultos, literarum præſtantia
admodum inſignis.[o] Quo in opere eiuſdem clauſulę tenor inſertus eſt, ea- 19
que clauſula his ipſis verbis, quibus paulo ante propoſita eſt, pro lege ſer-
uari præcipitur, ita vt deinceps de eius tenore, quemadmodum antea ſole- 20
bat, dubitari non poſſit. In legibus antiquis noſtri regni modica fuit hu-
ius antiquitatis Maioratuum obſeruatio. Cum in Partitarum legibus, quæ 21
à Rege Fernando huius nominis tertio, qui cognomento Sanctus dicitur, incœptæ fuerunt, & à Rege Alphonſo decimo eius filio, qui cognominatur Sapiens, abſolutæ, ac expeditæ, vt habetur in Chronico eiuſdem Regis
Alphonſi,[p] nulla mētio Maioratus habita ſit, nec etiam Primogenituræ, ni- 22
ſi in his legibus de quibus inferiùs latiùs dicemus:[q] ſimiliter etiam in legibus

g Conſ.164. lib.26.

h Abb.conſ. 55.li.1.Rō.cōſ. 29. Bologni. conſ.62.Barb. conſ.10.libr. 2.Socin.conſ. 47.lib.3.Deciſ.conſil.397. num.6 Pariſ. conſ.72.libr. 4.Tiraq. de Primoge.q.1. nu.14.& 8.q. nu.7.& 68. q.nu.1.cū ſeq. Idem Tiraq. qui plures alios refert in præfat. eiuſdē tract.num.4.

i Anno.12.capit.34.

k 30.die Iulij anno 1488.

l 8.die Octobris eiuſdem anni.

m Fol.1.

n Lud.Rom. conſ.98.Ioan. Lup.in repub. Rub.de dona. inter vir.& vxo.§.69.nu. 14.Montal.in ſuo repertorio verb.primogeniti. Roderi. Xuare. in l. quoniā in prioribus.C.de inofficio.teſtam. 6.limita.2 nu. & in q.Maiorat.num.22.

o l.11.tit.7. lib.5.

p Capit.9.

q L.1.c.2.18.



bus fori, ordinamenti, & ſtyli, aliis antiquis huius regni legibus Maioratus mentio non inuenitur, vſque ad tempora Ioannæ Hiſpaniarum reginæ, quæ in generalibus Comitiis apud Taurum celebratis quaſdam legés, quæ vulgò Taurinenſes nuncupantur, anno 1505. ſtabiliuit, ac promulgauit: in quibus multa diſertè, & ex profeſſo de Maioratibus ſunt conſtituta: pleraque etiam Maioratus tractatum expectantia deciſa ſunt. Inibíque primum in legibus Hiſpaniæ hoc vocabulum (Mayoradgo) vſurpatur: ſed adeò breuiter atque ſuccinctè omnia traduntur, vt ex antiquorum dubiorum deciſione plura alia antiquis difficiliora ſuborta ſint, poſteà verò in diuerſis horum regnorum Comitiis editæ fuerunt aliæ etiam leges de Maioratu aliquid denuò ſtatuentes, quæ quidem ſunt breuiſſimæ. Quæ omnes leges iam hodie ſimul collectæ ſunt in dicta noua legum regiarum collectione,[r]
23 vt ibidem licet videre. Ex Hiſpanis autem Iuriſconſultis, qui literis aliquid mandarunt, propè omnes aliqua rem iſtam ſpectantia variis in locis tradiderunt. Ex quibus, primi fuerunt duo inter Hiſpanorum ſcriptores præſtantiſſimi, qui Hiſpaniam noſtram non parum ſua eruditione illuſtrarunt, Ioannes Lupus de Palatios Ruuios in ſummo Caſtellę Senatu Cōſiliarius,[s] & Rodericus Xuares quondam in Valliſoletano conuentu regius Auditor, & antea in eodem conuentu cauſarum patronus diſertiſſimus,[t] qui plura de Maioratu diſſerunt, eáque adeò egregiè reſoluunt, vt non modicam inde Maioratuum cognitionem habeamus: ſed hanc etiam Maioratuum materiam obiter ſcribendam ſuſcepit Greg. Lopius ſupremi noui orbis Senatus (in quo etiam ego per octo fermè annos tranquillè & iucundè perſtiti) meritiſſimus Conſiliarius, in diſcurſu Commentariorum ſuper legibus Partitarum: vbi etiam interpoſuit quamplures quæſtiones ad Hiſpanos Maioratus ſpectantes, quas ante eum, & mouerat, & ſcriptis mandauerat Chriſtophorus de Mieſes Iuriſcōſultus Hiſpanus qui poſtea Minorum ordinem fuit profeſſus: prout ipſemet Gregorius profitetur:[v] illud etiam ſuperaddens, quæſtiones[x] ipſas rudes & indigeſtas, quales ab authore relictæ fuerant, ſuis illis Commentariis inſeruiſſe: quia nimium arduis negotiis, ac prolixo illarum legum commentario, quod egregiè quidem perſcripſit diſtrictus, his quæſtionibus impenſiorem curam non potuit adhibere. In hac etiam Primogeniorum materia plura alia ſcripſit Petrus de Peralta Iuris profeſſor eminentiſſimus Cathedram primariam Iuris ciuilis olim in Salmāticenſi Academia Regens, Præceptor quondam meus meritò ſemper obſeruandus, in lecturis, ac repetitionibus, quas ſuper pluribus
24 legibus Digeſtorum mirificè compoſuit. Circa hæc etiam plurima doctiſſimè atque eleganter ſcripſit Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus Didacus de Couarruuias Segouiēſis Epiſcopus digniſſimus inter noſtri tēporis Iuriſconſultos eximius verúmque Hiſpaniæ noſtræ decus & ornamentum: quem tandem ob ſingularia ſpectatæ nobilitatis, præclaræ virtutis, rari exempli, & eruditionis præſtantiſſimæ merita, Philippus Rex Catholicus ſummi in diligendis hominibus iudicij, Regij Senatus præſidem eſſe voluit: & in ſublimem hanc dignitatem omni prorſus Hiſpania verè exultante, & fauſtiſſimè acclamante prouexit, quod in multis locis fecit, præſertim in his libris, quos de variis reſolutionibus, ac practicis quæſtio-
25 nibus ſcripſit. Quam plurima etiam ad hanc ipſam materiam ſpectantia nimis eleganti, licet breui, ac ſuccincto ſtylo tractauit Reuerendiſſimus

r L.5.tit.7. de los Mayoradgos.

s In repet.ca. per Veſtras, de donation.inter vir.& vxo.

t In repub.l. quoniā in prioribus C de inofficio teſt.& in ſuis allegat.& in c. Verū in bonis Maioratus pater habeat vſufructum.

v In l.32.tit. 9.part.6. in gloſſ in verb. nouald r.col.9.

x In eadem l. & glo.col.fin. ad fin.

Dominus Didacus de Simancas nunc Epiſcopus Pacenſis Iuriſconſultus
clariſſimus in ſuo de Hiſpanis Primogeniis libello, quem hiſce diebus,
quibus nos iſta iam in manibus habebamus, in lucem edidit, quorum ali-
qua etiam prædixerat in ſuo de Catholicis inſtitutionibus tractatu. Quæ
omnia non modicum vtilitatis Hiſpanis Iuriſconſultis ad huius rei co-
gnitionem miniſtraſſe, nobis, atque omnibus ſatis eſt compertum. Plura 26
etiam quæ ad huiuſmodi Primogenia pertinent, ſcripſit admodum illu-
ſtris Dominus Antonius de Padilla Meneſius ordinis Calatrauenſis Miles,
quondam Regius ſupremus Conſiliarius, nunc verò militarium ordinum
Senatus Præſes delectus, atque inde omni penè Hiſpanæ nobilitati præfe-
ctus: cuius vel ſola inſignis eruditio, atque in literis nomen, hoc ipſum ob-
tinuiſſe decus poterat, niſi illuſtre admodum genus, præclaráque inclytæ
familiæ ornamenta id ipſum etiam promeruiſſent. Illa autem ſcripta repe-
riuntur in elegantibus commentariis quæ ſuper diuerſis Iuris ciuilis titu-
lis, ac legibus ſatis eruditè conſcripſit. Aliqua etiam hoc ipſum attinentia
ſcripſit Ferdinandus Vaſquius de Menchacha in Regij Patrimonij præto-
rio quondam Auditor, inter Hiſpaniæ Iuriſconſultos obſeruandiſſimus in
libris, quos de vltimarum voluntatum creatione, progreſſu, & reſolutione
euulgauit, id ipſum etiam fecerunt Arias Pinelus, atque Emanuel Acoſta
Iuriſconſulti Luſitani Cathedras Primarias iuris ciuilis olim in Salmanti-
cenſi Academia conſequuti, viri quidem literis atque ingenio præſtantes:
Primus in ſuo de bonis maternis libello, Secundus autem in quæſtione
quam de patrui & nepotis ſucceſſione ſolenniter diſputauit. Plura etiam
hoc ipſum ſpectantia tractarunt, qui in leges Taurinenſes cõmentaria edi-
derunt, præſertim Antonius Gometius in Salmanticẽſi Academia quondã
Cathedram Veſpertinam Iuriſciuilis Regens. Et Doctor Burgos Salon de
Pace in Regio Valliſoletano conuentu quondam cauſarum Patronus in-
ſignis. Sed etſi tot Hiſpani iuris profeſſores excellentiſſimi, varias huius
materiæ quæſtiones in diuerſis ſuorum operum locis attigerint: nullus ta-
men tractatum peculiarem, & abſolutum de hac Hiſpaniæ Primogenitura
vnquam præſcripſit: præter vnum Dominum Didacum de Simancas, qui
in hac materia librum (vt prædiximus) breuiſſimum edidit. y Nã etſi Ioan. 27
Lupus de Palatios Ruuios aliquibus in locis referat, y ſeipſum in ſuo tracta.
Maioratus: nunquam librum illum nobis videre contigit, nec quenquam
qui vidiſſet, audiuimus. Nec etiam Iacobus de Saa Luſitanus in ſuo tracta.
de Primogen. rationem Primogenituræ, ſed ſolam patrui atque nepotis
quæſtionem proſequitur. Cum hæc igitur perſpiceremus: dolerétque in
primis materiam iſtam noſtræ Hiſpaniæ propriam ac peculiarem, iuſta
dote, ac perfecta tractatione deſtitutam: dulci patriæ amore, & iuris ſcien-
tiæ ſupplendæ ac locupletandæ deſiderio compulſi, de ea abſolutum,
ac omnibus ſuis partibus integrum tractatum ſcribere decreuimus. Non
quod ſperare poſſemus nos omnia pro rei dignitate expleturos: ſed quod
noſtrum nunc laborem iuris ſtudioſis non inutilem aliqua ex parte futu-
rum animaduerteremus. Idque eo tempore cœpimus, quo in Hiſpanorum
ſupremis conſiliis cauſarum patroni munere fungebamur, vbi grauiſſimas
Maioratuum cauſas omnium noſtræ Hiſpaniæ Regnorum, atque Prouin-
ciarum per aliquot annos enixè tractauimus. Cœptis tamen eo tempore
obſtitit maximus cauſarum cumulus, quo tunc adeò diſtringebamur, vt
nullum

y *In repet. de dona. int. vir. & vxo. §. 62. nu. 21. & iterũ in rep. c. per veſtras, eod. titu. fol. mag. 83. num. 42 in §. incipi. Sed eſt pulchra dubitatio.*



nullum penitus tempus ſupereſſet quod huic operi continuando poſſet
impendi: cum nec aſſiduis ſaltem negotiis debitum ſuppeteret. Nec re-
uerti tamen ad hęc amata ſtudia eo tempore licuit, quo Philippi Regis
Hiſpaniarum potentiſſimi beneficio Patroni Fiſci munus duobus an-
nis integris peregimus. Intermiſſum autẽ diutius, & penè poſthabitum
opus demum tempore reſumere in manibus datum eſt, cum eiuſdem
regis Catholici iudicio & munere ſingulari fuimus ad Regiũ Indiarum
ſenatum ſupremum promoti. Nam etſi huius Senatus negotia ſint gra-
uiſſima, & ſemper ardua, ea tamen non adeò protrahebantur, vt tempus
aliquod (etſi exiguum ſit) non relinquerent, quod in hac honeſtiſſimi
deſiderij expletione poſſit inſumi: Inde iam ad intermiſſos labores re-
dire cœpimus, iuſtam curam operi impendimus, & ad optatum finem
eo tandem tempore perduximus, quos in ſupremum Regium Senatum
fuimus cooptati: valetudinis interim pericula, & laboris ſemper recur-
28 rentis ſemper increſcentis tædia contemnẽtes. Opus verò ipſum in qua-
tuor libros diuiſimus. Primus Hiſpanorum Maioratuum originem, ac
naturam exponit. Secundus rectam eorundem Maioratuum inſtitu-
tionem edocet. Tertius Maioratuum ſucceſſionem explicat. Quar-
tus, atque vltimus horum Maioratuum finẽ extinctionémque oſtendit.
Poſſumus autem ſerio affirmare (nec nos ſuſcepti operis fallit amor) in
his libris nihil penè eorum defuturum, quę pręcipua in hac tractatione
reperiri poſſunt, quęue in forenſibus de Maioratuum cõtrouerſiis ſo-
lent occurrere. Nec rerum tantum curam: ſed & ordinis etiam & me-
thodi ſolicitudinem nobiſmet ipſis exactiorem impoſuimus. In tanta
autem rei totius varietate, & diffuſa, vagaque diſperſione aliquid ope-
rę pretium feciſſe potuimus: ſi tantum hęc in ordinem redegiſſemus,
tametſi nihil noui à nobis fuiſſet excogitatum. Illud tamen hic admo-
nere non pretermittam cum de tam multis opinionibus mihi fuerit
toto opere diſſerẽdum, eam me in iudicando & approbando rationem
ſemper fuiſſe ſequutum, quę potioribus (quantũ aſſequi ego potui) fun-
damentis, confirmari mihi videretur. Neque tamen eo ſum ingenio aut
propenſione, vt pertinacius eas velim defendere, ſed locum vnicuique
rectiora afferenti, rationibúſque validioribus confirmanti libens relin-
quo: vt veritati, cuius me in primis ſtudioſum cupidúmque profiteor,
lumen maiori diſſenſione inferatur. In his autem aliiſque omnibus pręſtandis quantum elaborauerimus, aliorum non noſtrum iudicium eſſe
volumus. Nos namque ſolum ad hęc efficienda, communis multorum
vtilitas mouit, qui iuris ſcientiam apud noſtros Hiſpanos
hac ex parte defectam conquerebantur, atque inde
noſtrum iuuandi ſtudium non ingratum
bonis omnibus futurum me-
rito ſperamus.

* *
*

## CAPITA, QVÆ IN HOC PRIMO LIBRO CONTINENTVR.


Cap.I. QVid ſit Maioratus.
II. Quæ ſuetit Hiſpan orum Maioratuum origo. fol.8
III. Quid verbum hoc Maioratus, ex propria natura comprehendat. fol.12
IIII. Hiſpanorum Primogenia ex propria natura perpetua non temporalia cenſenda eſſe. fol.17
V. Ex quibus verbis Primogenium inſtituere cenſendus ſit, & ſi id non expreſſerit. fol.27
VI. Pleraque aduerſus communes, ac generales iuris regulas ex Primogeniorũ perpetuitate deducuntur. fol.35
VII. De vaſallo, Emphyteota, fructuario, & fideicommiſſario & aliis ſimilibus ad Maioratus poſſeſſorem vtrum argumentario procedat. fol.46
VIII. Hiſpanorum Primogenia vtrum iure ſanguinis: an hæreditario deferantur. fo.49
IX. Vtrum Maioratus ſucceſſor poſſit ex cauſa ingratitudinis, ab ipſo Maioratus exhæredari, vel ab eiuſdem ſucceſſione excludi. fol.56
X. Maioratus ſucceſſor, vtrum ad debita prædeceſſoris teneatur. fol.66
XI. Hiſpanorum Primogenia ex propria natura indiuiſibilia eſſe, ſolique Primogenito deferri. fol.74
XII. Maioratus etiam in contractu inſtituti, vtrum vim vltimæ voluntatis obtineant. fol.79
XIII. Vtrum Maioratus dignitas ſit, ibique latiſſime agitur vtrũ furioſus, mutus, & ſurdus, infamis, religioſus, aut clericus valeant in Maioratu ſuccedere. fol.88
XIIII. In Hiſpanorum Primogeniis vtrum iure directo an obliquo ſuccedatur. fol.101
XV. Maioratus poſſeſſor vtrum teneatur de re ipſius Maioratus reſtituenda ſatiſdare. fol.104
XVI. Maioratus poſſeſſore bona Maioratus dilapidante, an poſſit ſequens in vita eiuſdem Maioratus ſucceſſionem vendicare. fol.110
XVII. An ex bonis Maioratus quarta Trebellianica, aut falcidia detrahatur. fol.116
XVIII. Hiſpanorum Primogenia vtrum odioſa, an fauorabilia cenſenda ſint. fol.125
XIX. Maioratus poſſeſſor, vtrum ſit dominus rerũ Maioratus: an ſolũ fructuarius. f.128
XX. Poſſeſſor Maioratus, vtrum poſſit ius vſus fructus, ſeu aliam quancunque ſeruitutem in bonis Maioratus conſtituere. fol.135
XXI. Vtrum Maioratus poſſeſſor poſſit bona eiuſdem Maioratus locare, ſeu in Emphyteoſim concedere. fol.139
XXII. Maioratus emolumenta qualiter eiuſdem poſſeſſorem ſequantur. fol.146
XXIII. Theſauri & argenti fodinæ, lapidicinæ ſeu aliæ venæ, quæ in fundo Maioratus inueniuntur: vtrum eiuſdem poſſeſſori, an ipſi Maioratus cedant. fol.148
XXIIII. Vtrum in Maioratus poſſeſſorem ius patronatus, atque iura ſepulchrorum pertranſeant. fol.151
XXV. Qualiter poſſeſſor Maioratus cui iuriſdictio ineſt, valeat commodis iuriſdictionis frui. fol.158
XXVI. Augmentum rerum Maioratus vtrum Maioratui cedat, eodemq; iure, an diuerſo cenſendum ſit. fol.163
XXVII. Ad quæ onera Maioratus poſſeſſor teneatur. fol.169
XXVIII. Vtrum Maioratus poſſeſſor inuentarium de rebus eiuſdem Maioratus facere teneatur. fol.192






# DE HISPANORVM PRIMOGENIORVM ORIGINE AC NATVRA.

# LIBER PRIMVS.

### SVMMARIA.

1 *Omnis bona diſputatio debet à definitione proficiſci.*
2 *Maioratus pro iure Primogenituræ frequenter vſurpari ſolet.*
3 *Verbum Maioratus à ſolis Hiſpanis vſitatur, nec apud Latinos Scriptores inuenitur.*
4 *Primogenia vocantur iura primi, & maximi natu filij.*
5 *Primogenitura quid ſit.*
6 *Differentia inter Moioratus Hiſpaniæ, & aliorum Regnorum ac prouinciarum Primogenituram.*
7 *Hiſpanorum Primogenia fideicommiſsis perpetuò familiæ relictis ſimilia eſſe, & in quibus hæc inter ſe differant.*
8 *Maioratuum, & fideicommiſſorum conuenientia, in quibus conſiſtat.*
9 *Fideicommiſſum in teſtamento, ſeu vltima voluntate, non in contractu relinqui poteſt.*
10 *Fideicommiſſum poteſt quibuſcunque verbis reliqui.*
11 *Maioratus vt plurimùm verbis præceptiuis ordinantur.*
12 *Fideicommiſſum verbis etiam directis reliqui poteſt.*
13 *Verba directa obliquantur ex teſtantis voluntate.*
14 *Maioratus & fideicommiſſa in pluribus differunt.*
15 *Non poteſt dici præciſè, Maioratum fideicommiſſum eſſe.*
16 *Hiſpanorum Primogenia cui generi diſpoſitionis potius adaptari valeant.*
17 *Ex Hiſpanorum Primogeniis tot ſubſtitutiones, ſeu donationes reſultant, quot perſonæ ad eorum ſucceſsionem vocantur.*
18 *Naſcituris donatio, ſeu prælegatum fieri poteſt.*
19 *Celeritas actuum efficit, vt vnus alterum occultet.*
20 *Dominium non incõuenit quòd vni ad vitam tantum relinquatur, & poſt mortem eius in alium transferatur.*
21 *Diffinitiones Maioratus à Roderico Xuarez & alijs aſsignatæ taxantur.*
22 *Vera diffinitio Hiſpanorum Maioratuum aſsignatur.*
23 *Maioratuum quidam proprij, quidam improprij eſſe ſolent.*
24 *Deffinitio vera eſt ea quæ definit rem ſecundùm propriam naturam: licèt aliquando ex accidenti deficiat.*
25 *Maioratus abſque principis facultate conſtitutus, verus Maioratus eſt.*
26 *Remedium legis 45. Tauri, circa tranſlationem dominii, ac poſſeſsionis, competit ei, qui in Maioratu abſque Regia facultate inſtituto vocatus eſt.*
27 *Lex 46. Tauri, de ædificiis in rebus Maioratus factis loquens, habet locum in Maioratu abſque Regia facultate inſtituto, atque in Patronatibus & anniuerſariis iure Maioratus inſtitutis.*
28 *In aliis Prouinciis extra Hiſpaniam plures diſpoſitiones fiunt, quæ Maioratibus aſsimilantur.*
29 *Primogeniorum Hiſpaniæ tractatus, non ſolùm Hiſpanis, ſed etiam exteris ſummè vtilis erit.*
30 *Regnorum atque ampliſsimarum ditionum ſucceſſio apud omnes gentes, vt plurimum eo ordine quo in Hiſpanis Primogeniis defertur.*

## *Quid ſit Maioratus.*

### CAPVT PRIMVM.

1 QVONIAM † ex diffini-
tione cuiuſq; rei natura
atque eſſentia plenius &
perfectius quam ex qua-
uis alia docendi ratione
comprehenditur: idcircò
Maioratuũ naturam in-
terpretaturi, ab eorum
diffinitione exordiemur. Vt autem perfectam
diffinitionem Maioratibus aſſignemus, id pri-
2 mo loco ſciendũ eſt, Maioratum † pro iure Pri-
mogenituræ frequenter à iuris interpretibus
vſurpari, quod dixit Præpoſi. in c. ius naturale.
col.4.in fi.1.diſtinctione, dicens, Maioratum ni-
hil aliud eſſe quàm Primogenituram. idque i-
pſum etiam profitentur Bald.in l.cum antiquio-
ribus.C.de iur.deliberan..nu.11.Paul.conſi.164.
li.2.quaſi per totum conſil. Abb.conſ.85.n.3.lib.
1.Roma,conſ.29.Soci.conſ.47.lib.3.quaſi per to-
tum cõſil.Xuarez in q.Maioratus n.8.Pariſ.cõſi.
72.n.80.lib.4. Ioan.Licerier.de Primoge.lib.1.2.
q.n.1.& 2. Tiraquel. de Primogenitu. 1.q. nu.14.
Grego.Lopez in l.2.tit.15. part.2. in glo. in verb.
*Mayoria*.in princip.
3 ¶Quod nomen Maioratus apud ſolos Hiſpanos
in vſu eſt, vt prædicti DD.aduertunt, nec apud
Latinos Scriptores vſquam inuentum: ſed apud
eos paſſim id quod nos Maioratum appellamus,
4 Primogenitura dicitur. Et etiam † vocãtur Pri-
migenia iura primi, & maximi natu filij, ſeu e-
tiam Primogenia & Primogenita, vt aduertit
Tiraquel. de Primogenitura in præfatione.n.1.
& 2.Quod amitti poteſt, ſi primogenituram, ſeu
Primogenia & Primogenita in eo ſenſu in quo
Hiſpani Maioratum accipere ſolent, capiamus.
Aliàs namque inter hæc ingens diſcrimẽ, vt in-
feriùs dicemus, reperitur. Sed quia plura de Pri-
mogenituræ appellatione, & interpretatione ab
aliis Scriptoribus exactiùs & prolixiùs diſcuſſa
ſunt, nos, qui huius materiæ ſubſtantiam, omiſ-
ſis ſuperfluis, ſcribere profitemur: ea miſſa fa-
ciemus, ad Maioratus diffinitionem tractatum
conuertentes.
¶Maioratus igitur, ſeu Primogenitura (vt alias
imperfectas, ac ab omnibus iamdudum reiectas
5 definitiones omittamus) eſt, *Ius † prioris ætatis ho-
norificum & vtile cõpetens filio, quia primus eſt in or
dine naſcendi*. Quam deffinitionem poſuit Ioan.
Liceri.in tractatu de Primogen. lib.1.q.1.n.4.re-
ferens ad id Luc. de Pen. in l. 1. C. de priuileg.
eorũ, qui in ſacr.Pala.mili.lib.12. col.6. qui tamẽ
breuiùs Primogeniturã diffinit, vt apud ipſum
videri poteſt. Eam tamen diffinitionem ſequi-
tur Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. lib.1.§.8.
gloſ.3.nu.2.Quam etiam cæteri ſequuntur.
¶Quæ definitio, etſi iuxta aliorum Regnorum
ac Prouinciarum conſuetudines, ac diuini inſti
tuti prærogatiuas, de quibus in capite ſequenti
tractabimus, bona eſſe poſſit, ex omnibúſque
ſuis partibus conſtet. Quod autem ad Hiſpana
Primogenia eorúmque naturam ac ſuccedendi
ordinem attinet, nullo pacto ſuſtineri valet. Nã
etſi ex diuino inſtituto filius Primogenitus ex
bonis parẽtum duplicatam portionem accipere
debeat, abſque aliqua alia eorum prouiſione,
ſeu diſpoſitione, & ex Galliæ conſuetudine Pri-
mogenitus plura etiam præcipua obtineat ex
parentum hæreditate, ſiue ea ex bonis feudali-
bus, ſiue allodialibus conſtet, vt probatur ex his
quæ adducunt Ioan. Licerier. de Primogenitu-
ra, lib.2.q. 4. cum ſequentib. Tiraquel. eodem
tracta.in præfatione, nu.3. Et Carol. Molin.in
conſuetudinib.Pariſien.titu.1. de materia Feud.
§.8.gloſ.3. in princip. Idque ipſum ſeruari ſo-
leat in pluribus orbis regionibus, ac Prouin-
ciis, vt idem Tiraquel. in eadem præfatione,
dicto num.3.cum ſequentib.aduertit.In Hiſpa-
6 nia † autẽ nihil competit primogenito filio in-
ter alios fratres, ex parentum ſeu aliorum con-
ſanguineorum hæreditate præcipuum, niſi id
ſibi ex aliqua diſpoſitione præambula, ſeu ex
præſcriptione antiquiſſima deferatur: adeò, vt
ceſſante Maioratus inſtitutione ſeu ſucceden-
di iure primogenituræ præſcriptione filius Pri-
mogenitus nihil præcipuum ex hæreditate pa-
rentum præ cæteris fratribus obtineat. Ex quo
fit vt hæc deffinitio minimè poſſit Maioratuum
Hiſpanorum ſubſtantiam comprehendere.
Cùm totius deffinitionis vis in iure prioris æ-
tatis conſiſtat: quòd prioris ætatis ius ſine di-
ſpoſitione præambula ſeu præſcriptione ali-
quid maiori natu tribuenti in Hiſpania nihil
præcipuum ex hæreditate paterna defert Pri-
mogenito.
¶ Item illud quod ex iuris diuini diſpoſitione,
atque ex cæterorum Regnorum lege ſeu cõſue-
tudine Primogenitis competit, liberè ſibi defer
tur, nec reſtitutioni, nec etiam vinculis, con-
ditionibus, ſeu prohibitionibus obnoxium eſt,
cuius contrarium in Hiſpanis Maioratibus ſer-
uatur. Similiter etiam plura alia in Hiſpanis Pri
mogeniis ſtatuta ſunt, quæ (vt pluſquàm notiſſi
mum eſt) non omninò prædictis Primogenitis
conueniunt. Ex quibus cõprehendi poteſt quã-
tum diſtet Hiſpanorum Maioratuum natura ab
ea, quæ legis veteris cæteriſque aliorum Re-
gnorum ac Prouinciarum Primogenitis ineſt.
Similitérque quam diuerſa eſſe debeat horum
Maioratuum ab illis tractatio.
¶Adeò autem alterum ab altero diſtat, vt fere
omnes Hiſpani Iuris cõſulti, qui in hac re, ſiue
voce, ſiue ſcriptis ſuã ſententiã protulerũt, cen-
7 ſeãt Hiſpanorũ † primogenia nihil aliud eſſe, q̃
fideicommiſſa perpetuò familiæ relicta, in qui-
bus proximus quiſque ex familia ſuccedere de-
bet, cæteríſque ex gradus prærogatiua ac diſpo
nentis voluntate anteferri, de quibus Iuriſcon-
ſultus meminit in l. cum ita legatur. §.in fidei-
commiſſo.ff.de lega.2.& in l.peto.§.fratre ff.eo-
dem. Tractatúrque in l.fin.C.de verb.ſigni. Niſi
quod in his Maioratibus non debent ſimul ſuc-
cedere omnes in eodem gradu exiſtentes, prout
in eo fideicommiſſo quod familiæ perpetuò re-
linquitur, ſuccedũt, vt probatur ex tex.in d.§.in
fideicommiſſo. ibi. *Et qui ex his proximo gradu pro
creati ſunt*. Vbi id communiter ſcrib.aduertunt:
atque ex l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.ibi. *Omnes fi
deicommiſſum petent, qui in familia fuerunt*. Vbi etiã
per Scrib. Sed vnus tantũ iſque maior natu ſeu
primo



primogenitus in bonis Maioratus ſuccedere de
bet, bonáque indiuiſa ac inalienabilia debent
perpetuò in familia ordine ſucceſſiuo, cõſerua-
ri: Ideóque Hiſpana Primogenia tãquam fidei-
commiſſa cẽſenda eſſe arbitratur Palat.Ruui.in
repet.c.per veſtras.de dona.int.vir.& vxo.§.44.
n.3.4.& 5.vbi inquit Maioratum nihil aliud eſſe,
quàm fideicommiſſum. Idipſum etiam aduertit
Petr.de Peralt.in l.3.§.qui fideicõmiſſã.ff.de he-
red.inſtitu.nu.91.ad fin.& in d.l.cum ita legatur.
§.in fideicõmiſſ.n.24. Præſertim col.pen. Idque
etiam notat Reuerendiſſimus D. Didacus de
Couarrub. li.1. Reſol.c.15.nu.14.vbi inquit pro-
culdubio poſſeſſorem Maioratus fideicommiſſa
rio æquiparari. Idem etiam exiſtimant Reueren
diſſimus D. Didacus de Simancas de Primoge.
Hiſ.li.1.c.28.Menchacha.de ſucceſſionum reſol.
lib.1.§.10. nu. 28. D.Antoni.de Padilla.in Rubr.
C.de fideicom.nu.7.Aluarus Vaez.Luſitanus in
qq.iuris emp.q.50.nu.29.Bur.de pace in Procem.
Legum Tauri. nu. 71. D. Franciſcus Sarmiento
Rotæ auditor meritiſſimus ſelectarum interpre.
lib.3.c.4.nu.5.ad fi. Idque plurimos ex Hiſpanis
Iuriſconſultis ſemper dicere audiuimus: legéſq.
de fideicommiſſis loquentes frequenter in iu-
dicando, & conſulendo ad Hiſpanorum Maio-
ratus applicare.
¶Vt autem ſciamus in quo hęc Maioratuũ & fi
deicommiſſorum conuenientia, ſeu differentia
conſiſtat: illud eſt ante omnia præmittendum,
nullam iuris ciuilis legem, quam hucuſque vide
rimus, mentionem feciſſe de fideicommiſſo, in
quo pręcisè ſuccedere debeat vnus, iſque Primo
genitus, maſculúſq.minor natu, fœminæ, etiam
maiori in eodem gradu exiſtenti pręferri: nec in
quo ſuccedendum ſit iure Primogeniturę, nec
cũ cæteris qualitatibus, quib. ſuccedítur in Ma-
ioratibus noſtri Regni. Leges namque Romano
rum in fideicommiſſis hunc ſuccedendi ordinẽ
non omnino inuenerunt: quamuis de pluribus
fideicommiſſis meminerint ea lege relictis, vt
bona perpetuo in familia conſeruentur. Ideóq.
Maioratuum & fideicommiſſorum conuenien-
tia non in hoc conſideranda eſt: quod ſicut Ma-
ioratus filio maiori defertur: ita fideicommiſſum
filio maiori deferatur, ſeu quod ſicut in Maiora
tu maſculus eiuſdem gradus fœminæ præfertur
ita & in fideicommiſſo maſculus fœminæ præ-
feratur. Seu quod in fideicommiſſis ſuccedendũ
ſit perpetuo iure Primogenituræ, bonáque de-
beant eſſe indiuiſibilia, vnicuiq. nõ pluribus de-
ferenda. Tantum namque abeſt quod in hoc ma
ioratus, & fideicommiſſa conueniant, vt veriſſi
mum ſit in his ea omnino differre, vt conſtat ex
d.l. cùm ita legatur. §.in fideicommiſſo.ff.de le-
ga.2. & ex l.peto. §.fratre. ff. eod. iuncta l.fi. vbi
per Bart. & Scrib.C.de verbo.ſigni.
¶ Eorum autem conuenientia in hoc conſiſtit
8 q † bona fideicõmiſſo ſubiecta alteri relinquẽs
poteſt eidem apponere omnes ſubſtitutiones,
vincula, conditiones, grauamina, & onera quę ſi
bi placuerint: dummodò onus nõ excedat emo-
lumenta. l. ab eo. C. de fideicom. cum ſimilib. Ex
quo fit, vt etſi leges in fideicõmiſſis de his cõdi
tionibus, de quibus ſuperius meminimus, Ma-
ioratus ſucceſſioni conuenientibus, pręciſam at
que ſpecificam mentionem non fecerint, ex hac
quaſcunque conditiones, ac ſubſtitutiones ap-
ponendi in bonis fideicommiſſo ſubiectis licen
tia poſſit fideicommiſſum familiæ relinquens
eam conditionem apponere, vt in eo ſuccedat
vnus, iſq. Primogenitus, & quod bona ſint indi-
uiſibilia, ſuccedatúrque in eis perpetuò, iure
primogenituræ: cùm hæ conditiones iuſtiſſimæ
ſint, in eíſque de familiæ cõſeruatione tractetur
quòd Reipublicæ expediens eſt. Sícque, etſi quo
ad iſta in actu Maioratus ac fideicommiſſa non
conueniant: conuenient tamen in facultate, &
potentia diſponendi à lege cõceſſa, quod in idẽ
recidit, poſt factámq. diſpoſitionem Maioratus
& fideicommiſſa eodem iure cenſenda erunt, fi-
deicommiſſúmque hac lege conſtitutum con-
gruentiſſimo vocabulo Maioratus appellari po-
terit.
¶ Item, licet in ſuccedendi ordine iure Primoge
nituræ Maioratus & fideicommiſſa nõ pari iure
vt prædiximus, cenſeantur, parificantur tamẽ in
hoc, quo plures cõditiones, ac ſubſtitutiones vl-
tra ſuperius adductas, quæ in Maioratibus ap-
poni ſolent, in fideicommiſſis paſſim apponun-
tur. Quarum interpretatio ab his, quę in fideicõ
miſſis deciſa ſunt, erit neceſſario petenda, cùm
in Maioratibus nihil circa hæc cautum inuenia-
tur. Quod etiam neceſſariò agendum eſt in plu-
ribus aliis quæ in fideicommiſſis iure ſtatuta
ſunt, quæ pari ratione in Maioratibus ſunt ſer-
uanda. Ex quibus conſtat maximam eſſe inter fi
deicommiſſa, & Maioratus conuenientiam.
¶ Nec dicendum erit Maioratum fideicommiſſo
nõ poſſe æquiparari, ex eo, quod Maioratus tam
ex cõtractu, quam ex teſtamẽto inſtitui poſſint.
9 Fideicommiſſa † autem ſolùm in teſtamento re-
linquantur, ſeu in ea ſcriptura, quæ vim vltimæ
voluntatis obtineat. l. cùm quis decedens. §.pa-
ter.ff. de lega.3.vbi per Bart.& Scriben.l.vt hæ-
redibus & l. ſequens quæſtio. ff.de legat.2.Ra-
phael Cumanus.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.
de verb.oblig. quem ſeq.ibidem Pau.nu.2.Alex.
nu.4. Soci.nu.19. Iaſ.nu.15. Ruinus conſil.7.nu.
14. li.3. Idem conſil.214. nu. 16.lib.1.Decius con-
ſil. 488. nu. 19. Pariſius conſil. 100. nu. 22.lib.4.
Alciatus conſil. 517. nu. 3.& conſil.518.in princ.
Guido Papę conſil.224.nu. 1.cum ſeq.quod pro-
priè ac ſtrictè loquendo verum eſt.
¶ Maioratus namque ſiue in cõtractu, ſiue in te
ſtamento inſtituantur; vt plurimùm vim vltimę
voluntatis obtinere ſolẽt. Ideóque vbi Maiora-
tus vltimæ voluntatis naturam ſequuntur, nul-
li dubium, niſi quòd poſsit in eis fideicom-
mitti: etiamſi in contractu inſtituti ſint; ſicut in
donatione cauſa mortis fideicommitti poteſt ex
eo, quod habeat vltimæ voluntatis effectus quã
uis quo ad ordinationem contractui æquipare-
tur. l.cùm pater. §. 1.ff. de lega.2. l.Seia.in fi.ff.de
dot.prælega.l.3.§.fina.ff.de lega.3. d.l.vt hæredi-
bus. Vbi Bart.& communiter Scrib.ff.de lega.2.
Iaſ. in l.filiusfamilias. §.diui.in 1. lectura.nu.88.
ff.de lega.1. De quibus omnibus infra, iſto lib.c.
12. latiùs agemus.
¶ Nec etiã oberit, quòd Maioratus per verba fi
deicõmiſſum inducentia inſtitui nõ ſoleãt: ſcili-
cet fidei tuæ cõmitto, rogo, mãdo, peto, volo, &
ſimilia: per quæ verba ſolent fideicõmiſſa relin-
qui. Tex.in l.2.C.cõmunia de legat.& in §.fin.In
ſtitu. de ſingul. rebus per fideicom. relict. Nam
cùm hodie inter legata, & fideicommiſſ. ſublata

ſit differentia.l.1. ff. de lega.1. cũ ſimilib. non re-
fert per quę verba fideicommiſſum relinquatur
dummodò de diſponentis voluntate conſtet.l.
peto.in pri.ff.de leg.2. Per quem tex. dixit Bart.
in proprio loco, quòd ad inducendum fideicõ-
miſſum non refert:an verbum ſit præceptiuum,
10 vel diſpoſitiuũ.Nam †ex quibuſcunque verbis
fideicommiſſum inducitur. Idem probat.tex.in
l.Pamphilo.ff. de leg.3.l. verbum volo, vbi per
Scrib.C.de fideicom. d.l.2. vbi etiam per dd. C.
communia de lega.Sola namque voluntas in fi-
deicommiſsis ſpectatur: non autem verborum
qualitas.l.cùm virum.cum ſimilib.C.de fideicõ.
Quod extendit ac ex pluribus comprobat. Azo.
11 in ſumma.C. eo.tit.Sicq. cum in † Maioratibus
noſtri Regni ſemper apponantur verba iſta trãſ
eat in ſequentem,ſuccedat,habeat,reſtituat,de
ueniat, & ſimilia, quæ ſunt verba præceptiua:
meritò de illis,ſicut fideicommiſsis iudicandum
eſt,vt optimè conſiderat Palat.Ruu.in d.repetit.
c.per veſtras.§.44.nu.4.
¶Quòd ſi dicatur verba iſta eſſe directa,nõ autẽ
obliqua.ideóque fideicommiſsis non cõuenire
dicendum eſt,quod ſi bene conſideretur verbũ
reſtituat, obliquum eſt. Omnia autẽ alia verba
quæ paulò ante adduximus communia,& quæ
tam ad directam ſubſtitutionem,quam ad obli-
quam & fideicommiſſariam referri poſſunt, vt
aduertit Bar.in l.Centurio.ff.de vulga.nu.45.cũ
plurib.ſequẽ. Cuius doctrinam adſerit cõmunẽ
eſſe Iaſſ.ibidẽ n.63.cum ſequẽt. Quẽ cæteri Mo
derni ſequũtur,& omnes Canoniſt.in c.ſi pater
12 poſt glo.ibi de teſt.lib.6. ¶Imò etiã†poteſt ver-
bis directis fideicõmitti.dũmodò verba ſint talia
quæ ex mente diſponentis poſsint fideicõmiſſũ
inducere,vt dixit glo.in §.fina.inſti.de ſing.reb.
per fideicõ. relict. glo.1.ad fin.Quã ibi ſequũtur
Ang.& Scrib.Barb.& Scri.per tex. ibi in l.pater
filios.ff.de lega.3. dd. in l.2. C.cõmunia de lega.
13 Obliquantur†namq.verba directa ex voluntate
teſtantis:licèt obliqua nũquàm directa fiant,gl.
fina.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& ibi com-
muniter Scrib.
¶Sed etſi maxima conuenientia ſit inter Hiſpa-
norum Maioratus, ac fideicommiſſa:prout ſupe
riùs diximus & aliàs apertiùs demonſtrabimus:
14 non tamen†negari poteſt,quin licet in pluribus
conueniant: in aliquibus tamen differant.Sub-
ſtantia namque fideicommiſsi eò præſertim diri
gitur,vt fideicommiſſarius de manu hæredis rẽ
fideicommiſſo ſubiectã capiat. l. eam quam.C.
de fideicom.l.quod per manus.ff.de iur.codicil.
Qua ratione fideicommiſſarius debet poni per
hæredem in locum ipſius.l.qui quadringenta.ff.
ad Treb. Nec poteſt fideicommiſſarius propria
authoritate fideicommiſſum capere:imò ſi id fa
ciat punietur, cadétque à iure ſuo. l. 1. vbi per
Scrib.C.quor.lega.glo.in l.Paulus.ff.ad Trebel.
Soci. latè conſi. 23. vol. 2. col. pen. & fin. Deci.
conſil.84. nu. 1. Nec dantur actiones fideicom-
miſſario vniuerſali, niſi re aut verbis fideicom-
miſſo reſtituto,vt conſtat ex leg.2.in princi.ff.ad
Trebel. & in l.reſtituta. ff. eod.Ex quo plura de
coactione,hærede adire recuſante,ac de quartę
detractione, & de fructuum perceptione,& id
genus ſimilibus in fideicommiſsis tractantur
quę non omnimo Maioratibus conueniunt.
¶Item quando in contractu irreuócabili Primo
genium inſtituitur contractúſque: non autem
vltimæ voluntatis naturam obſeruat, nõ poteſt
Primogenium hoc fideicõmiſſi naturam ſequi,
cùm non valet in contractibus fideicommitti.
l.ſequens quæſtio, vbi per Scrib. ff. de lega. 2.
quod ſuprà iſto capite nu.9. latiùs probauimus.
Imò potiùs donationi inter viuos huiuſmodi
Maioratus conueniet:tametſi lato ſumpto voca
bulo in contractibus fideicommitti poſſit, vt
probat Fran. Marzarius in epito. fideicom.q.2.
¶Ideóque quanuis aſſiduè dici ſoleat Maiora-
tus nihil aliud eſſe quàm fideicõmiſſa perpetuò
familiæ relicta, aliquibus additis vel detractis
quæ in Maioratibus diuerſo iure cenſentur, de
vnóque ad aliud in caſibus eandem rationem
habentibus argumentationem procedere: nos
15 †tamen in Maioratus diffinitione non audebi-
mus præciſè dicere, Maioratum fideicõmiſſum
eſſe:ne data aliqua diſſimilitudine corruat diffi-
nitionis ſubſtantia.ſed aliundè Maioratus diffi-
nitionem perquiremus.
¶Cùm igitur ex his,quæ in præcedentibus dixi
mus,conſtet Hiſpanorum Primogenia nõ poſſe
iuri Primogeniorum exterarum nationum om-
ninò adaptari, nec etiam præciſè fideicõmiſſis
conuenire: operæpretium erit antequàm eiſdẽ
Primogeniis propriã diffinitionem aſſignemus
16 ſcire, cui †diſpoſitionis generi Primogenia ipſa
potiùs conueniant. Vidimus namque plures Hi
ſpanos Iuriſconſultos magni nominis,circa hęc
æquiuocè procedere. Qua in re dicendum erit,
quòd ſi Maioratus ex cõtractu fiat,id Primoge-
nium in effectu erit, quædã donatio ſub modo
ſeu ſub cõditione facta omnibus Primogenitis
familię:ita vt perpetuò ordine ſucceſſiuo ſucce
dant.Ideóque iuxta tradita in l.quoties.cum ſi-
milib. C. de dona. quæ ſub modo, tale Primo-
genium iudicandum erit: quod Oldrald. cõſil.
224. num. 28.& Aluaro. in cap.1.§.hoc quoque.
col.fin.de ſucce. feu. & Deci. conſil.445.nu.47.
Xuares in q. Maioratus. nu. 19. verum eſſe pro-
fitentur. Si verò in vltima voluntate Maioratus
inſtituatur, in effectu erit quædã hæredis inſti-
tutio legatum vel prælegatum factũ primo ſuc-
ceſſori:ita vt mortuo eo,hæreditas, legatum vel
prælegatũ ſequẽtibus ſucceſſoribus Primogeni
tis ex familia teſtantis procedentibus, ordine
ſucceſſiuo perpetuò deferatur, iuxta tradita in
l.fin.C.de verb.ſig.& in l.fin. cum ſimil.C. de le.
& in l.peto.§.fratre.ff. de leg. 2.De quo ſtatim la
tiùs dicemus. In quo Primogenio ſequentes
ſucceſſores nõ propriè tanquam fideicõmiſſarij
ſuccedẽt, nec ad propriam reſtitutionem tene-
buntur.Imò abſque reſtitutione ipſo iure de v-
no in alium,dominium ac poſſeſſio bonorũ per-
trãſibit: ſed largo modo atque impropriè fidei-
commiſſarij dicẽtur:cùm (vt ſuperiùs diximus)
non omninò Maioratus ſucceſſor fideicommiſ-
ſario aſſimiletur nec bona Maioratus propriè
reſtitutioni ſubiecta dicenda ſint: prout inftà
iſto lib.c.14.n.15.& c.15.n.8.& c.12.n.12. dicemus.
17 ¶Ex qua †Primogenij inſtitutione facta,ex do-
natione modali vel cõditionali, ſiue ex inſtitu-
tione legato vel prælegato vnicuiq. Primoge-
nitorum per tempus vitæ ſuæ factis,ſeu ex ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria,quanuis impropriè
reſultent tot donationes vel ſubſtitutiones le-
gata aut pręlegata in quemlibet Primogenitum
ex voc



ex vocatis ad eiuſdem Primogenij ſucceſſionem
quot ſunt perſonæ vocatæ, ac ſi vnicuique eo-
rum nominatim atque ſpecificè facta fuiſſet v-
naquæque donatio, ſubſtitutio,legatũ, ſeu præ-
legatũ. Ideóque abſque aliqua reſtitutione qui-
libet vocatus conſequetur dominium eodẽ in-
ſtanti ac momento,quo purificatur conditio,vel
venit dies vocationis ex propria perſona, ſubla-
to de medio præcedẽti ſucceſſore.Nõ autẽ ex iu-
re ab eodem ſibi tranſmiſſo, vt eleganter decla-
rat Paul.Caſtren.in l.ſi pecuniam,in princi.ff.de
condi.ob cauſ.nu.11.& conſil.164.nu.19.20.& 21.
cum ſequen. lib.2. Andr. de Yſer.in c. Imperia-
lem.§.Præterea.Ducatus.nu.4. de prohibita feu.
alie.per Frederi.vbi id optimè declarat Præpo.in
c.1.nu.10.ad fin. de feudo Marchie.Roderic.Xu-
ar.in rep.leg. quoniam in prioribus. C.de inoffi.
teſt. ſuper leg. fori.8.q.n.6. Decius conſil.498.n.
19.Pariſi.conſi.65.n.17.lib.3. Laurentius Siluanus
conſil.15.n.9.cum ſequen.Alciatus Parergon lib.
8.c.15.ad finem.Tiraq.qui tamen nihil ex his re-
fert de Primogen. q. 49. nu. 108. cum plurib. ſe-
quen.atque iterum,n.116. Non enim eſt mirum,
ſi ex vnica diſpoſitione, ſeu etiã ex vnico verbo
plures donationes ſeu ſubſtitutiones exoriãtur,
prout infra iſto lib. c. 4. n. 16. demonſtrabimus.
¶Quod non ſolùm in his qui tempore inſtitutio-
18 nis Primogenij nati ſunt:ſed etiam†in naſcituris
verũ eſt,vt probatur ex l.diui. §. pactis.C.de na-
tura.liber.Sicque in ſpecie declarat Paul.d.conſ.
164.Guid. Papæ. deciſ.267. nume.1. Bellamera.
conſil. 18. Bertrand.conſil.138. lib.2. & alibi ſæpè
19 Scrib.In†ſimilibus namque diſpoſitionibus pro-
pter celeritatem donationũ vel ſubſtitutionum
vna alteram occultat: prout in ſimili probatur
ex tex.in l.3.§.fina.ff.de donatio.inter vir.& vxo.
Et in l.ſi in Gallia cum ſimilib.C.ſi cert.peta.Id-
que ſic declarat Andre.de Yſer. in d.§.præterea.
Ducatus nu.4.
¶Quæ omnia iuris principiis ſatis conueniunt,
20 quibus permiſſum eſt,vt†ſiue ex donatione ſiue
ex vltima voluntate dominiũ alicuius rei alicui
ad vitam relinquatur ea lege, vt eo mortuo in
aliũ transferatur. l. Sempronius Atalus. in prin-
cip. ff. de vſufruct. accreſcen. l.fina. C.de lega.l.
quoties.C. de donatio. quæ ſub mod.notat Bald.
in l.extraneum.*La primera*.n.6.C.de hæredib.in-
ſti.Alexan.in l.planè.*La primera*.§.ſi coniunctim.
n.2.ff.de lega.1.Iaſſ.in l.Nemo poteſt.1.lectura.n.
92.ff.de lega.1.glo.& Scrib.in l.ei,qui ita hæredi-
tatem. ff. de condi.inſti.l.Titia cum teſtamento.
§.Titia,cum nuberet, vbi communiter Scriben.
id notant.ff.de lega.2.Ex quibus apparet,quæ ſit
Hiſpanorum Primogeniorum ſubſtantia, quæ
aliter nullo pacto percipi nec intelligi poterat.
¶Primogeniorum igitur ſubſtãtia ſic perpenſa
atque intellecta, ſupereſt,vt diſcutiamus,an ali-
qui ex Hiſpanis interpretibus Maioratum rectè
diffinierint:cùm iam exploratiſſimum ſit diffini-
tiones ab exteris Scriptoribus Primogenituræ
aſſignatas Hiſpanis Maioratibus non cõuenire.
21 ¶Qua in re†inuenio Roderi. Xuares virũ quip-
pè doctiſſimum,qui hoc verbum Maioratus:non
tàm definiens, quàm deſcribens in diſputatione
quam fecit:vtrum in bonis Maioratus pater ha-
beat vſumfructum? nume.8.inquit: Maioratum
in Hiſpania appellari bona illa ſic vinculata &
conditionata tali vinculo, vt debeant deuenire
ad filium maiorem & ſic ad deſcendentem ma-
iorẽ perpetuò:ita, quòd ſint inalienabilia & in-
diuiſibilia vllo modo. Quæ huius verbi Maiora-
tus interpretatio: ſi eam tanquam eiuſdem Ma-
ioratus eſſentię,ac ſubſtantię diffinitionem con-
ſideremus,in aliquibus deficit.
¶Primò, quia in ea non diffinitur ius ipſum Ma-
ioratus: ſed ſolum materia Maioratui ſubiecta.
Aliud namque eſt (ſi rectè cõſideremus) ius Ma-
ioratus: aliud eſt materia ipſa, ſeu bona,ex qui-
bus Maioratus conficitur: ſicut aliud eſt furtum
aliud res ipſa, quæ furto ſubtrahitur. Et etiam
aliud eſt depoſitum, aliud res ipſa quæ deponi-
tur,vt res ipſa manifeſtè demonſtrat.
¶Item nec conſtat ex genere & differentiis,cùm
verbum illud:bona,non poſſit dici genus reſpe-
ctu Maioratus: ſed genus ſit ius in bonis Maio-
ratui ſubiectis ſuccedendi.
¶Item non eſt verum,quòd bona debeant ſolum
in filiis ac deſcendẽtibus Maioratum inſtituen-
tis conſeruari: cùm poſſint conſeruari etiam in
tranſuerſalibus eiuſdẽ deficiẽte linea deſcẽden-
tiũ,dummodò omnes ſint de familia fundatoris.
¶Item nec in ea dicitur, quòd bona deferri de-
beant ad proximiorem ex familia atque ordine
ſucceſſiuo, quod proprium ac peculiare eſt in
Maioratus ſucceſſione.
¶Item nec dicitur,quòd debeant in familia con-
ſeruari ad differentiam eorum bonorum,quæ li-
cèt inalienabilia ac indiuiſibilia ſint:poſſunt ta-
men ad hæredem extraneum ex vniuerſali inſti-
tutione deferri. l.pater filiũ.§.Iulianus Agrippa.
vbi glo. & cõmuniter Scriben. ff. de lega.3.Qua-
re, etſi diffinitio iſta, quaſi omnem Maioratus
ſubſtantiam comprehendat,alia quæ id vrgẽtiùs
efficiat perquirẽda eſt. Hæc nãque præciſè Ma-
ioratum nõ diffinit: ſicut nec etiam illa, quæ po-
nitur à Reuerendiſſimo D. Didaco de Simancas
in ſuo de Catholicis Inſtitutionibus tractatu c.
9.nu.25. dicenti: Bona Maioratus ea eſſe quæ ſic
à primo diſponente ligantur, vt integra ac indi-
uiſa Primogenitis perpetuò deferantur, quam
etiã in effectu repetit in ſuo tractatu de Primo-
ge.Hiſpaniæ lib.1.c.1. In hac namque ferè omnia
quæ in ea quam Roder.Xuar.aſſignauit, notari
poterũt.Sicut in ea,quæ à Tiraquelo traditur de
primoge. q. 68. nu.1. vbi inquit, Maioratum in
Hiſpania appellari bona,quæ ſic coniunguntur,
vt in eis ſolus Primogenitus ſuccedat. Hæ nam-
que & aliæ, quæ à Fernando Menchaca.de ſuc-
ceſſio. creati. lib.3.§.26. n.90.& à Gregorio Lo-
pez in l.2. tit.15.par.2. in glo. verb. *Maioria*. aſſi-
gnantur,potius deſcriptiones: quàm Hiſpanorũ
Primogeniorum diffinitiones appellari poterũt.
¶Vt autem Maioratibus rectam diffinitionem
22 aſſignemus,dicendum erit. Maioratum†eſſe ius
ſuccedendi in bonis,ea lege relictis,vt in familia
integra perpetuò cõſeruentur proximóque cui-
que primogenito ordine ſucceſſiuo deferantur.
En igitur nouam ac eſſentialem Hiſpanorũ Ma-
ioratuum diffinitionem, quæ ex genere & diffe-
rentiis omnibúſque ſuis partibus conſtat. Ius
namque ſuccedendi genus eſt.Sunt autem diffe-
rẽtiæ omnes,quæ ſequuntur, quibus Maioratuũ
partes ſubſtantiales cõprehenduntur,eorúmque
eſſentia concluditur. Eſtque diffinitio iſta con-
uertibilis cum ſuo diffinito:cùm ſicut Maiora-
tus eſt id, quod in ea diffinitur: ita omne illud

quod eaſdē qualitates habuerit, Maioratus erit:
quod ad perfectionem cuiuſcunque rectæ diffi-
nitionis requiritur, vt inquit Iuriſconſultus in l.
1.§.dolum.ff.de dolo.vbi Bart.& Scrib.
¶Nec diffinitio noſtra labefactari ex eo poterit,
quòd aliqui Maioratus inueniãtur, vbi non filius
Primogenitus: ſed ſecundogenitus ſuccedit. Itē
non perpetui, ſed temporales & qui ex expreſſa
teſtantis diſpoſitione in perſona vltimo loco vo-
cata finiãtur. Item in quibus vna familia non ſit
vocata, ſed plures perſonę ex diuerſis familiis ad
eorundem ſucceſſionē inuitentur. Nam quando
Primogenitus à Maioratus ſucceſſione excludi-
tur, id effici ſolet eo inhabili effecto, ſeu ex alte-
rius Maioratus ſucceſſione impedito: quo caſu,
ſecundogenitus capit vicē ac locũ Primogeniti,
vt alibi declarabimus. ¶Quod ſi ex aliis ratio-
nibus diſponens ad id diſponendum moueatur,
aut non erit Maioratus is, à cuius ſucceſſione fi-
lius maior natu excluditur, aut erit Maioratus
improprius: ſicut enim inter feuda, eſt quoddam
feudum habens propriam feudi naturam, aliud
autem habens illam impropriã: vt dixit Bald. in
præludiis feudorum.nume.46.quem refert & ſe-
quitur Iaſſ. in opere, quod ſcripſit ſuper feudis
nu.98. Deci.conſil.138.nu.7. idem conſil.269.nu.
6. Pariſ.conſil.4. nu.13. li.1. Celſus conſil.26. nu.
33.cum ſeq. Quod & feudiſtę paſſim annotare ſo-
23 lēt. Ita etiam † inter Maioratus dici poterit quoſ-
dam eſſe Maioratus proprios: quoſdam autem
improprios. Vtcunque verò ſit, nō oberit noſtræ
diffinitioni. quod in hoc & in aliis ſuperiùs enar
ratis diſponētes plura à Maioratus natura diuer-
ſa, ſeu etiam contraria, diſponant. Nos namque
diffinimus Maioratum ſecundùm eius naturam,
ac ſubſtantiã, conſuetudinéque receptum ſucce-
dendi ordinem: quod ſi ex accidenti, & rarò in
aliquibus Maioratibus quid diuerſum diſpoſitũ
inueniatur, ex eo diffinitio hæc, nec periclitatur
24 nec imperfecta redditur. Sufficit † namque diffi-
nitionem ſecundùm rei naturam ac ſubſtantiam
ac id, quod communiter accidere ſolet, verã eſſe:
licèt ex accidenti ac ex his, quæ raró contingunt
aliquando deficiat, vt cenſuerũt gloſſ.& Alberi.
in l.omnis diffinitio.ff.de regul.iur. Bart.in l.1.n.
2.ff. de teſtam. vbi etiam per Scrib. Iaſſ. Deci. &
Horoſcius in l.Imperium. ff.de iuriſd. omniũ iu-
dicum. Abb.& Areti in Rubrica de iudi.vbi De-
ci.nu.3.& 4.& Ripa nu.39.& 40.id ipſum notant
Alex.in Rubr. ff.ſolut.matri.col.5.nu.26.Salicet.
in l.precibus. col. 2. C.de impub. Bal. nouel. de
dote.col.2.& communiter Scrib.licet Alciat.lib.
6. Paradoxorum. cap.9.& Cagnol. in d.l. omnis
diffinitio.nu.39.cum plurib.præced & ſequētib.
contrariam ſententiam probent, quorum opi.
nullatenùs procedere poterit vbi ea, quæ aduer-
ſus diffinitionem adducuntur, ſunt præciſè con-
trà rei diffinitæ ſubſtantiam, ac naturam, & quæ
non facilè accidere ſolent. Ideóque diffinitio iſta
proculdubiò vera, ac perfecta cēſenda erit, men-
tíque ad Hiſpanorum Maioratuum perfectam
cognitionem tenenda, præſertim ſi ordinem Iu-
riſconſultorum, non autem Dialecticorum, in
diffiniendo ſequamur.
¶Animaduertēdum autem eſt, quod in hac dif-
finitione non fecimus mentionē de Principis fa-
cultate, quæ in Hiſpanis Maioratibus freqūeter
interuenire ſolet. Ea nãque in Maioratibus ne-
ceſſaria non eſt: niſi vbi pater filios vltra metas
legibus Regiis cōſtitutas grauare velit. ¶Si autē
quis velit Maioratũ inſtituere ex Tertio & Quin
to: ſi liberos habeat: ſeu etiam ex legitima ex eo-
rum cōſenſu, vel liberos non habens ex omnibus
bonis ſuis, vel certa eorum portione: is ad hunc
Maioratum inſtituendum facultate Principis nō
25 indigebit, cũ † id legibus Regiis abſque ea face-
re poſſit, fruſtráque precibus impetretur, quod
iure cōmuni conceſſum eſt.l.vna.cum ſimilib.C.
de Theſau. Iſq; verus Maioratus erit, acſi Princi-
pis facultate fuiſſet inſtitutus. Facultas namque
legis, ac Principis æquiparãtur. tex. in auth.item
ſine legitimis.ibi. *Principis & legis dono fiant hære-
des*. C.de natu.libe. Tiraquel. in repe.l.ſi vnquã.
verbo, donatione largitus. nu.226. Nec mirùm
cùm Princeps ſit lex viua.tex.in auth.de cōſulib.
ad fin. colla.4. Imò id quod quis beneficio legis
conſequitur dicitur acquirere ex Principis con-
ceſſione.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.ibi. *Quia hoc
nō iudicio eius ad eũ peruenit, ſed principali prouiden-
tia*. Ad q; ſolet allegari Regia lex id expreſſiſſi-
mis verbis probãs in l.44.Tau.in prin.quę hodie
eſt l.4.tit.7.lib.5.in noua legum Regni collectio-
ne [ibi, *Elique hiziere algun Mayoradgo, aunque ſea
con autoridad nueſtra*.] Ergo ſi abſque Regia facul-
tate fiat, nihilominus verus Maioratus erit: id
namque iſta dictio quanuis, importat.glo.in Clē.
1.verbo.quanuis.de re iudi. Quam ad hoc ſummè
commendat Iaſſ.in l.huiuſmodi.nu.1.ff.de verbo.
obliga. Et eſt alia conſimil. in Clem. 2. glo. fin.
verbo quanuis de reb. Eccle. non alie. Idque di-
xit Xuar.in repe.l.quoniam in prioribus. 2.limi.
ad l.fori.n.17.C.de inoffi.teſt.vbi inquit hoc eſſe
notandũ contra imperitos, qui credunt eſſe im-
poſſibile, Maioratũ fieri poſſe abſq; Regia facul-
tate. Idem etiã arbitratur Didac.de Couarr. qui
26 plura refert lib.3.reſo.cap.5.n.6. Vbi inquit † re-
mediũ l. 45. Tau. cōpetere Maioratus ſucceſſori
qui ex Maioratu abſq; Regia facultate inſtituto
vocatus eſt. Eandémq; ſententiã ſequitur Men-
cha.de ſucceſ.creati.lib.3.§.26.nu.95.& 96. Idem
etiam cenſuit Peralt. in repe. Rub. ff. de hæred.
inſtituen.123.vbi inquit, Leges Taurinas loquen-
tes de Maioratibus habere locum tam in factis
de bonis vniuerſalibus quàm particularibus per
viam vinculorum ex ll.Regiis conſtitutis. Idque
etiam procedere in iuris patronatibus, & ſimili-
bus diſpoſitionibus iure Maioratus inſtitutis,
quanuis contrarium exiſtimauerint Anto. Go-
met.in l.45.Tau.nu.116.ad fi. & Fernand.Gomet.
in l.25.Tau.nu.62. Et quanuis etiam de hac opi-
nione dubitauerit Palat. Ruui.in l.24. Tau.n.82.
Quorum opiniones ſequendæ non ſunt.
27 ¶Quod adeò verũ eſt, vt † pari ratione dici poſ-
ſit.l.46.Tauri.quæ hodie eſt l.6.tit.7.lib.5. in no-
ua legũ Regni collectione, de ædificiis, in rebus
Maioratus factis loquentē etiam eos Maioratus
cōprehendere, qui ex Regia facultate facti non
fuerint.& etiã anniuerſaria, & Patronatus in qui
bus iure Maioratus ſuccedēdum ſit. Nã quãuis il-
lius legis diſpoſitio aliquibus iniuſta viſa fuerit:
nobis autē iuſta atque rationi conueniens ſem-
per viſa fuit: vt infra iſto lib.c.25.nu.14.& 15.de-
mōſtrabimus. Ideoq; ad omnia Maioratuũ gene-
ra protrahēda erit: vt probat Didacus de Couar.
lib.3. reſolutio. c.5. nu. 3. in Maioratibus abſque
Regia facultate inſtitutis, loquens. Et nouiſſimè
Anto.



Antō.de Padil.qui etiã ad anniuerſaria iure Ma-
ioratus facta illã extēdit in Rub.C.de fideicō.n.
10. Quorũ opinio vera mihi videtur. ¶Ex quibus
omnibus comprehendi poteſt quantum ab horũ
Maioratuum principijs deuiauerit Celſus cōſil.
93.nu.4.& conſil.117.numer.4.vbi profitetur non
poſſe fieri Maioratum abſque Regia licentia: ci-
tans ad id Oldral.Pau.Bolog. & Soci.qui id non
dixerunt. & l. Tauri. quæ etiam id non diſponit,
adiiciensque quòd in Regnis Aragoniæ Maio-
ratus non practicantur ex eo quòd abſque Re-
gia facultate fieri ſoleant.
¶Vnum tamen pro huius capitis complemento
ſciendum eſt, quòd quanuis ex Galliæ conſuetu-
dine filio Primogenito plura competant iure
Primogenituræ abſque parentum ſpeciali pro-
uiſione ſeu diſpoſitione: interdũ tamē in Galliæ
prouinciis, ſiue ex Regia ſiue paterna, aut alte-
rius donatione plura etiã competunt donatario
eiuſque Primogenitis in perpetuum, quæ expreſ
sè alienari prohibita ſunt, vt oſtendit Tiraquel.
de Primogenitura, q.61.n.2.& q.87.numer.7.&
Carolus Molin. in conſue. Pariſien. titul.1. §.8.
28 glo.3.nu.14.& num.28. Quæ † conceſsiones non
modicum Hiſpanis Maioratibus aſsimilantur:
idque in alijs mundi regionibus, vbi ſimiles con
tractus ſeu diſpoſitiones fieri etiam ſolent, di-
29 cendum erit. Ideoque † propè omnia ea, quæ in
hoc tractatu dicentur, non ſolùm Hiſpanis: ſed
etiam exteris vtilia erunt. Quod non ſolùm dici
poterit propter præfatas diſpoſitiones, quæ in
eiſdem prouincijs fieri ſolent, quæ Maioribus
aſsimilantur, ſed etiam propter ſucceſsiones Re
gnorum, Ducatuum, Marchionatuum, & Comi-
tatuum, cæterarumque ampliſsimarum ditionũ.
30 In illis † namque apud omnes nationes ac prouin
cias iure Maioratus vt plurimùm ſuccedi ſolet,
ſucceſsioque eo ordine, quo in Hiſpanis Primo-
genijs defertur: quæ etiam ad fideicommiſſa
perpetuò familiæ relicta maximi momenti eſſe
poterunt. Et hæc de Maioratus diffinitione di-
xiſſe ſufficiat.

*SVMMARIA.*

1 *Vera rerum cognitio, à cauſis prioribus deriuatur.*
2 *Maioratus à diuino inſtituto quodammodò originem trahunt.*
3 *Iure diuino Primogenitis plures prærogatiuæ competebant.*
4 *Maioratus etiam à iure naturali originem trahunt. Item à iure gentium.*
5 *Ius gentium vnicum eſt, nec inter primæuum & ſecundarium diſtingui debet.*
6 *Etiam à iure canonico, ciuili & conſuetudinario Primogenia Hiſpanorum deriuantur.*
7 *Maioratus Hiſpaniæ ab ipſo Hiſpaniarum regno deriuantur.*
8 *Qui malè principiat, malè finit.*
9 *Minimus error in principio in fine maximus apparet.*
10 *Regnum Hiſpaniarum Maioratus eſt.*
11 *Maioratus obſeruatio in Regni ſucceſsione à Rege Pelagio principium aſſumpſit.*
12 *Ante Regem Pelagium certum eſt, quòd Regnum electione: non iure Primogenituræ competebat.*
13 *Gothorum lex antiquiſsima de Regni Hiſpaniarum ſucceſsione citatur, atque eius veritas diſſentitur. Chronicæ generalis Hiſpaniarum locus, de Regni ſucceſsione expenditur.*
14 *Pelagius pro inſignis Leonem rubeum in campo albo aſſumpſit.*
15 *Fernandus primus inſignis Leonis Caſtellum aureum in campo rubeo in parte dextra adiecit.*
16 *Regnum Caſtellæ eſt caput omnium Hiſpanorum Primogeniorum.*
17 *Succeſsio Maioratuum Hiſpaniæ regulatur ſecundùm Regni ſucceſsionem.*
18 *Conſuetudines vrbis Romæ in alijs prouincijs ſeruabantur.*
19 *Maioratuum cauſæ vſque ad legum Taurinenſium publicationem in hoc Regno, ijs legibus iudicabantur, quæ ad Regni ſucceſsionem conſtitutæ erant.*
20 *Forma inſtituendi Maioratus ſeu facultatis ad illum inſtituendum, in partitarum legibus non inuenitur.*
21 *Succeſsio Regni, & Maioratus ſemper vna eſt: niſi inſtitutor aliud diſpoſuerit.*
22 *Subditorum mos eſt id ſequi, quod Reges facere conſpiciunt.*
23 *Hiſpani potiùs quàm alij, Regum exempla ſectantur.*
24 *In domo ſua quemlibet eſſe Regem & Principem.*
25 *Diuites omnes principes appellantur.*
26 *De Regno ad Maiotatum procedit argumentatio.*
27 *Tenor diſpoſitionis derogat Maioratus naturæ.*

*Quæ fuerit Hiſpanorum Maioratuum origo.*

CAPVT SECVNDVM.

VISA iam Maioratus diffinitione, operæpretium erit intelligere, vnde huiuſmodi Primogenia origi-
1 nem duxerint ac deriuentur. Vera † namque rerum cognitio, ſecundùm philoſophum, à cauſis prioribus deriuatur, & rectè eam rem ſcimus, quam ex prio-
2 ribus cauſis cognoſcimus. Maioratuũ igitur † Hiſpanorum origo ab inſtituto diuino quodammodo deriuationem primæuam duxiſſe conſtat, ex eo quòd Geneſ. c. 25. mentio fiat de Primogenitura, cuius Primogenituræ ius Eſau vendidit fratri ſui Iacob, & iterum, cap. 27. vbi Iſaac dedit filio ſuo Iacob benedictionem, eique ius Primogenituræ conceſſit. & c. 43. *Sederunt coram eo Primogenitus iuxta Primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam*, & Deuteronomij cap. 21. *Iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur*
3 *Primogenita.* Et aliàs ſæpè. Quo iure † diuino Primogenito prærogatiuæ quam plures præ cæteris filijs competebant. Nam ad dexteram parentis Primogenitus ſedebat, ſacrificia offerebat, cuncta ex bonis parentis duplicata ſibi vendicabat, diebus feſtiuis veſtem pretioſam ferebat, benedictionem à parente in mortis articulo capiebat, cibarijſque duplicibus fruebatur. Quæ iura antiqua Primogenituræ in veteri teſtamento fuiſſe, aſſerit glo. in cap. quàm periculoſum. 7. q. 1. quam ſequitur Archid. & cæteri Scrib. ibidem. Ioan. Andr. Cardi. & Panorm. in c. licet deuoto. Alex. conſil. 161. circa fin. lib. 2. Lauden. in ſuo tracta. de Primoge. 1. & 2 q. Ioannes Licerier. in eodem tracta. libro 1. 2. &, 3. q. & iterum lib. 2. 2. q. vbi viginti tres Primogenitorum prærogatiuas enumerat. quæ ibidem ſigillatim videri poterunt. Nos enim non intendimus aliorum dicta, niſi magna ex cauſa repetere. Tiraquel. de Primogeni. in præfatione. nu. 12. Ex quo fit vt Hiſpana Primogenia non modicam habeant ab inſtituto diuino deriuationem. Idque apertè oſtendit l. 2. titul. 15. part. 2. ibi. *Eſegun ley ſe prueua por lo que Dios dixo a Abraham.* Et ibi. *Ca ſegun el dixo a Moyſen en la vieja ley: todo maſculo que naſcieſſe primeramente, ſeria llamado coſſa ſancta de Dios.* Et iterum ibi. *Se prueua por las palabras que dixo Iſaac a Iacob ſu hijo, quando le dio la benedicion.* Quod ſi ad ipſum ius Primogenituræ ſimpliciter ac de per ſe ſumptum referatur, veriſſimum eſt. ¶ Hiſpanorum autem Primogenia ab ipſis legis veteris Primogenitis diſſimilia ſunt, vt in cap. præcedenti latiùs oſtendimus; probátque ex pluribus Burgos de Pace in procœmio legum Tauri. n. 91. cum ſequen. Didac. de Simanc. de Cathol. inſti. cap. 9. de bonis hæreticorum. num. 125. Idem in ſuo tractatu de Primogenitis Hiſpaniæ, lib. 1. cap. 1.

4 ¶ Item † à iure naturali, quod natura omnia animantia docuit hoc Primogenituræ ius ſimpliciter ſumptum etiam originem ducere, conſtat ex eo, quòd omnia animalia, etiam ratione carentia ipſa ſolùm natura impellente, ardentiùs Primogenitos ament, eiſque ius quoddam velut Primogenituræ tribuant, vt ex pluribus omnium latiſſimè, eruditéque (vt aſſolet) probat Tiraquel. de Primog. in præfatione. num. 36. cum pluribus ſequen. probatúrque in d. l. 2. partitarum. ibi. *La primera naturalmente.* Idque aduertit Xuar. in repeti. l. quoniam in prioribus. 11. ſimi. 2. dubio. num. 22.

¶ Item à iure gentium non modicum principium duxit hæc noſtra Maioratuum obſeruatio cùm eo iure teſtandi, de réque ſua liberè diſponendi facultas vnicuique conceſſa ſit. l. nec enim. §. deportati. ff. de milit. teſtam. l. milites. C. eo. ti. Theophilus, qui in hunc ſenſum accipiendus eſt, in §. ius autem ciuile. Inſti. de iur. natu. genti. & ciui. Bartol. in l. interdum. num. 7. ff. de cond. indeb. Roma. Fulgo. & Iaſſ. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. Quibus plura cumulauit Illuſtriſſ. D. Didacus de Couarru. lib. 3. reſolutio. c. 6. num. 7. Ex qua diſponendi libertate à iure gentium inuenta, proceſſerunt conditiones, vincula, fideicommiſſa, cæteráque id genus grauamina, quæ in Hiſpanorum Maioratibus paſſim inueniuntur.

5 ¶ Nec † in hac parte ius gentium primæuum à ſecundario diſtinguimus: ea namque diſtinctio tametſi communis ſit, vera non eſt, cùm vnicum ſit ius gentium, etſi proceſſu temporis variatum fuerit, vt explicant Fortunius Garſia in l. 1. §. ius naturale. num. 34. ff. de iuſt. & iur. Alciatus in l. Paterfamilias. num. 7. ff. de ver. ſignifi. Connanus lib. 1. commen. iur. ciui. cap. 4. cum ſequentib. Coraſ. lib. 6. Miſcell. c. fin. Pinelus, qui alia refert in Rub. C. de empt. & vend. 1. parte, num. 12. & alibi ſæpe Scrib.

6 ¶ Item † ea omnia à iure etiam ciuili originem ducunt: nam etſi teſtandi, ac de re ſua diſponendi facultas à iure gentium proceſſerit, veriſſima tamen communíſque de hac re opinio eſt, quòd omnia iſta fuerint iuris gentium, inuentione: iuris autem ciuilis, forma, ac ſolennitate, & approbatione, vt poſt cæteros aduertit eleganter Iaſſ. in d. l. ſi teſtamentum. & Viglius in §. ſed prædicta. nu. 4. Inſtit. de teſtam. Alex. & Iaſſ. in Rub. ff. de acquir. hæred. Deci. in conſ. 455. nu. 3. Peralta, qui id latiſſimè proſequitur in Rub. ff. de hæred. inſtitu. num. 140. cum ſequen. D. Didacus de Couarru. lib. 3. reſolutio. c. 6. num. 7. Iulius Clarus in ſummo rerum Italicarum Senatu Regius conſiliarius, ingenióque & literarum præſtantia verè clarus, lib. 3. recepta. ſenten. §. teſtamentum. q. 2. Celſus conſ. 120. numer. 87. Sícque ius ciuile paſſim plura de huiuſmodi fideicommiſſis, conditionibus, ſubſtitutionibus, vinculis, grauaminibúſque, in quibus præſertim conſiſtit Maioratuum ratio, diſponit: ita vt certiſſimum ſit, præcipuam anſam ius ciuile noſtri temporis Maioratibus dediſſe: idque ipſum feciſſe ius Regium Hiſpanorum proprium ac peculiare. Ex quo præſertim intelligitur Maioratuum ſubſtantia.

¶ Item originem etiam ducit Maioratus à lege Canonica, & etiam conſuetudinaria, vt inquit Ioan. Andr. quem cæteri ſequuntur in c. licèt deuoto. Ioan Licerier. & Tiraq. locis, quibus eos ſuprà citauimus. d. l. 2. tit. 15. part. 2. ibi. *La tercera por coſtumbre.* Et ibi: *Y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo.*

¶ Sed quamuis ſi hoc ab antiquiſſimis rei huius principijs repetendũ ſit, res iſta genericè ſũpta à iure Diuino, Naturali, Gentium, Ciuili, Regio,



Canonico, ac Cõſuetudinario originem ducat.
7 Hiſpanorum † autẽ Primogenia ſecũdario, certiorīq; principio ab ipſo Hiſpaniæ Regno, eiuſque ſuccedendi ordine deriuãtur, propriáque ac veriſſimam originem trahunt. Quod aſſumptum veluti totius noſtræ machinæ fundamentum præciſè probandum eſt: ne alias corruant ea, quæ ab eo per totum operis diſcurſum dedu-
8 cẽda ſunt. Qui enim † malè principiat, malè finit. vt enim inquit Bald. in l. fina. C. de verb. ſigni. nu. 4. nulla conſequentia fieri poteſt ex illegitimo principio. Quod aptiùs ad propoſitum colligitur ex Philoſopho, in lib. 1. de cœlo & mundo,
9 vbi inquit: Quòd † error minimus in principio, in fine maximus reperitur: prout in agentibus iter apparet.

¶ Vt autem in nobis nõ eueniat, qui Maioratuũ Hiſpanorum originem, ſubſtantiam ac naturã, ſucceſſioniſque obſeruationem ab ipſo Hiſpanorum Regno deriuamus, id pręmittendum eſt,
10 ipſum † Hiſpaniarum Regnum veriſſimum Maioratum eſſe, in eiúſque ſucceſſione ſeruari verum ac præciſum ordinẽ Primogenituræ: quod probatur euidentiſſimè ex d. l. 2. tit. 15. part. 2. vbi Grego. Lopez id ipſum notat: ídque ipſum profitentur cæteri Scri. de quibus ſtatim mẽtionẽ faciemus. Et quamuis d. l. partitarum, de ſola Regni Caſtellæ ſucceſſione diſponat, idẽ de omnibus alijs Hiſpaniarum Regnis, quæ Regno Caſtellæ adiuncta ſunt, dicendum erit: cùm ſiue ex illorum Regnorum lege, ſiue conſuetudine eundem ſuccedendi ordinem ſequantur, vt pluſquam notiſſimum eſt.

¶ Quæ Maioratus in Regni Hiſpaniarũ ſucceſ-
11 ſione præciſa obſeruatio † (vt ex antiquis huius Regni Chronicis accepimus) in Rege Pelagio principium obtinuit. Ante illum namque Hiſpaniarum Regnum, vſq; ad Roderici infœlicis tempora, electione prorſus, non ſucceſſione cõſtabat, quod ſacra illorum temporum conſilia ſatis apertè demonſtrãt. ¶ In quarto nãque Toletano concilio, vltimo canone hoc pacto diſponitur. *Nullus apud nos ſub præſumptione, Regnum arripiat, nullus excitet mutuas ſeditiones ciuiũ, nemo meditetur interitus Regũ: ſed defuncto in pace Principe Primates totius gentis, cum ſacerdotibus ſucceſſorẽ Regni conſilio cõmuni conſtituant, vt dum vnitatis concordia à nobis retinetur, nullũ patriæ gẽtíſque deſidiũ per vim, atque ambitũ moliatur.* ¶ Itẽ in quinto Toletano concilio, Cano. 3. *Quoniam ſunt inconſideratæ quorũdam mẽtes, & ſe minimè capiẽtes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui paſſim, licentérque putant ad Regalis Maieſtatis peruenire faſtigia. Huius rei cauſa noſtra omniũ cum inuocatione diuina profertur ſententia, vt ſiquis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium præfecit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio Catholicorum priuatus. &c.* Egerat autem canon præcedens de Regis Suinthilæ filijs, vt hoc nõ defectu Regiæ prolis cautum: ſed pro legum antiquarũ firmitate prouiſum videatur. Item in ſexto Toletano concilio, ſuperiores de hac re canones repetuntur, & filiorum Suinthilæ mentio fit, & tamen ad hunc modum ſancta Synodus cõſtituit. *Rege verò defuncto, nullus tyranica præſumptione Regnũ aſſumat, nullus ſub religionis habitu detõſus aut turpiter decaluatus, aut ſeruilẽ originẽ trahẽs, vel extraneæ gẽtis homo, niſi genere, & moribus dignus, promoueatur ad apicem Regni.* Imò in electione Eruigij Regis, de qua in initio duodecimi Toletani cõcilij liquidò patet, omnium Procerum, & Epiſcoporum conſenſu, & ſuffragijs Regem eligi ſolere.

¶ Idipſum etiã ex libro Hiſpaniarum antiquiſſimo (qui forus Iuzgo appellatur) manifeſtè comprehẽditur. In procemio nãque eiuſdẽ libri, l. 1. dicitur. *Eneſta ley dizẽ como deuẽ ſer eſleido los principes, y que las coſas, que ellos ganã deuẽ fincar al Regno.* Iterúmque in l. 2. eiuſdem procœmij, in hæc verba etiã diſponitur. *Doncas eſtablecemos que de aqui adelãte los Reyes deuẽ ſer eſleidos en la ciudad de Roma, o en aquel lugar dõde murio el otro Rey, con cõſejo delos Obiſpos, y delos ricos omes dela Corte, y del pueblo, y no deue ſer eſleido de fuera dela ciudad, ni de cõſejo de pocos, ni de villanos del pueblo. &c.* Et iterũ in eadẽ lege dicitur. *Mas las coſas que ellos ganarẽ no las deuẽ hauer ninguno de ſus hijos: ſino como mandare el Rey, y las coſas que fincaren por ordenar deuẽ las hauer ſus ſucceſſores, y las coſas que erã ſuyas proprias, y que ganarõ, ante que fueſſem Reyes deuẽ hauer las ſus hijos e ſus herederos.* ¶ Quod etiã ex l. 4. & propè ex omnibus legibus eiuſdẽ procœmij aper-
12 tiſſimè conſtat: adeò, vt † pluſquã notiſſimũ ſit, ante Pelagium Hiſpaniarum Regnum ſemper iure electionis, non autem ſucceſſionis delatum fuiſſe. Tametſi Ioan. Lupus de obtẽtione Regni Naua. §. 10. part. 6. hoc non adeò exactè conſiderans dixerit incertum eſſe: an Regni ſucceſſio ante Pelagium iure Primogenituræ an ex electione competeret.

¶ Quòd ſi quorundam Regum filij vterque, ſcilicet, Reccaredus, Liuua ſecundus, Receſſuinthus, atque alij Regum Gothorum filij, paternũ Regnum obtinuiſſe legũtur, id matura parentũ prouidentia factum fuiſſe conſtat, qui hoc viuẽtes fecerunt, vt communi Gothorum conſenſu, eorum filij ad Regni ſucceſſionẽ omnibus alijs præferrentur, & ex hinc omnium ſuffragijs eligerẽtur. Quis enim Regi viuẽti hoc denegaret? Ideóque hi filij, qui poſt parentes inter Gothos regnarunt in Regni cõſortium aſſumpti, & Regni participes viuentibus patribus facti dicuntur, vt ex hinc electio ipſa facta videretur, & futura poſt patris obitum ſit excluſa.

¶ Sed quamuis Gothorum tempore Hiſpaniarũ Regnum hoc pacto continuatum fuerit: à Rege autem Pelagio longè alia cœpit forma regnãdi. Regnum enim Hiſpaniæ à patre in filium natu maiorem ita ſemper deriuatum eſt, vt nunquam in hoc fuerit variatum, niſi ſi quando vis aliqua oppreſſo iure, abolitáque conſuetudine tyrãnicè inualuit. Exemplo ſunt Regum omniũ noſtrorũ filij primogeniti, Regni ſucceſſores, & horũ defectu filiæ, fratres, agnati, cognatíue, ad quos priorũ defectu regni fuit ſucceſſio ſuo iure deuoluta.

¶ Quod autem ex tunc vſque ad noſtra tempora Hiſpaniarũ Regnũ iure Maioratus, ſeu Primogenituræ delatum fuerit, aſſerit Io. Lup. de obten. Re. Nauar. §. 9. par. 6. vbi inquit, Tempore
13 Pelagij † à Gothi lege generali ſancitũ fuiſſe, ꝙ ſi Rex fuiſſet Catholicus Primogenitus eius, atq; ante obitum patris, decedente Primogenito, ſecundo natus, & ſic per ordinẽ quantumcunque minimæ fuiſſet ætatis, in Regnum ſubſtitueretur. Si autem deficeret filius maſculus, ſtatuiſſe, vt filiæ eodem ordine ad Regni ſucceſſionem admitterentur, cui ipſa magnorum Gothorum

proui

prouidentia ex nobilioribus Gothis virum deligeret, quo Regalis poſteritas cõſeruaret. Quod refert dixiſſe Lucam Trudenſem in ſuo Chronico, vbi de Rege Pelagio agit. Idipſũ etiã repetẽs in Rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 69. nu. 26.

¶ Quanuis autem vir iſte præſtantiſsimus Lucæ Trudenſis authoritate hoc affirmet: nos tamen apud hunc rerum Hiſpanicarum Scriptorem, in vno atque altero venerandæ vetuſtatis exẽplaribus, quæ nobis videre contigit nihil tale vnquam ſcriptum reperimus, nec alibi inuenire potuimus, quod nobis non modicam admirationem præſtitit. ¶ Vtcunq. autẽ id ſit, maneat verũ & firmum Regnum Hiſpaniæ, ab eius poſt Pelagium inſtauratione ſemper in Regios filios maiores, vi, aut tyrannide ceſſante, delatum fuiſſe. Quod inuiolata conſuetudine, multorúmque ſeculorum exemplis planum fit & manifeſtum: non tamen Tudenſis Epiſcopi authoritate, nec legis illius promulgatione.

¶ Sed hoc ipſum authoritate Regis Alphõſi decimi comprobatur: Is namque in generali (vt vocant) hiſtoria, vbi de Rege Ferdinando primo Regna inter filios ſuos partiente, agit, inquit, [*E quãdo el Rey don Fernado eſta particiõ ouo fecho peſo mucho al infante don Sãcho, que era el maior que lo hauie de hauer todo enteramente. Edixo a ſu padre que nõ podie, nin deuie de derecho fazer eſta particion. Ca los Reyes Godos antiguamẽte fizieron conſtitucion entre ſi, que nun ca fueſſe partido el ſu imperio deſpues que fueſſe ſiempre de vn Señorio. E por eſta razon non lo deuia partir, pues lo Dies ayuntara enel, mas que lo deuiera el auer que era ſiio mayor, y heredero.*] De qua Sanctij querimonia, neque Rodericus, neq. Tudenſis meminerunt. Illa autẽ hiſtoriꝫ generalis verba attentè ſunt expendenda. Gothorum nãq. lex, quꝫ in ipſa citatur, nõ probat Regnum filio maiori iure Maioratus deferendum eſſe: ſed ſolum Regnum ipſum non oportere diuidi, nec in partes diſtribui. Imò (vt paulò ante oſtẽſum eſt) tempore Gothorum, non ſucceſsione: ſed electione Regnum conſtabat. Ideóque nõ filio maiori: ſed ei, qui ad ipſum Regnum deligendus foret, indiuiduũ præſtandum erat. Sed cum iam Fernandi primi tempore, Regnum nõ electione ſed ſucceſsione ex generali Hiſpaniarũ conſuetudine deferendum eſſet, ex legéque Gothorum diuidi non poſſet: ſed vni tantùm deferri deberet: optimè proceſsit Sanctii argumẽtatio: cùm omne illud, quod tanquam indiuiduum vni filio ex legis, vel hominis diſpoſitione competit, neceſſariò filio maiori natu præſtandum ſit, vt infrà iſto lib. c. 11. nu. 9. dicemus.

¶ Quod autem Regnũ Caſtellæ in omnibus tanquam Maioratus ex tunc ſemper habitus fuerit
14 ex eo etiã probatur, quòd eo tempore † Pelagi⁹ relictis Gothorum inſigniis Leonem rubeum in Campo albo pro inſigniis aſſumpſit, vt inquit Epiſcopus Burgẽſis in Anacephaleoſi, c. 43. & Palat. Ruui. de obtentio. Regni Nauarræ. §. 7. in fi. 6. part. prout Hiſpanorum Maioratuum poſſeſſores ſuæ familiæ inſignia aſſumere ſolent. Quæ inſignia poſteà auxit Fernandus huius nominis primus, qui ex perſona Sanctiæ vxoris ſuæ, Re-
15 gnum Legionis obtinuit. Ipſe † enim inſigniis Leonis, Caſtellũ aureũ in Campo rubeo in parte dextera adiecit, vocatuſque fuit Rex Caſtellꝫ & Legionis. Vt idem Epiſcopus Burgenſis eodẽ lib. c. 72. exponit, atque Palla. Ruui. de obtentio. Regni Nauarrꝫ, par. 6. §. 8. ¶ Quꝫ omnia ꝓpria ac peculiaria ſunt Hiſpanorum Primogeniis, quibus vt plurimum eorum poſſeſſores præterquã, quòd inſignia antiqua propriꝫ familiæ (vt prꝫdiximus) aſſumunt: ſi vni Primogenio aliud ex ſucceſsione vel aliàs adiungatur, ſtatim illius Maioratus inſignia antiqui Maioratus inſigniis, ſiue ad dexterã, ſiue ad ſiniſtrã adiiciunt. Quꝫ euidẽtiſsima ſũt veri, ac proprii Maioratus veſtigia.

¶ Hoc autem adeò verum eſt, vt ſecurè, ac confidenter dici poſsit: nõ ſolùm Hiſpaniarum Re-
16 gnũ verum Maioratum eſſe: imò † Regnũ ipſũ eſſe caput omnium Hiſpanorum Primogeniorũ ab eóque cætera Primogenia tanquam à capite deriuari, ſuccedendique rationẽ accipere adeò vt ſi de ſuccedendi ordine in Hiſpaniæ Maioratibus contendatur, ea lis ſit ſecundùm leges ad Regni ſucceſsionem inſtitutas, decidẽda. Quod aduertit Paul. Caſtren. conſil. 164. volum. 2. Abb. conſi. 85. parte 1. Bologninus cõſil. 62. col. 2. vbi
17 formaliter inquit poſt Paul. d. cõſil. quod † exiſtentia, natura ſucceſsio, & conſtitutio Maioratuũ Hiſpaniꝫ, regulatur in omnib. & per omnia ſecundùm exiſtentiam, naturam, conſtitutionẽ, & ſucceſsionem Regni Hiſpaniarum, quod eſt omnium primogenitorũ Hiſpaniæ caput, à quo tanquam à vero capite omnia alia primogenia tanquam membra deſcendunt: quod etiam repetit Sigiſmundus Neapolitanus in cõſiliis feudalibus, conſi. 1. nu. 56. & alibi ſæpe Scrib. Idque ea ratione: quòd à capite membra diſcedere nõ liceat, c. cùm non liceat. de prꝫſcrip. Sicut etiam
18 dicitur, quòd † cõſuetudines vrbis Romæ, quæ totiùs mundi caput olim dicebatur, ſeruãdꝫ ſũt in omnibus aliis prouinciis. l. 1. §. cùm vrbẽ ff. de offi. prꝫfecti vrbis. l. de quibus, cum ſimilib. ff. de legib. l. 1. §. Sed ſi quæ leges, C. vete. iur. enuclc. ibi. *Secundùm Saluij Iuliani ſententiam, qui iudicat debere omnes ciuitates cõſuetudinem Romæ ſequi & legem, quæ eſt caput orbis terrarũ, nõ ipſam aliàs.* Tex. in §. fina. Inſti. de ſatisdati. Et in cap. 1. de ſac. vnctio. Idque de Hiſpanis Maioratibus agẽs cenſuit Menchacha. lib. 3. de teſtamen. creatio. §. 26. nume. 94. & Petrus de Peralta. in Rubrica ff. de hæred. inſtitu. & in l. 3. §. qui fideicommiſſam. nu. 122. ff. eod. tit. & latiùs nu. 139. Iacobus A ſa. de Primoge. charta 90. nu. 39. cum ſeq. & D. Didacus de Couarrub. lib. 3. reſolu. ca. 5. nu. 9. Quod & quamplurimi alii Hiſpani Scriptores paſsim ſequũtur, quos infra iſto lib. c. 3. nu. 2. nũcupatim citabimus.

¶ Quod etiam comprobatur ex eo, quòd quãuis in Caſtellæ, ac Legionis Regnis quamplurima, eáq. opulẽtiſsima Primogenia inſtituta fuerint ab anno 1251. quo cœptꝫ fuerunt partitarũ leges & poſtmodũ vſque ad annũ 1505. quo conditæ fuerunt illæ leges (quꝫ Taurinenſes nũcupãtur) vt eſt notiſsimũ, in hoc tẽpore, quo pene tercentũ anni effluxerũt nulla in his Regnis peculiaris lex de Maioratuũ ſucceſsione facta fuerit, nec alia lex ſit, quæ de Hiſpanorum Primogeniis meminerit: niſi lex 2. tit. 15. part. 2. quæ de Regni ſucceſsione Maioratus, ac Primogeniturꝫ ordine ſeruato diſponit, reliquæque ex partitarũ legibus quæ de Regni ſucceſsione tractauerunt atque etiam l. 12. titul. 33. parti. 7. quæ ſola de Primogenii ſucceſsione tractare videtur, per



19 perque tot annorũ curricula † Primogeniorum ſucceſſiones iis legibus iudicabantur, quæ ad Regni ſucceſſionem ordinandam conditæ fuerant, vt quæ ab ipſo Regno originem duxerant.

¶ Harum autem legum ſilentium non modicam occaſionem præſtat credẽdi, quòd antè eas partitarum leges in ſola Regni ſucceſſione, in Caſtellæ, ac Legionis Regnis ſeruaretur Primogenituræ ratio, ſeu ſaltem nõ eſſet Maioratuũ inſtitutio adeò frequens, ac peculiaris, cùm ſi huiuſmodi Primogenia eo tempore in his Regnis aſſidua eſſent plures leges inter eas inuenirentur, quæ de Maioratuum ſucceſſione tractarent. Ideóque creſcentibus poſteà ad Regni inſtar Maioratuum inſtitutionibus, neceſſarium fuit eiſdem proprias leges ac conſtitutiones aſſignare.

20 ¶ Præterea hoc ex eo etiã oſtenditur: quòd † in eiſdem partitarum legibus. titu. 18. parti. 3. vbi omnes cõtractuum, reſcriptorum vltimarũque voluntatum formæ, quꝫ in his Regnis obſeruabantur apponuntur, non ſit appoſita facultatis ad condendum Maioratum, nec inſtitutionis eiuſdem Maioratus forma. Non enim credendũ eſt, quòd inter omnia eius temporis reſcripta, ac inſtrumenta hæc ſola, quæ inter alia forent longe præſtantiſſima, à legum illarum collectoribus omitterentur: ſi eo tempore peculiaria, ac vſitata forent. Omiſſa autem fuerunt, ex eo, quod ſi eo tempore in his Regnis erant aliqua patrimonia, quæ iure Maioratus poſſiderentur; legibus Regiis de Regni ſucceſſione agẽtibus; à quo originem ac deriuationem trahebant, iudicabantur, vſque quo creſcente Primogeniorum numero leges de ipſorum Maioratuum ſucceſſione tractantes conditæ ac promulgatæ fuerunt.

¶ Idipſum etiam conſtat ex magna ac omnimoda ſimilitudine, quam videmus in horum Regnorum Maioratibus cum Regni ſucceſſione.
21 Ea † namque ſemper vna eadémq. eſt: niſi ſpeciali diſpoſitione teſtator quid diuerſum ordinauerit. Ex qua maxima ſimilitudine facillimè quis intelliget, Hiſpanorum Primogenia ad inſtar Regni fuiſſe à principio inſtituta. Eſt nam-
22 que † ſubditorũ mos vt in omnibus id ſequantur, quod Reges aut proprios Principes facere conſpiciunt: nam vt inquit Claudianus,

*Componitur orbis*
*Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.*

Quod nedum in his, quæ recta ac iuſta ſunt: ſed etiam in his, quæ ad vitium declinant quotidie conſpicimus. Idque optime aduertit Cicero lib. 3. de legib. dicens, *Non tantum mali eſt peccare Principem (quanquam eſt magnum per ſeipſum malum) quantum illud, quod permulti etiam principum imitatores exiſtunt, nec ſolùm vitia concipiunt ipſi Principes: ſed ea infundunt in ciuitates. Nec obſunt quòd ſolùm ipſi corrumpuntur: ſed etiam quòd corrumpunt, plúſque exemplo quam peccato nocent.* Vtrumque autem breuibus verbis complexus eſt idem Cicer. lib. 1. de legib. vbi inquit, *Vt cupiditatibus principum, & vitiis infici ſolet ci-*
23 *uitas: ſic emendari & corrigi continentia.* Quod ab Hiſpanis potius, quàm aliis obſeruatum eſſe conſpicimus. Adeò enim Regum facta in omnibus imitantur, ac ſequuntur, vt non ſolùm id in Chriſtianis inſtitutis, ciuilibus factis, armorum vſu, veſtitu, loquela, idque genus ſimilibus efficiant: ſed etiam in comedendi, ac bibendi guſtu, qui vnicuique hominum ſolet eſſe peculiaris, ac perſonaliſſimus, id obſeruent, quod Hiſpanorum Reges viderint obſeruare.

¶ Nec improprium, ſeu irrationabile id cenſeri debet, vt quis propriis bonis, ac patrimonio eum ſuccedendi ordinem inſtituat, quem Regni ſucceſſioni inſtitutum fuiſſe animaduerte-
24 rit, cùm vulgò dici ſoleat: In † domo ſua quemlibet eſſe Regem ac Principem: ex tex. in c. duo iſta. 23. q. 4. per quem text. id notant Ioan. Andreas, & Panormi. in c. Venerabilem. de electio. ſuper gl. verb. Germanos. Corſetus de regia excellentia. q. 23. num. 24. Gomet. in c. 1. de conſtit. lib. 6. num. 33. Ex qua etiam larga Regis ſeu
25 Principis appellatione procedit, vt † omnes etiam diuites, Principes appellentur, vt inquit Guil. de Monte Lau. in clem. 1. de Baptiſmo, quẽ ibi refert Cardi. num. 9. moti ex eo, quòd vt habetur Eccleſiaſt. 18. *Omnia obediunt pecuniæ.* Quibus plura cumulat Tiraquel. de nobilitate c. 3. num. 5. & 6. Et iterũ in repet. l. ſi vnquam verb. facultatum. nu. 1. ſequen. C. de reuocã. donatio.

¶ Ex quo fit, vt pluſquàm certiſſimum arbitremur hunc Maioratuum inſtituendorum ordinem à Regibus in ſubditos fuiſſe transfuſum: qui poſtea in Hiſpanorum cõſuetudinem abiit.
26 Ideóque † iuſtiſſima ratione à Regni ſucceſſione, & natura ad Maioratus arguere licebit: ita quòd, (vt verbis noſtratium vtar) validum ſit argumentum à Regno Hiſpaniarum ad Hiſpanorum Maioratus: legibúſque Regiis, de Regni ſucceſſione tractantibus omnia Maioratuũ iurgia eſſe decidenda: niſi aliud Regia lege de Maioratibus loquenti deciſum ſit. Tunc enim propria legis deciſione erit Maioratus controuerſia definienda, non ea quæ de Regni ſucceſſione diſponit. l. doli clauſula, cum ſimilib. ff. de verb. obliga. Idque etiam obſeruandum erit, quando aliud Maioratus inſtitutor voluerit: pro lege enim ſeruanda erit eius diſpoſitio.
27 tex. in auth. de nupt. §. diſponat. colla. 4. † Tenórque diſpoſitionis derogabit Maioratuum naturæ, ac obſeruationi: ſicut aliàs dicitur de feudo, in c. 1. de duobus fratribus à capita. inueſtitis in vſib. feud. Eſt enim attendenda præciſa inueſtituræ forma, à qua non erit aliquo modo recedendum, vt eleganter dicebat Bald. in c. 1. §. denique. nu. 1. quæ fu. prin. cau. beneſ. amitt. in vſib. feud. & in c. 1. in fi. per tex. ibi de ſucceſſio. feu. Curtius ſenior, qui plura refert conſi. 50. num. 5. Alba conſil. 2. n. 24. Celſus conſil. 26. num. 13. Peralt. qui etiam plura refert in Rub. ff. de hæred. inſtitu. nu. 108. quibus etiam plura cumulat Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. C. de reuo. don. verb. libert. nu. 8. & alibi ſæpe. Ex qua Maioratuum & Regni ſucceſſionis paritate plura, eaque ſingularia, ac vtilia licebit inferre, quæ in ſequenti & cap. aliis ſigillatim enarrabimus.

SVM-

## *SVMMARIA.*

1 *Quis ordo in ſucceſsione Maioratus abſque vlla lege ſeu conditione inſtituti ſeruari debeat.*
2 *Quælibet diſpoſitio ſecundum Regionis conſuetudinem interpretanda eſt.*
3 *Conuentio ſimplex, ac generica recipit interpretationem à iure & conſuetudine, atque rei de qua agitur natura.*
4 *Feudum conceſſum ſimpliciter comprehendit omnia ea, quæ veniunt ex natura feudi, atque recepta feudorum conſuetudine.*
5 *Emphiteoſis conceſſa ſimpliciter comprehendit ea, quæ veniunt ex natura emphiteoſis, atque ex loci conſuetudine.*
6 *Maioratus indiuiduus eſt: ſicut Regnum.*
7 *Maior natu præcedit cæteros in Primogeniis: ſicut in Regni ſucceſsione.*
8 *Maſculus eiuſdem lineæ excludit fœminam in Maioratu: ſicut in Regno.*
9 *In Maioratu, & in Regno non fit tranſitus de vna linea ad aliam propter Maſculos.*
10 *Nepos ex filio maiori excludit patruum in Regno, & in Maioratu.*
11 *Maioratus iure ſanguinis non iure hæreditario defertur: ſicut & Regnum.*
12 *In Maioratu debet ſemper linea recta ſuccedi: ſicut in Regno.*
13 *Maioratus & Regni ſucceſsio ſemper ad proximiores defertur.*
14 *Regni & Maioratus ſucceſsio perpetua eſſe debet.*
15 *Proximitas ex vltimo poſſeſſore conſideratur in Regno & Maioratu.*
16 *Succeſſor in Regno, & Maioratu tenetur ſoluere debita pro eiuſdem vtilitate contracta.*
17 *Bona Regni & Maioratus inalienabilia ſunt.*
18 *Rex poteſt aliquando donare, & alienare bona Regni, quod facere non poteſt Maioratus poſſeſſor.*
19 *In æquiparatis ex diuerſitate rationis variatur ius.*
20 *Regem decet eſſe largum, beneficum & liberalem.*
21 *Regum proprium eſt donare.*
22 *Quis ordo in Maioratuum ex præſcriptione inductorum ſucceſsione ſeruandus ſit.*
23 *Clauſula, quòd in Maioratus ſucceſsione ſeruetur is ordo, qui in Regni ſucceſsione ſeruatur vtrum vtilis ſit.*
24 *Leges in Maioratibus loquentes vtrum in Regno etiam procedant.*
25 *Diſpoſita in ſenatoribus in Imperatore, qui eſt caput ipſius ſenatus, ſeruanda ſunt.*
26 *Remedium tenutæ ſummarium ac executiuum vtrum competat Regi ſicut aliis Maioratuum ſucceſſoribus.*
27 *Aedificia in ſolo Regni facta: an cedant ipſi Regno abſque ſolutione exiſtimationis.*

## *Quid Verbum hoc Maioratus ex propria natura comprehendat.*

### CAPVT TERTIVM.

CVm in præcedenti capite oſtenſum
fuerit Maioratus ab Hiſpaniarum
Regno originem duxiſſe ab eóque
deriuari, Hiſpanáque Primogenia
eiſdem legibus, quibus ipſum Re-
gnum, eſſe iudicanda, conſequenter de Maiora-
tuũ natura tractãtes, premittere debemus omnia
ea, quæ in Regni ſucceſsione propria ac natura
lia ſunt, eadem etiam ipſis Maioratibus propria
1 ac peculiaria eſſe. Quamobrẽ † ſi quis Maioratũ
inſtituens dixerit, Ex bonis meis Maioratum
inſtituo: etſi nihil aliud adiũgat, nullaſque alias
cõditiones adiiciat, in huiuſmodi bonis idẽ ſuc-
cedendi ordo ſeruabitur qui legibus Regiis ipſi
Regno Hiſpaniarum: quòd omnium Hiſpanorũ
Primogeniorum caput eſt ſtatutus, inuenitur,
quod ex his, quæ in præcedenti capite diximus
apertiſſimum redditur, cõprobatúrque ex vni-
uerſali horum Regnorũ cõſuetudine, qua omni
tempore obſeruatum fuit, vt is ordo in Maiora-
tuũ ſucceſſione ſeruetur, quem in Regni ſucceſ
ſione ſemper ſeruatum fuiſſe compertum eſt.
2 Quælibet † namque diſpoſitio ſecundũ Regio-
nis conſuetudinem accipienda, ac interpretan-
da eſt, etſi id, quod conſuetum eſt, in ea expreſ-
ſum non fuerit. l. nummis. l. librorũ. §. q; tamen
Caſſius. ff. de legat. 3. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. cum
ſimil. ff. de lega. 1. Iaſ. qui plura refert in l. vt libe.
nu. 7. cum ſequen. C. de colla. Idem Iaſ. in l. certi
condictio. §. ſi numos. nume. 6. cum ſequen. ff. ſi
cert. peta. Felin. in cap. cùm M. Ferrarienſis de
conſtitu. nume. 6. cum ſequen. Similiter etiam
3 diſpoſitio † ſimplex, ac generica recipit interpre
tationem à iure & conſuetudine, atque rei, de
qua agitur natura: etſi à contrahentibus id ex-
preſſum non fuerit. l. Caius, vbi Bart. num. 7. ff.
ſolut. matrim. l. poſt mortem. ff. eod. ſecundùm
tertiam lecturam. gloſ. de qua per Bart. ibidem.
nume. 4. l. 1. vbi per Scrib. C. de ſeruitu. & aqua.
ſi pactum. ff. de proba. Bald. in l. liberti libertæ-
que. nume. 31. C. de oper. liber. Iunctis his quæ
infrà iſto capit. nume. 22. latius adducta ſunt: ſic-
4 que † feudum ſimpliciter ab aliquo pro ſe acce-
ptum filios ac deſcendentes maſculos compre-
hendit: etſi de eis mentio facta non ſit: cùm id
veniat ex feudi natura: atque recepta feudorum
conſuet



conſuetudine, quod dixit Bald. in capit. 1. in prin.
quibus mod. feud. cõſti. poſſit in vſib. feu. nume.
4. Alexãd. qui plura refert in l. quod dicitur. ff. de
verborum oblig. num. 24. gloſſ. vbi Bald. num. 2. in
cap. 1. de capitulis Corradi. in vſib. feud. vbi om-
nes Scrib. id notant. Sigiſmundus Neapolitã. qui
plura congerit conſilio 1. inter conſil. feudalia.
num. 127. cum plurib. præcedentib. & ſequen. Iu-
lius Clarus lib. 4. recepta. ſentẽ. §. feudũ. q. 9. ver.
5 Sed quid dicẽdum. Quod etiam in emphitheoſi
ſimpliciter accepta cõmuniter ab Scrib. deciſum
eſt. Ea namque ſecundùm eius naturã, ac cõſue-
tudinem accipiẽda, atque interpretãda erit. tex.
in authen. de nõ alienan. §. Emphiteoſin. vbi om-
nes Scrib. id notãt colla. 2. Idque dixit Bald. in d.
capitul. 1. quib. mod. feud. conſti. poſſ. nume. 4. Idẽ
Bald. in capit. fina. de feudo. dat. in vicem leg. cõ-
miſſ. nume. 2. Alexand. in d. l. quod dicitur. nume.
24. Iaſſ. in l. vt liberis. C. de colla. nume. 10. & 11.
& alibi ſæpè Scrib. Quibus rationibus id ipſum
in Hiſpanis Maioratibus loquẽs cenſuit Pau. cõ-
ſil. 164. nume. 3. & 4. lib. 2. Bologni. conſi. 62. col. 2.
& col. pen. Abb. conſil. 85. lib. 1. Socin. cõſi. 47. lib.
3. Deci. cõſi. 397. nume. 6. Xuar. in q. Maioratus. n.
8. Ioan. Lup. in repeti. Rubr. de dona. inter vir. &
vxor. §. 69. nume. 21. Gregor. Lopius in l. 2. titul. 15.
par. 2. in gl. in verb. *Maioria*. & in l. 3. verb. *Mugeres*. col. 2. poſt. medium. tit. 13. part. 6. Guido Papæ.
q. 506. nu. 1. & 2. Guillel. Benedict. in repetit. cap.
Raynutius. verb. in eodem teſtamento relinquẽs
in princ. nume. 173. cum ſequen. Didac. de Couar
rub. qui id ex pluribus ingenioſè, atq. eruditè pro
bat. lib. 3. reſolu. c. 5. per totum. Peralt. in Rubrica
de hæredi. inſtitu. num. 122. & in l. 3. §. qui fideicõ-
miſſum. nume. 120. ff. eod. Anto. de Padilla in Ru-
brica. C. de fideicom. nume. 6. & nume. 11. Burgos
de pace in procœm. legum Tauri. nume. 88. Quod
verum atque in forenſibus controuerſiis cõmu-
niter obſeruari ſolitum eſt ex rationibus prædi-
ctis, & his quas in capite ſequenti latiùs aſſigna-
bimus: tametſi contrariam opinionẽ amplecti vi
deatur dominus Didac. de Simãcas de Primoge.
Hiſpaniæ. lib. 1. c. 25. cuius ſentẽtiam in hac parte
probare non poſſumus. ¶ Sed quia plura de hac
re ab Scriben. in locis paulò antè citatis adducta
ſunt, nos in his, quæ ab illis tradũtur nõ immora-
bimur: ſed in hoc capite, & ſequentib. plura alia
non minus vtilia: quàm neceſſaria eandem mate
riam attinentia diſcurremus.
¶ Primũ igitur, quod ex hac Regni, & Maioratus
æquiparatione colligimus eſt, quòd ſicut Regnũ
Hiſpaniarum indiuiduum eſt, nec in eo ſucce-
dere debet: niſi vnus, vt probatur ex d. l. 2. tit. 15.
par. 2. ibi. *Conoſciẽdo que eſta particiõ no ſe podria ha*
*zer en los Reynos, que deſtruidos no fueſſen ſegun nue-*
6 *ſtro Señor Ieſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſe*
*ria eſtragado. &c.* Ita ſimiliter oẽs Hiſpaniarũ Ma-
ioratus indiuidui ſũt, nec in eis poteſt ſuccedere:
niſi vnus. Quod nos latiùs diſcurremus infra iſto
lib. cap. 11. vbi erit huius materiæ locus, pluráque
eã attinentia tractabimus. Nec enim intẽdimus
omnia huiuſmodi Maioratuum, ad Regni parita
tem attinẽtia hoc loco ſeriatim exponere, ſed ea
ſolum, quæ eidẽ adeò propria ac peculiaria ſunt,
vt alibi cõmodiùs tractari nequeant, cætera au-
tem annotando diſcurrere. Si enim hunc ordinẽ
nõ ſeruaremus, poſſemus ex materia huius capi-
tuli iuſtum volumen conficere, alióſque libros
ſuo commento fraudare, quod recto ordini non
conueniret.
¶ Secundũ, quòd ſicut in regno Hiſpaniarũ ſem-
per inter eos qui in vno eodémq. gradu, ac linea
inueniũtur, debet maior natu cæteris in Maiora
tus ſucceſſione præferri, vt probatur ex. d. l. 2. par
7 titarũ ibi. *Que el ſeñorio del Reyno no lo ouieſſe ſino el*
*hijo mayor.* Similiter etiam in Maioratuũ ſucceſ-
ſione ſẽper præferri debeat maior natu omnibus
in eodẽ gradu ſeu linea exiſtentibus. De quo in-
fra lib. 3. c. 1. & 2. latiùs agemus.
8 ¶ Tertium, quòd ſicut in Regni ſucceſſione filius
maſculus etiã natu minor præfertur filiæ Primo-
genitæ vt probatur ex d. l. 2. partitarũ ibi, *E porẽde*
*eſtableſcierõ, que ſi hijo varon no ouieſſe, la hija mayor*
*heredaſſe el Reyno.* Ita etiã in Moioratus ſucceſſio
ne filius maſculus natu minor ſorori ſuæ maiori
natu præferatur: cũ non poſſit ex d. l. diſpoſitione
fœmina ſuccedere: niſi maſculo eiuſdem lineæ,
ac gradus deficiente. Quod inferius lib. 3. c. 4. la-
tiùs enarrabimus.
¶ Quartũ, quòd ſicut in Regni ſucceſſione maſcu
lo eiuſdẽ lineæ ac gradus deficiẽte, filia fœmina
cæteris maſculis remotioribus præfertur: nec fit
9 tranſitus, de vna linea ad aliã propter maſculos,
vt prob. ex d. l. 2. partitarum, in verbis, quæ paulò
antè retulimus: pari etiã ratione id ipſum in Ma-
ioratus ſucceſſione ſit ſeruandũ vt deficientibus
filijs ilicò filia ad Maioratus ſucceſſionẽ admittã
tur, nec ei ſint præferẽdi maſculi agnati vel co-
gnati remotiores. De quo etiam latiùs infra lib.
3. cap. 4. & 5. dicemus.
10 ¶ Quintũ, quòd ſicut in Hiſpaniarũ Regno mor-
tuo filio maiori in vita parẽtis filius vel filia eiuſ
dẽ filij maioris filio ſecũdogenito in Regni ſuc-
ceſſiõe pfertur, vt prob. tex. in d. l. 2. partitarũ. ibi:
*Eaũ mãdarõ que ſi el hijo mayor murieſſe ante que here*
*daſſe: ſi dexaſſe hijo o hija, que oui eſſe de ſu muger legi*
*tima, que aquel o aquella lo ouieſſe, e no otro ninguno.*
Similiter idẽ dicẽdũ ſit in cuiuſcunque Maiora-
tus ſucceſſione, vt ex hac Regni ſimilitudine cẽ-
ſuerũt Paul. Caſt. d. cõſ. 164. vol. 2. & Roma. d. cõſi.
29. & Abb. cõſi. 84. vol. 1. & Bologni. cõſi. 62. quod
vltra ſucceſſionis Regni ſimilitudinẽ iã hodie in
Maioratibus deciſũ eſt. ex l. 40. Tauri. deciſione q̃
hodie eſt l. 5. ti. 7. li. 5. in noua legũ Regni collectio
ne. De quo etiã ĩ. lib. 3. c. 6. 7. & 8. latiùs dicemus.
¶ Sextum, quòd ſicut Regnũ Hiſpaniarũ defer-
tur à genere atque iure ſãguinis, & nõ iure here-
ditario, vt probatur ex d. l. 2. partitarũ. ibi. *E eſto*
*vſarõ ſiẽpre en todas partes del mũdo, do quier que el*
*ſeñorio ouierõ por linage, e mayormente en Eſpaba.* l. 9.
tit. 7. part. 2. ibi. *Por razon del linage.* Ita etiã dicen-
11 dũ ſit in omnibus Hiſpaniæ Maioratibus, vt iure
ſanguinis, non iure hæreditario proueniant. De
quo etiam latiùs tractabimus infra iſto lib. c. 8.
12 ¶ Septimum, quòd ſicut in Regno Hiſpaniarum
debet ſẽper linea recta ſuccedi: ita, vt nec ſucceſ-
ſio retrocedat, nec de vna linea ad aliã tranſitus
fiat, vt probatur ex d. l. 2. partitarũ. ibi. *Puſierõ que*
*el ſeñorio del Rey no heredaſſen ſiempre aquellos que*
*vinieſſen por linea derecha.* Idipſum ſit in omnibus
alijs Maioratibus noſtræ Hiſpaniæ ſeruãdum ad
Regni ſimilitudinem. De quo etiam latiùs infra
lib. 3. c. 4. & 6. dicemus.
13 ¶ Octauũ, q; ſicut in Regni ſucceſſione, deficien-
te linea recta deſcẽdentiũ ſucceſſio defertur pro
ximiori etiã trãſuerſali, vt probatur ex eadẽ l. 2.
partitarũ. ibi. *Pero ſi todos eſtos falleſcieſſen, deue he-*
*redar el Reyno el mas propinquo pariente que ouieſſe.*

Ita in ſucceſſione Maioratus dicendũ ſit, vel defi
cientibus deſcendentibus Maioratus ſucceſſio ꝓ
ximiori etiam tranſuerſali deferatur.
14 ¶Nonũ, quòd ſicut Regni ſucceſſio perpetua eſt
in eóque ſemper ſuccedit proximior, etiamſi ſit
in milleſimo gradu: vt proba. ex eadem l.2. par-
titarum & ex eo, quod notat Bald. in c.1. col. fina.
de feud. Marchie. in vſib. feu. vbi communiter
Scrib. Iaſ. num.3. & Decius n.9. in l. ſi. C. vnde le-
gi. Ioan. Licerier. de Primoge. lib.3. q.2. n.5. Xuar.
in repeti. l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. teſtã.
11. limita. ad l. Regiam, num.19. Guillel. de Mõtfer
rat. de ſucce. Regum, primo dubio. n.36. Cepol.
cautela 69. Decius conſi. 85. nu.3. & 4. Hierony-
mus Gratus conſi. 9. n.46. lib.1. Curtius Iunior, in
tracta. feud. 3. par. q.17. n.49. Ita etiã Maioratus
ſucceſsio perpetua eſſe debeat, deferriq. ad om-
nes de familia, etiã in milleſimo, & vlteriori gra
du exiſtentes, nõ habita tertiæ, nec quartæ gene
rationis ratione. Quod eleganter ac copioſe o-
ſtendit D. Didacus de Couarrub. lib.3. reſol. d. c.5.
n.4. Idque in capitibus ſequen. copioſiſſimè tra-
ctabimus.
15 ¶Decimum, quod ſicut in Regni ſucceſſione ꝓ-
ximitas non à primo Rege, nec Regni inſtituto-
re ſed ab vltimo eiuſdẽ Regni poſſeſſore accipiẽ-
da, ac conſideranda eſt, vt prob. ex deciſ. tex. in l.
9. tit.1. par.2. ibi, *Que ſon mas propinquos parientes a los Reyes al tiempo de ſu finamiento.* Vbi Grego. Lo-
pez in gloſ. in ver. *de ſu finamiento* id notat: ſic e-
tiã in Maioratus ſucceſſione proximitas ab vlti
mo eiuſdẽ poſſeſſore: non autem à primo inſtitu-
tore conſideranda ſit. Quod infra iſto libro 6. nu.
47. & lib.3. latiùs enarrabimus.
16 ¶Vndecimũ, quod ſicut Rex tenetur ſoluere de-
bita à Rege prædeceſſore pro Regni vtilitate cõ
tracta. vt prob. ex tex. in l.4. ti.15. par.2. ibi. *Eotroſi en pagar ſus deudas.* Similiter etiã Maioratus poſ-
ſeſſor teneatur ad debita à præcedẽti ſucceſſore
pro Maioratus vtilitate cõtracta perſoluenda. De
quo infra iſto lib. c.10. latiùs agemus.
17 ¶Duodecimum & *vltimum, quod ſicut bona* Re
gni inalienabilia ſunt, nec põt Rex alienare Re-
galia in prejudicium ſucceſſorum. tex. in c. intelle
cto. vbi Innocen. Bald. Abb. Imol. & Ancharra. de
iureiuran. Petrus de Bellapertica. Iacob. Butrig.
Bar. Bald. & communiter Scrib. in procem. C. Fel.
qui plura refert in cap. ad audientiam. nu.4. cum
ſequen. de præſcri. Ioan. Lupus de Palac. Ruu. in
c. per veſtras de dona. inter vir. & vxo. 2. notab. §.
2. num.41. fol. magno. 82. Tiraquel. de primoge. q.
35. nume.19. Couarrub. in repet. cap. quanuis pa-
ctum. de pact. lib.6. part.2. §.2. nume.4. l.1. titu. 17.
part.2. & l.9. tit.4. par.5. l.2. & 3. tit.9. lib.5. ordina.
Quæ hodie ſunt l.2. & 3. tit.10. lib.5. in noua. legũ
Regni collectione. Ita ſimiliter Maioratus poſſeſ
ſor non poſsit bona Maioratus alienare in ſuc-
ceſſorum præiudicium: quod etiam ad vſucapio
nem, & præſcriptionem bonorum Maioratus cõ
ducere poterit. De quibus inferius lib.4. dice-
mus.
18 ¶Vnum tamen in hoc aduertendũ eſt, quòd etſi
bona Regni, & Maioratus inalienabilia ſint: non
tamen ita aſtrictus debet eſſe rex in alienãdo, vt
quilibet alius Maioratus poſſeſſor. Nã poſſeſſor
Maioratus non poteſt rem Maioratus quãtũcun
que minimam alienare ſeu donare. Regis autem
donatio ſeu alienatio de bonis Regni facta valet
dummodo non ex ea ingẽs Regni leſio cõtingat:
præſertim, ſi ea donatio ſeu alienatio fiat in re-
munerationem ſeruitiorum. Quod cenſuit Old.
conſi.94. Bal. conſi.159. num.3. lib.3. Abb. Imol. &
communiter Scrib. in d. capitu. intellecto. Ioan.
Igneus in reg. l. donationes, quas parẽtes nu.44.
C. de dona. inter vir. & vxo. Math. de afflict. in cõ
ſti. Neapoli. in præludiis. q.24. Felin. qui plura re
fert in c. ad audientiã, de præſcriptio. Couarrub.
d. c. quanuis pactum. 2. par. §.2. n.4. Anto. Gabriel.
lib.3. cõmunem opi. de iure quæſito non tollen.
conclu.5. n.48. Quod in bonis ipſius Regni coro-
næque Regiæ procedit. Nam bona quæ pertinẽt
ad Regẽ ex proprio ac peculiari patrimonio, ſeu
ad ſe pertinent ex confiſcatione, vel inuentione:
nondũ Regiæ dignitati incorporata ſint, Rex po
terit prout ſibi libuerit donare aut alienare, vt ꝓ
bat Lucas de Pen. in l. quicunque. col.2. C. de
omn. agr. deſerto. lib.11. Idem in l.2. colum.2.
verſi. Quid enim ſi Comes. C. de fund. patri. eo.
lib. Bal. in l. nec damnoſa. nu.1. C. de precib. Im-
pera. offeren. & ibi Iaſſ. in princip. l.8. tit.1. lib.6.
ordi. quæ hodie eſt l.2. tit.13. lib.6. in noua legum
Regni collectione.
¶Nec ex eo, ꝙ in hoc & etiã in aliis, in Rege &
Maioratus ſucceſſore aliqua diuerſimodè diſpo
ſita inueniamus, poſſumus de Regni & Maiora-
19 tus æqparatiõe dubitare. Nã in equiparatis diſpo
ſitũ in vno ita demum in alio etiam procedit: ſi
de vno ad aliud in caſu contingenti diuerſa ratio
nõ inueniatur. Ex diuerſitate namque rationis
non eſt nouum quòd etiam in æquiparatis diuer
ſum ius ſtatuatur. l. fina. vbi Barr. Bald. Paulus
Iaſſ. & communiter Scrib. C. de collatio. Iaſſ. in
l.2. §. & harum. nume.15. ff. de verbo. obligatio.
Sic enim inquit Iuriſcõſultus per omnia exæqua
ta eſſe legata, & fideicommiſſa. in l.1. ff. de lega.1.
Et tamen in aliquibus differentię inter legata, &
& fideicõmiſſa inueniuntur, vt inquit ibi gloſſ.
verbo, exæquata. Sufficit enim, quod in ſubſtan
tialibus parificentur: licet in aliquibus ex accidẽ
ti, aut diuerſa ratione, diuerſo iure cẽſeatur, vt
*notãt Bar. Iaſſ. &* cæteri Scriben. ibidẽ. In Rege
autem longè diuerſa ratio eſt in caſu, de quo agi
mus, quàm in Maioratus poſſeſſore, cùm Regem
deceat eſſe largum beneficum, & liberalẽ (vt in-
20 quit Tullius in oratione pro Deiotaro) quod refe
rũt Ioan. And. Domini. & Scri. in c. grandi. de ſup
plen. negli. Præla. li.6. Atq. idem Tullius. li. Epiſt.
fam. Epiſt.8. ſcribit, nihil Principẽ magis decere
quàm diuitias, & opes ad benignitatem, liberali
21 tatémque conferendam. Proprium nãque Regũ
eſt donare, vt inquit Oldrald. cõſ.94. Tiraquelus,
qui plura cumulat. de nobilitate. c.17. n.40. cũſeq.
quæ cæteris Maioratuũ poſſeſſoribus nõ omninò
conueniũt. Quod etiam in aliis differẽtiis quæ in
ter Regnũ, & Maioratus aſsignari poterunt, pari
ratione dicendum erit.
¶Ex his igitur apertiſſimè cõſtat inter Hiſpania-
rum Regnum, Hiſpanorúmque Maioratus maxi
mam eſſe in omnibus conuenientiã: adeò, vt cer-
tiſsimũ ſit Maioratus Hiſpanorum ab ipſo Hiſpa
niæ regno originẽ duxiſſe, eiuſdemq. naturæ cũ
ipſo Regno, quo ad ſucceſsionis formã cẽſendos
22 eſſe. Quæ omnia maximi momẽti etiã erũt ad in-
terpretationẽ, ac intelligẽtiã eorum Maioratuũ,
qui abſq. inſtitutionis ſcriptura, ex ſola tẽporis an
tiquitate conſtant. Nã cũ eorũ inſtitutiones non
appareãt, nec leges ac cõditiões, quibus à princi
pio fuerunt inſtituti aliunde ſciri poſsint, is ordo
in eorum



in eorum Maioratuũ ſucceſſione ſeruandus erit,
quem in Regni ſucceſſione legibus Regiis inue
nimus inſtitutum, atque huius Regni vniuerſa
li conſuetudine in Maioratuũ ſucceſſione obſer
uari ſolitus eſt. Quod probatur ex elegãti doctri
na Bald. in l. liberti, libertæque. nume.31. C. de
ope. liber. vbi ſingulariter inquit, quod in feudo
acquiſito ex præſcriptione ſuccedendum eſt ſecũ
dùm ordinem in feudorũ ſucceſſione obſerua-
ri ſolitum. Quod probat ea ratione: quia cùm ꝑ-
ſcriptio non contineat quid diffinitum ab homi-
ne, continet id quod diffinitum eſt à iure, vel cõ-
ſuetudine, quod ẽt dixit idem Bal. in l.1. ff. de re-
rum diui. col.4. 31. q. Idem Bal. in l.2. C. de iur. Em
phi. nu.6. vbi Iaſſ. nu.160. Idem Bal. in l. fina. C. de
libera. cau. nu.4. Alex. conſ.15. nu.12. lib.5. Decius
conſi.269. nu.4. Bald. qui etiam loquitur in Em-
phiteoſi præſcripta in c. fin. nu.2. de feud. dat. inui
cem. l. commiſſoriæ. Iacob. de ſancto Georgio. in
tracta. feud. verbo, ita, quòd iſti inueſtiti. colum.
2. verſ. an autem filius. Curtius Iuni. in eodẽ tra-
cta. 3. q. princi. col. pen. verſi. poſtremo. Zaſius in
Epitome feudorum, parte 8. ad fin. Tiraquellus
de retract. Lignagier. §.32. glo.1. num.74. & 75.
Carolus Molin. in conſuetu. Pariſ. ti.1. §.7. nu.31.
Didac. de Couar. qui plura refert lib.3. reſolu. c.5.
n.5. Menochus conſi.1. n.3. Quod intelligendũ eſt:
niſi immemoralis cõſuetudo alium etiam ſucce-
dẽdi modũ admiſerit. Is namq. eo caſu ſeruãdus
erit.
23 ¶Ex qua etiam Hiſpanorum Primogeniorum, ac
Regni ſucceſſionis paritate, aliquãdo Maioratuũ
inſtitutores, vt ſucceſſores à litibus retrahant, in
eorum inſtitutione ſolent eam clauſulam adij-
cere, vt (ſcilicet) ſi ſuper eorum ſucceſſione du-
bium aliquod verſetur, illud eiſdem legibus, quę
ad Regni ſucceſſionem inſtitutæ ſunt, decidendũ
ſit, volentes ac expreſsè diſponentes, ꝙ in eorun
dem Maioratuũ ſucceſſione is ordo ſeruetur, q
in Regni ſucceſſione ſeruari ſolet. Quam clauſu-
lã in quodã Maioratu appoſitã vidimus, nobíſq;
conueniens atque vtiliſſima, viſa fuit. Cum enim
adeò omnibus notus ſit Regni ſucceſſionis ordo
raro aut nũquam ſuper huiuſmodi Maioratuum
ſucceſſione lites, ſeu contentiones verſari pote
runt. Et quanuis in aliquibus Regni ſucceſſio à
Maioratus ſucceſſione differat: ꝓut infra iſto li.
c.13. in ſucceſſore furioſo, mente capto, ſurdo, &
muto, monachóq. ac clerico, & aliis huiuſmodi
ſucceſſoribus dicemus, hoc in maiorem ipſorum
Maioratuum inſtitutorum vtilitatem conuerti-
tur. Cùm, etſi id ex Maioratuũ natura nõ ꝓcedat
præſertim in Maioratib. quibus dignitas ſeu iu-
riſdictio annexa non eſt (vt ibidem reſoluemus)
ſoleant frequenter inſtitutores, quo ad hæc id
ipſum ſpecificè diſponere, quod in Regno ſerua
ri ſolet: quod in his, qui fœminas omnino à Maio
ratuũ ſucceſsiõe propter maſculos excludere nõ
volunt, apertiſſimè procedit ac verum eſt.
¶Sed cùm in præcedentibus ſatis abundè oſtẽſũ
ſit qualiter de Regno ad Maioratũ argumẽtatio
procedat: ita vt omnia, q̃ in Regno ſtatuta ſunt,
in Maioratu etiam locum habeant, conſequen-
ter tractandum ſupereſt: an hæc argumentatio
conuertatur, ita vt quicquid in Maioratu ſtã-
24 tutum eſt, in Regno etiam ſeruandum ſit. Quã
quæſtionem non vidimus ab aliquo tactã, nec re
ſolutam.
¶Quod autem deciſa in Maioratibus in Regno
etiam locum habeant, probatur ex eo quòd Re-
gnum ipſum Maioratus ſit: vt ſupra iſto libro, c.
2. latiùs oſtenſum eſt, quapropter ea q̃ in Maiora
*tibus* ſtatuta ſunt in regno etiam quod iure Ma-
ioratus poſſidetur, ſeruari debẽt. Cui enim verba
legis conueniunt, & diſpoſitio etiam conuenire
debet. l.4. §. toties, cũ ſimilib. ff. de dãn. infe. Quæ
ratio ex eo firmior ac fortior efficitur quòd Re-
gnum ipſum caput ſit omniũ Hiſpanorũ Maiora
tuũ, vt ibidẽ ẽt oſtendimus. Ea namque q̃ in ſub
ditis à lege ſtatuta ſunt in domino ac capite eorũ
dem locũ habẽt. l. ius ſenatorũ. C. de digni. lib.12.
per quem tex. dicunt Scrib. in proprio loco, ꝙ ea
quæ in ſenatoribus à lege ſtatuuntur in Impera
tore, qui caput ipſius ſenatus eſt, pari ratiõe ſer-
25 uanda ſunt: ſícque dicta in militibus, in Impera
tore ẽt qui eſt ipſorũ caput dicta intelligẽtur. l.1.
ff. de teſtam. mili. quod etiã probat tex. in l. fami-
liæ. ff. de ver. ſignifi. vbi dicta in familia in patre
familias, qui ipſius familiæ caput eſt locũ habẽt:
hócq. ipſum in collegio Cardinaliũ ac Romano
Pontifice probat tex. in c. ad apoſtolicæ. §. nos ita
que de re iudi. lib.6. Quod etiam de populo & ſe
natu: de vniuerſitate & rectore: capitulo & Deca
no: monaſterio & Abbate dicendũ eſſe exſtimat
Alciatus in d. l. familiæ. vbi plura in idẽ adducit:
qua ratione id, quod in Maioratu diſpoſitũ eſt, in
Regno quoque ſeruandum eſſe nobis verũ vide
tur: niſi diuerſa ratio in Regno ab ea q̃ in Maio
ratib. militat, concurrat. Tunc enim ex rationis
diuerſitate, diuerſum in Regno dicẽdum erit, ꝙ
ex his, quæ paulò antè dicta ſunt, & ſtatim dice-
mus comprehendi poteſt.
¶Ex quibus decidi poterit noua quæſtio, quã ſa
tis cõtrouerſã vidimus, an ſcilicet ſi cut mortuo
Maioratus poſſeſſore, dominium ac poſſeſſio bo
norum tranſit in ſequentem ſucceſſorem, abſq.
apprehenſione, etiam ſi bona à tertio in vita Ma
ioratus poſſeſſoris occupata ſint, ex deci. l. 45. in
ll. Tauri. quę hodie eſt lex 8. tit. 7. lib.5. in noua
legum Regni *collectione: ita etiam bona Regni*
ſtatim mortuo Rege in ſequentem ſucceſſorem
trãſeãt quo ad dominium & poſſeſſionem abſq.
apprehẽſione: etiam ſi in vita Regis prædeceſſo
ris alienata ſint. ¶Vtilitas autem præcipua, quæ
26 ex hoc Regio fiſco ſequi poteſt, hæc eſt, quòd
mortuo Rege prædeceſſore, competere poterit
ſucceſſori remedium tenutæ ſummarium ac exe
quutiuum, quod competit Maioratuũ ſucceſſo-
ribus pro acquirẽda actuali poſſeſsione. de quo
remedio infra lib.3. latiſsimè dicemus. Ex quo fa
cillimè ac breuiſsimè poſſent Reges ea omnia re
cuperare, quæ in vita Regum prædeceſſorum oc
cupata ſeu alienata eſſe conſtiterit.
¶In qua quæſtione prima facie, dicendũ videba-
tur hoc remedium Regibus competere: prout
aliis Primogeniorum ſucceſſoribus cõpetit, cùm
Regnum ipſum Primogenium ſit, in eóq. omnia
quæ in aliis Primogeniis dicuntur, procedant: vt
ſuperiùs oſtenſum eſt.
¶Sed quanuis apud me ſatis abſolutũ ſit domi-
nium ac poſſeſsionem bonorum Regni, legis mi-
niſterio in Regem: ſicut in Maioratus ſucceſſo-
rem tranſire, cùm de vno ad alium non poſsit
aſsignari diuerſitatis ratio. Imò maior ratio in
Rege quã in alio Maioratus ſucceſſore cõcurrat.
Non tamẽ ſatis cõpertum eſt: an Regni ſucceſſo
ri competat remedium ſummarium ac exequuti
uum, quod ex d. l.45. Tauri. aliis Maioratuũ ſuc-

ceſſoribus competit, in his prҿſertim quæ à rege prædeceſſore alienata fuerũt. Aliorum namque Maioratuum poſſeſſores, ſolent ſcripturã Maioratus producere, in qua bona in quibus huiuſmodi dominij ac poſſeſſionis trãſlationem prætendunt, continentur. Quod in Regno fieri non valet: nec abſque ſcriptura remedium d.l.45. Tauri. *facile competere* poteſt etiam ſi bona ipſa Maioratui ſubiecta eſſe teſtibus probentur, prҿſertim vbi ea eſſe libera ab aduerſario contenditur: vt in l.fin. C. de edict. Diu. Adria. tollen. *Scrib.* annotare ſolent. De quo infra lib.3. latiùs agemus. ¶Item Rex poteſt alienare bona Regni, dummodò id ex cauſa & citra Regni perniciem fecerit; quod in aliis Maioratuum poſſeſſoribus non procedit: quapropter non facilè Regibus hoc remedium exequutiuum præſertim pro bonis à Regibus prædeceſſoribus donatis ſeu alienatis, concedendum eſt: ſed potiùs id via ordinaria efficiendum erit: ſicque in caſu contingenti obſeruatum vidimus.

27 ¶Ex his etiam deduci poterit: an l.46. Tauri. quҿ hodie eſt l.6. tit.7. lib.5. in noua legũ Regni collectione, ex qua deciſum eſt, quòd ea, quæ in ſolo Maioratus ædificata ſunt eidem Maioratui cedere debeãt, adeò vt nec filiis nec hæredibus, nec etiam vxori Maioratus poſſeſſoris ſit eorum ædificiorum æſtimatio ſoluenda: in bonis Regni, ſicut in bonis Maioratus procedat? In qua quæſtione dicendum eſt eam legem, tam in bonis Regni: quàm in bonis Maioratus ſeruandam eſſe. Cùm enim Regnum ipſum Primogenium ſit, ea, quæ in Maioratibus deciſa ſunt, in Regno etiam ſeruanda erunt; quod ex eo præſertim dicendum eſt, quod ea legis deciſio non contra ius ac rationem (vt aliquibus viſum eſt) ſed iuſtiſſimis rationibus condita fuerit, vt infra iſto lib. c. 25. latiùs enarrabimus, nec poſſit, quo ad hoc, de Maioratu ad Regnum ratio diuerſitatis aſſignari: quæ ſolùm vice exempli adducere libuit, vt ex eis plura alia etiam deducantur.

¶Qua in re vltimo loco prætermittendum non eſt, Emanuelem Acoſtam virum alioqui doctiſſimum, atque ingenio præſtantem, in quæſtione quam de patrui & nepotis ſucceſſione latiſſime diſputauit: plures differentias inter Regni & cæterorum Maioratuum ſucceſſionem aſſignaſſe in quarum aſſignatione non rectè Maioratuum Hiſpanorum naturam intellexiſſe nobis videtur. Sed quoniam de ea patrui & nepotis ſucceſſione *infra lib.3. c.6.* cũ duobus ſequentibus tractandum erit, in eodem c.6. præfatas differentias diluemus, monſtrabimúſque in eis omnibus Regni & Maioratuum ſucceſſionem conuenire.

*SVMMARIA.*

1 *Ad fideicommiſſum vltimo loco vocatus poteſt bona fideicõmiſsi alienare, in eiſque extraneum hæredem inſtituere.*
2 *Prouiſio facta per modum diſpoſitionis de caſu ad caſum non extenditur.*
3 *Caſus contingens præter diſponentis ordinationem non comprehenditur in diſpoſitione: etiam ex rationis Maioritate.*
4 *Fideicommiſſum de perſona ad perſonam nunquam extenditur, etiam ex veriſimili teſtantis voluntate.*
5 *Subſtitutionem allegans illam probare debet.*
6 *Voluntas, quæ non tranſiit in diſpoſitionem conſideranda non eſt.*
7 *Diuinare non debemus in interpretanda teſtantis voluntate.*
8 *Fideicommiſſum eſt onus.*
9 *Diſpoſitio ſemper ita interpretanda eſt, vt perſona honorata minus grauetur.*
10 *Fideicommiſsi extenſio odioſa eſt: ademptio autem fauorabilis.*
11 *Prohibitio alienationis facta filio, ad nepotes non extenditur.*
12 *Prohibitio alienationis facta, vt bona in familia conſeruentur quartum gradum non excedit.*
13 *Maioratum inſtituens bona velle in propria familia perpetuo conſeruare cenſendus eſt.*
14 *Ex hoc verbo Maioratus deducuntur omnes ſubſtitutiones, quæ neceſſariæ ſunt ad hoc vt bona perpetuò in familia conſeruentur.*
15 *Perpetuum nihil eſſe poteſt ſub Sole, niſi per ſubrogationem.*
16 *Non eſt nouum, vt ex vnico verbo plures ſubſtitutiones deducantur.*
17 *Deficientibus nominatis Maioratus ſucceſsio ad proximiores non nominatos defertur.*
18 *Primogenia ex mente inſtitutoris extenduntur, & ampliantur.*
19 *Voluntas, præſertim in fideicommiſsis, dominatur, eáque potiùs quàm verba ſemper attendenda eſt.*
20 *In contractibus etiam voluntas verbis præfertur.*
21 *Caſus, qui venit ex natura expreſsi cenſendus eſt expreſſus, etiamſi in verbis omiſſus ſit.*
22 *Maioratus inſtitutio, in rem, non in perſonam dirigitur: ideóque ſemper perpetua cenſenda eſt.*
23 *L. qui ſolidum. § prædium. ff. de lega.2. declaratur.*
24 *Subſtitutio de caſu ad caſum extenditur ex veriſimili teſtantis voluntate.*
25 *Fideicommiſſum de perſona ad perſonam ex præſumpta teſtantis voluntate extenditur.*
26 *L. ſi quis ita. §. penult. ff. de teſtam. tutela, nouiſsimè declaratur.*
27 *Tutelæ datio fauorabilis cenſenda eſt.*





28 *Voluntas, quæ non tranſiit in diſpoſitionem, attenditur, ſi ea ex aliquo verbo etiam generali, ac improprio deduci poſsit.*
29 *Prohibitio alienationis facta filijs ex mente teſtantis ad nepotes & ad omnes deſcendentes, in infinitum extenditur non habita quarti gradus conſideratione.*
30 *Tex. in authen. de reſtit. fideicom. §. nos igitur, declaratur.*
31 *Maioratus inſtitutio non ſimpliciter, & abſolutè, ſed fauore certarum perſonarum facta, vtrum perſonas nominatas ſupergrediatur.*
32 *Relinquens aliqua bona Titio, atque ſuis deſcendentibus iure Maioratus poſsidenda, non videtur ad ſolos nominatos Maioratus qualitatem reſtringere.*
33 *Nominatio perſonarum ſolum tribuit nominatis præcedentiam ſucceſsionis: non autem aliorum excluſionem operatur.*
34 *L. cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. & l. legata ſupellectili. ff. de ſupell. legat. declarantur.*
35 *Enumerationem ſpecierum genus præcedens reſtringere qualiter intelligendum ſit.*
36 *Communis loquendi vſus propriæ verborum ſignificationi præfertur.*
37 *Maioratus diſpoſitio vtrum extendatur vltra perſonas nominatas: nedum in deſcendentibus ſed etiam reſpectu tranſuerſalium.*
38 *In feudo ſuccedunt deſcendentes à primo acquirente, non collaterales.*
39 *Maioratus ſucceſsio, non ſolùm in deſcendentibus primi inſtitutoris, ſed etiam in collateralibus perpetua eſſe debet.*
40 *Familiæ verbum quid comprehendat.*
41 *Propinqui, qui dicantur.*
42 *Cognatio tam aſcendentes quàm deſcendentes: & etiam collaterales comprehendit.*
43 *Familiæ alienæ affectio, ſicut propriæ conſideratur.*
44 *Legitimati cenſentur eſſe de familia, agnatione, & cognatione Maioratus inſtitutoris.*
45 *Spurius non dicitur eſſe de domo, familia, agnatione, ſeu cognatione.*
46 *Naturalis ſeu baſtardus non dicitur eſſe de domo, familia, agnatione, nec cognatione.*
47 *Naturales ſeu baſtardi arma nec inſignia parentum deferre poſſunt.*
48 *Naturalis in feudo non ſuccedit.*
49 *Naturalis non ſuccedit in Maioratu.*
50 *Adoptiuus non eſt verus filius, ſed imaginarius.*
51 *Adoptiuus non ſuccedit in feudo, nec in Maioratu.*

## *Hiſpanorum Primogenia ex propria natura perpetua, non temporalia cenſenda eſſe.*

## CAPVT IIII.

PRo perfecta Primogeniorum Hiſpanorum naturҿ cognitione, conueniens ac neceſſariũ mihi viſum eſt hoc loco diſcutere: vtrum ex ſui natura Maioratus ſucceſſio perpetua eſſe debeat in omnibus, qui ex familia inſtitutoris proceſſerint an ea ſucceſſio temporalis cenſenda ſit. Pro cuius rei clariori intelligentia, ea quæſtio examinanda erit: an is, qui ex bonis propriis Maioratum inſtituit, ad eiúſque ſucceſſionem filium ſuum Primogenitum atque eius deſcendentes inuitauit, nec alias vocationes aliorum filiorum, nec deſcendentium adiecit: cenſeatur velle ea bona ſoli filio, in cuius perſona Primogenium inſtituit, ac eius deſcendentibus iure Maioratus pertinere, eíſque deficientibus bona ipſa libera futura eſſe: an cenſeatur voluiſſe, vt eis deficientibus in his bonis inter alios filios, ac deſcendentes eiuſdem inſtitutoris iure Maioratus perpetuò ſuccedatur? Quæ quæſtio frequens & aſſidua eſt: ideóque copioſè tractanda ac reſoluenda erit. Summè namque vtilia cognitúque neceſſaria erunt ea, quæ in eius reſolutione dicentur, ad cognoſcendum Primogenitorum naturam, ac perpetuitatem.

¶In quo tamen aduertendum erit, quod in hoc capite & duobus ſequentibus agitur præſertim de interpretatione dubiæ voluntatis, ad quam interpretandam plures regulҿ traduntur, quæ in dubiis voluntatibus interpretandis aſſiduè obſeruari ſolent, quas in hac parte pleniſsimè examinare intendimus, vt ſi in operis diſcurſu alibi earum ſe offerat occaſio, eas ſolùm attingere ſufficiat. Ideoque ea, quæ hîc dixerimus memoriæ commendanda erunt: non ſolùm ad perpetuitatis Primogeniorum materiam, ſed ad interpretandas etiam quaſcunque alias teſtantium, ſiue contrahentium voluntates.

¶In hac autem quæſtione prima facie dicendum videtur, ea bona deficientibus vocationibus li-
1 bera cenſenda eſſe. Eſt namque regulare, † vt quando vnus vel etiam plures ad fideicõmiſſum vocati ſunt, in perſona vltimi vocati bona ipſa libera remaneant, nec vlteriùs fideicõmiſſo ſubiecta ſint, poſsítque vltimo loco vocatus in eis hæredẽ extraneum inſtituere. Quod apertiſſimè probat tex. qui in id præcipuus eſt in l. qui ſolidum §. prædium. ff. de lega.2. l. pater filium. §. fundum Titianum. ff. de lega. 3. & vtrobique per Scrib. l. cùm pater. §. libertis, fin. verb. ff. de leg.2. not. Bald. Paul. & Scrib. in l. quotiens. la.1. C. de

fideicom.Paul. conſi.1.lib.1. ſecũdùm impreſsio-
nem Papienſem.Iaſ.in l. filiusfamilias.§. Diui. in
2.lectura.nu.28.ff.de legat.1. Deci.conſi.182. nu.1.
Peralt. in l.3.qui fideicommiſſ. num.55.ff. de hæ-
red.inſtit.Natta.qui id latiſſimè proſequitur cõ-
ſil.470.nu.3.4.& 5.lib.2.
2 ¶Item † prouiſio facta per modum diſpoſitionis
de caſu ad caſum non extenditur: ſed caſus omiſ
ſus remanet in diſpoſitionem iuris communis.
l.ſi mater.in §.fin.ff. de vulg.vbi Bart.& commu-
niter Scrib. l. commodiſſimè. ff. de libe. & Po-
ſthum.l.ſi extraneus. ff.condi. cau. dat. Bart.in l.
Gallus.§. & quid ſi tantum. num.2. & 5. cum ſe-
quentib. ff. de liber. & poſthum. vbi Iaſ.nu.21.l.
vel ſingulis ff.de vulga.l.pater filium. vbi Ange.
ff.eo.tit.text.in §.vel ſingulis. Inſtit. eo. Et hanc
dixit eſſe communem regulam. Pariſius conſil.
3 87.num.50.lib.2.Imò caſus † contingens præter
ordinationem teſtatoris non comprehenditur
in diſpoſitione: etiam ſi in eo eſſet maior ratio
diſponendi, vt cenſuit Cin.in l. quod fauore. C.
de legib. Ancharra. conſil. 359. incipien.ex ſerie
teſtamẽti.colum. 2. Deci. conſil.218. num. 11.&
conſ.63.col.2.nu.3.& conſ.291. col. penul.num.7.
Aimon Craue.conſ.162.nu.10.
¶Quod fortiùs procedit in caſu, de quo agimus
vbi tractatur de extendendo fideicommiſſum de
perſona, ad perſonam:nam quanuis fideicõmiſ-
ſum de caſu,ad caſum,ex prę ſumpta,ac veriſimi
li voluntate teſtantis extendatur.l. Titius.§. Lu-
cius.vbi Bart. & Scrib. ff. de libe & poſthu.gloſ.
in l.tale pactum.in §.fin.ff.de pact.l.fin. C.de in-
4 ſti.& ſubſti.De perſona † autẽ ad perſonam:etiã
ex veriſimili teſtantis voluntate ipſum fideicom
miſſum non extenditur. l.ſi quis ita.§.pe.ff.de te-
ſtam.tutel. vbi tutela data à parente filiis ſuis,
non extenditur ad filium, quem pater credebat
eſſe mortuũ: quanuis veriſimile eſſet eidem illũ
tutorem dediſſe:ſi ſciret ipſum viuere.Per quem
tex.idem voluit gl.communiter approbata in d.
l.Titius in princip.verb. oportere. ff. de liber. &
poſthu.& Franc. de Are.in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum.colu.3.ff. eo. quem ibidẽ plures Scriben.
ſequuntur.Iaſ.in l.cùm res.6.notab.num.21.ff.de
leg.1. Deci. conſil.218. num.9. Idem Decius con-
ſil.465.nu.16. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam.C.
de reuocan.donatio.verb.libertis.num.23. Soci.
Iuni.conſil.185.lib.2.num.12. Aimon.Craue. con-
ſil.161.num.11.Fran. Viuius lib. communium opi.
verb.caſus non expreſſus.num.3. Anto. Gabriel.
lib.6. communium opi. tit. de reg. iuris. conclu.
5 10.num.9.Perſona enim† quæ ſubſtitutionẽ alle
gat, illam probare debet: aliàs ſemper ei dici po
teſt. ſubſtitutio non loquitur de te, vt cenſuit
Ioan.And.in add.ad ſpecul.in ti.de teſt.§.1.verſi.
occurrit.ad fin.Oldral.conſi.21.incip. Thema ta-
leeſt. Bal.in l.ad probationem.nu.1.C.de proba.
Soci.conſil.116.nu.6.lib.3.Aimon Craue.d.conſil.
161.num.16. Soci. Iunior conſil. 176. num.8.lib.2.
Celſ.conſil.20.num. 49. Iulius Clarus lib.3 ſen-
tentiarum.§. teſtamentum. q. 76. verſic. in aliis.
Franciſcus Piſcina, qui plura in idem adducit in
diſputatio. ſuper ſtatutis fœminas excluden.nu-
mer.12.
¶Prętereà hoc ipſum probatur ex eo quod huiuſ
modi Maioratus inſtitutor ſolùm in perſona filij
ſui illũ inſtituerit, nec ad vlteriores gradus tran
ſierit, ex quo fit, vt etiã ex eius voluntate præ-
ſumpta comprehendi poſſit ipſum voluiſſe Ma-
ioratus diſpoſitionẽ ad alios etiam gradus extẽ-
dere, ea voluntas nec attendẽda, nec cõſiderãda
6 ſit. Voluntas †namq; illa, quæ non tranſiit in diſ-
poſitionem, nullius effectus eſſe reputatur. l.qui
dam cùm filium.ff.de hæred.inſti. Per quem tex.
cenſuerunt Bal.& Imol. ibi.non ſufficere teſtato
rem voluiſſe, niſi diſpoſuerit:nec etiã ſufficiens
eſſe, aliquid eſſe in intentione:niſi id etiam ſit in
diſpoſitione. Quod etiam ſequitur Bal. in l.vna.
§.ſin autẽ ad deficientis. pri.notab.C. de cad.tol
len, vbi eleganter inquit teſtatorẽ non cenſendũ
7 eſſe velle, niſi id, quod loquitur.in †interpretãda
namq; teſtantis volũtate diuinare nõ debemus.
Bald.conſil.235.lib.5. Aimon Craue. dict. conſil.
161.num.12.Idque prob.tex.in l.Gallus.§.quidam
rectè.ff.de libe.& poſth. ibi. *Quod ex verbis cõcipi
poßit.* Quem tex.ad hoc notat Bal.in cap. Secun-
do requiris.de appellatio.num.1.quibus etiã mi-
re concinit tex.in l.Iubemus.C.de teſtamen.vbi
teſtator duos tantum hæredes inſtituit. Et quan
uis cõſtaret, quòd plures alios inſtituere voluit,
ſolùm habentur pro inſtitutis illi, qui expreſſè
inſtituti fuerunt:non autem alij, quos inſtituere
volebat:quod ea ratione procedit, quòd volũtas
teſtatoris in mente retenta conſideranda nõ ſit.
Bald.in cap.mandatum.nu.2.de reſcrip.Deci.cõ.
465.num.7. Quibus plura cumulat Tiraquel. in
repe.l.ſi vnquam.de reuoca.don.verbo. libertis.
num.18.&.19.Socin.Iunior. conſil. 185. numer.4.
2.par.
8 ¶Vlterius hoc etiam cõprobatur, ex eo, † quòd
fideicommiſſum onus eſſe cenſeatur.l.cohæred.
§.cum filiæ.ff.de vulg.l.ab eo.C.de fideico.Ideó-
que in dubio fideicõmiſſum ceſſare reſponden-
9 dum erit. Semper † enim ſic diſpoſitio interpre-
tanda eſt, vt perſona honorata minus grauetur,
quàm ſit poſſibile.l.vnũ ex familia.§. ſi rem. ff.de
leg.2.l.ſi ita relictum. in fi.ff. eo. l. apud Iulian.§.
Seio.ff.de leg.1.l. numis, cum ſimilib. ff. de leg.3.
Roma.ſing.427.Alciatus conſil.96. nu.7. Alban.
conſ.29.n.7.& conſil.31.nu.9. Socin. Iunior conſ.
10 185.nu.10.lib.2. Fideicõmiſſi † namque extenſio
odioſa eſt: ademptio autem fauorabilis.l. ſi fue-
rit.vbi Pau.& Soci.ff.de reb.dub. Gratus conſil.
64.nu.42.lib.2.& conſi.126.nu.17. & 18.eo.lib.Ce
phalus conſi.45.nu.12.Aimon Craue.d.conſi.161.
nu.6.Alciatus d.conſi. 96. nu.8. & conſil.134. nu.
8.Fran. Piſcina, qui plura refert de ſtatutis ex-
cluden.fœminas.nu.49.
¶Item hoc etiam euidẽtius redditur ex eo, quòd
in bonis Maioratui ſubiectis, ſẽper alienationis
expreſſa prohibitio apponi ſoleat: & etiamſi
non apponatur, ea bona ſaltem tacitè alienari
prohibita ſint.l.Marcellus.§. rèſque, cum ſimili.
ff. ad Trebel.in qua ſpecie apertiùs procedit, vt
fideicommiſſum ipſum, vltra perſonas expreſsè
11 vocatas nõ protrahatur: cũ ſit regulare † ꝓhibi-
tionem alienationis factam in perſona filij ad ne
potes etiam non extendi. l. pater filium.§.fundũ
Titianum.ff. de legat.3. text. in authen. de re-
ſtitu.fideicommiſſ.§. cùm igitur.colla.9.per quẽ
tex. id cenſuerunt Bart. Iacob.de Bellui.& An-
gel. ibidem Bart.in l. filiusfamilias. §. diui.ff. de
lega.1. nu.20. vbi Iaſſ. nume. 109. in 1. lectura &
in 2.nume.146. Et Ferdinan. Loazes, nume. 489.
Deci.conſ. 377. col. 2. nume. 5. Roderi. Xuarez
in repe.l.quoniam. C. de inoffi. teſtam. 2. limita.
ad l.fori.nume.18. & Couarrub. qui hanc dixit
eſſe communem opinionem. lib. 3. reſolutio.





12 cap.5.n.4.Alciatus cõſ.134.n.5.Imò† etſi alienatio
nis prohibitio hac ratiõe expreſſa facta ſit, vt bo-
na in familia cõſeruẽtur, ea ꝓhibitio vltra quar
tam in generationẽ non extenditur, vt probatur
ex text.in auth.de reſti.fideicom.§.nos igitur.vbi
Bart.& communiter Scrib.id notant.Xuar.in d.
l.quoniã.2.limita.n.18.Alciatus conſ.96.nu.15.ex
quibus videtur probabilem eſſe hanc opinionẽ
quòd ſcilicet ea bona in perſona filij, qui ſolus
ad Maioratus ſucceſsionem vocatus eſt, Maiora
tui ſubiecta cẽſenda ſint:in cæteris autem libe-
ra remaneant. Quam in ſpecie ſequutus eſt Pa-
lat.Ruui.in repe.c.per veſtras.de dona.inter vir.
& vxo.3.notab.§.26.col.vltima.nu.20.quanuis i-
bidẽ ſi.verbis dicat ſe id non firmare: ſed de hac
re cogitandum relinquere.
¶His tamen non obſtantibus contrariam ſenten
tiam:imò, ꝙ bona hæc inter deſcendentes eiuſ-
dem Maioratus inſtitutoris perpetuò etiam vſq;
ad milleſimum gradum, iure Maioratus poſsidẽ-
da ſint, veriorem eſſe exiſtimamus, ꝙ ex pluribus
apertiſsimè deducitur.
¶Et primò quia huius diſpoſitionis inſtitutor ex
his bonis preciſè Maioratũ inſtituit, cuius Maio-
ratus natura ea eſt, vt bona in familia integra ac
indiuiſa perpetuò cõſeruentur, vt ſupra iſto li. c.
13 1.& 3.abunde oſtenſum eſt. Ideóq. is qui† Maio-
ratum inſtituit eo ipſo, quòd ex aliquibus bonis
ſe facere Maioratum profitetur, bona ipſa in pro
pria familia velle perpetuo cõſeruare cenſendus
eſt, vt dixit Soci.conſi.47.nu.6.li.5.& conſ.57.n.
3.eo.lib.Pariſ.conſ.72.n.81.& 85. li.4.Quod etiam
Hiſpanorum conſuetudini conueniens eſt:ſecũ
dùm quam Hiſpanorũ conſuetudinẽ verba Ma-
ioratuũ interpretanda ſunt.l.l.ſi ſeruus pluriũ.§.
fi.cum ſimil.ff.de lega.1.
¶Item cũ bona Maioratui ſubiecta perpetuò de-
14 beant in familia remanere, Maioratũ† inſtituens
cẽſendus eſt facere omnes ſubſtitutiones ad ipſã
perpetuitatẽ inducẽdã neceſſarias, & ſine quib.
ipſa bona perpetuò in familia conſeruari nõ poſ
ſint, etſi id aliter non expreſſerit, quod cenſuit
Soci.d.conſi.57.num.3. lib.3. & Pariſ.d.conſil.72.
lib.4. nu.86.Qui enim vult aliquod factum, cen
ſetur velle omnia ea, quæ ſunt ex natura ipſius
facti.Bar.in l.2.ff.de iuriſd.om. iudi.vbi per Scri.
l.gerit.vbi etiam per Scrib.ff.de acquiren.hære-
di.Ideóq.cùm ea bona nõ poſſint ꝑpetuò in fami
lia cõſeruari, niſi per ſubrogationem eorum, qui
ex familia ipſius Maioratus inſtitutoris procedũt
proximiorem in locum præcedentis iam mortui
15 ſubſtituendo:cùm† nihil poſsit eſſe perpetuũ ſub
ſole:niſi per ſubrogationem.l.eum debere colũ-
nam.ff.de ſerui. Vrba.præd.Quod pulchrè proſe
quitur Ancharra.conſi.27.col.3.conſequens eſt,
vt ipſe Maioratus inſtitutor cẽſendus ſit vocaſſe
omnes ex ſua familia deſcendẽtes ordine ſucceſ
ſiuo:cùm non aliter bona poſſint perpetuò in fa
milia conſeruari.Quę omnes ſubſtitutiones, quę
ad hãc perpetuitatẽ cõſeruandã neceſſarię ſunt
16 ex hoc verbo Maioratus deducũtur. Nõ enim† eſt
nouum, vt ex vnico verbo plures ſubſtitutiones
deducãtur.l.cohæred.§.q diſcretas.ff.de vulga.
Per quẽ text.dixit Areti.ibi, quòd ex vnica ora-
tione, & ex vnico verborũ contextu poſſunt cau-
ſari plures gradus ſubſtitutionum.Cuius dictum
refert & ſequitur Iaſſ.ibidem.nu.5.l.1. vbi etiam
per Scrib.C.de impub.& ali.ſubſti.l.iã hoc iure.
cum ſimil.ff.de vulga.
¶Item Maioratus ſucceſſio, in omnib.& per om
nia ſecundùm Regni ſucceſſionẽ interpretanda
erit, vt ſupra in duob. capitibus præcedentibus
latiùs probatum, & oſtẽſum eſt. Regni autem ſuc
ceſſio perpetua eſt in omnibus his, qui ex Regia
familia proueniunt in infinitũ.l.2. tit. 15. part.2.
Idque ex pluribus probat Xuar.in repe.l.quoniã
in prioribus.11.limita.2.dubio. nume. 19. De quo
etiam nos ſupra iſto lib.cap.3.nume.11. tractaui-
mus.Ex quo fit, vt & Maioratus ſucceſsio perpe
tua eſſe debeat in omnibus his, qui ex familia ip
ſius Maioratus inſtitutoris procedunt, vt mẽbra
capitis cõſuetudinem ſequantur:prout etiam in
cap.2.ſupra iſto lib.nu.15.cum ſequentib. ſpecifi-
cè annotauimus.
¶Præterea cùm bona Maioratus, vt ſuperiùs dixi
mus, in familia perpetuò conſeruari debeant, ex
eo conſequitur ipſe Maioratus, deficiente ex-
17 preſſa vocatione, nõ finiatur:ſed ꝙ† extinctis his
qui nominati ſunt, Maioratus ſucceſſio ad proxi
miores nominatos deuenire debeant, quod pro-
bat tex.qui in id præcipuus eſt, in l.peto.§.fratre.
ff.de lega.2.& tex.in l.cum ita legatur.§.in fidei-
cõmiſſi.ibi, *Admitti poſſunt qui nominati ſunt, aut
poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defũcti fuerint
eo tempore, quo teſtator moreretur.* ff. eod. Per quem
tex.notant Bart.& communiter Scrib. ad fidei-
cõmiſſum relictum familiæ primo loco admitti
eos, qui nominati ſunt:eiſque deficientibus fidei
commiſſum nõ expirare:ſed proximioribus ex fa
milia deferri, donec nullus ex ipſa familia ſuper-
ſit.Idq. etiam prob.l.fi.C. de verb.ſigni.vbi etiã
Bar.Bal.& communiter Scrib. id notant. Quod
intelligendum eſt, eo caſu procedere quo in fidei
commiſſo verba aliqua perpetuitatem, ac tractũ
ſucceſſiuum denotantia inueniuntur, vt infra.c.
ſequen.nu.24.dicemus.
¶Vlterius etiã idipſum cõprobatur ex eo, quòd
Hiſpanorum Primogenia, vt plurimùm fideicõ-
miſſis ſimilia ſint, vt ſupra iſto lib.ca.1. latiùs o-
18 ſtendimus. Ex quo fit, †vt ex mente, fideicommiſ
ſum omneſque vocationes ad perpetuitatem Ma
ioratus efficiẽdam neceſſariæ inducãtur, etſi ſpe
cificè in verbis expreſſæ non ſint, quod probatur
ex tex.in l.vnũ ex familia.§. fina. de legat. 2. ibi
*Et idẽ Princeps prouidentiſsimus, ac vir religioſiſsimus
cum fideicõmiſsi verba ceſſare animaduerteret, eum ſer
monem pro fideicommiſſo reſcripſit accipiendum.* l. cũ
19 proponebantur in fin.ff.eod. Volũtas namq.† prę
ſertim in fideicommiſsis dominatur, & attendẽ-
da eſt.l.in conditionibus.ff.de condi.& demõſtr.
l.cũ virum. C.fideicõ.l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.
ad Trebel.Ideóq.mẽs nedum expreſſa, ſed tãtùm
coniecturata, potiùs attendi debet, ꝗ prolatorũ
verborum qualitas.l.quoniam indignũ.C.de te-
ſta.l.ex facto.§.rerum.ff.de hęredib.inſtituen.l.3.
C.de lib.præteri.vbi Alex.& Iaſſ.plura deducũt.
Bal.& Paul.in l.fi.C.de impub.Eademq. ratione,
ex veriſimili coniectura, iura ſupplẽt, quod neq.
dictum, neq.ſcriptum eſt.l.cũ auus.ff.de cond.&
demõſt.ibi. *Quaſi minus ſcriptum fuerit quã dictum.*
l.generaliter.§.cùm autẽ. C.de inſti.& ſubſti.l.cũ
acutiſſimè.de fideicommiſſ.l.iam hoc iure.cum
ſimil.ff.de vulga.
¶Imò etiam ſi Maioratum, tanquam contractũ
accipiamus, idipſum dicendum erit. In contracti
bus nãque † etiam mens contrahentiũ potiùs,
quàm verba conſideranda ſunt. l. fi.C. quæ res
pig.oblig.poſſ.l.iuris gentium.§.pactorum.ff. de

pact.l.ſemper in ſtipulationibus. vbi bona glo.ff. de regul.iur.vbi Deci. nume.1. Contractus enim nõ à verbis,ſed ab effectu,& intentione iudicãtur.l.ſi vno.ff.locati.l.2.C.cõmunia de leg. in eiſque ſemper,quod actum fuit,nõ quod verbis expreſſum eſt conſiderari debet: vt pluribus optimè probat Curtius Senior, conſil.75.colũ. 4. Decius conſil.48.col.pen.nume.2.ſicque in contractibus diſpoſitum in vno caſu,ad alium eandem rationem habentem extenditur:vt cenſuit Abb. in cap.cum dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.nu. 6.Alex.conſi.130.colum.3.nume.5.lib.4. Iaſſ. in l. Titius §.Lucius.ff.de liber.& poſthu.nume.1. &, 2.cum ſequen.Quibus plura cumulat Pariſ.conſ. 72.n.50.lib.4.& conſi.32.nu.57.lib.1.quod ꝑcipuè in donatione dicendum eſt, in qua ex propria natura ſemper fieri debet pleniſſima interpretatio.tex.in cap.cum dilecti.de d[illegible]ti.Scrib.in l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.

¶Quę omnia in caſu,de quo agimus,apertiùs procedunt:cum ex hoc verbo Maioratus, ab eiuſdẽ inſtitutore expreſſo,hæ omnes ſubſtitutiones neceſſariò deducantur,vt bona ipſa in familia perpetuò cõſeruentur,vt ſuperiùs dictũ,ac probatu eſt.¶Ex quo fit,vt etſi in ſpecie hæ ſubſtitutiões ab inſtitutore factæ nõ fuerint: expreſſæ tamẽ cẽ
21 ſendæ ſint quando enim †aliqs caſus venit ex natura expreſsi cenſeri debet expreſsus,quanuis in verbis ſpecificè prouiſus non ſit:quod dixit Bart. in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.ff.de libe.& poſth. nu.3.cuius doctrinam Doctor.cõmuniter ſequũtur:vt teſtatur Crotus ibidem.n.49.ver.Quintò fallit.Pariſius cõſ.90.num.21.lib.2.Idem Pariſius cõſ.50.nu.52.lib.3.Aimon Craue.conſi. 130.num. 9.Ideóque quãuis dici ſoleat,expreſſum illud eſſe,quod oculis corporeis legi,ac percipi poteſt, ex l.1.ff.de his,quæ in teſtamen. delen. id intelligẽdum eſt niſi aliquod verbum generale expreſſum ſit,ex eius natura plura illa comprehendantur.Omnia namque illa expreſſa dicentur , quæ ſub natura ipſius verbi expreſsi includũtur.Fel. qui plura cumulat in cap. tranſlato.numer.5. de conſti.l.ait prætor.in princi.vbi gl.& Scrib.ff.de nou.oper.nũtia.Ripa in l.2.n.62. ff. de vul.l.nominis,& rei.§.verbum.ff.de verbo.ſignifica. vbi per Alcia.

¶Præterea is qui Maioratũ ex bonis ſuis inſtituit hanc qualitatem Maioratus ipſis bonis tribuit,
22 qua rõe †ea Maioratus inſtitutio in rem ſcripta ac perpetua,non tẽporalis cẽſenda erit. De quo eſt ſingularis doctrina Bal.in l.precibus. nu. 49. C.de impub.vbi eleganter inquit , quòd quando hæreditas eſt grauata,& grauamen eſt ſcriptum in rem,afficit rem ad quęcunque vadat,& extenditur onus in omnes. Secùs autẽ ſi verba in ſolã perſonã dirigantur.Quod etiã probatur ex l. fin. ff.de contrahẽd.emptio.& ex l.Lucius.ff.de acq. quoti.& æſtiu.not.Raph. Cuma. in l. peto.§.fratre.nume.5.ff.de lega.2.& Paul.conſ.32.nu. 3. lib. 1.& conſi.401.num.1.lib.2. Pariſ.conſ. 72. nume. 89.lib.4.Iaſſ.in l.filiusfamilias. §.diui.in repe.nu. 95.in 2.lectu.ff.de lega.1.vbi in ſimili conſiderat, an alienationis prohibitio in rem ſeu in perſonã dirigatur,vt in primo caſu perpetua ſit ſecundo verò perſonã prohibiti non egrediatur.Cuius dictum refert & ſequitur Ripa,ibidẽ n.66.Crotus num.43.& Loazes nume.134. Idque etiam cenſuerunt Paul.nume.6.& Iaſſ.num.11.in l. voluntas.C.de fideicom.Decius conſ.88.nu.5. & conſ. 182.nume.6.& alibi ſæpè Scrib.Ex quibus,& etiã aliis(quę breuitatis cauſa pretermittimus) hęc pars verior ac probabilior nobis videtur.Quã in ſpecie Hiſpanorũ Maioratuũ ſequutus fuit Pari. plures alios referens d.conſ.72.num.81.&,85. cũ pluribus præcedentibus & ſequentib.li.4.& Couarrub.lib.3.reſolu.cap.5.num.4. Grego. Lopius in l.2.tit.15.par.4.in glo.verb.*El mas propinquo pariente*.in princi.vbi plura in idem adducit Anto. Gomet.in l.40.Tauri.nume.59.Mencha. de ſucceſsio.creati.lib.3.§.26.nume.93. & 94. eámque opi.vſus ac communis Hiſpanorum conuetuum obſeruatio probauit.

23 ¶Nec his obſtat†tex.in l.qui ſolidum.§. prædiũ. ff.de lega.2.cũ ſimil.vbi vltimo loco vocatus poteſt in re fideicommiſſo ſubiecta extraneum hæredẽ inſtituere.Ea nãque lex(ſi rectè conſideretur) potiùs noſtram ſententiam confirmat:ſiquidẽ cùm ex natura huius verbi Maioratus omnes ex familia inſtitutoris procedũt ad Maioratus ſucceſsionẽ ordine ſucceſsiuo vocati cẽſeantur,vltimus ex familia poterit eadẽ bona alienare,in eiſdemque extraneũ hæredem inſtituere. Vltimus autem non erit is,qui vltimò nominatus in ſcriptura Maioratus fuerit:ſed vltimus,qui ex familia ſupererit:cùm poſt nominatos vocati cẽſeãtur proximores,qui ex familia ſuperſint. Qui adeò expreſsè vocati cẽſentur,ac ſi verbis ſpecificis in eadem ſcriptura Maioratus nominati eſſent , vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Non etiam obſtat,quòd ſubſtitutio de caſu ad caſum extendenda non ſit:nam illud procedit,ac verũ eſt:niſi veriſimilis volũtas cõcurrat : prout
24 in caſu,de quo agimus concurrit. Ex veriſimili† nãque diſponentis voluntate ſubſtitutio de caſu ad caſum extẽditur.l.Titius.§.Lucius.vbi Iaſſ.& communiter Scrib.ff.de liber.& poſthu.glo. in l. tale pactum.§.fin.vbi cõmuniter Scrib.ff.de pact. & in l.Gallus.§.& quid ſi tãtũ.ff.de liber. & poſthu.Iaſſ.& cæteri Scrib.in l.ſi mater. ff. de vulga. Curtius Senior, qui plura in idẽ adducit cõſ.76. colum.pen.Alex.conſ.24.num.34.lib. 2. vbi Carol.Molinæus in additio.plures in idem tenentes refert.Pariſ.conſ. 50. nume. 52. lib.3. Et hæc eſt communis opi.ſecundùm Deci.in l.ſi mater. nu. 2.C.de inſti.& ſubſtitu.& ſecundùm Iuliũ Clar. lib.3.ſenten.§.teſtamentum.q.76.reg.5. & ſecundùm Fran.Viui.li. communium opi.verb.caſus non expreſſus.

¶Similiter etiam non obſtat, ꝙ de perſona ad perſonam fieri non poſſit extenſio etiam ex veriſimili mente teſtãtis.Nã quãuis ad vulgo perſuaſum ſit,non tamẽ conſtãter aſſerimus Maioratus inſtitutoris diſpoſitionem, nedũ de caſu ad caſũ ſed etiam de perſona ad perſonã ex veriſimili teſtantis voluntate,quæ ex verbis colligi poſsit,extẽdendam eſſe.Necenim poteſt cõgrua diuerſitatis ratio aſsignari,ex qua deducatur ſubſtitutio q̃ ex mente teſtantis de caſu ad caſum extẽditur. De perſona tamen ad perſonã nõ extẽdatur:cùm diuerſa perſona,diuerſum etiam caſum efficiat, &in fideicõmiſſis ſit voluntas teſtantis ſequẽda: abſurdúmq.ſit aſſerere auferẽdã eſſe Maioratus ſucceſſionem ab ea perſona,cui ex veriſimili inſtitutoris diſpoſitiõe apertiſsimè defertur,aliíq. aduerſus eius voluntatem adiudicandã ex eo ꝙ de perſona ad perſonam fideicõmiſſum extendẽdum nõ ſit:cùm ad omnes alios caſus ex mẽte te
25 ſtantis extendatur.Ideóque† contraria opinio ꝙ ſcilicet



ſcilicet fideicommiſſum ex præſumpta teſtantis voluntate,etiam de perſona ad perſonam extendatur:nobis magis placet quã ſequutus fuit Ang. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.n.3.poſt medium. verſ.fallit etiam cuius opi. ſequitur Fortu.Garſia.ibidem.num. 86.Et Ioan. Crot.nume.27.Idem etiam arbitratur Paul. in l. Titius.in prin.n.7.ff.de liber.& poſth.& videtur eſſe de mente Bal.& Imol.ibidem. Eãdem etiam opinionem ſequitur Iaſſ.in §.Lucius. eiuſdem l. Titius.num.7.& conſi.115.nume. 4. volum.4. Et ſecundùm hoc eſt intelligendũ.Quod dixit ipſemet Iaſſo.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.num.12.ff.de vulga.vbi inquit,ꝙ regulariter ſubſtitutio de ꝑſona ad perſonam non extenditur:quaſi dicat ſecus eſſe:ſi ex mente cõſtet. Idem etiam exiſtimat Albert.Brun.de ſtatutis,excludentib.fœminas in 8.articulo principa.q.19.Curti.Iuni.conſil.121. n. 14.Pariſ.qui omninò videndus eſt,qa melius quã alius quęſtionem iſtam proſequitur conſ.50.nu. 54.cum ſequentib.lib.3.& conſi.66. nu.66. eod. lib.Et eſt de mente omnium Scrib. qui cẽſuerũt ex mente teſtantis prohibitionẽ alienationis de vna perſona ad aliam extendendã eſſe quos inferiùs nuncupatim citabimus.

¶Imò quod plus eſt,Franc.de Areti. qui pro cõtraria opi.velut eius præcipuus author adducitur (ſi bene eius verba conſideretur) potiùs hãc noſtram ſententiam quàm contrariam probat.Inquit enim in d.§.& quid ſi tantum.in princip. ꝙ diſpoſitio facta contra regulam iuris in vna perſona,non trahitur ad aliam,in qua eſt eadem ratio:ergo ſequitur ſecundùm eum,ꝙ qñ perſona, ad quam fit extenſio,non admittitur contra regulã iuris, bene de perſona ad perſonã fieri debeat extenſio.Quod optimè ad hanc Primogeniorum materiam trahi poteſt in quorum extenſione nõ odiũ,ſed fauor publicus (vt infra iſto lib.c.18.dicemus) verſatur. ¶Item idem Fran.de Are.in eo. §.& quid ſi tantum.in princip.4.col.verſ. ſecũdo fallit,rediens iterum ad hanc quæſtionẽ, inquit, quòd extenſio de perſona ad perſonam procedit quando perſona ad quam fit,poſſit comprehẽdi aliquo modo ſub verbis,& mente diſponẽtis propter aliquam qualitatem ſibi inhęrẽtem: quãuis de tali pſona non fuerit cogitatum indiuidualiter.Quod optimè his,quæ in hac quæſtione principali paulò antè dicebamus, conueniens eſt:cũ ſub hoc verbo Maioratus ex propria natura omnes,qui fuerint ex familia teſtatoris,tã ex mente quàm ex verbis cõprehendãtur,expreſſéq; vocati cenſendi ſint: quod magis ex vi cõprehenſiua quàm extenſiua procedit,idque etiã Curti. Iuni. conſ.113.n.10.& Aimon.conſ.98.n.13. profitentur dicentes,admittendam eſſe perſonæ comprehẽſionem ex aliquo verbo generali,non autẽ extẽſionem.Sed nos ex veriſimili mente teſtantis nõ ſolùm perſonæ comprehẽſionẽ ex verbis ſaltim generalibus,ſed etiam extẽſionem ex virationis expreſſe vel ſubintellectè admittẽdam eſſe cenſemus:cùm ea non tam extenſio quàm comprehenſio iudicanda ſit,prout Scribentes quos ſuperius citauimus,non obſcurè cenſuerunt.

26 ¶Ad tex,autẽ†in l.ſi quis ita.§.pen.ff.de teſtam. tutela,in quo præſertim contraria opi. fundatur omnes Scri.quos ſuperius retulimus, reſpondẽt eius deciſionem ſolum in tutela admittendã eſſe. Cùm enim tutelæ datio reſpectu tutoris onus cõtineat,odioſáque cenſenda ſit meritò ad eũ filiũ de quo teſtator non cogitauit , extendi non põt. Odia namque ſemper reſtringenda ſunt.l.cũ quidam.cum ſimil.ff.de liber.& poſthũ.

¶Ex quibus infertur falſam eſſe opi.gl.in d.l.Titius.in prin.verbo authoritate.ff. eo. dicentis. d. l.ſi quis ita,in datione tutoris loquentem,in hęredis etiam inſtitutione intelligendam eſſe, quã ſequuntur Dinus & Bart.ibidem.Dinus etiã,& Cinus,Angel.Raphã.& Nicolaus de Neapol. cõſil: pater.C.de hæred.inſti.¶In hoc namque gl.ipſa loquitur contra tex.in l.ſi.ff.de hæred.iſti.Ideóq. illam meritò reprehendunt Imol.& Paul.de Ca. in d.l.Titius in princip.Idem Paul.& Areti. in l. ſicut certi.C.de inoffi.teſta.Fortu.& Crot. in d. §.& quid ſi tantum:& omnes Scrib. quos paulò antè pro hac opi.citauimus.Nec enim lex illa q̃ in datione tutoris,quæ odioſa eſt,loquitur:ad hęredis inſtitutionem,quæ fauorabilis eſt,extendẽda erit.Idque quod ad gloſ.in d. l. Titius attinet verũ eſt,nõ ex hac vltima ratione:ſed ex deciſione tex.in d.l.ſi.ff.de hæred.inſtitu. & ex aliis rationibus,de quibus inferiùs agemus.

¶Sed quanuis intellectus iſte ad d.l.ſi quis ita, à præfatis Scri.probetur:nobis autem nõ omninò
27 ſatisfacit:ſiquidem tutoris datio † principaliter ad filiorũ commodum ac vtilitatem dirigitur,eiſdẽq.fauorabilis eſt,ꝙ ſi incidenter onus tutoris contineat,id attendẽdũ nõ erit.Dicitur namq. fauorabilis ea diſpoſitio, quæ fauorem principaliter continet:quanuis incidenter in alicuius odium eſſe poſſit.l.qui exceptionẽ.ff. de condi.indebi.Scrib.in l.venia.C.de in ius vocã.de quo etiam nos alibi latiùs agemus.Ideoque dationẽ tutoris fauorabilem eſſe cenſuit Iaſſ.in d.l.Titius. in prin.n.8.ff.de liber.& poſthu. Deci. qui plura refert conſ.95.nu.5.col.3.Cozadi.conſ.36. nu.5: Ex quo fit, vt intellectus iſte tenendus non ſit.

¶Similiter etiam tenendus nõ eſt ad illã legem intellectus,quem eidem aſſignauit Iaſſ.in d.l.Titius.in principio.n.10.ff.de lib. & poſthu. quòd ſcilicet ex eo inſtitutio filiorum ad filium,quem teſtator ſe habere ignorabat , extẽditur, tutelæ autẽ datio non, quòd in primo caſu teſtamentũ ex filii præteritione nullum eſſet:in ſecũdo autẽ caſu validũ ſit:etiã ſi alicui ex filiis tutor datus nõ fuiſſet.Ideoq. ex publica vtilitate, q̃ verſatur in eo quòd teſtamenta conſeruentur, diſpoſitio de filiis facta,ad filium,de quo teſtator non cogitabat,extenditur.Quam extenſionem Iuriſcõſultus, vbi is fauor non verſatur , non permittit:nã iſte intellectus nimiũ hanc noſtrã concluſionem reſtringit.Ex eo nãque ſequeretur teſtãtis diſpoſitionẽ ex veriſimili voluntate,ſolùm eo caſu eſſe de perſona ad perſonam extendendam, quo ſi ea extenſio non fieret, teſtamentũ ipſum corrueret.Cuius contrarium ipſe Iaſſo in d.l.Titius.§.Lucius.nu.7.profitetur,vbi ſimpliciter exiſtimat,ex veriſimili mẽte teſtantis, eiuſdẽ diſpoſitionẽ in omnibus caſibus de pſona ad perſonã extendendã eſſe,quod omnes Scrib. quos ſuperiùs retulimus,etiam conſtanter exiſtimauerũt: idque mihi etiam verum videtur.

¶Verus autem ad illam legem intellectus is eſt, quòd ea ratione in ea lege datio tutoris non extẽditur ad eum filium,quẽ teſtator ſe habere ignorabat,quod certum ſit impoſſibile eſſe de hoc filio teſtatorẽ ſenſiſſe.Ideoq. eius diſpoſitio ad id non extenditur,quod ab ipſo teſtatore cogitatũ non fuit:cùm actus agentiũ non debeant contra eorum

eorum intentionem operari.l.nõ omnis.ff.ſi cer.
peta.Quæ ratio in eadẽ lege expreſſa eſt.Quòd ſi
dixerimus veriſimile eſſe,ꝙ ſi teſtator filiũ ſuum
viuere intelligeret:illi etiam eũdem tutorem de
diſſet,reſpondetur:id non ſemper regulare eſſe.
Cùm enim tutor perſonæ,non rebus principali-
ter detur l.quia perſonæ,cum ſimil.ff.de teſta.tu
tela.& iuxta pupilli mores,ac qualitatem dãdus
ſit.l.in confirmando,cum ll.ſequẽtib.ff.de cõfir.
tutor.forſan eum quem aliis filiis pater tutorem
idoneum reputauit filio,quem viuere ignorabat
ſi de eius vita certus eſſet idoneum non cẽſeret.
Cùm igitur hoc modici præiudicij reſpectu eiuſ
dem filij eſſe poſſit:cùm ceſſante teſtamẽtaria tu
tela,illicò ad legitimam ſeu datiuam deueniẽdũ
ſit:meritò Iuriſconſultus in eadẽ lege conueniẽ-
tiùs eſſe exiſtimauit filio tutorem legitimum aut
datiuum tribuere:quàm eidem tutorem teſtamẽ
tarium,de quo pater non cogitauit,& forſan ido
neum eidem non cenſeret,præſtare.Ideóque lex
illa,quæ in adeò diuerſa materia, diuerſiſſimiſq.
rationibus hoc diſponit,ad hæredum inſtitutio-
nes ſeu Maioratuum ſucceſſiones,quibus huiuſ
modi rationes nõ militãt,trahenda nõ eſt.Et hic
eſt nouus,ac germanus ad eãdẽ legẽ intellectus.
Ex quibus remanet firmiſſima ac vera cõcluſio,
ꝙ ſcilicet ex veriſimili teſtantis voluntate, eius
diſpoſitio de perſona ad perſonam extendatur:ſi
cut de caſu ad caſum extendi ſolet.Quam ex eo
hìc copioſè examinare libuit,ꝙ in Maioratuum
inſtitutorũ voluntatis interpretatione,frequens
aſſiduáque ſit,nec hucúſque rectè fuerit expẽſa.
¶Ad principale autẽ inſtitutũ,à quo nec digreſ-
ſionem feciſſe credimus,redeuntes:non ẽt obſtat
28 quòd†voluntas,quę in diſpoſitionẽ non tranſiit,
attendenda non ſit:cùm non ſufficiat teſtatorem
voluiſſe,niſi diſponat.Nam hoc intelligendũ eſt:
quando teſtator nullũ verbũ expreſſit,quod ſal-
tim ex larga,ac generali interpretatione id com-
ꝓhẽdere poſſit: ſed ſi in eius diſpoſitiõe aliquod
verbũ vniuerſale expreſſum fuerit,ex quo largè
ſeu etiã impropriè ea voluntas comprehendi poſ
ſit,vt in caſu,de quo agimus,ex hoc verbo Maio
ratus cõprehenditur:tunc voluntas ex tali verbo
deducta attendẽda & conſideranda eſt:etiã ſi ad
aliam ſpecificam ſeu indiuiduam diſpoſitionem
teſtator non tranſiuit.Quod ſic declarat Bal.in l.
vna.C.de his,qui ant.aper.tab.nu.10.Soci.qui in
hoc meliùs,quàm alius loquitur in l.in ambiguo
ſermone.n.3.ff.de reb.dub.Paul.qui etiam elegã
ter loquitur in l. ab omnibus in princi.num.4.ff.
de lega.1.Fortu.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.
col.47.ff.de libe.poſthu.Deci.conſi.89.nu.3.Soci.
Iuni.conſ.185.n.15.li.2.Quæ omnia addenda ſunt
ad ea,quæ ſcripſit Tiraquel.in l.ſi vnquã.verb.li
bertis.nu.35.C.de reuocan.dona.
¶Similiter etiã non obſtat, ꝙ fideicõmiſſi datio
odioſa ſit,ademptio autem fauorabilis,&ꝙ fidei
commiſſum ex eo extendendum non ſit.
¶Nã Maioratus diſpoſitio fauorabilis eſt, bonó
que publico,vt dignitates familiarũ cõſeruẽtur
introducta,vt infra iſto lib.c.18.latiùs dicemus,
Ideóque ſemper ex mente inſtitutoris extẽdẽda,
atque ampliãda eſt vt Maioratus perpetuitas cõ
ſeruetur:eaq. ratione fideicõmiſſum ob familiæ
conſeruationem inſtitutum aduerſus cõmunes
iuris regulas extendendum eſt,prout ex plurib.
probat Frã.Piſcina de ſtatutis exclu.fœm.n.49.&
n.51.quod à fortiori caſu,de quo agimus dicẽdũ
erit:vbi potiùs de vi cõprehenſiua,quàm extẽſi-
ua tractatur.Omnes enim qui ex familia teſtato
ris procedunt,ſub hoc verbo Maioratus compre
henduntur,vocatiq.cenſentur,vt ſuperius oſtẽ-
ſum eſt.
29 ¶Vltimò etiã nõ obſtat,ꝙ†prohibitio alienatio-
nis facta filiis ad nepotes non extendatur. Nam
hoc procedit,ac verum eſt niſi cauſa,ex qua pro-
hibitio alienationis fit,eius naturæ ſit, vt etiã ne
potes,ac alios deſcendentes cõprehendat,prout
ſi teſtator ea bona alienari prohibuerit, vt in fa-
milia conſeruentur.Tunc nãq.alienationis pro-
hibitio facta filiis,etiã nepotes alioſque deſcen-
dentes comprehendet,vt cenſuit Bart.in l. pater
filium.§.fundum Titianum.n.2.ff.de lega.3.gl. in
l.quoties ab omnibus.in gl.1.C.de fideicõ. Deci.
conſ.23.n.5.& cõſ.182.n.4.Iaſſ.in l. filiusfamilias.
§.diui. lectura 2.n.146.ff.de lega.1.vbi Crot.q. 10.
&Loazes,q.9.id ẽt notant, & Couarr. qui plura
refert lib.3.reſolutio.c.5. n.4. Nouiſſimè etiam
Anto.de Padilla in l.voluntas C.de fideicom.nu.
21.& 26.
30 ¶Et quanuis†tex.in dict.auth.de reſti. fideicom.
§.nos igitur,diſponat etiã,quando quis bona ſua
alienari prohibuerit,ea ratione:vt in familia cõ-
ſeruẽtur:prohibitionem hanc quartum gradum
non excedere.Illud tamen intelligendum eſt:ni-
ſi ex mẽte teſtantis cõprehẽdatur,ipſum teſtato
rem voluiſſe eam prohibitionem perpetuam fu-
turam eſſe:quartúmque etiam gradũ tranſcende
re tunc namque ea prohibitio perpetuò etiam vl
tra quartum gradum ex teſtantis volũtate ſerua
bitur.Quod cenſuerũt Iacob.de Bellouis.& An-
gel.in d.§.nos igitur.& Iaſſ. in d.§.diui. 2. lectu.
nu.155.& in 1.lectu.nu.113.& ibi Loazes. nu. 493.
Iaſſo.in l.fina.nu.5. C.de hæredib.inſti.Alexand.
conſi.56.nu.2.li.1.Deci.conſ.616.nume.16. Pariſ.
conſ.52.num.17.lib.3.Segur.in l.filius. nume. 108.
ff.de ver.obliga.Xuar.in repe.l.quoniam in pri-
oribus.C.de inoffi.teſta.limita.l.Regiæ.col. vlti.
Fran.Piſcina,de ſtatutis exclu.fœmi.nu.55. Quo-
rum opinionem communem eſſe profitetur Co-
uarrub.lib.3.reſolu.d.c.5.nu. 4. & quanuis de ea
dubitet,tamen illam veram eſſe cẽſet,quoties ex
aliquibus cõiecturis percipi poſſit, teſtatorẽ vo-
luiſſe eam prohibitionem perpetuam futuram eſ
ſe,quartúmque & vlteriores etiam gradus tranſ
cẽdere.Ex quib. infert in Hiſpanis Primogeniis
eã prohibitionẽ perpetuò ſeruandã eſſe,nec ha-
bẽdam eſſe quartæ ſeu quintæ generationis ra-
tionẽ.Quod cõprobatur ex Hiſpana conſuetudi-
ne,& ex deci.27.Tauri.opi.id in tertiæ & quintæ
partis bonorũ ꝓlegatis,in quibus non tanta ꝑpe
tuitatis ratio vt plurimum verſari ſolet diſpoſitũ
eſt.Cuius legis diſpoſitio ad Hiſpanorũ Primo-
genia,pari,ac etiam longè potiori ratione trahen
da eſt,idque proculdubiò verum eſſe mihi vide-
tur.Ex quibus hæc ſentẽtia ꝙ ſcilicet Hiſpanorũ
Primogenia ſemper perpetua,non tẽporalia cẽ-
ſenda ſint:ſatis præciſè,ac cõcludẽter probatur.
¶Hæc autem omnia planè procedũt:quando Ma
ioratus Inſtitutor ex bonis ſuis indefinitè Maio-
ratum inſtituit,abſq. aliqua deſcendẽtium, vel
tranſuerſalium vocatione,vel quando Maioratũ
ex bonis ſuis inſtituens,ad eius ſucceſſionẽ filiũ
ſuum ac eius deſcendentes ſolùm vocauerit,vel
aliquas alias ſpeciales vocationes fecerit.Tũc nã
que cùm Maioratus inſtitutio in bonis ipſis prin
cipaliter fiat:ideóque realis cẽſenda ſit, vt ſupra
iſt.c.nu.



iſt.c.nu.22.apertiùs probauimus,nimirum ſi hæc
Maioratus inſtitutio ex regulis, de quibus ſupe
riùs meminimus perpetua eſſe cẽſeatur,nec voca
tiones ſpeciales huius verbi Maioratus generali
tatem reſtringant.
¶Sed quando Maioratus inſtitutio principaliter
nõ ad bona,ſed ad certas perſonas dirigatur: put
quãdo eiuſdem inſtitutor relinquit aliqua bona
Titio ac eius deſcendentibus,vt illa iure Maiora
tus poſsideant,vel Maioratũ in perſona Titij, ac
deſcendentium inſtituit.Hæc omnia dubia videẽ-
tur:ſicq; in hac ſpecie vidimus de hac re in caſu
contingenti apud grauiſsimos,magníq. nominis
31 viros dubitari.Ea præſertim†ratione, ꝙ hæc Ma
ioratus inſtitutio nõ ſimpliciter,& abſolutè: ſed
ſpecialiter fauore certarum perſonarũ facta fue
rit.Ideóq; perſonas nominatas Maioratus quali-
tas egredi non poſſit.Quod comprobatur ex ele-
ganti doctrina Io.de Imol. in l. ſi verò.§. de viro
ad ſi.ff.ſolu.matri.vbi inquit, quòd conſideratio
cõſeruationis agnationis,facta reſpectu certarũ
perſonarum,nõ omnes agnatos,ſed ſolũ eos, qui
nominati ſunt,comprehendit,cuius dictũ plures
Scrib.ſequuntur,quos infra cap.ſequen.n.37.nũ
cupatim citabimus.
¶Item enumeratio ſpecierum generalitatem re-
ſtringere ſolet.l.cum delanionis.§.quidã.&in §.
cui fundum.ff.de fundo inſtruct.l.legatorũ. §. 1.
ff.de lega.2.l.legata ſupellectili, vbi per Scrib. ff.
de ſupellectil.lega.
¶Itẽ hæc grauamina,atque prohibitio alienatio
nis extra familiam,quæ ex verbo Maioratus com
prehenduntur,in hac ſpecie perſonalia:non autẽ
realia cenſenda ſunt:ex quo fit vt perſonas ſpeci
ficè nominatas egredi non debeant:prout colligi
tur ex doctrina Bald.in l.precibus.n.49.C. de im
pub.iunctis his,quæ ſupra iſto cap.nu. 22. latiùs
adduximus.
¶Sed his non obſtantibus contraria ſententia no
32 bis ſemper verior viſa fuit.Is nãque† qui Titio &
ſuis deſcẽdẽtib.aliqua bona iure Maioratus poſ
ſidenda reliquit,vel in perſona Titii ac deſcen-
dentiũ eiuſdẽ Maioratũ fecit:non videtur ad ſo-
los nominatos Maioratus qualitatẽ reſtringere:
ſed ea bona vniuerſæ familiæ iure Maioratus re
linquere,& inter eos,qui ex familia proceſſerint
nominatis,præcedentiam tantùm in ſucceſſione
tribuere.Ideóque verba iſta in hũc ſenſũ intelli-
genda erũt,vt ſc. Titius,atque eius deſcendẽtes
ea bona iure Maioratus poſſideãt, ita vt vltimo
ex deſcendẽtibus Titii deficiente Maioratus ip-
ſe non deficiat:ſed ad proximiores non nomina-
tos,& ſub hoc verbo Maioratus comprehenſos
eius ſucceſsio deuoluatur.Hoc namque compre
hendit ea conditio, vt bona ipſa iure Maioratus
poſſideant:prout ſupra iſto cap.& ẽt c.præcedẽ-
ti latiùs oſtẽſum eſt.Quod probatur in ſimili ex
deciſione tex.in l.cùm ita legatur.§.in fideicom.
ff.de legat.2.vbi diſponitur, ꝙ in fideicom. reli-
cto familiæ nõ debẽt ſuccedere ſolùm hi,qui ex
ipſa familia nominati ſũt: ſed poſt eos extinctos
omnes,qui ex familia proceſſerint ordine ſucceſ
33 ſiuo admittendi erunt.Nominatio†namque atq.
ſpecificatio perſonarum ſolũ tribuit nominatis
præcedentiam ſucceſſionis:non autem aliorũ ex
cluſionem operatur.Quod not.gl.in d.§.in fidei-
commiſſo.verbo.nominati ſunt. Vbi Bar.nu.1.&
Paul.nume.4.Imol.col.1. Peralt.num. 1. cum ſe-
quẽ.poſt Dinũ Alber.& antiquiores id declarãt.
34 ¶Quod nedùm procedit:†qñ Titio,& Seio,& fa-
miliæ, vel familiæ,& Titio,& Seio fidecommiſ-
ſum relinquitur,in quibus caſibus omnes Scri.in
differenter id probant:ſed ẽt quando fideicom-
miſſum familiæ cũ hac adiectione,videlicet Ti-
tio,& Petro relictum eſt.idque dixit gl.in d. §. in
fideicom.verbo,nominati ſunt, referens Azonẽ
id ipſum probantem.Et quanuis Bar.ibidem nu.
1.hunc gl.intellectum reiiciat ex deciſ.tex.in d.l.
legata ſupellectili.ff.de ſupel.lega.vbi probatur,
quòd enumeratio ſpecierum per modum taxatio
nis ſubſequuta,legatũ generale reſtringit:Imola
tamen in d.§.in fideicommiſſo col.1. elegãter ſu-
ſtinet intellectum gl.reſpondens ad tex.in d.l. le
gata ſupellectili.quod ibi ſub legato generali cõ
prehendebãtur omnes ſpecies ſimul,atque eodẽ
tempore.Ideoque enumeratio ſpecierũ facta per
modum taxationis,legatum generis minuit.Non
enim põt dari aliquis effectus huiuſmodi ſpeci-
ficæ expreſſionis:niſi,vt legatũ generale reſtrin-
geretur.Secus autẽ quando omnes perſonæ ſub
genere comprehenſæ non debent ſimul, ac eodẽ
tempore ſuccedere.Tunc nãque numeratio ſpe-
cierum etiam facta per modum taxationis, nõ vi
detur reſtringere omninò ſucceſſionẽ:ſed ſolùm
ſuccedendi prælationem nominatis tribuere:cũ
alioqui par eſſet nominatorũ cauſa cũ omnibus
in eodẽ gradu exiſtentibus,in quo ſatis reſtrictio
ipſa operatur,abſque omnimoda generalis diſpo
ſitionis reſtrictione,ſeu veriùs,correctione.Cu-
ius dictũ verũ,atque probabile nobis videtur,ex
eóque comprobatur opi.Azonis,& gl.in d. §. in
fideicommiſſo quam opi.ſequitur Perealt.ibidẽ.
nu.1.vbi dictũ Ioan.de Imol. ſingulariter com-
probat,atque declarat.
¶Qui intellectus cõprobari poteſt ex doct.Bart.
quem ipſe Ioan.de Imol.nõ citauit.in l. quæſitũ.
§.ſi quis fundũ. ff.de fund.inſtruct.nu.12. vbi li-
35 mitat† omnia iura dicentia enumerationem ſpe
cierũ reſtringere genus præcedẽs, vt non proce
dant quãdo diſpoſitio fit inter perſonas, quæ nõ
ſimul,ac eodẽ tempore:ſed ordine ſucceſſiuo de
bent ſuccedere.Tunc nãque ſpecificatio perſo-
narum,genus præcedẽs non reſtringit:per tex.in
d.§.in fideicommiſſo.
¶Quicquid autem dicendum ſit,vbi verbũ,vide
licet, adiectum eſt:id tamen apud omnes indiffe
rẽter exiſtimatur,quòd quãdo non ẽſt appoſitus
alius termininus reſtrictiuus , ſola enumeratio ꝑ
ſonarũ familiæ legatũ , ſeu fideicommiſſum non
reſtringat:ſed tantum inter nominatos præcedẽ
tiam ſucceſſionis tribuat,quod ſolùm ſufficit ad
probandum,quòd ex eo,quòd verbum hoc Ma-
ioratus,quod regulariter omnes primogenitos
ex familia inſtitutoris ꝓcedentes cõprehendit,
cũ enumeratione certarũ perſonarũ prolatũ ſit,
ad perſonas nominatas nõ reſtringatur, ſed poſt
eos extinctos proximiores etiam in infinitũ cõ-
prehendat.
¶In hac autẽ re ſe offert magna difficultas:vide-
tur nãque diuerſa eſſe exempla appoſita, à gloſ.
& Scriben.in d.§.in fideicommiſſo,ab eis,de qui
bus nos in Maioratu paulò antè mentionem feci
mus:ſiquidem in caſu tex.in d. §. in fideicõmiſſo
familia teſtãtis ad fideicommiſſum inuitatur. In
qua ſpecie non eſt mirũ ſi omnes qui ex familia
proceſſerint ſub ea expreſſa vocatione compre-
henſi , ex ſola ſpecierum enumeratione non ex-
cludantur: ſed in caſu de quo agimus omnes de
familia

familia expreſſa,ſeu ètiam tacita diſpoſitione vocati non ſunt:imò ſolùm Titius,& eius deſcendētes vocantur,quibus adijcitur ea qualitas, quòd ea bona iure Maioratus poſſideāt.Quod nimis diuerſum eſt ab eo,quod in d.§.in fideicōmiſſo tractatur:ideóque ſi in caſu eiuſdem.§.in fideicommiſſo,bona Titio,& Seio,vt ea iure fideicōmiſſi familiæ relicti poſſideant, relinquerentur,exiſtimarem hoc intelligendum eſſe, vt nō vterque ſimul:ſed vnus poſt alium ordine ſucceſſiuo ſuccedat:prout fieri ſolet,in eo fideicōmiſſo, quod familiæ relictū eſt.Nō autē, quod poſt nominatos proximiores ex ipſa familia ſuccedere debeant, cùm familia vocata non ſit.Quod pari ratione in Maioratu in hac ſpecie dicēdū videtur,vt ſolùm inter nominatos ordo ſucceſſionis iure Maioratus ſeruandus ſit.

¶Sed quāuis hæc difficultas nimis vrgere videatur,non tamē omninò ſtringit.Nā etſi fateamur quòd ſi in ſpecie,de qua in d.§.in fideicommiſſo Titius,&Seius vocētur,vt bona iure fideicōmiſſi familiæ relicti poſſideāt hæc verba totius familiæ vocationem non comprehendāt,cùm in caſu illius legis,primo ſuccedente,fideicōmiſſum ipſū expiret,nec perpetuum eſſe debeat,vt infra.c.ſequen.n.27.cum ſequentibus apertiſſimè probabimus, nō tamen negari pōt,quòd ſi aliquis relinq̃ret bona Titio,& Seio,ea lege,vt ea iure fideicommiſſi perpetuò familiæ relicti poſſideant, ex hac diſpoſitione non cēſeātur poſt eorū mortem proximiores ex familia ꝑpetuò vocati. Nō enim aliter fideicommiſſum ipſum perpetuū eſſe poſſet, ꝙ nemo ſanæ mētis inficiabitur. ¶Si igitur quando bona relinquūtur Titio,& Seio iure perpetui fideicōmiſſi poſſidēda:ex iis verbis,fideicōmiſſum perpetuū inter omnes ex familia ꝓcedētes iniunctum videtur: non mirū erit ſi idem dicendū ſit: quando bona aliqua Titio & Seio relinquuntur,vt ea iure Maioratus poſsideant.Nō enim tūc id ſolū diſponi videtur,vt inter eos bona ipſa iure Maioratus poſſideātur,ſed quòd poſt nominatos proximiores etiā admittantur.Cum natura Maioratus,(vt ſupra iſto ca.& etiam in c. præcedēti annotauimus) ea ſit,vt perpetuò inter omnes qui ex familia proceſſerint,eius ſucceſsio durare debeat.Nec aliter Maioratus ꝑpetuus eſſe poſsit:niſi poſt nominatos proximiores etiam admittantur.

¶Quibus adiicitur ex vulgari loquendi cōſuetudine nil referre:an inſtitutor dicat,Ex his bonis Maioratū inſtituo, ad eiúſque ſucceſsionem Titiū,atque eius deſcendentes voco,vel an dixerit, Relinquo hæc bona Titio atq. ſuis deſcendentibus,vt ea iure Maioratus poſsideāt. In vtraque nāque ſpecie eundem ſenſum Maioratus inſtitutor habuiſſe videtur, vt pluſquàm notiſsimū eſt. Ideóque cùm de mente cōſtet , non debet tanti æſtimari verborū ſonus,vt maior ſenſus exiſtat.l. ſi quis filiū.C.de liber.præterit. Nec curandum eſt de verborū qualitate:dummodò de mente teſtantis conſtare poſsit.Bal.per tex.ibi.in l.quoniā indignū.C.de teſtamē.quibus plura cumulat Tiraquel.in repet.l.ſi vnquā verbo libertis. nu.39. cum plurib.ſequen.C.de reuocā.donatio. Quod præſertim dicendū eſt:quando interpretatio verborum,ex quibus teſtantis voluntas elicitur, cū cōmuni vſū loquendi,vt in caſu de quo agimus
36 concurrit.Cōmunis nāque † loquendi vſus propriæ verborū ſignificationi preferendus eſt.l.Labeo.ff.de ſupellectili leg.l.librorum.§.quod tamē Caſsius.ff.de lega. 3. Ideóque dicebat Bal. in tit. de pace conſtantiæ,verbo.Opizoni.nu.5. ꝙ omnis intellectus,qui non conſonat auribus vulgi: tanquam extraneus reiiciendus eſt.Cuius dictū refert,& ſequitur Felin.in proœm. Grego. nu.6. & alibi ſæpè Scrib.

¶Nec obſtat primum fundamentum cōtrariæ opinionis,ꝙ ſcilicet conſideratio agnationis perſonas non nominatas cōprehendere non debet. Nā illud procedit,ac verū eſt: niſi in diſpoſitiōe inueniàtur, aliquis terminus cōprehenſiuus totius agnationis.Tunc namque agnationis cōſideratio non ſolùm perſonas nominatas:ſed etiā totam agnationē comprehendit,vt præfati dd.aduertunt,& nos infra lib.3.latiùs dicemus.

¶Similiter etiam non obſtat ſecundū fundamētū,ꝙ ſcilicet enumeratio ſpecierum non reſtringat genus præcedens:nam illud non procedit in materia,in qua non ſimul,ſed ordine ſucceſsiuo ſuccedendum eſt.Tunc namque enumeratio perſonarum ſolæm prælationem:non autē cęterarū excluſionem operatur,vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Non etiam obſtat tertiū,& finale fundamentū de prohibitione alienationis,quæ qñ refertur ad perſonas,cenſetur perſonalis:nam illud nō procedit:qñ prohibitioni adiectus eſt aliquis terminus,ex quo realis,non autem perſonalis cenſenda ſit:prout ſi adijciatur terminus Maioratus,vel ratio conſeruandi rem in familia:tunc nāque alienationis prohibitio etiāſi ad perſonas referatur,perpetua cēſenda erit.Bar.in l.filiusfamilias §.diui.n.21.ff.de leg.1.vbi communiter Scrib.Pariſius conſ.72.nu.88.lib.4.& plures alij, quos ſupra iſto cap.nu.26. & nu.30. nuncupatim citauimus.Ex quibus hæc opinio vera cenſenda erit,atque in forenſibus cōtrouerſiis ſequenda,quā in hac ſpecie,non tamen hanc difficultatē ſpecificè conſiderans ſequitur Dida.de Couarr.lib.3.reſo. c.5.nu.2.& 3.Idque ſentiunt Pariſius. Grego.Lopez.Anto.Gomet. & Mencha.in locis, quo eos ſupra iſto c.n.22.citauimus.Quæ omnia menti tenenda erunt,plerunque enim ab Hiſpanis Iuriſconſultis maximo conatu ad vtramque controuerti ſolent.

¶Sed vt de hac re nulla vlterius dubitatio ſupſit,
37 ea etiam quæſtio examināda eſt:an † ſcilicet,ſicut probauimus inter deſcēdentes Maioratus inſtitutoris,Maioratum ipſum perpetuū eſſe, idem etiā dicendum ſit inter eiuſdem inſtitutoris agnatos ſeu cognatos tranſuerſales. q̃ quæſtio vt maiorē dubitādi rōnē præ ſe ferat, nō formāda eſt in ea ſpecie,qua Maioratus inſtitutor illū inſtituit in ꝑſona fratris ſui, vel alterius cognati, ſeu agnati. Et dubitatur vtrū in perſona deſcēdentiū eiuſdē eadē Maioratus inſtitutio durare debeat:clariſsimū nāque eſt Maioratum ſiue in perſona deſcendentis,ſiue trāſuerſalis inſtituatur ſemper inter deſcendētes eiuſdē in cuius perſona inſtituitur perpetuū futurū eſſe.Quod ex rationib.quas ſuperius adduximus probari facilimè poterit:ſiquidē cū Maioratus ipſe,ex ſui natura ꝑpetuus eſſe debeat,in perſonis deſcendentiū ipſius,qui primo loco vocatus fuit neceſſario cōſeruādus erit cùm par affectionis ratio,quæ ad ipſum primum vocatum in Maioratus inſtitutore cōſideratur reſpectu deſcēdētium eiuſdem conſideranda ſit. l. cùm auus.ff.de cōditio.& demonſt.l.cùm acutiſſimi. cum ſimil.C.de fideicō.Ideóque hac ſpecie tanquàm



clariſſima præſuppoſita dubium noſtrū verſabitur in caſu longè difficiliori,quando ſcilicet Maioratus in filio teſtantis,ac eius deſcendētibus inſtitutus fuit.Et dubitatur:an eis deficiētibus,& etiā aliis filiis,ac deſcēdētibus inſtitutoris ad tranſuerſales eiuſdem Maioratus ſucceſſio deuoluatur ,ſeu ipſe Maioratus deficiente linea deſcendentiū ipſius inſtitutoris expiret,vel quādo à principio Maioratus inſtitutus fuit in ꝑſona alicuius tranſuerſalis,& dubiū in hoc verſatur an deficientibus deſcēdentibus eiuſdē primi vocati Maioratus ipſe finiatur:an eius ſucceſſio, ad alios tranſuerſales proximiores deuoluatur.

¶In qua queſtione dicendum videbatur;Maioratum expiraſſe in perſona vltimi ex deſcendētib. ipſius inſtitutoris,vel vltimi, ex deſcendentibus primi vocati:ſi ipſe tranſuerſalis fuiſſet, nec ad alios eius ſucceſſionē extēdendā eſſe.Quod in feudis expreſsè deciſū eſt,ex tex.in c.1.§.&quia ver. cum verò Corradus.qui feud.dar.poſſ.in vſi.feu.
38 vbi ꝓbatur,† quòd ſi feudū ab aliquo acquiratur ſuccedēt in eo omnes, q ex deſcēdētibus eiuſdē primi acquirentis fuerint:etiāſi ipſi reſpectu vltimi poſſeſſoris tranſuerſales ſint. Frater autē ipſius acquirentis, ſeu ab eo deſcendentes, nec ēt alij eiuſdē agnati,ſeu cognati in eo fundo nō ſuccedent.Quod etiam probat tex. in c. 1.§. filia de ſucceſſi.feud.& in c.1.§.ſi capitanei.de feu.Marchie.in vſib.feud.Et vtrobique per Scri.Hancq. dixit communē opi.Curt.Seni.cōſi.49.n.1.& Iulius Clarus lib.4.ſent.§.fundum. q. 79. Quod ad Maioratus ſucceſſionem extendēdū eſſe videtur cum nō parē affectionem cenſeatur habere inſtituens ad trāſuerſales prout habet ad ꝓprios deſcendētes quæ ratio moralis,ac ciuilis eſt, ipſiq. Maioratuum ſucceſſioni cōueniens,quo caſu de feudo ad Maioratum argumētatio ꝓcedit,vt infra iſto li.c.7.probabimus:idque in ſpecie Maioratus dixit Grego.Lopezius in l. 2.tit.15.par.2.in gloſ.in verb. *Maioria*.col.3.

39 ¶His tamen nō obſtantibus contrariū in hac ſpecie dicendū erit.Ea namque † eſt Maioratus natura,vt ea bona quæ Maioratui ſubiiciūtur in familia ipſius Maioratus inſtitutoris perpetuò cōſeruari debeant:vt ſuperiùs dictum &probatū eſt,q̃ perpetua conſeruatio per ſubrogationem eorū qui ex eadē familia proceſſerint,faciēda eſt, ſiue hi deſcendētes,ſiue tranſuerſales reſpectu primi
40 inſtitutoris fuerint.¶Verbū namq. hoc † familia non ſolùm comprehēdit ipſius inſtitutoris deſcēdētes:ſed etiam pari ratione omnes,qui eidē trāſuerſales fuerint,qui omnes ab illa antiqua familia ex qua inſtitutor deſcēdit,ꝓcedūt.Quod elegāter oſtēdit Iuriſcōſultus in l. pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verbo.ſign.vbi inquit.*Item appellatur familia plurium perſonarū,quæ ob eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcitur:ſicut dicimus familiā Iuliā quaſi à fonte quodā memoriæ*.In cuius legis intellectu obſeruādū eſt, quod verba illa *vltimi genitoris* in eadem l.appoſita intelligenda ſunt retro cōputando.vt ibi optimè aduertit Alciatus ver.vltimi ideoque tantundē erit,quòd Iuriſcōſultus dicat vltimi genitoris, ac ſi dicat Primogenitoris. Is enim qui faciēdo cōputationē,ab eo,qui ex eius familia deſcēdit vltimus eſt:ſi ab ipſo cōputatio fiat,primus erit: ſicque pari ratiōe omnes qui ex Primogenitore totius familiæ deſcēdūt ſub hoc nomine Maioratus comprehēduntur, ſiue hi deſcēdētes inſtitutoris,ſiue tranſuerſales ſint quod ab ipſius Maioratus natura ac perpetuitate deducitur.Idque apertiſſimè probat text.in l.fin.C.de ver. ſig.vbi in fideicommiſſo familiæ relicto, om
41 nes propinqui comprehenduntur, quod † verbū generale eſt,nō ſolúmque deſcendentes ſed etiā transſuerſales cōprehendit:vt ibidem,&in l.Cū ita legatur.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2.omnes Scri.aduertunt.Quod etiam comprobatur ex eo
42 ꝙ † familia pro cognatione capi ſoleat:quod etiā Scrib.in d. l. fina.communiter probant,ex cuius verbi natura tranſuerſales etiam comprehendūtur,vt apertè oſtendit Iuriſcōſultus in l.1.in princip.ff.de gradib. in hæc verba. *Gradus cognationis alii ſuperioris ordinis ſunt,alii inferioris,alii ex tranſuerſò,ſiue à latere*. Idque notiſſimum eſt. ¶Cum igitur verbū hoc familia tranſuerſales etiam cōprehendat:conſequens eſt,vt eorum bonorū ſucceſſio,q̃ ex ſui natura debet perpetuò in familia conſeruari, ad tranſuerſales etiā deficiente linea deſcendentium deferatur. Quod etiam ex regni ſucceſſione comprehēditur, vbi deficiente linea deſcendentium,proximior trāſuerſalis ad Regni ſucceſſionē admittendus erit: etiamſi ipſe in milleſimo gradu cognationis inueniatur,vt ꝓbatur ex l.2. tit. 15. part. 2.ibi.*El mas propinquo pariente*. Vbi Grego.id declarat. Idque in Maioratu ſeruādum erit:vt etiā in milleſimo gradu cognationis exiſtens ad eius ſucceſſionem admittatur,ſiue is aſcendens ſiue tranſuerſalis ſit,vt ibidem Grego. reſoluit, nóſque ſupra iſto cap. num.16.& ſupra iſto lib.c.3. probauimus, quòd vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine receptum eſt,iuréque,ac inſtitutorum Maioratuum voluntati non modicū ex his,quę ſuperiùs dicta ſūt cōuenire exiſtimamus apertiusq. erit vbi inſtitutor expreſſerit ſe velle ea bona perpetuò in ſua familia cōſeruari,nominíſque, ac armorum propriæ familiæ delationi omnes eiuſdē Maioratus ſucceſſores aſtrinxerit prout communiter omnes Maioratuum inſtitutores diſponere ſolent.

¶Nec obſtat tex.in d.c.1.§.& quia.ver.cùm verò Corradus,qui Feud.dar.poſſ.quia illa iura loquūtur in feudis,quorū natura eſt, vt ad ſolos filios ac deſcendentes acquirentis extendantur, vt in eiſdem iuribus cauetur. Ideóque eorum diſpoſitio ad Hiſpanorum Primogenia trahenda nō eſt quorum propria natura eſt,vt ad omnes ex familia inſtitutoris, tam deſcendentes: quàm tranſuerſales extendantur, vt ſuperiùs dictum & probatum eſt. Ex quo fit, vt ex rationis diuerſitate de vno ad aliud argumentatio non procedat, vt alibi dicemus.

¶Quæ omnia nedùm quando Primogenij inſtitutor illud in propria familia inſtituerit,procedūt: ſed etiam quando in perſona alienæ familiæ Maioratum inſtituerit, vera ſunt. Eo namque ipſo quòd in perſona alienæ familiæ ac deſcendentium eiuſdem,quis Maioratum inſtituit,videtur illa bona in ea familia velle perpetuò conſeruare ſiue in perſonis deſcendentium,ſiue tranſuerſalium ex huius verbi Maioratus natura.Ea enim
43 affectio, † quæ in propria Maioratus inſtitutoris familia conſideratur,in aliena etiam conſideranda eſt,ſi pro eius conſeruatione quis inter eos,qui ex ea familia procedunt, Maioratum inſtituit.Quod cēſuit Bart.in l.ſi cognatis.n.5.ff.de reb.dub.vbi elegāter dicit ꝙ ſi quis relinquat fideicom.familiæ alicui tertii,admittētur ad illud fideicōmiſſū, oēs,qui ex illa familia proceſſerint

ac ſi propriè teſtãtis familiæ factum fuiſſet: Idq.
etiam dixit Salicet. in l. quoties ab omnibus C
de fideicommiſ.n.3.Alcia.in d.l. pronuntiatio.§.
familiæ.ff.de verb.ſigni.verb.agnatorum.ad fin.
Quod apertius erit vbi teſtator in Primogenio
alienæ familiæ relicto,ratiõe eius familiæ con-
ſeruationis adiecerit,ſeu nominis,vel armorum
delationis grauamen appoſuerit.

¶Hęc autem Maioratus perpetuitas:nõ ſolum le
gitimos cõprehendit,ſed ad legitimatos etiam le
gitimis deficientibus,protrahẽda eſt. Neq.mirũ
44 cùm etiã†legitimati per reſcriptum Principis ex
familia cognatione & agnatione Maioratus inſti
tutoris eſſe cenſeantur,vt cenſuit Azo in ſumma.
tit.quib.mo.natu.effi.ſui.§.in ſucceſſionibus au-
tem. Ioan. And. in addi.ad ſpec.tit.de ſucceſ. ab
inteſta.ante fin.Paul.Caſtren.conſ.34.volu.2.nu.
3.Salicet.in auth. Item ſine legitimis. nu. 3. C.de
natu. libe. Alex. conſ.2.lib.1.nu.12.Soci. conſ.63.
nu.19.& 21.& 22.lib. 3.Deci.conſ.365.nu.5.vbi cõ
cludit,quòd per legitimatos conſeruatur agna-
tio,& ꝙ hi dicuntur,de linea & familia teſtato-
ris.Idem conſ.433.nu.19.& conſ.316. nu.7. & 8.&
ſequen.in fi.idem conſ.307.nu.13.& 14. vbi hanc
dixit communem opi.Gozad.conſ.85.n.19.Tiraq.
in repe.l.ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos nu.
68.C.de reuocan.dona. Carol.Molin.in conſue.
Pariſien.tit.1.§.8.glo.1.nu.42. vbi dicit quòd legi
timatus fit de linea, ac familia teſtantis. Idq́ue
etiam tenuit Couarru.de ſponſal.2.par. c.8.§.10.
nu.2.& 3. Oroſcius in l. cùm legitimè in prin.ff.
de ſta.homi. Et alibi ſæpè Scrib.id notant.Qua-
liter autem legitimatus in Maioratu ſuccedant,
nos infra lib.3.c.3.latiùs dicemus.

45 ¶Spurius autẽ† de famila,domo,agnatione ſeu
cognatiõe Maioratus inſtitutoris dicẽdus nõ eſt
ideoque ad ipſum verbum hoc Maioratus nõ ex
tenditur:vt notat Bart.per tex.ibi in l.pronuntia
tio.§.familiæ.nu.1.ff.de verbo. ſigni.Idem etiam
notat Bald.in l.ex libera.in prin.C. de ſuis & leg.
hæred.tex.in §.vulgo.Inſti.de ſuc. cogna. tex.in
auth.quib.mod.natural. effi. ſui. §. ſi verò effuſa
coll.3.*Filius enim ſpurius non meretur filius ap-
pellari*.tex.in auth.ex cõplexu.C. de inceſt. nup.
ibi.*Liberi,neque naturales ſunt nominadi.* Talis nã
que filius reputatur legib.odioſus.tex.in auth.de
trient.& ſemiſs.§.ſi autem.coll.3.ibi. *Odibilis qui
dem eſt nobis*.Bart. in l. 2. n.4.ff.de iis,qui ſunt ſui
vel alie.iu.Felin.in c.in præſentia,de proba.n.21.

¶Quod nedum in ſpurio:ſed etiam in naturali &
46 baſtardo procedit.Baſtardus † nãq.ſeu naturalis
nec dicitur de familia,nec de domo nec agnatio
ne,nec etiã cognatione parentis.Cùm enim hæc
nomina iuris:nõ autẽ ſolius naturæ ſint,ad filios
naturales ſeu baſtardos non extenduntur,vt cẽ-
ſuit Bart.in d.l.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de ver.
ſigni.nu.1. vbi Alciat. & cæteri Scrib. id notant
Iaſſ.in l.fi.nu.13.& 14.C.de verb.ſigni. Angel.vbi
Ale.& cæteri.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad
Treb.Tiraq.qui plura refert,de nobilita.c.15.nu.
47 12.Ideóque naturales ſeu baſtardi†arma,nec inſi
gnia parẽtũ deferre poſſunt,vt arbitratur Cinus
in l.cũ pater. §.mater. ff. de lega. 2.Bart. in d.l.fi.
C. de verb. ſign. idem Bart. in tracta.de inſig.&
arm.col.3.Guido Papæ.deci.580. Gulliel.Benedi-
cti.in c. Rainutius.verbo,Rainutius declara.nu.
48 35.Eadem ẽt ratione†neque in feudo ſuccedere
poſſunt.tex.in c.1.§.naturale: ſi de feudo fue.con
tro.int.dom.& agna.vbi Bald.& Scri.& in c.1.de
filiis natis ex mat. ad morga. cõtracto.in vſi.feu.
49 Nec ẽt†in Maioratu,niſi ſpecialiter, & expreſſis
verbis vocati ſint, vt cẽſuit Gre. Lopez.in l.2.ti.
15.par.2.in glo.verb.*Sinn el hijo mayor*.col.2.Idq́ue
in ſucceſſione Primogenituræ arbitratur Io. Li-
cerier,de Primoge.lib.1.q.5. num.2.

¶Quæ omnia etiam in adoptiuo filio procedunt:
illum namque verbũ hoc Maioratus ex ſui natu
50 ra non cõprehẽdit.Filius enim adoptiuus†verus
filius nõ eſt:ſed imaginarius.l.filio,quẽ pater ibi.
*Ne imagine naturæ veritas obũbretur.* ff. de liber. &
poſth.l.cum in adoptiuis.§.ſed ne articulum.ibi,
*Quaſi imaginaria quædam*.C.de adop.Qua ratione
in diſpoſitione de filio ſimpliciter loquẽti,adop
tiuus filius nõ cõprehẽditur.l.ado.vbi per Scrib.
ff.de adoptio.Bald.in l.fideicõmiſſum.ff.de cond.
& demonſt.Tiraq.in l. ſi vnquam.ver.ſuſceperit
liberos.nu.6 .cũ ſeq. C.de reuocan.dona.Sicq́ue
51 etiã adoptiuus filius†in feudo nõ ſuccedit tex.in
c.adoptiuus,ſi de feudo fue.cõtro.inter domi.&
agna. Nec in iure Primogenituræ,vt cẽſuit Car.
Molin.in cõſue. Pariſi.tit.1. §.8.glo.1.nu,33.& Ti-
raq.de Primoge.q.84. idq́ue veriſſimum eſt.

*SVMMARIA.*

1 *Procemium diſpoſitionis oſtendit diſponentem Maioratum facere velle.*
2 *Expreſſum dicitur,quòd ex præfatione colligitur.*
3 *Procemium generale efficit diſpoſitionem generalem.*
4 *Præfatio diſpoſitionis præſtat lumen,ac intellectum ipſi diſpoſitioni.*
5 *Verba generalia diſpoſitionis declarantur ex ratione adducta in procemio.*
6 *Præfatio cauſam finalem diſpoſitionis oſtendit.*
7 *Ratio ſic diſponit:prout verba diſpoſitiua diſponunt.*
8 *Ratio eſt anima,& ſpiritus diſpoſitionis.*
9 *Ex ratione nedum expreſſa, ſed ſubintellecta fideicommiſſa ampliantur ac reſtringuntur. Ratio ſubintellecta habetur pro expreſſa quando vna ſola aſsignari poteſt.*
10 *Diſpoſitio etiam odioſa extenditur ex rationis identitate.*
11 *Expreſſum dicitur, quod ſub ratione comprehenditur.*
12 *Vbi eſt eadem ratio,non dicitur procedi per extenſionem,ſed per comprehenſionem.*





13 *Ex ratione expreſſa colligitur cauſa finalis diſpoſitionis.*
14 *Media diſpoſitionis conſideranda non ſunt:ſed finis,ad quem diſpoſitio ipſa dirigitur.*
15 *Cauſa finalis eſt prima in conſideratione diſponentis,& vltima in fieri diſpoſiti. Finis in omnibus rebus agendis principium eſt.*
16 *Ex prohibitione alienationis facta ea cauſa, vt bona in familia conſeruentur, inducitur fideicommiſſum inter omnes de familia.*
17 *L.pater filium.§.fundum Titianum.ff.de lega.3.declaratur.*
18 *Si teſtator bona ſua Primogenitis propriæ familiæ reliquerit, ex hoc Maioratus perpetuus inducitur.*
19 *Si teſtator relinquat bona ſua duobus antiquioribus propriæ familiæ, ex hoc fideicommiſſum perpetuum inducitur.*
20 *Primogeniti qualitas nunquam moritur: ſed deficiente Primogenito, ſecundogenitus Primogeniti locum acquirit.*
21 *Idem eſt dicere,quòd relinquitur Primogenito familiæ, ac ſi diceretur,quòd relinquitur Primogenitis familiæ.*
22 *Clauſula teſtamenti Regis Henrici Secundi interpretatur.*
23 *Si teſtator relinquit bona propriæ agnationi ſeu familiæ: per verba tractum ſucceſsiuum denotantia, ex eo cenſetur Maioratum inſtituere.*
24 *Plures vocati ſub nomine collectiuo familiæ, vel ſimili non ſimul: ſed ordine ſucceſsiuo admittendi ſunt.*
25 *Fideicommiſſum factum fauore familiæ, ſeu agnationis, Reale, ac perpetuum: non temporale cenſendum eſt.*
26 *Idem eſt legare cognatis,ſeu agnatis, ac ſi legetur agnationi, ſeu cognationi.*
27 *Proximiores ex familia in legato facto familiæ: vtrum ſuccedere debeant inter ſe ordine ſucceſsiuo: per vulgarem, an per fideicommiſſum.*
28 *Fideicommiſſum familiæ relictum differt ab eo fideicommiſſo, quod ea lege relictum eſt, vt bona in familia conſeruentur.*
29 *L.cum ita legatur.§.in fideicommiſſo.ff.de lega.2.& l.fina.C.de verb.ſig.declarantur.*
30 *L.peto.§.fratre.ff.de lega.2.declaratur.*
31 *Fideicommiſſa etiam perpetua Hiſpanorum Primogenijs ſimilia non ſunt.*
32 *Si teſtator relinquit bona, vt in eis ſuccedatur ſeruato ordine Primogenituræ cenſetur Maioratum inſtituere.*
33 *Ex dictione ſemper, & dictione perpetuo, & ſimilibus ſumitur Maioratus coniectura.*
34 *Ex armorum, & nominis grauamine inducitur Maioratus coniectura.*
35 *Si teſtator relinquat bona maſculis ſeu familiæ, cenſetur inter eos Maioratum inſtituere.*
36 *Expreſsio maſculinitatis præbet coniecturam, vt ſit proſpectum agnationi.*
37 *Agnationis fauor vltra perſonas nominatas non extenditur.*
38 *Ex eo ſolum, quòd teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus fuerit, non inducitur perpetuus Maioratus: niſi id ex aliis coniecturis deducatur.*
39 *Verba de maiori in maiorem, vel de Primogenito in Primogenitum, & alia ſimilia inducunt Maioratus coniecturam.*
40 *Voluntas teſtantis quòd voluerit Maioratum inſtituere comprehenditur ex his quæ dixit ante teſtamentum.*
41 *Voluntatis quæſtio, ex arbitrio Iudicis pendet.*
42 *Plures coniecturæ ſimul iunctæ efficiunt id quod vna per ſe efficere non poteſt.*

## *Ex quibus verbis quis Primogenium inſtituere cenſendus ſit, etſi id non expreſſerit.*

### CAPVT V.

HActenùs ſatis abundè dictum & oſtenſum fuit qualiter Hiſpanorum Primogeniorum finis præcipuus ſit memoriæ ac familiæ ipſius inſtitutoris perpetua conſeruatio: adeò vt eorum,qui expreſsè nominati ſunt morte ſeu incapacitate Primogenium ipſum non extinguatur:ſed ad cæteros proximiores ex ipſa familia inſtitutori procedentes,perpetuò deferendum ſit. Quod quando expreſsè teſtator ſe Maioratum inſtituere profitetur, proculdubiò procedit,ſed quia plerunque euenire ſolet,vt is,qui Maioratum inſtituere vult, id expreſsè, ac ſpecificè non declaret, nec dicat, quòd Maioratum ex bonis ſuis in perſona filij ſui, ac deſcendentium inſtituit: ſed hoc prætermittens, plures ſubſtitutiones inter eos, qui ex ſua familia procedunt,faciat,alienandíque prohibitiones adiiciat operæ pretium duximus oſtendere; ex quibus verbis ſeu coniecturis ipſe Maioratus inſtitutor, Maioratum inſtituere cenſeatur, etſi id ſpecificè non declaret. Vidimus enim lites innumeras,quæ ex huius verbi Maioratus prętermiſſione contigerunt.

¶Prima igitẽ cõiectura,ex qua qs Maio.facere cẽ-

1 ſetur, erit † ſi in ipſius diſpoſitionis procœmio di-
xerit. *Cupiēs memoriā meā cōſeruare, atque illā perpe
tuā efficere in omnibus Primogenitis familiæ meæ, vel
quoniam ex Maioratuū inſtitutione reſultat familiarū
cōſeruatio*. Vel alia verba ſimilia adiecerit: ſi enim
poſt verba hæc inter aliquos Primogenitos ex
ſua familia procedentes ſpeciales ſubſtitutiones
faciat alienādiq. ꝓhibitiones adiiciat, etſi in ver-
bis diſpoſitiuis ſe facere Maioratū expreſsè non
profiteatur, iſte verus ac indubitatus Maioratus
erit: ita vt omnia, quæ prædiximus in eo ſicut in
2 cæteris Maioratibus ſeruāda ſint. Illud † nāque,
quod colligitur ex prefationibus dicitur expreſsè
actū etſi id deficiat in diſpoſitione. lex finalis. ff.
de hæredibus inſtitue. text. vbi Bart. & cæteri in
l. fina. ff. de teſtam. tutela. Alciatus in l. 1. ff. ſi cert.
3 peta. Quādo † enim procemiū eſt generale: quāuis
poſtea ſubiiciātur verba ſpecialia: tamen virtute
procemij generalis reſultat etiā generalis diſpo-
ſitio. l. regula circa fin. ibi, *Nā initiū conſtitutionis
generale eſt*. ff. de iur. & fact. ignor. per quē tex. di-
xit Bar. in proprio loco, quē ſequūtur cōmuniter
Scrib. ꝙ ſi præfatio legis ſit generalis, lex ipſa ge-
nericè intelligēda eſt quāuis in ſequētibus ſpe-
cificè diſponat. Dixit etiā Bald. ibidē, ꝙ præfatio
legis dat intellectū toti legi. Curt. Iuni. qui pul-
chrè loquitur in propoſito conſ. 185. nu. 1 Idē cōſ.
174. nu. 1. & 2. Baptiſta de Villalobos lib. commu-
nium opinio. litera P. nu. 344. vnde pulchrè dice-
4 bat Zaſius in l. cum qui. ff. eod. tit. quòd † præfa-
tiones præſtant lumē diſpoſitioni, & per eas tol-
litur incertitudo, & Soci. conſ. 24. num. 3. parte. 4.
5 quòd † verba indefinita & generalia diſpoſitionis
declarantur, ex ratione adducta in procemio. Idē
Soci. cōſ. 67. par. 1. Deci. conſ. 86. quod ea ratione
6 procedit, ꝙ † præfatio cauſam finalē diſpoſitio-
nis oſtēdat, ex qua diſpoſitio ipſa extenditur &
ampliatur. dicta l. fina. ff. de hære. inſti. l. 1. vbi latè
per Deci. ff. ſi cert. peta. l. 1. vbi etiam Bart. ff. ad
Macedo. l. alumne. §. fina. ff. de adi. lega. Soci. cōſ.
183. part. 2. Curt. Iuni. conſ. 185. num. 2. Rolandus à
Valle conſ. 49. nu. 43. Baptiſta de Villalobos dicto
lib. communium opi. litera P. nume. 344. Iacobus
Philippus Portius, qui plura refert conſil. 125. nu.
10. lib. 2.
¶ Secūda cōiectura erit: ſi poſt factas aliquas vo-
cationes Primogenitorū diſponens adiecerit hęc
verba, vt ſcilicet dicta bona perpetuò in familia
mea cōſeruentur, vel ſi bona prohibeat alienari
ea ratione expreſſa, vt in familiæ Primogenitis
cōſeruētur. Ex his nāque verbis vel ſimilibus cō-
prehenditur teſtantem voluiſſe Maioratum per-
petuū inter eos, qui ex ſua familia proceſſerint,
conſtituere, ac ſi id verbis expreſſis diſpoſuiſſet.
7 Ratio † enim ſic diſponit, prout diſponere ſolent
verba diſpoſitiua. tex. in l. emptor. §. fina. ff. de rei
vēdi. vbi Bart. & Alberi. per quē tex. id cēſuit Bald.
in c. dilectus filius. de reſcript. col. 1. num. 2. Deci.
in cap. ſecundo requiris de appella. nu. 1. & cōſil.
15. nume. 2. & conſil. 64. nume. 6. & iterum conſil.
227. nu. 3. Ex quibus dixit Fortu. Garſia. in l. Gal-
lus. §. idem credendum. ff. de liber. & poſthu. nu.
18. Quod quanuis verba diſpoſitiua propriè non
decidant certum caſum: ſi ratio diſpoſitionis illū
decidit, ille caſus dicitur propriè eſſe in diſpoſi-
tione. Quod etiā repetit Curtius in l. venia. num.
29. C. de in ius vocan. Ideóque vulgo dici ſolet.
8 ꝙ † ratio diſpoſitionis eſt ipſa diſpoſitio, vel ſal-
tim eſt potior pars ipſius: quia eſt anima, & ſpiri-
tus diſpoſitionis: prout dixit Bald. in l. ſi quis ſer-
uo. nu. 7. C. de furt. Deci. in d. cap. 2. requiris. nu. 1.
Tiraquel. in l. ſi vnquā. verbo libertis. nu. 38. C. de
reuocan. dona. Pariſ. conſ. 16. nu. 27. & nu. 30. lib. 3.
Ideóque fideicōmiſſa extēduntur, ampliātur, re-
ſtringūtur, limitātur ac declarātur ex ratione, ex
quā teſtator motus fuit ad diſponēdū. l. cū pater.
§. dulciſſimis. ff. de lega. 2. vbi per Scrib. l. nomen
debitorū. §. fi. ff. de lega. 3. Quibus plura cumulat
Curti. Seni. cōſ. 43. col. 5. & conſ. 44. col. 1. & Soci.
9 conſ. 77. nu. 2. lib. 3. Quod † nō ſolum in ea ratione
quæ verè, & realiter expreſſa eſt, verū eſt, ſed etiā
quando vna ſola ratio aſſignari poteſt, procedit.
Tūc nāque ea ratio habetur pro expreſſa, opera-
turque omnes illos effectus, quos ratio expreſſa,
in quacunque diſpoſitione operari ſolet. glo. vbi
per Scrib. in l. quanuis. C. de fideicom. Felin. in
cap. trāſlato. de conſtitu. nu 11. ad fin. idem in c. ſi
quādo de reſcript. nu. 11. cū ſequen. Alex. conſ. 24.
nu. 44. lib. 2. Deci. qui plura refert conſ. 15. nu. 2. &
conſ. 64. nu. 6. Curti. Seni. conſil. 1. col. 3. & conſil.
20. col. 5. Pariſ. conſ. 16. num. 36. lib. 3. Tiraq. in l. ſi
vnquā. C. de reuocā. dona. in princip. l. n. 62. Frāc.
Piſcina de ſtatutis excluden. fœmi. nu. 29. Idque
10 † ex ratione expreſſa nedum in fauorabilibus: ſed
etiam in correctoriis & odioſis admittitur. Ex ea
nāq. diſpoſitio extēdi poterit: quāuis in ratione
tacita ſeu ſubintellecta ſecus dicēdū eſſe aliqui
opinati fuerint. Quod prob. tex. in l. his ſolis, ibi.
*Satis cautū putamus*. C. de reuocan. dona. quem ad
hoc cōmēdat Bald. in authen. quas actiones. nu.
4. C. de Sacr. Sanct. Eccle. Id etiam voluit Abb. in
c. 1. nu. 8. de iura. calum. Rolandus à Valle conſ. 27.
n. 48. Decius. n. 15. purpu. n. 23. Curtius Iunior. n. 9.
in l. fi. C. de pactis. & hanc dixit cōmunē opi. Pa-
riſi. conſ. 16. nu. 24. & 25. lib. 3. vbi plus dixit, quòd
ex identitate rationis: nedum expreſſæ ſed etiam
ſubintellectæ poteſt in correctoriis diſpoſitio de
caſu ad caſum extendi. quod ex pluribus probat
ibidem. nu. 37. cū ſequen. Ripa. in l. nemo poteſt.
ff. de leg. 1. nu. 50. & ibi Annibal. nu. 349. Qualiter
autem id intelligendū ſit, videri poteſt apud Ti-
raquel. in l. ſi vnquā. verb. libertis. nu. 37. C. de re-
uocā. dona. qui inquit id fieri poſſe ex identitate
rationis non autem ex eius ſimilitudine. Idque
etiam meliùs declarat Iaſſ. in authen. quas actio-
nes. C. de Sacro. Eccle. num. 22. atque Aymon de
antiq. temp. 4. parte in prin. nu. 81. cum ſequen.
11 ¶ Quibus adiicitur † expreſſum dici illud, quod
ſub ratione cōprehenditur: quāuis verbis omiſ-
ſum ſit. l. ſcio quæſitū. ff. de teſti. l. ſi poſtulauerit.
§. ſed ſi negauit. ff. ad l. Iuliam. de adulter. Bald.
conſ. 384. col. 2. lib. 1. Alexan. cōſ. 130. n. 4. cū ſequē.
lib. 3. Deci. conſ. 15. n. 2. & 6. Pariſi. conſ. 92. nu. 47.
lib. 2. & conſ. 66. n. 60. lib. 3. & conſ. 72. n. 98. lib. 4.
12 In † his enim, quæ ſub ratione comprehendūtur
non dicitur fieri interpretatio extenſiua: ſed cō-
prehenſiua. Bald. in l. quanuis in princip. C. de fi-
deicom. Oldrald. conſ. 185. Calderi. conſ. 1. vt lit.
penden. & conſ. 1. de regulari. Tiraquel. qui plura
refert in l. ſi vnquam. verbo. libertis. C. de reuoc.
dona. numero. 37. Rolandus à Valle conſil. 27.
num. 6. & 7.
13 ¶ Quod ea ratione procedit, ꝙ † ex hac ratione
expreſſa ſemper colligatur mens teſtantis, cauſa
finalis diſponendi, quæ eſt, vt bona perpetuò in
familia cōſeruētur, vt exiſtimat Bald. in l. genera-
liter. n. 3. C de Sacr. San. Eccle. Alciat. in l. nomi-
nis, & rei. §. verbū. ff. de verb. ſig. Et cùm, ſecūdū
Philoſo-



Philoſophum omne agens ſecundū rationē agat
14 propter finē, cōſequens eſt, vt † verba ſeu media
ipſius diſpoſitionis conſiderāda nō ſint: ſed finis,
ad quem diſpoſitio ipſa dirigitur. l. & ſi nō ſint. §.
præueniamus. ff. de auro & argen. lega. per quem
tex. dixit Bar. ibi quòd cū quid eſt propter aliud:
cōſideratur id, propter quod eſt. l. 3. C. de inſti. &
ſubſti. l. certum. ff. ſi cert. peta. cum ſimil. Cauſa
namque finalis: etſi plerunque poſt diſpoſitionē
aſſignari ſoleat ſemper eſt prima, quoad ordinē
intellectus; quod cēſuit Bal. in auth. ingreſſi. n. 9.
C. de Sac. S. Eccl. Idem Bal. in l. generaliter. C. de
15 epiſc. & cler. vbi eleganter inquit † cauſam finalē
eſſe primā in conſideratione diſponentis & vlti-
mā in fieri diſpoſiti. Hinc etiam dicebat idē Bal.
in l. 2. C. locati. num. 2. cauſam finalem eſſe primū
principium intentionis, & vltimū exequutionis.
Soci. conſi. 89. nu. 20. lib. 4. Pariſ. conſi. 72. lib. 4.
nume. 65. & hoc eſt quod Philoſophi dicere ſolēt
in omnibus, ſcilicet rebus agendis finem princi
pium eſſe, proùt optimè explicat Fortu. de vlti. fi-
ne in prin.
16 ¶ Quæ omnia comprobātur ex eo, quòd † quando
bona prohibentur alienari ea ratione expreſſa, vt
in familia ꝑpetuò conſeruētur: ex huius rationis
expreſſione cenſetur inductum fideicommiſſum
perpetuum & abſolutū inter omnes de familia,
etiam in caſum mortis, etſi expreſſè iniunctum
non ſit, vt cenſuerunt Bar. Franc. de Areti. Soci.
& communiter Scrib. in l. qui Romæ. §. cohære-
des. ff. de verb. oblig. Bart. in l. pater filium. §. Fun
dum Titianum. ff. de lega. 3. Soci. in l. ſi cognatis.
col. 9. ff. de reb. dub. Deci. conſ. 23. n. 4. cū ſequen.
& conſ. 38. n. 1. & 2. cū ſequentib. Celſus qui in id
videndus eſt conſ. 20. nu. 41. Curti. Iuni. conſi. 145.
num. 8. cum pluribus ſequen. vbi latiſſimè proſe
quitur materiam. idem Curti. conſ. 22. nu. 18. Loa
zes in §. diui. nu. 332. Couarru. in c. Rainaldus de
teſtam. in princi. nu. 9. Albanus conſi. 1. nu. 1. qui
tamen n. 13. ab hac opi. diſcedit. Iacob. Philippus
Porcius, qui in id omninò vidēdus erit, lib. 1. com
munium opi. concluſione 38. Alciatus conſi. 777.
nu. 1. cum ſequen. Imò plus dixit Aymon Craue.
conſ. 130. nu. 10. Quod etiā ſi non adſit prohibitio
alienationis: ſi tamē teſtator ideò eam diſpoſitio
nē facere expreſſerit, vt bona in agnatione per-
petuò conſeruarentur inducitur ſimplex, & abſo
lutū fideicōmiſſū inter omnes de agnatione. Qui
bus plura ēt cumulat Deci. cōſ. 371. nu. 6. & Soci.
Iuni. conſ. 181. nu. 39. lib. 2. & Deci. & Curti. in l.
venia. C. de in ius vocan. & in l. qui ſe patris. C.
vnde lib. & alibi ſæpè Scrib. quibus etiā plura cō
iungit Franc. Piſcina de ſtatutis excludē. fœm. n.
50. & Anto. Gabriel lib. 4. communium opi. ti. de
fideicom. conclu. 9. nu. 1. cum ſeq.
¶ Nec his refragatur deciſio tex. in d. l. pater filiū
§. fundum Titianum. ff. de lega. 3. vbi teſtator fun
dum alienari prohibuit adiiciendo hæc verba.
*Ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine veſtro nū
quā exeat*. Et tn̄ ex his verbis iūcta alienatiōis pro
hibitione, nō inducitur abſolutum, nec ſimplex
17 fideicōmiſſum inter omnes de familia. Nā † ideò
in ea lege hæc verba non inducunt fideicōmiſſū,
quia non per modū rationis expreſſa fuerunt: ſed
ſolū fuerunt enuntiatiua cuiuſdam futuri euen
tus, quem teſtator ex ſua diſpoſitione euenturū
ſperabat: ſecùs autem dicendum erit quando per
modū rationis exprimuntur. Tunc namque inter
omnes de familia fideicōmiſſū inducūt, vt cen-
ſuit Bar. in d. §. fundum Titianum, quem ibi ſe-
quūtur communiter Scrib. Sicque etiā id decla-
rant Iaſſ. conſ. 96. n. 1. lib. 4. Carolus Ruinus cōſi.
89. nu. 22. lib. 2. & Curtius Iunior conſi. 22. nume.
22. atq. Crotus in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg.
1. num. 48.
18 ¶ Tertia coniectura perpetui Maioratus erit: † ſi
teſtator Primogenitis proximiorib. propriæ fami
lię bona ſua reliquerit. Ex hoc nāque Maioratus,
perpetuus inter omnes, qui ex eius familia pro-
ceſſerint inducitur: etſi aliud teſtator nō expſſe-
rit. Quod cōprobatur ex eleganti doctrina Anch.
conſi. 27. col. 3. & 4. vbi in fortioribus terminis in
19 quit, quòd † ſi teſtator relinquat bona ſua duo
bus antiquiorib. ex ſua familia nomina propria
nō exprimendo, quòd ex hoc cenſetur inſtituere
fideicōmiſſum perpetuū inter omnes, qui ex fa-
milia propria proceſſerint: ita vt ſemper duo an-
tiquiores ex illa in eiſdem bonis ſuccedāt, cuius
dictū refert & ſequitur Deci. conſi. 516. n. 16. Soci.
in l. Gall. §. quidā rectè. n. 8. ff. de libe. & poſthu.
Tiraquel. de Primogen. q. 3. nu. 9. idem Tiraq. in
l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. limita. 12.
n. 5. Albanus conſi. 51. n. 14. Aymon conſi. 161. nu.
9. Alciat. in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de ver.
ſigni. nu. 27. Fran. Piſcina de ſtatutis excludē. fœ
mi. nu. 53. Quod ea ratione procedit, quòd cū te-
ſtator non ad perſonas duorum antiquorum dè
domo ſed ad qualitatē antiquitatis reſpexerit, ea
que qualitas in familia nūquam deficere poſſit,
argumento tex. in c. quoniā. Abbas de officio dè
lega. pari ratione fideicōmiſſum ipſum nūquā ēt
deficere debeat ſed mortuis primis duob. antiq-
orib. de domo ad alios duos antiquiores ex ipſa
familia procedētes ꝓtrahat, vt optimè Anchar-
ranus. d. conſi. 27. declarat, de cuius cōſilii intelle
ctu videndus eſt Aymon conſi. 161. n. 9. & conſil.
180. per totum.
¶ Quæ ratio ad Primogenitos ēt optimò iure trà
20 hi poteſt. Hæc † enim Primogenituræ qualitas nū
quā moritur. Imò in infinitum procedit: cū defi-
ciente Primogenito, ſecūdogenitus illicò Primo
geniti locū, ac denominationē accipiat, vt pro-
batur ex tex. in c. grandi. de ſupplen. negl. Præla.
li. 6. & in c. licet deuoto, vbi cōmuniter Scri. tex.
in c. nam & ego, vbi per Scrib. de ver. ſig. Bal. in l.
ſi quis. §. talem. C. de ſecun. nup. & in l. 2. nu. 5. C.
de iur. emphi. Pala. Rubi. in repe. Rubricæ, de do
na. inter virum & vxo. §. 69. n. 23. Alciat. qui plu-
ra refert in l. proximus. ff. de verbo. ſigni. Tiraq.
de Primoge. q. 3. n. 11. Qua ratione id in fideicom-
miſſo Primogenito relicto loquens cenſuit Paul.
cōſi. 164. nu. 9. cum ſequen. lib. 2. Idque cōproba-
tur ex eo, quod infra iſto li. c. 6. nu. 29. dicemus, ꝙ
appellatio filiorum comprehendit totam deſcē-
dentiam, vbi *diſpoſitio non de certo*, & determi
nato filio fit: ſed in futurum, ac incertum euentū
extenditur. Idque quando diſpoſitio tractum ſuc
ceſſiuum, ſeu perpetuitatem requirit, veriſſimū
eſt.
21 ¶ Quod † nedū vbi Primogenitis familiæ fidei-
commiſſum relinquitur, verum eſt: ſed etiam qñ
filio Primogenito ex ipſa familia in numero ſin-
gulari indefinitè infertur, procedit. Plerun-
que namque verbum ſingularis numeri: pluralē
etiam ex mente diſponentis comprehendit. l. nō
eſt ſine liberis. ff. de ver. ſigni. l. 1. §. quanuis. ff. dè
aſſig. liber. l. cùm inter. C. de fideicō. lib. vbi pul-
chrè dixit Bal. n. 2. id accidere nō ex vi verbi, ſed

ex mente loquentis. Quod etiam dixit Corneus
conſi.43.nu.10.lib.1.Iaſſ.&alii in l.Gallus.§.quòd
ſi is.ff.de libe. &,poſthu.Ideoque idẽ eſt dicere,
quòd extante maſculo fœmina non ſuccedat, ac
ſi diceretur,quòd extantibus maſculis fœmina
nòn ſuccedat,vt voluit Bal.in l.1.n.3.C. de cõdi.
inſer.atque Laurus de Palatiis in tracta.de ſtatu.
excluden.fœmi.propter maſculos.2. par. prin. n.
25.Carolus Ruinus conſi.119.nu. 13. lib. 2. Quod
etiam in Primogenitis Hiſpaniæ cẽſuit Palat.Ru
ui.in d.repe.Rub.§.69.nu.21.vbi declarans verba
illa, *E que ſinquen al ſu hyo mayor legitimo.* Quæ ap-
poſita fuerũt in clauſula teſtamẽti Regis Henri-
ci Secundi,de qua in præfatione huius tractatus
meminimus.Cuius tenor hodie inſertus eſt in l.
22 11.ti.7.li.5.in noua ll.Reg.collectione.Inquit†idẽ
eſſe,dicere ibi Regem Henricũ, *Que finquen al ſu*
*hijo mayor legitimo.* Ac ſi dixiſſet *Que finquẽ a ſus*
*hijos mayor es legitimos* in infinitũ. Quod dixit ex
Hiſpanorum Primogeniorum natura prouenire.
Ique veriſſimũ eſt ſi verbum hoc Primogentus
indefinitè pronuntietur,nec ad certũ filium refe
ratur perpetuitatémque,atq; tractũ ſucceſſiuum
diſpoſitio ipſa præ ſe ferat.
23 ¶Quarta coniectura erit:ſi†teſtator relinquat bo
na propriè cognationi,agnationi,ſeu,familiæ:ex
his namq. verbis Maioratus perpetuus induci-
tur,ſi ad Primogenituræ ordinẽ verba referãtur
etſi teſtator hoc verbo Maioratus vſus nõ fuerit.
Quod probatur ex tex.in l. cũ ita legatur.§.in fi
deicõmiſſo.ff.de lega.2.l.peto.§.fratre.ff.eo.l.ſi.C.
de verb.ſig.Et vtrobique per Scrib.vbi diſponi-
tur ꝙ in fideicõmiſſo familiæ relicto ſuccedere
debẽt nominati & poſt eos omnes extinctos pro
ximiores,qui ex eadẽ teſtãtis familia ſupererint.
¶Hoc etiam ſuadetur ex eo, ꝙ quanuis,quando
plures vocãtur ad ſucceſſionem,omnes ſimul ad
mittendi ſint:niſi in certis caſibus , vt notatur p.
Bar.& Scrib.in l.Gallus.§.quidã rectè. ff.de libe.
24 & poſthu.De quo in c.ſequen.latiùs agemus.†Il-
lud tamen fallit:quando eſt vocata familia,agna
tio,ſeu cognatio:tũc enim nõ omnes,qui ex ipſa
familia proceſſerint ſimul,ſed ordine ſucceſſiuo
admittendi erũt,vt optimè declarat Decius cõſi.
205.nu.3.Aymon Craue.conſi.22.per totum cõſi.
Couarru.in c.Rainutius de teſta.§.2.n. 7. Peralta
in d.l. cùm ita legatur. §.in fideicõmiſſo.n. 15.&
16.Quibus plura cumulat Iulius Clarus lib.3.re-
ceptarum ſentẽ.§.teſtamentum,q.76.ver.ſecũdo
infertur,Omniũque latiſsimè prob.Tiraq.de re
tract.Linagier.§.11.gl.4.n.20.ex quo videtur ꝙ ex
his verbis fideicõmiſſum perpetuũ inter omnes,
qui ex eadem familia proceſſerint iniũctum ſit.
25 ¶Quod cõprobatur ex eo,† quòd hoc fideicõmiſ
ſum fauore agnationis,cognationis, ſeu familiæ
relictum fuerit.Ideóque reale ac perpetuũ:nõ au
tem perſonale:nec etiam temporale cenſendũ ſit
vt dixit Bal.in l.quod verò contra. ff.de legib.&
Laurus de Palatiis in tracta.de ſtatu.excludenti-
bus fœminas propter maſcul.part.2.n.25.Iaſſ.in l.
filiusfamilias.§.Diui.2. lectura.n.146.ff. de lega.
1.vbi Ripa.nu. 18.& Loazes.n.98.Quod etiam de
verbo Proſapia, Parãtela,Domo,Genere,&aliis
verbis idem ſignificationibus dicendum erit, q̃
ſpecificè enumerat Peralt.in d.l.cùm ita legatur.
§. in fideicommiſſo.ff.de lega.2.n.15.Idque etiam
in fideicõmiſſo agnatis ſeu cognatis relicto pro-
26 cedit.†Idem nãque eſt legare cognatis;ac ſi lege
tur cognationi vt inquit Iuriſcõſultus in l. ſi co-
gnatis.§.ff.1.de reb.dub.Per quẽ tex.notat. Bart.
& Bartolom.Soci.ibi.ꝙ idem eſt legare cogna-
tis & legare cognationi.Peralta.in d. §. cùm ita
legatur.nu.13.Sic etiã dicitur idem eſſe legare ci-
uibus,ac ſi legetur ciuitati.l.ciuib.ff.de reb.dub.
Et tamen familia eſt quaſi quædam ciuitas,vt in
quit Bal.conſ.50.lib.4. Tiraq. de retractibus, in
præfatio.nu.27.
¶Sed quanuis d.l.cùm ita legatur.§.in fideicom-
miſſo,& d.l.ſi.C.de verb.ſigni.ſoleant aſsiduè ad
Hiſpanorum Maioratus adaptari,eorum tamẽ iu
rium deciſiones non omninò eiſdem Maioratib.
cõueniũt.Nam quãuis ex eorum iurium deciſio
ne,certiſsimum ſit,in fideicommiſſo familiæ reli
cto,primo loco admittẽdos eſſe eos, q nomina-
ti ſunt,& poſt eos extinctos proximiores ordine
ſucceſsiuo,vt ſuperiùs oſtendimus:non tamẽ ab
ſolutum eſt:an hi,q ex familia ipſa procedũt,ſuc
cedere debeant inter ſe per fideicõmiſſum:ita vt
proximioribus ſuccedentibus poſt eorum mortẽ
vlteriores in infinitum admittendi ſint,an ſucce
dere debeant vulgariter,ita vt proximiorib.ſuc
cedentibus cæteri excludantur,illicóque fideicõ
miſſum ipſum expiret. Diuerſa namque ſunt, ꝙ
hi,qui ex familia proceſſerint, ſuccedant ordine
ſucceſsiuo,an vnus poſt alium grauati per fidei-
commiſſum,vt dd.quos ſtatim citabimus,aduer-
tunt.Ideóque vt hæ leges radicitus intelligãtur
27 †diſcutiendũ erit, an in caſu dictarũ legũ vulga-
riter an per fideicommiſſum hi,qui ex familia te
ſtantis procedunt admittendi ſint, cùm certũ ſit
de iure ꝙ hi,qui ex fideicõmiſſo vocati ſũt,inter
ſe poſsint vulgariter atq. directò,ſicut & per fi-
deicommiſſum ſubſtitui.l.vt hæredibus, cum ſi-
milib.ff.de lega.2.idque apud omnes indubitatiſ
ſimum eſt.
¶Quod autem proximiores admittẽdi ſint vnus
poſt aliũ gradatim ac ſucceſsiuè per fideicõmiſ-
ſum,probari videtur ex dicta lege,cum ita lega-
tur.§.in fideicommiſſo,nã tex ille vocat ad fidei-
commiſſum factum familiæ primo loco nomina-
tos,&nominatis extinctis,eos,qui tempore mor
tis teſtãtis eidem proximiores extiterint,& eos,
qui in primo gradu procreati fuerint.Ex quo vi-
detur dicendum , ꝙ proximiores ſuccedere de-
beant poſt mortem & acceptationem nominato
rum,& hi qui ex eis procreati fuerint poſt mor-
tem & acceptationem proximiorum & ſic per fi
deicommiſſum. Per quẽ tex.id dixit Paulus de
Caſtro.in d.§.in fideicommiſſo. nu. 2.& 3. Idem
Paul.in Gallus.§. quidam rectè.nu. 9.ff.de liber.
& poſthu.vbi plus dixit,quòd præcedens non po
terit alienare,cùm ſit grauatus reſtituere ſequẽ
ti.Eandem etiam opinionem ſequutus fuit Soci.
conſi.12.nume.14.cum ſequẽtib.lib.3.Idem Soci.
conſi.73.nu.17.lib.4.Deci.conſi. 95. num.4.Idem
conſi. 236. nume.1. Aymon conſi. 22. nume.4.
cum ſequẽ.Couarru.qui hanc appellat cõmunẽ
opinionem in c.Rainutius de teſtamen. §. 2. nu.
7. Idem in qq.practicis.cap.37.nume.4.verſi. in-
cip.Primum.
¶Quæ opinio non modicum coadiuuatur ex eo,
quòd is,qui familiæ fideicommiſſum relinquit,
cenſetur illud eo animo reliquiſſe, vt bona ipſa
ꝑpetuò in familia conſeruentur,&quãdo aliqua
bona ea lege relinquũtur,vt in familia conſeruẽ
tur omnes de familia cenſentur inuitati ad eo-
rũdem bonorum ſucceſsionẽ,ordine ſucceſsiuo
ac per fideicõmiſſum.Quod probatur ex tex.in l.
peto



peto.§.fratre.ff.de lega.2.& ex his,quæ ſupra iſto
cap.n.16.à nobis latiùs adducta ſunt. Quod pari
ratione in hac ſpecie dicendum erit:idque quan
uis ſub verbo fortè,& relinquẽdo illud cogitan
dum exiſtimat Soci.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tan
tum.col.5.verſi.Quartus caſus.
¶His tamen nõ obſtãtibus cõtraria opinio mihi
placet:imò,quòd ad fideicommiſſum familiæ re-
lictũ admittantur primò vocati,ſeu his mortuis
in vita teſtãtis vel nolentibus fideicõmiſſum ac-
ceptare, proximiores,& quòd primis acceptan-
tibus vlteriores excludãtur:niſi teſtator aliud diſ
poſuerit, vel diſpoſitio ipſa tractum temporis,
aut perpetuitatem præ ſe ferat. Quod probatur
expreſſe ex tex.in d.l.cũ ita legatur.§.in fideicõ-
miſſ.ibi. *Qui ex nomine defuncti fuerint eo tẽpore,quo*
*teſtator moreretur.* Ex quibus verbis non obſcurè
comprehenditur,quod is,qui tempore mortis te-
ſtãtis,eidem proximior non eſt,ad fideicommiſ-
ſum familiæ ſimpliciter relictum nõ admittitur,
nec ſub familiæ appellatione comprehẽditur.Vt
autem ſequentes,ſeu vlteriores comprehẽdãtur:
requiritur,ꝙ teſtator,ex verbis tractum tempo-
ris, perpetuitatem ſiue Maioratum denotantib.
ſeu ex aliis coniecturis id expreſſè voluiſſe com-
prehendatur. Id namque ex ſola ac ſimplici
familiæ vocatione non comprehenditur. Quod
probatur ex eo.§.in fideicommiſſo.ſi. verbis. ibi.
*Niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatẽ ſuã*
*extenderit.* Qui tex.ſecundùm hanc inductionem,
quæ vera ac propriiſſima eſt noſtram opinionem
probat:ſicq; illũ tex. expreſſiſſimis verbis intel-
ligit Raphael Cum.ibi.nume.4.vbi ſingulariter
ait,quòd quãdo plures ſub familiæ appellatione,
vel ſub aliquo alio nomine collectiuo ſimpliciter
vocati ſunt, cenſentur omnes vocati ordine ſuc
ceſsiuo per vulgarem:ita, vt primo adeũte reſpe
ctu omnium vocatorũ expiret ſubſtitutio.Si ve-
rò materia ipſa tractum ſucceſsiuũ ſeu perpetui-
tatem requirat:tunc cenſeãtur omnes vocati per
fideicommiſſum:ita vt vno poſt aditionem alte-
rius mortuo,cæteri ordine ſucceſsiuo admitten
di ſint,quem ſeq.ibi Alciatus nu.13.ídque etiam
repetit idem Cum.in l.peto.§.fratre.ff.de lega. 2.
nu.5.Decius conſi.105.nu.9.& conſi.253.n. 1.cum
ſeq.Iterum Cuma.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.
vbi Soci col.8.& 9.nu.17.Idem Soc.conſi.43.nu.
9.lib.3.Ant.Rubeus in l.Gallus.§.quidam rectè.
ff.de lib.& poſthu.nu.64.& 70.Celſus conſi. 120.
nu.28.Anto.Gomet.in l.40.Tau.nu. 43. Carolus
Moli.qui ſic intellexit tex.in d.§.in fideicom. in
addi.ad Alex.conſi.26.lib.3.litera C.Franc.Piſci-
na.de ſtatutis exclu.fœmi.n.59.& omnes Scrib.
quos pro ſequenti opi.quę in effectu eadem eſt,
citabimus.
¶Secundo idipſum comprobatur ex eo , quòd
quando plures ſub nomine collectiuo, veluti de
ſcendentibus,poſteris,ſuis,vel ſimili ſimpliciter
vocati ſunt:vel aliter in caſibus,quib.ex iuris diſ
poſitione debent ſuccedere ordine ſucceſsiuo,
hi ſemper cenſeantur vocati per vulgarem & nõ
per fideicommiſſum. Quod cenſuit Bar.in d. l.
Gallus.§.quidam rectè.n.10.ff.de libe. & poſthu.
vbi Soci.col.5.verſi.Tertius caſus, poſt Areti.&
Cuma.ibidem id ipſum etiam arbitrantur, Iaſſo.
ibi.n. 10. & num.45.Galeaula.nume.10.& 31. Al-
ciatus nu.10.Fortu.num.64. & Paul.Caſtren.ſibi
contrarius,conſi.159.1.par. nu. 4. & 5.idem Paul.
conſi.352.num. 5.lib.2.Alex. conſi.13.nume.7.lib.
4.Dec.qui hanc dixit cõmunem opi.d.conſi.205.
nume.9.idem conſi.248.nume.6.& conſi.253.nu.
1.cum ſequen.vbi plenè proſequitur materiam.
Aymon.conſi.161.num.9.Celſus qui hanc etiam
communem opi.appellat conſi. 120. numer. 28.
Pariſius conſil.82.num.11.lib.2.Emilius Ferretus
conſi.10.nume.1.Iulius Clarus lib.3.ſent. recepta
rum.§.teſtamentum.q.80. idque etiam probant
omnes Docto.quos infra iſto lib. cap. 6.num.25.
citabimus,dicentes,quòd vbi diſpoſitio requirit
perpetuitatem ac tractum ſucceſſiuũ,perpetuã-
que in familia cõſeruationem, plures vocati ſub
nomine collectiuo admittantur per fideicommiſ
ſum,non autem per vulgarem ſubſtitutionem.
Qui omnes ſentiũt,quòd vbi hæc cõiecturæ per
petuitatis deficiũt,cenſeantur vocati per vulga
rem ſubſtitutionem : non autem per fideicom-
miſſum.
¶Tertio hoc probatur ex tex.in l.peto.§.fratre.ff.
de lega.2.vbi fideicõmiſſum familiæ ea lege reli-
ctum fuit,vt bona in familia conſeruarentur.Et
ideò ibi Iuriſconſultus declarat ſuccedendũ eſſe
per fideicommiſſum,non per vulgarem,præſtan
dámque eſſe eã cautionem,quæ in fideicommiſ
ſis præſtari ſolet.Quod non procedit ex eo,quòd
fideicommiſſum familię relictũ fuit:ſed ea ratio
ne,ꝙ teſtator præcepit bona eſſe in familia con-
ſeruanda.Quæ diſpoſitio neceſſariò tractum tẽ-
poris ac perpetuam in familia conſeruationẽ re-
quirebat.Idque comprehenditur ex eod.tex.ibi.
*Petijt ne domus alienaretur:ſed in familia relinquere-*
*tur.* Quod etiã colligitur ex tex.in l.vnũ ex fami-
lia.§.ſed ſi fundum.verſic.quòd ſi talia.ff.eod.tit.
ibi. *Peto ne fũdus ex familia exeat.* l.pater filiũ.§.pa
ter filios.ff.de lega.3.ibi. *Sed conſeruent ſucceſsioni*
*ſuæ.* l.filiusfamilias.§.cùm pater.ff.de lega.1. ibi.
*Et vt in familia relinquerentur.* Ex quibus iuribus
28 iũcto tex.d.§.in fideicõmiſſo,probatur † diuerſũ
eſſe,ꝙ fideicõmiſſum familiæ relinquatur,vel ꝙ
fideicommiſſum ipſum ea lege relictum ſit vt bo
na in familia cõſeruentur.Quod optimè ac inge
nioſè cõſiderat Raphael Cum.in d.§.in fideicõ-
miſſo.nume.4.& in d.§.fratre.nume.5. Soc. qui
optimè ac eleganter hoc declarat in l.ſi cognatis
ff.de reb.dub.colum.8.& 9.Quod inquit eſſe no
tãdum & ſignandum,eſtque de mente omnium
ſcribẽtium,quos ſuperiùs pro iſta parte citaui-
mus,ídque veriſſimũ eſt.Qui.n.fideicõmiſſum fa
miliæ relinquit,id ſolũ efficere contendit,vt pro
ximiores ad huiuſmodi fideicõmiſſum admittã-
tur:ita vt primis ſuccedentib. fideicõmiſſum ex
piret.Relinquens autem bona ea lege,vt in fami
lia conſeruentur id præcipere videtur, vt vnus
poſt alium iure fideicõmiſſi ſuccedat:ita vt bona
de familia non exeant:eſſẽtque abſurdum ex ſola
ac ſimplici familię vocatione,tot fideicõmiſſa in
ter illos,q ex ipſa familia proceſſerint, induceret:
29 niſi cõiectura perpetuitatis aliud ſuadat.†Quib.
non obſtat tex.in d.§.in fideicõmiſſo,nam quan-
uis tex.ille dicat,quòd ad fideicõmiſſum familiæ
relictum admittantur nominati,&poſt illos pro-
ximiores,& hi q ex illis procreati ſunt , non ta-
men declarat,quòd hi ſuccedere debeãt grada-
tim ac ſucceſſiuè per fideicõmiſſum, ita vt poſt
vnius ſucceſsionem ſeu acceptationẽ,alter ſuc-
cedere debeat.Imò intelligendũ eſt,vt hi omnes
ſuccedere debeant per vulgarẽ: ita vt vno adeũ
te, cæteri excludantur,vt ſuperius dictũ & pro-
batum eſt:Sicque eadem ratione intelligẽdus eſt

tex.in d.l.ſi.C.de verb.ſig.
20 ¶Non etiam obſtat tex.in d.§.fratre:nã †tex. ille
loquitur:quando fideicommiſſum ea lege relictũ
eſt,vt bona in familia conſeruentur.Quo caſu cũ
diſpoſitio tractum ſucceſſiuum,ac perpetuã in fa
milia conſeruationem prę ſe ferat:non mirum ſi
omnes,qui ex familia proceſſerint iure fideicō-
miſſi,ac ordine ſucceſſiuo ſuccedere debeant.
Quod non eſt dicendum in ſimplici familię voca
tione,quæ diuerſa eſt ab eo fideicommiſſo,quod
ea lege relictum fuit vt bona in familia cōſeruen
tur:vt ſuperiùs oſtenſum eſt.
¶Vltimo loco non etiam obſtant authoritates,
quæ in contrarium adductæ ſunt:nã omnes Scri.
qui pro contraria parte à nobis citãtur,aut errãt
aut æquiuocè loquuntur.Paul.namque (qui fuit
primus illius opinionis auctor) in duobus cōſiliis
contrariam opinionem expreſsè veram eſſe ꝓfite
tur:cæteri autem non ſimpliciter primã opinio-
nem probant: ſed cum adiectione aliquarum
coniecturarum,ex quibus diſpoſitio tractum ſuc
ceſſiuum ſeu perpetuitatem requirat:prout apud
ipſos videri poterit,quibus interueniẽtibus nos
ẽt idem dicendum eſſe non diffitemur.Ex quib.
hæc noſtra opinio veriſſima ac textualis cenſen-
da erit:ex eiſdémque comprehẽdi poterit, quàm
abſque fundamento prædicta iura ad Hiſpanorũ
Primogenia adaptari ſoleant:cùm non in fideicō
miſſo perpetuo,ſed in eo quod in perſona eorum
qui primo loco ſuccedũt,expirat, loquãtur: vt ſu
periùs dictum ac probatum eſt.
¶Id tamen animaduertendum eſt quòd quanuis
fideicommiſſum ea lege relictum ſit , vt bona in
familia perpetuò conſeruentur, ſuccedendúmq.
ſit in eo per fideicommiſſum gradatímque ac ſuc
ceſſiuè,non ex hoc debet in fideicommiſſo, iure
Primogenituræ ſuccedi:ita vt vnus iſque Primo-
genitus in bonis huiuſmodi fideicommiſſo ſubie
ctis ſuccedere debeat,cæteríſque in eodẽ gradu
exiſtentibus præferri:ſed omnes proximiores in
eodem gradu exiſtentes, pariter ad fideicōmiſſi
ſucceſsionem admittendi erunt.Quod probatur
ex text.in dict.l.peto.§.fratre.ibi.*Omnes fideicom-
miſſum petent,qui in familia fuerint*. ff. de legatis 2.
vbi gloſ.& communiter Scrib.id notant,ídq.ad-
uertit Pinelus de bonis mater.3.par.nume.100.
Nóſque ſupra iſto lib.cap.1.num.7.latiùs enarra-
uimus.
31 ¶Ex quo infertur,etiã † fideicommiſſa perpetua,
Maioratibus ſimilia non eſſe:cùm in perpetuis fi
deicōmiſsis non vnus & Primogenitus : ſed plu-
res in eodem gradu exiſtentes ſimul admittendi
ſint:in Maioratu autem vnus ſolus íſque Primo
genitus ſuccedere debeat.Hincque comprehen
di poterit quantũ in hac re lapſus fuerit Roderi.
Xuares,vir alioqui doctiſsimus in l. quoniam in
prioribus.10.ampli.num.25.C.de inoffi.teſta. vbi
cùm dixiſſet,quòd in bonis indiuiſibilibus ſucce
dere debeat vnus íſq. Primogenitus,allegat tex.
in dict.§. fratre.& in §.in fideicommiſſo,dicens:
ꝙ in legato familiæ relicto non debẽt ſuccedere
omnes:ſed tantũ proximior,cùm iura illa,de Pri-
mogeniti ſucceſsione nil diſponant: nec admit-
tant vnum ſolum proximiorem:ſed omnes illos
qui in proximiori gradu conſtituti fuerint : quę
omnia ſingularia,mentíque perpetuò tenẽda e-
runt ad dictorum iurium intellectum : ea namq.
aliter,nec percipi,nec intelligi poterunt.
32 ¶Quinta cōiectura eſt:†ſi teſtator bona ſua reli
querit alicui filio vel cognato ita,vt in eis ſucce-
datur perpetuo ſeruato ordine Primogenituræ
vel vt ſemper,ſeu in infinitum in eis Primogeni-
tus ſuccedat.Idẽ namque eſt dicere,quòd ſucce
datur ſeruato ordine Primogenituræ,ac ſi dicere
tur,ſeruato ordine Maioratus:Maioratus enim&
Primogenitura idẽ ſunt,vt ſupra iſto.li.c.1.latiùs
annotauimus.Et nihil aliud eſt ordo Maioratus
quàm quòd filius maior ſemper ſuccedat. Quod
coadiuuatur,ex dictione ſemper,quæ ex propria
natura perpetua,& vniuerſalis eſt. Salicetus in l.
1.C. quomodo & quando iud.l.1.vbi Bar. & com
muniter Scriben.ff.ſolut.matrim.Boerius qui la
tiſsimè atq. meliùs,quàm alius proſequitur ma-
teriam deciſ.158.num.1. cum pluribus ſequenti-
bus.Curtius Iunior conſi. 22. num.23. Ex dictio
ne perpetuo,ſeu in infinitum,quæ ſine præfinitio
ne temporis accipiendæ,ac interpretandæ ſunt,
text.vbi Bar.& Scrib.in l.iuriſperitos.ff. de excu
ſa. tutor.l.qui ſaltem.ff.de lega.3.Bal.per tex. ibi.
in l.cum debere columnã.ff.de ſerui. vrba. præd.
Iaſſ.in l.videamus.§.deferre.num.8.& 9. ff.de in
liti.iura.idem Iaſſo.in l.2.ff.ſo.matr. Deci. conſi.
516.num. 15. Paul. Pariſ.con.72. num. 85. lib. 4.
Gratus conſil. 31. nũ.24. lib.2. Philip. Port. qui
plura refert lib.1.communiũ opinionum. Regul.
27.colum.3,verſi.2.limitari.cum ſequen. & alibi
33 ſæpè Scrib.Quę † dictiones ſemper ac perpetuò
atque in infinitum ſummè notandæ ac conſide-
randæ ſunt ad inducendam Maioratus conie-
cturam,
34 *Sexta cōiectura erit : ſi †teſtator* grauauerit bo-
norum ſuorũ ſucceſſores,vt nomine propriæ fa-
miliæ perpetuo denominari debeant inſigniáq.
eiuſdem familiæ deferre.Ex hoc namq. nominis
& armorũ delationis grauamine,quòd in Hiſpa-
norum Maioratibus ſemper apponi conſueuit,
perpetuus Maioratus inducitur,cenſeturque te
ſtator ea bona velle ꝑpetuò inter eos,qui ex ſuæ
familia proceſſerint iure Primogenituræ cōſerua
re,vt cenſuit Guido Papæ.deciſ.467.Guillel. Be-
nedicti in repet.cap.Rainutius de teſtamen.ver.
in eodem teſtamento relinquens. *el primero*. nu.
174.Ancharra.conſi.113.num.4. Gozad.conſil.45.
num.9. Bertrand.conſil.30.colum.2.num.2. & 3.
& 4.volumine.1.Curti. Seni.conſil.76.colum. 4.
Ripa.in l.1.nu.10. C.de pact.Pariſi.conſi.6. num.
16.lib.3.Curtius Iunior conſil.39.num. 9. Celſus
qui plura refert conſi.20.nume.40.Carol. Ruin.
conſil.110.num.14.lib.2.& conſil.140.num.5.eod.
lib.Tiraquel.de primogeni. q. 64. num.3.& in l.
boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi.in regula
eiuſdem legis.num.124.Burg.de Pace.in prooem.
ll.Tauri.num.28.Cepha.conſi.916. num.11. & 21.
Fran.Piſcina.de ſtatu.excluden.fœmi.num.22.ad
finem.Sícque ſemper vidimus hanc armorum &
nominis coniecturam in forenſibus cōtrouerſiis
maximi momenti exiſtimatam eſſe ad cognoſcẽ-
dã Maioratus naturã,ac perpetuitatẽ,quod quã
do alienationis prohibitio,& aliquæ Primogeni
torum vocationes,vel alia Maioratus veſtigia cō
currũt,verum mihi videtur,ſi verò ſola nominis
ſeu armorum delationis cōditio alicui,cui aliqua
bona ſimpliciter reliquuntur,opponatur , ex eo
ſolo difficilè eſſet hæc bona Maioratui ſubiecta
pronuntianda eſſe,obtinere.
35 ¶Septima cōiectura erit,ſi†teſtator maſculis pro
priæ familiæ bona ſua relinquat,ita vt vnus eo
rum ac proximior in eiſdem bonis ſuccedat. Ex
preſſio



36 preſſio†nãque maſculinitatis præbet coniecturã,
vt proſpectum ſit agnationi, vt in ſpecie cenſuit
Bald.in cap.1. quemadmodum feudum ad filiam
pertine.nume.3.vbi inquit, quòd ſtante ſtatuto,
quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſucce-
dant,intelligendum eſt de maſculis agnatis,cum
ex expreſſione maſculorum agnationi proſpectũ
fuiſſe cenſeatur , quam Bald.doctrinam ſequitur
Albarot.ibi.ídque etiam cenſuit Ioã.Andr.in ad
di.ad ſpecul.tit.de ſucceſſio.ab inteſt.ſuper Rub.
Cin.in l.1. C.ad leg.Iul.de adult.Bald. in l. maxi-
mum vitium.num.2.C.de libe.præte.& Barth.So
ci.conſi.12.num.2.cum ſequen.lib.3. & conſil.63.
num.54.eod.lib.Soci.Iunior.conſi.53.num.8. libr.
2.Idem conſi.108.num.4.eod.lib.Moderni latiſſi-
mè in l.venia.C.de in ius vocan.Laurus de Pala.
in tracta.de ſucceſſione maſculorum excluſis Fœ
mi. part.2.num.21.& 22.Carolus Ruinus conſ.111.
num.15.lib.2.Pariſi.qui plura refert.conſi.8.nu.9.
cum ſequen.lib.3.Iacob.Philip.Port. lib.1. com-
munium opinionum concluſione 27.ad fi.de quo
infra lib.3.c.4.latiùs dicemus.Cùm igitur vbi fi-
deicommiſſum agnatis ſeu agnationi relictũ eſt,
inter omnes agnatos perpetuum eſſe debeat,vt
ſuperiùs probauimus,pari ratione, idem in fidei
commiſſo relicto maſculis proximioribus dicen
dum erit,vt inter maſculos , ex eadem familia
procedentes perpetuum futurum ſit.
¶ Hoc tamen,quando fideicommiſſum maſculis
ex familia teſtantis procedentibus indefinitè reli
ctum eſt,procedit:ſecùs autem ſi filio Primogeni
to,vel alij agnato,vel cognato,& ſuis filiis,ac de
ſcendentibus maſculis fideicommiſſum relinqua
tur.Tuc nãque quãuis inter eos,qui ſpecificè vo-
37 cati ſunt, cẽſeatur habita agnationis ratio: †hæc
tamen cōſideratio agnationis & fideicōmiſſi effe
ctus,perſonas nominatas nō progreditur,nec tõ
tam agnationẽ cōprehendit,ſed his maſculis,qui
nominati fuerunt deficientibus,illicò fideicōmiſ
ſum ipſum expirat. Quod cenſuit Ioan.de Imol.
in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrimo. prope fin.
vbi ſingular.inquit,quòd in ſtatuto, vbi fœmina
non excluditur ſimpliciter propter maſculos:ſed
ſolùm propter maſculos *exiſtẽtes in certo* gradu
propter filios,fratres,aut patruos:quanuis in hoc
ſtatuto cenſeatur habita ratio agnationis:tamen
hic agnationis fauor vltra perſonas expreſsè in
tuto nominatas non extenditur.Idque etiam ſe-
quitur Albert.Brunus in tractat. de ſtatutis ex-
cluden.fœmi.propter maſcul.in 12.articu.5.q. in
fin.primi caſus.Maria.Soc.conſi.30.inci.quanuis
ex his col.6.lib.1.Socinus Iunior.conſil.1.num.15.
lib.1.& conſi.108.num.31.& 32.lib.2.Gozadi. con-
ſil.59.num.4 Pariſi.conſi.44.num.16.lib.2.Gratus
conſi.5.num.9.lib.2.Riminal.conſil.224.num. 27.
lib.2.Pro qua concluſione facit,quod cenſuit Ri
pa in l.1.num.8. C. de pact. vbi inquit rationem
conſeruandæ agnationis , quæ ex maſculinitatis
expreſſione comprehenditur, non eſſe conſiderã
dam in his perſonis, de quibus teſtator non diſ-
poſuit: Ibíque plures idipſum cenſentes refert,
de quo infra lib.3.cap.4.latiùs dicemus.
¶ Quòd adeò verum eſt , vt non ſolùm procedat
quando teſtator fecit ſolam vocationem filij ſui
maſculi,& ſuorum deſcendentium maſculorum:
ſed etiam ſi ad alios plures gradus ſubſtitutionũ
inter filios ac deſcẽdẽtes ſeu collaterales maſcu
38 los digreſſus fuerit.†Nō enim ex hoc cenſebitur
perpetuum fideicommiſſum inter omnes, qui ex
ſua agnatione ꝓceſſerint inſtituere: ſed ſolùm in
ter eos *maſculos qui expreſsè vocati ſunt*.Quod
ex ea regula,quã ſuperiùs adduximus pari ratio-
ne deducitur:comprobatúrque ex eo,quòd etiam
ſi teſtator digreſſus fuerit,ad plures gradus ſub-
ſtitutionũ : non ideò cenſeatur fideicommiſſum
perpetuum extra perſonas nominatas expreſsè in
ſtituere:vt in ſimili arbitratur So.in l.cum auus.
num.113.ff.de condi.& demonſtr.Curtius Senior
conſi.64.num.6.Ripa.in repe.l.Centurio.nu.165.
ff.de vulga.vbi hanc dixit eſſe cōmunem opinio-
nem reprobans Anchar.conſi.74.num.2 qui cō-
trariam exiſtimat.Quem etiam reprobat Carol.
Molineus in addi.ad Alex.conſi.64.li.5.litera.A.
vbi inquit hanc eſſe phãtaſiam Ancharrani. Idẽ
Ancha.ſibi contrarius in cap.ſi pater. de teſtam.
lib.6.nume.2.notab.12.vbi Acoſta.1.Par. verbo.ſi
abſque liberis.num.57.Quæ omnia vera ſunt:niſi
ex aliis coniecturis conſtet,teſtantem Maioratũ
vel fideicommiſſum perpetuum inter maſculos
propriæ familiæ efficere voluiſſe, vt ſupra iſto c.
latiùs oſtenſum eſt.
39 ¶ Octaua coniectura Maioratus erit: ſi† teſtator
reliquerit bona filio ſuo Primogenito:ita vt dein
de in eis ſuccedatur ſeu vadant & tranſeant de
maiori in maiorem , vel de Primogenito in
Primogenitum, vel de hærede in hæredem , vel
de maſculo in maſculum gradatim , vel ſucceſ-
ſiuè.Ex his namque verbis,ſeu alijs ſimilibus in-
ducitur perpetuus Maioratus inter omnes , qui
ea familia teſtantis proceſſerint,vt cenſuit Soci.
conſil.43.numero 9.& 10.libro 3.& conſil. 91. nu-
me. 44.lib.4.Deci. conſil. 38. nume. 4. & 6. Pa-
riſi.qui plura refert.conſi.72.nume.90. cum plu-
ribus ſequentibus.lib.4.Idem Pariſius, qui pul-
chrè & ſingula loquitur.conſil.93.nume.13. cum
pluribus ſequentibus.lib.2.Idem conſil.8.nume.
7.& nume.12.libro 3. Gratus conſilio 31.nume.15.
cum ſequentibus lib.2.Iacobus,Philippus , Por-
tius,qui plura refert.li.1.communium opi. con-
clu.27.ad fin.
¶Nona coniectura Maioratus erit:ſi in ſcriptura
inſtitutionis eiuſdẽ aliqua verba inueniãtur,quę
coniecturam Maioratus præ ſe ferant, non ta-
men adeò vrgentia vt ex eis ſolis poſſit præciſè
Maioratus induci.Nã ſi ſimul cum eis concurrat
conſuetudo in eiſdem bonis iure Maioratus ſuc-
cedendi:etſi ea immemorialis non ſit , ex verbis
ipſius ſcripturæ,ſimul cum eiuſdem executione
ac ſuccedendi cōſuetudine perpetuum Primoge
nium inductum eſſe conprehẽdetur,prout infra
lib.2.cap.6.nu.57.dicemus.
¶ Decima & vltima coniectura Maioratus erit ſi
ante factum teſtamentum teſtator profeſſus fuit
ſe Maioratum inſtituere velle.Nã ſi poſteà in ip-
ſo teſtamento aliquas vocationes Primogenito-
rum fecerit, ſeu alia diſpoſuerit quæ coniectu-
ram Maioratus:non tamen omninò concluden-
tem,arguere poſſint,hoc probato diſpoſitio ipſa
tanquam *vetus Maioratus* cẽſenda erit, quod in
ſpecie dixit Bar.in l. 2.num.4.ff.de vulga.vbi in-
40 quit quòd†voluntas teſtantis cōprehenditur ex
his , quæ ipſe teſtator dixit ante teſtamentum.
cuius dictum ſequuntur,Alex. nume.32. Iaſſ.nu.
36.Ripa nu.50.& alij Scrib.ibidem Corneus con
ſil.239.nu.6.lib.2. Alexan.conſil.100.nume. 10. li.
4.Pariſius conſi.75.nu.76. & 77.lib.2.ad quam vo
luntatem probandam duo tantum teſtes ſuffi-
cient vt prædicti dd.in ſpecie profitentur.
¶Ex

¶ Ex his igitur coniecturis,& aliis ſimilibus, quę ex iiſdem facilè deduci poterunt, comprehendi poterit, teſtantem, vel donantem Maioratum perpetuum inſtituiſſe, quæ à iudicantibus pen-
41 ſanda ac perpendenda ſunt.† Ex quorũ arbitrio, vt plurimum pendet voluntatis quæſtio, vt prob. tex. in l. voluntatis. C. de fideicom.

¶ Quod ſi aliqua coniectura in diſpoſitione inueniatur: quæ iudicanti nõ ſatisfaciat. reſpiciendũ
42 erit vtrum ſimul cum ea alia etiã concurrat.† Solent enim plures coniecturæ ſimul iunctæ id efficere, quod vna per ſe ſumpta efficere non poteſt. l. 2. §. 1. ff. de excuſa. tut. l. inſtrumenta. vbi gloſ. C. de proba. Quod in alio propoſito ſentit Ripa in dict. l. Centurio. num. 165. & Alexand. dict. conſil. 64. lib. 5. Gratus conſilio. 32. nume. 23. lib. 2. & Iulius Clarus libr. 3. ſententiarum. §. teſtamentum. quæſt. 79. fina. verbo. Quod etiam, vt ipſe inquit iudicantis arbitrio, ac religioni committendum erit.

## *SVMMARIA.*

1 *Filij poſiti in conditione, non cenſentur poſiti in diſpoſitione.*
2 *In Hiſpanorum Primogeniis filij poſiti in conditione, cenſentur poſiti in diſpoſitione.*
3 *Filij poſiti in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione vbi ad hoc quælibet coniectura quantumcunque leuis concurrit.*
4 *Plures vocati per copulam, inter quos ſolum cadit ordo affectionis, non neceßitatis: cenſentur vocati ſimul: non ordine ſucceßiuo.*
5 *In Hiſpanorum Primogeniis plures vocati per copulam: ſemper cenſentur vocati indiſtinctè ordine ſucceßiuo.*
6 *In diſpoſitione habente tractum ſucceßiuum, plures vocati per copulam: ſemper cenſentur vocati ordine ſucceßiuo.*
7 *Plures ſub diſiunctiua, ſeu alternatiua vocati, ordine ſucceßiuo vocati cenſendi ſunt ibique declaratur l. cum quidam. C. de verb. ſig.*
8 *Plures vocati, ita vt vnus cum alio ſuccedat: ſemper ſimul, non autem ordine ſucceßiuo admittuntur.*
9 *In Hiſpanorum Primogeniis plures vocati, vt vnus cum alio ſuccedat: ordine ſucceßiuo, nõ ſimul admittendi ſunt.*
10 *Nil refert legetur Titio & Meuio, an Titio cum Meuio, ibique declaratur l. ſi quis Titio. ff. de vſufruct. accreſ.*
11 *In feudo relicto maſculis, & fœminis: non ſuccedit fœmina, niſi in maſculi defectum.*
12 *In feudo relicto maſculis, cum fœminis: maſculi & fœminæ ſimul admittuntur.*
13 *In Hiſpanorum Primogeniis plures vocati, vt vnus ſimul cum alio ſuccedat: ordine ſucceßiuo, non ſimul admittendi ſunt.*
14 *Plures vocati ad ſucceßionem cenſentur vocati per vulgarem ſubſtitutionem: non autem per fideicommiſſum.*
15 *In Hiſpanorum Primogeniis plures vocati ad ſucceßionem per fideicommiſſum, non per vulgarem vocati eſſe cenſentur.*
16 *Subſtitutio facta alicui: ſi ſine liberis deceſſerit, expirat eo decedente cum liberis, etiamſi liberi ſine liberis moriantur.*
17 *Conditionis implementum ſufficit ſi per momentum durauerit.*
18 *In Hiſpanorum Primogeniis non expirat ſubſtitutio poſſeſſore cum liberis moriente: ſed bona eius ad ſequentem vocatum deferentur ſi liberi eius abſque liberis moriantur.*
19 *In diſpoſitione habente tractum ſucceßiuum non ſufficit momentaneum conditionis implementum: ſed perſeuerantia requiritur.*
20 *Verbum ſimpliciter prolatum in materia perpetua: non verificatur in prima vice: ſed in infinitum protrahitur.*
*Verba appoſita in priuilegio, non intelliguntur de primo actu: ſed perpetuò locum habent.*
21 *Clauſulæ teſtamenti Regis Henrici intellectus diſcutitur.*
22 *Regula, quòd ſemel excluſus, perpetuò excluſus cenſeatur, in Hiſpanis Maioratibus non procedit.*
23 *Repetitio conditionum inducenda non eſt, niſi in certis caſibus & certis qualitatibus concurrentibus.*
24 *Repetitio conditionum, quæ ad Maioratuum perpetuitatem neceſſariæ ſunt, facienda eſt in omnibus caſibus, ſiue ipſa conditio ſit contra ius, vel præter ius, vel odium vel fauorem contineat.*
25 *Conditionum repetitio ex mente teſtantis inducitur.*
26 *Maſculinitatis repetitio: quando, & qualiter facienda ſit.*
27 *Appellatio filiorum nepotes non comprehendit, præſertim vbi agitur de extenſione fideicommißi.*
28 *Filiorum appellatio in Hiſpanorum Primogeniis nepotes & omnes deſcendentes in infinitum comprehendit.*
29 *Appellatio filiorum, quæ in incertum ac futurum euentum confertur, nepotes & alios deſcendentes comprehendit.*





30 *Prohibitio alienationis ſine cauſa facta, eſt nullius effectus alienationémque impedire non poteſt.*
31 *In Hiſpanorum Primogeniis prohibitio alienationis ſine cauſa facta, valida eſt, impeditque rerum Maioratus alienationem.*
32 *Prohibitionis alienationis cauſa ſubintellecta efficit validam prohibitionem, ac ſi expreſſa fuiſſet.*
33 *Prohibens bonorum alienationem extra familiam, cenſetur id facere ea ratione, vt bona in familia conſeruentur: etſi id non expreſſerit.*
34 *Prohibitus rem alienare extra familiam poteſt in ea hæredem legitimum inſtituere, etſi is ex familia teſtatoris non ſit.*
35 *In Maioratibus Hiſpaniæ poſſeſſor non poteſt inſtituere hæredem in bonis Maioratus illum, qui ſibi ab inteſtato ſucceſſurus eſt.*
36 *In Maioratibus Hiſpaniæ, alienationis prohibitio facta in contractu impedit rerum Maioratus alienationem.*
37 *Fœmina quæ à maſculo deſcendit, comprehenditur appellatione deſcendentium per lineam maſculinam.*
38 *In Hiſpanorum Primogeniis quibus vocantur hi, qui per lineam maſculinam deſcendunt, non comprehenditur fœmina per lineam maſculinam deſcendens.*
39 *Fœmina à maſculo deſcendens in vocatione agnatorum comprehenditur.*
40 *In Hiſpanorum Primogeniis in agnatorum vocatione fœmina à maſculo deſcendens non comprehenditur.*
41 *Fœmina agnata non comprehenditur ſub agnatorum vocatione vbi de agnationis conſeruatione agitur.*
42 *Diſpoſitio loquens de Primogenito in ſecundogenito non verificatur.*
43 *In Hiſpanorum Primogeniis relictum Primogenito, eo mortuo ſecundogenito defertur.*
44 *Ius Primogenituræ renuntiari, cedi, ac vendi poteſt: præſertim ſequenti in gradu: etiam viuente præcedente poſſeſſore.*
45 *In Hiſponorum Primogeniis ius Primogenituræ cedi, vendi, ſeu renuntiari non poteſt in præiudicium ſequentium ſucceſſorum.*
46 *Proximitas in fideicommiſſo relicto familiæ, non reſpectu grauati, ſed teſtantis conſideranda eſt.*
47 *In Hiſpanorum Primogeniis proximitas conſideratur reſpectu grauati: non autem Maioratus inſtitutoris.*
48 *Ad legatum familiæ relictum admittuntur hi tantùm, qui tempore mortis teſtantis nati ſunt.*
49 *In Hiſpanorum Primogeniis admittuntur non ſolùm nati tempore inſtitutionis: ſed omnes, qui tempore delatæ ſucceßionis, & conditionis impletæ nati inueniuntur.*

## *Plura, quæ aduerſus communes, ac generales iuris regulas ex Primogeniorum perpetuitate deducuntur.*

### CAPVT VI.

EX hac Hiſpanorũ Primogeniorum natura ac perpetuitate, de qua in capitibus præcedẽtibus ſatis abũde tractauimus, ac diſſeruimus: plura apud Hiſpanos Iuriſcõſultos recepta ſunt, quæ à communibus ac generalibus iuris regulis quodammodo deuiare videntur. Ideóque pro huius materiæ perfecta declaratione ac reſolutione, ſatis conueniens ac neceſſariũ exiſtimauimus hoc in loco, aliqua ex eiſdẽ exponere, vt ea, quæ olim Doctoribus etiã incognita fuerunt, deinceps omnibus obuia atque apertiſſima efficiantur.

¶ In hac autem re, primò occurrit regula trita ac vulgaris, quę colligitur ex gloſſ. ordinaria in l. Lucius la 2. in gloſ. fin. ff. de hæredibus inſtituen. ꝙ
1 ſcilicet † filij poſiti in cõditione nunquã cẽſeantur vocati per fideicommiſſum: ſed in bonis parẽtu ab inteſtato, tãquàm in bonis liberis ſuccedant. Cuius glo. opi. (quamuis tota Scriben. antiquorum ac modernorũ iuriſprudentia in duas contrarias, ac propè æquales factiones, in eius expugnatione ac propugnatione hucuſq; diuiſa fuerit) in caſu, in quo loquitur, proculdubiò cõmunis ac vera eſt, vt plures maximíq; nominis iuris interpretes variis in locis teſtãtur. Quos in cauſis grauiſſimis quæ ſuper eiuſdẽ glo. intellectu nobis contigerũt, ſigillatim ac curioſè enarrauimus: ſed quoniã huius gloſſ. opinionem eſſe magis cõmunem ſatis compertum eſt, réſque ipſa peruulgaris pluréſque ex recẽtioribus vtriuſque partis defenſores ſpecificè recẽſuerunt: nos in hac parte id omittẽdũ duximus, ne in enumerandis authoribus quãplures huius libri chartas conſumamus. Id autẽ ſatis copioſè fecerunt Nicolaus Boerius deciſ. 155. nu. 17. cum pluribus ſequen. Didac. de Couarrub. in c. Rainutius. de teſta. §. 3. nu. 2. cum ſequen. Omniũ verò latiſſimè ex his, quos hucuſque viderimus id fecit Iulius Clarus. lib. 3. recep. ſenten. §. teſtamentum. q. 77. vbi fatetur, hanc opi. magis communẽ eſſe & inter has contrarias opiniones quandã concordiã, de qua inferiùs tractabimus, aſſignat. Idque etiã poſt illum fecit D. Anto. de Padilla in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. nu. 46. vbi etiam eleganter proſequitur materiam. Et Iacob. Philip. Portius lib. 2. com. opi. concluſ. 12. Nouiſſimè autem id etiam fecit Emanuel Acoſta. in repe. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. 1. part. verb. ſi abſque liberis. num. 54. atque Anto. Gabriel. com. opi. lib. 4. tit. de fideicom. conclu. 4. nu. 1. à quo dicitur, Iacobum Philippum Portiũ, ſeu eius hęredes com. opin. ſcripta ſubripuiſſe.

¶ Hac autem communi opinione retenta, dicendum eſt, illã in bonis Hiſpanorum Primogeniorum

rum

2 rum nõ procedere:imò,quòd etiam†ſi filij ſolum
poſiti ſint in conditione,cenſeantur poſiti in di-
ſpoſitione,ac ſi expreſſè & ſpecificè vocati fuiſ-
ſent: quod procedit nedum quãdo teſtator clarè
ac expreſſè Maioratum fecit:ſed etiam,quãdo ex
coniecturis(de quibus in cap.pręcedenti memi-
nimus)illum feciſſe comprehẽditur. Idque pro-
batur ſolidiſſima ratione : nam Maioratus ex ſui
natura perpetuus eſſe debet,ita vt etiã deficien-
tibus expreſſis vocationibus,ſemper ad eius ſuc-
ceſſionẽ proximiores admittantur:vt in duobus
capitibus præcedentibus dictum , ac probatum
eſt. Ex quo fit vt impoſſibile ſit in Maioratibus
opinionẽ gloſ.in d.l. Lucius admitti. Si enim ea
in Hiſpanorum Primogeniis admitteretur,ex eo
ſequeretur , Primogenia ipſa in perſona filiorũ
primi vocati expirare bonáque illicò libera alie-
nabiliáque ac diuiſibilia eſſe : quod ex diametro
aduerſus Hiſpanorum Primogeniorum naturam
pugnare clariſſimũ eſt. Ideóque in Maioratibus
Hiſpanorum non poſſe ſuſtineri opinionẽ gloſſ.
in d.l.Lucius,cenſuit Bologninus cõſ. 62.col.pe-
nul.& fina.vbi eleganter proſequitur materiam.
Sícque propè omnes Scrib. exiſtimant, quòd in
omnibus caſibus, vbi poteſt conſiderari familiæ
vel agnationis perpetua cõſeruatio,opi.glo.in d.
l.Lucius nõ procedat, vt dixit Curtius Seni.cõſ.
76.incip.Dominus Ludouicus col.3.Corn.conſi.
146.incipi.in hac.num.20.&21.lib.2.Idem Corn.
conſi.59.colum.fin.eod.lib.Curt.Iuniorconſi.43.
nu.8.Ripa in l. 1. C. de pact.num.10.Pariſi.conſi.
6.nu.16.lib. 3. Iulius Clarus lib. 3. recept.ſenten.
§.teſtamẽtum.q.79.verſic.5.eſt coniectura.Mar-
cus Mantua. conſil.22.colum.5.Gratus conſi.89.
colum. 2.lib.2. & conſil. 106. colum. penult.eod.
lib.Carolus Ruinus conſi.111. colum.5.numer.14.
cum ſequẽ.lib.2.Iacob.Philip.Portius lib.2 com.
opin.conclu.12. colum. 9. verſic. Decimo limita.
Anto.Gabriel.de fideicom.conclu.4 nu.34.Fran.
Piſcina de ſtatutis exclu. fœminas propter ma-
ſculos. nu. 57. vbi plures id ipſum opinantes re-
fert.
¶Quibus adiicitur,quòd quando poſitus in con-
ditione ex natura diſpoſitionis,de qua agitur,nõ
poteſt ſuccedere ab inteſtato , cenſetur vocatus
& ſuccedet ex teſtamẽto cũ ſemper cenſendum
ſit teſtatorem voluiſſe illum præferre ſubſtituto,
quod ſentire videtur Rapha. Cuma. in d. l. Lu-
cius:quẽ refert Alex.conſi.185.nu.20.lib.2. Alba.
qui ſic limitat glo.in d.l.Lucius conſ.9.nu.1.& 2.
quorum opi.vera & probabilis mihi videtur.
¶Hoc etiam comprobatur ex eo , quòd quamuis
communior ac verior opi.ſit , quòd filij poſiti in
conditione vocati non cenſeantur ( vt ſuperius
3 præpoſuimus)hæc†tamẽ opinio fallit vbi aliqua
coniectura concurrit, quantũcũque ea leuis ſit,
ex qua comprehendatur, quòd teſtator voluerit
illum,quem in conditione poſuit , vocare : tunc
enim ex ea cõiectura is, qui in cõditione poſitus
fuit , vocatus cenſendus erit. Adeò nãque rigo-
roſa eſt deciſ.gloſ.in d.l.Lucius,atque cõtra prę-
ſumptam diſponentis mentẽ quodammodò re-
cepta, vt ex qualibet leui coniectura illicò ſit ab
ea recedendũ , vt ſingulariter declarat Corneus
conſil. 146. nu.21.lib.2.Idem Corneus conſil.20.
lib.4.num.19.cum ſeq.& conſ.226. nu. 3. eod.lib.
Paul.conſi.263. num. 2.lib.3.Alex.conſil.64.lib.5.
Soci.in l.cùm auus.nu.114.ff. de cond.& demon.
Idem Soci.conſi.73. nu.30.lib.4. Curt. Iuni.con-
ſil.43.nu.7. Lancel. Galeaula.in repet. l. Centu-
rio.num. 98. ff.de vulga.vbi Ripa. num.162.Poli-
tus in tracta.ſubſtitu.tit.de compendioſa. nu.30.
Zaſius in eodem tracta.& tit.col.penult.Caſſan.
conſi.14.nu.1.cum ſeq.Siluanus conſi. 53. Carol.
Ruinus conſi. 190. nu. 7.volum.2.Gozad.conſil.
64.nu.7.& 8.cum ſeq.Gratus conſil.48. lib.1. Ri-
pa in l.1.num. 7. C. de pact. Aymon conſi.62.nu.
6.Soci.Iun.conſ.65.nu.65.lib.1.& conſi.174.num.
22.lib.2.Pariſi.conſi. 86.num.18.lib.2.& conſi.87.
nu.14.eod.lib. & conſil.14. num.10.lib.3.& conſ.
66.nu.21.eod.lib.Deci.conſi. 270.num.3.cum ſe-
quen.& conſ.318.nu.1.cum ſequen. & conſil.516.
num. 11. Curt. Seni.conſi.45.colum.3.& conſi.75.
num.3.Alciat.conſi.485.nu.8.Carol.Molin.conſ.
7.nu.21.lib.1.Couarrub.in cap. Rainutius. de te-
ſta.§.3.nu.2. cum ſequen. Mencha. de ſucceſſio-
ne progreſſu.lib.1.§.4.num.3.Iulius Clarus lib.3.
ſenten.§.teſtamentum.q. 77.Padilla in l.cũ acu-
tiſſimi.n.50.C.de fideicom.Iacob.Philip.Portius
lib.2.com.opi.cõcluſ.12.col.8. verſi. ſexto limita.
Anto.Gabriel.lib.4.tit. de fideicom. cõclu.4.nu.
25.Qui omnes enumerant aliquas cõiecturas,ex
quibus ab illius gloſ.ſentẽtia diſcedi poteſt , ali-
quáſque ex eiſdem probant:alias verò reiiciunt.
¶ *Si igitur ex quacunque probabili coniectura à*
ſentẽtia glo.in dict.l. Lucius diſceditur,apertiſ-
ſimum erit, ab ea diſcendum eſſe, vbi diſpoſitio
Maioratus naturam ſequitur.Nihil enim magis
pugnans aduerſus Maioratus ſucceſſionem eſſe
poteſt : quam ſucceſſio ab inteſtato, vt ſuperiùs
dictum,ac probatum eſt.Quod nedum inter de-
ſcendentes : ſed etiam inter collaterales,ac trãſ-
uerſales procedit,inter quos(vt ſupra ca.4.dixi-
mus)militat eadem perpetuitatis coniectura,ex
qua à ſententia dictę gloſ.diſcedimus:idque ſiue
poſiti in conditione grauati ſint, ſiue nõ, verum
eſt.Cùm enim hæc Maioratus coniectura ad per-
petuitatem inducendam ſufficiens ſit,ſuperfluũ
erit alias perquirere:ſicque communiter practi-
cari atque obſeruari ſolet.
¶ *Secũdo occurrit etiam alia communis regula,*
4 quòd ſcilicet†quando plures ſunt vocati per co-
pulã,inter quos ſolũ cadit ordo charitatis & affe-
ctionis , abſque vlla neceſſitate inſtituendi vel
ſubſtituẽdi:prout cõtingit , quãdo teſtator inſti-
tuit fratrem ſuum & eius filios , vel aliã inſtitu-
tionẽ ſimilem fecit:tũc huiuſmodi perſonæ cen-
ſentur vocatæ ſimul & ſemel:ita vt eodem tem-
pore,in eius hæreditate concurrant:non autem
ordine ſucceſſiuo, nec ſecundùm qualitatẽ affe-
ctionis.Quam dixit communẽ opi.Ioan.de Imo-
la in l.Gallus.§. quidã rectè.ff.de libe.& poſthu.
nu.20.vbi Soci.nu.3.Alex. col. 4.Iaſſ.nu. 22. cum
ſeq.Galeaula.nu.20. Fortu. num.47.Alciatus nu.
20.Rubeus nu.37. cum ſequen. reprobata opin.
Bart.qui contrariũ voluit ibidem.nu. 4. eandem
opi.dixit etiam eſſe cõmunem contra Bart.Alex.
cõſ.129.n.7.lib. 5. vbi pulchrè loquitur Iaſſ.conſ.
206.nu. 2. lib.2. Carol.Ruinus conſi.168.num.9.
lib.2.Mencha.de ſucceſſio.creatio. §. 20. nu.120.
Iulius Clarus,qui plures in idẽ refert lib. 3. ſent.
§.teſtamentum.q.80.
5 ¶Hæc † autẽ opin. proculdubiò in Hiſpanorum
Primogenitorum ſucceſſione admittenda nõ eſt.
Si enim Titio & filiis ſuis, aliqua bona iure Ma-
ioratus relinquantur,Titius & filij eiuſdem,non
ſimul , ſed ordine ſucceſſiuo admittẽdi ſunt:ſiue
adſit neceſſitas pręciſa vel cauſatiua inſtituendi
vel



vel ſubſtituendi,ſiue non.Cùm enim Maioratus
ſucceſſio , ex propria natura perpetua ſit tractũ-
que ſucceſſiuũ habeat, in eóque nõ poſſit ſucce-
dere niſi vnus íſque Primogenitus eáque bona
neceſſario indiuiſibilia eſſe debeat, vt ſupra iſto
lib.ca. 1. & 3.diximus , & infra eod.lib.cap.11.la-
tiùs dicemus : nihil magis ex diametro naturæ
Maioratus pugnans dici poteſt: quã quod in his
bonis,ſimul ac eodem tempore plures ſuccedere
debeant,bonáq; inter eos diuidenda ſint. Verba
autẽ ſecundùm naturam rei, de qua agitur acci-
pienda ac interpretanda ſunt.l.ſi vno.cum ſimil.
ff.loca. ſicque in ſpecie cenſuit Raphael Cuma.
in l.cũ ita legatur.§.in fideicommiſſo.nu. 4. ff.de
lega.2.& in l.peto.§.fratre. nu.5. ff.eodẽ.Alexãd.
6 conſi.13.nu.7.lib.4. vbi eleganter inquit, † quòd
in diſpoſitione habente tractum ſucceſſiuum:
prout illũ habet Maioratus ſucceſſio, plures vo-
cati ad ſucceſſionem ſemper cẽſentur vocati or-
dine ſucceſſiuo.Quem ſequitur Deci. conſi.205.
nu.7.Quod etiam, nihil tamen ex his adducens,
ingenioſè probat Fortu.in d.l. Gallus. §. quidam
rectè.col.31.ff.de libe.& poſthu.vbi inquit in ma-
teria ſucceſſiua : ſicut eſt feudum , ſeu operæ li-
bertorum , ſemper vocationẽ ordine ſucceſſiuo
factam cẽſendam eſſe. Hoc etiam iterum ſuade-
tur ex natura huius verbi Maioratus,ex quo to-
tius familiæ vocatio comprehenditur : quo caſu
vbi tota familia, tota agnatio vel deſcendentia
vocata eſt,vel alia vocatio nomine collectiuo ſit,
ea vocatio ordine ſucceſſiuo facta eſſe cenſetur,
vt ſupra iſto lib.cap.5.nu.23.oſtenſum eſt.
¶Tertiò ſe offert alia communis ac generalis re-
gula,quòd quãdo plures ſub diſiunctiua , ex ali-
qua diſpoſitione vocati ſunt, hæc diſiunctiua in
coniunctam reſoluitur , omnéſque æqualiter in
hæreditate vel fideicommiſſo ſuccedere debent,
ex deciſ.tex.ſing.in l.cum quidam.C.de verb.ſig.
vbi omnes Scrib.id notant.¶Hæc tamen deciſio
in Hiſpanorum Primogeniis,ex rationibus,quas
ſuperiùs attulimus procedere non poteſt : imò
in hac ſpecie ſolus Primogenitus ſuccedere de-
bet.Menti nãque teſtantis hæc æqualis ſucceſſio
directo repugnaret:cùm ex bonorum ipſius Ma-
ioratus diuiſione , eiuſdem perpetuitas ſucceſ-
ſioníſq; vnitas deſtrueretur. Nunquã autẽ cõtra
mentem diſponentis diſiuncta in cõiunctã reſol-
uitur:imò vbi voluntas aduerſatur, † plures ſub
7 diſiunctiua vocati non ſimul : ſed ordine ſucceſ-
ſiuo admittendi ſunt.l. cùm pater. §.à te peto.ff.
de leg.2.l.hæredes mei. §.ſi.ff.ad Trebel.& vtro-
bique per Scrib. Quod notant Rapha. Cuma. in
l.ſi Titio.nu.2.ff.de lega.2.Deci.conſ.95.n.3. & 4.
Pariſius cõſ.21.n.11.lib.3.Fortu.in l. Gallus. §.qui-
dã rectè.col.12.ff.de lib. & poſthu. Iulius Clarus.
lib.3.recepta.ſentẽ.§.teſtamẽtũ.quæſt.80.3.cõclu.
Peralt.in l.cùm ita legatur.§.in fideicõmiſſo.n.4.
& 5.ff.de legat.2.Idque etiam omnes Scrib.in d.
l.cũ quidã,aduertunt, quod in caſu contingenti
ſic obſeruatum atq; practicatũ vidimus in quo-
dam Primogenio à viro illuſtri inſtituto, in quo
in omnibus vocationibus,quibus ſolet ſolus Pri-
mogenitus ad Maioratus ſucceſſionem inuitari,
ipſe inſtitutor vocabat filium Primogenitũ vel
Secundogenitũ,cuius generis nunquã aliud Pri-
mogenium vidimus. Hoc tamen nõ obſtante ſo-
lus Primogenitus,excluſo Secũdogenito,ad eiuſ-
dem Primogenij ſucceſſionem ex ſentẽtia ſupre-
morũ iudicũ admiſſus fuit : idque veriſſimũ eſt:
niſi ex aliquibus cõiecturis Primogeniti exclu-
ſio & Secũdogeniti admiſſio colligatur. Tunc
enim Secundogenitus excluſo Primogenito ad-
mittendus erit:ſed ambo ſimul nullo pacto ad
Maioratus ſucceſſionem admitti poterunt.
¶Quarto,etiam ſe offert alia communis Scriben.
8 reſolutio: quãdo † ſcilicet plures vocati ſunt,ad
aliquorũ bonorũ ſucceſſionẽ per hęc verba:Suc-
cedat Titius cum Meuio.In qua ſpecie Scrib.di-
cũt,magnam differẽtiã eſſe inter has vocationes,
Titium & Meuiũ inſtituo, & inſtituo Titium cũ
Meuio.In primo namque caſu Titius & Meuius
cẽſentur pro ęquis portionibus inſtituti:niſi ad-
ſit præciſa vel cauſatiua neceſſitas aliter inſtitu-
di:in 2. autem caſu ſemper cenſentur Titius , &
Meuius pro æquis portionibus vocati, ſiue adſit
neceſſitas aliter inſtituendi,ſiue non,vt cenſuit
Bar.in dict.l.Gallus.§.quidam rectè.nu.5.ff.de li-
ber.& poſthu. cuius opinionem aſſerit commu-
nẽ eſſe Iaſſ.ibidẽ.n.30. & Iulius Clarus lib.3.ſen-
9 ten.§.teſtamentũ.quæſt.80.cõclu.4. ¶Hæc†tamẽ
opinio in Hiſpanorũ Maioratibus nõ procedit,
ex eiſdẽ rationibus,de quibus ſuperiùs memini-
mus.Mens nãque diſponentis, quòd voluerit ex
bonis ſuis Primogeniũ perpetuũ inſtituere,cla-
ra & aperta eſt.Ideóque quanuis verba expreſſè
voluntati repugnarẽt, mens eſſet reiectis verbis
ſequenda.l.quoniã indignũ.C. de teſtam. l. cùm
virum,vbi cõmuniter Scrib.C.de fideicom.For-
tu.qui hanc opinionẽ ex pluribus probat, dixít-
que cõmunẽ eſſe in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
ff.de liber.& poſthu.col.47.& 49.Idque quod ad
Hiſpanorum Primogenia attinet , veriſſimũ eſt:
imò etiam ſi extra Hiſpanorũ Primogenia prio-
rem opinionem cõſideremus vera nõ eſt. Siqui-
10 dem†nihil refert an inſtituãtur Titius&Meuius,
aut Titius cum Meuio, vt probatur ex tex.in l.ſi
quis actio , quæ vulgariter allegari ſolet. Si quis
Titio.ff.de vſufruct.accreſcen.Cuius verba ſunt:
*Nec enim intereſt:ita legetur,illi, & illi, cum Meuio:*
*an ita,illi & illi & Meuio.* Idq; ẽt probatur ex tex.
in l.alij. ff. de vſufruct. lega. & ex tex. in l. Titiæ
Textores.§.nihil.ff.de lega.1.Ratio autẽ differẽ-
tiæ quæ à Bart.in d.§. quidã rectè,inter hæc ver-
ba aſſignatur , erronea ac fragilis eſt, vt ex ea v-
nicuique apertiſſimè conſtabit:ſicque contrariã
opinionẽ aduerſus communem veriorẽ eſſe exi-
ſtimat Iaſſo.in d.§. quidã rectè.n.32.& Fortu.ibi-
dem.col.33.& 36. & Mencha. de ſucceſſio.creati.
§.20. n.121. Quorũ opinioni nos,qui magis volũ-
tati, quàm verbis diſponẽtium deferre deſidera-
mus,libenter aſſentimur.
¶Hæc autẽ opinio dubia reddi videtur,ex deciſ.
Bald.in l.quoties.C. de ſuis & legit.hæredib.n.5.
vbi eleganter inquit : quòd quanuis verum ſit,
11 † quòd in feudo dato pro maſculis & fœminis,
fœmina nõ ſuccedat:niſi in maſculi defectũ.tex.
in ca.1.§.quin etiã Epiſcopũ vel Abbatẽ. in vſib.
12 feud.Tamẽ†ſi dictũ fuerit in inueſtitura,vt in eo
feudo fœminæ cum maſculis ſuccedant,tũc feu-
dũ ipſum ad maſculos & fœminas,ſimul & æqua
liter deferendũ erit. Cuius deciſ. ſequitur Deci.
conſ.208.n.4.& Iacob.de ſancto Georg. in tract.
feud.verb.& fœminis.col.2.quorũ opinio.aſſerit
cõmunẽ eſſe Pariſius conſi.12.nu.16.cum ſequen.
lib.1.& Iulius Clarus.lib.4.ſenten.§. feudũ.q.73.
¶ Sed quamuis plures ex Scrib. hanc etiã vltimã
opinionem ſequantur,nunquã nobis potuit vllo
pacto perſuaderi. Cùm enim feudorum ordo ſit
d

quòd quando feudum maſculis & fœminis con-
ceſſum fuerit, fœmina non ſimul cũ maſculo: ſed
eo deficiẽte, admittatur: nõ percipere poſſumus,
quo pacto hęc feudorũ natura, tot iuribus expreſ
ſa, ex hac modica ac imaginaria differentia quæ
interdictionẽ & aditionẽ cùm fieri pręrenditur:
tàm facilè ſubuertatur. Sícque de hac opinione
dubitat, & meritò, Curtius in tracta. feudorum
2. parte. verb. quomodo fœminę ſuccedãt in feu-
do 16. limita. ¶Quicquid autẽ ſit, ea, quæ in feu-
dis ab Scrib. dicuntur in hoc caſu, ad Hiſpanorũ
Primogenia nullo pacto trahi poſſunt. In feudo
namque plures ſimul in eodem gradu exiſtentes
ſuccedere poſſunt: in Maioratu autem ſuccedere
non poteſt niſi vnus, íſque Primogenitus. Ex quo
fit, vt in hoc articulo de feudo ad Maioratum ar-
gumẽtatio non procedat: cùm tã diuerſa quoad
hæc, de vno ad aliud ratio verſetur: imò plus cer
to arbitramur, quòd omnes Scrib. qui hanc par-
tem in feudis probarunt, in primogeniis ſeu in
feudis quibus iure Francorũ ſucceditur, in qui-
bus nõ poteſt ſuccedere niſi vnus, íſque Primo-
genitus, contrariã opinionẽ veriorem eſſe profi-
terentur. Ideóque quo ad Hiſpanorũ Primoge-
nia, hæc opinio proculdubiò vera cenſenda eſt.
13 ¶Quinto † idem etiam dicendum videtur in Pri-
mogeniis, vbi Titius ſimul cum Seio, vel vnà cũ
Seio vocatus eſt. Quamuis enim cõmunis reſo-
lutio ſit, quòd in hoc caſu vterq; ſimul ac ęquali-
ter admittendus ſit etiam ſi adſit neceſsitas, eos
ordine ſucceſsiuo inſtituendi, vt dixit Bart. cõ-
muniter ſequutus Scrib. in dict. §. quidã rectè.
nu. 5. ¶Hæc tamẽ communis opinio in Hiſpano-
rum Primogeniis ex rationibus ſuperiùs addu-
ctis nõ procedit. Imò hæc verba in hunc ſenſum
intelligenda ſunt, vt omnes ſimul ad Maioratus
ſucceſsionẽ vocentur: ita tamen vt ordine ſuc-
ceſsiuo eiuſdẽ Maioratus ſucceſsio ipſis defera-
tur, quod in Hiſpanorũ Primogeniis, quæ per-
petua ſunt, & in quibus non niſi vnus ſuccedere
debet, proculdubiò verũ eſt. Idque etiã extra Hi-
ſpanorũ Primogenia cẽſuit Mencha. de ſucceſſ.
creati. §. 20. nu. 121. vbi inquit quòd etiam ſi dica-
tur inſtituo ſimul, vel vna Titium & Seiũ: cen-
ſeãtur ordine ſucceſsiuo vocati, quod extra Hi-
ſpanorum Primogenia verum non videtur.
¶Sexto etiam occurrit alia cõmunis regula, quòd
14 ſcilicet † quando plures ad ſucceſsionẽ aliquorũ
bonorũ vocantur, eo caſu, quo ex regulis ſupe-
riùs adductis non ſimul ac ſemel ſed ordine ſuc-
ceſsiuo admittendi ſunt: hi nunquam cenſean-
tur vocati per fideicommiſſum, ſed per vulgarẽ
ſubſtitutionem in hunc ſenſum. Quod ſi primò
nominatus ſucceſsionem repudiauerit, vel viuo
teſtatore mortuus fuerit, ſequẽs in gradu ordine
ſucceſsiuo admittatur: etſi ſecundo loco nomi-
natus etiã adire noluerit, vel non potuerit, vlte-
rior in eius locũ ordine ſucceſsiuo ſubſtituatur:
non autem, quòd ſi primus ſucceſsionem accep-
tauerit íſque mortuus fuerit, ſequens admitten-
dus ſit: imò aditione primi, omnes ſubſtitutiones
expirant. l. poſt aditam cum ſimilib. C. de impub.
Quod ſupra iſto lib. cap. 5. nu. 27. latiùs oſtenſum
eſt, vbi plures hanc partem tenentes citauimus.
15 ¶Hæc † autem communis opinio in Hiſpanorum
Primogeniis nullo pacto ſuſtineri poteſt. Cùm
enim eorum natura perpetua ſit, ſemper in illis
ea interpretatio capienda eſt, ex qua diſpoſitio
duret, nõ autem ea, ex qua illicò finiatur: ſicque
fideicõmiſsi cõiectura, ex qua memoria inſtitu
toris conſeruetur, nõ autẽ vulgaris ſubſtitutio
nis, ex qua deſtruatur ac omninò aboleatur, ac-
cipiẽda erit. Quod nõ obſcurè, & meliùs quã alius
ſentit Rapha. Cuma. in l. cùm ita legatur. §. in fi-
deicõmiſſo. n. 4. ff. de lega. 2. vbi eleganter inquit
quòd quãdo plures ſunt vocati ſub nomine col-
lectiuo in materia non habente tractum ſucceſ-
ſiuum perpetuũ, cẽſentur vocati ordine ſucceſ-
ſiuo per vulgarem, ita vt primo adeũte reſpectu
omnium vocatorum expiret ſubſtitutio. Si autẽ
materia ipſa tractum ſucceſſiuũ perpetuum re-
quirat: tunc cenſeantur vocati per fideicommiſ-
ſum, ita vt vno etiam poſt aditionẽ alterius mor-
tuo, cæteri ordine ſucceſſiuo in infinitũ admit-
tendi ſint. Quod etiã repetit in l. peto. §. fratre. ff.
eod. tit. n. 5. Idque etiam dixit Socin. in d. §. qui-
dam rectè. nu. 8. verſ. Quartus caſus, vbi elegan-
ter inquit quòd quando bona debent remanere
in familia, ex præſumpta voluntate teſtantis, tũc
debet in eis ſucceſſio gradatim, ac per fideicom-
miſſum, deferri. Idẽ Soci. in l. ſi cognatis. col. 8. &
9. ff. de reb. dub. Quod etiã voluit Ancha. conſi.
27. & Carol. Ruin. conſi. 93. & conſ. 117. lib. 2. His
etiã accedit, quod cenſuit Bart. in l. Centurio. ff.
de vulga. n. 32. vbi ſingulariter inquit: quòd quã-
do in ſubſtitutione cõpendioſa apponũtur verba
tractum tẽporis requirentia, tunc ea ſubſtitutio,
nedum comprehendat ſubſtitutionem vulgarẽ
& pupillarem: Sed etiam fideicommiſſariam.
Quam opinionem ibid. Doctor. communiter ſe-
quuntur: Et etiam illã refert, & ſequitur Iaſſ. in
d. §. quidã rectè. nu. 45. & eſt de mente Fortunij.
ibidem, colum. 31. & Alciat. nu. 35. & 36. & 38. Pro
quibus facit quod notat idẽ Bartol. in l. Lucius.
num. 20. ff. de vulgari. vbi Areti. col. 5. Pariſi. qui
ſingulariter loquitur, conſ. 82. n. 4. lib. 2. Curtius
Iunior conſi. 48. nu. 4. Alciatus conſi. 201. nu. 45.
& 46. Quibus adiicienda ſunt ea, quæ ſupra iſto
lib. cap. 5. n. 27. dicta ſunt, & inferiùs etiam dice-
mus. Ex quibus hæc concluſio vera ac indubita-
ta cenſenda eſt: ſicque in caſu contingenti, pro-
nuntiatum vidimus.
¶ Conſequenter etiam & ſeptimò, ſe offert alia
16 regula, quòd ſcilicet † quando alicui bona aliqua
relinquuntur, ea lege, vt illa alteri reſtituat: ſi ſi-
ne filiis mortuus fuerit, ſi ille cũ filiis moriatur,
expirabit ſubſtitutio: etiam ſi filij eiuſdem ſine
filiis illicò mortui fuerint: vt probatur in ſimili,
ex tex. ſing. in l. cum vxori. C. quando dies legati
cedat, & in l. hæredibus. in princip. ff. ad Trebel.
Per quę iura dixit Oldral. cõſ. 21. incipien. Thema
tale eſt: ꝙ ſubſtitutio facta alicui ſub cõditione,
ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, deficit extanti-
bus liberis maſculis tempore mortis, quicquid
poſteà de liberis contingat. Cuius dictũ refert,
& ſequitur Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit.
de teſtam. §. in primis. vlt. q. Paul. de Caſtr. in l. ex
facto. §. pen. ad fin. ff. ad Trebel. Abb. conſ. 40. 1.
dubio. lib. 1. Alex. conſil. 31. nu. 1. lib. 3. vbi latiſſimè
Carol. Molin. in additio. litera. B. Iaſſ. in l. ſi quis
hæredẽ. n. 5. cum ſequen. vbi latiſsimè etiã proſe-
quitur materiã. C. de inſti. & ſubſti. Deci. in l. poſt
aditam. C. de impub. nu. 2. idem Deci. conſil. 63.
num. 2. & conſi. 287. num. 14. & 15. Bertran. conſil.
155. circa num. 4. lib. 1. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſer-
mone. ff. de verbor. ſignific. in regula, quã ex ea-
dem lege deducit. nu. 127. & in repe. l. ſi vnquam.
C. de reuocã. dona. verbo. ſuſceperit liberos. nu.
153. vbi



153. vbi plura in idem adducit Anto. Gabriel. lib.
4. com. opi. tit. de fideicom. conclu. 7. nu. 1.
¶His etiam accedit, quod eleganter cenſuerunt
Cinus, Alberi. & Bal. in auth. Sed ſi quis. C. de
ſecund. nupt. dicẽtes: quòd ſi princeps conceſſe-
rit alicui militi caſtrum ſub conditione, quòd ſi
deceſſerit ſine liberis, caſtrum reuertatur ad ip-
ſum, ꝙ ſi miles deceſſit cũ filiis: ẽt ſi poſteà eius
filii deceſſerint ſine liberis, caſtrum non reuer-
tetur ad principem donantem, ex quo ſemel cõ-
ditio reuerſionis defecta fuit. Quod etiam dixit
Bal. in l. fi. 25. quęſt. C. de hæredib. inſtituen. vbi
ſingulariter inquit: quòd ſufficit in negatiua cõ-
ditione excludenda primus & vnicus hæres il-
lius qualitatis. Quorum dicta ſequitur Palat. Ru-
ui. in repe. Rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 69. nu.
23. Idque etiã ſequitur Iaſſ. in d. l. ſi quis hæredẽ.
nu. 6. Deci. d. conſi. 63. nu. 2. & omnes Scrib. quos
ſuperiùs retulimus. Quod ea ratione procedit ꝙ
17 † ſufficiat conditionis implementum per momẽ
tum durare, vt cõditio perfectè impleta dicatur
d. l. ſi quis hæredem, cum ſimil. per quem tex. di-
cunt Scrib. in proprio loco ſatis eſſe conditionẽ
ſemel impletam eſſe: licet implementum non du
rauerit. Quibus plura cumulant Tiraquel. d. ver.
ſuſceperit liberos. nu. 151. atque Anto. Gabriel. d.
ti. de fideico. conclu. 8. nu. 1.
18 ¶Hæc † tamẽ communis opinio in Hiſpanorum
Primogeniis proculdubiò non procedit: imò ex
eorum natura ac perpetuitate, hæc conditio in
ipſis filiis ac etiam nepotibus, cæteríſque deſcen
dentibus repetita cenſenda eſt: non enim poteſt
aliter perpetuitas Maioratuum cõſeruari. Si. n.
exiſtentibus filiis illicò ſubſtitutio expiraret: ẽtſi
ipſi filii liberos non haberẽt, Maioratus ipſe, qui
ex ſui natura perpetuò durare debet, illicò defi-
ceret, bonáque libera efficerentur: ꝙ directè eiuſ
dem inſtitutoris menti repugnaret. Ideóque vt
eiuſdem memoria cõſeruetur, Primogeniúmq. ip
ſum perpetuum ſit, introductum eſt: vt ea condi-
tio perpetuò repetita cenſenda ſit: non. n. poteſt
aliter inſtitutoris voluntas durare, nec perpetua
effici. Quod probatur ex tex. in l. ſi quis ita lega-
uerit. ff. de cond. & dem. per quem tex. voluerũt
19 Scrib. in proprio loco, ꝙ † vbi diſpoſitio facta eſt
per verba habentia tractum ſucceſſiuum, nõ ſuf
ficit momentaneum implementum: ſed neceſſe
eſt, ꝙ ipſum implementũ duret. Quod ẽt probat
tex. in l. ſi à te. ff. ſi ſeruit. vendi. per quem tex. id
cenſuerunt Scri. in d. l. ſi quis hæredẽ. vbi Iaſſ. n.
14. 4. limitatione. Idem ẽt voluerũt Bal. Paul. Imo.
& Moder. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. Bal. in
l. humanitatis. C. de impub. n. 28. vbi eleganter in
quit: ꝙ aut conditio habet tractum de futuro ne
ceſſarium, & tunc in ea requiritur perſeuerãtia:
aut non habet tractum de futuro, & in ea perſe-
uerantia non requiritur. Idem Bal. in l. fi. nu. 1. C.
de indicta vidui. toll. Idem Bal. in l. in quib. ante.
nu. 1. C. de ſecund. nup. Quib. plura cumulat Ale.
qui pulchrè & ſingulariter loquitur in propoſi
to ſic limitans, & intelligens regulam, quæ colli-
gitur ex d. conſi. Oldradi. 21. De qua ſuperiùs me
minimus. conſi. 53. nu. 11. & nu. 12. vbi Carol. Mo-
lin. in addi. litera. C. lib. 6. Paul. de Caſt. qui opti-
mè loquitur conſi. 243. lib. 1. Ancha. d. conſi. 27.
Bar. Soci. conſi. 25. lib. 2. & conſi. 151. eod. lib. qui
eſt omninò videndus. Pariſi. qui reſpondet ad di-
ctum conſi. Oldral. in conſi. 18. nu. 43. lib. 2. qui
ſing. loquitur. Soc. Iuni. conſi. 42. nu. 25. lib. 1. Cur.
Iunior, qui etiam reſpondet ad dictum conſi. Ol-
dral. & ea, q̃ ſuperiùs adduximus conſi. 121. num.
10. cum pluribus ſequẽ. & præcipuè n. 15. & conſ.
111. nu. 5. cum ſequen. Guido Papæ deci. 531. vbi op
timè proſequitur materiam. Anto. Gabriel. d. tit.
de fideicom. conclu. 8. nu. 6.
20 ¶Quod comprobatur ex eo, ꝙ † quãuis dici ſoleat
verbum ſimpliciter prolatum, de primo intelli-
gendum eſſe, atque vno tantum actu conſumi,
ex l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. hoc tñ
limitandum eſt, niſi rei natura perpetua ſit. Tũc
namque, vt ſermones iuxta ſubiectam materiam
intelligantur, ea diſpoſitio ſic intelligenda eſt, vt
nõ in prima perſona ſeu in primo caſu finiatur:
ſed ad vlteriores in infinitum progrediatur, vt
cenſuit Alciatus in eodem §. hoc ſermone. Cuius
dictum refert, & ſequitur Tiraquel. ibidem limi
ta. 18. n. 1. Ideóque verba appoſita in priuilegio
non ſunt intelligenda de primo actu ſeu de pri-
ma perſona, cùm ea ſit priuilegii natura, vt ipſũ
priuilegium perpetuum eſſe debeat. cap. decet.
de reg. iur. lib. 6. Sícque in ſpecie voluit Felin. in
ca. 2. de treug. & pac. 7. limita. & Tiraq. qui plura
refert in d. §. hoc ſermone. limita. 8. Iacob. Philip.
Portius lib. com. opi. cõclu. 21. col. 4. ver. Decimò
limita. Quibus adiiciendũ eſt, ꝙ diſpoſitio facta
de filio incerto, non ad primum filium, ſed ad
omnes deſcendentes extenditur, ita, vt diſpoſitũ
in filio, in nepote, & pronepote, & vlteriorib. lo-
cum habeat. De quo infra iſto c. n. 26. & nu. 28. cũ
ſeq. tractabimus.
21 ¶Ex † quibus dari põt duplex intellectus ad clau
ſulam teſtamẽti Regis Henrici Secundi (de qua
pluries iſto lib. mentionem fecimus) cuius tenor
hodie inſertus eſt in l. 11. tit. 7. lib. 5. in noua ll. Re-
gni collectione.
¶Primus in illis verbis. *Pero toda via que los ayan
por Mayoradgo, e que finquẽ al ſu hijo mayor legitimo.*
Nã hæc verba non ſolùm de primo filio Maioris
ſed de omnibus filiis Primogenitis in infinitũ in
telligenda ſunt, ex Maioratus natura ac perpe-
tuitate quod in cap. præcedenti n. 21. & 22. latiùs
oſtendimus.
¶Secũdus in illis verbis. *E ſi muriere ſin hijo legitimo
ſe tornen los bienes delque aſsi muriere a la corona real
de nueſtros Reynos.* Nã quãuis, primus donatarius
filios habuerit eóſque tẽpore mortis reliquerit,
nõ remanet excluſa Regia corona, imò cùm ma-
teria ipſa ſit perpetua, ex Maioratus natura, tra-
ctúmq. ſucceſſiuum habeat in infinitum, cõditio
appoſita primo donatario in omnibus repetita
cenſenda eſt: ita, vt ſi nepotes, pronepotes, ſeu
vlteriores ſine filiis deceſſerint, bona ad Regiã
coronã reuerti debeant. Quod ẽt ex his quę infra
iſto cap. nu. 22. dicemus, comprobari poterit.
¶Hoc tñ, quod vltimò loco diximus, apertiſſimè
procedit vbi ex primo donatario ſeu eius deſcẽ-
dentib. alii filij ſeu deſcendẽtes non remãſerũt:
ſed qñ alij deſcẽdentes, ex primo donatario ſup-
ſunt, videtur dicẽdũ ad illos bona Maioratus eſſe
deuoluenda: ẽt ſi vltimus poſſeſſor filios, ſeu deſ-
cendentes nõ reliquerit. Quod probatur ex ipſa
Maioratus perpetuitate & natura: & ẽt ex eo, ꝙ
verbũ filius, in materia ꝑpetua appoſitũ omnes
deſcẽdentes cõprehẽdat, v inferius dicemus. Ex
quo fit, vt exiſtentib. deſcendentibus primi dona
tarij reuerſioni ad Regiam Coronã locus nõ ſit.

¶Cæterum in caſu, de quo agimus pugnat reuerſio ad Regiam Coronam cum ipſa Maioratus natura: ſi quidẽ rex ipſe Henricus ſecundus noluit bona hæc eſſe Maioratus ſimpliciter & abſolutè: ſed ea lege ac cõditiõe, vt vltimo poſſeſſore abſq. liberis deſcendẽte, ea bona ad Regiã Coronã reuerterentur, vt cõſtat ex illis verbis. *E ſi muriere ſin hijos legitimos, que ſe tornen los bienes, del que aßi muriere a la Corona Real.* Ergo is, qui vltimo loco mortuus fuerit, debet mori cũ filiis ſeu aliis deſcendentibus, vt bona ſua ad Regiã Coronã non reuertãtur. Ideóque etiam ſi ex aliis præcedentibus poſſeſſorib. filii remanſerint, non verificatur conditio: cùm hi reſpectu vltimi poſſeſſoris iam non deſcendentes: ſed trãſuerſales ſint. Ex quib. hæc q̃ſtio in hac ſpecie dubia cẽſenda eſt: ſicq́ue PalatiosRubios, qui illã ſolenniſſimè ad vtrãq. partẽ diſputauit in rep. Rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 69. n. 30. cum plurib. ſeq. illam bis cogitandam reliquit.

¶Nos autem dum cauſarũ Patroni munus ageremus, latiſſimè de huius clauſulæ intellectu diſſeruimus in cã arduiſſima, q̃ vertebatur inter comitẽ de Oñate & Fiſci procuratorẽ, & concilium, ac vicinos Vallis de Leniz ſuper dominio, & iuriſdictione eiuſdẽ Vallis. Facti autẽ ſpecies hæc erat, ꝙ præfatus Rex Henricus donauit prædictã Vallem de Leniz cuidam Bertrando Yañez de Gueuara cuius trinepos qui in dicta Valle de Leniz ordine ſucceſſiuo ſucceſſerat, abſq. liberis ac deſcendentib. deceſſit. Ob cuius mortem ſucceſſit in prædicta Valle Enecus de Gueuara Comes de Oñate, q. erat frater legitimus vltimi poſſeſſoris, atq. à præfato Bertrando Yañez deſcendebat. Quo præfatam Vallẽ poſſidente, Fiſci procurator conciliúmque eiuſdẽ Vallis petierunt, in Regio Valliſoletano conuentu declarari, eã Vallẽ ad Regiã Coronam reuerſam eſſe virtute prædictæ clauſulæ, ex eo ꝙ vltimus eiuſdẽ poſſeſſor abſq. filiis legitimis deceſſiſſet. Ex parte verò p̃fati Eneci de Gueuara reſponſum fuit, ſe à primo donatario deſcendere eáq. ratione reuerſioni ad Regiã coronã locũ non eſſe. In qua cã in eodem Regio cõuẽtu in prima inſtãtia in fauorẽ Regiæ Coronæ pronuntiatũ fuit. In ſecunda autẽ in fauorem præfati comitis, & contra Regiã Coronã. A qua vltima ſentẽtia fuit ſecũdo loco ad perſonam Regiam ſupplicatum negotiúmq. ipſum in Regio conſilio à grauiſſimis iudicib. viſum, poſt lõgáſque contentiones tandẽ fuit in fauorẽ Regiæ Coronę pronuntiatũ die 16. Septembris, Anni 1556. nobis contrariũ inſtanter defendentib. Et quanuis ex eiuſdẽ cauſæ allegationibus poſſemus hoc loco ad huius q̃ſtionis reſolutionẽ plures huius libri chartas cõſumere: id tamẽ facere non libuit ex eo, ꝙ ſiue ad Auſtrũ, ſiue ad Aquilonem declinemus ingens in vtroq. diſcrimen nobis manet. Si. n. opinioni noſtræ faueamus, rei iudicatæ authoritatẽ offendemus: ſi verò contrariã ſentẽtiam ſequamur meritò varietatis inſimulabimur. Ideóq. ea omnia in hac parte conſultò prętermiſimus, ꝙ noſtri inſtituti finis præcipuus ſit vniuerſalia, ex quib. plura decidi poſſint proponere: nõ autem ſingularia ac ſpecialia proſequi: quoniam, vt ait Ariſto. 1. poſteriorum, ſcientia nõ eſt rerum ſingularium, ſed vniuerſalium.

¶Octauo alia etiam ac frequentiſſima regula occurrit in Maioratib. Hiſpanorum interpretanda
22 ꝙ ſcilicet † ſemel excluſus perpetuò excluſus, cẽſeatur: ita, vt vlterius ſuccedere nõ poſsit quãuis ille qui eum excluſit moriatur abſque filiis ac deſcendentibus. Ex qua regula plerúnq. Scriben. dicere ſolent fœminam ſemel excluſam ſeu lineã ſemel excluſam, perpetuò excluſam cenſendã eſſe, ex deciſione tex. à quo prædicta regula deriuatur in c. 1. §. quin etiam Epiſcopũ, vel Abbatẽ. in vſib. feu. per quem tex. id notant And. de Iſer. Bal. Aluaro Prępo. & communiter Scrib. ibidem. Idipſum etiam notat Bar. loquens in fœmina excluſa per ſtatutum in l. fi. §. quando impendenti. ff. ad Tertul. n. 2. ad fi. Bal. in auth. ſed & ſi quis. n. 6. C. de ſecund. nup. idem Bal. in l. in quibus. C. eo. ante nu. 1. Idem Bal. in l. 2. n. 7. C. de libe. pręte. Cuius dicta refert & ſequitur Paul. ibidem. nu. 2. Alex. conſi. 20. n. 7. & 8. li. 1. Soci. conſ. 50. n. 1. lib. 3. Deci. conſ. 309. nu. 5. Alber. Brun. qui plura refert in tracta. de ſtatu. excluden. fœminas. 10. artic. principali. q. 5. fol. 53. col. 2. & 3. verſ. Quinto quæro. Pariſ. conſi. 22. nu. 15. & 16. lib. 1. & conſil. 23. n. 50. & 51. eo. lib. Gozad. conſi. 8. nu. 9. & nu. 52. Carol. Ruinus conſi. 9. lib. 1. Soci. Iuni. conſi. 1. nu. 65. lib. 1. Marcus Mantua. conſi. 333. nu. 2. lib. 1. & alibi ſæpè Scriben.

¶Hæc autem regula in Hiſpanorũ Primogeniis propter eorum naturam ac perpetuitatem nõ ꝓcedit. Cùm enim Primogeniorũ ſucceſſio in primo vel ſecundo ſucceſſore non [illegible]atur, ſed perpetuò durare debeat: conſequens eſt, vt ſemel excluſus, non debeat cẽſeri perpetuò excluſus: ſed ſolùm ſuſpenſus ab ipſa Maioratus ſucceſſione donec durauerit perſona, q̃ ipſũ excluſit ſeu eius deſcendentes. Ea autem abſque deſcendentibus extincta, poterit ei, qui ſemel excluſus fuit eiuſdẽ Maioratus ſucceſsio deferri Nõ. n. poſſet aliter Maioratus ipſe perpetuus effici. Idque in ſpecie Hiſpanorum Maioratuum dixit Paul. Caſtrẽ. conſi. 164. n. 11. lib. 2. vbi optimè proſequitur materiam Ludo. Bologninus, qui id etiam elegãter declarat conſi. 62. col. pen. & fin. Alex. conſil. 53. nu. 11. & 12. lib. 7. Pariſ. qui hoc melius, quàm alius cõprobat conſi. 72. nu. 100. cum ſequentib. lib. 4. Idque clariſſimũ eſt cùm ſit regulare, quòd quoties quis non eſt excluſus ſimpliciter à ſucceſſione: ſed ſolùm ab illa temporaliter ſuſpẽſus (vt in Primogeniorum ſucceſſione contingit) ſemel excluſus perpetuò excluſus non cenſeatur: ſed admittẽdus ſit ceſſante cã excluſionis, vt in ſpecie dixit Bal. in d. c. 1. §. quin etiã Epiſcopũ vel Abbatẽ. n. 3. Quẽ ibi cõmmuniter Scribentes ſequutur Bar. in d. l. fin. ff. ad Tertulia. §. 1. numer. 2. Bald. in. auth. ſed et ſi quis. num. 6. Decius conſi. 390. nu. 4. Pariſius conſi. 72. nu. 102. lib. 4. & omnes Scribentes, quos ſuperiùs citauimus, dicentes ſemel excluſum perpetuò excluſum cenſendũ eſſe. Qui omnes diſtinguunt inter ſimplicem excluſionem ſeu ſuſpenſionem temporalem, vt in primo caſu ꝑpetuò excluſus cẽſendus ſit: in ſecũdo verò nõ, ſed admitti debeat ceſſante excluſione. Quod ẽt ex rationib. quas ſupra iſto c. n. 18. cũ ſequẽtib. adduximus cõprobari poterit. Quæ omnia mẽti tenenda erunt. Vidimus namq. frequentiſſimè grauiſſimos viros in huius regulæ applicatione ęquiuocè proceſsiſſe.

¶Non ẽt ea iuris communis regula in Hiſpano-
23 rum Primogeniis occurrit interpretanda: † quod ſcilicet repetitio conditionum inducenda nõ ſit niſi in certis caſib. & certis qualitatibus concurrentib. vt in ſpecie cẽſuit Bart. in l. in repetẽdis. ff. de lega. 3. Idem Barto. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo inſtruct. Bald. & Scribentes. in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad legem Aquil. Iaſſ. in l. ſi creditori. numero 9. ff. de lega. 1. Corne. conſil. 78. lib. 2. Pariſ. latiſſimè conſi. 18. nume. 8. & num. 22. cum pluribus ſequentibus. lib. 2. Deci. in cap. 1. de iudi. num. 22. Quod præſertim procedit vbi cõditio, de cuius repetitione tractatur odioſa eſt ac contra iuris communis diſpoſitionem. Tunc enim repetitio conditionis fienda non eſt, vt probatur ex tex. in l. pater filium. §. fundum Titianũ ff. de legat. 3. Et Scriben. (quos nuper retulimus) aduertunt, de quo nos infra. lib. 3. cap. 5. cõcluſione 11. latiùs tractabimus.



¶Hæc tamen, vbi agitur de Hiſpanorũ Primogeniorum perpetuitate conſeruanda, non procedũt
24 imò omnis † conditio quæ ad ipſius Maioratus ꝑpetuitatem conſeruandam neceſſaria fuerit, ſemper repetita cenſenda eſt, ſiue ipſa conditio fauorem ſeu odium contineat, ſiue ſit ſecundum ius ſeu præter, aut contra ius. Cũ enim conſtet teſtatorem Maioratum inſtituiſſe, ex eo conſequitur voluiſſe hæc bona perpetuò in ſua familia cõſeruare, quod fieri non poteſt: niſi conditiones ipſã perpetuitatem attinentes repetantur. Ideóque ſuccedit regula † vt ex veriſimili mente teſtantis
25 conditiones in vna ſubſtitutione appoſitæ, ſẽper in alia repetitæ cẽſeantur. l. cum ſeruus. l. Iulius Paulus. ff. de conditio. & demonſtr. Scri. in l. cum ſeruus. ff. de cõdict. indeb. Bart. in l. Seię. §. Caio. nume. 2. ff. de fund. inſtru. Domini. & Fran. in ca. mandatum. de reſcrip. lib. 6. Areti. conſi. 1. nu. 14. & conſi. 171. num. 1. Alexand. conſi. 47. num. 3. lib. 5. Deci. conſi. 15. nume. 2. Idem Deci. conſi. 480. num. 4. & 5. Curti. Iuni. conſi. 112. num. 7. Pariſi. conſi. 18. num. 35. lib. 2. & alibi ſępè Scrib. Quibus adiicitur, quod quanuis alienationis prohibitio odioſa ſit: ſi tamen ea cauſa expreſſa facta fuerit vt bona perpetuò in familia conſeruentur; etiãſi ſolis filiis appoſita ſit, in omnes alios deſcendentes in perpetuum repetita cenſeatur, vt latiſſimè ſupra iſto lib. cap. 4. nu. 29. cum ſequentibus reſoluimus. Quæ repetitio ex mẽte teſtãntis ac Maioratus perpetuitate aduerſus communes iuris regulas deducitur.

¶In hoc tamen obſeruandum erit in Maioratib. Hiſpanorum non eſſe inducendam repetitionẽ maſculinitatis ex hac Maioratus perpetuitatẽ.
26 Quanuis † enim omnium conditionũ, quę ad perpetuitatem eiuſdem neceſſarię ſunt, repetitio fãcienda ſit: hæc tamen maſculinitatis repetitio, ad perpetuitatẽ Maioratus neceſſaria non eſt cũ poſſit Maioratus tam in fœminis quàm in maſculis perpetuus eſſe, & hęc maſculinitatis repetitio vt fœmina proximioris gradus excludatur, fit quodãmodo aduerſus Maioratuũ Hiſpanorũ naturam, vt ſupra iſto lib. cap. 3. num. 5. & 6. oſtenſum eſt. Ex quo conſequitur non eſſe in Hiſpanorum Maioratibus maſculinitatis repetitionem faciendã ea ratione vt Maioratus perpetuitatis cõſeruetur: ſed ex eo quòd eiuſdem inſtitutor agnationem etiam contra Maioratuum cõmunes regulas cõſeruare voluerit, quod ex ratiõe expreſſa & aliis coniecturis efficiendum erit, de quib. infra. lib. 3. latiùs agemus, vbi hanc excluſionis ſeu admiſſionis fœminarum materiam Deo duce copioſiſsimè tractabimus.

¶Decimo id etiam in Hiſpanorum Primogeniis conſiderãdum eſt, quòd quanuis verum ſit, quòd
27 appellatio † filiorum ex propria ſignificatione nepotes ſeu alios deſcendentes non comprehẽdat: nec etiã ex vi comprehẽſiua, ſeu interpretatiua quando agitur de interpretatione fideicommiſſi quod onus continere cẽſetur. Bart. & cæteri. in l. liberorum. & in l. iuſta interpretatione. Vbi ꝑ Alciat. ff. de verborũ ſigni. l. quod ſi nepotes. vbi per Scriben. ff. de teſta. tutela. Barto. vbi etiam Scrib. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſthu. Tiraquel. qui plura refert de Primoge. q. 40. nu. 55. & 56. Curtius Iuni. conſi. 111. num. 2.
28 ¶In † Hiſpanorum autem Primogeniis, verbũ filiorum, non ſolùm nepotes verum etiam omnes alios deſcendentes in infinitum comprehendit: etiamſi ea Primogenia fideicõmiſsis ſimilia ſint, reſpectúque aliorum filiorum grauamẽ ac onus contineant. Quod probatur ſolidiſsima ratione: Nã Maioratus natura perpetua eſt in omnes deſcendẽtes atque cęteros etiam tranſuerſales, qui ex propria inſtitutoris familia ꝓcedunt, vt ſupra iſto lib. 4. oſtenſum eſt. Cùm igitur natura Hiſpanorum Primogeniorum perpetua ſit: conſequẽs eſt, vt ea interpretatio capienda ſit, ex qua perpetuitas ipſa in omnes deſcendentes conſeruetur. non autem ea ex qua ſtatim ſubſtitutiones in primo gradu filiorum finiantur. Ideoque cõmunis ac vera reſolutio eſt, quòd quando bona debent perpetuò in familia conſeruari, vel aliter conſtat de voluntate teſtantis, quòd velit, vt eius diſpoſitio perpetua ſit, verbum filiorum, nõ ſolum nepotes, verum etiam omnes deſcendentes comprehendat. Quod probatur ex tex. in d. l. liberorum. ff. de verborũ ſigni. ibi: *Niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat.* Idque cenſuit Soci. conſil. 250. col. 3. lib. 2. Tiraquel. de Primoge. q. 40. nume. 156. Gozadi. conſil. 36. num. 11. Curti. Iuni. d. conſil. 111. nume. 10. & 11. vbi ſing. proſequitur materiam. Deci. conſil. 498. nume. 19. Pariſius conſil. 62. nu. 107. libro 4. Soci. Iunior. conſil. 108. num. 2. lib. 2. Idque in Hiſpanorum Maioratibus dixit Palat. Ruui. in repet. Rub. §. 69. nume. 21. cum ſequen. & Couarru. in qq. practi. quæſtio. 38. nume. 6. & 7. & in feudis probat text. in cap. 1. §. ſi clientulus. de alie. feud. vbi Bald. & communiter Scriben. Alexand. qui plura refert in l. Gallus. §. inſtituens. num. 8. ff. de libe. & poſthu.

¶Hoc etiam comprobatur ex alia regula, quòd
29 quãdo † teſtator prouidet deſcendẽtiæ ignotę, diſpoſitióq. eius non ad cæteros ac determinatos filios refertur: ſed in incertum futurúmque euentum protrahitur (vt fieri ſolet in Hiſpanorum Primogeniis) verbum filiorum nepotes etiam ac omnes alios deſcendentes comprehendit. Quod notat Ioãnes de Imol. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de libe. & poſthu. fina. col. verſ. ſed potes dicere; cuius dictum refert & ſequitur Soci. ibi. num. 5. & Alexan. num. 7. & Iaſſ. num. 23. idem Alexand. in addi. ad Barto. in l. Lucius. ff. de hæredib. inſtituen. litera. C. Soci. in l. cum auus. nume. 80. ff. de condi. & demonſtra. Idem Soci. conſi. 47. num. 3. lib. 3. Alexan. conſi. 26. num. 5. lib. 3. Matthæus de afflictis. in cap. 1. de natu. ſucce. feu. in prin. n. 46. Couarru. lib. 3. reſolu. cap. 5. num. 3. Gozadi. conſil. 36. num. 1. Quibus adiicitur quod voluit Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitu. n. 39. vbi ſing. inquit: quòd quando materia eſt indifferens quo ad gradus prout eſt Maioratus inſtitutio, vbi indifferenter omnibus gradib. deſcendentiũ in infinitum abſque particulari alicuius affectione

prouidetur,verbum filiis comprehendit totã li-
neam deſcendentium.Cuius dictum refert & ſe
quitur Iaſſ.in l.de quibus.ff.de legibus.num.20.
Deci.conſi.299.nu.8.Pariſius conſ.52.nu.24.li.2.
& conſi.78.nu.11.& conſi.86.nu.23.eod.li.Caro-
lus Ruinus conſi.35.nu.3.& 14.lib.1.& conſi.140.
nu.5.& conſil.115. nu. 11.lib.3.Soci.Iunior.conſil.
108.nu.1.lib.2.& conſi.1.nu.38.lib.3. & Anto.Ga-
briel.lib.6.com.opi.ti.de verb.ſig.nu.36.& ibi la
tiſſimè tractat per totam conclu.quando appella
tio filiorum nepotes comprehendat.

¶Vndecimo, illud etiam in Hiſpanorũ Primoge
niorum materia obſeruandum erit,quòd quãuis
30 verũ ſit,quòd †prohibitio alienationis facta per
teſtatorem ſine cauſa,alienationem impedire nõ
ſoleat dicatúrq.nudum pręceptum, quod ſucceſ
ſores nõ aſtringit,vt probatur ex tex.in l.pater fi
lium.§.Iulius Agrip.ff.de lega. 3.& in l.filius fa-
milias.§.diui.ff.de leg.1.& vtrobique cõmuniter
Scrib.l.Lucius in princi. ff.de leg.3.l.quoties.C.
31 de fideicom.l.44.tit.5.par.5.†In Hiſpanorum au-
tem Primogeniis propter ipſorũ peculiarem na-
turam ac perpetuitatẽ eo ipſo,quòd quis ſe Ma-
ioratũ facere expreſsè profitetur,ſeu id ex cõie-
cturis elicitur, prohibitio alienationis,etiã nulla
alia cauſa adiecta, alienationem dominijq.tranſ
lationẽ impediet.Maioratum namq́ue inſtituens
hoc diſponere cenſetur,vt bona perpetuò in Pri
mogenitis familiæ ordine ſucceſſiuo cõſeruẽtur
etſi id non expreſſerit, cũ hoc ex ipſa Maioratus
natura procedat. Ideoque cùm nulla alia ꝓhibi-
tionis ratio in alienationis ꝓhibitione aſſignari
poſſit illa expreſſa cenſetur. l.quamuis, vbi gl.&
communiter Scrib. C.de fideic. quod ſupra iſto
lib.c.5.nu.9.latiùs oſtendimus.

¶Nec mirum id cenſeri debet:cùm omnes Scri.
32 indifferẽter cenſeãt† prohibitionis alienationis
cauſam,ſiue expreſſam,ſiue ex rei ſeu perſonarũ
qualitate ſubintellectam,eãdem prohibitionem
efficacem reddere, nec eſſe nudũ alienatiõis præ
ceptum illud,quod ex cauſa tacita vel ſubintelle
cta veſtitur,vt cenſuit Bart.in d. l.filiusfamilias.
§.diui.ff.de leg.1.nu. 4.vbi Iaſ. nu.8. & nu.26.in 1.
lectura,& communiter Scrib. Idque etiã tenuit
gl.1.in l.quoties ab omnibus,vbi per Scrib.C. de
fideicom.Deci.conſil.23.n.5. Tiraquel. qui plura
refert de vtroq. retractu.in pręfatione.n.39.An-
to.Gomet.in l.40.Tauri.n.38. Peralt.in l. 3. §. qui
fideicommiſſam. n.30.ff.de hæredi.inſti.Ideóque
33 is † qui extra familiã bona alienari prohibuit,ea
ratione & cauſa id facere cenſendus eſt,vt bona
in familia cõſeruentur,etſi id nõ expreſſerit, gl.
1.in d.l.quoties ab omnibus quã ſequuntur Scri-
ben.ibidem.Quod etiã arbitratur gl.in d.l.filius-
familias.§.diui.verb.cauſam.Dec.conſi.481.nu.1.
Tiraquel.de retract. in præfatio.nu.50. Qua ra-
tione in Hiſpanorũ Primogeniis alienationis pro
hibitionem abſque cauſæ expreſsione factã,non
dici nudum præceptum : ſed validam ac efficacẽ
eſſe,cẽſuit in ſpecie,nihil ex his, quæ paulò antè
citauimus,ad id referens Greg.Lopi.in l.6.tit.11.
part.5.in gl.verb. *Ea ſus herederos*. Idq. veriſsimũ
eſt.¶Quibus adiiciendũ eſt , quòd quando bona
ſunt reſtitutioni, ſeu fideicõmiſſo ſubiecta, tunc
alienationis prohibitio, etiã ſine cauſa facta vali
da eſt,obtinétq. effectus expreſſæ prohibitionis,
ex eo,ꝙ concurrit cũ prohibitione legali : quod
dixit Alex,in l.quidam teſtam.§.fi.nu.2.& 3.ff.ad
Trebel.Idque apertius notant Carol. Ruin.cõſi.
211.nu.18.lib.2.atque Gratus conſil.21.nu. 14.cum
ſequen.lib.2.

¶Duodecimo ea etiam regula occurrit in Hiſpa
34 norum Primogeniis interpretanda,†ꝙ quamuis
verum ſit,quando teſtator prohibuit alicuius rei
alienationẽ extra familiã nõ oſtante huiuſmodi
alienationis prohibitione , poſsit prohibitus in
ea illum hæredẽ inſtituere , qui ſibi ab inteſtato
ſucceſſurus erat:etiãſi is ex teſtantis familia non
ſit:tametſi non poſsit in ea, hæredem extraneum
inſtituere.Tex.celebris ac ſing.in l. cum pater.§.
cũ inter.ff.de leg.2.per quẽ tex. id cẽſuit gl. in l.
pater filium.§.Iulius Agrippa.verb.factum.ff.de
leg.3.quam ſequitur Bar.in l.peto.§.fratre.n.2.ff.
de leg.2.Idque etiam voluit idem Bar.in d.§.cum
inter.vbi Cuma.& Imo.teſtãtur eam eſſe commu
nem opinionem.Eandemq.opinionem dixit eſſe
communem Iaſ.in l.voluntas.C.de fideicõmiſſis
nu.9.Idem Iaſſ.poſt cæteros Scri.in l.ſi ita quis.§.
ea leg.ff.de verbo.obliga.nu.7.vbi Zaſius. nu.15.
Idem Iaſſ.in d.l.filiusfamilias.§. diui.ff.de lega.1.
nu.101.in lectura,& in repe.nu.135.& ibi Ripa.n.
97.& Crotus.n.112.& Loazes.nu.182. Qui omnes
hanc communem opinionem eſſe teſtantur.Idq.
etiam dixit Alexand. conſi.56. nu.6.lib.1.Iaſſ.qui
copioſè proſequitur materiam, conſi.31.lib.3.per
totum conſil.& conſi.96.nu.2. vſque ad finem li.
4.Tira.qui plura refert. de vtroque retract.§.26.
glo.1.nu.4.Soci.Iunior.conſi.163.nu.3.li.2.Couar
ru.in c.Rainaldus in prin.nu.8.de teſta. Ant.Ga-
briel.lib.4.communium opi.tit. de fideicom.con
clu.10. nu.1.cum ſeq. & alibi ſæpè Scrib.adeò vt
nullo pacto dubitari poſſit, quin iſta opinio com
muni Scriben.voto recepta ſit.

35 Hæc†autem communis opinio:quãuis vera eſſet
(de quo ſtatim dicemus) In Hiſpanorum Primo
geniis nõ procedit.Cùm enim ex Primogeniorũ
natura, bona eiſdẽ ſubiecta perpetuò in familia
conſeruanda ſint,primogenitíſque proprię fami
lię,in perpetuum deferenda:non poteſt quidpiã
aliud naturę Primogeniorũ magis aduerſum di-
ci: quã quòd bona Primogenio ſubiecta, poſſint
ex inſtitutione deferri ei, qui ex ipſa familia nõ
ſit:etiãſi ex alterius familiæ cõiunctione vltimo
poſſeſſori proximior eſſet eique foret ab inteſta-
to ſucceſſurus. Expiraret namque ex huiuſmodi
inſtitutione Maioratus ſucceſsio,bonáq.extra fa
miliam eius inſtitutoris deuoluerentur,quod cõ
tra Hiſpañorũ Primogeniorũ naturã mentẽque
inſtitutorum futurum eſſet.Idq́. adeò clariſſima
ratione conſtat,vt nullo alio iuridico fundamen
to ad eius vlteriorem comprobationem opus ſit.

¶Sed vt id clarius efficiatur,conſiderandũ eſt,ex
hoc verbo Maioratus,quoddã veluti fideicõmiſ-
ſum perpetuum inter omnes,qui ex familia inſti
tutoris,proceſſerint,iniunctũ cenſeri,vt apertiùs
ſupra iſto lib. c. 4.oſtenſum fuit:hocq́.bonorum
Maioratus dominium in eiuſdẽ poſſeſſore ad vi-
tam tantùm eiuſdem reſtrictum eſſe,eoq́.moriẽ-
te illicò expirare,nec ad eius hæredes legitimos,
nec extraneos pertinere,vt infra iſto li.c.18.dice
mus.Cùm igitur bona hęc fideicõmiſſo ſubiecta
ſint,dominiúmq. eorũ morte Maioratus poſſeſſo
ris expiret:cõſequens eſt, vt ipſe in eis bonis nõ
poſsit legitimum: nec extraneum hæredem inſti
tuere.Non enim poteſt plus iuris in hęredẽ trãſ
ferre:quàm ipſe habeat. l.nemo. cũ ſimilib.ff.de
reg.iur.Quod fundamentum adeò pro hac parte
ſtringit, vt nullo pacto conueniens reſponſum
admittere



admittere poſſit.Ideoque hi,(qui præfatam com
munem opinionem:quòd ſcilicet prohibitus alie
nare extra familiã,poſſit in re prohibita alienari
legitimum hæredem inſtituere,cenſuerunt:) illã
limitare ſolent:niſi res ipſa fideicõmiſſo ſubiecta
ſit.Tunc enim cenſent ea bona nõ poſſe ex hære
disinſtitutione in legitimum hæredem trãſferri:
ſed ad fideicõmiſſarium illicò deuolui.Quod cẽ-
ſuit Ripa.in l.filiusfamilias.§.diui.ff. de lega.1.n.
99.& ibi Ambro.de Opizo.num. 172. Idque etiã
nouiſſimè ſequitur.D.Anto.de Padilla in l.volũ-
tas.nu.15.C.de fideicõ. atque ſic optimè reſoluũt
Carolus Ruinus conſil.208.num.19.ad fin.lib.1.&
Burgos de pace in procе.ll.Tauri.nu.352.

¶Quod eo maximè aſſerendum erit quòd quãuis
opinio gl.in d.§.Iulius Agrippa, communi Scri-
bẽ.ſententia probetur:ea tamen proculdubiò fal
ſa cenſenda eſt. Quando enim teſtator prohibet
bona ſua extra familiam alienari:id præſertim ef
ficere cupit,vt huiuſmodi bona ꝑpetuò in fami-
lia conſeruentur,nec ad aliũ,qui ex familia eius
non ſit, deuolui poſſint.Quid igitur magis volũ-
tati teſtãtis aduerſum effici poteſt,quàm quòd ea
bona,quæ ipſe voluit in familia cõſeruare,in ex-
traneum transferatur ? Quod ſi replicetur id in
hæredem legitimum vltimi poſſeſſoris non in ex
traneum effici poſſe,adhuc nõ poſſumus hãc dif-
ferentiæ rationem percipere.Si enim teſtator vo
luit bona in propria familia cõſeruari , nil refert
in hæredẽ extraneũ an legitimum alienẽtur,cùm
hæres extraneus & legitimus ex eius familia nõ
ſint imò ab ea ambo penitus extranei reputẽtur.
Ideóque hanc opinionẽ aduerſus cõmunem ſe-
quutus fuit Bal.in l.peto.§.fratre.n.1.ff.de lega.2.
poſt Petrum de Bella Pertica, quẽ ſequitur Imo.
ibidem,& Fulgoſ.conſ.117. Salic.in l.ea lege.n.14.
C.de condi. ob cauſ.poſt Petr. de Bella Pertica
ibidem.Dec.conſ.23.n.6.In quo conſilio copioſè
ac ſubtiliter hanc materiam proſequitur.Gratus
conſil.68.nu.6.& 7.cum ſeq.lib.2.Crotus in l. fi-
liusfamilias.§.diui.nu.111.ff.de lega.1.vbi Ambro.
de Opizo.n.172.id ipſum annotauit. Dida.de Cõ
uarrub. qui plures alios in idem refert in c.Rai-
nald.nu.8.& 9.de teſta. qui reſpondet ad ea.quæ
in contrariũ adducebãtur.Idque nouiſſimè, inge
nioséque,(vt aſſolet) fecit D.Anto.de Padilla in
l.voluntas.nu.13.C. de fideicõ. qui in id omninò
vidẽdus eſt.Quod in ea ſpecie apertiùs procedit,
in qua teſtator bona extra familiã alienari prohi-
buit,vt in propria familia perpetuò conſeruẽtur.
Quo caſu inter omnes,qui ex familia procedunt
fideicommiſſum iniunctũ eſſe cenſetur, vt ſupra
iſto.lib.c.5.nu.16.latiùs oſtendimus.Sẽtitq́ue Cõ
uarru.in d.c.Rainald.nu.9.Quanuis quod ad hãc
opinionem attinet, nobis ſatis perſuaſum ſit idẽ
eſſe,ſi teſtator ſolùm alienationem extra familiã
prohibuerit.Id namque quo ad prohibitionis ef
ficaciam eiuſdẽ effectùs eſt,ac ſi teſtator bona ea
ratione expreſſa alienari prohibuerit , vt in eius
familia conſeruentur.vt ſupra iſto c.n. 33. proba-
uimus.Idque veriſſimũ mihi videtur,in Maiora-
tibúſque Hiſpaniæ apertiùs procedere.Sícq.quo
tidiè intelligitur,ac practicatur, de quibus tamẽ
in huius opi.comprobationem videnda ſunt quæ
latiſſimè congerit Anto.Gabriel d.tit.de fideicõ-
miſ.conclu.10.nu.5.7.& 12.

36 ¶Decimotertio† in Maioratibus Hiſpaniæ etiam
non procedit illa regula,quod prohibitio aliena-
tionis facta in contractu,non impediat bonorũ
alienationem:ſed ad intereſſe agendũ ſit.De qua
in l.ea lege.C.de condi.ob cauſ.cùm enim Majo
ratus perpetuus eſſe debeat,ad ſequẽtémque ſuc
ceſſorem,poſſeſſore moriẽte deferri bonáque per
petuò in familia conſeruãda ſint:nõ poteſt in Ma
ioratibus hæc diſtinctio ſeruari:imò ſiue Maiora
tus in contractibus,ſiue in teſtamẽtis inſtituãtur
ea prohibitio præcisè ſeruãda erit, alienationẽm
que ſequentem nullam efficiet,alioqui bona Ma
ioratus facilè diluerẽtur,ac deſtruerentur quod
nullatenùs dicendũ erit.Idque verum ac iuridicũ
eſt,vt nos infra iſto lib.cap.12.nume.27.& 28. la-
tiùs & apertiùs probabimus.

¶Decimoquarto ſe offert alia communis regula
37 quòd† ſcilicet vbicunque ad aliquã ſucceſſionẽ
vocantur hi,qui per lineam maſculinã deſcendũt
fœmina,quæ a maſculo deſcẽdit in hac vocatio-
ne cõprehenſa cenſenda ſit. Non enim diſponẽs
voluit,quòd deſcẽdens ipſe eſſet maſculus ſed ſo
lùm quòd per lineam maſculinam deſcenderet.
Quod in fœmina quæ ex maſculo deſcendit veri
ficatur.gl.ordin.in l.Gal.§. nunc de lege Velleia.
verbo.Nam etſi.fina.verbis.ff.de libe. & poſthu.
quam ſequuntur ibidem Bal.col.fin.Paul.n.4. &
5.Alex.nu.3.Iaſſ.nu.9.cum plurib.ſeq.& commu
niter Scrib.Pro qua gl.& communi.opi. eſt tex.
formalis in §.cæterum.ad fi.ibi,Per virilem ſexũ
deſcendẽtes ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint.Inſt.
de legiti.agnato.ſucceſſio.l.lege 12.tabularum.§.
huiuſmodi.C.de leg.hære. vbi eadem verba cõ-
tinentur.Sícque ex dictis iuribus id ipſum verũ
eſſe profitentur Iaſſ.in l.205.C.de iur.emphi. So.
conſil. 51.nu.6.lib.4.Pariſi.conſil.47.nu. 43. lib.3.
Curtius Iuni.cõſi.5.nu.10.Soc.Iuni.conſ.30.n.49.
cum ſequen.lib.1.Sigiſmundus conſil.39. nu. 14.
Qui hanc communem opinionem appellat.

38 ¶Hæc†autẽ communis opinio in Hiſpanorũ Ma
ioratibus non procedit.Cùm enim eorũ natura,
atque agnationis conſideratio perpetua ſit,eorũ
q́ue ſucceſſio in vno actu conſumatur : conſe-
quẽs eſt,vt in vocatione facta de linea maſculorũ
fœmina vocata cenſenda non ſit.Non enim cẽſe
ri debet vocata ea perſona,quæ agnationẽ in po
ſterum ſupprimere debet, & cuius deſcendentes
ſiue maſculi,ſiue fœminæ ſint in eo Primogenio
ſuccedere nõ poſſunt.Imò idem in hoc caſu iudi
candum erit de cauſa:quod de cauſato.Quod cõ
prehenditur ex eleganti doctrina Pauli in l.mari
tus.nu.5.C.de procurat.vbi proponit quæſtionẽ,
Vtrũ in emphiteoſi conceſſa alicui pro ſe & libe
ris per lineam maſculinam deſcendẽtibus ſucce-
dat filia ipſius cõcedentis,& reſpondet,quòd nõ
tribus rationibus. Quarum vltima noſtrũ caſum
comprehendit.Inquit enim,quòd intentio cõce-
dentis emphiteoſim,fuit,quòd ea nõ tranſiret ad
cognatos:ergo licet filia ſit agnata,debet excludi
ne per ipſam emphiteoſis veniat ad agnatos , &
ſic ea cõceſſio intelligenda eſt de liberis:ſcilicet
maſculis & deſcendentibus ex maſculis.Quã Pau
li doctrinã ſequuntur recentiores in d.§.nunc de
lege Velleia.Alex.conſ.53.n.6.li.6. Curtius Iun.
in l.1.n.21.C.vnde vir & vxo.& in l.qui ſe patris.
nu.77.C.vnde libe.Carolus Ruinus conſil.110. n.
14.lib.2.Soci.Iuni.conſil.1.nume. 117. lib.1. Cro-
tus dicens hanc eſſe com.op.in rep.§.diui.l.filius
familias.ff.de lega.1. num.10.& ibi Loazes num.
6.quod etiam profitentur Pariſi.conſil.22.nume.
44.lib.3.& Pinel. in l. ſi viua matre. C. de bonis
mater.num.36. quanuis ipſe ab hac opi.diſcedat.

Ea tamen opinio ſic intellecta vera eſt, ceſſátque altercatio Alexan. So. & aliorum Scriben. in d. §. nunc de lege Velleia. dicentiũ multùm intereſſe an diſponẽs vocet deſcendẽtes per lineam maſculinam: an ex linea maſculina. Verè nãque inter hæc verba nihil intereſt, ſed tota differentia aſſignãda eſt in hoc: vtrũ ſcilicet diſpoſitio finiatur in ipſo deſcendente ex virili ſexu, & tũc fœmina cõprehẽdatur, an verò ad alios deſcẽdentes pertranſire debeat, & tunc ſicut deſcendẽtes ex fœmina excludũtur, ita & ipſa fœmina excludi debeat. Sicque id nouiſſimè declarat atque reſoluit Carolus Ruinus con. 208. n. 7. li. 1. Curtius Iunior conſil. 154. nu. 13. cum ſequen. Idque verumatque probabile mihi videtur ex Primogeniorum natura ac perpetuitate, comprobatúrque ex his quæ in ſequenti regula dicẽtur: de quo tamen videnda ſunt ea quæ infra lib. 3. c. 5. 12. concluſione dicemus.

¶Decimoquintò occurrit alia regula cõmunis &
39 vera, ꝙ ſcilicet † vbicunque agnati vocantur ad alicuius rei ſucceſſionẽ, fœmina à maſculo deſcẽdens ab ea ſucceſſione nõ excluditur, cùm ea agnata ſit. l. pronuntiatio. ad fin. ff. de ver. ſign. d. l. duodecim tabularum. C. de legi. hære. l. 2. ff. eod. tex. in §. cæterum. Inſti. de legi. ag. ſucceſſio. Quod procedit etiam ſi fœmina nupta ſit. Ea nãque ex matrimonio ius agnationis non amittit. l. voluntas. C. de fideicom. vbi Paul. nu. 1. & Iaſſ. ante nu. 1. & alij annotare ſolent. Deci. in l. fœminæ. n. 92. ff. de reg. iur. Pariſi. conſil. 47. nu. 56. lib. 3. & alibi ſæpè Scrib.

40 ¶Hoc † tamen in Hiſpan. Primogeniis non procedit, cum enim eorum natura perpetua ſit, nec eorũ ſucceſſio in vno actu conſumatur, cenſendũ eſt eũ, qui in Primogenij ſucceſſione cognatos excluſit, per conſequens excluſiſſe fœminã agnatã, per cuius medium ſtatim deueniri debet ad cognatorũ ſucceſſionẽ, & in cuius perſona agnatio ſupprimitur & penitus aboletur. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbo. ſig. cum ſimilib. Quod ex eiſdem rationibus, quas paulò ante adduximus, apertiſſimum redditur, & ex eo ẽt, quòd quando aliquid prohibetur, cenſentur prohibita oĩa illa per quæ peruenitur ad illud. l. fina. C. de reb. alie. non alienan. l. oratio. ff. de ſponſal. Reg. cum quid
41 cum ſimili. de regu. iu. li. 6. Ideóque † quando diſponens vocat agnatos ſub ea vocatione, fœmina agnata non comprehenditur, vt dixit Io. de Ana. conſil. 4. nu. 2. Cuius dictũ refert & ſequitur Dec. conſil. 13. nu. 4. Curtius Iunior qui plura refert cõſil. 154. nu. 13. cum ſeq. & alibi ſæpè Scriben. Quibus adiicitur, quòd ſi in Maioratibus, vbi de conſeruatione agnationis agitur, vocentur maſculi, fœmina agnata nõ admittitur, vt ex pluribus ꝓbat Io. And. referẽs Ricardum Malumbre in Ru. de teſtam. q. fina. Soci. conſil. 62. nume. 5. & conſi. 63. nu. 14. lib. 3. Gozadi. conſil. 45. nu. 7. & 8. Curtius Iuni. conſil. 39. nu. 9. & conſil. 79. in fi. Bertrã. conſil. 30. col. 2. lib. 1. Carol. Ruin. conſi. 205. nu. 4. & 5. lib. 2. Pariſi. conſil. 72. nu. 95. lib. 4.

42 ¶Decimoſextò ſuccedit alia cõmunis regula † ꝙ ſcilicet ſi aliquid ex quacũque diſpoſitione deferatur Primogenito, eo mortuo filio ſecũdogenito deferendum non ſit. Expirat nãque diſpoſitio ipſa morte Primogeniti. Quod not. Bal. in c. 1. n. 3. de filiis natis ex matrimonio ad Morga. cõtracto, vbi inquit: ꝙ cùm Regnum Siciliæ ex pacto deferatur Primogenito: ſi ipſe Primogenitus moriatur ſine liberis, nõ ſuccedet ſecũdogenitus: ſed ipſum Regnũ ad Papã deuoluetur. Cuius dictũ ſequuntur Marti. Lauden. & Cardi. Ale. ibidem, atque Georg. Natan. qui hoc dixit ſing. in tract. ſtatutorum excludentium fœminas à ſucceſſio. vlti. q. 2. q. principa. Iaſſ. in l. quoties. num. 42. C. de rei vendi. Carol. Ruin. in rep. Rub. de dona. inter vir. & vx. §. 69. n. 34. Tiraquel. qui plura refert de Primoge. q. 3. nu. 2. Et quanuis ipſe ab hoc dicto Bal. diſcedere videatur n. 5. cum ſeq. id efficit in caſu, quo nondũ Primogenitus ſucceſſerat: ſed ante mortem parentis mortuus fuit: ſed quando poſt mortẽ parentis & delatã ſucceſſionem Primogenitus mortuus fuit, ex his, quæ ipſe adducit potiùs ſententiam Bal. ſequi videtur.

43 ¶Hæc † autem opinio in Hiſpan. Primogeniis nõ procedit. Cùm enim eorum natura perpetua ſit, nec in primo actu ſucceſſionis conſumatur cõſequẽs eſt, vt in eis dubitari nõ valeat: quin mortuo Primogenito: ſiue ante delatam ſucceſſionẽ, ſiue pòſt, ſecundogenitus in eius locũ ſubintret: non enim aliter poteſt Primogenium ipſum perpetuum effici. Idque probatur ex his, quæ latè adducunt Anchar. conſil. 27. Rom. con. 438. 4. dubio ad fi. Tiraquel. de Primoge. q. 3. n. 9. Idem in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. 12. limita. nu. 5. Carol. Ruin. conſi. 119. num. 14. lib. 2. Quod etiam in Hiſpanorũ Maioratibus loquẽs dixit Pala. Ru. in rep. Rub. §. 69. nu. 37. atque Pariſi. qui optimè id proſequitur conſi. 62. num. 100. cum ſequen. li. 4. Eáque opinio in Hiſpanorum Primogeniis, & aliis diſpoſitionibus tractum ſucceſſiuum habentibus, communiter admitti ſolet.

¶Decimoſeptimò alia cõmunis regula occurrit
44 interpretanda, quòd ſcilicet † ius Primogenituræ renuntari, cedi, atque etiam vendi valeat: prout habetur Geneſ. c. 25. & ad Hebræos. c. 12. tex. in c. quàm periculoſum, vbi gl. id annotauit. q. 1. Idque Hoſti. Io. And. Præpo. Ancharra. & Panorm. in c. licet deuoto, verum eſſe profitentur. Iaſ. in l. pact. quod dotali. n. 4. C. de colla. ad Guil. Bened. in re. c. Rainutius. de teſta. verb. duas habens filias. nu. 24. Rodericus Xuar. in rep. l. quoniã in prioribus C. de inoffic. teſta. limita. 5. nu. 4. Tiraquel. de Primoge. q. 26. n. 1. Io. Licerier. de Primoge. lib. 3. q. 8. Matthæ. de afflictis in c. 1. de natura ſucceſ. feu. n. 38. cum ſeq. Burgos de Pace. in Proœm. ll. Taurinarum. n. 94. Quod præſertim procedit ſi renũtiatio, ceſſio, ſeu venditio fiat ſequenti in gradu: prout ex pluribus probãt Iacob de Bellouis. Bal. Marti. Lauden Aluaro. Præpo. in c. 1. §. prætereà quib. mod feud. amitta. Iaſſ. in l. quæ dotis. n. 64. ff. ſolu. matri. Tiraq. de Primoge. q. 26. num. 1. cum ſeq. Burg. de pace in d. proœm. ll. Taurinarum. n. 95. quæ renuntiatio valida eſt: etiã ſi viuo præcedenti Maioratus poſſeſſore fiat. Iaſſ. in l. pactum quod dotali. nu. 4. C. de colla. Deci. conſil. 445. n. 29. Xuar. in d. rep. l. quoniam 3. limita. nu. 4. Tiraquel. qui plura refert de Primogeni. q. 29. n. 2. Burgos in d. proœm. nu. 98.

45 ¶Hoc † autẽ in Hiſpanorũ Primogeniis non procedit. Cùm enim eorũ natura perpetua ſit, & ad omnes ex familia inſtitutoris ꝓcedentes, eorũdẽ ſucceſſio deferri debeat: conſequẽs eſt, vt nullus eorum in præiudicium ſequẽtiũ ſucceſſorũ Maioratus ſucceſſioni renuntiare, nec illã alteri cedere ſeu vendere poſſit: imò ſequens ſucceſſor ſtatim poterit illã reuocare: prout ſupra iſto li. c. 16. n. 32. dicemus, ꝙ ꝓbatur ex tex. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff.



aſſe. ff. de iure doti. tex. in auth. res quæ. C. cõmunia. de legat. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. Burgos in d. proœm. n. 93. & 95. Imò nec poterit Primogenitus Maioratum cedere Secũdogenito, ſeu ſequẽti in gradu, in præiudicium filiorum, ac deſcendentium ſuorum, qui nati ſunt, vel ẽt naſciturorũ. Quod probatur ex tex. in c. 1. §. hoc quoq. de ſucceſſio. feud. vbi gl. & communiter Scriben. id not. Iaſ. in l. is poteſt. n. 33. ff. de acquir. hære. Deci. conſi. 443. nu. 29. & conſi. 445. n. 56. cum ſequen. Tiraquel. de Primoge. q. 26. n. 5. Burgos in d. Proœm. nu. 96.

¶Quibus non obſtat illud, quod de Eſau. in ſacra ſcriptura ſcriptum eſt, nec etiam illud, quod Scriben. communiter dicere ſolent, quod iuri Primogenituræ liberè renuntiari valeat, atque illud ẽt liberè cedi atq. vendi poſſit. Ea namque procedũt in Primogenitis Hebræorum & iure præcipui, ꝙ in Gallia & aliis ꝓuinciis Primogenito defertur. Cùm enim illud in vno actu ſucceſſionis conſumatur liberéq. eiſdem deferatur, cõſequens eſt, vt liberè etiam renunciari, cedi atq. vẽdi poſſit. Quod in Hiſpanorum Primogeniis, quorum ſucceſſio perpetua eſt, non procedit: Idq. ad præſcriptionem rerum Maioratus atque ad alia ſimilia facilè deduci poterit.

¶Decimooctauò occurit interpretanda alia cõ-
46 munis opi. † ꝙ ſcilicet in fideicommiſſo relicto familiæ proximitas, non reſpectu vltimi poſſeſſoris, ſed reſpectu teſtãtis conſideranda ſit. Quod comprehendi vr̃ ex doctrina Bar. in l. ſi cognatis. nu. 2. ff. de reb. dub. Eámq. opi. probant Alciatus in l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. n. 7. & Peral. n. 22. Ripa. in l. filiusfamilias. §. diui. n. 13. ff. de leg. 1. item in l. ex facto. in prin. nu. 6. ff. ad Trebel. Anto. Rubeus: conſi. 126. nu. 3. Dida. de Couarru. qui hanc opi. in Hiſpanorum Primogeniorum ſucceſſione veriorem eſſe profitetur, in quæſtio. practi. q. 38. nu. 1. col. 8. Eámque cõmunẽ opi. appellat Ioan. Dilectus. de arte teſtãdi tit. 5. Cautel. 21. n. 3. Marcus Mantua conſi. 123. nu. 6. Aymon Craueta. conſi. 43. nu. 1.

47 ¶Hæc † autem communis opi. in Hiſpanorũ Primogeniis procedere non poteſt: cùm enim eorũ ſucceſſio perpetua ſit, atque in infinitũ ordine legitimarum ſucceſſionũ protrahenda: cõſequens eſt vt neceſſario reſpectu vltimi poſſeſſoris: nõ autem primi inſtitutoris cõſideranda ſit: aliàs nãque vſq. ad tempora primi parentis cõuertendũ nobis eſſet ad cõſiderandã proximitatem ſucceſſionis. Qua rõe, & etiam aliis (de quib. infra lib. 3. latiùs agemus) hãc opi. veriorem eſſe dixit Soci. in l. Si cognatis. n. 40. ff. de reb. dub. Idem in l. hæredes mei. §. cùm ita. n. 21. ff. ad Treb. Gozadi. cõſ. 4. n. 31. vbi hanc opi. communem eſſe profitetur Soci. Iuni. conſi. 126. nu. 36. Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 11. gl. nu. 20. Rolland. à Valle, qui optimè præ cęteris loquitur conſil. 100. num. 18. cum pręced. & ſequen. Alciatus cõſ. 408. n. 12. & conſ. 610. n. 4. Auguſti. Verοius in c. in pręſentia. nu. 413. de proba. Mecha. de ſucceſ. progre. lib. 3. §. 26. nu. 11. Iul. Clar. lib. 3. ſenten. §. teſtamentum. q. 76. circa fi. ver. Sed hic occurrit pulchra quæſtio, vbi inquit ab hac opi. non eſſe recedendum in iudicãdo, nec cõſulendo. Aluarus Vaez qui idipſũ profitetur in qq. iuris emph. q. 50. nu. 34. Sicque cõmuniter intelligi & practicari ſolet: niſi Maioratus inſtitutor aliud ordinauerit, tunc nãq. eius diſpoſitio ſeruanda erit.

48 ¶Decimo nonò occurrit alia communis opi. † ꝙ ſcilicet ad legatum familiæ relictum admittãtur tantùm hi, qui tempore mortis teſtãtis nati ſunt nec ad naſcituros eiuſmodi legatũ extendendũ ſit. l. cùm ita legatur. §. in fideicõmiſſo. ff. de leg. 2. vbi cõmuniter Scrib. id no. Idq. ſic reſoluit Soci. in d. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. n. 30. Tiraqu. qui plura refert de retractib. li. 1. §. 1. gl. 9. n. 82. Pro qua opi. facit tex. in l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cogna. & l. Titius. ff. de ſuis, & legiti. hæredib.

49 ¶Hæc autem opi. Hiſpanorum Primogeniis nõ procedit: cùm enim eorũ natura perpetua ſit, in infinitúmq. in eis ſuccedendũ ſit impoſſibile eſt quòd ad eorum ſucceſſionẽ ſolũ nati tẽpore mortis teſtatoris admittẽdi ſint, quod ꝓbatur ex tex. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. per quẽ tex. dixit Soci. in d. l. ſi cognatis. n. 30. quòd qñ fideicommiſſum relinquitur in incertũ ac futurũ euentũ alicuius conditionis, nõ requiritur quod is, q in eo debet ſuccedere, ſit natus tẽpore mortis teſtantis: ſed ſufficit ſi tẽpore exiſtentis cõditionis natus ſit. Sicq. conciliat tex. in d. §. in fideicommiſſo, & tex. in d. §. hæreditatẽ. Alex. cõſ. 26. n. 14. lib. 3. & ibi Carolus Moli. litera B. referens Anto. Rub. Idipſum etiã dixit Crotus in l. filiusfamiliàs. §. diui. n. 164. ff. de leg. 1. Decius cõſ. 299. n. 8. Pariſ. conſ. 71. n. 21. lib. 4. Carolus Ruinus cõſ. 22. n. 8. lib. 2. Grego. Lopez. in l. 1. tit. 3. par. 5. verbo *otorgado*. Tiraquel. qui plura refert de retract. Linagier. §. 1 gl. nume. 95. Idq. verum eſt tametſi Tiraq. in hanc q. non omninò conſtans ſit.

¶His etiã adiiciẽda ſunt, q̃ ſuprà iſto lib. c. 4. latiùs annotauimus, probantes ex Maioratuũ Hiſpanorum natura, ac perpetuitate in eis non ꝓcedere eas iuris regulas, ex quib. Scribẽtes eliciũt in dubio fideicommiſſum expirare cenſendũ eſſe fideicommiſſiq. dationẽ odioſam eſſe, adẽptionẽ verò fauorabilem: vltimũque ex nominatis poſſe rem fideicõmiſſo ſubiectam alienare, in eáq. extraneũ hæredẽ inſtituere, prohibitionẽmque alienationis factam filiis, ad nepotes extendendam non eſſe, ne quartũ gradũ tranſcendere, nec de ꝑſona ad perſonam teſtantis diſpoſitionem trahẽdã eſſe. Omnia nãque iſta & alia, quæ eodẽ fonte procedunt propter Hiſpanorũ Maioratuũ naturã ac perpetuitatẽ in eiſdẽ nõ ſeruãtur. vt in d. c. 4. apertiùs oſtẽdimus. Quib. poſſet plura alia eiuſdẽ generis adiici: ſed hæc vice exempli adduxiſſe ſufficiat, quæ tanquã noua ac ſubtilia perpetuò memoriæ tradenda ſunt.

## *SVMMARIA.*

1 *De feudo ad Maioratum vtrum argumentatio procedat.*
2 *Feuda & Maioratus, in quibus conueniant & differant.*
3 *Feuda ex pacto & prouidentia in quibus ſuccedituriure Francorum, potiùs quàm alia Maioratibus aſſimilantur.*

4 *Succe*

4 *Succedere iure Francorum quid ſit.*
5 *In feudis deciſa ad alias materias trahi non poſſunt.*
6 *Iura feudalia, quæ non ſunt contra ius commune, ad materias non feudales ex rationis paritate trahi poſſunt.*
7 *De emphiteoſi ad Maioratum ex identitate rationis argui poteſt.*
8 *De vſufructuario ad Maioratus poſſeſſorem arguitur, vbi eadem ratio concurrit, & qualiter id intelligendum ſit.*
9 *Ex paritate rationis arguitur de fideicommiſſario ad Maioratus poſſeſſorem.*
10 *De iure patronatus anniuerſariis ac contractibus cenſualibus & libellariis ad Hiſpanorum Primogenia qualiter argumentatio procedat.*
11 *De marito in rebus dotalibus prælato ac beneficiato & aliis ſimilibus, ad Maioratus poſſeſſorem argumentari poterit, vbi eadem ratio concurrerit.*

## *De Vaſallo, Emphiteota, fructuario & fideicommiſſario & aliis ſimilibus ad Maioratus poſſeſſorem: vtrum argumentatio procedat.*

### CAPVT VII.

IN Hiſpanorum Primogeniorũ tra
ctatu paſſim omnibus obuium eſt
cognitúque neceſſarium intellige
re: vtrũ de Vaſallo, emphiteota, fru
ctuario & fideicõmiſſario ad Ma-
ioratus poſſeſſorem argumentatio procedat, ſeu
ea, quæ in his iure deciduntur ad Hiſpanorũ Pri
mogenia trahi poſſint. Quod vt frequens vtiléq.
eſt: ſic erit matura deliberatione reſoluẽdum, vt
deinceps ſciamus qualiter his argumentis in Pri
mogeniorũ cauſis vti valeamus. Vidimus enim
quàm plures ex horum terminorũ æquiuocatio-
ne in graues errores incidiſſe.
1 ¶Quod † autẽ de feudo ad Maioratum argumen
tũ validum ſit quàm pluribus perſuaderi ſolet ex
doctrina Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure
delibe. nu. 6. verſ. Sextò, hoc probatur euidenter.
vbi Bal. tractans illã quõdam difficilẽ ac inextri-
cabilem quæſtionẽ: an ſcilicet in iure Primoge-
nituræ nepos ex filio Maiori genitus patruum ex
clúdat, de his quę in iurib. feudalib. ſtatuta ſunt
ad Primogeniturã argumẽtatur. Quod etiam ar
gumentum validum eſſe dixit Paul. con. 164. col.
1. lib. 2. & Bar. Soci. conſi. 47. nu. 6. & 7. lib. 3. Pa-
riſius conſi. 72. nu. 74. lib. 4. Xuar. qui de iuribus
feudalibus, ad Hiſpanorum Maioratus argumẽ
tatur in q. vtrũ in bonis Maioratus pater habeat
vſumfructũ. D. Didacus de Simancas de Catho-
licis inſti. c. 9. n. 260. in noua editione. D. Didacus
de Couarru. lib. 3. reſolu. c. 5. nu. 5. Anto. Gomet.
in l. 40. Tauri. nu. 77. Pinel. de bon. mater. 3. part.
num. 99.
2 ¶Huius autẽ opinionis ea præcipua ratio eſt, † ꝙ
in feudis regalibus iure Primogenituræ ſucceda
tur. Tex. in c. Imperialẽ. §. præterea Ducatus. vbi
per Scrib. de prohi. feud. alie. per Federi. in vſib.
feud. feudáq. omnia inalienabilia ſint, vt prob. in
eo. c. Imperialẽ in prin. vbi omnes Scri. id not. in
eiſdémq. feudis ſecundùm formã à primo diſpo-
nente conſtitutam ſuccedendum ſit. tex. in c. 1. de
duob. fratrib. à capita. inueſti. tex. in c. 1. §. fin. de
ſucceſ. feud. in vſib. feud. Iusque etiã quod Vaſſal
lus in re feudali habet, vt plurimum iuri, quod
Maioratus poſſeſſor in bonis Maioratus habeat
aſſimiletur: cum ipſum ius ad vitam Vaſſalli re
ſtrictum ſit, eóque moriente ad ſequẽtẽ ſucceſ-
ſorem deferatur. tex. in c. 1. §. quid ergo. de inueſti
tu. de re alie. fact. & in c. 1. q ſucce. feu. dare teneã.
in vſib. feu. Quod in Maioratuum ſucceſſione ſi-
militer obſeruari ſolet. Item plura alia in feudis
deciſa ſunt, quæ in Maioratib. pari ratione proce
dunt. Ex quo fit, vt de vno, ad aliud iuſtiſsima ra-
3 tione argumentari poſſit, Quod † præcipuè dicẽ-
dum erit in feudis ex pacto, & prouidentia inſti-
tutis, quib. iure Francorũ ſuccedendũ eſt, q̃ pluri
4 mũ Hiſpanorũ Maioratib. aſsimilãtur. Idẽ; † nãq;
eſt dicere, ꝙ in tali feudo ſuccedatur iure Frã-
corũ, ac ſi diceretur, ꝙ in eo ſemper ſolus Pri-
mogenitus ſuccedat, vt dixit Andreas de Iſer. in
c. imperialem. §. præterea Ducatus. de prohi. feu.
alie. per Fede. in vſib. feu. Matt. de Affli. deci. 119.
n. 1. & 2. Pariſi. conſi. 72. 4. par. n. 113. & n. 114. Deci.
conſi. 445. nu. 8. Sigiſmund. Neapolita. in conſil.
feudalib. conſi. 1. nu. 12. cum ſequen. Quod etiam
feudiſtæ paſſim annotare ſolent.
¶Contrariam autẽ ſententiam: imò ꝙ de feudo
ad Maioratũ argumentatio non procedat, tenue
runt quàm plures ea ratione, ꝙ iura feudalia
non habeant vim legum, ſed ſpecialium conſue-
tudinum, vt omnes Scrib. in præludiis feudorum
reſoluũt, ex quo fit, vt ad alias materias trahi nõ
debeant. l. ius ſingulare. ff. de legib. Item quia plu
ra in feudis ſtatuta ſunt, quæ non omninò Maio-
ratib. conueniunt. Feudum namq. regulariter di
uiduũ eſt. tex. in c. 1. de ſucceſſiõe feu. in vſib. feu.
Maioratus autẽ indiuiduus. Fœmina etiã ad feu-
di ſucceſsionẽ propriam feudi naturam habentis
non admittitur. tex. in d. c. 1. de ſucc. feu. Ad Ma-
ioratus autẽ ſucceſsionẽ regulariter in defectũ
maſculorũ eiſudẽ lineæ & gradus admitti ſolet; ni
ſi expreſſa inſtitutoris diſpoſitiõe excludatur. Itẽ
Vaſallus, vtile ſolũ dominiũ habet. tex. in c. 1. §. 1.
de inueſ. de re alie. fa. in vſib. feu. Iaſ. ſup vſi. feu.
n. 7. Pro feudóq. ſeruitium præſtat. tex. in c. 1. §. fi.
in quib. cau. feud. amittatur in vſib. feud. Maiora
tus autem poſſeſſor vtile, ac directũ dominium
habet nec ad ſeruitiũ aliquod aſtrictus eſt. Itẽ in
aliis plurib. diuerſa ſunt feuda & Maioratus, q̃
etſi non adeò exactè enumerat Pine. de bon. ma-
ter. in 3. par. nu. 99. Et etiam in aliis differunt, q̃
facilè cumulare vnuſquiſque poterit. Ideóque
de vno ad aliud argumentari non poſſe dixit
Paul. conſ. 164. col. pen. lib. 2. Cenſueruntque
Ioan. Licerier. de Primoge. lib. 3. q. 4. numer. 16.
& 17. Tiraq. in tractat. de Primoge. q. 23. nu. 13.
Palat. Ruui. in rep. Rub. §. 69. n. 30. & n. 34. Xuarez
in repe.



in repe. l. quoniam in prioribus. 11. limita. 20. du-
bio. nu. 3. C. de inoffi. teſta. Io. Igneus in q. an rex
Franciæ imperatorem recognoſcat. n. 97. Couar-
rub. lib. 1. reſolu. c. 15. nu. 14. Burg. de Pace. in pro-
œm. legum Tauri. n. 72. cum pluribus ſequen. D.
Anto. de Padilla in rubr. C. de fideicommiſſ. nu-
me. 7.
5 ¶Quibus adiicitur, quod † regulare ſit, vt ea quæ
in feudis deciſa ſunt ad alias materias non feuda
les trahi nõ poſſint, vt dixit Bar. in l. iuriſiurãdi,
§. ſi liberi. in princip. & citra med. ff. de oper. lib.
Idem Bart. in l. de quibus. col. 2. ff. de legib. Idem
etiam not. Bald. in. c. 1. de controuer. int. domi. &
Vaſſal. de benefi. in vſib. feu. Idem Bald. in c. Vaſ-
ſallus. ſi de feu. fue. controu. Et hanc dixit cõmu-
nem opinionem Curti. Iuni. conſi. 64. nu. 15. idem
Curt. in Rub. C. de eden. nu. 24. & in tract. feud. 1.
part. princip. q. 3. Iulius Clarus lib. 4. ſenten. §.
feudum. q. 2.
¶Pro vera autẽ huius articuli reſolutione ſic di-
ſtinguendum eſſe cenſeo. ¶Aut enim iura feuda-
lia ſpecialia ſunt, & cõtra iuris cõmunis regulas
ex feudorum conſuetudinibus recepta, & tũc ex
his, quæ in feudis deciſa ſunt, ad Hiſpanorũ Pri-
mogenia argumentari nõ poterit, cùm ſint cõſue
tudines locales, quæ ad alias cauſas trahi nõ poſ-
ſunt vt paulò antè dictum & probatũ eſt: aut ea
quæ in feudis deciduntur, procedunt ex iuris cõ
munis ratione, ac regulis eiuſdem, nec contra ius
commune ſunt: ſed aut præter ius commune, aut
6 eidem cõſona. Et tũc † data rationis paritate, de
his, quæ in feudis ſtatuta ſunt, ad Hiſpanorũ Pri-
mogenia argumentari licebit. Sic enim hãc quæ-
ſtionem in ſimili reſoluit Alex. in l. diuortio. §. ſi
fundum. ff. ſolut. matri. nu. 3. poſt Ioan. de Imo. in
c. potuit. de locato. col. antep. Idem Alex. in l. fi-
na. ad fin. C. de colla. Idem Alex. conſ. 106. nu. 6. &
7. lib. 4. & conſ. 107. nu. 13. eod. lib. Franc. Curti. in
tracta. feud. lib. 3. q. principa. Carol. Molin. in cõ-
ſuetu. Pariſien. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 71. & 72. vbi ele-
ganter inquit hoc argumentũ potiùs ſumi ex iu-
re communi, & ratione, ac iuſtitia naturali, quàm
ab ipſis cõſuetudinibus feudalibus, quæ ſunt lo-
cales & vltra materias feudales, vt ſuperius dixi-
mus non procedunt. Quod etiã ſequitur Euerar-
dus in ſua centuria loco. 12. Idque in Hiſpanorũ
Primogeniis ſic reſoluit Peralt. in l. 3. §. qui fidei
com. ff. de hæred. inſtitu. nu. 92. & 93. Et iterum
nume. 103. & 104. Et etiã. n. 48. & 49. & 50. in ea-
dẽ repe. Quod eſt ſingulariter notãdũ, & aduertẽ
dũ ad plura, quæ in huius operis diſcurſu, ex his,
quę in feudis deciſa ſunt ad Maioratus Hiſpã. ex
rationis idẽtitate paſſim inferemus. Sicq. intelli-
gendum eſt quod dixit And. de Iſer. in c. 1. §. hoc
quoque. co. ſi. de ſuc. feu. vbi eleganter inquit, ꝙ
feudũ antiquũ quod agnatis ſucceſſiuè defertur
æquiparatur fideicommiſſo quod inter omnes de
familia ſucceſſiuè reſtitui debet, cuius dictum re
ferunt & ſequuntur Decius. con. 445. nu. 18. & 33.
Carolus Ruinus conſil. 151. nu. 3. lib. 2. Rolandus
Valle. conſil. 100. nu. 15. quanuis non diffiteamur
etiam in his, quæ in feudis contra ius commune
ſtatuta ſunt ex idẽtitate rationis ad Maioratus ar
gumentari poſſe, quando conditiones Maioratus
cum feudorum natura cõcordant quod in fœmi
narum excluſione paſſim obſeruari ſolitum eſt.
¶Ex his etiam reſolui poterit, vtrum de emphi-
teoſi, ad Maioratũ argumẽtari poſſit. Nã quãuis
in emphiteoſi omnes liberi, tã maſculi: quàm fœ-
minę indifferẽter ſuccedãt, nec habeat plus iuris
Primogenitus: quàm ſecundogenitus, nec maſcu
lus, quàm fœmina, emphiteutáque vtile tantũ
dominium habeat, non autem directum, pluráq.
alia in emphiteoſi deciſa ſint, quæ aliter in Maio
7 ratibus obſeruari ſolent: † poterit tamen ex vno
ad alterum ſumi argumentum in his in quibus
eadem ratio verſatur. prout Doct. in feudo, ac em
phiteoſi in locis, quos paulò antè retulimus, re-
ſoluũt. Sufficit enim: quòd in caſu, de quo argu-
mẽtũ ſumitur conueniãt; licet in quãpluribus a-
liis differant. l. fi. vbi communiter Scri. C. de col.
Iaſſ. in l. 2. §. & harũ. nu. 15. ff. de verb. oblig. quod
nos in huius libri diſcurſu frequenter obſeruabi
mus. Idque in emphiteoſi, quæ iure Primogeni-
turæ conceſſa eſt: præcipuè obſeruandum erit.
¶Pari etiã ratione ea quæſtio reſoluenda eſt: vtrũ
de fructuario, ad Maioratus poſſeſſorẽ argumẽta
8 tio procedat. Quanuis enim † Maioratus poſſeſſor
verus dominus ſit pluráque in fructuarijs deciſa
ſint, quæ nõ omninò Maioratuum poſſeſſoribus
cõueniunt: nihilominùs tamen argumentatio de
vno ad alterũ valida erit in his, in quibus in Ma
ioratus poſſeſſore, & vſufructuario eandem ratio
nem concurrere compertum fuerit.
¶Sed quia pluries Hiſpani iuriſperiti de Maio-
ratus poſſeſſore ad fructuarium argumentãtur:
operæ pretiũ duxi vnico verbo oſtendere, quali-
ter argumẽtatio iſta procedat: ne quoad hæc vl-
terius arguentes parallogizentur. In quo ſciendũ
eſt: quòd quæcunque ex iuris diſpoſitione ad v-
ſumfructuariũ ſpectant: ſimiliter Maioratuũ poſ
ſeſſoribus pertinebũt. Plura autem ratione domi
nij ad Maioratuũ poſſeſſores ſpectãt, quæ vſufru
ctuariis, qui domini eius rei in qua vsũfructũ ha
bent, non ſunt, non competunt, vt alibi latiùs di-
cemus. Ideóque rectè ſic de vſufructuario ad Ma
ioratus poſſeſſorẽ argumẽtari vnuſquiſque pote-
rit, hæc competũt vſufructuariis in ea re, in qua
vſumfructum habent, ergo eadẽ Maioratuũ poſ-
ſeſſoribus competent, nõ autem rectè eadẽ argu
mentatio cõuertetur, vt ea cõpetant vſufructua-
riis, quæ Maioratuum poſſeſſoribus cõpetunt. Ex
quo infertur Maioratus poſſeſſorẽ vſufructuario
eſſe adæquatum: non autem è conuerſo. Quoties
enim vnum adæquatur alteri, tunc rei, ad quã fit
adæquatio nihil adiicitur: ſed bene ipſi adæqua-
to tribuitur quicquid eſt plus iuris in re, ad quá
fit adæquatio. l. illud. in princ. ff. de do. cau. mort.
l. 1. §. ff. ſi quid in fraud. patr. licet ſecus ſit quan-
do duo ad inuicẽ adæquantur, quia tunc hinc in
de vires vnius alteri attribuũtur. l. 2. C. cõmunia
de leg. auth. in ſucceſſione. C. de ſu. & legit. hære
di. Bart. in l. 1. col. 1. ff. de lega. 1. Cuius opi. vera eſt
eámque ſequuntur ibi communiter Scrib. vt opti
me reſoluit Iaſſ. ibidem, nu. 37.
¶Similiter eodem iure reſoluẽdum erit, qualiter
ea, quæ in fideicommiſſis deciſa ſunt ad Hiſpano
rũ Primogenia trahenda ſint: quãuis enim in plu-
ribus Primogenia, ac fideicommiſſa differant (vt
optimè aduertit Pinel. de bo. mater. 3. par. n. 100.
Et nos etiam ſupra iſto lib. c. 1. copioſè annotaui
9 mus) valida † tamẽ erit de fideicõmiſſo ad Primo-
genium argumentatio, vbi eadẽ ratio in vtroque
verſabitur: de quo tamen dicendum erit; prout ſu
pra iſto lib. dict. cap. 1. dictũ, ac probatũ eſt. Idem-
que erit dicẽdũ in omnibus aliis diſpoſitionibus
quæ Hiſpanorum primogeniis in aliquibus ſimi
lia ſunt. Poterit namque ex eis ad Maioratus,
ſeu è

ſeu è conuerſo in his,in quibus eadẽ ratio verſa
10 tur,argumẽtari.Sicque†in iure patronatus &an
niuerſariis & cõtractibus cẽſualibus &libellariis
id genus ſimilibus frequenter obſeruatum fuiſſe
notat Peralt.in repe.Rub.ff.de hæredibus inſtit.
nume.123.& Anto.Gomet. in l.40.Tau.nu.65. ad
fin.D.Anton.de Padill.in Rub.C.de fideicõ. nu.
8.Nóſque id ſæpius obſeruatum vidimus.
¶Illud etiam vltimo loco animaduertendũ erit
11 de†dominio reuocabili , quod marito in rebus
dotalibus matrimonio conſtante competit,& de
dominio quod quis habet cum pacto de retro-
uendendo,vel adiectionis in diem vel alio pacto
reſolutiuo,& de Prælato ſeu beneficario & aliis
ſimilibus ad Maioratus ſucceſſorem frequenter
Hiſpanos interpretes argumentari ſolitos eſſe:
quod argumentationis genus vbi rationis iden-
titas ſeu paritas concurrerit, admittendum etiã
erit:prout nos pluries in horum librorum diſcur
ſu demonſtrabimus.

---

*SVMMARIA.*

1 *Ius Primo genituræ:an iure hæreditario deferatur.*
2 *Maioratus non ab vltimo poſſeſſore:ſed à primo inſtitutore deferuntur.*
3 *Primogenij ſucceſsio defertur filiis,vt filiis:non vt hæredibus.*
4 *Relicta filiis,vt filiis præſtanda ſunt eiſdem:etiamſi hæredes non ſint.*
5 *Feuda ex pacto & prouidentia pertinent filiis:etiam ſi hæredes non ſint.*
6 *Differentia inter ea,quæ iure ſanguinis & iure hæreditario deferuntur,aſsignatur.*
7 *Feuda familiaria & hæreditaria,quæ ſint.*
8 *Feuda mero iure hæreditario non acquiruntur.*
9 *Filius Comitis non ſuccedit patri in Comitatu:ſed Principi,qui illum conceſsit.*
10 *Maioratus reſpectu primi inſtitutoris iure hæreditario: reſpectu autem vltimi poſſeſſoris iure ſanguinis deferuntur.*
11 *Primogeniorum quædam familiaria,quædam autem hæreditaria ſunt.*
12 *Maioratus ſucceſſor vtrum poſsit Maioratum acceptare,& hæreditatem repudiare.*
13 *Nouus intellectus ad legem 21.Tauri.aſsignatur.*
14 *Hæreditas vel in totum adiri,vel in totum repudiari debet.*
15 *Succeſſor vniuerſalis non ſemper iure hæreditario ſuccedit.*
16 *Quotæ bonorum & quotæ hæreditatis differentia hodie ſublata non eſt.*
17 *Pater poterit tertiam & quintam hæreditatis portionem : ſicut poteſt tertiam & quintam bonorum partem prælegare.*
18 *Verba improprianda non ſunt:quando ex propria ſignificatione ſuſtinere poſſunt.*
19 *Iuriſconſultus non verba,ſed effectum conſiderare debet.*
20 *Vltimus Maioratus poſſeſſor non poteſt ſequentem in bonis ipſius Maioratus hæredem inſtituere.*
21 *Vltimus Maioratus poſſeſſor non poteſt antiquas leges,ac conditiones ipſius Maioratus mutare, nec nouas adiicere.*
22 *Prima inueſtitura ſemper attendenda eſt,nec poteſt ex ſequentibus derogari.*
23 *Poſſeſſor Maioratus poteſt eidem addicere conditiones antiqui Maioratus declaratorias , & ex quibus nil nouum ſtatuatur.*
24 *Vltimus ex familia poteſt antiquo Maioratui nouas conditiones adiicere.*
25 *Maioratus cui nouæ cõditiones ab vltimo ex familia adiiciũtur nouus Maioratus iudicãdus erit, in eóque ea facultas,quæ in nouis Maioratibus neceſſaria eſt,interuenire debet.*
26 *Poſſeſſor Maioratus ex conſenſu omnium de familia poteſt Maioratui antiquo nouas conditiones adiicere.*
27 *Conſenſus viuentium,his,qui nati non ſunt,præiudicare non poteſt.*
28 *Princeps poteſt ſubſtitutiones Maioratuum mutare , & iuri vocatorum quærendo,non quæſito præiudicare.*
29 *Princeps poteſt fœminas ex inueſtitura à ſucceſsione excluſas ante delatam ſucceſsionem eiuſdem habiles atque capaces reddere.*
30 *Princeps poteſt priuilegia à ſeipſo conceſsa ad libitum reuocare.*
31 *Princeps abſque legitima cauſa,non poteſt derogare iuri vocatorum ad Maioratus ſucceſsionem:etiamſi ipſe Maioratus ex Regia facultate inſtitutus fuerit.*
32 *Cauſa non præſumitur in Principe aliquid in ſucceſſorum præiudicium diſponente: niſi ea præcisè probetur.*
33 *Subſtituti citandi ſunt in cauſæ probatione,vbi aliquid in eorum præiudicium à Principe diſponitur.*
34 *Pacta matrimonialia , ex quibus antiquus ordo ſuccedendi in Maioratibus inſtitutus mutatur nulla ſunt, niſi regia facultas interueniat.*
35 *Poſſeſſor Maioratus, qui ipſi Maioratui bona propria libera addidit, vel ſequentem poſſeſſorem in bonis propriis hæredem inſtituit an poſsit nouas conditiones antiquo Maioratui adiicere.*
36 *Maioratuum poſſeſſoribus conſulitur: vt ſi antiquis Maioratibus bona propria adiiciant,eadem legibus antiqui Maioratus ſubiiciant,nec nouas leges:præſertim antiquis contrarias,adiiciant.*



37 *Primus Maioratus inſtitutor,vtrum poſsit Maioratui ab ipſo iam inſtituto nouas leges adiicere.*
38 *Declaratio vltimi Maioratus poſſeſſoris,de ſequenti ſucceſſore,cuius effectus ſit.*

### *Hiſpanorum Primogenia vtrum iure ſanguinis: an hæreditario deferantur.*

### CAPVT VIII.

ID etiam non minùs in Hiſpanorũ
Primogeniis cognitu neceſſarium
1 eſt:†an ſcilicet eorũ ſucceſſio iure
ſanguinis : an hæreditario defera-
tur.Ex huius nãque quęſtionis re-
ſolutióne plura non contemnenda,nec iniucun-
da deducentur. In qua quæſtione ( prout etiam
in cæteris) Scribentes varia , eáque inter ſe non
modicum pugnantia ſenſeruut.Nã ꝙ ius Primo-
genituræ iure hæreditario deferatur , dixit Ol-
draldus conſi.94.col.3.cũ ſequentib.vbi per plu-
ra iura,& rationes id ꝓbare cõtẽdit.Eãdẽ etiã o-
pinionem ſequitur Albericus in proœm.ff. vete-
ris.§.diſcipuli.col.4.verſic.& ex prædictis ſubii-
cio.n.6.Idẽ Alberic.in l.pen.col.2.verſicu. nunc
tranſeamus.C.de donat.inter vir.& vxo.& in l.3.
ff.de interdict.& releg.Lucas de Pẽna.in l.ſi quis
in ſacris,ante fin.C.de prox.Sacro.ſcri.Petrus de
Ancharra.in ca.licet deuoto.Abb.conſi.12.col.4.
n.3.lib.1.& cõſ.3.col 1.n.1.lib.2.Marti. Laudeſ.de
Primogenit.col.vlt.ante fin.quæſt.48.Soci.conſ.
47.n.4.lib.3.Ioan. Licerier.in eod.tracta.de Pri-
mogeni.lib. 3. quæſt. 4.n.7.Carol.Molin.in con-
ſuetu.Pariſi.lib.1.§.8. gloſſ.3.n.7. Tiraquel.etiam
de Primogen.quæſt.23.n.5.& q.35.per totum.vbi
latiſſimè quęſtionẽ iſtam diſputauit,finalitérque
in hac opinione reſidere videtur.Eandémq; opi-
nionẽ ſequitur Matth.de Afflictis in cõſti. Reg.
Siciliæ.lib.3. Rub.24.nume.79.Xuarez allega.10.
Ciſuẽtes.in l.40.Tau.quæſt.16. Guliel.Benedict.
in repe.c.Rainutius.de teſtam. verb. in eodẽ te-
ſtamento relinquens. el.1.num.147.cum ſequen.
Pariſius conſi.72.nu.80.lib.4.Idque etiam voluit
Antonius Gomet.in l.40.Tauri.num.72.in prin-
cip.atque hanc quæſtionem tetigit Grego.in l.9.
tit.7.part.2.verb.*del linage*. Illam tamen (vt aſſo-
let) non decidit:ſed inquit,ſe malle de hac re piè
dubitare : quam temerè diffinire. Atque eã opi.
ſequutus fuit D. Didacus de Simãcas de catholi.
inſti.c.9.num.262.& etiam Iacobus Aſaa de Pri-
moge.fol.81.nu.36.& 37.
¶Contrariam autẽ ſententiam:imò quòd Maio-
ratus iure ſanguinis:nõ hæreditario deferantur,
tenuerunt quam plures,ex eo,ꝙ†Maioratus non
2 ab vltimo poſſeſſore:ſed à primo inſtitutore defe
rantur. l. cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulga.& pupi.
l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.cum ſimilibus.
ff.de lega.2. Ideóq; nullo pacto iure hæreditario:
ſed iure ſanguinis ab ipſo vltimo poſſeſſore capi
poſſint.l.eũ qui.ff.de interdict.& relega.vbi Bar.
& communiter Scriben. Et ita per illũ text. not.
Ioan.Lauden.inter conſil.Oldrald.conſ.224.col.
7.verſic.hoc autẽ ius.Alexan.conſil.30.nu.15.li.1.
Bald.cõſ.121.col.pen.verſi.Modò facio vnam.li.3.
Card. Alex. in c.1.co. 4.ver.Tertiò deducitur de
feudo Marchiæ.in vſib.feu.Gozad.cõſ.53. n. 6.&
nu.15.¶Quod etiam probatur alia ratione incõ-
3 uincibili. Nã †Primogenij ſucceſſio defertur fi-
liis, vt filiis:non autẽ, vt hæredibus.Quod patet
ex eo,ꝙ propè ſemper in Primogeniis dici ſoleat
ꝙ in eis ſuccedat Seius,& poſt eius mortem eius
filij ac deſcẽdẽtes,nec in eis dici ſolitũ ſit, quod
ad filios,& hęredes deferatur.Ex quo fit,vt filius
Primogenitus:etiamſi hæres non fuerit, debeat
in Maioratu,quẽ pater eius poſſedit, ſuccedere.
gl.in l.ſi operarũ iudicio.ff.de ope.libe.Bal.in c.1.
4 §.hoc quoque.de ſucceſſ.feud.n.4. Ea†nãq; quæ
filiis, vt filiis deferũtur debẽt eis præſtari : etiãſi
hæredes nõ ſint,vt dixit Bart.per text. ibi.in l.vt
iuriſiurandi.§.ſi liberi.nu.4.ff.de ope.liber.l.pro
hærede.§.ſi quod tamẽ. ff. de acquir.hæred. l.cũ
patronus.§.cũ libertus.ff. de oper.liber.iuncta l.
5 ſi operarũ vbi gl.ff.eod.titu.Quod†etiã in feudis
quæ filiis,ac deſcẽdẽtibus relinquũtur & in qui-
bus nõ fit hæredũ mentio,quæ feuda ex pacto,&
prouidentia conceſſa appellãtur,procedit,ac ve-
rum eſt,vt dixit Bald.per tex. ibi in c.1.an filius,
vel agnatus,in vſib.feud.n.8.& Aluarot.n.9.Prę-
poſitus.n.6.& eſt cõmunis reſolutio ſecundũ A-
lex.qui plura refert.conſ.26.nu.4.lib. 5. Iaſſ.in l.
quod dicitur.n.33.ff.de verb.oblig. Idẽ Iaſ.in l.ſi
nõ ſortẽ.§.libertus.n.33.ff.de cõdi. indebi. Anto.
Rube.conſ.85. Curt. Iun.conſi.78.nu.4.Pinel.de
bon.mater.lib.3.nu.85.Iulius Clarus, qui hãc ap-
pellat cõmunem opinionem. lib.4.ſenten.§.feu-
dum. q.9. verſi. quandoq; verò.Celſus conſi.26.
nu.1. & 53. & 57. Cùm igitur ad hoc, quod filius
in Maioratu ſuccedat nõ requiratur,quòd ſit hæ
res:imò poſſit in illo ſuccedere:etſi vltimi poſſeſ-
ſoris hæres nõ ſit (vt ſuperiùs oſtendimus) cõſe-
quẽs eſt, vt nullo pacto dici poſsit Maioratũ iu-
6 re hæreditario deferri.Id†nãque dicitur iure hę-
reditario deferri,quod nõ,niſi hęredi iuréq; hæ-
reditario competit.Illud autẽ dicitur deferri iu-
re ſanguinis,in quo is,qui hæres nõ eſt,vel etiã,
qui hęres eſt , ex ſola agnatione ſeu cognatione
vel ſpeciali vocatione : nõ autẽ iure hæreditario
ſuccedere poteſt,vt not.Bart. in d.l.vt iuriſiurã-
di.§.ſi liberi.nu.4.ff.de oper.lib.Bald.in c.1.de eo
qui ſibi & hæredib.ſuis.n.6.& 7.in vſi.feu. Bart.
Paul. & Alex. in l. ſi patroni. ff. ad Trebel.Alex.
cõſ.44.n.1.lib.1.Idẽ Alex.conſ.26.lib.5.n.4.Pinel.
7 d.lib. 3. de bon.mater.nu.85.Qua ratione†inter
feuda,quędã familiaria,quædã verò hæreditaria
dicuntur,eò quòd in feudis familiaribus ſolo iu-
re ſanguinis: in hęreditariis autẽ iure hæredita-
rio ſuccedatur. De qua feudorũ differentia me-
minit Bal.in l.cũ virum.n.21.C.de fideicõ.& Iaſſ.
in prælud.feu.n.128.Soci.Iuni.conſ.114.n.10. lib.
2.& Pinel.de bon.mater.3.parte.n.84.Quę omnia
pari ratione ad Hiſpanorum Primogenia trahi
poſſunt:hócque fundamentũ adeò vrgens eſt,vt
congruum reſponſum non admittat.
¶Quæ etiam comprobãtur, ex eleganti doctrina
Bal.poſt gl.ibi.in cap. 1. §.& quia vidimus.col.4.
verſi.quærit glo. nu. 5.qui feud.dar.poſſ.in vſib.
8 feud.vbi inquit,ꝙ † feuda nõ acquiruntur mero
iure hęreditario : ſed potiùs principali ꝓuidẽtia.
Ad quod allegat text.in l. ſi arrogator, qui ad id
ſummè notãdus eſt.ff.de adoptio. Quod etiam in

effectu repetit idē Bal. in c. 1. §. hoc quoque. col.
9 2. de ſucceſ. feud. vbi etiã inquit, ꝙ † filius Mar-
chionis non ſuccedit patri, in Marchionatu: quia
videtur Marchionatũ ipſum euellere, & obtine-
re de manu Principis & non de manu patris. Id-
que cenſuit Alex. d. conſi. 44. nu. 1. li. 1. & conſ. 26.
nu. 4. li. 5. Carol. Moli. in conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 8.
& glo. 3. nu. 7.
¶Ex quibus & etiã aliis, quæ in id adduci poſſent
hæc ſentẽtia verior videtur, quam in Hiſpanorũ
Maioratibus plures veram eſſe profitentur, eãq.
ꝓbat Pinel. de bon. mater. par. 3. n. 99. verſi. Quod
autē à fortiori. Háncque opinionē videtur eli-
gere Grego. in l. 4. tit. 15. par. 2. glo. 1. col. 1. & in l.
2. tit. 15. par. 2. glo. in verb. *Sino el hijo mayor.* col. 5.
ad fin. Idque etiam ſubtiliter ac ingenioſè pro-
bat Petrus de Peralt. in repe. l. 3. §. qui fideicōmiſ-
ſam. ff. de hæred. inſti. n. 48. & n. 52. cũ plurib. ſeq.
Idē in Rub. ff. eo. n. 107. ad fin. cum ſequen. Idque
in Regno non obſcurè prob. d. l. 2. tit. 15. par. 2. ibi.
*Do quier que el Señorio ouiero por linaje, e mayormēte
en Eſpaña.* & l. 9. tit. 7. par. 2. ibi. *Porrazon del linaje.*
De quo infra lib. 3. c. 7. latiùs dicemus. Ex quibus
comprehendi poteſt quanta in hac quęſtione ſit
ſcribentium varietas ac repugnantia.
¶Hæc autē ſcribentiũ controuerſia, hac diſtin-
ctione conciliari poteſt. Aut enim cōſideramus
ſucceſſionem reſpectu primi Maioratus inſtitu-
toris, aut reſpectu ſequentium eiuſdem Maiora-
tus poſſeſſorum.
10 ¶Si † reſpectu primi inſtitutoris agatur, dicendũ
eſt primum Maioratus poſſeſſorē eidem inſtitu-
tori in ipſo Maioratu iure hæreditario ſuccede-
re, ſequẽtes autem eſſe eiuſdē primi inſtitutoris
ſucceſſores ſi Maioratus ex vniuerſa hæreditate,
ſeu ex eiuſdē certa portione conſtet. Si autem ex
quota bonorũ, ſeu ex re certa Maioratus inſtitu-
tus ſit: tã primũ quã vlteriores exiſtimari debere
eiuſdē inſtitutoris, ſiue particulares ſiue vniuer-
ſales ſucceſſores, dicta l. cohęredi. §. cũ filiæ. ff. de
vulgar. *iunctis his, quæ ſuperiùs adducta ſunt.* l.
filiusfamilias. §. diui. e l. 2. ff. de leg. 1. vbi Bar. & cō-
muniter Scrib. Idque optimè ex pluribus probat
Peralt. in d. l. 3. §. qui fideicōmiſſam. n. 106. In qua
ſpecie militãt omnes rationes, quas Scrib. primã
opinionē ſequentes adducũt: ceſſantque omnes
quæ in ſecundæ opinionis cōprobationē paulò
antè adductę ſunt, ſicque intelligẽda ſunt dicta
Scrib. quos pro prima opinione retulimus: præ-
ſertim eorũ, qui loquũtur in iure pręcipui: quod
in Gallia filius Maior, ex hæreditate parẽtũ præ
cæteris fratribus percipere ſolet. Cùm enim il-
lud ab ipſius parentis hęreditate capiatur, eiuſ-
que legitima ſit (vt prædicti Doctor. aduertunt)
non mirum ſi non ſolo iure ſanguinis: ſed hęre-
ditario etiam deferatur.
11 ¶Si † autē nō reſpectu primi Maioratus inſtituto-
ris, ſed reſpectu ſequentiũ poſſeſſorum agamus,
dicẽdũ eſt, proculdubiò in eo caſu iure ſangui-
nis: non iure hæreditario ſuccedi: cũ nihil ab vl-
timo poſſeſſore: ſed à primo inſtitutore capiatur,
poſſintque ſucceſſores Maioratũ ipſum abſque
vltimi poſſeſſoris hæreditate conſequi & retine-
re, nec ad aliqua onera ſeu debita eiuſdē teneã-
tur. Et hęc eſt vera ac realis inter has opiniones
cōcordia, quæ ſemper pręoculis in hac materia
tenenda eſt. Quam non obſcurè ſentire videtur
Carol. Moli. in conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 8. glo. 3. nu.
14. Sicque (ſicut diximus ſupra iſto capite. n. 7. in-
ter feuda, quædã familiaria: quædam autē hære-
ditaria appellari) pari ratione inter Hiſpanorũ
Primogenia, quædã familiaria: quædã autē hęre-
ditaria appellari poterũt. Quod ex ea diſtinctio-
ne, quã paulò antè aſſignauimus, facillimè cōpre-
hendi poterit: hæreditaria tamen Primogenia in
primo ſucceſſore hãc appellationē dimittent de-
incépſque non hæreditaria, ſed familiaria ap-
pellanda erunt.
12 ¶Ex qua concluſione ſic intellecta infertur, † ꝙ
licet vltimi Maioratus poſſeſſoris filius, ſeu ag-
natus proximior, poſſit eiuſdē hæreditatē repu-
diare & Maioratũ cōſequi: cũm illũ iure ſangui-
nis non iure hæreditario acquirere dicatur. pri-
mus tamē Maioratus ſucceſſor, qui ab eius inſti-
tutore: nō ab vlteriori poſſeſſore illũ capit iureq;
hæreditario ſuccedit: nō poterit repudiare hære-
ditatē primi inſtitutoris & Maioratũ ipſum con-
ſequi. Si enim id facere poſſet, diceretur etiã hoc
caſu iure ſanguinis, non iure hæreditario ſucce-
dere: cũ is, qui poteſt Maioratũ cōſequi & hære-
ditatem repudiare, iure ſanguinis: non hęredita-
rio in eo ſuccedere cenſeatur: vt ſuperiùs oſten-
dimus, quod dicendum non eſt reſpectu primi
Maioratus inſtitutoris.
¶Sed in hac re controuerſiã mouet deciſio text.
in l. 21. Tauri, qui hodie eſt l. 5. titu. 6. lib. 5. in noua
leg. Reg. collectione, qua cauetur eũ, qui in ter-
tio & quinto bonorum melioratus fuerit, poſſe
meliorationē acceptare hæreditatémque melio-
rantis repudiare. Quod etiã in l. qui filiabus. §. fi-
na. cum l. ſequenti omnes Scrib. annotare ſolēt.
Idq; etiã pari ratione in Maioratu ex tertio &
quinto inſtituto dicendũ erit: cùm nullla ratio
differẽtiæ de vno caſu, ad alium aſſignari valeat.
Sícque in ſucceſſore Maioratus id exiſtimat Gre
go. Lopius. in l. 4. tit. 15. par. 2. glo. 1. col. 2. Si igitur
ſucceſſor Maioratus, qui ex tertio & quinto in-
ſtitutus fuit poteſt inſtitutoris hæreditatem re-
pudiare & Maioratum conſequi: igitur nec etiã
ipſi primo inſtitutori iure hæreditario: ſed ſolũ
iure ſanguinis ſuccedit.
13 ¶Vt † autē verum intellectum ad d. l. Taurinã in
hac parte aſſignemus, ſciendum eſt: Maioratum
quandoq; conſtitui ex vniuerſa teſtãtis hæredi-
tate, ſeu eiuſdē quota, aut portione: quandoque
autem ex quota bonorũ ſeu ex certa re particu-
lari: ſi ex quota bonorũ, ſeu ex certa re particula-
ri Maioratus fiat, poteſt proculdubiò Maioratus
ipſe acceptari repudiarique ipſius inſtitutoris hę
reditas. Sícq; intelligenda eſt d. l. 21. Tauri, & d. l.
qui filiabus. §. fin. cũ l. ſeq. ff. de leg. 1. Idque pro-
batur ex eadē l. 21. ibi. *Mejorado enel tertio y quinto
de los bienes de ſu padre.* Ex quibus verbis conſtat,
ꝙ l. illa loquatur, de tertio & quinto bonorũ: non
autem de tertio & quinta hæreditatis portione.
¶Si autē ex vniuerſa hæreditate, ſeu quota eiuſ-
dē: prout tertia & quinta hæreditatis parte ipſe
Maioratus in teſtamento inſtituatur: certiſsimũ
erit, non poſſe primũ ipſius Maioratus ſucceſſo-
rem hæreditatem repudiare, Maioratũ verò con-
ſequi, cũ Maioratus ipſe in hac ſpecie portio etiã
14 hæreditatis ſit, † nec poſsit ipſa hęreditatis aditio
ſcindi: ſed vel in totũ hæreditas adiri, vel in totũ
repudiari debeat. l. 1. & 2. ff. de acquirenda hęred.
vbi Bart. & communiter Scriben. Quod in ſpecie
prob. ex text. vbi Barto. & Scrib. in l. quid ergo.
ff. de lega. 1. & alibi ſæpè Scriben. annotare ſolēt.
Ideóque ſupra in hac ſpecie ex profeſſo diximus,
Maioratum



Maioratũ iure hæreditario reſpectu primi inſti-
tutoris deferri: quãdo de vniuerſa hęreditate vel
certa eiuſdē portione inſtitutus fuit. Quòd ſi de
certa re, vel bonorũ quota inſtitutus fuerit, etſi
ab ipſo primo inſtituẽte iure ſucceſſiōis capiatur.
non tamen iure hęreditario deferri dicendũ eſt.
nec etiam ſolo iure ſãguinis: cùm ex præambula
ſucceſſione ac diſpoſitione ipſius primi inſtituto
ris, ſiue iure prælegati, ſiue donationis capiatur.
Ideóque talis Maioratus in primo caſu debitis &
alijs oneribus primi inſtituẽtis obnoxius erit, in
ſecundo autem non: de quo tamen dicendum
erit, vt infra iſto lib. cap. 10. latiùs dicemus.
¶Quę omnia in Maioratu in teſtamento inſtituto
plane procedunt, in Maioratu autem, qui extrate
ſtamentũ inſtitutus fuit, cōſiderandum erit, vtrũ
ex ea diſpoſitione hęreditas dari poſſit, vt tũc iu
re hęreditario deferatur. Sin autē ex Maioratus
diſpoſitione hæreditas dari non valeat: potiùs ad
prælegatũ ſeu donationem: quàm ad hęreditariã
15 portionem ea diſpoſitio trahenda erit. Poteſt † nã
que quis eſſe vniuerſalis ſucceſſor, & iure hęredi
tario non ſuccedere, vt ex pluribus prob. Pera. in
l. 3. §. qui fideicommiſſam. ff. de hęred. inſtitu. nu.
130. Quod ex eo, quod infra iſto lib. cap. 10. & 14.
dicemus, facillimè reſolui poterit, ex híſq; aſſi-
gnari poterit verus, ac nouus ad d. l. 21. Tauri in-
tellectus; qui ſummè memoriæ commendandus
16 eſt. † Non enim hodie ſublata eſt differẽtia quotę
bonorum, & quotæ hęreditatis (vt aliquibus fal
sò perſuaſum eſt) ſed in his iura communia ſer-
uanda erunt, vt notat Segura. in repe. l. vnũ ex fa
milia. §. ſed ſi fundum. ff. de leg. 2. col. 3. Et ex pluri
bus ingenioſè probat Peralta. in l. cum autem. ff.
eod. titu. num. 15. Quod etiam mihi verum ac iuri
dicum eſſe videtur, prout infra iſto lib. cap. 10. a-
pertiùs oſtendemus, vbi de l. 21. Tauri intellectu
tractabimus.
¶Vnum tamē pro huius articuli complemẽto in
hac parte non omittendum eſſe duximus: quòd
quanuis ex l. fori. & etiam ex nouis legibus Tauri
parenti conceſſum ſit tertium & quintum bono-
rum pręlegare, nec in eis legibus verbũ aliquod
de tertia & quinta hęreditatis portione inuenia
17 tur: nihilominus † tamē poterit pater vel quilibet
alius aſcendens filium vel deſcendentē in tertia
& quinta hęreditatis portiōe meliorare. Quãuis
enim in pluribus quota hęreditatis ac bonorum
differant: in effectu tamē ac ſubſtantia cōueniũt,
nec in effectu filius ſeu aſcẽdens cōſequitur plus
ex tertia & quinta hęreditatis parte: quàm ex ter
tio & quinto bonorum: prout nos infra iſto lib.
capit. 10. exactiſſimè oſtendemus. Ideóque qui po
teſt tertium & quintum pręlegare, poterit etiam
in tertia & quinta hęreditatis portione meliora
tionem facere: cùm vnũ & alterum in idem rein
cidant, nec in effectu magis grauẽtur filii ex ter
tię & quintę partis hęreditate: quàm ex tertiæ &
quintæ bonorum portiōis pręlegato. Quod dixit
Peralt. in d. l. cum autem. ff. de legat. 2. nume. 15.
Idque mihi iuridicum videtur, quanuis contra-
rium teneat Segura. in d. l. vnum ex familia. §. ſed
ſi fundum. ff. de leg. 2. col. 3.
¶Nec dicendum eſt in hac ſpecie quotam hære-
ditatis pro quota bonorum ſumendã eſſe: cũ ali-
quãdo iura promiſcuè his vocabulis vtantur, vt
prob. in §. ſed quia hęredes. verſi. poſt quod. Inſti.
de fideicom. hęred. vbi quota bonorũ pro quota
hæreditatis apponitur: prout dixit Segur. in d. §.
ſed ſi fundum. col. 5. Nã ille intellectus, quem ali
qui ex ſcri. aſſignare voluerunt, ad tex. in d. ver.
poſt quod maximam violationem ad literã illius
tex. inducit: ideoque tenẽdus non eſt: prout inge
nioſè oſtendit Petrus de Peralta. in d. l. cùm autē.
nu. 7. ad fin. Vbi etiam veram illius text. intelligē
tiam ſubiungit, nu. 8. & 9. qui in id omninò viden
dus erit. Et quanuis verus eſſet ille intellectus,
18 nō † debemus verba teſtãtium clara & aperta im
propriare: quãdo ex ſenſu proprio, valent iuridi-
cè ſuſtineri: prout verba iſta ſi effectum, & ſubſtã
tiam conſideremus ſuſtineri poſſunt. l. non aliter
cum ſimilib. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is, qui nauem. ff. de
19 exercit. † iuriſconſultus namque non verba: ſed
effectum conſiderare debet. l. fin. C. de vſur. l. 2.
cum ſimil. C. communia de lega.
¶Sed quanuis hęc opinio, de qua ſuperiùs memi
nimus: ꝙ ſcilicet hodie pater poſſit melioratio-
nē tertiæ & quintæ partis ſuæ hæreditatis facere
ad vtramque partē cōtrouerti poſſit: illud tamen
apud nos abſolutiſſimum eſt, quòd etiam ſi con-
traria opinio vera eſſet, ſi tamē pater faceret filio
ſuo tertiæ & quintæ portionis hæreditatis pręle
gatum, non poſſet negari: quin prælegatũ hoc vá
lere debeat in tertio & quinto bonorum: etiãſi in
tertia, & quinta hæreditatis portione nō valeret.
Quando enim quis legat, vel donat aliquid vltra
id, quod poteſt, valet legatum, vel donatio, in eo
quod poteſt: & ſolum vitiatur in eo, quod ſuper
fluum eſt. l. ſancimus. C. de dona. in princip. verſi.
ſi quid autem. l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct.
lega. l. qui quartam. ff. de leg. 1. l. ſi mihi & Titio. §.
1. ff. de leg. 2. l. 7. tit. 12. lib. 3. fori ibi. *Y ſi mas diere no
vala la donaciõ, en aquello que es mas, e vala en aquel
lo, que puede dar.* Idq; probat l. 26. Tau. quę hodie
eſt l. 10. tit. 6. lib. 5. in noua ll. regni collectio. ibi.
*E ſi de mayor valor fuere man damos que vala haſta
enla quantidad del dicho tercio y quinto, y legitima.*
¶Ex his etiam, quæ ſuperiùs dicta ſunt, conſe-
20 quenter infertur: Maioratus † poſſeſſorem, non
poſſe etiam ſequentem ſucceſſorem in ipſo Ma
ioratu, in quo ex primi inſtitutoris diſpoſitione
ſucceſſurus eſt, hęredem inſtituere, eſſeque nul
lius momẽti eiuſmodi inſtitutionem. Cùm enim
in eo ſucceſſor iure ſanguinis: non hæreditario
ſuccedere debeat, nullum effectum ſortiri pote-
rit ea hæredis inſtitutio, facta de eo, quod neceſ
ſario ex primi inſtitutoris diſpoſitione ad ſequē-
tem abſque noua inſtitutione deferendum eſſet.
Quod in feudo probat tex. in c. vno in principi.
de ſucceſſio. feu. in vſib. feu. ibi. *Nulla ordinatiōe
defuncti in feudo manente ſeu valente.* Per quē text.
id voluerunt And. de Iſer. Bal. & cōmuniter Scri
ben. ibid. Quam dixit communem opinionem
Soci. Iuni. conſ. 72. n. 40. lib. 1. Curti. Iuni. de feud.
4. part. principa. 1. regul. pen. quæſt. Iulius Clar. li.
4. ſenten. §. feud. q. 40. Idque ipſum in bonis nō
feudalibus probat tex. in l. irritum: vbi etiam per
Scrib. C. ad leg. Falci. l. ſi te ſolum. §. 1. ibi. *Quia ſa
tis plena fuit prior inſtitutio.* Et in §. final. eiuſdē leg.
ff. de hæredib. inſtituen. text. in l. ſi ſeruo fideicō-
miſſaria. ff. eod. ibi. *Qui enim inuito defuncto poterat
libertatē extorquere: non magnum à defuncto videtur
beneficium cōſequi imò nihil cōmodi ſenſiſſe: ſed debitã
libertatem accepiſſe.* Quam opinionem ex pluribus
nimis diffuſè ornat Peralta. in d. l. 3. §. qui fidei. ff.
de hære. inſti. n. 36. cum plurib. ſequen. De hac ta
men re videndus erit Anto. Gomet. in l. 40. Taur.
nu. 80.

21 ¶Vlteriùs etiam ex eiſdẽ infertur†nõ poſſe vlti-
mum Maioratus poſſeſſorem eiuſdẽ Maioratus
antiquas cõditiones ſeu vocationes mutare,nec
alias nouas apponere. Cũ enim iure ſãguinis eiuſ
dẽ Maioratus ſucceſſio reſpectu vltimi poſſeſſo-
ris acquiratur, nec ab vltimo poſſeſſore aliquid
capiatur,nõ poterit is ſequentem ſucceſſorẽ qui
ab eo nullum emolumentum percepit,nouis cõ-
ditionibus onerare.l.ab eo.C. de fideic. l. vnum
ex familia.§.ſi de Falcid.ff.de leg.2. l.ſi arrogator
cum ſimilib.ff.de adop.Nec etiam poterit Maio
ratus poſſeſſor antiquã primi inſtitutoris diſpoſi
tionẽ mutare.l.cũ filiusfamiliàs. ff.de milita.teſt.
ibi.*Quia hæreditati quidẽ ſuæ miles,quã vellet ſubſti
tutionẽ facere poteſt: verum tamen alienũ ius tollere nõ
poteſt*. Per quem tex.dixit Bal.ibi, quòd miles põt
hæreditati propriæ non alienæ legem imponere.
Idque etiam per illum tex.notat Bald.in l.filiusfa
miliàs.2.col.ff.de don.& Galleaula.in l.centurio.
1.dubitatione.ff.de vulg.Ideóque dixit Bal.conſi.
215. li.2. ꝙ ſi antiqua inueſtitura vocaret maſcu-
los,cum taxatiua tantum noua inueſtitura nõ po
22 terit vocare maſculos,& fœminas inſimul.†Pri-
ma namq; inueſtitura ſemper attẽdenda eſt,nec
poteſt ei ex poſterioribus derogari.Idque etiam
arbitratur Dec.conſi.185.n.3. col. 2. & conſi.445.
nu.22.Bertr.conſi. 1.n.98.cum ſeq. vol. 1.Gazadi.
conſi.53.nu.18. Tiraq.de primog.q.21.n.8.Matth.
de Afflict.deciſ.112.Caro. Molin.in conſue.Pariſ.
tit.1.§.8.glo. 3. nu.7. Couarru.in c.ſi hæredes.de
teſta.n.9.Peralt.in d.l.3.§. qui fideicommiſſam.n.
53.cum ſeq.Celſus qui plura refert conſil.26.nu.
24.cum ſeq.
¶Huic tamen vltimæ concluſioni plures limita-
tiones aſſignari ſolent.
23 ¶Prima,quòd†poſſit Maioratus poſſeſſor eam cõ
ditionẽ antiquo Maioratui apponere,ex qua ni-
hil nouũ inducatur:ſed ſolùm tacita antiqui Ma-
ioratus diſpoſitio expreſſè declaretur:prout ſi in
Maioratibus vbi fœmina propter maſculos exclu
ditur,declaretur, quòd maſculis deficiẽtibus fœ
mina admittẽda ſit,vel quid aliud ſimile diſpona
tur,ex quo ſequentibus ſucceſſoribus pręiudiciũ
aliquod non fiat,quod dixit Bal.d.conſi.215.lib.2.
ſequiturque Peralta.in d.l.3.§.qui fideicom.n.55.
¶Sed ſi exactè hæc cõſiderẽtur,limitatio iſta iure
non procedit.Non enim diſpoſitio hæc ex eo ſer
uãda erit:quod vltimus Maioratus poſſeſſor id di
ſpoſuerit:ſed ex eo quòd iure in ea ſpecie id deci
ſum ſit,qđ Maioratus poſſeſſor diſpoſuit. Ex quo
fit,vt idem in hoc caſu dicendũ ſit, quod in inſti
tutione facta à Maioratus poſſeſſore in ſequentẽ
Maioratus ſucceſſorem,paulò antè diximus,
¶Secundo limitatur, quãdo Maioratus ſucceſſio
in vltimum ex familia deuenit,nec alius ex ea ſu
pereſt,qui poſſit eius ſucceſſionem prætendere.
Tunc namque cùm ea bona apud vltimum ex fa
milia libera remaneant,isq; poſſit in extraneum
hæredem inſtituere vel ea vnicuique etiam peni
tùs extraneo donare,l.qui ſolidũ.§.prędium,cũ ſi
24 milib.ff.de leg.2.à fortiori†poterit antiquo Ma-
ioratui nouas cõditiões ac vocationes apponere
ſi enim Maioratum antiquũ omninò diluere po-
teſt:à fortiori poterit illũ limitare ac reformare.
l.iuris gentiũ.§.adeò.ibi.*Nam ſi poteſt tota res tolli
cur non & reformari?* ff.de pact.Quod in ſpecie Ma
ioratus cenſuit Peralta.in d.l. 3. §.qui fideicom-
25 miſſam.nu.55.vbi inquit.†Hunc Maioratum de-
inceps tanquã nouum iudicandum eſſe.Quoties
enim aliquid ſubſtantiale additur,ſeu detrahitur
rei antiquę:nõ antiqua, ſed noua cenſenda erit.l.
ius ciuile.ff.de Iuſti.& iure vbi latiſſimè per Scr.
Idque verum mihi videtur:dum tamẽ ad hũc no
uum Maiotatum inſtituendum Regia facultas in
terueniat,vel Maiotatus ipſe de tertio tantum,&
quinto bonorũ fiat,ſi illum inſtituens filios, aut
deſcendẽtes habeat. Cùm enim Maioratus iſte iã
non antiquus:ſed nouus cenſendus ſit,in eius cõ
ſtitutione ea formã, quæ in nouis Maioratib.cõ-
ſtituendis requiritur ſeruanda erit.Quod etiam
Peralta.ibidem aduertit.Idque optime declarat.
¶Tertio limitatur: quando etiã plures ex familia
ſuperſunt: hi tamen nouis cõditionibus ac voca
26 tionibus conſenſum præſtant.Ex†eorum námq;
conſenſu poterit Maioratus poſſeſſor eidẽ nouas
conditiones ſeu vocationes adiicere.l.quoties ab
omnibus.C.de fideicom.vbi Bar.Bald. Iaſ. & cõ-
27 muniter ſcri.¶Is† tamen cõſenſus ſolùm his,qui
nati ſunt,& conſenſerunt pręiudicium irrogabit
nec his,qui nati non ſunt,nec conſenſerunt præ
iudicare poterit,vt notant.Fulg.in d.l.quoties ab
omnibus.n.1.Corn.n.2.& Iaſſ.etiam.nu. 2. Quod
etiam ſequitur Ceci.conſi.398.n.20.& cõſi.395.n.
9.ad fi.Riga.in l.filiusfamilias.§.diui.nu.17.ff. de
lega.1.& ibi Crotus.n.146.& Loazes.n.191. Alcia-
tus.in l.pronuntiatio.§.familiæ.g.verb.agnatorũ
ff.de verb.ſig.Tiraquellus qui plura refert de Re
tract.Linagier.§.1.gl.9.nu.86. Idque paſſim Scri.
annotare ſolent.
¶Quarto,& vltimò limitatur : niſi regia facultas
28 in id interueniat.Princeps† enim poteſt de pleni
tudine poteſtatis ſubſtitutiones ac vocationes
Maioratuũ mutare in præiudicium ſucceſſorum,
& ordinem ſucceſſionis alterare,& iuri ſuccedẽ
di in ſpe nondum quæſito:ſed quærendo etiamſi
ſine cauſa præiudicare: vt colligitur ex doctrina
Bar.ſequuta ab Scr.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ
ff.de li.& poſth.n.14.Bal.in l.nam ita diuus.ff. de
adoptio.1.col. Alex.conſi.2.n.14.cum ſeq.lib.Soc.
conſil.87.n.20.li.3.Fel.in c.cum olim. de re iud.n.
16.Idem Felin.in c.quæ in eccleſiarum. de conſt.
n.49.Bar.Soc.inter conſilia feudalia.Alber.Bru
ni.conſi.10.n.30.Auguſt.Veroius.in c.1.n.40. cũ
ſeq.de reſcrip.Tiraq.de primogen.q.22.n.1. & 2.
Deci.in l.1.col.fi.n.21.& 22.C.de ſecund.nup.Ioa.
Licerier,qui latiſſimè loquitur in ꝓpoſito,in tra
ctatu.de primoge.li.3.q.7.n.18. cum pluribus prę
cedentib.Curtius Iuni.conſi.1.nu.18.& 21.cũ plu-
rib.ſeq.Peralta.in rep.l.3.ff.de hęredib.inſt.num.
146.& nu.147.cum aliis ſeq.Pariſ.conſi.1.n.49.cũ
ſeq.li.1.Soci.Iuni.conſi.76.n.132.li.1. Grego. in l.
3.tit.13.part.6.in gl.verb.mugeres.col.8.& 9. vbi
inquit ſibi videri hanc opinionem de iure verio-
rẽ:quanuis contraria opinio æquior ſit.
29 ¶Quibus adiicitur†Principẽ poſſe fœminas ex in
ueſtitura à ſucceſſione excluſas ante delatã ſuc-
ceſſionẽ eiuſdẽ habiles,atque capaces reddere.
Curti.Iuni.d.conſil.1.n.23.Fran.Curt.de feud. 3.
par.q.1.Iacobi.de feud.ver.& fœminis.Zaſius.de
feud.tit.feud.ſucceſſ.§.1.ſuper.2.particul.Pariſ.re
ferẽs Deci.cõſ.4.n.42.l.1.Aymon.cõſi. 135. nu.22.
cum ſeq.Soci.Iun.cõſ.76.n.131.cũ ſeq.li.1.Conar.
li.3.varia.reſol.c.6.n.3.Grego.in l.3.tit.13.parti. 6.
gl.verb.mugeres.co.8.& 9.Bur.de Pace qui plura
refert in proœm.ll.Tau.n.323.De quo tñ dicendũ
erit prout infra iſto capite n.31.ad finẽ dicemus.
¶Quæ in his Maioratib. qui ex Regia facultate
inſtituti ſunt,apertiùs procedunt.l.nihil.tã natu-
rale.



30 rale.ff.de regul.iur.†Princeps namque poteſt pri
uilegia à ſeipſo cõceſſa reuocare:eiſdémq. prout
ſibi libuerit , derogare.l. qui fundos.vbi latè per
Scrib.C.de omn.agr.deſer.li.10.Bal.in l.qui ſe pa
tris.C.vnde libe.nu.12.Rom.cõſi.98.Feli.in c.quę
in eccleſiarum.de conſtit.n.48.Alex.cõſi.2.n. 59.
li.1.D.Didacus de Couar.li.3.varia.reſolu.c. 6.n.
1.Burg.de Pace in Proœm.ll.Tauri.n.325.
¶Sed quamuis plures ex Scrib.quos paulo antè
citauimus,ſentiant Principẽ de plenitudine po-
teſtatis etiam ſine cauſa derogare poſſe iuri voca
torũ ad Maioratus ſucceſſionem:præſertim ſi ius
31 ipſum nõdum delatum ſit:mihi† autem nunquã
ea opinio iure probari potuit:ſiquidẽ ſemper cõ-
pertum habui id Principem,ſiue ante delatã Ma
ioratus ſucceſſionẽ,ſiue poſtquàm iã delata eſt,ſi
ne legitima cauſa facere nõ poſſe. Quod proba-
tur ex tex.in l.ſi teſtamentum.C.de teſt. vbi Ful.
Ro.Corn.Iaſſ.& cõmuniter Scri. Idq. dixit An-
char.cõſi.339.incipi.In Chriſti nomine Amẽ.col.
5.& Cardi.Alex.in c.1.de feud. Marchiæ.col. 17.
Alex.cõſi.3.n.6.li.5.Deci.cõſ.403.n.13.& 14.& cõ.
557.n.4.cũ ſeq.Soc.Iuni.cõſil.108.n.3.li.2.Pala.Ru
ui.in rep.Rub.de don.inter vir.& vxo.§.69.n. 13.
Fortu.Garſia,qui meliùs quàm alius ex his quos
viderim,proſequitur materiam in d.l.Gallus.§.&
quid ſi tantum col.137.cum plurib.ſeq Deci.cõſil.
294.n.10.vbi ſing.inquit, ꝙ in bonis ſubiectis re
ſtitutioni ius quæſitum fideicõmiſſario ſubſtitu-
to,ſaltẽ in ſpe non poteſt tolli per legitimationẽ
factã à Principe,ne bona deuoluantur ad aliũ,de
quo teſtator nõ cogitauit.Et ibi plures idem aſſe
rẽtes refert,idẽ Dec.conſ.686.per totũ.cõſi. 445.
nu.22.& cõſi.357.n.5.Hoc etiam latè proſequitur
Iaſſ.cõſi.1.n.5.lib.1.D.Did.de Couarru. qui plura
refert li.3.var.reſol.c.6.n.7. vbi ad cõtraria reſpõ
det Aymon Crauet.qui diſtinguit inter opinio-
nes contrarias conſi. 135. nume. 20. & n.30.D.A.
de Padilla in Aut.res quæ.n.118.C. communia de
leg.Celſus cõſi.120.n.87.Idque ex plurib. probat
Pinel.in 1.par.Rub.C.de reſcin.ven.c.2.n.19.cum
pluri præced.& ſeq.vbi latiſſimè proſequitur ma
teriam,Mencha.de ſucceſſio.creati.li.1.§.1.nu.29.
cum ſeq.Burg.de Pace,qui etiam latiſſimè atque
elegãter materiã proſequitur in Proœm.ll.Tauri
n.327.cum plurib. ſeq.Iacobus Philippus Portius
qui plura refert l.1.communium ſen.regu.43.col.
21.amplia.32.verſi.Et propterea in legitimatione.
Quod nedum procedit in Maioratu abſque Prin
cipis facultate inſtituto,ſed etiam in illo qui vir
tute Regiæ facultatis inſtitutus fuit,prout infra
li.4.c.3.latiùs annotabimus.Eſſet nãque abſurdiſ
ſimũ aſſerere,quòd ex eo,ꝙ Maioratus ex Princi-
pis facultate inſtitutus fuit , poſſit Princeps filio
Primogenito abſque cauſa legitima etiã viuente
patre ſucceſſionẽ Maioratus ſibi in ſpe debitã au
ferre,atque illam in filiũ ſecundogenitum tranſ
mittere,atque omnes Primogeniorum leges,cõ-
ditiones ac ſubſtitutiones reuocare.Ideoque dici
poteſt.nec id etiã ex plenitudine poteſtatis face-
re poſſe,in quo Principis poteſtas non minuitur,
ſed augetur:cùm Principẽ Chriſtianũ nõ deceat,
vt probat Reuerendiſ.D.Dida.de Coua.li.3.reſo.
c.6.fi.verbis,in nouiſſima editione,vbi id optimè
explicat,reiiciens eam differẽtiam quæ inter Ma
ioratum ex Regia facultate inſtitutũ,& illum qui
abſq. Regia facultate inſtituitur aſſignari ſolet.
Idipſum etiã genericè optimè & meliùs quàm a-
lius proſequitur For.in d.§.& quid ſi tãtùm. col.
140.cum ſeq.vſq.ad fi.Qui in id omninò vidẽdus
erit.Ioãnes de Neuiza,qui plura refert inter cõ-
ſilia feudalia Alber. Bru.cõſi.12.n.41.cũ ſequẽti.
Mẽcha.controu.Illuſtri.li.1. c.12.per totum.Qui-
bus adiicẽda ſunt ea quæ de æquitate & iuſtitia
qua Princeps ornatus eſſe debet, congerit D.Ioã
nes Redin Iuriſcõſultus clariſſimus olim Regio
Gallitiæ Prætorio Præſidens,nunc verò inter cõ-
ſiliarios ſupremi Senatus cooptatus,ſimúlq.in ſũ
mo rerũ fidei cõſilio delectus,in libro quẽ de Ma
ieſtate Principis edidit,verb.Et fiat tã iuris reli-
gioſiſſimus.& ver.Æquũ.Quod tam in iure in ſpe
quæſito ex teſtamento,quàm ex contractu proce
dit,vt infra li.3.c.3.dicemus. Quæ omnia ſummè
notanda erunt,vt intelligatur quàm cõtra ratio-
nem moralem,naturalem,ac ciuilem Scrib. qui
contrariã opinionem ſequuntur loquuti fuerint.
¶Ex quibus conſequitur,non poſſe ſuſtineri eam
opi.de qua ſuperiùs meminimus,ꝙ ſcilicet Prin-
ceps poſſit fœminas ex inueſtitura à ſucceſſione
excluſas eiuſdẽ ſucceſſionis habiles atq.capaces
reddere.Id namq.verũ non eſt,niſi cauſa publica
ac legitima ad id deficiendũ interueniat:vt ex plu
ribus probant Deci.cõſi.468.n.27.& 498.n.18. So
cinus Iunior cõſi.76.n.18.li. 1. vbi hanc dixit eſſe
magis cõmunẽ opi. Idq; ipſum profitetur Iulius
Clarus li.4.ſenten.§.feudum.q.73.fi.verb.D. Di-
dacus de Couarru.reſo.li.3.c.6.n.7.verſ.Septimũ
Menchaca,qui de contraria opi.dubitat,atq.hãc
eligere videtur,de ſucceſſ.creat.l.1.§.1.n.30. Bur-
gos qui plura refert in proœ.ll.Tau.nu.342.
32 ¶In hac autẽ ſpecie †in Principe aliquid in ſuc-
ceſſorũ præiudicium diſponente cauſa nõ prędſu-
mitur,niſi ea præciſè probata fuerit.l. ſi teſtamẽ
tum. C. de teſt.vbi Iaſſo.& cæteri Scrib.Abb. in
c.quæ in Eccleſiarum.de conſt.n.5. vbi latiſſimè
per De.n.27.Iaſ.latè in l.quominus.ff.de flu.n.7.
Gozad.cõſi.26.col.7.circa medi.Grat.cõſi.1.n. 36.
Tho.Gram.deciſ.103.n.229.Alc.qui hãc opi. dixit
communem eſſe in tract.præſump.reg.3.præſum
ptio.8.n.5.Fortu.d.§.& quid ſi tantum. col. 139.&
alibi ſæpe Scrib.Id tamẽ non indiſtinctè accipiẽ
dum eſt:ſed negotij qualitas,ac veriſimilitudo cõ
ſiderãda erit,vt bene aduertit Pinel.in d.Rub.C.
de reſcind.ven.1.par.c.2.n.7. qui plura refert : de
quo tamen videndus eſt Anto.Gabr.comm. opi.
li.3.de iure quæſito non tollen.concluſi.3.
33 ¶Imò†in huius cauſæ probatione,vbi neceſſariò
cauſa probanda eſt,ſubſtituti,quibus præiudiciũ
irrogatur,citandi ſunt,vt dixit Barto.in l.nam ita
diuus.ff.de adoptio.Idem Bar.in l.2.C.de tempo.
appella.l.2.ff.de nata.reſti.Soc.qui loquitur in le
gitimatione facta à Principe in pręiudicium ſub
ſtitutorum.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.n.27.cũ
ſeq.ff.de liber.& poſth.Deci.cõſi.284.Curti.Iun.
conſi.83.Soci.Iuni.conſ.77.nu. 112.li.1.D.Ant. de
Padil.in d.auth.res,quæ.C.communia de leg. n.
331.qui plura in idem adducũt.Sicque Regij con
ſiliarij raro,aut nunquã antiquas primogeniorũ
vocationes mutare ſolent, & non niſi ex magna
cauſa priùs coram ipſo Principe citato ſaltim pri
mo ipſius Maioratus ſucceſſore probata.¶ De fa
cultatibus autem,quæ ad alienãda bona Maiora-
tus,vel ad eadem obliganda,vel hypothecanda à
Principe cõcedũtur,nos infra li.4.latiùs agemus
vbi etiam reſoluemus qualis cauſa requiratur ad
hoc vt Princeps id facere poſſit & vtrum bonum
cambium ſucceſſoribus præſtari debeat, & quid
dicendum ſit: quando facultas ad Primogenium

inſtituendum in remunerationem ſeruitiorum
conceſſa fuit, ibíque plura alia ſatis vtilia ad ma
teriam iſtam attinentia dicemus.
¶Quæ omnia ſummè notanda ac mente tenenda
ſunt, ad pacta matrimonialia, vbi quotidie in ma
trimoniis cõtractis inter eos, q duos Maioratus,
vel re, vel ſpe obtinent, paciſci ſolet, vt filius pri
mogenitus vnũ Maioratũ obtineat: ſecũdus autẽ
34 in altero ſuccedat. Nã † ſi ex primi inſtitutoris
diſpoſitiõe ad vtriuſque Maioratus ſucceſſionẽ
filius primogenitus vocatus ſit, nõ poterunt ma
trimonium contrahentes, ſeu eorũ parentes ali-
quid contrarium, his, quæ in prima Maioratus:
inſtitutione præcepta & prouiſa ſunt, diſponere
niſi regia facultas, ad id faciendum interueniat.
Non enim poſſunt Maioratuum ſucceſſores an-
tiquum ſuccedendi ordinem Maioratibus inſti-
tutum propria authoritate mutare ſeu alterare.
Idque notiſſimum eſt: niſi in caſibus, de quibus
paulò antè mentionem fecimus, ſeu in caſu, in
quo ex Regiæ pragmaticę deciſione facta in Co
mitiis Madricij habitis anno 1534. quę hodie eſt
l.7.tit.7.lib.5.in noua ll. Reg.collectione, Duorũ
Maioratuum concurſus prohibetur. Primúſque
filio maiori natu: ſecundus autem filio ſecundo
genito deferendus eſt. Tunc namque etiam abſ-
que pactis matrimonialibus id ipſum efficien-
dum eſſet quod optime aduertit D. Anto. de Pa-
dilla in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de
leg.2.nu.20.
¶Hæc autem in Maioratus poſſeſſore, qui ipſi
35 Maioratui nihil ex bonis propriis addidit: proce
dunt. Is † tamen, qui ex bonis ſuis aliquid Maiora
tui adiunxit, poterit quæcunque vincula ac con
ditiones: tam antiquo Maioratui: quàm propriis
bonis adijcere, nec is, qui in bonis eius ſucceſſe-
rit, poterit nouum Maioratum conſequi, & ex
bonis antiqui Maioratus nouas conditiones reii
cere: ſed aut debet bona nouiter Maioratui addi
ta relinquere, aut ipſas conditiones admittere. l.
filiusfamilias. §. cum pater, vbi omnes Scrib. id
notant. ff. de leg.1. Quod etiam pari ratione dicen
dum erit in Maioratus ſucceſſore, qui ab vltimo
eiuſdem poſſeſſore hęres in bonis propriis inſti-
tutus fuerit. Is namque aut debet hęreditatẽ re-
pudiare, aut nouis conditionibus ſubijci. Idque
ex deci. d. §. cũ pater, clariſſimè probatur. ¶In hoc
autem contrariam ſententiã ex pluribus probat
Pinel. de bon. mat. 3. par. n. 99. Qui omninò viden
dus erit. Quod probabile videtur vbi nouæ con-
ditiones antiquis contrariæ ac repugnantes fue
runt. Si verò antiquis contrariæ nõ ſint, ſed nouę
cum antiquis compatiãtur. Prima opinio verior
ac probabilior erit: de quo tamẽ dicendum eſt, vt
ĩ. li.4. vbi de hęrede vltimi poſſeſſoris rẽ Maiora-
tus ab ipſo alienatã vendicante agitur dicemus.
36 ¶Interim † tamen Maioratuum poſſeſſoribus con
ſulimus, vt ſi antiquo Maioratui bona aliqua iure
Maioratus adijcere velint, ea antiqui Maioratus
cõditionibus ſubijciãt, nec nouas cõditiones aut
vocationes præſertim primi Maioratus conditio
nibus repugnantes adijciant. Futurum namque
erit, vt ex hac nouarum conditionum adiectiõe
bona, quæ ipſi ſemper vnita eſſe volunt in diuer
ſos ſucceſſores diuidantur. Quod inconueniens
in pluribus huius Regni Primogeniis iam expe
rientia compertum fuit.

37 ¶De † primo autẽ Maioratus inſtitutore nulli du-
bium eſt niſi, quòd poterit Maioratui à ſeipſo cõ
fecto nouas leges, ac conditiones adijcere: ſi in
ea cauſa Maioratus ſit, vt reuocari poſſit. Qui
enim Maioratum reuocare poteſt à fortiori pote
rit illum limitare ac modificare. dicta l. iuris gen
tium. §. adeò. ff. de pact.
¶Si autẽ Maioratus irreuocabilis effectus ſit non
poterit eius inſtitutor eidem nouas conditiones
adijcere. Perfecta namque donatio conditiones
poſteà non capit. l. perfecta donatio. C. de dona.
quæ ſub mod. ¶ Vtrum autem ex conſenſu primi
Maioratus ſucceſſoris poſſit eiuſdẽ inſtitutor Ma
ioratui iam irreuocabili effecto nouas conditio
nes in præiudicium ſequentium ſucceſſorum ad
ijcere, vel illum in totum reuocare, videnda sũt
quæ infra lib.3.c.2. vbi de intellectu. doctri. Bar.
in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verb. oblig. tracta-
bimus, latiùs dicemus.
¶Sed quamuis vltimus Maioratus poſſeſſor non
poſsit quidpiã ex his, quæ eius inſtitutor diſpo-
38 ſuit, alterare poterit † tamen dubiam illius diſpoſi
tionẽ interpretari, deſignando in ſuo teſtamen-
to illum, quem arbitratur Maioratus inſtitutorẽ
in eiuſdẽ ſucceſſione præferre voluiſſe, eaque in
terpretatio: ſi veriſimilis ſit, à iudicibus ſequẽda
vel ſtatim ſummè conſideranda, atque æſtiman-
da erit. Quod dixit Bart. in l. gerit. n. 17. ff. de ac-
qui. hære. Bald. in l. in quib. n. 2. C. de ſecund. nup.
Paul. conſ. 279. li. 1. Matt. de Aſſlictis in c. 1. de ſuc-
ceſ. feud. n. 10. Pala. Ruui. in l. 45. Tau. num. 17. vbi
in id alleg. tex. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi interduos.
ff. de leg.2. & in l. ſi quis a filio. §. ſi plures. vbi gl.
ff. de lega.1. Alex. conſi. 55. n. 14. lib. 4. Pariſius cõſ.
75. nu. 52. cum ſeq. li. 2. Curſetus de poteſtat. Re-
gia. 2. parte. q. 7. Quod quando vltimus Maiora-
tus poſſeſſor id ab inſtitutore intelligere potuit,
admittendum erit. Idque etiam verum eſſe profi
tentur Soci. conſi. 12. nu. 20. lib. 3. Prępo. in c. per
venerabilem. n. 44. qui filij ſint leg. Rip. in l. quo
minùs. ff. de flumi. nu. 16. Ant. Gome. in l. 40. Tau.
nu. 73. Couarru. in qq. practi. c. 13. nu. 7. Pinel. in l.
1.3. partẽ. nu. 48. C. de bonis mat. D. Anto. de Pa-
dilla. in l. vnum. ex familia. §. ſi de Falcidia. nu. 14.
ff. de leg. 2. Curtius Iunior conſi. 1. num. 10. Nat.
conſi. 50. nu. 27. lib. 1.
¶Subſequenter etiam ex principali huius capitis
regula, quòd ſcilicet Hiſpanorum Primogenia
iure ſanguinis: non hæreditario deferantur, & à
primo inſtitutore: non ab vltimo poſſeſſore capiã
tur, inferri poſſet, ad deciſionem eius quęſtionis
an ſcilicet bona Primogenio ſubiecta, valeãt ex
delicto poſſeſſoris fiſco adijci, vel an Maioratus
ſucceſſor, is pręcipuè, qui hęres vltimi poſſeſſo-
ris eſt, poſſit ab illo alienata reuocare: vel an poſ-
ſit Maioratus ſucceſſor ſucceſſioni eiuſdem Ma-
ioratus in ſequentium præiudicium renuntiare,
vel res Maior. pati præſcribere, & etiam inferri
poſſet ad plura alia, quę ex eis, quæ dicta ſunt fa-
cilè decidi poſsẽt. Sed quia earũ materia alibi co
pioſè tractabit: nec caput iſtud lõgiorem tractũ
admittit ea in hac parte conſultò breuitati ſtudẽ
tes, prętermiſimus. Solùm autem ea, quæ in duo-
bus capitibus ſequentibus dicentur, ex his, quæ
hanc materiam contingunt, hîc prætermittere
non libuit: quia adeò his, quæ in hoc capite tra-
ctantur contigua ſunt, vt alibi commodiùs tra-
ctari non poſſint.





*SVMMARIA.*

1 *Maioratus poſſeſſor vtrum ſequentem ſucceſſorem, ex cauſa ab ipſius Maioratus ſucceſsione exhæredare poſsit.*
2 *Exhæredari poteſt quis ab eo Maioratu, in quo iure hæreditario ſuccedit, non autem ab eo, qui ſibi ſolo iure ſanguinis defertur.*
3 *Conſulitur Maioratuum inſtitutoribus, vt eorum poſſeſſoribus facultatem præſtent, vt proprios filios, ac deſcendentes poſsint ex cauſa ab ipſius Maioratus ſucceſsione exhæredare.*
4 *Maioratus ſucceſſor non poteſt ſucceſsione eiuſdem priuari, etiam propter votum paternum non impletum.*
5 *Verus intellectus ad c. licet deuoto, aſsignatur, cæterique taxantur.*
6 *Propter votum parentis non impletum filius non poteſt legitima priuari etiamſi ea, in re indiuidua, conſiſtat.*
7 *Grauamen, voti implementum, vel aliam piam cauſam concernens, tollitur de legitima filij: etiamſi ea in iu re indiuidua conſiſtat.*
8 *Exhæredari vtrum poſsit Maioratus ſucceſſor ex cauſa contra eiuſdem Maioratus inſtitutorem commiſſa.*
9 *Cauſa ingratitudinis non excludit quem à ſucceſsione: niſi à teſtatore exhæredatus fuerit.*
10 *Pœna priuationis non eſt apponenda, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
11 *Excluſio à ſucceſsione eſt velut exhæredationis ſpecies.*
12 *Cauſa ingratitudinis, vel inimicitæ ex ſequenti vocatione expreſſa aboletur.*
13 *Odioſus teſtatori ſub generali, ſeu tacita vocatione nunquam comprehenditur.*
14 *Merita ſequentia purgant inimicitiam præcedentem.*
15 *Exhæredatio fieri non poteſt, niſi ex cauſa legitima à parente expreſſa & ab hæredibus probata.*
16 *Hæredes, non poterunt obijcere filio cauſam ingratitudinis poſt mortem patris: quando pater filium non exhærędauit, etiamſi cauſam ingratitudinis ignorauerit.*
17 *Formæ prætermiſsio actum nullum efficit: etiamſi ignoranter omiſſa fuerit.*
18 *Forma in exhæredatione requiſita neceſſaria eſt ad priuandum filium legitima ex cauſa donationis fideicommiſsi, vel Maioratus ſibi relicta.*
19 *Forma exhæredationis, quo ad ſolam legitimam ſeruanda eſt: non quo ad bona, quæ vltra legitimam filio relinquuntur: niſi iure Maioratus legitima ſimul cum aliis bonis filio relinquatur.*
20 *Exhæredatio pro parte fieri non poteſt.*
21 *Dignius trahit ad ſe minus dignum in indiuiſibilibus.*
22 *Filius poteſt ab hæreditate parentis priuari ex cauſa indignitatis, etiamſi à patre exhæredatus non fuerit.*
23 *Hæredis inſtitutio non reuocatur ex cauſa inimicitiæ, vel ingratitudinis ſuperuenienti; etiamſi ea culpa hæredis proceſſerit.*
24 *Hæres inſtitutus ex cauſa indignitatis ſuperueniente ab hæreditate priuandus eſt.*
25 *Succeſsio Maioratus, quæ à ſucceſſore indigno aufertur cui deferenda ſit.*
26 *Hæreditas quæ aufertur alicui tanquam indigno ob delictum proprium fiſco deferenda eſt.*
27 *Si ſucceſſor Maioratus efficitur incapax, bona ad ſequentem vocatum deuoluuntur.*
28 *Inſtitutio incapacis habetur pro non ſcripta.*
29 *Incapax pro mortuo reputatur.*
30 *Filius incapax non obſtat ſequentibus in gradu ac ſi eſſet mortuus.*
31 *Maioratus per viam donationis irreuocabilis inſtitutus, non reuocatur: niſi ex cauſis, de quibus in l. fi. C. de reuocan. dona.*
32 *Maioratus reuocatur etiam ex cauſis non contentis in d. l. fi. dummodò cauſæ ſint ſimiles, vel maiores expreſsis.*
33 *Filius poteſt exhæredari non ſolùm ex cauſis expreſsis in iure, ſed ex aliis ſimilibus, vel maioribus.*
34 *L. 8. tit. 7. part. 6. declaratur.*
35 *Maioratus per viam donationis irreuocabilis inſtitutus, non reuocatur ex inimicitia culpa inſtitutoris ſuperueniente.*
36 *Maioratus irreuocabilis, qui ex cauſa ingratitudinis ab inſtitutore in vita reuocatus non fuit, ab hæredibus reuocari non poteſt.*
37 *Hæredes poterunt reuocare Maioratum irreuocabilem ex cauſa ingratitudinis in vita inſtitutoris contingenti: ſi illam inſtitutor ignorauit: vel ſciuit, illum tamen reuocare non potuit.*
38 *Maioratus per viam legati, prælegati, vel fideicommiſsi factus, reuocatur ipſo iure ex cauſa inimicitiæ, vel ingratitudinis ſuperuenienti abſque alia inſtitutoris reuocatione: etiamſi ea cauſa culpa inſtitutoris orta fuerit.*

39 *Maioratus per viam legati, ſeu fideicommiſſi inſtitutus: vtrum reuocetur ex inimicitia ſuperuenienti: quando inſtitutor illam ſciuit, habuítque tempus Maioratum reuocandi, nec illum reuocauit.*

40 *Donatio, quæ ex ſuperuenientia filiorum reuocata fuit, mortuis filijs validatur ex parentis ſcientia, atque ſilentio.*

41 *Legatum ex inimicitiis ſuperuenientibus reuocatum, non validatur, etiamſi teſtator inimicitias ſciuerit, fecerítque codicillum, nec legatum reuocauerit.*

42 *Cauſa ingratitudinis remiſſa cenſetur ex tacita vel expreſſa reconciliatione inter Maioratus ſucceſſorem, & inſtitutorem ſubſequuta.*

43 *Ex cauſa ingratitudinis poſt mortem inſtitutoris Maioratus aduerſus ipſum inſtitutorem contingenti: vtrum ſucceſſor eiuſdem Maioratus ſucceſſione priuandus ſit.*

44 *Qui poſt mortem defuncti ingratitudinis cauſam committit, perdit legatum.*

45 *Hæres lacerans famam defuncti, eſt hæreditate priuandus tanquam indignus.*

46 *Cauſa ingratitudinis commiſſa contra inſtitutorem Maioratus defunctum, in quo differat ab illa, quæ contra ipſum viuentem committitur.*

47 *Legatarius, qui poſt mortem teſtantis cum vxore eiuſdem concubuit, perdit legatum.*

48 *Iniuria mortuo fieri poteſt, ac ſi eſſet viuus.*

49 *Vidua luxurioſè viuens priuatur tutela filiorum.*

50 *Vidua, quæ adulterium poſt mortem mariti commiſit, perdit medietatem lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum.*

51 *Et filiorum ſucceſſionem.*

52 *Et facultatem ſibi à marito conceſſam, vt pro ipſo teſtetur.*

53 *Et officium executricis teſtamenti mariti.*

54 *Vidua luxurioſè viuens, marito atque eius animæ iniuriam irrogat.*

55 *Vidua luxurioſè viuens: vtrum perdat dotem, ac ſi marito viuente adulterata fuiſſet.*

56 *Ad reuocationem legati ea ſolennitas requiritur, quæ in teſtamento, vel codicillo, vel alia qualibet vltima voluntate neceſſaria eſt.*

57 *Ademptio legati, quæ inducitur ex inimicitia ſuperuenienti, duobus teſtibus probari poteſt.*

58 *Maioratus ex cauſa ingratitudinis vel ſimili reuocatur quoad eum tantùm qui illam commiſit, non quoad ſequentes.*

## *Vtrum Maioratus ſucceſſor poſſit, ex cauſa ingratitudinis, ab ipſo Maioratu exhæredari, vel ab eiuſdem ſucceſſione excludi.*

### CAPVT IX.

Conſequenter etiam ex his, quæ in capite præcedẽti dicta ſunt, decidi poterit ea quæſtio: quæ ab Scri. ſatis cõtrouerſa eſt,
1 vtrũ† ſcilicet Maioratus ſucceſſor poſſit ex cauſa ingratitudinis ab ipſo Maioratu exhæredari, vel ab eius ſucceſſione excludi. Pro cuius quæſtionis reſolutione præmittendũ eſt in hac re Scri. inter ſe varia ſenſiſſe. Plures namque cenſuerunt Maioratus poſſeſſorem poſſe ſequentem ſucceſſorem ex cauſa, ab ipſo Maioratu exhæredem facere: prout exiſtimat Oldradus, conſil. 94. col. 3. cum ſequen. n. 16. per tex. in cap. licet de voto, vbi filius non adimplens voluntatem patris iure Primogenituræ ab ipſo parente priuari poteſt. Alberi. in Proœ. ff. veteris. §. diſcipuli. colu. 5. Idem in l. donationes, quas parentes. num. 4. C. de dona. inter vir. & vx. Abb. conſil. 3. nu. 3. lib. 2. Alexan. conſil. 87. num. 4. lib. 6. Ripa in l. nemo poteſt. nume. 7. ff. de lega. 1. Mar. Lauden. in tracta. de Primoge. col. 6. verſi. Quæro an pater, vel Dux. Iacobi. De Sácto Georgio. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. nu. 20. Matth. de Afflict. in c. 1. de ſucceſſione feud. & in conſtitu. Regni Siciliæ in conſtitu. incip. Vt de ſucceſſionibus. ad fi. Io. Licerier de Primoge. lib. 3. quæſt. 3. Guillel Benedicti. qui inquit ſe ita hoc vidiſſe iudicari in Parlamento Tholoſano, in re. d. Rainutius. verb. in eodẽ teſtamento relinquẽs. *el primero*. nu. 207. cum ſequentib. de teſta. Curti. Iuni. in Authen. licet. nu. 4. C. de liber. præter. Tiraquel. qui plura refert, de Primoge. quæſt. 21. nu. 4. & 10. cum pluribus præceden. & ſequentibus. Quam opinionẽ in Hiſpanorum primogeniis loquens, ſequutus fuit Mencha. de ſucceſſion. creati. §. 21. numero. 146. atque etiam Iacobus de Saa de Primoge. fol. 85. num. 37.

¶Contrariam autem ſententiam plures etiam veriorem eſſe cenſuerunt, ex eo præſertim, quòd exhæredatio fieri poſſit ab eo ſolùm, qui poteſt & tenetur inſtituere, nec poſſit quis à bonis alienis, ſed à propriis tantùm exhæredare: aliàs eſſet inepta exhæredatio. l. quidã cùm filiũ. fi. ver. ff. de hæredi. inſtituen. Quem textum ad hoc notant communiter Scrib. tex. in Aut. vt cùm de appella. cognoſci. §. aliud quoque capitulum. coll. 8. l. nã etſi ſub conditione. in princip. de iniuſt. rupt. facit l. decem cum ſimil. ff. de verb. oblig. Cùm igitur bona Maioratus non ab vltimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore: nec iure hæreditario, ſed iure ſanguinis deferantur, conſequens eſt, vt nõ poſſit vltimus Maioratus poſſeſſor ſequentẽ à Maioratus ſucceſſione, quam ab ipſo non cœpit: etiã ex cauſa legitima exhæredem facere. Quam opinionem probat Philippus Corneus in l. 1. col. 3. verſic. prætereà. C. de conditi. inſer. atque illã ſequitur Ioã. de Terra Rubea. in ſuo tracta. cõtra rebelles, tracta. 1. concluſi. 10. Guillel. de Montſerrat in tract. de ſucceſſio. Regum. num. 19. Et Car. Moli. in cõſue. Pariſ. tit. 1. §. 8. glo. 3. n. 12. Idque in Hiſpanorũ Maioratibus conſtanter defendit Peralta in l. 3. §. qui fideic. n. 86. ff. de hæredi. inſtituen. vbi inquit ſe ita intrepidè tenere, & ſẽper tenuiſſe: refertq; ſic pronuntiatũ fuiſſe in Regio, ac ſupremo Caſtellæ Senatu in perſona Ducíſſæ de Nagera, & Comitiſſæ de Valentia, quam pater exhæredauerat ab omnibus bonis ex eius ſucceſſione ſibi pertinentibus. Hæc nãque exhæredatio ex regij cõſilij ſententia, quoad bona libera cõprobata fuit: quoad bona verò Maioratus, reiecta. Idq. etiã in Hiſpanorũ Primogeniis verũ eſſe dixit. D. Ant. Padilla in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. n. 16 cum ſeq. ff. de lega. 2. atque Emanuel à Coſta. de patruo & nepote pag. 152.

¶Sed iſta Scribentium controuerſia eadẽ diſtinctione, quam in c. præced. præmiſimus dilui etiã
2 ac cõciliari poterit. Aut †enim agimus de Maioratu, qui iure hæreditario defertur: veluti in Maioratu, qui in Gallia iure præcipui filio maiori ex parentis hæreditate competit, & tunc dicendum erit, ex cauſa ingratitudinis poſſe parentem filiũ ſuũ huius Maioratus ſucceſſione priuare. Cùm enim ab eo iure hæreditario ipſe Maioratus capiatur, nõ mirũ ſi ipſe poſſit, ab illo filium ſuum exhęredare: ſicut ab aliis bonis ſuis illũ cauſa ingratitudinis interueniente exhæredare poſſet. Et in hac ſpecie omnes Scrib. primam opinionẽ tenentes intelligendi ſunt, quod etiam in cauſa ingratitudinis cõmiſſa aduerſus primò Maioratus inſtitutorẽ dici poterit, cuius reſpectu in Maioratu iure etiã hæreditario ſucceditur. De quo infra iſto ca. nu. 8. cũ plurib. ſequen. latiùs dicemus.

¶Aut agimus de maioratu in quo iure ſanguinis ſucceditur, nec ab vltimo poſſeſſore, nec iure hæreditario: ſed à primo inſtitutore capitur, & in hoc caſu dicendũ erit: proculdubiò verã eſſe ſecũdam opinionem, dicentiũ: Maioratus poſſeſſorẽ non poſſe ab huius Maioratus ſucceſſione filium ſuum vel alium ſequentẽ ſucceſſorẽ: etiã ex cauſa ingratitudinis, contra ipſum cõmiſſa, exhęredẽ facere. Quam concordiã inter has opiniones aſſignauit in effectu Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 8. gl. 3. n. 10. & Anto. Gomet in l. 40. Tauri. n. 71. Idque veriſſimum eſt.

3 ¶Et qua opinione †cõſulit Peralta in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. ff. de hæredib. inſtitu. nu. 87. Maioratuũ inſtitutoribus, vt in ſuis Maioratibus ſpecificè diſponant, quòd ſi aliquis ex eorundẽ ſucceſſoribus aduerſus præcedentes poſſeſſores aliquã ingratitudinis cauſam committat, poſſit is. etiamſi Maioratus inſtitutor nõ ſit, illũ ab ipſius Maioratus ſucceſſione exhæredem facere. Sic etenim, vt ipſe inquit, fiet, vt Maioratuum ſucceſſores vltimis eorundẽ poſſeſſoribus debitum honorẽ, ac reuerentiam exhibeant. Cuius clauſulæ appoſitio mihi vtilis ac iuſtiſſima videtur: dummodò ſolum ad parentes, auos, ſeu alios aſcendẽtes Maioratus ſucceſſoris reſtringatur: nec ad alios ipſius Maioratus poſſeſſores, quibus non is honor debetur, protrahenda ſit.

¶Nec his obſtat deciſio tex. in d. c. licet. de voto. vbi filius ex cauſa fuit priuatus à parente Regni ſucceſſione. Nam ille tex. id diſponit in caſu ſpeciali, ex eo: quia filius non impleuit contenta in paterno teſtamento quo ad piam cauſam. Ideoq. cùm id fauore teſtamẽti & piæ cauſæ introductũ ſit, non eſt ad alias materias trahendum. l. quod fauore. cũ ſimilib. ff. de leg. Quem intellectum ad illum tex. verum eſſe cenſet Hoſti. Ioan. And. & Scrib. in eod. c. licet. de voto. gl. in c. ſi hęredes. de teſtam. vbi Anto. Abb. Cardi. Imol. & cõmuniter Scrib. Ibique Barba. col. 9. inquit hũc eſſe cõmunẽ illius tex. intellectum, illúmque ſequitur Peralta. in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. num. 86. ad fi.

¶Sed quanuis Peralta in hac quæſtione cõſtanter hãc vltimã opinionẽ defendat, in intellectu tamẽ d. c. licet de voto, apertiſſimè labitur. Si enim is eſſet verus illius tex. intellectus quanuis cõmunis ſit, ſequeretur neceſſariò, quòd vltimus Maioratus poſſeſſor poſſet ſequẽti ſucceſſori onus aliquod implẽdi voti, ſeu alterius cauſæ piæ ex proprio teſtamento iniũgere, illumque in caſu cõtrauentionis Maioratus ſucceſſione priuare, quod nec ipſe aſſereret: nec aliquo pacto tenendũ, nec
4 aſſerendũ eſt. Imò cõſtanter dicendum erit† etiã propter votum ex teſtamento paterno iniũctum, vel quid ſimile non impletum, non poſſe filiũ Maioratu priuari, vt dixit Ioa. Licerier. de primoge. q. 6. l. 13. Palati. Rubi. in repe. c. per veſtras. fo. 83. magno. n. 43. & Caro. Moli. in conſue. Pariſ. ti. 1. §. 8. glo. 3. n. 10. Idque in Regno, & Baronia cenſuit Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicommi. n. 8. Quod ſequitur Iaſſ. ibid. nu. 6. limi. 7. & Guillelm. Benedictus. in repe. c. Rainuntius verb. ſi abſque liberis moreretur el. n. 216. Didacus de Segura. in l. 3. §. fi. ff. de libe. & poſth. col. 28.

5 ¶Verus† autẽ intellectus ad tex. in d. c. licet. aliis reiectis, is eſt, ꝙ ideò ibi filius Regni ſucceſſione priuatus fuit, quòd ipſe ſe expreſsè ad votum paternum implendum aſtrinxit, quod pro. ex eo. tex. ibi. *Et id aſſumpto Crucis ſignaculo te ſine dilatione adimpleturũ eſſe promiſiſti.* Et iterum ibi. *Ne ſi onus tibi à patri iniunctum, & à te ſponte ſuſceptum.* Et iterũ in deciſione dicitur. *Debitũ acceptæ crucis exſoluens propoſitũ iter arripias.* Cum igitur ipſe filius ad implemẽtũ huiuſmodi voti ſe obligauerit: non mirũ ſi ex ꝓpria obligatione Regni ſucceſſione priuetur, ſiue ea ſibi obuenerit iure ſanguinis, ſiue hæreditario, ſiue aliunde, & non à parente illã acquiſierit. Iam enim non agitur de adimplenda obligatione paterna, ex qua (vt prædiximus) non poteſt filius his bonis priuari, quæ ſibi ab alio, nõ à parente, iuréque ſanguinis: non autem hæreditario obuenerũt: ſed de adimplenda obligatione propria, ex qua poteſt filius etiam bona propria aliundéque acquiſita amittere. Quem intellectũ ad illum tex. aſſignauit Ioa. Licerier. de Primoge. lib. 3. q. 6. vbi illum eleganter proſequitur Guillel. Benedictus. in repet. c. Rainuntius. verb. ſi abſque liberis moreretur. el. 2. num. 21. & Caro. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. nu. 10. Et Couarru. in ca. ſi hæredes. de teſta, nu. 10. Grego. in l. fin. tit. 10. part. 6. glo. fi. Idque etiam nouiſſimè tenuit D. Ant. de Padill. in auth. hoc ampliùs. C. de fideicom. n. 18. Iſque intellectus mihi verus atq; ad illũ tex. proprius ac germanus videtur: quãuis illum reiiciat Innoc. in d. c. licet de voto: dicens, quod etiam ſi filius non obligaſſet ad votum paternum implendum, poſſet ad illius implementũ ſub pœna priuationis ſucceſſionis Regni aſtringi. Præſupponit namque Inno. quòd Regnum in caſu illius tex. ex teſtamento ipſius parentis filio iure primogenituræ cõpetebat, vt ex eius verbis conſtat apertiſſimè, quæ eſt clara ad illũ tex. diuinatio. Ideóque eius dictum in hoc attendendum nõ eſt, vt optimè aduertit Ioa. Licerier. d. queſt. 6. nu. 16. In quo etiam lapſus eſt Xuarez ſequutus Innoc. in repe. l. quoniam in prioribus in prin. n.

20. C

20.C.de inofficio.teſta.
6 ¶Ex quibus ſubinfertur† falſum eſſecommunem
intellectum,quem glo.& Scrib.aſſignant ad tex.
ind.c.licet de voto,dicẽtes,quòd quãuis propter
non implementum voti,filius non poſſitlegitima
priuari,vt notant Cardi.Ab.& Imol. in c. ſi hæ-
redes.de teſta.vbi Barba.n.10.& Couarru.n.9.id
ipſum annotarunt.Bal.in d.auth.hoc ampliùs. n.
4.C.de fideicom.& Segura.in l.3.§.fi.ff.de lib. &
poſth.fol.7.col.1. Quorum opinionem dixit com
munem Ioan.Licerier.de primoge.lib.3.quęſt.6.
n.15.Et Carol.Molin.in conſuet.Pariſ.tit. 1. §. 8.
gl.3.n.10.Hoc tamen fallit: quando tractatur de
ſucceſſione Regni,Ducatus ſeu Comitatus, vel
alia re indiuiſibili.Tunc namque ex eo,quòd res
indiuidua eſt,ex ea legitima non detrahitur: ſed
res ipſa integra amittitur.Quod opinatur gl.ind.
c.licet de voto.in gl.fin.ad fin.quam ſequitur ibi
Inno.verb.ſucceſſionem.Et Ab.& cæteri.Scrib.
¶Nã cùm ideò in his bonis filius legitima priue-
tur,ꝙ ipſe ſe ad paterni voti implementumaſtrin
xerit,nec illud impleuerit,quo caſupoteſt etiã bo
nis propriis & aliunde quàm à parente quæſitis
priuari(*vt ſuperiùs oſtenſum eſt*) conſtat non ex
eo filiũ priuari Regno quod ipſum Regnũ indi-
uiduum ſit:ſed ex eo quod ipſe filius ad voti im-
plementum ſe aſtrinxerit.Quo caſu nulli dubiũ:
quin etiã legitima priuari poſſit. ¶Imò ea ratio,
ꝙ ex eo priuatur filius legitima ex Regno ſibi cõ
petenti:quod Regnum ipſum indiuiduum ſit,ci-
uili ac morali fundamento deſtituitur,nonenim
iuſtũ eſſet quòd ex eo,quod Regnum diuidi non
poſſit,filius legitima priuaretur:ſed iuſtiùs exiſti
marẽ quòd ex eo,quod Regnum indiuĩduũ eſt,fi
lius nec legitima,nec alia portione etiã extra le-
gitimã priuandus ſit,ex ratione tex.in l.cum qui
dam.ibi.*Exhæredationes autẽ non eſſent adiuuandæ.*
ff.de li.& poſt.Per quem tex. cenſuerunt Bart.&
ſcrib.in proprio loco,exhæredationem factã de
certa parte hæreditatis non trahi ad totam hære
ditatem: ſed omninò vitiari ex eo quod exhære-
datio odioſa ſit:licet ſecus dicẽdũ ſit in inſtitutio
ne,quæ fauorabilis eſt, ex cuius l. ratione plura
ſcri.paſſim decidere ſolent,quæ in huius rei cõ-
probationẽ adduci poſſent.Quod eo maximè di-
cendũ eſt,quod quanuis hæ dignitates indiuiſibi
les ſint:earũ tamen cõmoditates ac emolumenta
diuidi poſſunt ex quibus filio legitima ſalua re-
linqui poſſet,vt infra iſto li.c.11.apertiùs probabi
mus.Ideóq.hæc opinio quanuis à grauiſſimis vi-
ris probata ſit,proculdubiò erronea,ac falſa cen-
ſenda erit.Sicque eam reiicit Didacus de Couar
ru.in d.c.ſi hæredes de teſtam.num.9.
7 ¶Similiter etiã†infertur erroneam eſſe eam limi-
tationem quam Roderi.Xuar.non modico legen
tium applauſu in rep.l.quoniam in prioribus.C.
de inofficio.teſta.in princip.nu.20.ad eandẽ legẽ
aſſignauit,quòd ſcilicet quanuis verum ſit,ꝙ ex
eiuſdem legis diſpoſitione omne grauamẽ de le-
gitima reiiciatur,per conſequẽnſque ex ea eſſet
reiiciẽdum grauamen adimplemẽti voti,ſeu alte
rius legati pij,à patre filio iniunctum:hoc tamen
fallit:quando hæreditas conſiſteret in regno ſeu
alia dignitate indiuiſibili.Tunc namque ratione
indiuiduitatis filius etiã eſſet legitima priuãdus
ex deciſione tex.in d.c.licet:nam cumintellectus
communis,qui in hoc ad illum tex.aſſignari ſolet
erroneus ſit:vt paulò antè cõprobauimus,ſimili-
ter hæc limitatio,quæ ex eo intellectu fundamẽ-
tum aſſumpſit,falſa ac erronea cenſenda erit.Nõ
enim ex eo,quòd regnũ indiuiſibile ſit,ſed ex eo
quòd ſe ad *voti implementum aſtrinxit filius in*
caſu illius tex.regno,ac ſua legitima priuatur.
¶Sed quoniam (vt ex ſuperius adductis apertiſſi
mè conſtat) cauſa ingratitudinis contra vltimum
Maioratus poſſeſſorem cõmiſſa,ſufficiens noneſt
ad hoc,vt ſequens ſucceſſor poſſit à Maioratu ex
hæredari,vt res iſta perfectiùs intelligatur,diſcu
8 tiendum ſupereſt,quid†dicendũ ſit inMaioratus
ſucceſſore, qui aduerſus eiuſdem inſtitutorem,
cauſam ingratitudinis cõmiſit.In qua quæſtione
prima facie dicendum videbatur ex hac cauſa ad
uerſus inſtitutorem cõmiſſa,ſucceſſorẽ ab ipſius
Maioratus ſucceſſione excludi poſſe:cùm ab ipſo
inſtitutore Maioratus ſucceſſio capiatur, ex his,
quæ ſuperius adducta ſunt:ſed hãc quæſtionẽ co
pioſè tractauit Peralta.in d.l.3.§. qui fideicõmiſ-
ſam.ff.de hæredi.inſti.nu.87.vbi in effectu cõclu
dit ex hac cauſa ſequentem ſucceſſorem nõ poſſe
9 à Maioratus ſucceſsione excludi.Nam†aut ea in
gratitudinis cauſa in vita inſtitutoris commiſſa
fuit & nõ poteſtex ea ſucceſſor exhæredari,etiãſi
ab hæredibus ꝓbetur,niſi ab ipſo inſtitutore cũ
cauſæ expreſſione exhęredatus fuerit.tex.in aut.
vt cum de appella.cog. §. aliud quoque capitulũ
colla.8.l.omnimodo.in fi.princip.C.de inofficio.
teſta.aut cauſa *ingratitudinis fuit aduerſus inſti-*
tutorẽ Maioratus iã mortuum cõmiſſa. Et ſimi-
liter ex ea non poteſt eiuſdem Maioratus ſucceſ-
10 ſione priuari:cùm id iure ſtatutũ non ſit. †Pœna
nãque priuationis:*niſi in caſibus à iure expreſſis*
non eſt apponenda.tex.in auth.de non eligen.ſe
cundo nubentes.§.cum igitur.col.1.Tiraquel. in
rep.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.verb.reuertatur
nu.207.Roland.à Valle qui plura refert conſ.27.
num.14.Subdit tamen Peralta,quòd quanuispro
pter hanc infamiam,ſeu grauem iniuriã à ſequẽ
ti ſucceſſore aduerſus inſtitutorem iamdefunctũ
irrogatam,non poſſit puniri priuatione Maiora-
tus ſucceſſionis:poterit tamen aliàs extraordina
riè puniri.Hæc ille.
¶Hæc autem quæſtio,quæ diffuſa,difficilis,atq.
aſſidua eſt,altiùs repetenda erit,quã in hac parte
latiſſimè examinare intẽdimus.Quãuis enim pro
priè ad materiã exhæredationis,de qua in hoc ca
pite tractatur,non omninòaccedat:nihilominùs
11 tamen†excluſionem à ſucceſſione Maioratus cõ
prehẽdit,quæ veluti exhæredationis ſpecies eſt,
vt cenſuit Bald.in l.illam.n.4. C.de colla. Corn.
conſ.202.nu.11.lib.2.& alibi ſæpèScribẽ.Ideóque
pro eius perfecta reſolutione ſic diſtinguẽdũerit.
¶Aut enim ea cauſa ante Maioratus inſtitutionẽ
orta fuit. ¶Aut eodẽ Maioratu iã inſtituto,ante
mortem tamẽ inſtitutoris:contigit.¶Aut poſt in-
ſtitutũ Maioratum:iam mortuo Maioratus inſti-
tutore,ſubſequuta fuit.¶In prima ſpecie quando
ſcilicet ante Maioratus inſtitutionẽ ea cauſa ſu-
peruenit,ſubdiſtinguendum erit.Nam aut in eo
Maioratu is ſucceſſor,contra quẽ ea ingratitudi
nis ſeu inimicitię cauſa contingit expreſsèac ſpe
cialiter vocatus eſt,aut ſolùm tacitè,ſeugenerali
ter vocatus fuit.¶Si ſpecialiter vocatus fuit,dicẽ
dum eſt,ex hac expreſſa ac ſpeciali vocationecau
ſam ipſam ingratitudinis,ſeu præcedẽtis inimici
tiæ remiſſam cenſendam eſſe: eúmque ea non ob
ſtante in eodẽ Maioratu ſuccedere debere.Cau-
12 ſa†nãq. inimicitiæ,ſeu ingratitudinis ex ſequẽti
vocatione ſpeciali,ac expreſſaaboletur.l.filioquẽ
pater



pater,vbi Bart.& communiter Scrib. ff. de lib.&
poſth.l.non putauit.§.ſi quis emancipatum.ff.de
bon.poſſ.cont.tab.tex.in Auth.vt cum de appell.
cog.§.aliud quoque.coll.8.Bar.in l. 3.§. fin. ff. de
adim.legat.Quod in ea vocatione expreſſa ac ſpe
ciali,quæ ab inſtitutoreMaioratus ſcienter facta
fuit,intelligendum eſt,vt Scrib. ibidẽ aduertũt.
Secùs autem ſi ex ipſius cauſæ ignorantia facta
fuit:quando enim ignorãter vocatio facta fuit,
*dicendum erit prout infra iſto cap.dicemus in ea*
ingratitudinis,ſeu inimicitiæ cauſa, quæ poſt in
ſtitutum Maioratum orta eſt. Idem namque eſt,
ꝙ cauſa veniat ad notitiam Maioratus inſtituto-
ris poſt inſtitutũ Maioratum, vel ꝙ poſt eiuſdẽ
inſtitutionẽ orta fuerit.text.in ca.paſtoralis. de
exceptio.Scrib.in c.inſinuante de offi.delega.
¶Si autem non expreſsè,ſed tacitè,vel ſub gene-
ralibus *verbis ſucceſſor vocatus fuerit,dicendũ*
erit,quòd ipſe in ea generali ſeu tacita vocatio-
ne ex coniecturata mente teſtantis vocatus non
cenſebitur.l.Lucius Titius.§.Lucius Titius Da-
mã.ff.de lega.3. Per quem tex. notant Iacob. de
13 Are.Bar.& Scrib.ibi:quòd† is,qui eſt odioſus te
ſtatori ſub generali vocatione nunquam cõpre-
henditur.Idẽ etiam dixitBal.in l.in ipſius.n. 4.C.
famil.herciſ.Anchar.conſi.408.latè Menochius
14 cõſi.30.n.15.cũ ſeq.niſi is†merita ſequẽtia,ex qua
inimicitia ipſa veriſimiliter remiſſa ſit legitimis
probationib.oſtenderit,quod gl.Dinus & Bar.in
eo.§.Lucius Titius Damam,non obſcurè cenſue
runt.d.l.in ipſius.vbi Bal.& Scri.C.de famil. her
ciſ.Quib.plura cumulat Couarr. in c.Rainutius,
in prin.de teſta.n.17. De quo nos infra iſto c.nu.
43.latiùs dicemus.
¶In ſecunda ſpecie:quando ſcilicet ea inimicitiæ
cauſa poſt inſtitutum Maioratũ orta fuit: ſubdi-
ſtinguendũ etiam erit.Aut enim Maioratus ipſe
inſtitutus fuit in perſona filiorũ,vel deſcenden-
tium,quib.*legitima debetur*:aut in perſona alio-
rum cognatorum,vel agnatorum trãſuerſalium,
vel extraneorum,quibus legitima debita nõ eſt.
¶Si de Maioratu in perſona deſcendentium, qui
15 bus legitima debetur,inſtituto agamus,†dicendũ
erit:filium ſeu deſcendentem ad Maioratus ſuc-
ceſſionẽ vocatũ,nõ poſſe ab eius ſucceſſionẽ ex-
cludi ex cã ingratitudinis,vel inimicitiæ,qualiſ-
cunque ea ſit:niſi à patre, vel aſcendẽte exhære
datus fuerit,cã exhæredationis expreſſa atq. ab
hęredibus probata:adeò vt etiã ſi ea cauſa ab hę-
redibus ꝓbetur,nõ ſufficiat,ad hoc,vt filius, vel
deſcendens à*Maioratus ſucceſſione* excludatur:
niſi à patre,vel auo,cũ cauſæ legitimæ expreſſio-
ne exhæredati fuerunt. Omnia namq.iſta copu-
latiuè requiruntur ad hoc,vt teſtamentum vali-
dũ ſit,nec nullitati,nec querelæ ſubiaceat.Quod
probatur ex tex.in auth.vt cũ de appella.cognoſ.
§.aliud quoque capitulum.colla.8.l.omnimodo.
C.de inoffi.teſt.Ang.ſibi contrarius in l.1.in prin
cip.ff.de inoffi.teſta.Iaſ.in l.in arenam. numer.1.
C.eo.Fran.de Aret.in l.3. §. filius. ff.de liber. &
poſthum.Alex.in aut.non licet.C.de lib. præter.
col.pen.& ibi Curti.Iuni.nu.17. qui hanc dixit
communẽ opinionem Ripa in l.fi.q. 47.nu. 165.
C.de reuo.dona. Ioan.de Garro.in repe.auth. ex
teſtamento.C.de ſecundis nupt.n.4. Acoſta. in
repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff.de lib. & poſt-
hu.par.3.nu.168.Greg.Lopez in l.8.tit.7.part. 6.
glo.1.Mencha.in repet.leg.omnimodò. C. de in-
offi.teſta.nu.179.Iul.Clarus lib. 3. ſenten. rece-
ptarum.§.teſtamentum.q.40.
16 ¶Quod † adeò in portione legitima ꝓcedit,vt in
diſtinctè ſeruandumſit,ſiue teſtator ſciuerit cãm
ingratitudinis,ſiue eam ignorauerit,ſiue habue-
rit tempus ad exhæredandum,ſiue non, vel vo-
lens exhæredare morte præuentus fuerit. Nam
quanuis quoad alias materias huiuſmodi diſtin-
ctiones obſeruandæ ſint (vt inferiùs dicemus)
quod tamẽ ad legitimã attinet hoc indiſtinctè ſer
uandũ erit.Cũ enim ex tex.in d.§.aliud quoque
capitulũ,forma exhæredãdi filios à legitima por-
tione appoſita ſit,ea prætermiſſa,exhæredatio ef
17 fectũ obtinere nõ poterit.Formæ†namq.præter-
miſſio actũ nullũ efficit:etiãſi ignoranter omiſſa
fuerit.Bal.in l.iuris ignorantia.n.3.C.qui admitt.
idem Bal.in l.falſus.nu.18.C.de furt.Alex. conſi.
165.nu.4.lib.6.Idem conſi.7.n.19.lib.7.Tiraquel.
qui plura refert.de retract.conuentio.§.4.gl.7.n.
15.Idq; mihi compertiſſimum eſt.Nunquã enim
vidi filium à portione legitima:ex quacunq. cau
ſa ingratitudinis aduerſus parẽtem commiſſa,ex
cluſum:niſi ab ipſo parente exhæredatus fuerit,
cum cauſæ legitimæ expreſſione ac probatione.
¶Quæ omnia clarè atque indiſtinctè procedunt:
Siue Maioratus in perſona filiorum, vel deſcen-
dẽtium,quib.legitima debetur in teſtamento,ſi-
ue in cõtractu,ſiue iure legati,vel fideicommiſſi,
vel donationis,vel alio quocũq.modo inſtitutus
18 ſit.†Nõ.n.poterũt filii vel deſcẽdẽtes exhæredes
fieri niſi forma,de qua ſuperiùs mentionem fe-
cimus,in exhæredatiõe ſeruata fuerit.Quod pro
bat tex.in d.§.aliud quoque capitulum.ibi, *Nec*
*ſi per quamlibet donationem,vel legatum,vel fideicõ-*
*miſſum,vel alium quemcunque modum eis dederit le-*
*gibus debitam portionem.*Quod ibidẽ.& in d.l. om-
nimodò.in prin.omnes Scrib.aduertunt.
¶Sed an hæc ſeruanda ſint ſolùm in ea parte bo-
norum Maioratus, quæ legitimam portionem
comprehendit:an ẽt in aliis bonis Maioratus, ꝗ
ſunt extra legitimam portionẽ in Maioratu, in
pſona eius,cui legitima debetur,de legitima, ac
aliis bonis ſimul inſtituto,controuerti poterit.
19 ¶Videtur namque†dicendum.hæc omnia ſolùm
in legitima portione ſeruanda eſſe:cum tex.in d.
§.aliud quoque capitulum,in ſola legitima filio-
rum,vel deſcẽdentium loquatur,vt probatur ex
verbis eiuſdem tex.ibi.*Legibus debitam portionẽ.*
l.omnimodò.in prin. C.de inoffi. teſta.ibi. *Quod*
*minus legitima portione ſibi relictum eſt.*Et vtrobiq.
per Scrib.In eo namq.quod vltra legitimã filio
relinqtur exhæredatio neceſſaria nõ eſt:ſed ſola
reuocatio,ſeu voluntatis mutatio, abſque exhæ
redatione ſufficit.Non enim eſt neceſſaria forma
ad exhæredandum filium ab eo,quod neceſſario
eidem relinquẽdum non erat.Ex quo videbatur
quoad id,quod legitimam portionem excedit,di
cẽdũ eſſe:prout inMaioratũ in perſona agnatorũ
vel cognatorũ trãſuerſaliũ inſtituto ſtatim dice-
mus.¶Sed quanuis hoc prima facie verum videa
tur:mihi tñ id exactiùs conſideranti,contrarium
iure veriùs eſſe ſatis cõpertũ eſt.Quanuis.n.quã
do Maioratus in perſona eorum, quib. legitima
non debetur,*inſtituitur*,dicendũ ſit (prout infe-
riùs dicemus)in Maioratu tamen in perſona eo-
rum,quibus legitima debita eſt inſtituto,ea oĩa,
quæ ſuperiùs dicta ſunt indiſtinctè ſeruanda e-
rũt,tã quoad legitimã portionẽ:quàm quoad alia
bona,quæ extra legitimã ſunt quãdo Maioratus
de legitima,atq. aliis bonis extra legitimã ſimul
inſti-

inſtitutus fuit. Quod probatur ſolidiſſima ratio-
ne. Maioratus namque in diuiduus eſſe debet, di
uiſióque eiuſdẽ Maioratus naturæ ex diametro
pugnat, vt infra iſto lib. c. 11. apertiſſimè oſtende-
mus. Cùm igitur filius, vel deſcendẽs ab ea parte
bonorum Maioratus, quæ ſub legitima compre-
hẽditur, excludi nõ poſſit niſi ad id exhæredatio
ſolenniter facta interueniat: neceſſariò dicẽdum
erit pari ratione à reliquis bonis non excludi, ne
Maioratus ipſe contra eiuſdem naturã ac ſubſtã
tiã atq. inſtitutoris volũtatẽ diuidatur. Quod ex
20 plurib. aliis ẽt rationib. comprehẽditur. †Exhæ-
redatio nãque aut in tota hæreditate fieri debet
aut in totũ vitiari. Nec poteſt quis pro parte ex-
hæres fieri. l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit ex
cepto fundo. ff. de hæred. inſti. l. cum quidam. ff.
de lib. & poſth. Cùm igitur in parte principali, ac
digniori: hoc eſt in legitima exhæredatio nõ va-
leat, conſequenter dicendum erit ẽt in reſiduo
nõ valere. Idq. ex eo præſertim probatur, quod,
vt prædiximus, Maioratus ex propria natura in-
21 diuiduus ſit. Ideóque ſuccedit regula, †q in his, q̃
indiuidua ſũt, id quod dignius eſt trahit ad ſe mi
nus dignum eiuſque naturã in omnib. ſequi de-
bet, ſuſtinetúrq. id, quod alias inualidum eſſet
ex adiunctione dignioris: ne vna, eadémq. res di-
uerſo iure cenſeatur. Quod ex plurib. ornat Iaſſ.
in l. Imperium. ff. de iuriſdi. omn. iud, nu. 3. Feli.
qui latiſſimè proſequitur materiam in c. 1. de prę
ſcrip. nu. 6. Tiraquel. de retract. Linagier. §. 30. gl.
1. nu. 9. cum plurib. ſequen. Quæ opinio tanquam
verior, ac voluntati diſponentis magis conſona,
ſequenda erit.
22 ¶Hæc tamen omnia intelligenda ſunt: niſi cauſa
ingratitudinis eius qualitatis ſit, vt filiũ hęredi-
tatis paternę indignum efficiat, vt ſi cauſam ſta-
tus contra parentem mouerit, vel eum captiuũ
nõ redemerit, vel furioſum nõ curauerit, vel mor
tẽ eius vindicare neglexerit, vel quid ſimile fece
rit, ex quo hæreditatis eiuſdẽ merito indignus
efficiatur. Tũc. n. ex ea cã filius poterit Maioratu
ſibi à parente relicto: etiã quoad legitimam por-
tionẽ priuari: quanuis à patre exhæredatus non
fuerit. Quod probatur ex tex. in d. auth. vt cum
de appella. cognoſ. §. ſi qs de prędictis. & §. ſi v-
num de prædictis colla. 8. vbi gl. & communiter
Scrib. id notant. tex. ibi etiam per Scrib. in auth.
ſi captiui. C. de Epiſcopis & cleri. & in auth. libe
ri, vbi gl. verb. capitalis. C. de Epiſcopa. audien. l.
ſi inimicitiæ. cũ ſimilib. ff. de his. quib. vt indig.
Et hæc in Maioratu, in perſona filiorum, ac deſcẽ
dentium quibus legitima debetur, inſtituto ob-
ſeruanda ſunt.
¶Si verò in perſonis agnatorum, vel cognatorũ
tranſuerſaliũ, vel etiam extraneorum Maioratus
inſtitutus fuerit, ſubſtinguendum etiam erit. Nã
aut agitur de primo Maioratus ſucceſſore, qui in
teſtamento hęres inſtitutus fuit locúmq. hęredis
obtinet, aut de his, qui non locum hæredũ obti-
nent: ſed aut fideicommiſſarij, aut legatarij, aut
donatarij ſunt: iuxta ea, quæ infra iſto lib. c. 14. la
tiùs dicemus.
¶Si de primo Maioratus ſucceſſore hærede inſti
tuto loquamur, dicendum erit: eum non excludi
ab ipſius Maioratus ſucceſſiõe ex inimicitia, vel
alia ingratitudinis cã ſupueniẽti aduerſus eiuſdẽ
Maioratus inſtitutorẽ poſt Maioratus inſtitutio
23 nẽ niſi Maioratus expſsè reuocatus ſit. Ex†inimi
citia nãq. ſeu alia cã ingratitudinis ſuperueniẽti
hæredis inſtitutio nõ reuocatur. l. ex parte. ff. de
adim. leg. gl. in l. 3. §. fi. in gl. in ver. nuda. ff. eo. Et
vtrobíque communiter Scrib. Ripa. in rep. legis
fi. C. de reuocan. dona. q. 46. nu. 154.
¶Quod nedum procedit, quando cauſa inimici-
tiæ culpa Maioratus inſtitutoris proceſſit: ſed ẽt
qñ culpa ſucceſſoris, ſeu primiuocati, qui locum
hæredis obtinet, orta fuit: vtroq. nãque caſu ex
cauſa ingratitudinis, vel inimicitiæ ſuperuenien
ti Maioratus inſtitutio iure hæreditario facta nõ
reuocatur: quanuis cõtrariam opinionem verio
rem eſſe cenſeat Bar. in d. l. ex parte. nu. 1. dicens:
hæredis inſtitutionẽ reuocari ex inimicitiis cul-
pa hæredis procedentib. non autem ex his, q̃ pro
ceſſerunt culpa teſtatoris. Ipſe nãque clariſſimè
confundit cauſas, ex quibus quis indignus effici
tur cum cauſis ingratitudinis, ſeu inimicitiæ (vt
ſtatim dicemus) & optimè aduertit Ripa in rep.
d. l. fi. C. de reuocan. dona. d. q. 46. nu. 155.
24 ¶Hoc tamen intelligendũ erit, † niſi cã talis ſit,
ex qua hæres ipſe indignus efficiatur: quanuis. n.
ex ea hęredis inſtitutio non reuocetur: ſi tamẽ ea
cauſa culpa Maioratus ſucceſſoris, qui in Maio-
ratu iure hæreditario ſucceſſit, orta fuerit, hære
ditas ſibi tanquã ab indigno auferẽda erit. tex. in
auth. ſi captiui. C. de Epiſ. & cle. & in auth. liberi.
C. de Epiſc. audi. & probatur per totum tit. C. &
ff. de his, quib. vt indig. l. is conſequenter. §. 1. ff.
famil. herciſ. Guill. Benedict. in rep. c. Rainutius.
de teſtam. ver. condidit. el. 2. nu. 10. Sícque intelli-
genda eſt doctrina Bart. in d. l. ex parte. n. 1. prout
optimè aduertít Ripa. d. q. 46. nu. 155.
25 ¶Succeſsio†autẽ Maioratus, quæ à primo inſtitu
tore hærede inſtituto propter eius indignitatem
ac delictum proprium aufertur, fiſco per tempus
vitæ ſuæ adijcienda: eo autem mortuo ſequenti
ſucceſſori deferẽda erit. l. Statius Florus. §. Cor-
26 nelio Felici. ff. de iure fiſci. † Quando enim hære-
ditas alicui aufertur tanquàm ab indigno ob de
lictum propriũ, ea hæreditas nõ defertur ſequen
ti ſubſtituto, nec venientibus ab inteſtato: ſed fiſ
co adijciẽda erit. l. hæreditas, vbi Bar. & commu-
niter Scri. C. de his quib. vt indig. l. indignus, vbi
ẽt per Scri. ff. eo. l. 1. C. de his, quib. vt indig. Guil
lel. Benedi. in rep. c. Rainutius ver. condidit. el. 2.
nu. 16. de teſtam.
27 ¶Quod intelligẽdum erit †niſi ea indignitas red
dat ſucceſſorem eiuſdem ſucceſsionis incapacẽ:
prout ſi ob delictum propriũ deportatus ſit, vel
aliquid ſimile ſibi cõtigerit, ex quo ob delictum
proprium vel aliàs incapax efficiatur, tunc enim
bona Maioratus non ad fiſcum: ſed ad ſequẽtem
ſucceſſorem deferenda erunt. Quod probatur ex
tex. in l. 1. C. de hæredib. inſtitu. & ex his, quæ no
tant Bar. & Scri. in d. l. hęreditas. C. de his, quib.
vt indig. Guliellel. Benedict. d. c. Rainutius. verb.
28 condidit. el. 2. n. 16. Inſtitutio† namque incapacis
habetur pro non ſcripta. l. 3. ff. de his quæ pro nõ
ſcrip. haben. l. vna. §. & cum triplici. C. de caduc.
29 tollen. Incapax†enim pro mortuo reputatur. l. 1.
§. ſed ſi patronus. ibi. *Pro mortuo habetur*. ff. de cõiũ
gen. cum emancip. liber. eius. l. ſi necem. §. depor
tatus cum ſimil. ff. de bon. liber. Ideóq. primo vo
cato exiſtente incapaci, ſtatim ſequẽti ſubſtituto
locus fit, ac ſi primus vocatus nõ fuiſſet. l. 1. §. qui
habebat. ff. de bono. poſſeſ. contra tab. per quem
30 tex. dixit Barto. ibi. quòd † filius incapax non
obſtat ſequentibus in gradu, ac ſi eſſet mortuus.
l. pater filium, vbi gl. ff. de inoffi. teſtamen. l. 1. §.
ſcien-



ſciendum, vbi Bar. ff. de ſu. & legit. hæredi. l. 2. §.
ita demum. ff. ad Tertul. Bald. in l. ſi quis. §. talem.
C. de ſecund. nupt. Scriben. in l. ex facto. §. ex fa-
cto. ff. ad Trebel. text. vbi etiam per Scriben. in l.
Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.
In quo tamen, tenor Maioratus, & clauſulæ con-
fiſcationem, ſeu alienationem prohibentes at-
tendendæ erunt.
¶Si verò de his Maioratuum ſucceſſoribus aga-
mus, qui locũ hæredũ nõ obtinent: ſed aut fidei-
cõmiſſarij, aut donatarij, vel legatarij ſunt, ſubdi
ſtinguendum etiam erit. ¶Nã aut Maioratus per
viã donationis inter viuos ea lege vt reuocari nõ
poſsit, inſtitutus fuit, aut in contractu, vel teſta-
mento inſtitutus fuit ſimpliciter, vel ea lege ad-
iecta, vt ad libitum inſtitutoris reuocari poſsit.
31 ¶Si†per viã donationis ea tamẽ lege, vt reuoca-
ri non poſsit, Maioratus inſtitutus fuerit, dicẽdũ
erit: ſucceſſorem ab eiuſdem Maioratus ſucceſ-
ſione excludi non poſſe: niſi ex cauſis ingratitu-
dinis contentis in l. fina. C. de reu. dona. & in ca.
fina. de dona. & in l. 10. tit. 4. part. 5. Ex his nãque
cauſis Maioratus etiã irreuocabilis reuocari po-
terit, vt ex dictis iuribus probatur, & loquens in
Maioratu dixit Anto. Gomet. in l. 40. Tauri. n. 71.
& D. Anto. de Padilla. in repe. l. vnum ex familia.
§. ſi de Falci. nu. 19. ff. de leg. 2.
32 ¶ Quod † non ſolùm ex cauſis ibidem expreſsis:
ſed ex aliis eiſdem ſimilibus, vel maioribus fieri
poterit. Nam quanuis in eiſdẽ legibus ſolũ quin-
que cauſæ, atq; cũ taxatiua tãtũmodò enumerẽ-
tur, ex quibus donatio perfecta reuocari poſſit:
nihilominùs tamẽ ex eiſdẽ iuribus aliæ cauſę ſi-
miles, vel maiores expreſſis non excluduntur.
Quod in ſpecie notant Salycet. Cinus, & Scrib.
in d. l. fina. poſt glo. ibi. veb. voluerit: ídque etiam
cẽſuit Grego. in d. l. 10. in glo. in verb. *De palabra*,
quã dixit eſſe cõmunẽ opinionẽ Ripa in d. l. fi. q.
41. nu. 137. & Iulius Clarus lib. 4. ſententiarum. §.
donatio. q. 21. Franc. Viui. lib. communium opi.
verb. donatio ex quinque cauſis nu. 2.
¶ Simile etiã videmus in cauſis exhæredationis:
33 nã†quãuis filius poſſit exhęredari ſolùm ex qua-
tuordecim cauſis cũ taxatiua tãtùm expreſſis in
authẽ. vt cum de appellatio. cognoſ. §. aliud quo-
que capitulum. col. 8. Tamen ſi filius nõ commi-
ſerit aliquam ex cauſis ibidem expreſſis: ſed aliã
ſimilem vel maiorẽ, nihilominùs ex ea à parente
exhæredari poterit. Quod notat Guillel. de Cug-
no in auth. nõ licet. C. de liber. præterit. cuius o-
pinio, ſequuntur eã cõmunem eſſe profitentes,
Alex. ibidẽ nu. 4. & Iaſſ. nu. 6. & Curtius Iuni. nu.
23. Guillel. Benedict. in repe. c. Rainutius. verb. in
eodẽ teſtamento relinquens. el. 2. nu. 19. Ripa. in
Rub. de iud. nu. 20. & in d. l. fina. C. de reuocand.
dona. q. 41. nu. 138. Gratus conſi. 115. num. 19. lib.
2. Curti. Iuni. conſi. 182. nu. 10. Iulius Clarus. lib. 3.
recep. ſenten. §. teſtamentum. quæſt. 41. Mencha.
de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 17. nu. 101. Villalobos
lib. com. opi. litera. E. nu. 143.
¶ Quibus nõ obſtat deciſio l. 8. tit. 7. 6. parti. ibi.
*Mas ſi por otra alguna razon qualquier, que non fueſſe*
*delas ſobredichas eneſtas leyes, desheredaſſe el padre,*
34 *al hijo, non valdria el tal desheredamiẽto*. Verba†nã-
que iſta quanuis nimis præciſa videantur, caſus
ſimiles vel maiores expreſsis nõ excludunt: imò
lex illa part. quæ à iure communi originẽ traxit
eaſdẽ interpretationes ac limitationes, quas iura
cõmunia admittunt, neceſſariò admittere debet,
cõtrariúmq; aſſerere, abſurdiſsimũ eſſet. Ideóq;
hæc opinio etiam hodie iure Regio partita, ſe-
quẽda erit: quanuis cõtrariũ exiſtimet Greg. Lo-
pius in eadem l. 8. verb. *Otra razon qualquier*. Cu-
ius opinio ſequenda non eſt.
35 ¶Ex†cauſa tamen inimicitiæ inter inſtitutorẽ &
ſucceſſorem ortæ, Maioratus per viam donatio-
nis inter viuos irreuocabiliter inſtitutus nõ re-
uocatur, niſi ea inimicitia culpa ſucceſſoris, atq;
ex ea cauſa proceſſerit, quę ſucceſſorẽ ingratum
ſiue indignum efficiat. Quanuis enim Maioratus
per viam legati, vel fideicõmiſsi, vel donationis
reuocabilis inſtitutus ex inimicitia ſuperueniẽ-
ti: etiãſi culpa inſtitutoris proceſſerit, reuocetur
(vt inferiùs dicetur) nulla tamen lege deciſum
eſt, quòd donatio perfecta atque irreuocabilis ex
inimicitia ſuperuenienti reuocetur. Ratio autẽ
differentiæ eſt: quia donatio perfecta atque ir-
reuocabilis, ex contraria voluntate reuocari nõ
poteſt. Ideóq; quanuis ex inimicitia capitali de
cõtraria voluntate inſtitutoris cõſtet ea volũtas,
quæ tacita eſt, nõ poteſt inducere eius reuoca-
tionẽ: cùm nec etiã ex eadẽ voluntate expreſſa
reuocari poſsit. Cuius cõtrarium dicendũ eſt, in
legato ac donatione reuocabili. Cùm enim libe-
rè ea reuocari poſsit nõ mirũ: ſi ex inimicitiis ſu-
perueniẽtibus, ex quibus cõtraria voluntas cõ-
prehenditur, reuocata cenſeatur, de quo infra i-
ſto ca. nu. 38. dicemus.
36 ¶Hæc†autẽ, quæ de ſucceſſore Maioratus irre-
uocabilis, ex cauſis ingratituddinis excludendo
prædiximus, intelligẽda ſunt ſi ipſius Maioratus
inſtitutor illũ in vita ſua ex prædictis cauſis re-
uocauerit. Secùs autẽ ſi ab ipſo inſtitutore Ma-
ioratus reuocatus nõ fuerit: tunc nãque hærèdes
ipſius id facere non poterunt. Hoc enim reuo-
cãdi ius perſonaliſsimũ eſt, nec ad hæredes trãſ-
mittitur. l. fin. C. de reuocan. dona. vbi Bald. nu. 1.
Hoſt. in ſumma. de donat. §. qualiter. verſic. hæ
autẽ donationes. l. 1. vbi glo. & cõmuniter Scri-
bẽ. C. de donation. glo. & Scribẽtes in l. omnimo-
dò. C. de inoffi. teſta. tex. vbi per Scrib. in ca. fina.
de donat. Couarru. in ca. Rainutius in prin. de
teſta. n. 7. vbi plura in idẽ adducit Ripa. in l. fi. C.
de reuocan. don. q. 61. nu. 201. Tiraquel. qui plura
refert in l. ſi vnquã verb. ſuſceperit liberos. C. de
reuocã. dona. n. 172. ídque probat l. 10. tit. 4. parti.
5. ibi: *Y ſi el ſe callare ende en ſu vida ſus herederos nõ*
*la pueden retraer, ni querellar deſpues*.
¶ Quod in Maioratus irreuocabilis inſtitutore,
qui in vita ſua cauſam ingratitudinis ſciuit, nec
37 Maioratũ ex ea reuocauit, planè procèdit. Si†ve-
rò eã ignorauit, vel quãuis illã ſciuerit, tẽpus re-
uocãdi nõ habuerit quòd morte repentina præ-
uentus fuerit: tunc poſt eius mortẽ ea ingratitu-
dinis cauſa ab eius hæredibus, vel ſequẽtib. ſuc-
ceſſoribus obiici poterit, vt à Maioratus ſucceſ-
ſione ſucceſſor ingratus excludatur: ſicq; dicta l.
fi. C. de reuocãd. donat. & d. l. 10. ti. 4. part. 5. intel-
ligendæ erunt. Quod voluit Ioã. And. in addi. ad
ſpecu. tit. de feud. §. nunc dicamus qualiter libel-
li cõcipiãtur. n. 2. in additio. litera. A. ad fi. vbi ad
hoc allegat text. in l. cõfirmãdo. & in l. vtilitatẽ.
ff. de cõfirm. tuto. Idẽ Ioan. And. in cap. fin. col. 3.
de donatio. Cuius dictũ ſequuntur Calderi. Col-
lectarius. Imol. Petrus de Ancharr. Panorm. &
communiter Scriben. ibidem. Cinus in l. 1. in fin.
C. de reuocand. donat. Andr. de Yſer. Iacob. de
Bellouiſ. Baldus, Aluarotus, & communiter

Scrib.in c.1.§.porrò.quæ fuit prima cauſa benef.
amittē.in vſib.feud.Alex.in l.rei iudicatæ.n.3.4.
& 5.ff.ſolut.matr.Franc.de Aret. conſi.14.nu.20.
Cathelia. Cotta.in ſuis memorabilibus verb.do-
natio perfecta,& verbo Vaſſallus poteſt.Ripa.in
l.fi.C.de reuocan.dona.q.61.n.205.Curt.in tract.
feudorū in pen.q. 4.part.in fi. Tiraquel.qui plu-
ra refert in repe.l.ſi vnquã.verb. ſuſceperit libe-
ros.n.174.cū ſequen. C.de reuocan.dona.Franc.
Viuius.lib. commu.opi. verbo donatio ex quin-
que cauſis. nu. 4. quod perpetuò notandū atque
memoriæ commēdandum erit. Et hæc de Maio-
ratu irreuocabili dixiſſe ſufficiat.
¶Si verò Maioratus ipſe reuocabilis ſit, nec ab
ipſo inſtitutore in vita reuocatus fuerit:iterū etiã
ſubdiſtinguendū erit:nam aut Maioratus per viã
legati,prælegati, vel fideicōmiſſi inſtitutus fuit,
aut per viam donationis,aut contractus inter vi-
38 uos: quanuis reuocabilis. ¶Si † per viam legati,
prælegati, vel fideicōmiſſi Maioratus inſtitutus
fuerit,dicēdū eſt: Maioratus ſucceſſorē ex cauſa
ingratitudinis, vel inimicitiæ ſuperuenienti ab
eiuſdē Maioratus ſucceſſione excludi.Nã quãuis
hęredis inſtitutio (vt ſuperiùs diximus) ex cau
ſa inimicitiæ,ſeu ingratitudinis ſuperueniēti nō
reuocetur: legata tamen, ac prælegata,& etiã fi-
deicōmiſſa ipſo iure reuocata eſſe cenſentur:etiã
abſque alia volūtatis declaratione. l.3.§.fin.ff.de
adim.lega.l.ex parte. ff. eod. l.ſi inimicitiæ.ff.de
his,quib.vt indign.Iaſſ.in l.hæreditas.n.3. C.eo-
dē.Ripa.in d.l.fina.C. de reuo.dona.quæſtio.45.
n.151.Couarru.in ca.Rainutius. de teſta.in prin-
ci.num.7.
¶Quod procedit ac verum eſt, nedū quando ex
culpa ſucceſſoris inimicitiæ proceſſerūt: ſed etiã
quãdo ex facto,vel culpa ipſius Maioratus inſti-
tutoris cauſatæ ſunt.Cū enim Maioratus per viã
legati,pręlegati,ſeu fideicōmiſſi inſtitutus ad li-
bitū inſtitutoris reuocari poſſit,cōſequēs eſt, vt
ex quacūque voluntatis præſumpta mutatione
vocatio ipſa reuocetur.Quæ voluntatis mutatio
æquè præſumitur ex inimicitia inter inſtitutorē
& ſucceſſorē ſuperueniēti,ſicut ex ea,quæ culpa
inſtitutoris, ſiue ſucceſſoris orta fuit. Quod di-
xit Iaſſ.in l.ſi.filiam.n.2.C. de inoffi. teſta. repro-
bans opinionē Bar. qui ſolus cōtrariū aſſeruit in
l.cū in Tabulis.§.1.ff.de his,quib.vt indig.n.1.idē
Iaſſ.in l.hæreditas.n.3.C.de his,quib.vt indig.Ri
pa.in l.fi.C.de reuo.dona.q.45.n.151.Palat. Ruui.
in rep.Rub.de don.int.vir.& vxo.§.78.n.27. Ge-
rar.ſing.5.Ioan.ab Amicis cōſ.4. Couarru.de te-
ſta.2 parte Rub.n.20.Mēcha.de ſucceſſio. creati.
li.1.§.10.nu.621.Idq́ue veriſſimum eſt.
¶Quę omnia quãdo Maioratus inſtitutor cauſas
ingratitudinis vel inimicitiæ ignorauit vel ſci-
uit: ſed Maioratū reuocare nō potuit,planè ꝓce-
39 dunt:ſed† quãdo eã cauſam ſciuit Maioratúmq;
ipſum reuocare potuit,illumq; nō reuocauit du-
bia videntur, hac præſertim ratione. Veriſimile
nãq; eſt ꝙ ſi Maioratus inſtitutor ex eadem ini-
micitiæ cauſa,vel abſque ea Maioratum reuoca-
re voluiſſet id feciſſet:cùm eam cauſam ſciuerit
tēpúſque ad illum reuocandum habuerit. Cùm
igitur Maioratū nō reuocauerit cōſequens eſt,vt
tacitè videatur eã cauſam remiſiſſe.Quod ꝓbari
videtur ex gl.in l.athletæ.§.dat remiſſionē.glo.in
verb.niſi poſtquã.ff.de excuſ.tut.vbi glo.inquit,
quòd ſi tutor datus in teſtamēto poſteà cōtrahat
inimicitias capitales aduerſus teſtatorē:ita vt ob
id cenſeatur teſtator huiuſmodi tutelã reuocaſſe
per tex.ibi.Tamē ſi diù poſt eas inimicitias ſtetit
eas ſciens,& potuit teſtamentū reuocare & non
reuocauit,ſatis eas videtur remiſiſſe,ac in ea tu-
toris datione perſtitiſſe.Idē etiã cēſuit Salycetus
in l.ſi totas.n.3.C.de inoffi.don. vbi in ſpecie di-
40 xit,ꝙ† donatio,quæ ipſo iure reuocatur natiui-
tate filij ſi filio mortuo ea donatio à patre,qui ha
buit tēpus reuocãdi,nō reuocetur,ex nouo con-
ſenſu præſumpto ex nō reuocatione, reualida-
tur. Quod etiã notat Iaſſ.qui plura refert in au-
thent.ex cauſa.nu.25.C.de liber.præter.vbi licèt
plura referat pro cōtraria parte,in hac tamē opi-
nione reſidere videtur.Idē Iaſſ.in l. ſi mater. n.2.
C.de inoffi.teſt.Soci.cōſ.126.n.6. li.3. Bertrã.cōſ.
83.col.2.li.2.& cōſ.284. in fi.eo.lib. Tiraquel. qui
plura in idē refert in repe.l.ſi vnquã.C.de reuoc.
dona.verb.ſuſceperit liberos.n.172.cū ſeq.vbi la-
tiſſimè ꝓſequitur materiã,quibus adiici poſſunt
ea omnia quæ ſupra iſto ca.n.36.adduximus, ꝓ-
bantes Maioratū irreuocabilē effectū, non poſ-
ſe reuocari ab hæredibus ex cauſa ingratitudinis
ſi illius inſtitutor illã ſciuit,habuitq́ue tēpus Ma-
ioratum reuocandi,nec illum reuocauerit.
¶*His tamen nō obſtantibus, in* caſu,de quo agi-
mus,contrarium dicendū erit:imò quòd ſucceſ-
ſor ex cauſa ingratitudinis, vel inimicitię à Ma-
ioratus ſucceſſione excludatur: etiãſi inſtitutor
illã ſciuerit habueritq́ue tēpus reuocãdi Maiora
tū,nec illū reuocauerit. Quod probatur ex text.
qui loquitur etiã in fortioribus terminis in l. fi-
41 lio.§.Seia.ff.de adim.lega.vbi ꝓbatur,ꝙ† ſi teſta-
tor fecit legatū,quod ex inimicitiis ſuperueniēti
bus ipſo iure reuocatū fuit, huiuſmodi legatum
non cōualidatur: etiãſi teſtator poſteà inimiciti-
as ſciuerit,feceritq́ue codicillū, nec in eo legatū
reuocauerit. En igitur tex. probãtē ꝙ quãuis te-
ſtator ſciat cauſam inimicitiæ,& habeat tempus
reuocandi legatū,& faciat diſpoſitionē,in qua ſi
voluiſſet illud reuocare poſſet,nec illud reuocet,
nihilominùs tamē legatū reuocatū eſſe cēſebi-
tur.¶Quod autē in caſu eiuſdem legis cauſam i-
nimicitiæ teſtator ſciuerit,ꝓbatur ex eo.tex.ibi.
*Seia poſt inſtitutã accuſationē codicillos cōfecit:nec a-
demit Titio Priuigno legatū.* En igitur qualiter pō-
derat Iuriſcōſultus,ꝙ poſt inſtitutã accuſationē,
teſtator fecit codicillos,nec ademit legatum. Ex
quo colligitur,ꝙ ſciuit inſtitutam eſſe accuſatio-
nē. Si enim illã inſtitutã ignoraſſet,non eſſet ne-
ceſſe adiicere illa verba,nec ademit Titio priui-
gno legatū, nec etiam cōſiderare:quod in codi-
cillis legatum ex hac cauſa ademptum nō fuerit.
Idq́ue probatur clariùs ex eod.tex.ibi. *Ante finē
accuſationis deceſſit.* Ex quibus verbis cōprehēdi-
tur teſtatorē deceſſiſſe poſt litem cōteſtatam, &
cauſam quaſi ad finem iam deductam.Probatur-
q́ue idē apertiùs ex verbis eiuſdem text.ibi. *Acta
cauſa.* vbi probatur,quòd cauſa poſt mortē teſta-
toris proſequuta atque deciſa fuit, quod fieri nō
poſſet: niſi mors lite iam conteſtata cōtigiſſet.l.
defuncto.ff.de publi.iud.l.1.& 2.C.ſi reus, vel ac
cuſa.mortu.fue.Idq́ue clariſsimum eſt.¶Qua ra-
tione tex.in d.§.Seia,ad hoc not.Bar.ibi.nu.1.di-
cens,text.illum eſſe notãdū,ad hoc,ꝙ licèt teſta-
tor faciat codicillos,& expreſsè nō adimat lega-
tū,tamē tacita ademptio durat. Idq́ue per illum
text.dixit Franc.de Aret.conſi.93.nu. 5. & conſi.
vlt.n.5.Idē Franc.de Aret.in l. Titius.ff.de liber.
&poſth.Alex.in l.1.ff.de vulga.n.33.Ripa.in l.fin.
C.de



C.de reuocan.dona.q.45.n.151.Peralt.qui tamen
nihil ex his refert in l.cum quidã. n.8.ff.de leg.2.
Quæ opinio quoad Maioratū per viã legati,præ
legati,ſeu fideicōmiſſi inſtitutū, de quo agimus
verior mihi proculdubiò videtur ex tex. in d. §.
Seia qui adeò clarè ac præcisè noſtrã concluſio-
nē probat,vt congruum reſpōſum nō admittat:
qua ratione neceſſarium non erit reſpōſum præ
ſtare his fundamentis,quæ in contrarium addu
cebamus.Nã aut ea falſa ſunt,& cōtra caſum di-
ctę legis, aut quod verius eſt in diuerſis caſibus
loquuntur. Ideoq́ue ad caſum tam clarè ex d.§.
Seia deciſum extendi non debent.
¶Quanuis autē ex ſupradictis verū ſit, quòd Ma
ioratus ſucceſſor ex cauſa inimicitiæ ab eius ſuc
ceſſione excluſus,nō cenſeatur denuò admiſſus,
nec cauſa inimicitiæ remiſſa ex eo, ꝙ Maioratus
inſtitutor illam ſciuerit,tempúſque reuocãdi ha
42 buerit,nec illū reuocauit:tamen ſi† Maioratus in
ſtitutor poſt ortã inimicitiam cū ſucceſſore eiuſ
dem Maioratus tacitè, vel expreſſè reconciliaue
rit,illumq́.ad domum ſuam introduxerit, vel ali
quid ſimile fecerit, ex eo cã ingratitudinis, vel
inimicitię remiſſa cenſebitur. l.4.ff.de adim.leg.
Barto. in l.3.§. fin.nu.5.&6.ff.eod.Iaſſ.in authen.
ex cauſa.C.de libe.præter.n.3.& 14.Imol. Cuma.
Aret.Alex.Iaſ.& commu.Scrib.in l.filio,quē pa
ter.ff.de lib.& poſth.Emanuel.Acoſt.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum,par.3.nu.180. cum ſeq.ff.eod.
Curt.Iuni. in l.fina.C. de pact.nu.32.Ripa.in d.l.
fina.C.de reuocan.dona.q.61.nu.204.cum ſeq.&
alibi ſæpè Scrib.& hæc de Maioratu per viam le
gati,prælegati, vel fideicommiſſi inſtituto,dixiſ
ſe ſufficiat.
¶Si verò Maioratus per viam donationis ac con
tractus inter viuos,reuocabiliter tamē inſtitutus
fuerit:idem quod in Maioratibus per viã legati,
pręlegati vel fideicōmiſſi inſtitutis paulò antè di
ximus,dicēdū erit.Quanuis enim Maioratus per
viã contractus ac donationis inſtituatur:ſi tamē
reuocabilis ſit,naturam vltimæ voluntatis:nō au
tem cōtractus obſeruat:vt infra iſto libro. c.12.la
tiùs dicemus. Ideóq.omnia ea,quæ in Maioratu
per viam legati, ſeu fideicōmiſsi diximus: in hoc
Maioratu per viã donationis reuocabilis inſtitu
to dicēda erunt.Et hæc de ſecunda ſpecie quãdo
ſcilicet cauſa ingratitudinis poſt Maioratū inſti-
tutum,& ante mortē inſtitutoris cōtingit,obſer
uanda erunt.
43 ¶In tertia ſpecie:quãdo† ſcilicet cauſa ingratitu
dinis poſt mortem Maioratus inſtitutoris cōtin
git,prima facie dicendum videtur:ex eo,Maiora
tus ſucceſſorem nō eſſe priuandū Maioratus ſuc
ceſsione:prout in his terminis dixit Peral.in l.3.
§.qui fideicōmiſſam.n.88.cum ſeq.ff.de hæredib.
inſtituen. quē in principio huius quęſtionis retu
limus,quod probat ea ratione,quia id iure cautū
vt ipſe contendit,non inuenitur:concludit tamē
ſucceſſorem eſſe aliàs extraordinariè puniendū:
quod inquit nunquam fuiſſe ab aliquo tractum
nec reſolutum.
¶Mihi autem id maturiùs diſcurrenti in hac quę
ſtione contrarium dicendū videtur:imò quod ex
grauiſsima iniuria,Maioratus inſtitutori iã defū
cto ab eiuſdē Maioratus ſucceſſore illata: vel ex
quacunque alia cauſa indignitatis poſt mortē in
ſtitutoris cōtingenti, poſsit ſucceſſor eiuſdē Ma
ioratus ſucceſsione tanquam indignus priuari.
Quod clariſsimè probatur ex text.in l.1.ff.de his,
quib.vt indi.ibi. *Cùm patronū ſuum poſt mortē quaſi
illicitæ mercis negotiatorem detulerat.* Per quē text.
44 dixit Bar. in proprio loco ꝙ† qui poſt mortē de-
functi cōtra ipſum ingratitudinis cauſam cōmit
tit,perdit legatum.Idipſum probat tex. in l.hęre
ditatē.ff.eod.& in l.1.& in l.ſi ea quæſtio.C.eod.
vbi ex cauſis poſt mortem teſtantis cōtingentib.
quis efficitur eiuſdē hęreditatis indignus.Quod
etiã in ſpecie ſequitur Andreas Barb.cōſi. 20. in
45 cipien.Scribitur pręclare in princip.lib.1.vbi† in
quit:Hæredem lacerantem famam defuncti,qui
illum hęredem inſtituit eſſe hæreditate priuãdū
tãquam indignum.Idq́ue etiam dixit Guillel. Be
nedict.in c.Rainutius verb.condidit:el.2.de teſt.
nu.13. Ripa. qui etiam loquitur in donatione in
l.fina.quęſt.11.nu.38.& q.45.nu.153. C. de reuocã.
46 dona.vbi ſing.inquit ſolùm differre cauſã ingra
titudinis commiſſam contra defunctum ab ea,q̃
cōtra ipſum in vita committitur in hoc, quòd ex
cauſa ingratitudinis commiſſa contra viuentē re
uocatur donatio, ſeu legatum ex præſumptione
contrarię voluntatis.Ex cauſa autem ingratitudi
nis cōmiſſa contra defunctum non reuocatur le
gatum,nec donatio cùm in mortuo nō poſſit prę
ſumi voluntas cōtraria:ſed venit ſucceſſor priuã
dus hęreditate,legato,vel donatione tanquam in
dignus.Quod colligitur ex doctrina Bar.ſequuta
cōmuniter ab Scri.in d.l.1.ff.de his quib. vt ind.
nu.4.Paul.in l.ſororem.nu.4. C. eod. Idem Paul.
in l.fideicommiſſum.nume. 3. C. de fideicom.&
vtrobiq.per Scriben.
¶Quę omnia comprobantur ex eo,quod cenſuit
gloſſ.in l.ſororem.C. de his quibus vt indig.ver.
47 indignu,quę ſing.† inquit,quòd ſi legatarius,vel
fideicōmiſſarius concubuit cum vxore teſtatoris
poſt mortem eiuſdem,ex eo perdat legatum,vel
fideicommiſſum,Fiſcóque deferendum ſit.Quam
ſequuntur Barto.& commu.Scrib. ibidem.Idem
Barto.in l.1.ff.de his, quib. vt indig.num.3. idem
Barto.& commu.Scriben.in l.fideicom.vbi glo.
propè cū ſimil.C. de fideicom. Alberi.in l.ex par
te.ff. de adim.lega.Bald.in c.tuæ.nu.4.de procur.
Palat.Ruui.in rep.Rub.de don. inter vir.& vxo.
§.67.num.5.Ciſuen.in l.14.Tauri.num.3.Guillel.
Benedict.in repet. cap.Rainutius de teſtam.ver.
condidit.el.2.n.13.Ripa.in l. fina.C.de reuoc.do-
na.quæſtio.45.nu.153.vbi aſſerit hoc eſſe commu-
niter receptū.Peral.qui hãc etiam aſſerit eſſe cō
munem opinionem. in l. ſi quis in principio te-
ſtamenti.ff.de leg.3.nume. 89.& in l.cum quidã.
ff.de lega.2.nume. 7.D.Anton. de Padilla.in d.l.
fideicom.num.2.C.de fideicom.Quæ opinio pro
culdubio ſequenda erit, quanuis Mencha.in l.ſi
quando,in princip.nu.94.C. de inoffi.teſta.dicat
eam ſibi iure non probari.Eius namque gloſ.opi
nio apertiſſimè probatur, ex deciſ.tex.in d.l.1.ff.
de his,quib.vt indi. quę in fortioribus terminis
id ipſum diſponit,vt ex eius legis verbis vnicui-
que plus liquido conſtabit.
48 Quę ea potiſſima ratione procedunt,quòd† offē
ſa, atque iniuria ſic poſt mortuo: ſicut & viuo ir
rogari.l.1.§.& ſi forte.ff.de iniuriis.per quē text.
not.Bar.in proprio loco, quòd poſt mortē poteſt
quis offendi.Idem probat tex.in l.ſed & ſi quis.§.
Iudex.ff.de religio.& ſump.fu.l.1.ff.de his quib.
vt indig.vbi Bar.& com.Scri.l.1.C.de ſecun.nup.
Bal.& Scrib.in d.l. ſororē. C.de his quib.vt ind.
& in d.l.fideicommiſſum. C.de fideicom. Ideóq.
49 vidua† q̃ luxurioſè viuit ꝓpter iniuriã, q̃ ex hoc

marito defũcto irrogatur.priuatur tutela filiorũ,
quam pater ſibi in teſtamento reliquit,ac etiá tu
tela legitima, atque datiua: quod dixit Ioan. de
Ana.in ca. qualiter, & quando el.2.§.licet.nu.12.
de accuſa.Abb.in c.ex parte.n.9.de accuſa.Ioan.
de Garro.in Rub.C.de ſecun.nup.n.57.Pinel.qui
plura refert.in l.fin. C.de bonis mater.nu.18.Gre
go.Lopez.in l.2.tit.12.par.4.in gl.verb.*Maldad de ſu cuerpo*.D.Ant.de Padilla in d.l. fideicõmiſſum.
50 nu.8.Similiter†etiam amittit vidua propter adul
terium poſt mortem mariti cõmiſſum medietatẽ
bonorumconſtante matrimonio acquiſitorum.l.
fina.tit.4.li.5.ord.de cuius.l. intellectu videndus
eſt Acoſta in c.ſi pater.de teſta.lib.6.1.part.verb.
legauit.num.39.cum ſequen.vbi latiſſimè proſe-
51 quitur materiam: † & filiorũ ſucceſſionẽ: vt dixit
Paul.in l.omnẽ. C.ad Tertul. num.2.Ciſuen.in l.
15.Tauri. Tellius Fernand.in l.6.Tauri.nu.6.Pa-
52 dilla in d.l.fideicommiſſum. num.9.†& facultatẽ
ſibi à marito cõceſſam,vt pro ipſo teſtetur,vt exi
ſtimat Ciſuen.in l.31.Tauri.nu. 4.& Padilla in d.
53 l.fideicommiſſum.nu.10.†& officium executricis
teſtamẽti ſibi à marito relictũ, Boerius deci.338.
num.12.quę omnia ea ratione,quam prędiximus
54 probantur.Vidua†namq.luxurioſè viuens,vide
tur marito atque eius animæ maximam triſtitiã
atque iniuriam irrogare, tex. in auth.de nupt.§.
quæ verò. colla.4. Pala.Ruui. qui plura refert in
repet. Rubr. §. 82. numero 3. & alibi ſæpè Scri-
ben.
55 ¶Eadem etiam ratione pluribus perſuaſũ eſt†vi
duam luxurioſè viuẽtem perdere dotẽ, ac ſi ma-
rito viuenteadulterata fuiſſet. Cuius opi.auctor
fuit Paul.in d.l.ſororem,n.4.& in d.l.fideicõmiſ
ſum.n.4.idem cõſi.143.nu.2.lib.2.Iaſſ.in l.2.nu.6.
ff.ſolu.matri. Ripa.in Rub. de iud.nu.21.Gerard.
ſing.48.Hippo.ſing.234.& ſing.416.& in l.1.§.itẽ
diuus.nu.4.ff.ad l.Corneliam.de Sicariis.& cõſi.
13.num.16. Feli.in c. paſtoralis. col.3.de iud.Ioan.
de Neuiz.in ſua ſylua nuptiali.lib.2.nu.44.Ciſu.
in l.14.Taur.nu.4.hanc appellat communem opi
nionem Belonus in Rub.C.de eden.num.83.Pur
puratus in l.ex conuentione. C.de pact.& Boer.
deciſ.338.num.11. Tiraquel.de nobilita.c.18.nu.9.
Pala.Ruu.in repe.Rub.de dona.inter vir.& vxo.
§.67.nu. 6.Anto. Gomet. in l.53.Taur.in fi.Cro-
tus in l.4.§.Cato.1.lectura. nu.139.ff.de verb.obl.
Peralt. qui etiam dixit hanc eſſe cõmunem opi-
nionem, atque in practica obſeruandam in l.cũ
quidam.nu.8.ff.de leg.2.
¶Sed quãuis plures maximíque nominis viri hu
iuſmodi opinionem veramac cõmunem eſſe pro
fiteantur,mihi tamen iure non probatur.Mulier
nãque lucris ab ipſo marito, & cauſa eiuſdẽ ſibi
obuenientibus propter vitam luxurioſam tãquã
ingrata atq. indigna priuari debet, vt in iuribus
ſuperiùs relatis cauetur:ſed quòd à propria dote
ac ꝓpriopatrimonio,quod nec à marito,nec eius
occaſione acquiſiuit priuetur, nullo iure cautũ
inuenitur. Nõ enim aliqua lex inquit,ꝙ ex cau-
ſa ingratitudinis quis priuetur proprio patrimo
nio:ſed ſolùm his bonis,quę acquiſiuit ab illo,ad
uerſus quẽ ingratitudinis cauſam cõmiſit, vt in
d.l.fin.C.de reuocan.don.& in locis, quòs ſupe-
riùs retulimus,omnes Scrib. not. Ideoq.cõtrariã
opinionem:imò quòd propter adulterium vidua
non amittat dotẽ,veriorem eſſe profitẽtur Alex.
in l.ſororẽ.col.1.C.de his,quib.vt indig.Iaſ.in l.
fideicõmiſſum, C.de fideicom. nu.3.Deci.in ca.
paſtoralis.n.8.de iud.& in l.cum quędam puella.
n.12.ff.de iuriſ.omn.iud.Mainerius.in l.in ambi-
guis pro dote.ff.de regu.iur.n.208.Carol.Mol.in
conſuetu.Pariſ.tit.1.§. 30.q.28.n.142.Caſſa.in con
ſuet.Burg.Rub.4.§.6.ver.& Seia.tenue.n.24.vbi
inquit ſe ita vidiſſe in practica ſeruari.Bonus de
Cuctili.in tracta. de nobilit.par.3.nu.94.Boer.d.
deciſ.338.n.12.Couarru.qui hanc opinionem ap-
pellat veriorem atque benigniorem de ſponſ.2.
par.c.7.nũ.11.Ant.Gomet.ſibi contrarius.in l.80.
Taur.n.70.Aymon Crau. cõſ.205.Pinel.qui plu-
ra refert in l.fi.C.de bon.ma.n.9. Petrus Dueñas
regu.12.n.3.D.Anto.de Padilla in d.l. fideicõmiſ.
nu.4.Emanuel Acoſt.in c. ſi pater.de teſta.li.6.1.
par.ver.legauit.n.41. cum ſequentib.quę opinio
verior mihi ſemper viſa fuit,eamq.in practica aſ
ſiduè receptam vidimus.
¶Hęc autẽ vltima opinio adeò probabilior mihi
videtur,vt cenſeam indiſtinctè tenẽdam eſſe,re-
iecta diſtinctione Alciati. reg. 2.præſump.9.n.5.
& Didaci de Couar.vbi ſupra.num.11.& Ioan.de
Gar.in auth.eiſdem pœnis.n.21.C.de ſecun.nup.
dicentium opinionem Pauli procedere in vidua
intra annũ luctus luxurioſè viuente:ſiue enim lu
xurioſè viuat intra annũ luctus, ſiue poſt, adhuc
hæc vltima opinio cõtra Paul.tenẽda erit,vt opti
mè aduertit Io. Crotus. in d. §.Cato.2.lect.n.78.
& Dueñas.d.reg.12. nu.3.& Pinel.in d.l.fi.n.11. &
etiam Acoſt.in d.c.ſi pater.verb.legauit. parte.1.
nu.41.ad fin.
¶Similiter etiã reijcienda erit alia diſtinctio quã
poſuit Peralta in d.l.cum quidam.ff.de leg.2.n.8.
dicens,quòd ſi dos ab ipſa vidua nõ ſit exacta ab
hæredibus viri perdit actionẽ, quam habet ad il
lam repetendam propter adulterium poſt mortẽ
viri commiſſum:ſi verò illam iam exegit, dotẽ iã
exactampropter adulterium poſt mortem viri cõ
miſſum non perdat: referẽs ad id Hippolytũ.cõſ.
13.per totum. Nã ſiue dos exacta ſit,ſiue exigen-
da,adhuc vltima opinio mihi magis placet. Non
enim poſſum capere rationem differẽtię, quæ in
ter dotem exactã,ſeu exigẽdam ab Hippolyto,&
Petro de Peralta aſſignari prætenditur,vt in hac
ſpecie de vno caſu ad alterũ iuris diſpoſitio adeò
variãda ſit.Idque veriſſimũ arbitratos eſſe. Quæ
omnia, quoad deciſionẽ principalis q̃ſtionis, de
qua agitur,nihil attinẽt. Nõ enim nos aſſerimus
quòd propter iniuriã irrogatam Maioratus inſti
tutori poſt mortẽ eiuſdem,quis perdat bona pro
pria,quæ ab ipſo inſtitutore nõ habuit: ſed ea tã
tùm bona, quę ex eiuſdem inſtitutoris donatiõe
ſeu teſtamentaria ſucceſſione obuenerũt, quòd
veriſſimum eſſe apparet,ex his,quæ ſuperiùs ad-
ducta ſunt.
¶Prædictę autẽ noſtræ principali opinioni, qua
aſſeruimus Maioratus inſtitutorem priuandũ eſ
ſe Maioratus ſucceſsione: tãquam indignum ex
iniuria atrociſſima per eum aduerſus inſtitutorẽ
mortuum irrogata,nõ obſtat præcipuum funda
mentum,quod Petrus de Peralta aduerſus illam
adducit,dicens:non eſſe iure cautũ,quòd hoc ca
ſu ſucceſſor Maioratus eiuſdem Maioratus ſuc-
ceſſione priuãdus ſit, nec pœnam priuationis in
ducendam eſſe in caſibus à iure non expreſſis.
Nam caſus iſte expreſſus eſt in d.l. 1.ff.de his qui
bus vt indign. & in aliis legibus, quas pro hac
parte citauimus. Si enim ex eo, quod hæres
poſt



poſt mortem defuncti illum tãquam illicitę mer-
cis negotiatorẽ detulerit, vel ex eo, quòd necem
illius nõ vindicauerit,venit hæreditate vel lega-
to priuandus tanquã indignus, à fortiori veniet
eiuſdem ſucceſſione priuãdus: ſi illũ patriæ pro-
ditorem,vel hæreticum, vel alterius atrociſſimi
criminis perpetratorem poſt mortem eiuſdem
publicè pluriéſque dixerit, vel detulerit, cum
vxore eiuſdem inſtitutoris cõcubuerit, vel quid
ſimile fecerit. Quanuis enim materia iſta priua-
tiua ſit,propter honeſtatem autem publicámque
vtilitatem non ad ſolas cauſas in legibus expreſ-
ſas reſtringitur:ſed ad alias etiam conſimiles,ſeu
maiores extendenda eſt:prout ſupra iſto cap.nu.
32.& numer. 33. latiùs oſtendimus. Ideóque hæc
noſtra opinio tanquam verior atque probabi-
lior, ſequenda erit:eo tamen ſemper obſeruato,
vt non temerè, ſed ex cauſis grauiſſimis,ex pro-
poſitóque non leuiter, nec iocoſe à Maioratus
ſucceſſore aduerſus inſtitutorem, eiuſdem obie-
ctis, ad ſucceſſionis Maioratus priuationem
procedatur. Et hæc de vltima ſpecie dixiſſe ſuf-
ficiat.
¶Poſtremò autem aduertendũ eſt,quòd quanuis
56 ad†reuocationẽ legati ea ſolennitas requiratur,
quæ in teſtamẽto,ſeu ſaltim in codicillo,vel alia
quacũque vltima volũtate requiritur.tex.in §.ex
eo.Inſtitut. quibus mod.teſta.infir.glo.cõmuni-
ter recepta in l.fideicom. C. de fideicom.text.in
prin.& in §.1.Inſtit.de adẽptio.lega.& eſt cõmu-
nis reſolutiò ſecũdùm Alex.& Iaſſ.in l.ſi ita ſcri-
57 ptum.ff.de lega.1.Adẽptio†tamen legati, quæ ex
inimicitia ſuperueniẽti inducitur,ac cõprehen-
ditur, duobus tãtũ teſtibus probari poteſt, quod
notat Paul. Caſtren.in l.hæredes palam.§.ſi quis
poſt.ff.de teſta.vbi Areti.col.2.idem Paul.in l.da-
tũ. C. de lega. & in d. l.fideicommiſſum.C.de fi-
deicomiſſ. Idẽ etiam dixit Bald.in l. errore. C.de
teſta. Quorũ opinionẽ ſequitur Couar.de teſta.
in 2.Part.Rub.nu.20.contra Dinum,& Bart.in d.
§.ſi quis poſt,qui voluerunt in tacita adẽptionis
probatione quinq;teſtes neceſſarios eſſe.Ex qui-
bus remanet quæſtio iſta pleniſſimè reſoluta:ita
vt deinceps ſciamus, ex quibus cauſis aduerſus
Maioratus inſtitutorẽ cõmiſsis,poſsit Maioratus
ſucceſſor ab eius ſucceſsione excludi, vel eadem
58 indignus effici.Id tamẽ obſeruandũ erit,† quòd
quoties in hoc capite diximus,Maioratũ ex cau-
ſa ingratitudinis vel inimicitię ſubſequuta reuo
cari,id ſolũ quoad illũ, qui cauſam ingratitudi-
nis cõmiſit:non autẽ quoad ſequentes intelligẽ-
dum erit.Ex facto nãque eorum,qui primo loco
vocati ſunt non poteſt poſteriotibus præiudiciũ
irrogari.l.peto.§.fratre,cũ ſimilib.ff.de leg.2.Sed
aut bona ad ſequentẽ illicò tranſibunt, vel fiſco
in vita eiuſdem adiicientur,& poſt eius mortem
ſequenti ſucceſſori deferenda erũt, prout ſupra
iſto c.num.25.cum ſeq.oſtenſum eſt.Quæ omnia
memoriæ perpetuò tradenda erunt:non enim a-
libi ſic declarata inuenientur.

*SVMMARIA.*

1 *Maioratus ſucceſſor vtrum teneatur ad debita inſtitutoris eiuſdem perſoluenda: ſi Maioratus ex vniuerſa hæreditate ſeu certa eiuſdem portione conſtet.*
2 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt ex debitis illius, qui fideicommiſſum inſtituit.*
3 *Æs alienum vniuerſum patrimonium ſpectat.*
4 *Bona fideicommiſsi vendi non poſſunt vbi bona libera ſuperſunt, ex quibus debita teſtantis ſolui poſsint.*
5 *In teſtamento idem eſt dicere vniuerſa bona: ac ſi dicatur vniuerſa hæreditas: quanuis in contractu hæc nimis diuerſa ſint.*
6 *Actiones actiuæ & paſsiuæ tranſeunt in legatarium partis hæreditatis.*
7 *Legatarius portionis hæreditaria habetur loco hæredis etiam alio hærede vniuerſali inſtituto.*
8 *Succeſſor Maioratus ex quota bonorum, vel ex re certa inſtitutus vtrum ad debita inſtitutoris teneatur.*
9 *L.1.C.ſi certum peta.declaratur.*
10 *Actio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*
11 *Maioratus ſucceſſor non tenetur ad ſoluenda debita inſtitutoris contracta poſtquàm Maioratus ipſe irreuocabilis effectus fuit.*
12 *Actio hypothecaria poteſt aduerſus ſingularem ſucceſſorem exerceri.*
13 *Intellectus l.21.Tauri copioſiſsimè diſcutitur.*
14 *Verus eiuſdem l.21.Tauri intellectus apponitur, cæteríque taxantur.*
15 *Maioratus ſucceſſor tenetur ad ſoluenda debita vltimi poſſeſſoris pro Maioratus vtilitate contracta, qualitérque id intelligendum ſit.*
16 *L.46.Tauri declaratur.*
17 *Maioratus ſucceſſor vtrum teneatur ſoluere debita contracta à prædeceſſore ex ædificiis ad Maioratus perpetuam vtilitatem factis procedentia.*
18 *Res Maioratus vtrum remaneant obligatæ pro debitis contractis ex ædificiis neceſſariis perpetuam ipſarum rerum vtilitatem concernentibus.*
19 *Mutuans pro refectione alicuius rei acquirit ius hypothecæ in ipſa re.*
20 *Bona Maioratus alienari prohibita, poſſunt alienari, ſeu obligari ex cauſa neceſſaria.*
21 *Cauſa neceſſaria dicitur bonorum Maioratus reparatio.*
22 *Quod veriſimile eſt habetur pro diſpoſito.*
23 *Quæ requirantur ad hoc, vt competat hypotheca cum prælatione.*
24 *Tex.in cap.1.de ſolutio.declaratur.*

25 *Maioratus ſucceſſor, qui ſoluit debitum, cui bona Maioratus obligata erant, poteſt pro eadem quantitate denuo ipſa bona Maioratus obligare.*
26 *Succeſſor Maioratus, qui redimit annuum redditum ſuper bonis Maioratus Regia facultate præcedente impoſitum, poteſt alium annuũ redditum eiuſdem quantitatis ſuper ipſis bonis abſque Regia facultate imponere.*
27 *L. pater filium, in princip. 1. reſponſo. ff. de leg. 3. nouiſſimè declaratur.*
28 *Maioratus ſucceſſor tenetur ad debita vltimi Maioratus poſſeſſoris: ſi eius hæres ſit.*
29 *Maioratus ſucceſſor, qui vltimi poſſeſſoris hæres non eſt, non tenetur ad debita eiuſdem perſoluenda.*
30 *L. 4. tit. 15. parti. 2. declaratur.*
31 *Regibus verecundum eſt vti beneficio inuentarij: ne teneantur vltra vires hæreditarias.*
32 *Maioratus ſucceſſor: vtrùm teneatur ad debita contracta: pro neceſſaria ſuſtentatione vltimi poſſeſſoris.*
33 *Impenſam factam in funere vltimi poſſeſſoris: vtrum Maioratus ſucceſſor ſoluere teneatur.*
34 *Succeſſor Maioratus: vtrum teneatur ad ſoluenda debita vltimi poſſeſſoris: ſi ea modica ſint, eiúſque conſcientiæ exonerationem contingant.*

## *Maioratus ſucceſſor: vtrum ad debita prædeceſſoris teneatur.*

### CAPVT X.

HIs, quæ in capitibus præcedenti-
bus diximus, ea etiã quæſtio cõti-
1 gua eſt, † an ſcilicet is, qui in Maio-
ratu ſuccedit, ad debita prædeceſ-
ſoris teneatur. Si enim Maioratus
ſucceſſor iure hæreditario ſuccedat, cõſequens
eſt, vt ad debita defuncti pro hęreditaria portio-
ne aſtrictus ſit. l. pro hęreditariis cũ ſimilib. C. de
hæred. actio. Si verò in Maioratu iure ſanguinis
ſuccedatur, proculdubiò ſucceſſor ad debita
prędeceſſoris nõ tenebitur. l. 3. cum ſimilib. ff. de
inter. & relega. quod ex his, quæ in capite pręce-
dẽti dicta ſunt facilè reſolui poſſet. Sed quia quę
ſtio iſta frequens, & aſſidua eſt, & ad Maioratuũ
naturę cognitionẽ ſummè neceſſaria, cõueniens
erit, vt matura deliberatione tractetur. Vt autẽ
in ea vera reſolutio habeatur, duæ ſpecies prin-
cipales cõſiderãdę ſunt. ¶ Prima, quãdo agitur de
debitis Maioratus inſtitutoris. ¶ Secunda, quãdo
de debitis vltimi poſſeſſoris Maioratus, ſeu alio-
rũ ſucceſſorũ agitur. ¶ In prima ſpecie ſunt tres
caſus cõſiderãdi. ¶ Aut enim Maioratus inſtitu-
tor illũ inſtituit ex vniuerſa hæreditate, ſeu ex
vniuerſis bonis, quæ tempore mortis habebat.
¶ Aut ex quota hæreditatis, ſeu bonorũ. ¶ Aut ex
rebus particularibus. In quibus caſibus videa-
mus quid iure communi ſtatutum fuerit, vt inde
conſtet, quæ in eis iure Regio innouata ſint.
¶ In primo caſu quãdo ſcilicet Maioratus inſtitu
tor illum inſtituit ex vniuerſa hæreditate, ſeu ex
vniuerſis bonis, quæ tẽpore mortis habebat, no-
tiſſimũ eſt iure communi huiuſmodi Maioratus
ſucceſſorẽ aſtrictũ eſſe ad debita inſtitutoris exol
uenda, ſiue illius mediatus, ſiue immediatus ſuc-
ceſſor ſit. l. 2. vbi glo. Bart. Bal. & cõmuniter Scri-
ben. C. ad Trebel. l. 1. in princip. ff. eodẽ. l. ſi quis
ſeruũ. cum l. ſequen. ff. de lega. 2. tex. in §. ſed quia
ſtipulationes, vbi Angel. & cæteri. Inſti. de fidei-
cõmiſſ. hęred. Quod cõprobatur ex text. in l. filius
familias. §. diui. e l. 2. ff. de lega. 1. ibi. *Nã ſi hæredis
propter creditores teſtatoris bona venierint, fortur. ã cõ-
munem fideicommiſſarij quoque ſequentur.* Per quem
2 tex. dicũt Scriben. in proprio loco: bona † fideicõ-
miſſi alienari prohibita, poſſe alienari propter
debita eius, qui fideicõmiſſum inſtituit. l. cũ fidei
hęredis. ff. de fideicõmiſſ. liber. l. peto. §. prędium.
ff. de lega. 2. l. alienationes. ff. famil. herciſ. l. ſena-
tus in princip. ff. de lega. 1. not. Bald. in ca. quoniã
frequenter. §. in aliis. nu. 5. vt lite non conteſtat.
idem Bald. in authen. & qui. C. de bon. auth. iud.
poſſ. num. 60. & ibi Salice. colum. 15. Alexan. in l.
ſi finita. §. ſi de vectigalibus. 6. & 7. col. ff. de dã-
no infect. Palat. Rubi. in repet. Rub. de dona. in-
ter vir. & vxo. §. 16. nu. 14. ad fin. Petrus Peralt. in
l. 3. §. qui fideicommiſſum. nu. 106. cum ſequen. ff.
de hæredi. inſti. Idque notiſſimum eſt: repræſen-
tat namque Maioratus vniuerſalis ſucceſſor de-
functũ, quoad vniuerſum patrimoniũ. Ideóque
3 nil mirũ ſi ad eius debita teneatur: cũ † æs alienũ
vniuerſum patrimoniũ ſpectet. l. ſi fideicommiſ-
ſum. §. tractatum. 3. ff. de iudi. l. hæreditas, cum ſi-
milib. ff. de regu. iuris.
¶ Id tamẽ ſic intelligẽdũ ac temperandũ eſt, vt
4 † priùs ſatisfiat creditoribus de bonis liberis te
ſtatoris: ſi illa ex portione Maioratus ſucceſſori
delata ſuperſint, & eis non extantibus de fructi-
bus bonorũ fideicommiſſi, ſi hi ſufficiant: illiſq;
nõ ſufficientibus ſatisfaciendũ eſt in ſubſidium
ex ipſarum rerũ vinculatarum diſtractione. l. pa-
ter filiũ in princip. ff. de lega. 3. tex. in dict. §. diui.
ad fin. iuncta l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de
re iudi. Peralt. in dict. §. qui fideicommiſſam. nu.
118. D. Anto. de Padilla. in l. vnũ ex familla. §. ſi de
Falcidia. nu. 7. ff. de leg. 2. de quo tamen infra lib.
4. c. 6. nu. 15. & c. 7. nu. 2. dicemus.
¶ Quod procedit ac verũ eſt, ſiue Maioratus in-
ſtituatur de vniuerſis bonis ſiue de vniuerſa hę-
reditate. Nã etſi quando Maioratus de certa bo-
norum parte inſtituitur, ſit differentia an fiat de
quota bonorum an de quota hæreditatis (vt ſta-
5 tim videbimus) † tamen quando Maioratus fit de
omnibus bonis, idem eſt, quòd fiat de vniuerſis
bonis, vel ꝙ fiat de vniuerſa hęreditate. Ideóque
in vtroque caſu actiones actiuæ, ac paſſiuæ trã-
ſeunt in eũ, in quẽ trãſire debent vniuerſa bona
ſiue vniuerſum patrimoniũ, vt probatur ex text.
in l. nã quod §. fina, cum l. ſequen. ff. ad Trebel. &
in l. cogi. in princip. ff. eodẽ tit. l. princeps bona.
vbi Bar. & cõmuniter Scribẽ. ff. de verbo. ſignifi.
l. 3. in princ. ff. de bon. poſſe. Paul. in dict. l. ſi quis
ſeruum §. fina. nu. 4. Idq; optimè aduertit Peralt.
in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. numer. 146. ff. de
hære. inſti.
¶ Quæ omnia quãdo Maioratus fuit factus in te-
ſtamento, procedunt: ſecùs tamẽ ſi factus fuit in
contractu, cùm bonorum appellatio facta in cõ-
tractu intelligenda ſit deducto ęre alieno: nec in
eum in



eum in quem vniuerſa bona transferuntur per
cõtractũ, tranſeant iura & actiones: ſicut in eũ,
in quẽ transferuntur ex teſtamẽto, pertranſeũt;
vt aduertit Paul. in dict. l. nã quod. §. fina. num. 2.
ff. ad Trebel. & notatur in l. mulier bona. ff. de iu-
re dot. Omneſque Scribentes, quos paulò antè
citauimus, aduertunt. Imò etiam vniuerſæ hęre-
ditatis conceſſio in contractu facta, quẽ hæredẽ
nõ facit, cũ hæreditas in contractu dari nõ poſ-
ſit. l. hæreditas, cũ ſimilib. C. de pact. cõuent. De
quo infra iſto libr. ca. 14. n. 6. cum ſequent. latiùs
dicemus. Quod non ſolùm procedit in Maiorati-
bus vim contractus habentibus: ſed etiã in Ma-
ioratibus, qui naturam vltimæ volũtatis ſortiũ-
tur: etiamſi in contractu facti ſint. In nulla nãq;
vltima voluntate, niſi in teſtamento, poteſt quis
hæres effici, ita vt in eũ iura & actiones directæ
pertranſeant, vt infra iſto lib. ca. 14. num. 7. aper-
tiùs probabimus. Ex quo fit vt in Maioratu ex-
tra teſtamentũ inſtituto, hæc omnia non proce-
dant: ſed in eo dicendũ ſit idẽ, quod in Maioratu
ex quota bonorũ inſtituto ſtatim dicemus, quod
in effectu ab his, quę paulò antè diximus, parum
differt, vt ex inferiùs dicendis apertiſſimè con-
ſtabit. ¶ In ſecundo caſu quãdo ſcilicet Maiora-
tus inſtitutor non condidit illũ de vniuerſis bo-
nis: ſed de quota eorundẽ, duo caſus principales
ſunt conſiderandi. Aut enim Maioratus inſtitu-
tus fuit de quota hæreditatis, aut de quota bo-
norũ. ¶ Si de quota hæreditatis, certiſſimũ eſt, ꝙ
Maioratus poſſeſſor tenebitur ad debita Maio-
ratus inſtitutoris perſoluẽda pro rata portionis.
l. ſi quis ſeruũ. §. fina. ff. de legat. 2. per quẽ tex. no-
6 tat Bar. ibi, ꝙ † ſi legetur pars hæreditatis, intelli-
gitur cũ honoribus, & oneribus: ita vt actiones
actiuæ & paſſiuæ trãſeant in legatariũ partis hę-
reditatis. Quẽ ſequuntur ibi Paul. Raphael Cu-
7 manus, & cõmuniter Scriben. Legatarius † nãq;
partis hæreditatis habetur loco hæredis vniuer-
ſalis, tranſeúntq; in eum onera actiua, & paſſiua.
l. 1. in princip. iuncta l. mulier. §. fina. ff. ad Trebel.
l. fina. C. ad Trebel. vbi per Scrib. Paul. in d. l. ſi
quis ſeruum. §. fina. nu. 3. Angel. & Scrib. in §. &
quia. Inſti. de fideicõmiſ. hæredi. & eſt textualis
& vera cõcluſio, à qua nemo vnquã diſcrepauit.
Id tamẽ in Maioratu in teſtamento inſtituto nõ
in cõtractu, ſeu alia qualibet vltima volũtate, ex
qua hæreditas dari non poſſit, intelligendũ eſt.
Ideóque ſi extra teſtamentũ Maioratus fiat: ma-
gis ad quotam bonorũ: quàm ad quotam hęredi-
8 tatis, verba iſta referẽda erũt. ¶ Aut † Maioratus
ex quota bonorũ inſtitutus fuit, & in hac ſpecie
dicendũ erit, in eũ in cuius fauorem Maioratus
ex quota bonorũ inſtitutus fuit iure communi,
non trãſire actiones actiuas, nec paſſiuas: ſed eũ
debere hanc bonorũ quotam accipere de manu
hæredis, aut de patrimonio Maioratus inſtituto-
ris deducto ære alieno. Quod probat tex. in d. l.
cũ autẽ. ff. de lega. 2. l. 1. C. ſi cert. peta. vbi actio-
nes actiuæ & paſſiuæ dantur aduerſus hæredes
ſecũdũ hæreditarias portiones: nõ autẽ ſecũdùm
portiones pręlegatas. Paul. quẽ cæteri ſequũtur
in dict. l. ſi quis ſeruũ. §. fina. ff. de lega. 2. nu. 3. vbi
Peralta. n. 1. cũ ſequen. id diligenter declarat &
aduertit. Idq; etiam notat Rodericus Xuarez in
dict. l. quoniã in prioribus. 7. amplia. num. 12. & 13.
¶ Quod intelligendum eſt, quando portio præle-
gata ſolùm quotam bonorum continet: non autẽ
quãdo vniuerſa bona, ſeu certa hæreditatis por-
9 tio in teſtamento relinquuntur. Tunc † nãque a-
ctiones actiuæ & paſſiuæ dantur ſecundũ quãti-
tatẽ portionis vniuerſalis prælegatæ, vt ſuperiùs
dictũ, & probatũ eſt. Et ita d. l. 1. eſt intelligenda
prout eã intelligunt Scrib. in proprio loco. & in
d. l. ſi quis ſeruũ. §. fina. cũ. l. ſequen. ff. ad Trebel.
¶ Tertio caſu quando Maioratus inſtitutus fuit,
ex re particulari, vt ex fundo, domo, aut aliqua
alia re certa & ſingulari, dicẽdũ eſt, in huiuſmo-
di Maioratus ſucceſſorẽ, nec tranſire actiones a-
10 ctiuas, nec paſſiuas. Actio † nãq; perſonalis nun-
quã ſequitur ſingularẽ ſucceſſorem. l. 1. §. ſi hæres
pręcepto. ff. ad Trebel. d. l. ſi fideicõmiſſum. §. tra-
ctatũ, vbi etiã per Scribẽ. ff. de legat. 2. l. quoties.
C. de hæred. inſtit. Idque notiſſimũ eſt. Imò nec
in hac ſpecie de hoc Maioratu erit æs alienũ de-
trahẽdum cùm illud ſtatutũ ſit in quota bonorũ
quæ non dicitur: niſi ære alieno deducto nõ autẽ
vbi Maioratus fit de re certa, quã æs alienũ non
ſequitur, dicta l. ſubſignatũ. §. bona. l. fina. §. licẽ-
tia. C. de iur. delib. vbi per Bart. Bald. & Scribent.
ſecundùm quã diſtinctionem accipienda, ac in-
telligenda ſunt ea, quæ in hac quæſtione dixerũt
Ioan. Licerier. de Primoge. libr. 2. quæſt. 5. Tiraq.
etiam de primoge. q. 35. nu. 27. & Carol. Molin. in
conſuetu. Pariſiẽ. titu. 1. §. 11. col. 4. & Boerius qui
plura refert. deciſ. 204. nu. 41. cum ſeq.
¶ Idem tamen aduertendũ ac conſiderandum eſt
11 quòd † in omnibus caſibus, quibus diximus ac
probauimus Maioratus poſſeſſorẽ teneri ad de-
bita Maioratus inſtitutoris perſoluẽda, id intel-
ligendũ eſt: niſi poſt Maioratus inſtitutionẽ, qui
virtute clauſularũ in eo appoſitarũ, vel aliàs irre-
uocabilis ſit, debita cõtracta ſint. Tũc enim ad ea
Maioratus poſſeſſor nõ tenebitur. Sicut enim nõ
poteſt directè Maioratus inſtitutor Maioratũ ir-
reuocabilẽ effectũ reuocare: ſic etiam non pote-
rit id indirectè efficere, plura debita in præiudi-
ciũ Maioratus ſucceſſoris cõtrahẽdo, vt optimè
aduertit Anto. Gometius in l. 40. Tauri. nu. 72. &
Peralt. in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. num. 124. ff.
de hæred. inſtituen. quod proculdubiò verũ eſt:
ſicque pluries practicatũ, ac intellectũ vidimus
de quo tamen videnda ſunt ea que infra lib. 4. c.
20. nu. 82. dicemus.
¶ Ea tamen, quæ de Maioratu ex quota bonorũ,
ſeu re particulari inſtituto diximus, intelligenda
ſunt: quando ſola perſonalis actio cõpetit cõtra
12 Maioratus inſtitutorem. Si † autẽ actio realis, ſeu
hypothecaria competat, ea poterit exerceri ad-
uerſus rei ſingularis poſſeſſorẽ. l. 1. & 2. C. ſi vnus
ex pluribus hæredi. l. 1. C. de hæred. actio Bald.
Salicet. & Scrib. in l. pro hæreditariis. C. eod. tit.
l. 3. §. hæres ff. cõmoda. l. 5. tit. 2. par. 5. Imò hoc caſu
ſi melioratus in re certa, vel quota bonorũ aliàs
hęres ſit, poterit aduerſus eũ hypothecaria intẽ-
tari: ſine excuſsione. tex. in l. ſi mulier. ff. qui po-
tio. in pign. habe. & ibi Bart. & Scriben. Roderi.
Xuar. in repe. l. poſt rẽ. 1. limita. n. 14. ff. de re iudi.
& in rep. l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. teſta.
7. extenſione. nu. 8. & alibi ſæpe Scrib.
¶ Hæc ſunt, quæ iure cõmuni in hoc articulo ſta-
13 tuta ſunt: iure † autẽ Regio aliter dici ſolet hodie
eſſe diſpoſitum ex deciſ. l. 21. Tauri. quæ eſt l. 5. tit.
6. libr. 5. in noua legũ Regni collectione, vbi diſ-
ponitur, ꝙ melioratus in tertio & quinto, poſſit
meliorationẽ acceptare & hæreditatẽ repudia-
re, dummodò tempore diuiſionis hęreditatis, æs
alienum detrahatur pro rata meliorationis, etſi

poſteà aliqua alia debita apparuerint, ſoluantur à meliorato, pro rata meliorationis, ac ſi in ea fuiſſet hæres inſtitutus.Quod l.illa inquit ſeruandum eſſe,ſiue in re certa,ſiue in certa parte bonorum melioratio conſiſtat,ex qua lege frequenter dici ſolet ſublatam eſſe differentiam quotæ bonorum & quotæ hæreditatis:ea tamẽ lex in.1.ſui parte,vbi inquit melioratũ poſſe acceptare meliorationẽ hæreditatémque repudiare,nihil diſpoſuit iuri communi contrarium: id namque diſpoſitũ erat ex deci.l.qui filiabus.§.fina.cum l. ſequẽ. ff. de leg.primo.In aliis autem illius l.commentatores præcipuè Cifuentes Pal.Ruui. & Tellus Fernand.dicunt illam legem eſſe iuris cõmunis correctoriam.Quod etiã profitetur Didacus de Couarrub.lib.2.reſolutio.cap.2.nu.2. qui tamen dicit in hoc tantum eam legem ius cõmune corrigere:quod diſponit quòd melioratus in quota bonorum poſſit conueniri pro debitis meliorantis: in meliorato autẽ in certa re id ad ſolos filios ſeu deſcendẽtes reſtringit. Id ipſum etiam dixit Roderic.Xuar.in dict.l.quoniam in prioribus 7.extẽſione.nu. 8. Idque magis communiter ab Hiſpanis Scriben.probari ſolet:quanuis Grego.in l. 2.tit.9.part. 6.in gloſſ.verb.*La manda*.profiteatur eã legem in omnibus eſſe iuri communi conſonã qui etiamſi in hoc verũ dicat:deficit tamẽ in huius dicti probatione vt apud ipſum videri poterit Hoc ipſum etiam,ſcilicet,quòd dict.l. Tauri iuri communi contraria non ſit,cenſuit Peralta in l.3. §.qui fideicommiſſam.nu.143.cum ſequent. ff. de hæredib.inſtituen.vbi illam legem Tauri iuri cõmuni conciliare deſiderãs(inquit)illam loqui in caſu ſpeciali:quod repetit etiã in dict.l.ſi quis ſeruum.§.fina,iuncta l.cum autem.ff. de legat.2.nu. 11.cum ſequentib.idque etiam de Maioratu dicẽdum erit: cùm de vno ad aliud non valeat ratio diuerſitatis aſſignari.

¶ *Sed mea ſententia omnes,qui de illius legis in* tellectu hucuſque ſcripſerũt,aut errãt,aut æquiuocè loquuntur:ſiquidem lex illa ius cõmune nõ corrigit,nec in caſu ſpeciali:ſed genericè intelligẽda eſt,vt ſtatim apertiſſimè demonſtrabimus.

14 Vt† autem eidem legi verum intellectũ aſſignemus, præmittẽdũ eſt in duobus tantùm articulis aliquibus falsò perſuaſum eſſe,eam legẽ eſſe iuris communis correctoriam.

¶ Primus articulus in eo,quòd ex eadẽ lege dici ſolet melioratum in re certa teneri ad debita defuncti pro rata meliorationis perſoluenda:cui errori anſam præbuerunt verba eiuſdem legis.ibi. *Ora la dicha mejora ſea in coſa cierta.*¶ Secundusq; ex ea l.diſponatur, quòd contra melioratum in quota bonorum poſſint creditores actiones hęreditarias ꝓponere:ſicut ſi in ea portione ipſe melioratus hæres inſtitutus fuiſſet. Cui etiã aſſertioni occaſionẽ præſtiterunt verba eiuſdẽ legis, ibi: *Sean obligados los tales mejorados alaspagar por rata dela dicha mejora: como ſi fueſſe herederos en la dicha mejora.*¶Sed ſi benè verba eiuſdẽ legis cõſiderẽtur,tã in 1.artic.quàm in.2.ea lex omninò eſt iuri cõmuni conſona.¶Vt autem cõſtet in primo articulo dictam legem ius cõmune non corrigere, præmittendum eſt,eam legem tam in illis verbis *Ora la dicha mejora ſea in coſa cierta:* quàm in pręcedentibus & ſequentibus, loqui de melioratione tertij & quinti,& per conſequẽs quotæ bonorũ: nõ autẽ de melioratione ſeu donatione ſimplici de certa re facta.Ad quod probandum:etiã præmittimus meliorationem quotæ bonorũ tripliciter fieri poſſe.¶Aut enim fit in tertio, & quinto bonorum nullam rem aſſignando,qua melioratio ſoluatur:aut fit in tertio & quinto, rem certã ad eius ſolutionem aſſignando,aut pręlegãdo certũ fundum,aut certam domum,ſeu quantitatem.

¶Pũctus igitur erit,de qua harũ meliorationũ ſpecie loquatur illa lex,& proculdubiò dicendũ eſt, eam legem loqui ſolùm in ea ſpecie,in qua melioratio facta eſt de quota bonorũ, ſiue eã aſſignata ſit in re certa,ſiue non: non autẽ de melioratione facta de re certa, & particulari ſimpliciter ſine adiectione tertiæ ſeu quintæ bonorũ partis. Quod cõſtat ex eadem l.ibi.*Mandamos,que el hijo o otro qualquier deſcẽdiẽte legitimo mejorado in tercio, y quinto.*Et ibidem.*Por rata de la dicha mejora*, & iterum. *Como ſi flueſſen herederos en la dicha mejora de tertio y quinto.*En igiur qualiter lex illa loquitur de filio in quota bonorũ meliorato,hoc eſt in tertio & quinto:non autem in certa re.¶Ex quibus infertur quòd verba,quæ ſequuntur, vbi lex inquit *Ora la dicha mejora ſea in coſa cierta*, non valeant intelligi de melioratione ſimpliciter de re certa facta ſed intelligenda apertiſſimè ſunt de melioratione tertij & quinti in re certa aſſignata, quæ ſimiliter melioratio quotæ bonorũ dicitur.Nõ enim hîc prælegatur fundus:ſed tertiũ & quintũ,quod in eo fundo aſſignatur, quod prælegatũ quotæ bonorũ eſt.Nec fundi aſſignatio mutat prælegati ſubſtantiam, cùm non ipſe fundus prælegetur: ſed tertiũ & quintũ,ad cuius ſolutionem fundus ipſe deſignatur.l.quidã teſtamento.ff.de leg.1.Vbi per Scr.Nec præciſe fundus ſolus venit in prælegato:ſed ſi non excedat tertij & quinti valorẽ,ex alijs bonis ſupplebitur: ſin autẽ exceſſerit,non habebit melioratus: niſi eam partem fundi,quæ tertij & quinti valorẽ non excedat,vt bene aduertunt cõmentatores in l.19.Tauri,quod clarè probant verba illa.*Ora la dicha mejora ſea en coſa cierta.*Quæ idẽ important, ac ſi lex diceret.*Ora la dicha mejora de tercio y quinto, ſea en coſa cierta.*Cùm de ea,& non de alia ſuperiùs loquuta ſit.Non autem referri poſſunt ad meliorationẽ de re certa:ſine adiectione tertij & quinti factam.Ex quibus ſubinfertur legem illã non loqui,de melioratione certæ rei:ſed quotæ bonorũ in qua ſeruandum eſt quod ſtatim dicemus.Nec eã legẽ diſponere,quòd melioratus in re certa teneatur ad debita pro rata meliorationis perſoluẽda, vt ex eius verbis aliquibus perſuaderi ſolet.

¶Ex eiſdem etiã infertur in hac re, lapſos fuiſſe propè omnes Hiſpanos Scribentes, qui de ea hucuſque tractarunt, credentes namque legẽ illã loqui in melioratione de re certa facta, vt illã iuri communi concilient,intelligunt eam legem in eo ſolum meliorante,qui habet filios ſeu deſcendentes diſponere in hunc ſenſum:quòd ſi ea melioratio tertium ac quintum debitis detractis non exceſſerit,ad debita defuncti melioratus nõ teneatur.Sin autem tertij & quinti valorẽ res ex cauſa meliorationis donata exceſſerit:ad tertij & quinti valorem melioratio ipſa reducenda ſit, ex quo tertij & quinti valore ſunt omnia debita defuncti detrahẽda.Nam licet verum ſit,quòd res particularis filio,ſeu deſcendẽti donata,cuius valor tertium & quintum exceſſerit,ſit ad tertiũ & quintũ reducenda,atque in hac ſpecie ipſum tertium & quintum ſit debitis ipſius defuncti obnoxiũ:cùm iã nõ agatur de certæ rei melioratione: ſed



ſed de tertij & quinti,& ſic quotæ bonorum prælegato:lex tamen illa nihil de melioratione certę rei:ſed quotæ bonorũ diſponit,vt paulo antè oſtẽdimus.Ideóque non eſt cur illã ad ſolos filios ſeu deſcendentes reſtringamus:cùm illud,quod eadẽ lex de meliorato in quota bonorum diſponit tã in filiis quàm in extraneis procedat,ac verum ſit vt ſtatim in ſecundo articulo probabimus.

¶In ſecundo articulo etiam lex illa nihil iuri cõmuni contrarium diſponit.Inquit enim. *Con tãto que ſeã pagadas las deudas del defuncto y ſacadas por rata de la dicha mejoria las que al tiẽpo de la parija pareſcierẽ.*Quod propriũ,ac peculiare eſt prælegati, ſeu meliorationis quotæ bonorũ,de quo pro rata æs alienũ tẽpore diuiſionis debet hæres detrahere,vt probatur in dict.l.cum autem.ff.de lega.2.

¶Verba autem illa,quæ ſequuntur in eadẽ l. ibi. *E por las otras quæ deſpues pareſcierẽ ſea obligados los tales mejorados a las pagar por rata de la dicha mejoria* Fuerũt ſummè neceſſaria ad perfectã huius legis diſpoſitionẽ.Poſſet enim accidere (prout aſſiduè contingit) quòd licet tẽpore diuiſionis omne æs alienum,cui tunc apparebat hæreditatẽ obnoxiã eſſe,ſit detractũ:deinde iã hæreditate diuiſa alia debita inueniantur,quæ tempore diuiſionis non apparuerunt. In quo caſu lex illa,ne imperfecta eſſet eius diſpoſitio,tenebatur remediũ præſtare: ita vt melioratus in bonorum quota pluſquã ſibi prælegatum fuiſſet:non vſurparet, cùm bona nõ ſint niſi omni ære alieno deducto intelligenda,tã eo,quod tempore diuiſionis inuẽtũ fuerit, quàm illo,quod deinceps apparuerit.Ideóque prouidet lex illa,quòd iſte melioratus ſoluat omnia alia debita,quibus poſt diuiſionẽ apparuerit hæreditatem aſtrictam eſſe,quod iuri communi ſatis conuenit.Non enim inquit lex quod pro illis debitis poſſit à creditoribus conueniri: ſed quod ea ſoluat,vt ex eis poſſit creditoribus ſatis fieri.

¶Nec obſtant huic intellectui verba quæ ſequuntur : dum lex inquit. *Como ſi fueſſen herederos en la dicha mejoria:* Ex quibus videtur,quòd in melioratos trãſeãt actiones paſſiuæ:ſicut in hæredes trãſirent : & per conſequens quòd ſublata ſit quotæ bonorum & quotæ hęreditatis differentia. Nam verba iſta referenda ſunt ad effectũ & obligationẽ ſoluẽdi.Sicut enim hæres debet pro rata portionis hęreditarię debita perſoluere:ita in effectu pręlegatarius tenetur ſoluere debita pro rata meliorationis:nõ autẽ referenda ſunt ad formã , & modũ cõueniẽdi.Hæres námque cõuenitur à creditorib⁹ pro hæreditaria portione: melioratus tamen in quota bonorum non:ſed compellitur ab hærede,vt debita pro rata meliorationis ſibi,aut creditoribus perſoluat:quod in effectu idẽ eſt,vt ſuprà apertiùs oſtendimus. Sícque nõ ab re dixit illa l.*Sean obligados los tales mejorados, a las pagar por rata.*Nec dixit,quòd tenerentur illa ſoluere creditoribus,nec quòd poſſent ab eiſdem pro rata cõueniri,vt conſtet legem illam in hoc nõ voluiſſe corrigere ea,quæ iure cõmuni ſtatuta erant: ſed illa in omnibus ſequi.

¶Id ipſum etiam apertiùs oſtendit lex illa,in verbis ſequẽtibus:dum dixit.*Como ſi fueſſen herederos, en la dicha mejora.*In quo conſiderandum eſt,cum magno myſterio legem illam non dixiſſe ſimpliciter.*Como ſi fueſſen herederos:*ſed adieciſſe verbũ illud,*en la dicha mejora.*Cùm enim lex illa loquatur in melioratione tertiæ & quintæ partis bonorũ: non autem hæreditatis,& ſic in quota bonorum quanuis filius in ea tertia,ſeu quinta parte bonorũ hæres inſtitutus eſſet,non poſſet à creditorib⁹ cõueniri:nec in eum actiones actiuæ,ſeu paſſiuæ tranſirent.Is namque qui in quota bonorum,ſeu in re certa hæres inſtitutus eſt,locũ legatarij,non autem hæredis vniuerſalis vicẽ obtinere poteſt alio hęrede vniuerſali inſtituto.l.quoties vbi Bar. Iaſſ.& cæteri.C.de hæred.inſti.l.cum autem, vbi per ſcrib.ff.de lega.2.

¶Quod etiam probatur,ex illa dictione,tãquam, in eadem lege contenta, quæ ex propria natura improprietatem denotat. l.ſi pater. §. qui duos. ff.de adopti.vbi Bart. & Scriben. Bart. & cæteri in l.omnes populi.6.quæſt.principali.ff.de iuſtit. & iur.quem intellectum clariſſimè verba illius legis admittunt:& quanuis illum tam clarè nõ admitterent:prout verè admittunt: impropriãda tamen eſſent,vt legum correctio vitaretur.l.præcipimus.vbi Bald.& communiter Scriben.C.de appella.glo.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti:vbi etiam per Scriben.de electio.libr.6. Felin. latè in cap.cauſam quæ.de reſcrip.nu.5. quæ omnia tam in filiis,quàm in extraneis ſeruãda erũt,cùm quo ad hæc nulla differentia inter filios & extraneos aſſignari valeat.Et hic eſt verus ac nouus illius legis intellectus,q̃ præſertim pendet ab intellectu verborum eiuſdẽ legis.ibi.*Como ſi fueſſẽ herederos en la dicha mejora.*Et iterũ ibi. *Ora la dicha mejora ſea in coſa cierta.* Quæ verba malè intellecta omniũ qui de hac re ſcripſerũt,animos perturbarũt, in maximóſque errores incidere fecerũt.Sícque ſemper legem illam intelligendam eſſe exiſtimauimus:quãuis tutius ſit à principio ſimul hæredes ac prælegatarium conuenire:.ne ex opinionũ varietate forſan agẽs cõtra ſolos hæredes ſuccũbat in ea parte, quæ ex prælegato detrahẽda eſt. Et hæc de prima huius dubij ſpecie attigiſſe ſufficiat,ſcilicet,quãdo ſucceſſor teneatur ſoluere debita Maioratus inſtitutoris.Quæ oĩa indiſtinctè intelligẽda ac practicãda ſunt,ſiue debita ꝓ vtilitate Maioratus, cõtracta fuerint,ſiue nõ,vel ſint de fructibus rerum Maioratus,ſeu de ipſarum rerũ Maioratus proprietate ſoluenda, vt optimè aduertit Peralta in l.3.§.qui fideicommiſſam.ff.hæredib.inſti.nu.118.

¶In ſecunda ſpecie principali:ſcilicet quãdo ſucceſſor in Maioratu teneatur ad ea debita perſoluenda,quæ nõ à primo fundatore:ſed ab aliis cõtracta fuerint,duo etiam caſus cõſiderandi ſunt. Aut enim agitur de debitis,quæ ſucceſſor cõtẽplatione Maioratus,& pro eius vtilitate,ac cõſeruatione contraxit:aut de his, quæ ipſe contraxit pro ſua,non Maioratus vtilitate,nec contemplatione.

15 In primo articulo: quando† de debitis contemplatione Maioratus ac pro eiuſdẽ vtilitate ac cõſeruatione cõtractis agitur,dicendũ eſt:quod aut debita huiuſmodi cõtrahẽda,eiſque bona Maioratus hypothecanda Regia facultas cauſa legitima præcedente,interuenit,& tunc proculdubiò Maioratus ſucceſſor tenebitur ad huiuſmodi debitorũ ſolutionẽ, poterũtq; ad id bona Maioratus vẽdi ac alienari,vt infra li.4. latiùs dicemus.

¶Aut non interuenit Regia facultas,& tũc dicẽdum erit,quòd ſi ea debita in euidentem Maioratus neceſſitatem, ſeu vtilitatem cõtracta fuerũt: Maioratus ſucceſſor tenebitur,ad ea perſoluẽda. Quod in ſucceſſore Prælati, in quo eadem ratio, quæ in Maioratus ſucceſſore verſatur,ꝓbatur ex

tex,

tex.vbi Anto.Abb.& communiter Scrib.in ca.1.
de ſolutio.& in cap.ex præſentium de pign. & in
c.1.§.ſi vaſſallus.Hic finitur lex,deinde conſue.in
cip.in vſib.feu.Per quæ iura id cenſuerunt Ant.
Ancharr.& Scrib.in c.ſignificauit.de reſcr. Imo.
in l.ſi filiusfamilias.§.fina.ff.ſolu.matri.Bald.in l.
2.4.oppoſitione.C.de liber.præte.nu.4. Oldrad.
conſil.146.Paul.conſil.54.1.volum.Areti.in l.ciui
tas.verſi.Circa quartum.ff.ſi certũ pet. Matt. de
Afflictis in c.1.qui ſucce.teneantur.nume.24.Id-
que in Maioratus ſucceſſore loquens dixit Pera.
in dict.l.3.§.qui fideicommiſſam.ff.de hæredi.in-
ſti.n.130. Anto. Gometius in l.4. Tauri.n.72.D.
Anto.de Padilla.in l.vnum ex familia.§.ſi de Fal-
cidia.ff.de lega.2.num.9.
¶Sed quanuis præfati Doctores hanc cõcluſionẽ
ſimpliciter firment, verámque eſſe profiteãtur:
pro eius vera reſolutione vlteriùs conſiderandũ
eſſe cenſeo.Nam aut debita, quæ pro Maioratus
vtilitate ſeu neceſſitate contracta ſunt,dependẽt
ex ædificiis in ſolo Maioratus factis, aut ex aliis.
expẽſis ad ipsũ Maioratũ vtilibus,ſeu neceſſariis
¶Si ex ædificiis dependeant,prima facie dicendũ
videtur nulla obligatione Maioratus ſucceſſorẽ
aſtrictum eſſe ad huiuſmodi debitaperſoluenda:
cùm omnia ædificia,quæ in ſolo Maioratus fiunt
illicò ipſius Maioratus efficiãtur abſqueeo,quòd
ſucceſſor teneatur eorundem æſtimationẽ ſolue
16 re,†ex leg.46.Tauri deciſione, quæ hodie eſt l.5.
ti.7.li.5.in noua legũ Regni collectione.Cùmigi
tur non teneatur valorem melioramẽtorum, ſeu
ædificiorum ſoluere:ergo nec etiã tenebitur cre-
ditori,qui ad illa ædificia faciẽda pecuniam mu-
tauit debitum perſoluere.
¶Sed adhuc mihi id exactiùs cõſideranti in hac
ſpecie ſubdiſtinguendum videtur. ¶ Nã, aut ea
debita contracta fuerũt ex ædificiis ad perpetuã
Maioratus vtilitatem factis.¶Seu ex modica re-
paratione,vel aliis expẽſis,quæ ad commodiorẽ
fructuum perceptionem neceſſariæ fuerunt.
17 ¶Si†ca debita ex ædificiis factis ad perpetuã Ma-
ioratus vtilitatem proceſſerunt, præmittendũ e-
rit in hac ſpecie:proculdubiò Maioratus poſſeſſo
rẽ non teneri huiuſmodi debita perſoluere.Cum
enim ipſe non teneatur ædificia perpetua, etiãſi
Maioratus conſeruationi neceſſariaſint,propriis
expenſis,nec ex fructibus Maioratus facere:vtin
fra iſto lib.c.27.reſoluemus: à fortiori nec tenebi
tur ſoluere ea debita,quæ ad huiuſmodiædificia
facienda ab eius prædeceſſore contracta fuerũt:
etamſi in Maioratus vtilitatemconuerſa fuerint.
Idque pluſquàm notiſſimum eſt:etiam non extã-
te d.l.46.Tauri deciſione.
¶Hoc igitur præſuppoſito dubium in hoc verſa-
18 bitur:an†ſcilicet ex rebus Maioratus debitũ hoc
exſoluẽdũ ſit:etſi quidem debitum iſtudcõtractũ
fuerit ad ædificiavoluntaria Maioratúſque cõſer
uationi non neceſſaria facienda, quanuis eidem
vtilia eſſe poſſint notiſſimum eſt:etiam nõ extãte
d.l.46.Tauri deciſione ad huiuſmodi debita per
ſoluenda, bona Maioratus nec eſſe pignoranda,
nec alienãda. Iniquiſſimũ namque eſſet aſſerere,
quòd pro huiuſmodi debitis bona Maioratus cõ
tra teſtantis expreſſam prohibitionem pignorari
ſiue alienari poſſent.Non enim bona Maioratus
niſi ex cauſa neceſſaria alienari poſſunt,vt ſtatim
dicemus.
¶Si verò debita ex ædificiis Maioratui ſummè ne
ceſſariis & ſine quibus durare,nec cõſeruaripſe
Maioratus poſſet, proceſſerunt:tũc ſe offert diffi
cultas ſuper intellectu.d.l.46.Tauri.Nã quanuis
ex eius generalitate videatur dicendum, ꝙ ſicut
filius,& vxor nõ poſſunt petere legitimã:nec par
tem lucrorũ ex ædificiis in ſolo Maioratus factis,
nec etiam eorũdem ædificiorum valorem: ſimili
ter,nec creditor poſſit petere eam pecuniã, quã
pro rebus Maioratus reficiendis mutuauit:caſus
tamen de quo agimus in ea lege deciſus non eſt.
Non enim l.illa diſponit quid faciendũ ſit,quãdo
creditores petunt hanc pecuniæ quantitatem,
quam pro neceſſaria rerũ Maioratus refectione
mutuarunt,potiórque videtur eſſe creditorum,
quàm vxoris,ac filiorum cauſa.Ideóque pręfata
l.46.Tauri,ad hunc caſum, in quo diuerſa ratio
verſatur extendenda non erit:ſed in eo ius cõmu
ne ſeruabitur.Ex cuius diſpoſitione melioramen
torum æſtimatio eſt fideicommiſſario ex ipſa re-
rum Maioratus proprietate ſoluenda:ſi nulla alia
bona libera ex vltimo poſſeſſore ſuperſint:prout
infra iſto li.c.26.nu.14.dicemus.
¶Quod comprobatur ex eo,quòdquanuis plures
exiſtiment,quòd iure communi conſiderato mu
tuans in refectionem domus,ſeu nauis, ſeu alte-
rius rei nõ acquirat hypothecam ſuper ipſa re in
cuius refectione pecunia cõſũpta eſt licet acqui
rat actionem perſonalem priuilegiatam, vt dixit
glo.in l.interdum.verb.credidero.ff.qui potio.in
pig.hab.quam ſequitur Bart. & Salic.ibidem. &
Ang.in l.quod quis. ff. de priuileg. credi. Anto.
Neguſantius de pignorib.in 2.mẽbro.5.part.prin
cip.nu.4.Quanuis cõtrarium exiſtimet Ripa in l.
ſi ventri.§.1.ff.de priuileg.credi. nu.2.hodie ta-
men iure Regio cõtrarium expreſsè deciſum eſt
19 ex l.26. ti.13.par.5.vbi† diſponitur mutuantem in
refectionem domus vel nauis acquirere in eiſius
hypothecæ.Nil mirũ igitur ſi ex hoc mutuo ad re
fectionẽ rerũ Maioratus facto acquiratur ius hy
pothecæ in ipſa re, in qua pecunia impenſafuit.
20 ¶Nec obſtat†ſi dicatur rem Maioratus nõ poſſe
obligari,nec hypothecari: nam illud procedit ac
verum eſt,quando id fit ex cauſa volũtaria:ſecus
autem ſi ex cauſa neceſſaria fiat.Resnãq.alienari
prohibita ex cauſa neceſſaria pignorari,atq;etiã
alienari poterit.l.peto.§.prędium. ff.de lega. 2.l.
qui ſolidum.§.fin.ff.eo.l.filiusfamilias.§.diui. el.
2.ff.de lega.1.text.in l.pater filium in princip.vbi
glo.ordina.verb.exſoluiſſet.ff.de leg.3. Tiraquel.
qui plura refert de retractu.Linagier.§.1.gloſ.14.
num.11.tex.in auth.res quæ,vbi latiſſimè per Scr.
C.communia de lega.vbi dicunt pro dote filiarũ
atque alẽdo Maioratus poſſeſſore,vel ſucceſſore
ſeu ipſo à carcere,ſeu captiuitate redimendo, &
aliis cauſis ſimilibus poſſe bona fideicõmiſſo ſub
iecta pignorari atque etiã alienari: etiãſi expreſ-
ſè alienari prohibita ſint.De quibus omnib.quia
nõ omninò poſſunt Hiſpanorum Primogeniis ad
21 aptari,infra libro 4.latiùs dicemus. Cauſa† autẽ
hæc magis neceſſaria eſt: quàm omnes illę, quæ à
docto.in locis ſuperiùs citatis referũtur:cũ ex ea
bona Maioratus conſeruẽtur, quæ aliàs omninò
corruerent:prout Iuriſcõſultus cõſiderat in l.hu
ius.ff.qui potior.ibi.*Huius enim pecunia ſaluã fecit
totius pignoris cauſam.*Vbi etiam id Scribenteſele
ganter expendunt.Nec enim credendumeſt,Ma
ioratus inſtitutorẽ,qui res Maioratus prohibuit
alienari, vt perpetuò in familia conſeruarentur,
voluiſſe facere diſpoſitionẽ,ex qua ipſæ corruãt,
atque deſtruantur:imò cẽſendus eſt ea bona per
miſiſſe



miſiſſe in hanc cauſam hypothecari atq. pignori
22 ſubijci,etſi id nõ expreſſerit.Id†namq. quod ve-
riſimile eſt pro diſpoſito habetur.gloſ. ordi.in l.
tale pactum.§.ſi.ff.de pact.vbi cõmuniter Scribẽ-
tes id notant.De quo plura ſupra iſto lib.ca.4.n.
24.adducta ſunt,quod probabile mihi videtur:
23 dummodò†pecunia in refectionem rerum Maio
ratus expreſsè mutuata,in ídque conſumpta fue
rit,atque ædificium ipſum extet,reparatióque a-
deò neceſſaria eſſet, vt alioq. res ipſa corrueret,
nec ampliùs,quàm id quod,pręcisè neceſſarium
erat, expenſum ſit.Hæc namque omnia ſimul re
quirũtur,vt pro pecunia in refectionem domus,
ſeu aliarum rerum mutuata competat hypothe-
caria,cum prælatione,vt optimè declarat Negu-
ſantius.dict.tracta.de pigno.2.membro.5.part.n.
15.cum ſequentib.& Ripa.in d.l. ſi ventri. §.1. ff.
de priuilegiis credi.nu.3.Sed hoc cùm caſus con-
tigerit,maturiùs penſandum atque deliberandũ
erit:tam propter dictę l.46.deciſionẽ:quàm pro-
pter Maioratuũ clauſulas,vbi hæc vt plurimum
excludi ſolent. Et hæc vbi ex ędificiis factis ad
perpetuam Maioratus conſeruationẽ debita con
tracta fuerunt,dixiſſe ſufficiat.
¶Si verò ex melioramentis,non ad perpetuã bo-
norum Maioratus conſeruationem ſed ſolum ad
fructuum commodiorem collectionem,vel mo-
dicã reparationem factis debita contracta fue-
runt:dicendum erit ad huiuſmodi debita,nec bo
naMaioratus,nec ſucceſſores aſtrictos eſſe.Cùm
enim hæc expenſa ad ipſum Maioratus poſſeſſo-
rem ſpectet,illámque ex fructib.facere teneatur
(vt infra iſto libr.c.27.dicemus)conſequens eſt,
vt bona Maioratus his expenſis obligata nõ ſint
nec etiã ſucceſſor.Non enim contemplatione e-
iuſdem: ſed prędeceſſoris mutuatum eſt:cùm ad
ipſum expẽſa ipſa ſpectaret:Ideóque nulla obli-
gatio ſucceſſorẽ ſequi poteſt,niſi aliàs prædeceſ-
ſoris hæres ſit,tuncnamque tenebitur ad huiuſ-
modi debita pro hæreditaria portione perſoluẽ-
da.Quod apertius probatur in c.ex præſentium:
de pignoribus,vbi gl.& communiter Scribentes
id notant.
24 ¶Nec obſtat tex.in c.1.de ſolutio.Ille † namque
textus iunctis his;quæ ex eo Scrib. annotare ſo-
lent intelligendus eſt:quando debitum pro vtili-
tate Eccleſię,vel Maioratus contractũ eſt. Quod
probatur ex tex.in d.c.1. ibi: *Pro Eccleſiæ vtilitate
contracta.*Idque ex eo Abb.& communiter Scri.
notant.Hoc autem debitum:nõ pro Maioratus &
ſucceſſorum eiuſdem:ſed ſolùm pro poſſeſſoris
vtilitate contractum fuit:cùm ipſe ex fructib. id
ſoluere teneretur:cõſequẽs igitur eſt,vt nec ſuc
ceſſor ad illud ſoluendum aſtrictus ſit. ¶Quòd ſi
vtilitas expenſarum in tempus ſequentis ſucceſ
ſoris etiã duret: æquũ videtur, vt ſucceſſor illas
ſoluere teneatur pro rata vtilitatis,quam ex ipſis
conſequutus eſt,quaſi id debitum,non ſolùm ad
vtilitatem poſſeſſoris,ſed etiam ſequentis cõtra-
ctum ſit.Quo caſu videtur militare ratio tex. in
d.c.1.quod admitti poterit, ſi expenſæ modicæ
ſint,atque ad ipſius Maioratus reparationem,vel
fructuum collationem præciſè neceſſariæ. Quæ
omnia mente tenenda erunt ad intellectũ l.46.
Tauri,de cuius intellectu infra iſto lib.c.26.n.14.
cum ſequen.latiſſimè etiam agemus.
¶In ſecũda ſpecie principali,quando ſcilicet de-
bita,non ex ędificiis:ſed ex aliis rebus, ad ipſum
Maioratum vtilibus,ſeu neceſſariis proceſſerũt,
diſtinguendum etiam eſt. ¶Nam aut ea debita
contracta fuerunt ex cauſis ad Maioratus per-
petuã cõſeruationem neceſſariis.¶Aut ex cauſis
ad eandẽ perpetuamMaioratus conſeruationem
volũtariis:quanuis vtilibus.¶Aut cauſis fructuũ
collectionem,vel modicam impenſam tangenti-
bus,vel aliis,ad quæ ſolus Maioratus poſſeſſor a-
ſtrictus erat.
¶In primo caſu:qñ ſcilicet,ex cauſa ad perpetuã
Maioratus conſeruationem præciſè neceſſaria
debitũ contractũ fuit,dicendum erit: pro eiuſdẽ
debiti ſolutione bonaMaioratus vendi, atque a-
lienari poſſe.Quanuis enim bona Maioratus re-
gulariter alienari nõ poſſint:cauſa tamẽ neceſſa
ria interueniente alienari poterunt: prout ſupra
iſto c.nu.20.latiùs oſtenſum eſt.
¶Quod probatur ex deciſione. tex. qui ad id eſt
mihi ſingularis in l.pater filium.in princ. Primo
25 reſponſo.ff. de leg.3.vbi † inquit Iuriſcõſultus,
quòd hæres qui poſſidet rem fideicommiſſo ſub-
iectã,q̃ erat pro debito defuncti obligata, quod
debitum ex bonis fideicommiſſi neceſſario ſoluẽ
dum erat: poteſt ſoluto primo debito rẽ ipſam fi
deicommiſſo ſubiectam nouis creditoribus pro
eadem quantitate obligare.Cuius dicti rationẽ
aſſignat Bar.ibidem.nu.1.dicens, quòd cùm bo-
na fideicommiſſi à principio pro hoc debito à de
functo procedente hypothecata eſſent: non eſt
mirũ,ſi pro eadẽ quantitate ſoluta prima poſſint
denuò hypothecæ ſubijci,cùm ex hoc nullu pïu-
dicium fideicõmiſſario irrogetur, nec hæres ali-
quid noui faciat: & hæc noua hypotheca ex cã
antiqua neceſſaria:procedat.Quod ad bona Ma-
ioratus pari ratiõe adduci poterit,qui tex. eſt ad
26 hoc ſing.atque perpetuò mẽte tenendus.Ex†cu
ius deciſione non immeritò etiam deducipoſſet,
Maioratus poſſeſſorẽ,q bonaMaioratus ſup quib.
erat annuus redditus ex Regia facultate impoſi-
tus ab eodẽ annuo redditu illum redimẽdo libe
rauit.poſſe abſq. noua Regia facultate ſuper eiſ-
dẽ bonis Maioratus alij creditori eundem annuũ
redditum imponere:eiuſdemque Maioratus ſuc-
ceſſores perpetuò ad huiuſmodi annui reddi-
tus ſolutionem obligatos relinquere,quod eſſet
nouum,ac ſubtile,ſi verum eſſet.
27 ¶Sed†quanuis lex illa indiſtinctè hoc diſponere
videatur,mihi autẽ videtur eam accipiendã at-
que intelligendam eſſe ſolùm in ea ſpecie,in qua
(tempore,quo debitum à Maioratus poſſeſſore
ſoluebatur,vel ante ſolutionem) ea lege, ac pa-
ctione ſolutum fuerit,vt res Maioratus ei, à quo
pecuniam mutuam accepit, vel alteri pro ea-
dem quantitate obligata remaneat.Tunc namq.
cùm hæc obligatio ea lege,ac pactione facta fue
rit, vt obligatio primæua nõ finiatur: ſed in alte
rum transfundatur: nõ mirũ ſi ex ea obligatione
bona Maioratus remaneant obligata ſecũdo cre
ditori:ſicut primo obligata atq. hypothecata fuẽ
rãt.¶Si verò à Maioratus poſſeſſore debitum ſim
pliciter,atq.ſine hac pactione ſolutum fuerit:cũ
ex hac ſolutione actio omninò perempta ſit: nõ
poterit Maioratus poſſeſſor bona Maioratus pro
illo debito iamdudum perempto,atque extincto
ampliusabſq.nouaRegia facultatẽ obligare.Quę
diſtinctio colligitur ex deciſ.tex. in d.l. pater fi-
liũ in princ. ibi *A priore in ſequentem creditorẽ p
gnoris hypothecæue nomine tranſtulit.*Ex quib.verbis
apertiſſimè comprehenditur eam legem loquutã
fuiſſe in ea ſolũ ſpecie in qua hypotheca de vno
ad

ad aliũ transferri poteſt:non autem in caſibus, in quibus ex iuris diſpoſitione,actio atque hypotheca ipſa extinguũtur,neq.in alium transfundi valent. Quod etiam probatur ex l. 1. & 2. C.de pact.pig.Quas leges allegat glo.in d.l.pater filiũ. verb.recte contractum: ex quarum allegatione videtur gloſſa legem illam ſic intelligere. Idque etiam colligitur,ex deciſione tex.in l.fina. C.de his,qui loc.prio.credi.Et ex l.potior.§.fin.ff. qui potio.& vtrobique per ſcrib. & ex l.34.titu.13. part.5.

¶Quod etiam ſubintelligendum erit niſi ante ſolutionem vel in ipſa,vel incontinenti poſt factã ſolutionem actiones Maioratus poſſeſſori ceſſæ ſint.Tunc namque idem ius, quod prior debitor habebat ex ipſa ceſſiõe cõſequetur.l.Modeſtinus ff.de ſolutio.l.Papinianus,vbi gl.& communiter Scrib.ff.de manda.l.11.ti.12.par.5.Qui intellectus nouus,atq.ad d.l.pater filium,ſatis conueniens mihi videtur.Sicque ſemel cum de hac q̃ſtione lis orta fuiſſet reſpondi: & hæc quando cauſa,ex qua debitum contractum eſt,ex debito defuncti procedit, obſeruanda erunt: idque in qualibet alia cauſa neceſſaria dicẽdum eſt,niſi Maioratus clauſulæ repugnent.

¶Si verò debitum ex cã voluntaria procedat: quanuis ad ipſius Maioratus perpetuam vtilitatẽ contractum ſit:dicendũ erit ad huiuſmodi debita nec ſucceſſorẽ nec ẽt bona Maioratus obligata eſſe: niſi ad id Regia facultas interuiret. Poſſet nãq.nimiũ Maioratuũ ſucceſſorib.præiudicari:ſi omnia ipſis Maioratib.vtilia poſſet illicò Maioratus poſſeſſor facere,in idq; omnes ſucceſſores ꝑpetuò obligatos relinquere,vel ad id res ipſas Maioratus alienare, vel eas hypothecæ ſubiicere. Quod ab ea q̃ſtione pẽdet:an poſſeſſor Maioratus poſſit ea facere,quæ Maioratũ vtiliorẽ efficiunt: etiãſi alienationẽ vel ſucceſſorum præiudicium contineant abſq. Regia facultate,quam infra,li. 4.examinabimus.Ex cuius quæſtionis deciſione patebit huius articuli reſolutio.Interim tamẽ creditoribus conſulimus ne pecuniam ſuam mutuã præſtent etiam in cauſam Maioratui vtilem, ſeu neceſſariam:niſi Regia facultate ampliſſima præcedente ne ex opinionũ varietate eorum ſubſtãtia pericletur.

¶Si autem debitum ex ea cã pendeat quæ ſolius Maioratus poſſeſſoris vtilitatem contingat:dicẽdum eſt,ad illius ſolutionem ſucceſſorem,non teneri:niſi pro rata vtilitatis,q̃ ſibi ex eo prouenit prout ſupra iſto c.n.24.oſtenſum eſt:quæ omnia ſummè notanda ſunt:qa frequenter contingunt, nec alibi ſic diſcuſſa inuenientur: Et hæc de debitis pro Maioratus,vel ſucceſſorum vtilitate,ſeu neceſſitate contractis,dixiſſe ſufficiat.

¶In ſecundo articulo huius ſecundæ principalis ſpeciei:quando ſcilicet debita pro Maioratus vtilitate,ſeu neceſſitate contracta non fuerunt:ſed ſolùm ꝓ neceſſitatib. Maioratus poſſeſſoris,ſub-
28 diſtinguendũ ẽt erit.Nã aut† Maioratus ſucceſſor eſt ẽt hæres Maioratus poſſeſſoris,qui debita cõtraxit, & tunc proculdubiò tenebitur ad eorum debitorum ſolutionẽ pro hæreditaria portione, non habita conſideratione bonorum Maioratus, l.1.C.ſi cer.pet.cũ his,q̃ ſuperius latiùs adduximus not.Petrus de Peralt. in d.l.3.§.qui fideicõmiſſam.ff.de hæredi.inſti.nu.129.Quod etiam in caſibus præcedẽtibus pari ratione dicendũ erit.
29 ¶Aut † Maioratus ſucceſſor,non eſt hæres Maioratus poſſeſſoris,qui debita cõtraxit,& tũc clarũ eſt,ꝙ ad huiuſmodi debita non tenebitur: cùm in bonis Maioratus,nõ ſuccedatur vltimo poſſeſſori:ſed primo inſtitutori.l.vnum ex familia.§. ſi de Falcidia.cũ ſimilib.ff.de leg.2.nec ſuccedatur iure hęreditario:ſed iure ſanguinis,vt ſuperius latiùs oſtendimus.Et quando bona non repręſentant vicem perſonæ ex talibus bonis nulla trãſit obligatio in ſucceſſores.l.ſeruus cõmunis in princip.ff.de ſtipula.ſeruo. l. mulier bona. ff.de iure dot.Sicque hanc opinionem ſequitur Bal.conſi. 271.vol.1.& Alex.conſi.19.nu.2.& tertio:cum ſequentib.libr.5.Carolus Molin. in conſuetudine Pariſ.1.part.§.11.nu.8.Grego.in l.4.tit.15.parte ſecũda in gl.in ver.*ſus deudas*.Anto.Gometius in l. 40.Tauri.n.72.Padilla in d.l.vnum ex familia. §. ſi de Falcidia.nu.7.

30 ¶In hac autem re cõtrouerſiam mouet† deciſio tex.in d.l.4.tit.15.part.2.vbi cauetur, quod Rex, qui ſuccedit in Regno,tenetur ſoluere debita Regis prædeceſſoris, & tamen in regno ſucceditur iure ſanguinis,non iure hęreditario,nec ſuccedi tur vltimo poſſeſſori:ſed primo inſtitutori:ideóque de Regno,ad Maioratum procedit argumẽtatio,vt ſ.iſto li.c.2.latiùs oſtendimus.Per quã legẽ cõtrariam opinionẽ tenuit Caſtillo.l.40.Tauri.num.26.& Ciſuent.ibidem.quæſt.16.¶Sed hoc non obſtãte prior opinio tenẽda eſt.Illa namque l.aut loquitur in Regni ſucceſſore, qui in bonis liberis hæres eſt,quod probatur ex eadẽ lege ibi *y hereda ſusbienes*, aut loquitur in debitis Regni cõtẽplatione contractis, ſeu non ex neceſſitate: ſed ex honeſtate atq.quadã decentia id efficiendũ eſſe diſponit,quod vltimũ ꝓbatur ex ea l.ibi. *Por derecho por bien eſtança*,quaſi lex ipſa aptiùs dicat ꝙ aliqua ex his q̃ inferiùs annecti tenetur Rex ſucceſſor facere ex neceſſitate aliqua,aut ex honeſtate.Ideóq.ex eo ꝙ lex illa dixerit ꝙ tenetur ſoluere debita ꝑdeceſſoris non conſequitur id ex neceſsitate efficiẽdum eſſe:quod apertè inſinuat eadem lex,dũ inquit quòd Rex ſucceſſor tenetur eleemoſinam pro anima Regis prędeceſſoris erogare atque pro illa etiam orare quod ad honeſtatem tantùm referẽdum eſſe apertiſsimũ eſt:idque in ſolutione debitorum verum eſſe profitentur Grego.ibidem in gl.veb.*ſusdeudas*,& Peralt.in d.l.3.§.qui fideicommiſſam.n.138.& Padilla.in d.§.Si de Falcidia.n.7. & Ant.Gometius in d.l.40.n.72.eaq.lex ſic neceſſariò intelligẽda eſt, quanuis cõtrariũ in regni ſucceſſore verius eſſe profiteatur Acoſta in q̃ſtione de patruo & nepote pagina 140.cum ſequen.cuius opin. reiicienda eſt prout in fi.libr.3.c.6.cum ſequent.apertius demonſtrabimus.

¶Quibus adiiciendum eſt nõ quoad hæc eandẽ rationem in Regibus, & in aliis Maioratuum ſucceſſoribus militare.Omnes namque homines priuati beneficio inuentarii honeſtè vti poſſunt, vt non vltra vires hæreditarias teneantur.l. fin. de iur. delibe.ſcrib. in l.cum à matre. C.de rei
31 vendi.†Regibus autem verecundum eſt huiuſmodi beneficio vti, vt eleganter dixit Oldral. conſilio 94.colum.fin.ex hoc dicens. Quod Reges Aragonię nũquam tali beneficio vſi fuerũt, & quod nunquam vtentur tali miſeria, Domino concedente,quæ potuit eſſe ad illam legem partitarum decidendi ratio. Eſset namque nimis verecundum Regib.Caſtellæ dicere, quod non tenentur ad debita Regis prædeceſsoris vltra



vltra bonorum hęreditariorum valorem. Ideóq; l.illa de honeſtate vult,vt Rex ſucceſſor ad debita prędeceſſoris perſoluẽda ſimiliter teneatur,quãuis iuris rigore inſpecto,Rex ſucceſſor ab huiuſmodi obligatione liber eſſet.Quod etiã nõ obſcurè videtur ſentire Tira.de primog.q.35.n.25.& 26.

¶Hæc tamen poſterior concluſio aliquas limita-
32 tiones admittere videtur,quarũ prima eſt,† quãdo debita cõtracta eſſent pro neceſſaria ſuſtẽtatione perſonę vltimi Maioratus poſſeſſoris,tunc enim videtur quòd ſucceſſor in Maioratu teneatur ad ea perſoluẽda. Quod in ſucceſſore Pręlati tenuit Panormi.in capit.ex pręſentium. nume.5. de pigno.vbi inquit,quòd ſucceſſor Pręlati tenetur ad debita,quæ prædeceſſor contraxit pro neceſſaria ſuæ perſonæ ſuſtentatione, quod etiam voluit idem Abb.in ca.ſi quorundam. num.2.de ſolutio.quam limitationem ex prędictis ſequitur Dominus Anto. de Padilla loquẽs in Maioratus ſucceſſore:in d.§.ſi de Falcidia, num.11. De ea tamẽ dubitat Peralta in d.l. 3. §. qui fideicõmiſſam. num. 131. & 132. vbi concludit eam limitationem eſſe intelligendã eo ſolum caſu, vbi primus Maioratus inſtitutor tenebatur Maioratus poſſeſſorem alere. Ad hoc namque debitum tenebitur Maioratus ſucceſſor,non tanquã debitum a Maioratus poſſeſſore cui ipſe non ſuccedit: ſed ab eiuſdem inſtitutore cuius ipſe ſucceſſor eſt prouenient,idque verum eſt.

¶Secundò etiam prædicta concluſio limitari ſo-
33 let in† funeris impenſa mortuo vltimo poſſeſſore facta quã ſucceſſor Maioratus perſoluere tenetur:ſi bona libera,ex quibus perſoluatur,nõ ſint. Quod in feudi ſucceſſore dixit Matthæus de Afflictis in cap.1.nu.15.an agnatus,vel filius in vſib. feud.ne tanta iniuria mortuo inferatur.l.quod ſi nulla.ff.de relig.& ſumptib. fune. Idque in Maioratus ſucceſſore ſequitur Domi. Anto. de Padilla.in d.§.ſi de Falcidia n.11.Sed quãuis hoc honeſtũ,decẽſq; ſit:nullo tamẽ iure ꝓbari poterit neceſſarium eſſe.Licet enim leges plura priuilegia funeris impenſæ tribuerint:nulla tamen lege cautum inuenitur quòd is,qui alterius, nec ſucceſſor nec hæres eſt, ex propriis bonis eiuſdẽ funeris impenſam ſoluere teneatur. Maioratus autem ſucceſſor,vt plus liquido conſtat non vltimo poſſeſſori: ſed primo inſtitutori ſuccedit: ideóque huiuſmodi oneri nullo pacto aſtrictus eſſe poteſt. Nec obſtat d.l.quod ſi nulla, quæ eſt huius limitationis fundamentum. Illa namque lex loquitur in hærede,ſeu patre,vel marito,qui tenentur filiis,& vxori neceſſaria ſubminiſtrare ex paterna,ac maritali obligatione.Ideóque eius deciſio facilè ad Maioratus ſucceſſorem trahenda non eſt, in quo nulla iuridica obligatio ad id inueniri poterit, præcipuè ſi non ſit filius aut deſcendens vltimi Maioratus poſſeſſoris.

34 ¶Tertio etiam hæc concluſio limitari ſolet† in debitis paruis vltimi poſſeſſoris conſcientię exonerationem tangentibus,quæ Maioratus ſucceſſor perſoluere tenetur, ſi alia bona non ſint, ex quibus perſolui poſſint. Quod in feudi ſucceſſore tenuit Andr. de Yſern. in capitulo vno col. fi.an agnatus,vel filius,in vſib.feud.Idque in Maioratus ſucceſſore,dixit D.Anto.de Padilla.in d. §.ſi de Falcidia.n.10. allegans ad id Gregor. in d. l.4.titul.15.part.2.in gloſ.in verb.*ſeu deudas*.Quæ opinio,& ſi ſummam æquitatem, ac decentiam contineat:nullo iure etiã probari poteſt.Si enim Maioratus ſucceſſor ad debita prædeceſſoris,(vt ſuperius probauimus) nõ tenetur:nihil refert an ea debita parua,vel magna ſint: cũ ea quæ differunt quantũ ad plus, vel minus: ſubſtantia ſeu genere differre nõ cẽſeãtur.l.fin. cum ſimilib.ff. de fund.inſtruct. idque notiſſimum eſt.

¶Qualiter autem ex bonis Maioratus huiuſmodi debita ſoluenda ſint: & an pro eorum ſolutione ea bona vendi,ſeu alienari poſſint quando obligatio ad Maioratus ſucceſſores pertrãſit,& qualiter id efficiendum ſit:infra lib. 4. latiùs oſtendemus.Ex quibus in hac quæſtione remanet firma, ac perfecta reſolutio, quæ omnes ſpecies, quæ in huius quæſtionis deciſione conſiderari poſſunt,comprehendit.

---

*SVMMARIA.*

1 *Inſtitutio Maioratus ſecundùm patriæ conſuetudinem interpretanda eſt.*
2 *Bona,quæ pertinent iure primogenituræ,nec diuiduntur,nec conferuntur.*
3 *Familiarum conſeruatio eſt præcipuus primogeniorum finis.*
4 *Diuiſione dignitas,ac memoria familiæ corrumpitur,ac deſtruitur.*
5 *Vnitas ad conſeruationem ſubiecti,dualitas verò ad eiuſdem deſtructionem ordinatur.*
6 *Bono publico dignitatem diuiſio prohibetur.*
7 *Diuiſio magis in Maioratibus: quàm in feudis Regalibus prohibita eſt.*
8 *Primogenitus vnus eſſe debet,non plures.*
9 *Bona,in quibus non poteſt ſuccedere niſi vnus:neceſſariò primogenito deferenda ſunt.*
10 *Bona à Principe ſub titulo,Ducatus,Comitatus, aut Marchionatus conceſſa:an bona libera,ſeu Maioratui ſubiecta cenſenda ſint.*
11 *Bona ſemper libera præſumuntur,non Maioratui ſubiecta.*
12 *Dignitas Ducatus,Comitatus,ſeu Marchionatus ad hæredes non tranſit:niſi eis denuò concedatur.*
13 *Mortuo Duce,Comite, aut Marchione filius eius non appellatur in Hiſpania Dux Comes aut Marchio, abſque Principis confirmatione.*
14 *Feuda Regalia diuidi poſſunt:quando donatario pro ſe,ac ſuis filiis,& deſcendentibus conceſſa ſunt.*
15 *Feuda Regalia quoad commoditates,ac exercitium,diuiſionem patiuntur.*
16 *Ducatus, Comitatus, & Marchionatus ex vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine non diuiduntur, nec*

*etiam quoad commoditatem, nec exercitium.*
17 *Fideicommiſſum inducitur ex mentis coniectura.*
18 *Qualitas rerum donatarum fideicommiſſum inducit.*
19 *Dignitas cum territorio conceſſa tranſit ad hæredes, ad quos ipſum territorium tranſire debet.*
20 *Dignitas alicui pro ſe, ac ſuis hæredibus conceſſa, ad ipſos hæredes tranſitoria eſt.*
21 *Filius in Hiſpania poterit dignitate parentis eo mortuo appellari: quando dignitas parenti pro ſe, ac ſuis hæredibus conceſſa eſt.*
22 *Sola Principis nominatio vtrum quem, Ducem, Comitem, aut Marchionem efficiat.*
23 *In Comitum creatione antiquis temporibus in Hiſpania ſcrupuloſæ ac deridendæ cæremoniæ obſeruabantur.*
24 *Dignitas, quæ ad hæredes tranſitoria eſt, non ad omnes filios: ſed ſolum ad primogenitum defertur: niſi conſuetudo contrarium admiſerit.*
25 *Dignitas ſemper indiuidua eſt.*
26 *Dignitas, Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus alicui à Principe in bonis propriis conceſſa, non efficit ea bona Maioratui ſubiecta.*
27 *Maioratus ex dignitate inductus expirante dignitate ceſſare debet.*
28 *Dignitate ſimul cum pluribus oppidis diuerſæ iuriſdictionis conceſſa, ea dignitatis conceſſio ſolùm efficit Maioratui ſubiectum illud oppidum, in quo dignitas ipſa conceſſa eſt.*
29 *Legitima aliis fratribus ex bonis liberis ſoluenda eſt vbi filius maior ſuccedit iure Maioratus in oppidis ſub titulo Ducatus, aut Marchionatus conceſſis.*
30 *Filius maior tenetur ex propriis bonis fratribus alimenta miniſtrare, quando ſucceſſit in oppido ſub titulo Ducatus, aut Comitatus conceſſo: ſi alia bona libera ex hæreditate paterna non ſuperſint.*

## *Hiſpanorum Primogenia, ex propria natura indiuiſibilia eſſe, ſolique Primogenito deferri.*

## CAPVT XI.

IN Hiſpanorũ Primogeniis id antiqua conſuetudine obſeruatũ fuit, vt ea ſemper ex propria natura indiuiſibilia ſint, atque vni eidémq; primogenito pertineát. Ideoque vt Maioratus natura, quam in hoc libro perfectiſſimè interpretari intendimus radicitùs intelligatur, hoc loco ſolã hanc indiuiduã Maioratus naturam exponemus: ea autẽ, quæ ad Primogeniti ſucceſſionem contingunt, quæſtionesque ad id attinentes ad librũ tertium huius tractatus vbi de Maioratus ſucceſſione agendum erit, reſeruabimus.

¶Quod autem bona Maioratus indiuiſibilia ſint, probatur ex Regni, ac Maioratus paritate. Sicut enim Regnum ipſum, quod eſt omnium Primogeniorum Hiſpanorum caput, indiuiduum eſt. l. 2. tit. 15. part. 2. ita etiam omnia Hiſpanorum Primogenia indiuidua eſſe debent, vt membra capiti reſpondeant. Quod ſupra iſto libro. capitu. 2. enarrauimus.

¶Itẽ id ſemper in Hiſpania obſeruatũ eſt, vt bo-
1 na primogenij indiuiſibilia ſint. Ideóq; † Maioratus inſtitutio eam legẽ neceſſariò ſequi debet, quæ patriæ conſuetudine ſimilibus diſpoſitionibus conſtituta eſt. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de lega. 1. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de Ædilitio edicto. l. certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi certum pet. Bertran. conſi. 86. vol. 3.

¶Præterea id etiam iuri cõmuni conueniens eſt: quòd ea bona, quæ filio maiori iure Primogenituræ debebãtur, indiuiſibilia erant, vt in ſpecie not. Bald. in authent. ex teſtamento. C. de colla.
2 nu. 16. vbi inquit: † bona, quæ filiis pertinent iure Primogenituræ non eſſe conferẽda: quia ea forma deferuntur, vt non diuidãtur, nec ſeparatione recipiant. Quod etiã antè dixit Cinus. in l. ſi viua mater. C. de bon. mat. & Scriben. in ca. licet de voto. & in l. Carmelia pia. ff. de iure patro. Guillelm. Benedict. in repe. ca. Rainuntius. verb. in eodem teſtamento relinquens. el. 1. nu. 144. de teſtam. Tiraquel. de primog. q. 51. n. 1. cum ſequẽt. Idque in ſpecie Maioratus probat Menchaca. de de ſucceſſio. creat. lib. 3. §. 26. nu. 91. & 92.

3 ¶Itẽ † primogeniorũ finis præcipuus eſt, vt familiarum dignitas, ac memoria conſeruetur, vt cẽſuit Socin. conſi. 47. num. 6. lib. 3. Deci conſi. 38. in princip. Paris. conſil. 72. nu. 85. lib. 4. Tiraquell. de
4 primoge. quæſt. 61. nu. 2. Diuiſione † autem, dignitas familiæ, memoriaq; eiuſdem, ac vniuerſa patrimonia deſtruuntur, ac corrũpuntur. Hoſt. Ioã. Andr. & Moder. in d. cap. licet de voto. & in l. ne in plures. ff. de exercito. l. plane. ff. fami. herciſ. l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. Socin. d. conſil. 47. nu. 5. Virtus namque vnita, (vt inquit Philoſophus,)
5 fortior eſt ſeipſa diſperſa: & † omnis dualitas ad deſtructionem ſubiecti: vnitas autem ad conſeruationem eiuſdẽ ordinatur. Tiraquel. qui plura refert de primoge. quæſtio. 4. nu. 16. idque experientia compertum eſt.

¶Quæ omnia præcipuè in Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus ſimilibúſq; dignitatibus Regalibus procedunt. Ea nãque ex ſui
6 natura indiuiſibilia ſunt: huiuſmodi † namq; dignitatum diuiſio aduerſus publicũ bonum eſſet. text. in cap. imperialem. §. præterea Ducatus. de ꝓhibita feud. alie. per Fede. in vſib. feud. vbi per Scrib. text. vbi etiam per Scrib. in c. licet de voto. Quibus plura copioſiſſimè ac ingenioſè (vt aſſolet) cumulat Tiraquell. de primoge. quæſtione 4. nu. 13. cum ſeq. vbi ad d. §. præterea Ducatus aſſignat 16. limitationes: de qua re ipſe omninò videndus erit.

¶Eſt autem differentia in hoc inter Maioratus & feuda Regalia, cæteraque bona, quæ indiuiſibilia



ſunt. In feudis namq; Regalibus: veluti Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, & id genus ſimilibus quanuis ea diuidi non poſſint, ex deciſione tex. in d. §. Præterea Ducatus. Exercitiũ tamẽ, ſeu adminiſtratio, ac cõmoditas diuidi poſſunt: prout inferiùs dicemus. In Primogeniis au-
7 tẽ Hiſpanorũ hoc indiſtinctè ꝓcedit: adeò † nãq; ea primogenia indiuidua ſunt, vt neque iuriſdictionis exercitium, neque cõmoditas, neque adminiſtratio rerum Maioratus diuidenda ſint: ſed omnia vni, eidémq; primogenito adiudicari debeant. Cũ enim in his bonis iure primogenituræ ſuccedendũ ſit, huiuſmodi ſucceſſioni quæcunq;
8 diuiſio repugnat. Vnus † nãque debet eſſe primogenitus, & non plures, vt dixit Oldrald. conſ. 231. Tiraquel. de primog. q. 42. nu. 3. idque in Hiſpanorum primogeniis veriſſimum eſt, vt ex pluribus probat Xuarez in repet. l. quoniam in prioribus. limita. 11. ad legem Regiam. 2. dubio princip. nu. 2. 7. cum ſeq.

¶Ex eo autẽ, ꝙ bona Maioratus indiuidua ſint, nec in eis plures ſuccedere poſſint: ſed vni tãtũ ſucceſſio deferenda ſit: cõſequitur neceſſariò, ꝙ is vnus, qui in huiuſmodi bonis ſucceſſurus eſt,
9 debeat eſſe primogenitus. Vbicunque † nãq; in aliquibus bonis vnus ſolus ſucceſſurus eſt inter omnes, qui in pari gradu ſunt, ſuccedere debet is, qui inter ipſos primogenitus fuerit. Quod dixit Angel. conſi. 281. & Aret. conſi. 162. Alexand. conſi. 4. num. 4. cum præced. & ſequent. libro 4. Xuarez. in l. quoniã in prioribus. 10. ampliatione. nu. 26. Couarru. lib. 3. reſolutio. ca. 5. nu. 3. Grego. in l. 2. tit. 15. part. 2. in glo. verb. *Sino el hijo mayor*, in principio. Antonius Gometius in l. 40. Tauri. nu. 7. & n. 59. Tiraquellus de primog. q. 4. n. 31. Quod in Maioratibus clariſſimũ eſt, quibus bona ſemper integra, ac indiuiſa eſſe debent, atque vni eidémque Primogenito ex ſucceſſione deferri.

¶Solet autẽ ab Hiſpanis Iuris conſultis frequẽ-
10 ter circa iſta controuerti: vtrũ † quando princeps, alicui nobili Caſtrum ſeu Oppidum, cum titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, vel id genus ſimili ſibi, ac ſuis deſcendẽtibus perpetuò cõceſſit: Caſtrũ, vel Oppidum hoc, debeat ab eo deſcendentibus iure Maioratus poſſideri; ita vt indiuiduũ ſit, vnique, ac primogenito perpetuò deferendũ: an inter eiuſdem deſcendentes diuidendum ſit æquis portionibus, ſicut cætera bona libera diuiduntur.

¶Quã quæſtionem ſolenniſſimè diſputauit Rodericus Xuarez in rep. l. quoniã in prioribus. 11. limitatione per totã. C. de inoff. teſtam. vbi inſeruit quandam allegationem, quam fecit in caſu cõtingenti ſuper Comitatu de Valentia. Ibíque cõcludit hæc bona etiã titulo Ducatus, Comitatus, Marchionatus vel ſimili cõceſſa: tanquã bona libera eſſe cenſenda: ídque ꝓbat ex eo, quòd æqualitas inter liberos ſeruenda ſit. l. inter filios
11 cũ ſimilib. C. familiæ herciſ. Bonáq; † ſemper libera præſumuntur: non Maioratui ſubiecta: niſi ſcriptura Maioratus oſtendatur. Tex. in c. 1. §. inter filiam. vbi Bald. nu. 2. ſi de feud. fue. contro. in vſib. feud. Alexãd. cõſ. 129. in princip. lib. 1. Deci. conſi. 85. n. 1. Claudius Canciuncula conſ. 6. nu. 6. Anto. Gabriel qui plura refert lib. 3. commu. opi. titu. de feudis conclu. 3.

12 ¶Itẽ † dignitas, Ducatus, ſeu Comitatus non eſt ad hæredes trãſitoria: ſed in vita primi donatarij expirat ac finitur: niſi à Principe denuò conceſſa ſit. Tex. in cap. 1. de feudo Marchiæ. l. 6. tit. 26. par. 4. Xuarez in d. l. quoniã in prioribus. 11. limita. 1.
13 dubio. vbi ex hoc inquit, † In his Regnis antiqua cõſuetudine obſeruatum fuiſſe, vt mortuo Duce, Comite, aut Marchione huiuſmodi dignitates expirent, nec poſſint eorũ ſucceſſores his titulis appellari: niſi Rex eas dignitates eiſdem confirmauerit. Cùm igitur dignitas mortuo primo donatario ſtatim expiret, nec ad hæredes progrediatur, conſtat ea bona tanquam libera ad filios eſſe deferenda: cùm iam non tractetur de dignitatis, ſed de hæreditatis ſucceſſione.

¶Præterea quanuis huiuſmodi dignitates ad hæredes trãſitoriæ eſſent, adhuc inquit, ꝙ bona diuidenda forent: nam quanuis tex. in capit. imperialẽ. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fede. diſponat, ꝙ feuda Ducatus ſeu Comitatus non diuidantur: nos tamen nõ loquimur de bonis feudalibus: ſed de alodialibus: prout ſunt omnia bona Hiſpaniæ etiã Maioratui ſubiecta. Ideoque text. ille loquens in feudis ad alias materias trahendus non eſt: prout dixit Xuarez in dicta l. quoniam in prioribus. limitatione 11. dubio 2. nume. 3.

¶Item quanuis deciſio d. §. Præterea Ducatus, ad Hiſpanorum Maioratus trahi poſſet, inquit Rodericus Xuarez ex eo non ſequi bona hæc, ſub his titulis conceſſa: ideò effici bona Maioratus.

¶Primò: quia ea bona primo donatario, & eius filiis, deſcendentibus, ac ſucceſſoribus conceſſa
14 fuerunt. Quo caſu † etiã in feudis Ducatuũ, Comitatuũ, & Marchionatuũ bona erunt inter filios, & hæredes diuidẽda: niſi expreſſe ſub hac conditione donẽtur à Rege, vt in eis ſolus filius maior natu ſuccedat. Quod not. And. de Iſer. in d. §. Præterea Ducatus. 4. col. in fin. 1. additionis. Cuius opinionem ſequitur Alex. conſi. 60. lib. 3. & Tiraquell. qui plures alios in idem refert. de primog. quæſt. 4. num. 56.

¶Secundò: quia non ſequitur, *Hæc bona non diuidũtur.* ergo ſuccedere debet in eis ſolus primoge-
15 nitus. Poteſt enim eſſe, † ꝙ dignitates ipſæ, quæ diuiſionem nõ patiuntur, nõ diuidantur, earũ autem exercitium, & commoditas inter omnes filios, ac deſcendẽtes diuidatur, quod inquit ſentire Bal. in d. §. Præterea Ducatus. col. 3. & plures alios, quos ipſe Xuarez ſigillatim, & copioſè refert. d. 2. dubio à nu. 7. vſque in fi. Idque ex pluribus probat Ioan. Baptiſta de Sancto Elatio inter cõſ. feudalia conſi. 66. nu. 25. cum ſequẽ. & Tiraquel. qui plura in idem adducit de Primogen. q. 4. nu. 50. cum ſeq. Guillel. Benedict. in repet. cap. Rainutius verb. in eodẽ teſta. relinquẽs in princip. n. 176. Ex quibus ipſe Xuarez in effectu: quãuis diffusè cõtendit bona hæc libera, non autem Maioratui ſubiecta iudicanda eſſe.

¶Cõtrariã autem ſententiam plures Hiſpani Iuriſcõſulti cõſtãter ſequuti fuerunt in eadẽ cauſa Comitatus de Valentia, & aliis ſimilibus, dicẽtes in his bonis eſſe iure Maioratus ſuccedẽdũ ídq; ꝓbare nitebantur ex eo quod Regnũ indiuiduũ ſit, bonúmq; publicũ verſetur in vnius principatu. Ex quo fit, vt Ducatus, Comitatus, & Marchionatus pari ratione indiuidui eſſe debeãt, vt Regni, quod harũ dignitatũ caput eſt, cõſuetudinẽ ſequãtur. Nõ enim licet à capite mẽbra diſcedere. tex. in c. cũ nõ liceat cũ ſimi. de præſcri. Ideoque ſicut regnũ indiuiduũ eſt: ita & hæ dignitates iure etiã indiuiduæ ſunt, vt inferiùs dicemus.

16 ¶ Præterea† ea eſt vniuerſalis Hiſpaniæ cõſuetudo, vt Ducatus, Comitatus & Marchionatus nõ diuidantur: ſed ad primogenitos tantũ deferẽdi ſint: adeò, vt nunquã in Hiſpania viſum, ſeu auditũ hucuſque ſit, ꝙ Ducatus ſeu Comitatus, diuiſus fuerit: nõ ſolũ, quo ad dignitatẽ, quod iuri nimis conſonum eſt: ſed nec etiam, quo ad patrimonium, nec eiuſdem commoditates. Ideóq; donatio facta à Principe ſecundùm hanc Hiſpaniæ conſuetudinem intelligenda, ac interpretanda eſt. l. hæredes palam. §. ſi quis poſt. in fi. ff. de teſta. l. ſi ſeruus pluriũ. §. 1. ff. de lega. Quibus adiicitur, quòd etiã Principi ſimiles dignitates cum Territorio donanti expediat ea in vno perpetuò conſeruari: cùm ipſe donatarius, ac eiuſdem deſcendentes ex Hiſpaniæ cõſuetudine teneãtur Regi in bello præſertim deſeruire. Quod fieri nõ poſſet: ſi bona diuiderentur: ex tali námq; diuiſione eadẽ bona deſtruerentur, ac corrũperentur, memoriáque Principis donantis, & donatariorũ, cui Princeps prouidere voluiſſe cenſendus eſt, ex eo aboleretur, ac dilueretur, quod nullatenùs dicẽdum, nec aſſerendum eſt.

¶ Quibus nõ obſtant illæ rationes, quæ à Roderico Xuarez pro contraria ſententia adducebãtur. Nam licèt verum ſit, quod bona ſemper libera præſumenda ſint: illud procedit, ac verũ eſt, niſi ex mente donãtis colligatur ea Maioratui voluiſ-
17 ſe ſubiicere. Ex† mẽte námq; fideicommiſſum inducitur. l. cum virum. cum ſimil. C. de fideicõmiſ. l. cum ꝓponebatur. in fin. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. 2. cũ ſimil. Mens autẽ Principis colligitur, ex his, quę paulò antè adducta
18 ſunt, & ex rerũ donatarũ qualitate, ex † qua etiã fideicõmiſſum induci ſolet, & alienationis prohibitio. l. quoties ab omnibus, vbi glo. prima. & cõmuniter Scrib. C. de fideicommiſſ. Bald. in l. 2. C. de vſucapion. pro empto. n. 3. Scrib. in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. 1. Deci. cõſ. 23. n. 5. Soci. Iuni. conſi. 108. num. 5. lib. 2. Tiraquell. de vtroque retractu. in præfatio. nu. 39. Peralta, qui plura refert in l. 3. §. qui fideicommiſſam. n. 30. ff. de hære. inſtit. Capitius deciſ. 108. nu. 4.

¶ Nõ etiã obſtat ſi dicatur, quòd dignitas, Ducatus, Comitatus, ſeu Marchionatus nõ eſt ad hęredes trãſitoria, vt habetur in c. 1. de feud. Marchię.

¶ Primo: quia ille text. loquitur de dignitate cõceſſa ratione ſolius adminiſtrationis abſq; territorio. Illa námq; morte donatarij finitur, nec ad ſucceſſores tranſit: Nos autẽ loquimur in dignitate ſimul cum proprietate Oppidi, ac Territorij
19 cõceſſa, † quæ tranſitoria eſt ad hæredes ſicut ipſum Oppidum: ac Territoriũ, vt exiſtimat Andr. de Iſer. in d. c. 1. de feud. Marchiæ, & in d. §. præterea Ducatus. Cuius dicta refert, & ſequitur Greg. Lopez in l. 6. titu. 26. part. 4. & in l. 12. titu. 2. part. 2. Ad quod ponderat tex. in d. l. 12. ibi. *Por hæredamiẽto hã ſeñorio los Principes, y los Duques, &c.*

¶ Secundo quia quanuis text. in d. cap. 1. de feudo Marchiæ etiã de bonis dignitati adiunctis intelligendus eſſet: quod verũ non eſt, adhuc in caſu, de quo agimus dignitas ad poſteros deferẽda eſſet: quod patet ex verbis eiuſdẽ text. ibi. *Niſi ab Imperatore acquiſierit.* Idẽ ꝓbat ex d. l. 6. ti. 26. part. 4. ibi. *Saluo ſi ſeñaladamẽte el Emperador o el Rey o otro Señor, que lo ouieſſe dado al padre o el auuelo nõ gelo ouieſſe otargado: para ſus hijos o para ſus nietos.*
20 Cũ igitur † in cõceſſione, de qua agitur præſupponatur Oppidũ donatũ fuiſſe: cum titulo Ducatus, Comitatus, ſeu Marchionatus donatario, ac deſcendentibus: conſequens eſt, vt etiam dignitas ad eoſdem deſcendentes tranſire debeat.

¶ Ex quo infertur vnũ ſingulare, & mente tenẽdũ ad huius Regni conſuetudinẽ, qua introductum eſt vt mortuo Duce, Comite ſeu Marchione, filij eorũ natu maiores nõ appellentur titulis harum dignitatum, nec in ſubſcriptionibus, nec aliis etiã actibus, niſi Princeps eos his titulis appellet eiſdẽ reſcribendo, vel aliàs. Nam hæc cõſuetudo procedit in his, quibus abſque conceſſione oppidorum ſola dignitas conceſſa fuit, non autem in his, quibus Oppida cũ titulo dignitatis cõceſſa fuerunt, ſeu dignitas pro ſe, & ſuis deſcẽdentibus cũ Oppidis, vel abſq; eis conceſſa fuit.
21 Hi† nãque mortuo prædeceſſore poterunt his titulis appellari nõ expectata Regia conceſſione. Omnes autẽ vrbaniùs facient, ſi literas Principis vbi eos his titulis appellet, expectent, quas Princeps facillimè omnibus ſcribere ſolitus eſt.

¶ Non etiã obſtat, quòd in caſu cap. 1. §. Præterea Ducatus de prohibitione feud. alie. per Fede. in feudo Regali nõ ſuccedere debeat ſolus primogenitus: ſed omnes filij, ac hæredes ſuccedere debeant in cõmodis, ac emolumentis, & exercitio, & adminiſtratione, vt ſuperiùs probatum eſt. Nã cum ille tex. ius feudale nõ cõmune inducat, nec de feudo ad Maioratum, in quo filius Maior ſolus ſuccedere debet in hoc eadẽ ratio verſetur, non eſt ad Maioratus materiã trahẽdus, vt ſupra iſto lib. ca. 4. latiùs oſtendimus. Quam Maioratus diſpoſitionẽ hanc opinionẽ tenentes, non ex ſola deciſione text. in d. §. Præterea Ducatus: ſed ex Regni conſuetudine, & natura, Regiáque volũtate deducere nituntur, ex quibus competenter opinio iſta probari videtur. Quam in ſpecie aduerſus Rodericum Xuarez (Hæc tamen nõ adeò præciſè conſiderans) probat Anto. Gometius. in l. 40. Tauri nu. 11. Eam tamen quæſtionem mouet Gregor. in d. l. 12. tit. 2. par. 2. vbi eam indeciſam reliquit, eò quòd penderet cauſa Comitatus de Valentia, in qua ſe fuiſſe quondã iudicem profitetur: hancque opinionem ſequitur Guido Papæ quæſtione 476. vbi ſecundùm eã aſſerit fuiſſe iudicatum. Quod etiam cẽſuerunt plures alij quos infra iſto. cap. nu. 25. & nu. 29. citabimus.

¶ Vt autẽ de hac re perfecta reſolutio habeatur duæ ſpecies diuerſiſſimæ cõſiderandæ ſunt. Aut enim agitur de ſola dignitate, quę quoad officiũ, & adminiſtrationem conceditur, aut de ea dignitate, quæ ſimul cum Oppidis aut territorio donata eſt.

¶ In prima ſpecie ſubdiſtinguẽdũ erit. Aut enim ea dignitas ſimpliciter alicui à Principe conceſſa, eſt, aut pro ſe, & ſuis deſcendentibus, ac ſucceſſoribus.

¶ Si ſimpliciter ea dignitas cõceſſa fuerit: hęc dignitatis conceſſio morte donatarij expirabit: nec ad primogenitũ, nec cæteros filios, nec hæredes tranſitoria erit, nec etiam poterit filius Primogenitus denominatione eiuſdẽ dignitatis vti, abſq; noua Principis cõceſſione, in quẽ ſenſum intelligendus eſt text. in c. 1. de feudo Marchiæ in vſibus feudorũ, vbi communiter Scribẽt. id notant. Sufficiet tamen ſi Princeps eum poſt mortẽ parentis, ſiue literis, ſiue verbo, Ducem, Comitem, ſeu Marchionem ex certa ſcientia appellauerit.
22 Sola† namque nominatione Princeps ſimiles dignitates concedit. l. cum ſalutatus vbi Angel. & Scrib.



& Scrib. C. de ſenten. paſſ. Barto. in l. 1. C. de dig. lib. 12. num. 29. vbi Alexand. in addi. Ripa. li. 1. reſpõſorum in c. cum in Ferrarienſis. de conſtit. n. 49. Et quanuis in hoc contrarium ſentiat. Tiraq. de nobilitate, cap. 6. nu. 23. prima opinio in Hiſpania in primogenitis Ducũ, Comitũ & Marchionum ex recepta cõſuetudine obſeruari ſolet. An-
23 tiquis† tamen temporibus in Regno Caſtellę alię ſolennitates, ſcrupuloſæque, ac etiam deridendę cæremoniæ in ſimilium dignitatum creationib. ſeruari ſolitę erant, vt cõſtat ex Chronico Regis Alphonſi vndecimi. ca. 64. Quam antiquã obſeruationem recentior ætas non tulit: hodie autẽ ei quem denuò Hiſpaniarum Rex Ducem, Comitẽ aut Marchionem creat, ſolet titulus eiuſdem dignitatis ſolenniter ex Regio priuilegio concedi.

¶ Si verò ea dignitas alicui pro ſe, ac ſuis deſcendentibus cõcedatur: tunc ad hæredes, & ſucceſſores trãſitoria erit, vt ſuperiùs oſtendimus. In hoc tamẽ caſu dignitas ipſa, iúſque in ipſa dignitate ſuccedendi indiuiduum erit, primogenitóq; ſolo
24 pertinebit. Eſt† nãq; regulare, vt quoties ſimiles dignitates ſint ad hæredes tranſitoriæ: nõ ad omnes filios, ſed ad primogenitum tãtùm pertinere debeant. Quod dixit Bald. conſi. 275. col. 3. lib. 2. Ioan. de Platea. in l. 2. C. vt indign. ordo ſeruet. Alberic. in ſuo dictionario, verbo feudum. verſi. itẽ quæro pulchrã, & ſubtilem. col. 2. eiuſdem verſiculi. Ripa. in l. ex facto. §. ſi quis rogat[illegible] nu. 7. ff. ad Trebel. Tiraquel. de primog. quęſt. [illegible] 49.
25 & quæſt. 52. n. 2. Dignitates† namque huiuſmodi, ſiue in feudum, ſiue liberè cõceſſę ſint, ſemper indiuiduæ eſſe debent: prout no. Abb. in c. licet de voto. nume. 6. & 9. quem cæteri ſequuntur. Idem Abb. conſi. 3. 2. parte. Idem Abb. in c. prudentiã in princip. num. 13. de officio delega. vbi Deci. & cæteri. Alexand. conſil. 25. nu. 10. Tiraquellus de primoge. quæſt. 4. num. 21. & 22. Pinelus de bonis mater. 3. part. nu. 17. Idque ſi ad ſolius dignitatis ius referatur, veriſſimum eſt: niſi conſuetudine contrarium ſit obſeruatũ. Tunc enim omnes filii Duces, Comites aut Marchiones vocabuntur: prout in Italia, & Alemania obſeruari ſolet, vt inquit Old. conſi. 237. Dec. in cap. prudentiam. ff. de offi. deleg. Tiraquel. qui plures ad idem refert in tra. de Primoge. q. 4. num. 37. cum ſequent. Quæ conſuetudo nunquã in Hiſpania obſeruata fuit, & in hac ſpecie nulla eſt inter Scrib. Hiſpanorum controuerſia.

¶ In ſecunda ſpecio vbi ſcilicet cũ ipſa dignitate proprietas Territorij ſeu Caſtra, ac opida cõceſſa ſunt, ſe offert opinionum varietas, de qua ſuperiùs mẽtionem fecimus. Prima quod hæc bona libera ſint iudicanda: ſecũda, quòd ea bona Maioratui ſubiecta cenſenda ſint. In hac autẽ opinionum varietate ſecunda opinio, quod ſcilicet hęc bona Maioratui ſubiecta iudicanda ſint mihi ꝓbabilior, magíſque ad Hiſpanã cõſuetudinẽ, mẽtemque Principis donãtis conueniens videtur: ſecundùm quã in cauſa Comitatus de Valentia in ſupremo Valliſoletano conuentu obtentũ fuiſſe accepimus. Nec dubitamus in Hiſpania eã in practica potiorem ſemper futurã eſſe, quanuis ſi ex iuris rigore, eiuſque Principis res iſta deriuãda foret: forſan prima opinio, vrgentiùs probari poſſet. Hæc autem ſecunda opinio, quam tãquam ꝓbabiliorem nunc eligimus ſequentibus limitationibus temperanda, ac limitanda erit.

¶ Primo quòd hoc procedat, ac verum ſit: quãdo Princeps denuò Oppida, ac Caſtra ſimul cum di-
26 gnitate cõceſſit, ſed ſi alicui oppida, ſeu† Caſtra libera habẽti, Princeps in eiſdẽ Caſtris, vel aliquo eorum titulũ Ducatus, Comitatus, ſeu Marchionatus pro ſe ac ſuis deſcendentibus cõcedat: hęc bona libera, ac diuiſibilia erunt, nec antiquã qualitatem ex hac noua dignitatis cõceſſione mutabunt. Quod no. And. de Iſern. in d. §. Pręterea Ducatus. Et Xuar. in d. l. quoniam in prioribus limi. 11. nu. 4. Idque veriſsimum eſt.
27 ¶ Secundò, quòd † ſi alicui à Principe oppida pro ſe ſuíſq; deſcendentibus perpetuò abſque aliqua dignitate cõcedãtur, ipſeq; donatarius aliqua ex huiuſmodi dignitatibus ad vitam tãtùm pręciſè ac expreſsè inſignitus ſit, ea dignitas eo moriẽte expirabit. Cùm enim ad vitam tantùm conceſsio facta ſit: proculdubiò morte donatarij expirare debet. l. fi. cũ ſimilib. vbi per Scrib. C. de leg. & in hac ſpecie clariſsimũ erit bona tali Comiti Duci aut Marchioni à Principe conceſſa: tanquã bona libera eſſe iudicãda. Cùm enim deficiat ſubiectũ dignitatis, ex quo pretendi poterat bona hęc eſſe Maioratui ſubiecta, conſequens eſt, vt bona ipſa euidentiſsimè libera cẽſẽda ſint. Adeò vt ſi Rex filio Primogenito ipſam dignitatem, mortuo parẽte, cõcedat: alijs filijs nõ poſsit ex hac noua cõceſſione in iure iam ad bona hæc acquiſitio præiudicium irrogari. l. quoties. & l. fina. C. ſi contra ius. Scrib. latiſſimè in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſthu.
28 Tertiò, quòd † etiam ſi dignitas à Principe cum oppidis cõcedatur ea lege, vt perpetuò ad ſucceſſores deueniat: ſi tamen in ea donatione plura oppida diuerſę iuriſdictionis cõprehendantur titulúſque comitis, Ducis, ſeu Marchionis in vno ex eiſdem oppidis, (vt fieri ſolet) conceſſus ſit, ſolũ oppidum illud, in quo dignitas cõceſſa eſt primogenito adiudicari debet, vt in eo iure Maioratus perpetuò ſuccedatur, inter cæteróſque filios alia oppida diuidenda erunt: ita tamẽ, vt ſemper Primogenitus æqualem portionẽ accipiat, cæteriq; filij ſua legitima (ſi fieri poſsit) non fraudentur. Quod notat Rainerius, in l. ſi viua matre. C. de bon. mat. quem refert, & ſequitur Marti. Laud. in tracta. de Principibus verſicu. 462. incip. licet Regnũ Socinus referens Franciſ. de Ramponib. & Calderi. idem aſſerentes conſi. 67. & conſ. 278. libro 2. Curti. Seni. conſ. 69. col. 5. Carolus Ruin. conſi. 19. col. vlt. libro. 1. & conſi. 29 nume. 17. lib. 5. Tiraquellus de primogenitura quæſt. 4. nu. 40. Non tamẽ ex hoc omnes filij erunt Comites Duces aut Marchiones: ſed tantùm Primogenitus, qui caput dignitatis obtinuerit, vt nos ſuperiùs diximus, & inquit Tiraquel. d. quæſtio. 4. nume.
29 49.

¶ Quòd † ſi ipſe filius velit integrum Ducatum Comitatum, ſeu Marchionatum, cum omnibus ſuis oppidis ac caſtris retinere, id efficere poterit dummodò alijs fratribus ex alijs bonis liberis parentis integra legitima adiudicetur, vel, ſi alio bona libera parentis nõ ſuperſint, legitima quãtitas eis ab ipſo in pecunia ſoluatur. Nã quanuis regulariter legitima omnibus filijs, ex ipſis corporib. hæreditarijs præſtanda ſit, nec in pecunia eis inuitis aſſignari poſſit. l. ſcimus. §. repletionẽ cum ſimilibus. C. de inofficio. teſtamen. ſpeciale tamen eſt his dignitatib. vt propter earum cõſeruationẽ Principatúſq; vnitatẽ vni filio aſsignari

poſſint, cæteríſque legitima in pecunia præſtanda ſit, vt dixit Petrus Iacobi. de Aureliano. in ſua practica. titulo de ſucceſſio. Regni Frãciæ circa Princip. in quæſt. incip. *Sed quid dum deceſſit ille Carolus*. Idem etiam voluit Guido Papæ referens Chriſtophor. de Caſtelliono idem tenentem quæſt. 476. num. 1. ea potiſſima ratione: ne fiat huiuſmodi dignitatũ diuiſio: quia ſi aliter fieret, poſſet infra paucos annos ad nihilum reduci, & inquit ſic audiuiſſe fuiſſe pronuntiatum in caſu cõtingenti. Quod etiam dixit idem Guido Papæ. q. 487. nu. 2. Nicolaus Boerius. deci. 204. n. 14. Gulli. Benedict. in repet. cap. Rainutius. verb. In eodem testamento relinquens. in primo. nu. 145. Anton. Rubeus. conſi. 34. col. 3. Tiraq. de primog. quæſt. 5. nu. 2. Quod etiam ex pluribus probat Sigiſmundus Neapolita. in conſi. feudalib. conſi. 1. num. 181. cum plurib. ſeq.

30 ¶Quarto & vltimo, quòd † ſi alia bona libera non ſuperſint ex parẽtis hæreditate, ex ipſis bonis *titulo* Ducatus, Comitatus aut Marchionatus conceſſis, cæteris filiis ſunt alimẽta ſecundùm qualitatem perſonarum aſſignãda & miniſtrãda. Hoſt. Ioan. And. & Panor. in c. licet de voto. Xuarez in l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. limita. 11. dubio. 2. n. 21. Ioan. Licerier. de primog. li. 2. q. 16. nu. 1. cum ſeq. Tiraquel. de Primog. q. 4. n. 33. qui plura in idẽ adducit. Quæ alimẽta ex aliis *bonis* liberis parẽtis præſtãda ſunt, vel à filio primogenito aliunde ſoluẽda: quòd ſi aliunde filius primogenitus non habeat bona, ex quibus fratribus alimenta miniſtrare poſſit, ex ipſius Marchionatus emolumentis ac redditibus ſoluenda erunt. Nã quãuis Ducatus ipſe indiuiduus ſit, eius tamen redditus, cõmoditates, ac emolumenta diuidua erũt. Id námq; etiã in feudis Regalib. quæ iuris diſpoſitione indiuiſibilia ſunt omnes Scrib. concludunt: prout ſupra iſto ca. dictum, ac probatum eſt: quanuis Tiraquel. de primoge. q. 4. nu. 51. contrarium probare velit: atque etiam in Hiſpanorũ Maioratibus id ipſum fieri ſolet, vt infra lib. 2. c. 15. dicemus.

¶Ea tamẽ alimenta aliis fratribus ſecundùm redituum quantitatem à *filio* primogenito præſtãda ſunt: ita tamen, vt ſibi tot redditus relinquantur ex quibus ipſius dignitatis onera atque ornamẽta honorificè ſuſtinere poſſit, de quo infra lib. 2. latiùs agemus.

¶Quibus *limitationibus* ac tẽperamentis obſeruatis parum inter hanc ſecundã & primã opinionem diſtabit: ex eiſdémq; materia hæc, quæ ab Hiſpanis Iuriſcõſultis valde difficilis exiſtimata fuit in poſterũ clariſſima cognitúq; facilis efficietur.

¶Conſequenter etiam in hac parte tractandũ foret qualiter Hiſpanorum Primogenia ex propria natura inalienabilia ſint: ſed quia de hoc in quarta *huius* tractatus parte agendum eſt, ad ea quæ ibidem dicentur lectores remittimus.

*SVMMARIA.*

1 *Maioratus vim ſupremi Iudicij obtinere ſolet.*
2 *Maioratus ſimilis eſt diuiſioni bonorum à parente inter filios factæ.*
3 *Verbum dono appoſitum in teſtamento non inducit donationem inter viuos: ſed legatum.*
4 *Maioratus etiam in contractu per viam diuiſionis bonorum inter filios à parente inſtitutus, ſequitur vltimæ voluntatis naturam.*
5 *Diuiſio bonorum facta à parente inter filios habet vim ſupremi iudicij.*
6 *Aſsignatio legitimæ facta à parente in vita, filio in poteſtate: vtrum ſtatim valeat irreuocabiliter.*
7 *L. Si non mortis. ff. de inoff. teſtam. declaratur.*
8 *Maioratus reuocabilis: etiamſi ex contractu fiat, ſemper ſequitur vltimæ voluntatis naturam.*
9 *Contractus reuocabiles non ſequuntur vltimæ voluntatis naturam, ex eo ſolo, quòd reuocari poſſunt.*
10 *Donationes, quæ morte confirmantur, habent vim relicti, ſequuntúrque vltimæ voluntatis naturam.*
11 *Falcidia detrahitur de donationibus, quæ morte confirmantur: quia habent vim fideicommiſsi.*
12 *Id quod capitur, ex donatione, quæ morte confirmatur, non eſt relictum, nec legatum, nec fideicommiſſum: quamuis habeat vim relicti, legati, ſeu fideicommiſsi.*
13 *Hiſpanorum primogenia reuocabilia in contractu inſtituta, nec ſunt contractus, nec vltimæ voluntates nec legata, nec fideicommiſſa: ſed tertiam ſpeciem conſtituunt: quanuis habeant vim legati, ac fideicõmiſsi, ac vltimæ voluntatis.*
14 *Donatio cauſa mortis conſtituit etiam tertiam ſpeciem diuerſam à contractu, & vltima voluntate.*
15 *Donatio cauſa mortis ſola morte confirmatur abſque hæredis aditione.*
16 *Donatio cauſa mortis à principio perfecta eſt: quanuis reuocari poſsit.*
17 *Hiſpanorum primogenia reuocabilia ex contractu inſtituta, quoad ordinationem cõtractui æquiparãtur: quoad effectus autem, vltimæ voluntati.*
18 *In Maioratu reuocabili, ex contractu inſtituto ſufficit ſi interueniat ſolennitas contractus, nec vltimæ voluntatis ſolennitas neceſſaria eſt.*
19 *Melioratio Tertij, quæ reuocabilis eſt, vltimæ voluntatis naturam obſeruat, de eáque omnia, quæ de Maioratu paulò antè diximus, dicenda erunt.*

20. L. 17. &



20 *L. 17. & l. 44. Tauri, quoad Quintæ partis bonorum meliorationem nouiſsimè declarantur.*
21 *Maioratus irreuocabilis in contractu inſtitutus: quoad omnia ſequitur contractus naturam, nec habet aliquid vltimæ voluntatis.*
22 *Maioratus ſimpliciter per viam diuiſionis bonorum inſtitutus quoad omnia vltimæ voluntatis naturam obſeruat.*
23 *Maioratus per viam diuiſionis bonorum inter filios ſimpliciter factus: vtrum requirat ſolennitatẽ contractus, an vltimæ voluntatis.*
24 *L. 3. Tauri declaratur.*
25 *Maioratus per viam diuiſionis bonorum, atque ipſa bonorum diuiſio inter filios: tam ex contractu: quàm ex teſtamento fieri poteſt.*
26 *Maioratus per viam diuiſionis ſimpliciter factus: ſi habeat ſolennitatem teſtamenti, valebit tanquam teſtamentum: ſi verò habeat ſolennitatem contractus, valebit tanquam contractus.*
27 *L. 7. tit. 1. part. 6. declaratur.*
28 *Lex ſemper eſt intelligenda: ſecundùm Rubricam ſub qua ſituata eſt.*
29 *Primogenium reuocabile eſt quædam vltima voluntas anomala, atque innominata.*
30 *Prohibitio alienationis in contractu facta, non impedit dominij translationem.*
31 *Prohibitio alienationis in contractu facta in Hiſpanorum Maioratibus impedit tranſlationem dominij.*
32 *L. ea lege. C. de condi. ob cauſ. declaratur.*
33 *Ex prohibitione alienationis in Maioratu in contractu inſtituto facta: vtrum ſequens reuocet alienationem in vita alienantis.*
34 *Prohibitio alienationis facta in donatione cauſa mortis, impedit dominij translationem.*
35 *Clauſula, quæ in Maioratu in contractu inſtituto apponi debet, vt alienatio etiam in vita alienantis reuocari poſſit.*
36 *Plura vtilia, quæ deducuntur ex hac inueſtigatione: an Maioratus tanquam contractus, ſeu tanquam teſtamentum cenſendus ſit, enumerantur.*

## *Maioratus etiam in contractu inſtituti: vtrum vim vltimæ voluntatis obtineant.*

## CAPVT XII.

AD omnimodã naturę Maioratus intelligentiam (cuius cognitionẽ omnibus in futurum obuiam eſſe cõtẽdimus) id ſummè neceſſariũ eſſe exiſtimamus vt vnuſquiſq. intelligat: an Hiſpanorũ Primogenia etiam in contractibus inſtituta, vim vltimæ voluntatis obtineãt. Ex hoc namque principio plura quæ hucuſque dubia ac penè incognita fuerunt clariſſima efficientur.

¶In primis autem id ſciendũ eſt quæſtionẽ iſtã, quæ adeò Hiſpanis propria ac peculiaris eſt, à nullo Hiſpano Iurisinterprete, quẽ viderimus, fuiſſe hucuſque plenè diſcuſſam, nec reſolutam. Ex ſcriptoribus autem exteris illam breuiſſimè tamẽ attigerunt Oldrad. conſ. 231. in principio atque etiam Tiraquellus de Primoge. quæſt. 68. nu. 1. & 2.
1 & q. 8. nu. 2. cum ſeq. vbi profitentur: † Maioratus etiam in cõtractu inſtitutos vim ſupremi iudicij ſemper obtinere. Pro huius autem dicti probatione ſolùm allegant text. in l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. herc. ibi. *Nõ videri donationem: ſed potius ſupremi iudicij diuiſionẽ.* Vbi diuiſio hæreditatis facta à parente inter filios, non obtinet vim donationis: ſed vltimæ voluntatis. Quod etiã in Maioratibus Hiſpanorum loquens dixit Celſus conſil. 120. nu. 43. & conſi. 100. num. 12. idque probabile videtur.
2 Maioratus † namque vt plurimùm huic diuiſioni hęreditatis aſſimilãtur, cũ in eis, præſertim de pręlegato ac melioratione bonorúmq. aſſignatione atque diuiſione: potiùs quàm de inſtitutione agi ſoleat. Quod eſt propriũ ac peculiare huic ſcripturæ diuiſionis: vt optimè aduertit Alberi. in auth. Quod ſine. C. de teſtam. vbi Corn. col. 2. & probatur ex text. in authent. de teſtamen. imperfect. col. fina. Quod etiam in l. parentibus. C. de inoffi. teſta. omnes Scrib. notant. bonus tex. in l. quoties vbi glo. & communiter Scrib. C. famil. hercis.

¶Quibus non modicũ aſtipulatur deciſio. tex. in l. 44. Tauri quæ hodie eſt l. 4. tit. 7. lib. 5. in noua legum Regni collectione, vbi diſponitur eũ, qui primogenium ſiue in teſtamẽto, ſiue in cõtractu inſtituerit, poſſe illud reuocare vſque ad vltimũ vitæ ſpiritum: niſi in caſibus in eadẽ lege expreſſis. Quod etiã in tertij prælegato, ſeu melioratione dicendum erit ex legis 17. Tauri deciſione, quæ hodie eſt l. 1. ti. 6. li. 5. in d. legum collectione.

¶Ex quo colligi poteſt Primogenium etiam: in cõtractu inſtitutum, quodammodo vim vltimæ voluntatis obtinere: cùm vltima voluntas vſque ad mortem reuocabilis ſit. l. 4. ff. de adim. lega. l. trãſlatio. ad fin. cum ſimi. ff. eod. contractus autem reuocari non poſſit. l. ſicut. C. de actionib. & obligatio. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mod. Ideóque Maioratum habere vim relicti dixit Didacus *del Caſtillo*. in l. 44. Tauri glo. 1. atque etiã Pala. Ruui. ibidem. nu. 1. Sortiríque naturam vltimæ voluntatis dixit Mencha. de ſucceſſio. creati. lib. 1. §. 1. num. 32. & Grego. in l. 43. titul. 5. part. 5. in gloſſ. verb. non vale. & habere vim fideicommiſſi dixit idem Palat. Ruui. in repeti. cap. per veſtras. de donatio. inter vir. & vxorẽ. §. 44. nu. 3. 4. & 5. & omnes alij, quos ſupra iſto libro cap. 1. nu. 7. ad fin. in id nuncupatim citauimus: ídque apertè inſinuare videtur l. 10. tit. 12. libr. 3. for. ll. ibi. *Porque tal donacion es ſemejable alas otras que ſe hazen en manda por razon de muerte.*

¶Vt autẽ de hac re perfecta reſolutio habeatur, tres ſpecies diuerſæ cõſiderãdę ſunt. ¶Aut enim Maioratus inſtituitur in teſtamento. ¶Aut in cõtractu. ¶Aut ſimpliciter, nec exprimendo, quod

ſi † per viam contractus, nec per viā teſtamenti.
¶In prima ſpecie principali: quando ſcilicet Ma-
ioratus in teſtamento inſtituitur, dicēdum erit:
Maioratum ipſum tanquā teſtamentum cenſen
dum eſſe. Actus námque teſtandis ſemper ad vlti
mam voluntatem refertur.l.verba contraxerunt
ff.de verb.ſign. ¶Quod procedit etiamſi in Maio
ratus inſtitutiōe facta in teſtamēto aliqua verba
quę donationem prę ſe ferre videantur, appoſita
fuerint.Ea namque teſtamenti naturam non mu
tabant:cùm verba ſecundum ſubiectam materiā
intelligēda ſint.l.ſi vno cū ſimilibus.ff.loca.Quod
in ſortioribus terminis cenſuit Faber in §.legatū
3 Inſtit.de lega. Vbi inquit, † quòd ſi in teſtamento
quis dixerit, Dono tibi rem meam, non erit iſta
donatio inter viuos, ſed legatum:& quáuis in ter
minis donationis contrariā ſentētiam teneat ibi
Angel.nu.2. Cuius ſententiam, cum quadam di-
ſtinctione ſequitur Mencha.de ſucceſſio.creatio
lib.3.§.22.nu.3. In terminis tamen Maioratus o-
pinio Fabr.vera eſt, cuius natura magis ad vltimā
voluntatē, quā ad contractum ſemper dirigitur,
vt ſuperiùs oſtenſum eſt, & ſtatim dicemus.
¶In ſecūda ſpecie principali, vbi ſcilicet Maiora
tus per viam contractus inſtitutus fuit:ſubdiſtin
guendum erit. ¶Aut enim inſtitutus fuit per viā
diuiſionis hæreditatis factæ inter filios, & deſcē-
dentes, ¶Aut ſimpliciter faciēdo Maioratum de
aliqua re ſiue in perſona filij, ſiue extranei.
4 ¶Si † per viā diuiſionis hæreditatis ipſe Maiora-
tus fiat (prout cōmuniter fieri ſolet, in pleriſque
Maioratibus vbi filio Primogenito aliqua bona
iure Primogenituræ, & cæteris reliqua bona iure
aliementorum aſſignari ſolēt, & inter omnes bo
na parentis diſtribui (dicendum erit huiuſmodi
Maioratum proculdubiò vim vltimæ voluntatis
obtinere. Quod probatur, ex text.in l.fina. ibi
5 *Siue quocūque modo ſcripturæ*.C.familiæ herc. † Vbi
in quacūque ſcriptura pater bona ſua diuidat in
ter filios, ea ſcriptura vim vltimæ volūtatis obti-
nebit. Idipſum etiam colligitur ex l.ſi filia.§.ſi pa
ter.ff.famil.herciſ.vbi id omnes ſcrib.notāt.facit
l.parentibus.C.de inoffic.teſtamen.text.in auth.
quod ſine.C.de teſtamē.l.cum de bonis.C.de do
na.l.final.vbi etiam per ſcrib.C. de pact. Oldral.
conſi.231.circa princip.Iaſſ.cōſi.104.libr.4. num.
2.col.4.Deci.conſ.475.num 23. Tiraquel. de pri-
moge.quæſtione 8.n.2.cum ſequentib.vbi plures
idipſum aſſerentes refert.Pariſ.cōſ.24.n.12.cū ſe-
quent.lib.2. Ex quibus conſtat Maioratū per viā
diuiſionis bonorum à parente inter filios etiā ex
contractu inſtitutum, vim vltimæ voluntatis etiā
in terminis iuris obtinere. In ſpecie accipiēda at
que intelligēda ſūt ea, quę ex Oldrado Tiraquel.
& Celſo in princi.huius capitis annotauimus, ſe
cundùm text.quem ipſi ad id allegant. Aliàs nāq.
iure communi conſiderato ſuſtineri non poſſent
cùm in Maioratibus factis extraneo, vel filio emā
cipato, vel cognatis, vel agnatis trāuerſalibus per
viam donationis ſeu cōtractus inter viuos nullo
pacto ex iuris communis diſpoſitione dici poſſet
eos habere vim vltimę volūtatis:cùm ſtatim iure
communi inſpecto valeāt irreuocabiliter:quāuis
hodie attenta deciſ.l.44.Tauri, contrarium dicē
dum ſit:vt ſtatim dicemus. Nec dubitari poterit
quin diuiſio iſta bonorū tā in contractu, quàm ex
vltima volūtate inter liberos fieri poſſit, vt infra
iſto cap.nu.25. oſtendemus.
¶Nec obſtat ſi dicatur Primogenium inter filios
ac deſcendentes hoc modo inſtitutum, videri
quandam legitimæ aſſignationē à parente in vita
6 factam, † quę illicò valet:etiamſi à parente filio in
poteſtate fiat, nec poſtquàm facta eſt, vlterius re-
uocari poteſt, l.ſi non mortis in prin. vbi Angel.
ff.de inoffic.teſtam.Bald.in l.cùm oportet.§. non
autē.C.de bonis quæ libe. Quod ex pluribus pro
bat Xuar.in req.l.quoniam in prioribus.C.de in-
offic.teſtamē.in princip.l.nu.4.cum ſequent.Iaſſ.
in l.frater à fratre.in lectura.col.antepe.7.limita.
num.44.ff.de cōdi.indebit.& in repet.numer.23.
vbi id relinquit cogitādum. Idq; etiam ſequitur
Marc.Mantua.in eadem l.frater à fratre.num.356
Pariſ.conſ.16.nu.35.libr.2.Petr.de Peralt.in l.cum
pater.§.à filia.ff.de lega.2.numer.72. qui inquit,
quòd iſta opinio tanquam cōmunior teneretur
indeciſiùs, quanuis contraria, de qua ſtatim men
tionem faciemus, ſibi videatur probabilior. Cùm
igitur aſſignatio iſta legitimæ valeat irreuocabili
ter, & iſta diuiſio bonorum facta à parente in vita
nil aliud ſit:quā quædam legitimæ aſſignatio:er-
go magis contractui, quàm vltimæ voluntati aſſi
milari cenſenda erit.
¶Nam ad hoc reſponderi poterit tripliciter, & ſa
tis concludenter. ¶Primo, quòd d.l.ſi non mortis
non probet id, quod ex ea Angel.deducit:imò o-
pin. Angeli proculdubiò falſa ſit in quantū ſentit
[illegible] donatio ex cauſa legitimę filio in pote
ſtate [illegible] irreuocabilis ſit, quod ex pluribus pro
bat Franc. [illegible] Areti.l.placet nu.4.ff.de acquir.hæ
red.& conſ.17.nu.4. Segura.qui id optimè proſe-
quitur in l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundum. nu.
116.ff.de lega.2. Idem in l.Imperator.nu.84. ff. ad
Trebe.Deci.conſ.86.n.8. Ioannes Baptiſta. in re-
pe.l.frater à fratre. ff. de condi.indebi. quæſt.15.
Fernand.Loazes.in repe.l.filiusfamilias. §. Diui.
nu.75. ff. de leg.1.Petr.Dueñas regul.223. num.5.
Anto.Gomet in l.17.Tau.num.5. Quæ opinio mi-
hi verior atque probabilior videtur:atque in fo-
renſibus controuerſiis ſequenda & amplectenda
ex rationibus, quas præfati docto.aſſignant, quæ
apud ipſos videri poterunt.
¶Secundo, quia etiā ſi prima opinio verior eſſet,
d.l.ſi non mortis, & ea quæ ex illa Scri.annotare
ſolent, intelligenda ſunt, quando ſimpliciter legi
tima vni ex filiis aſſignatur. Secùs tamen quando
per viam diuiſionis factæ inter filios bona eiuſdē
etiam pro legitima aſſignātur. Tunc námque hęc
diuiſionis ſcriptura habet vim ſupremi iudicij:
ideóque vſque ad mortem reuocari poterit, vt ſu
periùs oſtenſum eſt.
¶Tertio, quòd prima opinio procedat in aſſigna
tione ſolius legitimæ, quę filio debita eſt, quę aſſi
gnatio cùm ſit debiti ſolutio, nō mirum ſi valeat
irreuocabiliter:etiāſi filio in poteſtate fiat: ſecùs
autem quando bona inter filios diuidūtur, [illegible]
[illegible] ando aliquem ex eiſdem, ſeu eis aliquid vltra le
gitimā prælegādo. Tunc námque hæc diuiſio cū
non ſit debiti ſolutio:ſed potiùs gratuita conceſ-
ſio:nō mirum ſi vſque ad mortē reuocari poſſit.
Sícque intelligēda ſunt, quæ ex dicta l. ſi nō mor
tis Scriben.annotare ſolent, vt ex dictis eorundē
apertiſſimè comprehenditur. Vtcúnque autē ſit
prima opinio, contra Angelum verior cenſenda
erit & hæc de Maioratu per viam diuiſionis in cō
tractu inſtituto obſeruanda ſunt.
¶Si verò non per viam diuiſionis:ſed aliter abſq.
diuiſione bonorū de aliqua re in perſona filij, vel
extranei Maioratus per viā cōtractus inſtitutus
fuit



fuit ſubdiſtinguendum etiam erit. Nam aut Ma-
ioratus ipſe ſimpliciter fit, aut ea lege & pacto,
vt reuocari non poſſit.
8 ¶Si ſimpliciter Maioratus fiat, videtur † dicendū,
quòd etiam ſi per viam cōtractus vel donationis
inter viuos, vel alio quoque pacto Maioratus ſim
pliciter fiat ſemper quoad effectum atq; reuocā-
di facultatem vltimæ voluntatis naturā obſerua
re debeat. Nam quanuis iure communi inſpe-
cto Maioratus iſte in perſona filij emancipati, vel
alterius agnati, vel cognati vel alicuius ēt extra-
nei per viā cōtractus, ſeu donationis inter viuos
inſtitutus, ſtatim irreuocabilis ſit.l.perfecta dona
tio cū ſimilib.C.de dona.quæ ſub modo.hodie ta
mē attenta deciſione l.44.Tau.qua cauetur Ma-
ioratum etiam in contractu inſtitutum vſque ad
mortem reuocari poſſe, deſinit Maioratus iſte ha
bere vim contractus, & aſſumit naturam vltimæ
volūtatis, quæ vſque ad mortem reuocabilis eſt,
qua ſola ratione Maioratum vim vltimæ volun-
tatis obtinere cenſuerunt Gregor. Lopius Men-
cha.& Caſtillo.in locis, in quib.eos ſupra iſto ca.
nu.1.nuncupatim citauimus. Idque propè omni-
bus Hiſpanis Iuriſcōſultis perſuaſum eſt, qui non
cōſiderauerunt Maioratū vim ſcripturæ diuiſio-
nis obtinere, vt Oldradus Tiraquellus & Celſus
ſuprà nu.1.citati cenſuerunt. Sed ſolum ex hac re
uocandi facultate, à lege Regia conceſſa Maiora
tū vim vltimę voluntatis obtinere arbitrati ſunt.
Ideóque ſecundùm hæc ſemper Maioratus, qui
reuocabilis eſt, vim vltimæ volūtatis obtinebit.
niſi quod is Maioratus, qui per viam diuiſionis
factus fuit, iure cōmuni tantùm cōſiderato reuo-
cabilis erit, vímque vltimæ voluntatis obtinebit
Maioratus autem aliter factus eam reuocandi fa
cultatem atque vltimæ voluntatis naturā à lege
Regia aduerſus iura communia conſequetur.
¶Sed quanuis hæc perfunctoriè ab Hiſpanis ſcrib.
tradita ſint:nos tamen, ea oīa ex iuris principiis
apertiſſimè deriuabimus:ita vt deinceps omnib.
innoteſcat, quid in hac materia tam ardua, pere-
grina, ac difficili reſoluendum ſit.
¶In primis autem illud ſciendum eſt, non ex eò
ſolùm Maioratum per viam donationis ſeu con-
tractus inter viuos inſtitutū vltimæ voluntatis
naturam ſequi, quod ex d.l.44.diſpoſitione reuo
9 cari poſſit. † Plures namq; contractus inueniūtur
qui reuocari poſſunt ad libitum vnius ex contra-
hentib.non tñ ex eo, q̀ reuocari poſſunt vltimæ
voluntatis naturā ſequuntur:ſed nihilominus cō
tractuum naturam obſeruant. Quod in cōtracti-
bus innominatis atq.in precario cōmodato de-
poſito, & id genus ſimilib. aſſiduè videmus, qui
quanuis reuocari poſſint:contractus tamen eſſe
non deſinunt. Quod in l.ſicut.C.de actio.& obli.
Bar.Bal.cæteríque ſcrib.aduertunt. Nec tamen
morte confirmātur:ſed ad hæredes ius ipſorum
contractuum reuocandi transfertur:ſicut princi
palibus contrahentibus competebat.
¶Ex eò autem Maioratus etiam in contractu ſim
pliciter inſtituti, vltimæ voluntatis naturā obſer
uant, quòd morte confirmantur atq. irreuocabi-
10 les perpetuò efficiuntur. Omnes † namq. donatio
nes, quæ vſq; ad mortem reuocari poſſunt, mor-
téque confirmantur, vltimæ voluntatis naturam
ſequuntur, & ea quæ ex ſimilibus cōtractibus ca
piuntur, vim relicti obtinere notiſſimū eſt. Quod
in donatione à parēte filio in poteſtate, vel à ma
rito vxori facta traditiōe ſequuta, cōmuniter re
ceptum eſt. Ex eo namque, quod hæ donationes
vſque ad mortem reuocari poſſunt atque morte
confirmantur:id, quod ex eis capitur, ex relicto
capi cenſetur.l.in donationib. C. ad leg.Falcid.
11 Vbi ꝓbatur, quòd † ex donationib. quæ morte cō
firmantur. Falcidia detrahenda eſt, quia hæ dona
tiones tanquam fideicōmiſſa cēſenda ſunt. Quod
ex eadem lege notant cōmuniter Scrib. ibidem.
Id ipſum etiā dixit gl.in auth.ex teſtamēto verb.
daturū.C.de dona. Vbi Bar.Bal.Alex.Iaſſ. & cō-
muniter Scrib.id notant.l.res quæ ibi, morte e-
ius confirmentur vbi etiā per Scrib. C. de dona.
inter vir.& vxo.gl.in l.filiæ cuius in gl.1.& in gl.
verb.adiudicari.C.famil.herci.vbi etiam omnes
Scriben.id notant gl.in l.fi.§.fi.verbo.pro hære-
de.ff.pro hæred.Bar.in l. cum his ſtatus nu. 1. &
ff.de dona.inter vir.& vxo.Palat. Ruui. in Rep.
Rubricæ.de dona. inter.vir.& vxo.§.69.nume.1.
cum ſequent. Tiraq: qui plura refert in repet. l.
ſi vnquam.C.de reuocan.dona.verb.libertis nu.
102.cum ſeq.
12 ¶In hac autem re obſeruandum erit † quod quā
uis ea quæ ex donatione, quæ morte cōfirmatur
capiuntur, habeant vim legati relicti ſeu fideicō
miſſi:non tamē illud, quod ex his contractibus
capitur, poterit dici verè eſſe legatū ſeu relictū,
nec fideicommiſſum, & per conſequens, nec etiā
hanc eſſe veram, ſeu propriam vltimam volunta
tem:ſed huiuſmodi diſpoſitiones tertiā quandā
ſpeciem diuerſam ab vltima voluntate legato re
licto, ſeu fideicommiſſo atque contractu conſti-
tuunt. Quæ nec vltima voluntas eſt, quanuis vlti
mæ voluntatis vim habeat, quoad confirmatio-
nem donationis & reuocandi poteſtatem: prout
ſatis eleganter dixit gl.in d.l.filiæ.licet in d.gl.1.
& in gl.verb adiudicari, quas ibidem communi-
ter Scrib.ſequuntur gl.in d.l.fi.§.fi.verb.pro hæ-
rede Bar. communiter ſequutus in l.ſequens. q.
n.1.ff.de leg.2.vbi inquit, quòd ea quę capiuntur
ex donatione reuocabili, quę morte confirmatur
non dicuntur capi ex vltima voluntate, quia hæ
donationes, nec cenſentur eſſe donationes inter
viuos, nec vltima voluntas, nec legatum:ſed ter-
tiam quandā ſpeciem de per ſe diſtinctam, ac ſe-
paratam conſtituunt. Bal in auth.ex teſtamento.
n.1.C.de colla. Alex.qui pulchrè loquitur in pro
poſito conſi.26.nu.4. cum ſeq.li.2.Gregor.in l.4.
ti.11.par.4.in gl.verb. *en ſa vida*. Quod compre-
henditur ex tex.in d.l. in donationib. C. ad leg.
Falcid.ibi. *Quando fideicommiſſi partibus funguntur*.
Nō enim inquit lex, quòd donationes, quæ mor-
te confirmantur, ſint fideicōmiſſa:ſed quòd fidei
cōmiſſi partib.funguntur. Quod ex omnib.gloſ-
ſis, & Scribē.quos numero præcedēti citauimus
colligere facillimum erit. Idq; in Hiſpanorū Pri-
mogeniis reuocabilib.in contractib.inſtitutis pa
13 ri ratione dicendum erit. Non † enim hæc Primo
genia ſunt vltima voluntas, nec legata, nec fidei-
cōmiſſa nec relicta, nec ēt contractus, nec dona
tiones inter viuos:ſed tertiā quandam ſpeciē de
per ſe diſtinctam atq. ſeparatā cōſtituunt:quāuis
quò ad confirmationem atq. reuocandi faculta-
tem vim vltimæ voluntatis habere cenſeantur.
¶ Nec obſtat, ſi dicatur nō poſſe adaptari Hiſpa-
norū primogeniis id, quod in prædictis donatio-
nib. iure deciſum eſt, cùm præfatæ donationes à
principio non valeant, ſed morte confirmentur:
Maioratus autem valeat, à principio:quanuis ex
poſtfacto reuocari poſſint. Nam ſi bene cōſidere-
mus,

mus,quo ad hoc nil refert:an diſpoſitio valeat à
principio,vel non:ſed ſolum id cõſideratur,quod
vſque ad mortem reuocabilis ſit,mortéque cõfir
metur atque irreuocabilis fiat.Hoc namque eſt,
quod efficit,vt diſpoſitio aſſumat vltimæ volũta-
tis naturam,vt ſuperiùs oſtenſum eſt.Nec de va-
liditate curandum erit:cum à principio nõ valeat
irreuocabiliter:ſed reuocabiliter,quod nõ mutat
vltimæ volũtatis naturã: prout in legato & fidei-
cõmiſſo,ſeu alio quolibet relicto videmus. Quã-
uis enim hæc omnia à principio valida ſint:nihil
ominus tamẽ vltimæ volũtatis naturã obſeruãt
ex eo,quòd reuocabilia ſint,& morte confirmẽ-
tur.Paria namque ſunt, quo ad hæc, ꝙ aliquid
non valeat,& ꝙ valeat:ſed reuocabiliter.l. non
videtur.ff.de dona.cau.mort.l.omnes.§.1.cũ ſimi
lib.ff.de reg.iur.quib.plura cumulat Tiraquel-
lus de retractu conuent.§.2.gl.1.nu.9.cum ſequẽ.
Quod ex eo præſertim ꝓcedit, quòd huiuſmodi
donationes non omninò nullæ cenſendæ ſint,cũ
earum vis à morte donantis pendeat,validǽque
ſint,ſi nõ reuocentur traditione ſequuta, vt opti
mè in donatione inter virum & vxorem facta cõ
ſiderat Pallat.Ruui. in repetitione Rubricæ de
dona.int.vir.& vxo.§.69.nu.1.

¶Imò quod plus eſt donatio cauſa mortis:quæ à
principio valida eſt,cẽſetur habere vim relicti ex
eo,quòd reuocabilis eſt atque morte confirma-
14 tur:quanuis† non ſit legatũ,nec relictũ:ſed quæ-
dã tertia ſpecies diuerſa ac ſeparata à donatione
inter viuos,& legatos:ſicut de donatiõe inter pa
trẽ,&filiũ in poteſtate,ſeu inter virũ, & vxorem
facta,paulò antè oſtenſum eſt.Quod probatur ex
tex.in l.poſt legatum.§.fi.verſi.qui mortis cauſa
iuncta gloſſ.verb.legatario.ff.de his quib. vt in-
dig.vbi omnes Scrib.id notant gl. vbi etiam per
Scriben.in l.etiam.ver. infirmari.ff.de inofficio.
teſtam. Bart.Bald.& cæteri.in l.fin.de dona.cau.
mort.Bar.in l.1.nu.1.& 2.ff.eodem.Gloſ. & Scrib.
in l.legatum eſt donatio.ff.de lego.2.Quod ex eo
15 etiam probatur, quòd † quando donatio cauſa
mortis ſit præſenti & acceptanti, ad eius confir
mationem aditionem non requirit:licèt in lega-
tis ac fideicommiſſis atque cęteris relictis aditio
neceſſaria ſit.In quo ab omnibus legatis,ſeu re-
lictis denegerat,quę non ſola morte:ſed aditio-
ne confirmantur,vt dixit Bar.in l.& in mortis.n.
1.ff.de dona.cauſ.mor.Bal.Ang.Imo.Are.Soci.&
Alexand.in l.ſciendum.ff.de legat.1.Vbi Ripa.n.
18.hanc eſſe communem opinionem profitetur
Palat.Ruui.in repet.Rubricæ de dona.inter vir.
& vxor.§.69.nu.1.Paul.de Montepic.in l.in quar-
tam.ff.ad leg.Falcid.nu.49.D.Couarru.in rub.de
teſtam.3.parte.nu.22.Antonius Gometius.lib.2.
variarum reſolutio.c.4.nu.16.D.Antonius de Pa
dilla,qui plura refert in l.eam,quam.C. de fidei-
commiſſ.numer. 63. cum pluribus ſequent. I-
gitur, nec dubitandũ eſt id ipſum in Maioratu
ex contractu ſimpliciter inſtituto dicendum eſ-
ſe:vt nec vltima voluntas,nec legatum,nec fidei
commiſſum ſit:ſed habeat vim vltimæ volunta-
tis legati relicti, vel fideicommiſſi. vt paulò an-
tè oſtenſum eſt.

¶Nec obſtat etiamſi dicatur. donationem cauſa
mortis nõ poſſe dici validam nec perfectam eſſe
à principio:cùm non accipiat perfectionẽ, niſi à
morte donantis, vt inquit iuriſconſultus in l.nõ
videtur.ff. de dona.cau. mor. cuius verba ſunt.
*Non videtur perfecta donatio mortis cauſa facta
antequã mors ſequatur*,quod nõ videtur poſſe dici
de Maioratu, qui valet à principio:quanuis ex
poſt facto reuocari poſſet.

¶Nam illa lex intelligẽda eſt de perfectione irre
16 uocabili.†Donatio namque cauſa mortis eo ipſo
quòd fit,perfecta eſt quo ad obligationem ac do
minij tranſlationem:quanuis reuocari poſſit:niſi
morte confirmata ſit,vt optimè aduertit glo.ibi-
dem.verb.perfecta,quam indifferenter ſcriben.
ſequuntur.Quod etiam in Maioratu pari ratione
dicendum erit.

¶Ex quibus infertur de Hiſpanorum Maioratib.
ex contractu ſimpliciter inſtitutis, id probabili-
ter dici poſſe,quod de donatione cã mortis ſcri.
17 paſſim annotare ſolent,ꝙ † ſcilicet dum in eſſe
producuntur,quo ad modum, atque ordinatio-
nẽ contractui ęquiparentur.Poſtquàm autẽ in eſ
ſe producti fuerint quo ad effectũ, atq. efficaciã
tanquam vltima voluntas cenſendi ſint:prout in
ſimili dixit gl.loquens in donatione cauſa mortis
in l.2.in princ.ver.legatum. ff. de dote prælegat.
quam dixit eſſe cõmuniter approbatã Soci. cõſi.
130.n.9.lib.1.& conſ.235.lib.2.Iaſſ. in l. cùm anti-
quitas.n.2.de teſtament.Idem Iaſſ.in l.2.nu.11.ff.
de leg.1. vbi Ripa.n.15.Guillel.Benedic. in repet.
c.Rainutius.de teſta.verb.teſtamentum el.4.nu.
34.Deci.conſ.35.n.5.Segura.in repe.l.Imperator
ff.ad Trebel.col.36.Couarru.in Rub. de teſtamẽ.
3.par.n.1.cum ſequen.Vbi plura in idem adducit
Iulius Clarus,qui etiam plura refert lib.4.recep
18 ta.ſenté.quæſt.5.¶Qua ratione† ſi de Maioratus
in contractu inſtituti ſolẽnitate agamus nulli du
bium,niſi quòd in hoc Maioratu ea ſolennitas,
quæ in contractu requiritur,ſufficiat, nec teſta-
menti ſolennitas neceſſaria ſit:cùm hoc eius or-
dinationem,non autem effectum reſpiciat.

¶Nec obſtat ſi dicatur,in donatione cauſa mor-
tis quinque teſtium ſolennitatem requiri ex de-
ciſ.l.fi.C.de dona.cau.mort.& ex l.fi.tit.4.par.5.
Nã ideò hoc in donatione cã mortis procedit,
quia ex dictis iuribus in ea id ſpecificè deciſum
eſt. Aliàs námq; ex regula ſuperiùs adducta:in
ea ẽt cõtrariũ dicendũ eſſet:cùm hæc teſtium ſo-
lennitas ad ordinationem:non autem ad effectũ
referẽda ſit.Ideóque hoc in cã mortis donatione
ſpeciali ratione ſtatutum ad Hiſpanorum primo
genia adduci non debet:cùm hæc inter ſe in plu
ribus diſſimilia ſint quanuis in aliquibus conue
niant,vt notiſſimum eſt:ſicque iſta quotidie in-
telligi atque practicari ſolent.

19 ¶Illud tamen in hac parte annotandum erit,†ꝙ
ea,quæ in Maioratu ex contractu inſtituto paulò
antè dicta ſunt, in melioratione tertiæ partis bo
norum in contractu factæ obſeruanda erunt: cũ
ex deciſione l.17.Taur. ea tertiæ patris bonorũ
melioratio,etiamſi ex contractu ſimpliciter fiat,
vſq.ad mortem parentis irreuocabilis ſit ſiue fi-
lio in poteſtate.ſiue emancipato,ſiue etiã extra-
neo facta fuerit.Ideóque huiuſmodi melioratio
tertij,vltimæ voluntatis legatíque atque fideicõ
miſſi vel etiam relicti naturam obſeruabit.Quod
quo ad affectũ,no autẽ quo ad ordinationem in-
telligendũ erit.Ideóque in eadem melioratione
ex contractu facta cõtractus ſolẽnitas ſufficiet.
nec vltimæ voluntatis ſolennitas neceſſaria erit
20 ¶Sed illud prætermittendũ non eſt,quòd † quan
uis ex d.l.17.Tau.deciſione melioratio tertij filiis
ac deſcendentib.facta reuocabilis ſit:nihil tamẽ
in ea lege dicitur de melioratiõe quinti,ſiue filiis
vel



vel deſcendentib. ſiue extraneis facta ſit,vt pro-
batur ex eadẽ lege.ibi.*Mejorare alguno de ſus hijos
y deſcendientes legitimos enel tercio*.Ex quo fit vt me
lioratio quinti,quæ facta fuerit extraneo, illicò
irreuocabilis ſit:ſi ex cõtractu inter viuos fiat:e-
tiãſi ex cã oneroſa facta non fuerit,nec traditio.
ſubſequatur.l.perfecta donatio.C. de reuocand.
dona.Quod ẽt dicendum erit in donatione quin-
ti,facta à matre filiis,vel deſcendentibus.l.velles
nécne.C.de reuocand.dona.vel à patre filio emã
cipato,vel nepoti,vel pronepoti, vel cuicunque
deſcendenti extra eius poteſtatẽ exiſtentibus:cũ
his omnibus iure cõmuni poſſit irreuocabiliter
donari.l.ſiue emancipatis,cũ ſimilib.C.de dona.
Si verò fiat melioratio quinti filio in poteſtate
cõſtituto,reuocabilis erit ẽt traditione ſequuta:
niſi poſt traditionem morte confirmetur.l.dona
tiones quas parentes.C.de donat.int.vir.& vxo.
cũ ſimilib.Caſus namque hi in ea lege omiſſi ſe-
cundum communes iuris regulas decidendi ſũt
l. commodiſſimè. cum ſimilib.ff. de lib. & poſth.
prout optimè conſiderat Tellius Fernand.in d.l.
17.Tau.nu.10.cum ſequent.

¶Cuius contrarium in Maioratu etiã in perſona
extranei facto ex legis 44.Tau.deciſione dicen-
dũ erit.Cùm enim ea lex genericè diſponat om-
nes Maioratus,ſiue in perſonis filiorũ,ſiue extra
neorũ inſtitutores reuocabiles eſſe,niſi in caſib.
in eadẽ lege expreſſis:conſequẽs eſt,vt id neceſ
ſariò in Maioratu ex quinto bonorũ parte,ſiue in
perſona filii,ſiue extranei inſtituto,ex eiuſdẽ le-
gis deciſione dicendum ſit.

¶Ex quibus datur ſingularis atq. nouiſſima limi
tatio ad d.l.17.Tau.ſic declaratam atque intelle-
ctam,& omnia iura dicentia, donationem factã
à matre,vel à patre filio emancipato,vel cuilibet
extraneo,irreuocabilem eſſe. Hæc namque iura,
hodie iure Regio conſiderato intelligenda erũt
niſi hæ melioratiões vel donationes fiat à matre
vel à patre,filio emancipato iure Maioratus.Tũc
namque omnes hæ donationes,vel melioratiões
reuocabiles erunt ex deciſ. d.l.44.Tau. niſi in ca
ſib.in eadẽ l.expreſſis:quod perpetuò memoriæ
commodandum erit.Videtur namque mirabile,
quòd melioratio quinti facta à matre,vel à patre
filio emancipato iure Maioratus reuocabilis ſit.
Si verò ex alia cã fiat,reuocari non poſſit: ſed ita
ex dictis legibus neceſſariò dicendũ erit. Et hæc
in Maioratu in cõtractu ſimpliciter inſtituto ob-
ſeruanda ſunt.

¶Si verò primogenium in perſona filiorum, vel
trãſuerſalium,vel ẽt extraneorum ea lege in cõ
tractu fiat,vt irreuocabile ſit,ſiue ex traditione
ſiue ex clauſula conſtituti,ſiue ex pacto de nõ re-
uocando,ſiue ex aliis clauſulis,de quib. infra li-
bro quarto latiùs dicemus,vel alias,dicendũ erit
illicò Maioratum ipſum cõtractus inter viuos na
21 turam aſſumere.Cùm†.n.ex propria natura, tam
ex cõtractu:quàm ex teſtamẽto fieri poſſit,ex his
clauſulis relicta vltimę voluntatis natura illicò
cõtractus naturã Maioratus aſſumit.Nõ enim po
teſt dari vltima volũtas,quę reuocabilis non ſit:
ideóque ex earũ clauſularum appoſitione in con
tractũ ac donationẽ inter viuos cõuertitur.Arg.
tex.in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cauſ.mort. Et
eorum,quæ notant Bartolus & Scriben.in l.cum
precario ff. de precario,ſecũdum communẽ in-
tellectum Scriben.vtrobique,quod ex pluribus
probat Couarrub. 2. Rubricæ de teſtam. numẽ.
11.Sícque in hac ſola ſpecie dicendum erit Maio
ratũ tanquam contractum:non tanquã vltimam
voluntatem cenſendum eſſe.Nec id mirũ videri
debet:cùm in hoc caſu ceſſent omnes rationes
ex quibus Maioratũ etiam in cõtractu factum ſu
premi iudicij natura ſequi,ſuperiùs dicebamus.
Et hæc de ſecunda ſpecie principali:quando ſci
licet Maioratus per viam contractus inſtitutus
fuit,dixiſſe ſufficiat.

¶In tertia ſpecie principali:quando ſcilicet Maio
ratus ſimpliciter inſtitutus fuit,nec exprimendo
quod fit per viam contractus, nec per viam te-
ſtamenti,ſubdiſtinguendum eſt.

¶Nam aut fit per viam diuiſionis bonorũ inter
filios,vel deſcendentes.

¶Vel alias faciendo Maioratum de aliquib. bo-
22 nis,ſiue in perſona filij ſiue extranei.¶Si per†viã
diuiſionis Maioratus ſimpliciter,nec ex cõtractu
neque ex teſtamento fiat, dicendũ erit,huiuſmo
di Maioratũ vim vltimæ voluntatis proculdubiò
obtinere.Hæc namque diuiſio bonorum facta in
ter filios,ſemper vim ſupremi iudicij atq.vltimæ
voluntatis obtinere ſolet,vt ſupra iſto cap. n.4.
cum ſeq.latiùs coprobauimus.
23 ¶In hoc autem ſciendum erit,adeò verũ eſſe †ꝙ
Maioratus ſimpliciter per viam diuiſionis bono
rũ à parente inter filios ac deſcẽdentes inſtitut⁹
vim vltimæ voluntatis ſequatur:vt id in hac ſpe
cie,non ſolùm quo ad effectũ,verũ ẽt quo ad or-
dinationẽ procedat.Ideóque in eo Maioratu ea
ſolennitas,quæ in teſtamenti, vel alterius vlti-
mæ voluntatis cõfectione requiritur, neceſſaria
erit.Nam quanuis in teſtamento inter liberos iu
re cõmuni ac partitarum,duo tm̃ teſtes ſuffice-
rẽt(vt probatur ex tex.in l.hac cõſultiſſima.§. ex
imperfecto.C.de teſtam.l.7.tit.1.part.6. hodie tñ
hoc innouatum ac correctũ eſt ex deciſ.l. 3. Tau.
Ex qua lege eadem ſolennitas in teſtamẽto inter
24 liberos, quæ inter extraneos neceſſaria eſt. Et
†quanuis lex illa loquatur ſolùm in teſtam.ac co
dicillo,intelligẽda eſt ẽt in qualibet alia vltima
voluntate,cùm referat ſe ad legem primam. tit.
2.libr.5.ordinam.quæ in quacunque vltima vo-
luntate loquuta eſt:quod probatur ex verbis eiuſ
dẽ legis.ibi.*Si alguno ordenare ſu teſtamento, y vlti-
ma voluntad*.Cùm igitur lex illa loquatur,in qua-
cunq.vltima volũtate,& iſta ſcriptura Maioratus
per viã diuiſionis ſimpliciter facta vltima volũ-
tas ſit:conſequens eſt vt in illa,eadem ſolennitas
quæ in vltimis voluntatib. requiritur,neceſſaria
ſit.Quod in ſcriptura diuiſionis à parente inter
filios facta conſtanter aſſeruit,atq. ex plurib.pro
bat Burgos de pace,in d.l.3. Tau. n.116. cum ſeq.
vbi latiſſimè proſequitur materiam.Idque etiam
in Maioratibus per viã diuiſionis factis dicendũ
videtur,quod eſſet verbum ſatis ſingulare:ſi ve-
rũ eſſet,ex eóque ſubuerterentur quam plurima
Hiſpanorum primogenia per viam diuiſionis bo
norum inter filios, ac deſcendentes ſimpliciter
inſtituta,in quib.aſſiduè ea ſolennitas tãtùm in-
teruenit,quæ in contractib.non autem in teſta-
mentis neceſſaria eſt.
25 ¶Sed verius eſt†huiuſmodi primogenia per viã
diuiſionis bonorũ,à parẽtibus inter liberos ſim-
pliciter inſtituta,valida eſſe etiamſi in eis nõ te-
ſtamenti:ſed contractus ſolennitas interuenerit.
Ad quod probatum præſupponitur, huiuſmodi
bonorum diuiſionem tam in c.cõtractu:quàm in
vltima voluntate fieri poſſe.¶Quod autẽ poſſit
fier

fieri in vltima volũtate, clariſſimum eſt, vt ꝓba-
tur ex his iuribus, quæ in principio huius articu
li in id latiùs citauimus. ¶Quòd verò poſſit fieri
in cõtractu, probatur ex tex. in l. fina. C. de pact.
vbi id omnes Scrib. notant. & in l. fina. C. famil.
hercíſ. ibi. *Siue quocũq; modo ſcripturæ.* Quæ verba
notiſſimũ eſt etiã cõtractũ cõprehèndere, vt ad-
uertit Bald. ibi n. 2. vbi interpretans verba eiuſ-
dem l. ibi. *Siue quocunque modo ſcripturæ*, inquit:
ſcilicet inter viuos, ſeu in vltima voluntate. Idq;
comprehenditur ex his, quæ notat Oldral. cõſ. 131.
col. 1. vbi loquitur de diuiſione facta à parẽte in-
ter filios ex cõtractu, etiã iurato. Xuarez in rep.
l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamẽto. 5.
limita. num. 5. Et Tiraquel. de primoge. quæſt. 8.
num. 2. & omnes Scrib. quos in princip. huius ar-
ticuli citauimus. Idque optimè declarat Mẽcha.
de ſucceſſione. creati. §. 18. nu. 200. cum ſequent.
Quod clarius procedit in Maioratu qui tã in cõ-
tractu, quã in teſtamento fieri poteſt. l. 44. Tauri.
ibi. *Ora por via de contracto ora en qualquier vltima
voluntad.* l. 17. in eiſdem ll. Tau. Idque in diuiſione
bonorum non per viam inſtitutionis vniuerſalis
facta, probabile mihi videtur.

¶Hoc igitur præſuppoſito, ex eo conſequitur, ꝙ
ſi ſimpliciter Maioratus per viã diuiſionis inſti-
tuatur, valere poterit, ſiue tanquam contractus,
26 ſiue tanquam teſtamentũ. Ideoque† ſi in hac Ma-
ioratus ſcriptura, ea ſolennitas quæ in teſtamẽto
neceſſaria eſt, interuenerit, proculdubiò tãquam
teſtamentũ valebit. Sin verò in ea ſolennitas tã-
tum cõtractus appoſita fuerit: ſimiliter tãquam
cõtractus valebit, atq; vtroque caſu meliori mo-
do, quo valere poterit ſuſtinebitur. Quod in ſi-
mili ꝓbatur ex text. vbi cõmuniter Scrib. in l. il-
lud. §. tractari. ff. de iur. codicil. vbi deciditur: ꝙ
quando quis ſimpliciter fecit aliquã diſpoſitio-
nẽ nec dicens ſe velle teſtamentũ, nec etiã codi-
cillum facere. Quòd ſi in ea diſpoſitione interue-
niat ea ſolennitas, quæ in teſtamẽto interuenire
ſolet, iudicabitur tanquam teſtamentũ: ſin verò
ſolennitas teſtamẽti nõ interuenerit: ea diſpoſi-
tio tanquã codicillus cenſenda atque regulanda
erit abſque eo, ꝙ clauſula codicillaris in ea diſ-
poſitione appoſita ſit. Quod etiam probatur ex
tex. in l. non codicillum. C. de teſtam. vbi Bart.
Alexand. Iaſſ. & cõmuniter Scrib. id notant. Bart.
communiter ſequutus in l. 1. ff. de iur. codicil. n. 2.
idem Barto. in l. fina. in fi. ff. eod. Bart. & commu-
niter Scrib. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Iu
lius Clarus. li. 3. receptarũ ſentẽ. §. teſtamentum.
q. 4. verſi. ſed quæro, vbi inquit, quod ita ſentiũt
ferè omnes Docto. qui de hac materia loquũtur,
& eſt communis ac vera reſolutio. Idque pari ra-
tione in Maioratibus dicendũ erit. Semper enim
ea interpretatio capienda eſt, ex qua diſpoſitio-
nes ſuſtineãtur. l. 3. ff. de mili. teſtam. l. quoties. &
l. in ambiguo, cũ ſimil. ff. de reb. dub. Quod erit
ſingulare ad ſuſtinenda Hiſpanorũ primogenia
per viã diuiſionis facta, inquibus ſola cõtractus
ſolẽnitas interuenerit. Hoc autẽ ſanè intelligen-
dum erit: niſi ipſe inſtitutor Maioratum per viã
teſtamẽti vel vltimæ voluntatis ſe facere expreſ-
ſerit. Tunc nãque, non poterit is Maioratus va-
lere tanquã contractus, imò deficiet: ſi ea ſolen-
nitas, quę in teſtamento neceſſaria eſt, in eo non
interuenerit, ex eo, quòd inſtitutor ad vltimam
voluntatem tantùm ſe aſtrinxerit. l. 1. vbi Bartol.
& cõmuniter ſcrib. ff. de iur. codicil. Bal. & cęteri
in d. l. non codicillum. Quod etiam omnes Scrib.
quos paulò antè citauimus, teſtantur.

27 ¶Ex quibus datur† ſingularis intellectus ad l. ſep-
timã tit. 1. part. 6. vbi lex illa loquens de ſcriptura
diuiſionis facta à parẽte inter liberos requirit, ꝙ
teſtes in ea adhibiti, ſint rogati: vt probatur ex
ead. l. ibi. *Dos teſtigos rogados.* Quod ex ead. l. notat
Grego. ibidem in gloſſ. verb. *rogados*: illud nãque
intelligendum eſt quãdo pater huiuſmodi diui-
ſionem facere vult expreſsè per viam teſtamenti:
ſecùs autẽ, quando illam ſimpliciter, ſeu per viã
cõtractus facere voluerit. Nulla namque lex eſt,
quæ diſponat in contractu teſtes eſſe debere ro-
gatos, eſſetq; abſurdiſſimũ legẽ illã de diuiſione
facta per viã contractus intelligere: ſicque legẽ
illã intelligendam eſſe colligitur ex Rubrica de
28 teſtam. ſub qua ſituata eſt. Lex† nãq; ſemper in-
telligẽda eſt eo modo, qui magis verbis Rubricæ
ſub qua ſituata eſt, conueniat, gloſſ. ordin. in l. 1.
verbo. prætorio. C. ne liceat. tert. prouo. vbi Bal.
& ſcrib. Alexand. qui plura refert. in l. 1. ff. ſi cert.
peta. num. 3.

¶Hac etiã diſtinctione intelligẽda atque decla-
randa ſunt ea, quæ ſcripſit Burg. de Pace in d. l.
3. Tauri. n. 116. cũ ſequent. vbi inquit in hac ſcri-
ptura diuiſionis eandẽ ſolennitatem, quæ in te-
ſtamento requiritur, neceſſariam eſſe. Id nãque
intelligendum eſt, ad hoc, vt quoad ordinationẽ
& effectum, tãquam teſtamentũ cenſenda ſit: ſe-
cùs tamen vt valeat tanquam contractus, cẽſea-
túrque contractus, quoad ordinationem quãuis
habeat effectum vltimæ volũtatis: nã quoad hoc
ſola contractus ſolennitas neceſſaria erit. Quod
etiam notandum eſt ad ea primogenia, quæ ſim-
pliciter per viam diuiſionis ab vxore abſque li-
centia viri filiofamiliàs abſque licentia parẽtis,
& ſimilibus inſtituta ſunt. Si enim iure cõtractus
valere non poſſint: tanquam vltimæ voluntates
ſuſtinebũtur: ſin verò valere nõ poſſint iure vlti-
mæ voluntatis tanquã contractus ſuſtinẽda erũt,
quod frequẽter in forenſibus controuerſiis cõ-
tingere poterit. Vidimus enim quãplurima pri-
mogenia, ſimpliciter per viam bonorũ diuiſionis
facta, in quibus hæc dubia occurrerunt, quæ hac
diſtinctione deciſa atque abſoluta ſunt, de quo
plura infra libr. 2. ca. 9. nu. 3. cum ſeq. latiùs dice-
mus. Et hęc de Maioratu per viã diuiſionis ſim-
pliciter inſtituto, dixiſſe ſufficiat.

¶Si verò Maioratus non per viam diuiſionis: ſed
aliàs ſimpliciter inſtitutus ſit, cõſiderandũ erit:
an reuocabiliter, vel irreuocabiliter fiat. ¶Si re-
uocabiliter fiat, dicendũ erit, ꝙ ſi in hac Maio-
ratus inſtitutione ea ſolẽnitas interuenerit, quæ
in vltimis voluntatibus interuenire ſolet, Maio-
ratus ipſe tã quoad ordinationem: quàm quoad
effectum, tanquam vltima volũtas cẽſendus erit.
¶Si verò in eo cõtractus tantũ ſolennitas inter-
uenerit, dicendũ erit, quoad ordinationẽ tan-
quam cõtractum iudicandum eſſe, quo ad effe-
ctum autem, ac reuocandi facultatem, tanquam
vltimam voluntatem: quanuis proprè neque re-
lictum, neque vltima voluntas ſit, vt ſupra iſto c.
nu. 7. cum ſeq. latiùs annotauimus.

¶Si verò Maioratus ſimpliciter fiat, ita tamen, vt
irreuocabilis ſit, proculdubiò quoad omnia tan-
quã contractus cenſendus atque iudicãdus erit:
nec in hac ſpecie diſtinguendũ erit: an in eo Ma-
ioratu ſolẽnitas teſtamenti, vel cõtractus inter-
uenerit. Siue enim ſolennitas vltimæ voluntatis,
ſiue



ſiue cõtractus in eo appoſita ſit, ex pacto tamẽ de
non reuocãdo, ſeu ex eo, quòd ex cauſa oneroſa
fiat, vel quòd traditio poſſeſſionis in vita interue
nerit: in dubiò tanquam contractus non tãquam
vltima voluntas cenſendus erit, pręponderabít-
que irreuocabilitatis pręſumptio ei pręſũptioni
quæ ex vltimæ voluntatis ſolennitate reſultat. l.
cum de indebito. cum ſimilib. ff. de probatio. Sic
namque videmus in donatiõe cauſa mortis, quę
quanuis vltimæ volũtatis ſolẽnitatem deſideret
ex deciſ. text. in l. fina. C. de dona. cau. mort. Si ta
men in ea pacta apponantur, ex quibus reuocabi
lis fiat: nihilominùs tanquam contractus, atque
donatio inter viuos iudicanda erit. l. Vbi ita do-
natur. ff. de don. cauſ. mort. Idque verum mihi vi
detur: niſi ipſe Maioratus non ſimpliciter: ſed
præcisè tanquam *teſtamentum inſtitutus* fuerit.
Tunc enim cùm non, niſi tanquam teſtamentum
valere poſſit, nec huiuſmodi ſolennitas ad cõtra
ctum referri valeat: proculdubio tanquam teſta-
mentum valebit, clauſulæque in eo appoſitæ ni-
hil operabuntur: cùm ex his nec etiam ex aliis
poſsit teſtamentum irreuocabile fieri.

29 ¶Illud tamen ſciendum eſt, quòd† hæc vltima vo
lũtas, quæ ex Primogenij inſtitutiõe hoc modo
inter filios & deſcendentes facta deducitur, ano
mala, ac innominata erit. Non enim eſt teſtamen
tum, nec codicillus: ſed alia vltima volũtas ab eis
diuerſa & ſeparata. Nec mirũ cum iure ſit dabilis
vltima volũtas ſimplex, generica, ac innominata
ſtans in meris terminis vltimę voluntatis, quæ te
ſtamentum, ſeu codicillum non ſit, vt dixit gloſ.
final. in l. licet inter priuatos. C. de pact. Quod ꝓ
batur ex l. cum antiquitas. C. de teſta. in prin. vbi
facta mẽtione teſtamẽti, & codicilli ſubijcit tex.
*vel vltimæ quidem diſpoſitionis.* Vbi illũ tex. Ang. in
lect. Florẽtina ad id notat. Idem etiã probatur ex
l. vna. ante fin. verſ. hæc omnia. C. de cad. toll. vbi
ſimiliter poſt nominationẽ teſtamẽti, ac codicil-
lorũ inquit tex. *Vel in omni vltimo elogio.* Ad idẽ o-
ptimus tex. in l. iubemus nulli. §. 1. verſ. verũ ſiue
teſtamento. C. de Sacro. Eccleſ. & in l. fin. ver. vlt.
C. de codicil. Quod ex pluribus cõprobat Peralt.
in repe. l. ſi quis in princip. teſtamenti. ff. de leg. 3.
nu. 31. ad fin. & n. 32. & Menchac. de ſucceſ. creati.
lib. 2. §. 16. nu. 17. & 18. Idque apertiſsimè proba-
tur ex l. tit. 4. lib. 5. in noua legũ Regni collectio-
ne. ibi. *Teſtamento y codicilo o otra qualquier vltima
voluntad.*

¶Ex quib. ſupereſt noua & vera reſolutio in hac
quæſt. an ſcilicet Maioratus ſecũdùm naturã te-
ſtamenti, ac vltimæ voluntatis ſeu contractus cẽ
ſendus ac iudicandus ſit: quæ inueſtigatio vtilis
ac ſummè neceſſaria erit ad plura, quæ ſtatim e-
narrabimus, quæ quotidiè in practica contingũt
in quibus ex ignorantia principiorum paſsim
æquiuocari ac parallogizari ſolet.

¶Primò hæc inueſtigatio ſũmè vtilis erit ad pro
hibitiones alienationum, quę in Maioratib. fieri
ſolent, quæ ſi in teſtamẽto, vel vltima voluntate
factę ſint, præcisè alienationum dominijq; tranſ
30 lationem impediunt† ſin autem in cõtractu fiãt
valet alienatio contra alienandi prohibitionẽ in
contractu factam: quanuis aduerſus alienãtẽ de
tur actio ad intereſſe. l. ea leg. C. de cond. ob cau.
l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. l. 43. tit. 5.
part. 5. vbi Grego. Lopez. in glo. verbo. non vale.
¶Id tamen hoc loco ſummè aduertendum erit
31 hãc† differẽtiã quæ inter prohibitionẽ alienatio
nis quę in teſtamento fit, & eam, quæ in cõtractu
apponitur, aſſignari ſolet, ad Maioratus hodier-
nos applicari non poſſe: cùm ex eiſdẽ Maioratib.
dominium ſolùm ad vitã eorundem poſſeſſorib.
pertineat, ſequentibuſq; ſucceſſorib. ſtatim mor
tuo vltimo poſſeſſore, deferatur. Ex quo fit, vt et
ſi ex ſola prohibitione alienatiõis in cõtractu fa-
32 cta dominij trãſlatio nõ impediatur, ex† deci. tex.
in d. l. ea lege: ex eo tamen quod alienãs dominiũ
ad vitã ſuam reſtrictũ habeat alteriq; poſt mortẽ
ſuam deferendum ſit, ea alienatio valere nõ de-
beat vltra vitã alienantis. l. quoties. vbi not. per
Scrib. C. de don. quę ſub mod. l. 7. ti. 4. par. 5. quod
nõ obſcurè ſentiunt Cinus & Salic. in d. l. ea lege
ad hoc allegantes d. l. quoties. Item vltra prohibi
tionem alienandi in contractu factam, in Maiora
tibus adeſt alia legis prohibitio: bona namq; Ma
ioratus ſunt reſtitutioni ſubiecta: ex quo ſolo ina
lienabilia ſunt. tex. in auth. res quę, vbi per Scri.
C. cõmun. de leg. l. Marcellus. §. res quę. ff. ad Tre
bel. Cùm igitur in hoc concurrat legis ac donan
tis prohibitio, alienatio proculdubiò nulla erit
dominijque tranſlationem impediet, etiam ſi in
contractu, & non in teſtamento facta fuerit pro
hibitio alienationis, cũ fortiora ſint duo vincula
quam vnũ. gl. ord. in c. verum. de cond. appo. gl.
in l. fin. C. de reb. alie. non alie. in gl. Mag. ad fin.
Bart. in d. l. ea lege. Iaſſ. in l. filiusfamilias. §. diu. 1.
lectura. nu. 23. vbi Ripa. nu. 89. ff. de lega. 1. Idque
optimè in alio propoſito conſiderat. Xuar. alle-
gatione 9. carth. pen. & fina. qui ad id videndus
eſt omninò: quia pulchrè ac ſingulariter loquitur
idipſum etiã verum eſſe profitetur Tellius Fernã
dus in l. 27. Tau. nu. 2. vbi plura refert, quod hodie
ex dec. l. 45. Tau. clariùs procedit, ex cuius diſpo
ſitione poſſeſſio bonorum Maioratus ipſo iure
tranſit in ſequentem ſucceſſorem, etiamſi ea bo-
na in vita pręcedẽtis poſſeſſoris, alienata fuerint.

¶Hoc tamen in hac re obſeruandum erit, quod
quãuis alienatio in caſu, de quo agimus nulla
33 quo ad ſequentis præiudiciũ, cẽſenda ſit: nõ† tñ
poterit ſequens illã in vita alienantis: ſed ipſo iã
mortuo reuocare. Cùm enim hæc alienatio, non
tam ex prohibitionis expreſſæ virtute: quã ex ſe-
quẽtis vocatione nulla ſit nõ poterit in vita poſ
ſeſſoris, ſed eo mortuo reuocari. l. fin. §. ſed quia,
& §. ſin auten. C. communia de leg. De quo infra
iſto lib. c. 16. n. 32. cum ſeq. dicemus.

¶Nec obſtat ſi dicatur, quod ex appoſitione pro
hibitionis alienationis expreſsæ in Maioratu ẽt
in contractu inſtituto, efficiatur, quod ſtatim nõ
expectata morte poſſeſſoris alienatio reuocari
poſſit, & quod hęc alienationis ꝓhibitio in Ma-
ioratu in cõtractu inſtituto, apponi valeat, vt ſu
perius oſtenſum eſt: & etiam quod expreſsę ꝓhi
bitionis alienationis virtus ſit vt alienatio ipſa in
vita alienãtis reuocetur, vt infra iſto lib. d. c. 16.
n. 32. cũ ſeq. dicemus. ¶Nã quãuis hoc in ꝓhibi-
tione expreſſa in teſtamẽto appoſita ꝓcedat ex
iuribus quę ibidẽ citabimus: nõ tamẽ procedere
poterit in prohibitione expreſſa appoſita in con
tractu Maioratus, ꝙ nõ tãti effectus, ſicut ea quæ
appoſita eſt in teſtamento, à iure reputatur, vt in
d. l. ea lege, omnes Scrib. cõſiderãt, ideoq; ſufficit
ſi appoſita in cõtractu Maioratus operetur alie
nationis nullitatẽ poſt mortem Maioratus poſſeſ
ſoris: cũ ſi in aliis cõtractibus appoſita eſſet nihil
quoad alienationis nullitatem operaretur ex his
quæ ſuperius adducta ſunt.

¶Quod in eo Primogenio, quod naturam contractus obſeruat intelligendum erit. In eo namque quod teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis naturã ſequitur, prohibitio alienatiõis expreſſa, ſuũ in omnibus effectum ſortietur: poteritque ex ea ſequẽs ſucceſſor, et in vita alienãtis ipſã alienationẽ reuocare: cũ ea nõ in cõtractu: ſed in vltima volutate appoſita, cẽſẽda ſit: iuxta ea, quę in d.c.16.n.32. & 33. latiùs adducta ſunt, qđ in donatione cã mor
34 tis expreſsè deciſũ eſt. Quãuis † enim quoad ordinationẽ cõtractui æquipararetur: ex eo tamẽ quòd quantum ad effectũ vltimę voluntatis naturã ſequitur, vt ſupra iſto c.n.32. oſtenſũ eſt: prohibitio in ea facta iudicatur tanquã ea, quæ in vltima voluntate appoſita fuit: ideóque impedit dominii tranſlationẽ, quod in ſpecie dixit Raphael Cum. conſ.218. incip. filiusfamilias ſuam vltimam volũtatem condidit. Idem Cumanus in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. ad fin. Cuius dictum refert & ſequitur, atque ex pluribus cõprobat Iaſ. ibid. 1. lect. n. 88. cũ ſeq. quod pari ratione in Maioratibus reuocabilibus dici poterit: quãuis id in Maioratu, qui quoad ordinationem & effectum vltimæ voluntatis naturam ſequitur: apertiùs procedat. Hoc autem ex regulis, quæ ſupra iſto c. traditæ ſunt ad dignoſcendum: quando Primogeniũ cõtractus: an vltimæ volũtatis naturam obſeruet dicendum erit.

35 ¶Si autẽ † Maioratus inſtitutor efficere voluerit vt alienationis expreſſa prohibitio, etiã in Primogenio vim contractus obtinente appoſita omninò alienationem impediat: ita vt in vita alienãtis ſequenti, alienatio ipſa reuocari poſſit: debet in Primogenii inſtitutiõe & poſt expreſsã alienationis prohibitionem huiuſmodi clauſulã adiicere quod ſcilicet: ſi poſſeſſor eiuſdem Primogenii tẽtauerit res ipſi Primogenio ſubiectas alienare, vel ad aliquem tractatũ, vel alienationis actũ voluerit peruenire: antequam actus ipſe perficiatur bona ipſa trãſeãt in ſequentem ſucceſſorẽ. Huius namque clauſulæ virtute, etiam ſi ea in cõtractu appoſita ſit antequã alienatio perficiatur dies vocationis cedet dominiũq; illicò nõ ſpectata morte poſſeſſoris ad ſequentẽ tranſibit, poteritq; alienationẽ reuocare ſicut mortuo vltimo Primogenii poſſeſſore id efficere poſſet ex deci. d. l. fi. §. & quia. & §. ſin autem. C. communia de leg. Idq; veriſſimũ eſt: dũmodò in huius clauſulę appoſitiõe ſemper obſeruetur, quòd vocatio ſequẽtis nõ referatur ad tẽpus, quo dominiũ in emptorẽ trãſlatũ ſit. Cùm enim iã ea res nõ ſit in dominio vltimi poſſeſſoris: ſed emptori per tẽpus vitæ eiuſdẽ poſſeſſoris acquiſita, (vt paulò antè oſtenſum eſt) nõ poteſt ea vocatio procedere, cùm in illud tempus conferatur, quo dominium in emptorẽ trãſlatũ eſt: Quo caſu non poteſt inſtitutor Maioratus quicquã in eius p̃iudiciũ inſtituere. Quod prob. ex tex. qui ad id eſt ſummè notandus memoriæq; tradẽdus in l. Stichus ſeruus. ff. de manumiſſ. teſt. vbi diſponitur, ꝙ ſi ſeruo detur libertas, eo ipſo quod hæres illũ alienauerit, inutiliter libertas datur: cũ in id tẽpus libertatis datio cõferatur: quo alienus iam futurus. Per quẽ tex. dicit Bar. ſequutus communiter Scrib. in l. filius familias §. diui. num. 14. ff. de leg. 1. quòd ad hoc vt valeat prohibitio de non alienando facta, in contractu: eſt neceſſe, quod apponantur hæc verba, quòd ſi contigerit poſſeſſorem ad aliquem actũ alienationis & venditionis peruenire: tunc eo ipſo res reuertatur ad dominum: quia tunc poſſeſſore incipiente alienare, dominium ad ipſum dominum reuertetur: ſed ſi diceret, Si alienaueris res., reuertatur ad dominum: ſecùs eſſet, quia cõfert prouiſionem in tempus alienationis perfectæ. Quod etiã aduertit elegãter Albericus, ponẽs in ſpecie formã huius clauſulæ in d. l. ſtichus ſeruus, repetitq. in d. l. ea lege. C. de condi. ob cauſ. Idque etiã in ſimili cenſuerũt Domi. de Rota. deciſ. 867. in antiquis, & Odofredus, & Cinus in l. fi. C. de reb. ali. non alie. Bar. in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. poſ. n. 3. Alex. in d. §. diui. n. 3. Areti. conſ. 18. ante n. 1. Deci. conſ. 182. n. 1. & iterum n. 4. Hancque aſſerit cõmunem opi. eſſe Carol. Ruin. conſ. 131. n. 8. lib. 2. Huius autem clauſulæ appoſitio ad prohibendas alienationes Primogeniorúmq. cõfiſcationes ſummè vtilis erit: ex ea namque, differentia illa quæ quoad hoc inter prohibitiones alienationum factas in contractu, & vltima volũtate aſſignari ſolet, omninò deficiet. An autẽ clauſula hæc in fiſci præiudicium in Maioratibus apponi poſſit: infra lib. 2. c. 12. n. 56. & etiam lib. 4. latiùs enarrabimus: vbi etiam plura alia materiam iſtam attingentia dicemus.

¶ Quæ omnia ſummè notanda ac mente tenenda ſunt. Vidi enim quã plures Hiſpanos iuriſconſultos ad hæc nõ animaduertẽtes, audacter dicẽtes valere alienationes aduerſus prohibitiones alienationũ ex Maioratibus in cõtractu inſtitutis factas, cùm ex eis nec alienatio, nec dominii trãſlatio impediatur: ſed ſolùm actio ad intereſſe dãda ſit: non conſiderãtes, quod vt plurimum Primogenia etiam in contractu inſtituto, vim vltimę voluntatis obtinere ſolent & quod etiam vbi cõtractus vim ac naturam ſequũtur, dominium ex eis poſſeſſori ad vitam tantum reſtrictum cõceditur, ad poſteróſque eo mortuo defertur, ideóque nõ poſſe alienantem plus iuris in aliũ: quam ipſe habeat transferre.

36 ¶Secundò hęc † etiã vtilia erũt ad Primogeniorũ reuocationes ab ipſiſmet inſtitutoribus faciẽdas. Si enim Primogenium vltimæ voluntatis naturã ſequatur reuocari poterit: ſin autem naturam cõtractus obtineat, irreuocabilis erit. De quo infra lib. 2. latiùs agemus.

¶Tertiò hæc etiam deſeruient ad ſciendum, vtrũ ex bonis Maioratus quarta Falcidia ſeu Trebellianica detrahenda ſit, aliter namque hęc in cõtractibus, aliter in teſt. ſeu vltimis voluntatibus conſiderari ſolent, vt infra iſto lib. c. 17. dicemus.

¶Quartò, hæc etiam inueſtigata conducẽt ad ſciẽdum quando & qualiter Maioratus poſſeſſor teneatur de re ſequenti ſucceſſori reſtituenda ſatiſdare. Diuerſimodè nãque hęc in contractu, & vltima voluntate à iuris interpretibus deciſa ſunt vt infra iſto lib. c. 15. probabimus.

¶Quintò iſta etiam proficua erunt ad intelligendum, vtrum ex Primogenio quis valeat directus hæres inſtitui. Si enim in teſtamento Maioratus ex vniuerſa hereditate, ſeu eiuſdẽ hęreditatis quota fiat, ex eo primus vocatus directus hæres inſtitui poterit: ſin autẽ in cõtractu fiat, ſeu in alia diſpoſitione, quæ teſtamentum non ſit: non poterit etiã primus, qui ex eo ad Maioratus ſucceſſionẽ vocatur hæredis directi vicem obtinere, quod infra iſto libro c. 14. latiùs enarrabimus.

¶Sextò hæc etiam maximam vtilitatem afferent ad cognoſcẽdum quando Maioratus inſtitutoris diſpoſitio pendere poſſit, an non. Voluntates nãque



que morientium pendere non poſſunt: viuentiũ autem ſic. l. fina. ad fin. ff. communia prædio. De quo infra lib. 3. copioſiſſimè tractabimus.

¶Septimò, hæc etiam neceſſaria ſunt genericè, ad interpretandas Maioratuum inſtitutorum voluntates. Plenior enim in teſtamẽtis, quam in cõtractibus interpretatio facienda eſt. l. in teſt. de reg. iur. c. cum dilecti. de donatio.

¶Octauò iſta etiam deſeruient ad ſciendum quãdo appellatione filiorum nepotes etiam comprehendantur. Quanuis enim in teſtamentis appellatio filiorum nepotes etiam comprehendat: in cõtractibus autem filiorum appellatio nepotes nõ comprehendit. Bart. in l. liberorum. num. 7. ff. de verb. ſigni. Deci. in l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. nu. 3.

¶Nonò, hæc etiam conducent ad ſciendum, vtrũ maſculinum fœmininũ comprehendat. Hoc namque aliter in contractibus, & aliter in teſtamentis à pluribus deciſum eſt. Iaſſ. & Moder. in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. omnium iud.

¶Decimò, iſta etiam vtilia erunt ad intelligendũ quando in Maioratibus iuri accreſcẽdi locus ſit. In cõtractibus namque iuri accreſcẽdi locus nõ eſt: in vltimis verò voluntatib. ſic. l. ſi mihi Titio ff. de verb. oblig. l. vna. vbi per Scrib. C. quãdo nõ peten. par. accreſcant.

¶Vndecimò, hæc etiam erunt neceſſaria ad ſciendũ: an vxor abſque licentia viri, ſeu minor abſq; licentia curatoris, valeãt Primogenia inſtituere. Si enim Maioratus vim cõtractus obtineant, neceſſaria erit viri, ſeu curatoris licentia: ſin autem vim teſtamẽti, ſeu vltimæ voluntatis habeãt, neutrum erit neceſſarium: & etiam ad ſciẽdum quæ ſolennitas in Maioratibus interuenire debeat, quod ex his, quæ ſupra iſto ca. n. 33. diximus colligere facillimũ erit. Et nos infra li. 2. c. 8. dicemus.

¶Duodecimò, iſta etiam cognitu neceſſaria erũt, ad ſciendum quãdo in Maioratuum inſtitutione fauor publicus verſetur. Si enim teſtamenti ſeu vltimæ voluntatis iure Primogenia cenſeantur, eis publica vtilitas verſabitur. l. vel negare. ff. quemadm. teſt. aperian. l. Gallus §. quod ſi is, vbi Bal. ff. de lib. & poſthum. In contractibus autem id diſpoſitum non inuenitur.

¶Vltimò, hæc etiam vtilia erunt ad plura alia, quæ aliter in contractibus, aliter autem in teſtamẽtis, ſeu in ſupremis iudiciis iure deciſa inuenientur, quæ vnuſquiſque poterit facillimè perquirere. Iſta namque ſolùm vice exempli in hac parte propoſuimus, vt ex eiſdem plura alia quæ paſſim omnibus obuia erunt, deducantur.

*SVMMARIA.*

1 *Primogenitura dignitas eſt.*
2 *Primogenium veluti dignitas quædam conſtituitur.*
3 *In Maioratibus agitur de honore, ac dignitatis familiarum conſeruatione.*
4 *Hiſpanorum Maioratus ex propria natura nullam in ſe dignitatem publicam continent.*
5 *Dignitates à ſolo Principe creari poſſunt.*
6 *In Maioratu poteſt ex accidenti dignitas eſſe.*
7 *Infamis infamia iuris, aut facti: an repellatur à Maioratus ſucceſſione.*
8 *Infames ad dignitates non aſcendunt.*
9 *In Regno infamis ſuccedere non poteſt.*
10 *Infamis repellitur à feudi ſucceſſione.*
11 *Infamis retinet iura ſucceſſionis actiuæ & paſſiuæ.*
12 *Niſi infamia reddat illum inteſtabilem, ſeu ſucceſſionis incapacem.*
13 *Infamis eſt capax iuriſdictionis eidem in conſequentiam ſucceſſionis prouenientis.*
14 *Mulier poteſt iudicare: ſi habeat iuriſdictionem ex ſucceſſione.*
15 *Mulier Regnum ex ſucceſſione deferri poteſt.*
16 *Spurius ſuccedere poteſt in Maioratu habente dignitatem annexam.*
17 *L. 2. tit. 15. parti. 2. declaratur.*
18 *Proximior, ob quæ delicta priuari poſſit Regni ſucceſſione.*
19 *Infamis non poteſt in Curia morari, nec videre faciem Principis.*
20 *Infamia leuis non repellit ab obtentione feudi, nec dignitatis.*
21 *Furioſus, vtrum in Maioratu ſuccedere poſſit.*
22 *Furioſus eſt capax ſucceſſionis.*
23 *Furioſus in Maioratu cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa non eſt, ſuccedere poteſt.*
24 *Furioſus in Maioratu habente dignitatem, ſeu iuriſdictionem annexam ſuccedere non poteſt.*
25 *Filius ſecundus habilis præfertur Primogenito inhabili in ſucceſſione Primogenituræ.*
26 *Lex præferens Primogenitum Secundogenito non eſt interpretanda contra publicam vtilitatem.*
27 *Furioſus furore perpetuo & naturali non poteſt in Regno, ſeu aliis dignitatibus ſuccedere.*
28 *Primogenitus non præfertur ſimpliciter in ſucceſſione Regni: ſed ita demum ſi habilis ſit.*
29 *L. 2. tit. 15. part. 2. iterum declaratur.*

30 *Furor naturalis & perpetuus excludit Primogenitum à Maioratus ſucceßione, non autem accidentalis.*

31 *Furor accidentalis & perpetuus ante Regni ſucceßionem ſuperueniens: vtrum excludat Primogenitum à Maioratus ſucceßione.*

32 *Ius regiæ poteſtatis non poteſt dici radicatum ante delatam ſucceßionem.*

33 *Somnium vigilantium appellari ſolet ſpes futuræ hæreditatis.*

34 *L.2.& 3.tit.15.part.2.declarantur.*

35 *Filius Primogeniti furioſi Secundogenitum excludit.*

36 *Filius Primogeniti furioſi natus poſt delatam ſucceßionem: Secundogenitum non excludit.*

37 *Qualitas requiſita ad ſuccedendum debet adeſſe præciſè eo tempore, quo cedit dies ſubſtitutionis, nec ſufficit ſi poſteà ſuperueniat.*

38 *Furioſus habens dilucida interualla, non priuatur iure Primogenituræ.*

39 *Imperfectio debet eſſe totalis, vt quis à Maioratus ſucceßione excludatur.*

40 *Mutus & ſurdus à natura vtrum in Maioratu ſuccedat.*

41 *Mutus & ſurdus ſuccedit in Maioratu, cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa non eſt.*

42 *Mutus ſucceßionis incapax non eſt.*

43 *Mutus in feudo non ſuccedit.*

44 *Niſi pro feudo nullum ſeruitium præſtari debeat, vel tale, quod à muto præſtari poßit.*

45 *Vtrum mutus & ſurdus ſuccedat in Maioratu, cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa eſt.*

46 *Mutus, ſicut excluditur à Feudo, cuius ſeruitium præſtare non poteſt: ita videtur excludendus eſſe à Maioratu, cuius munus non poteſt adimplere.*

47 *Feuda in regno Caſtellæ: an ſint Ducatus, Comitatus, Marchionatus & Baroniæ.*

48 *Vaſſalli Regis, qui in Regno Caſtellæ vocentur.*

49 *In feudis obſeruant diuerſæ prouinciæ, diuerſas conſuetudines.*

50 *Imperator concedens feudum in Italia, videtur illud, ſecundum conſuetudinem Italiæ conceßiſſe. Si autem illud concedat in Germania cenſetur concedere ſecundum conſuetudinem Germaniæ.*

51 *Feudum propriam naturam non ſeruans, nihilominùs feudum erit.*

52 *Feudum cui nullum ſeruitium annexum eſt nihilominùs feudum erit.*

53 *Maioratus, cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt Regno, quoad ſucceßionem æquiparatur.*

54 *Vniuerſitas cuiuslibet ciuitatis, ſeu oppidi appellatur reſpublica.*

55 *Ciuitas quælibet hodie vim habet prouinciæ.*

56 *Mutus & ſurdus furioſo æquiparatur.*

57 *Muto & ſurdo poteſt fieri ſubſtitutio exemplaris ſicut furioſo.*

58 *Succeßionis capacitas in dubio præſumenda eſt: niſi contrarium probetur.*

59 *Mutus intelligens furioſo non æquiparatur.*

60 *De feudo ad Maioratum non procedit argumentum in muti & ſurdi ſucceßione.*

61 *L.6.tit.26.parti.4.atque aliæ leges Regiæ de feudis loquentes declarantur.*

62 *Legis virtus conſeruatur: quanuis id, quod in ea diſponitur, nunquam contingat.*

63 *Argumentum de Regno ad Maioratum iuriſdictionem habentem, non omninò, quoad ſucceßionem muti, procedit.*

64 *Mutus perſpicacis ingenij, non poteſt dici omninò inhabilis ad ſucceßionem Maioratus, cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa eſt.*

65 *L.10.tit.4.lib.6.in noua leg.Reg.collectione declaratur.*

66 *Cæcus, vtrum poßit in Maioratu, cui etiam dignitas, ſeu iuriſdictio annexa eſt, ſuccedere.*

67 *Cæcus: qui à iure prohibetur iudicare, poterit iuriſdictionem acquirere, ex ſucceßione alicuius Baroniæ.*

68 *Monachus vtrum ſuccedere poſſit in Hiſpanorum Primogeniis.*

66 *Monachus profeſſus in monaſterio incapaci, pro mortuo reputatur.*

70 *Filia non excluditur propter maſculũ monachum religionis incapacis ſtante ſtatuto, quod fœminæ propter maſculos excludantur.*

71 *Monachus profeſſus in monaſterio capaci, vtrum ſuccedere poſſit in Maioratu, cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa eſt.*

72 *Monaſterium capax mediante perſona monachi ſuccedere poteſt.*

73 *Monachus retinet ius agnationis, atque prioritatis in gradu.*

74 *Monachus retinet iura ſanguinis.*

75 *Monachus retinet iura ſuitatis.*

76 *Monachus ſuccedit in feudo cui nullum ſeruitium annexum eſt, ſeu tale, quod à Monacho præſtari poſsit.*

77 *Monachus ſuccedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis, atque alienari prohibitis.*





78 *Monachus ſuccedit in melioratione tertij.*

79 *Monaſterium ſuccedit in feudo & fideicommiſſo: ſolùm durante vita monachi.*

80 *Filia excluditur per fratrem monachum monaſterij capacis, ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

81 *Ius Regni, Ducatus: Marchionatus, Comitatus, ſeu Baroniæ non tranſit in monaſterium, ſed potius ad hæredes ſanguinis defertur.*

82 *Monachus non eſt capax iuriſdictionis ſæcularis.*

83 *Monachus non poteſt ſuccedere in oppidis & caſtris iuriſdictionem habentibus.*

84 *Monachus non ſuccedit in feudo habenti annexum ſeruitium, quod à monacho præſtari non poßit.*

85 *Legatum factum de re cuius commercium eſt apud omnes, ſed non apud legatarium: nullum eſt,*

86 *Legatarius, qui non poteſt vti re legata ex impedimento iuris vel facti, legato priuandus eſt.*

87 *Veſtes, quæ ex ſtatuto deferri prohibentur ſub legato veſtium non comprehenduntur.*

88 *Legatum militiæ cantoris factum muto, ſeu curſoris factum debili, nullum eſt.*

89 *L ſed ſi res.ff.de legatis.1.& l.multum intereſt, cum ſimilib.ff.de verb.Oblig.declarantur.*

90 *Veriſimile habetur pro diſpoſito in Maioratuum diſpoſitionibus.*

91 *Monacho in Maioratu ſuccedente: memoria inſtitutoris ſupprimitur.*

92 *Monachus quod ad familiæ conſeruationem, ac iuriſdictionis exercitium attinet, mortuus eſſe reputatur.*

93 *Profeßio, mors ſecularis appellatur.*

94 *Mors ciuilis æquiparatur naturali: quando eundem effectum inducit.*

95 *Monachus ſuccedit in Maioratu, cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa non eſt.*

96 *Clericus: vtrum in Maioratu ſuccedat.*

97 *Clericus poteſt eſſe ſimul Comes & Epiſcopus.*

98 *Milites ſancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ: vtrum in Maioratu ſuccedere poßint.*

99 *Clauſula apponi ſolet in Maioratibus, qua furioſi, muti & ſurdi ac religioſi ab eorum ſucceßione excluduntur.*

100 *Maioratus, qui ex immemoriali conſtat: vtrum præſumatur habere clauſulam, ex qua furioſus, monachus & ſimiles excluduntur.*

101 *Furioſus, mutus & religioſus à Maioratus inſtitutore ad eius ſucceßionem vocari poſſunt.*

## *Vtrum Maioratus dignitas ſit.*

## CAPVT XIII.

AD naturæ Maioratus intelligentiã
neceſſarium etiam erit examinare,
vtrũ Maioratus dignitas eſſe cẽſea
tur. ¶Quod autẽ Maioratus in ſe di
gnitatẽ contineat, ex eo probari vi
1 detur, q† Primogenitura dignitas ſit, vt opinatur
Bal.in l.cum antiquioribus.n.11. C. de iure deli.
vbi id pluries repetit idem Bal. in l.ex hoc iure.
co.2.in fi.ff.de iuſt.& iur. Archid.Domi.& Prępo
ſit.in c.quàm periculoſum.poſt gl.ibi.7.q.1.Barb.
in c.cùm olim co.6.de conſu.Iaſſ.in l.is poteſt. n.
38.ff.de acquir.hær.Pariſ.conſ.72.nu.69.lib.4.Io.
Licerier de Primoge.lib.1. q.1. nume. 1.& quæſt.
16.nume.5.Guillel.Benedict. in rep. cap. Rainu-
tius. verb. in eodem teſtamento relinquens.el.
1.nume.165. Quod etiam in Hiſpanorum Primo-
genitura cenſuit Couarrub.lib.1.reſolu.cap.15.n.
2 14.prope.fin.vbi inquit† quod primogeniũ veluti
dignitas quędam conſtituitur, vt qui eã obtinue
rit caput familiæ ſit, eiúſque honores præcipuos
habeat. Quod apud Hiſpanos ſatis compertum
eſſe inquit: cùm Primogenia familiarum quæ-
dam ornamenta, ac dignitates eſſe cenſeantur.
Idque etiam dixit Antonius Gome.in l.40. Tau.
3 numer.1. In † his namque Maioratibus præſer-
tim agitur de honoris ac dignitatis familiarum
conſeruatione.l.prima §.quanuis.ff.de vent. in-
ſpi.not.Cinus. in l.1. C. ad legem Iul.de adulte.
Marc.Mantua. conſ.112.ex quibus videtur Ma-
ioratum dignitatem eſſe quod altius repeten-
dum erit. Huius namque rei indagatio: nedum
curioſa eſt: ſed etiam maximam vtilitatem in iu
dicando & conſulendo miniſtrabit: ex ea enim
pendet plurium frequentium ac vtilium quæſtio
num deciſio.
¶ Pro huius autem quæſtionis reſolutione dicen
4 dum erit, † Hiſpanorum Maioratus ex propria
natura nullam in ſe dignitatem publicam con-
tinere: licet ea dignitas poſſit ex accidenti eiſdem
Maioratibus ineſſe. Nam ſi Maioratus ſucceſſio
in bonis immobilibus, annuis redditibus, domi-
bus, vineis, oliuetis, aliíſque id genus rebus conſi
ſtat: nulli id rectè inſpiciẽti ſuaderi poteſt, ſucce-
dendi in his rebus ius dignitatem eſſe. Quòd ſi
id diceremus, ex eo ſequeretur, quòd vnuſquiſq.
etiam homo vilis ab abiectæ cõditionis poſſet di
gnitates creare: cùm poſſit quilibet bona huiuſ-
modi, cuicunque filiorum ſeu extraneorum etiã
abſque Regia facultate iure Maioratus relinque
re: dũmodò habens filios taxam à legibus conſti
tutam non excedat (vt inferiùs dicemus) quod
5 eſſet abſurdum. Dignitates† namque à ſolo Prin-
cipe, ſeu ab eo poteſtatem habenti creari ac
obtineri poſſunt. tex. in authen.de exhiben. &
introducen.reis.§. optimum.colla.5. lege 1. cum
ſimilib.ff.ad legem Iul.de ambitu. Prærogatiuæ
verò, quas Primogenituræ ineſſe ſupra iſto li-
bro cap.2 numer.3.annotauimus.nec hodie om-
ninò in vſu ſunt, nec Hiſpanorum Maioratibus
conueniunt, illæque non ex bonis iure Primo-
genij relictis; ſed ex ipſa Primogenitura proueni-
unt. Et ideò ſi hoc reſpectu Primogenij dignitatẽ

cõſideremus, poterimus dicere, omnes Primoge
nitos in dignitate eſſe conſtitutos, quod nec dicẽ
dum, nec aſſerẽdum eſt. Ea namque prærogatiua
qua Primogenitus cæteris fratrib. antefertur fa
miliaris, ac domeſtica non publica eſt: vt aliàs in
quit Cinus de patria poteſtate: in l.fin.C.de ſen-
ten.paſſ.l.nam quod in prin.ff.ad Trebel.l.veluti
vbi glo.verb.parentibus.ff.de iuſti.& iur.l.mini
mè.ff.de religio & ſumptib.funer. Nec eſt ad pu-
blicas dignitates trahẽda, vt eruditè, ac ingenio
sè aduertit Carolus Molin.in conſue.Pari. ti.1.de
materia feuda. §. 8. glo. 1.n.2. dicens quòd illud,
quod nonnulli dicunt, quod Primogeniturá ſit di
gnitas, poſſet procedere extenſo, & largo modo
ſumpto dignitatis vocabulo non tamen ſtrictè &
propriè capiẽdo. In quem ſenſum ſunt verba Do
ctorum contrarium aſſerentium accipienda. Sic
que clariſſimum eſt ex propria natura Maioratũ
6 nõ eſſe dignitatem. ¶Ex†accidẽti autem in Ma-
ioratu poteſt dignitas eſſe, vt ſi iure Maioratus
competat Regnum, Ducatus, Comitatus, ac Mar
chionatus, ſeu etiam cõpetant oppida & Caſtra
Vaſſallos ac iuriſdictionem habentia, de quibus
erit tanquam de dignitatibus iudicandum, vt in
ſpecie not. Bald. in l. ex hoc iure.col.2.q.6.ff.de
iuſti.& iure.vbi ſingulariter inquit, quod Primo
genitura in filio Regis eſt prima dignitas poſt Re
gem. Quod etiam refert Carol.Molin.d.tit.1.glo.
3.nu.2. Id tamen non euenit, ex eo, quòd Maiora-
tus ipſe publica, ſeu ꝓpria dignitas ſit, ſed quòd
in ſe dignitatem Regiam, ſeu aliam contineat.
Quæ etiam ab ipſo iure Primogenituræ ſeparata
nihilominùs dignitas eſſet, quod adeò clarum eſt
vt vlteriori comprobatione non egeat. Idque no
uiſsimè ſic intelligit, atque declarat Burgos de
Pace in procemio legum Tauri.nume.89.

¶Ex quibus inferri poteſt ad deciſionem quæ-
7 ſtionis: an†ſcilicèt infamis infamia iuris aut facti
repellatur à Maioratus ſucceſsione? quã non vidi
hucuſque ab aliquo benè diſcuſſam: ideóque à
primis ſuis principiis deducenda eſt. Si enim Ma
ioratus dignitatẽ in ſe contineat, conſequens eſt
8 vt infamis repellatur ab eius ſucceſsiõe.†Notati
namque infamia iuris, aut facti ad dignitates nõ
aſcendunt.l.2.vbi Bart.nu.1.& cæteri Scrib.C.de
dignita.li.12. l.1.C.de infamib.lib.10. Et omnis in
famis dicitur exauctoratus ab omni officio publi
co & dignitate Eccleſiaſtica & ſeculari, vt elegã
ter inquit Bald.in l.Caſsius Longinus.1.col.ff.de
Senatori.per tex.in l.2.§.miles.ff. de his qui not.
9 infam. Ideóque†in Regno etiã Hiſpaniẹ ad cuius
ſimilitudinem Maioratus ſucceſsio regulatur in
famis ſuccedere nõ poteſt. Idque prob.ex d.l.2.ti.
15.par.2.ibi. *Succeda el pariente mas propinquo ſiendo
hombre para ello, y nõ hauiendo hecho coſa: porque lo de
uieſſe perder.* Quod nõ modicum comprobatur ex
10 eo, quòd†infamis repellatur à feudi ſucceſſione:
imò propter infamiã ſuperuenientem à feudo iã
acquiſito priuetur, vt probat tex.in c.1.an miles,
qui interfecit fratrem domini.in vſ.feu.per quẽ
tex.id cẽſuerunt glo. Iacob.de Bellouiſ.Bal. Alua
rot.& communiter Scrib. Idemque probat tex.p
argumentum à contrario ſenſu in c.1.§.illud.quẹ
fuit prima cauſ.benefi.amittẽ.vbi etiam per Bal.
& Scrib. ¶Ad huius autem quæſtionis deciſionẽ
duæ ſpecies diuerſæ conſiderandæ ſunt.

¶Prima quando Maioratus in ſe nullam dignita
tem cõtinet. ¶ Secunda quando Maioratus in ſe
dignitatem habet. In prima ſpecie dicendum eſt
infamem nõ eſſe à Maioratus ſucceſsione repel
11 lendum. Infamis†namque poteſt hẹres inſtitui, ei
démq; poteſt prẹlegari ac fideicommitti, nec lex
denegat ei iura ſucceſſionis.l.in arenã.ibi. *Legiti
mæ ſucceſſiones integræ ſunt.* C.de inof.teſt.vbi Bar.
Bal.Iaſſ.& communiter Scrib.l. fratres.C.eo.tit.
tex.in §.ſoror.Inſt.eo.Bald.in l.Caſſius Lõginus
ff.de Senatori.col.3.Io. de Gar. qui plures in idẽ
refert.in l.1.n.37. C.de ſecun.nup. Nec etiã dene
gatur ei teſtamenti factio: imò infamis infamia
iuris, vel facti poteſt facere teſtamentũ.l.1. C.de
ſecun.nup.vbi Bald.Salicet.Deci.& cæteri. Albe
ri.in Rub.C.qui teſt.face.poſſ. Soci.in l. quidam
relegatus in fi.ff.de reb.du. Vtrumque autẽ di-
12 ctum procedit: niſi†ſit talis infamia, quæ infamẽ
reddat inteſtabilem, ſeu ſucceſsionis incapacem.
l.is cui.§.fina.ff.de teſta. Deci.d.l.1.n.7. Tuc enim
priuabitur infamis ſucceſsione Maioratus: ſicut
alia quacunque ſucceſsione, quod in infamia ex
crimine læſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ ꝓue
niente, & ſimilibus delictis obſeruandum erit.

¶In ſecunda ſpecie quãdo ſcilicet Maioratus in
ſe dignitatem habet (etſi dubia ſatis ſit huius ar-
ticuli deciſio) ſimiliter dicendum erit: infamẽ ex
eo ſolum, quòd infamis ſit, nõ priuari Maioratus
ſucceſsiõe. Licet enim veriſſimum ſit infamẽ in
famia iuris aut facti laborãtẽ ab omni dignitate
eſſe repellendum: id procedit ac verum eſt, quan
do de ſola dignitate principaliter tractatur: ſecus
autem erit quando ea venit in conſequentiã ſuc
13 ceſsionis. Tunc†namq; infamis, (qui vt diximus
eſt ſucceſsionis capax) in conſequentiam eiuſdẽ
poterit etiam dignitatem ſucceſsioni annexã ob
tinere. De quo eſt ſingularis ac peregrina deciſio
Bald.in d.l.1.n.1.C.de ſecund.nupt. vbi notabili-
ter inquit, Pone quod quædam mulier, quæ ha-
bet Comitatum ex ſucceſsione parentum, nubit,
infra annum luctus: nũquid iſtam dignitatem &
comitatum perdit? Videtur quòd ſic: quia eſt infa
mis. Cõtrarium credo: quia iſta dignitas & iuriſ-
dictio eſt quid hæreditariũ, & iſta mulier retine-
bat bona, vt hic. Itẽ iſta dignitas venit in cõſequẽ
tiã hẹreditatis & eſt annexa territorio, & aliquid
retinetur in conſequentiam, quod non retinetur
principaliter.arg.ff.de li.leg.l.ſi is, qui duos. Hẹc
ille. Cuius dictum dicit eſſe notãdum additiona
tor Bald.in d.l.1.litera.D.ad limitationem l.neq;
quẹ eſt l.2. C. de dignitatib.lib.12.quẹ inquit qđ
infames ſunt dignitatum incapaces. Vbi Alex.
idipſum dixit in addi.ad Bart.ante n.1. Quorũ di-
cta refert & ſequitur Ioan.à Gar.in dict.l.1.C. de
ſecund.nup.nu.22.vbi dicit hoc eſſe notandum:
quia poterit afferre honorem in practica. Quod
etiam ſequitur Tiraq.ad id ſolum Bald.referens
in tracta.de nobilita. c.24.num.6.quibus adiiciẽ
da ſunt plura quæ infra iſto c.nume. 67.in idem
adducemus. Idq; in Regni ſucceſſore infami te-
nuit Luc.de Pena.in l.1.C.de reis poſtula.lib.10.
dicens id euenire ex eo, quòd regnum veniat in
conſequentiã ſucceſſionis. Quæ omnia mihi pla
cent: nulla namq; lege cauetur, quòd infamis pri
uetur propter infamiam, ſucceſſione Maioratus.
Nec etiã poteſt dignitas à ſucceſsione ſeparari:
cũ vtrũq; iure Maioratus vni eidẽq; Primogenito
pertineat: quẹ omnia intelligenda ſunt, niſi defe
ctus ad iuriſdictionem exercẽdã eius qualitatis
ſit vt ſucceſſorẽ oĩnò ad id inhabilẽ reddat, tunc
nãq; cõtrariũ dicẽdũ erit prout in ſucceſſore fu-
rioſo ſeu mẽte capto .ĩ.iſto c.n.29.&39.dicemus.



¶Nec mirum cenſendum eſt, quòd is, qui non po
terat aliàs iuriſdictionem, nec dignitatẽ habere
poſſit vtrumque obtinere in conſequentiam ſuc-
ceſſionis. Videmus namque quod mulier, quæ à
iudicãdo & ab omni officio publico repellitur ex
l.fœminæ.ff.de reg.iur.eſt capax huius muneris:
ſi iuriſdictio ſibi obueniat in conſequentiam ſuc
14 ceſſionis, poteſtq;†hoc caſu mulier ipſa iudicare
Inn. Abb.Ant. & communiter Scrib.per tex.ibi
in c.dilecti.de Arbi.Abb.& cæteri in c.ſignifica-
uit de reſcrip.Felin.in c.dilecti.de maiori.& obe
di.Deci.in l.fœminæ.ff.de regul.iur.vbi Cagnol.
nume. 3. ſingulariter inquit, quod licet mulier
principaliter iuriſdictionem habere non poſſit:
illã tamen habere poterit in conſequentiam di-
gnitatis aut ſucceſſionis.

¶Sícque etiã videmus, quòd etſi quodammodo
contra naturã ſit mulieres regnare, aut imperare
ex Grẹco prouerbio, quo cauetur naturam nõ de
diſſe fœminis imperare, de quo plura per Tiraq.
15 de Primoge.q.10.nu.13.cum ſequen. Poteſt†tamẽ
regnũ habere: ſi id ſibi veniat in ſucceſſionis con
ſequentiam.tex.vbi Archi.& Scrib. in c.cum de
uotiſſimam.12. q. 2.Deci.& Cagnol.in d.l.fœmi-
næ.l.2.tit.15.par.2. Vnitorum namque vniformis
debet eſſe diſpoſitio, & connexorũ idem iudiciũ
l.3.§.iudicio contrario.ff.de contra.iudi.tutel.Fe
lin.& Deci.in c.tranſlato.de conſtit.quibus poſ-
ſent plura ſimilia coniungi. Ex quibus nõ iuri, ac
rationi cõtrarium cenſeri debet: ſi is, qui ex infa
mia non poterat iuriſdictionem, nec dignitatem
obtinere, ea capiat in cõſequentiam Maioratus
ſucceſsionis. Quod ſanè intelligẽdum eſt: niſi ea
infamia trahat ſecum ſucceſſoris incapacitatem
vt ſuperiùs annotauimus. Tũc enim ceſſante ſuc
ceſsione: ceſſabit etiã dignitas & iuriſdictio, quẹ
infami in eius conſequentiam concedebantur.
16 ¶Eadem†etiam ratione decidi poteſt quẹſtio de
ſpurio ad Maioratus ſucceſsionẽ vocato, in quo
dignitas, aut iuriſdictio comprehenditur. Poteſt
namq; ſpurius ad Maioratus ſucceſsionẽ vocari
ab extraneo, ſeu alio quolibet agnato trãſuerſali.
Licèt enim ſpurius à ſucceſsione parentis exclu
datur: nõ tamẽ excluditur à ſucceſsione extranei
imò ab extraneis poteſt ſpurio relinqui vel dona
ri quocunque titulo, vt inquit gl. notab.in auth.
quib.mod. natu. effici.ſui.§. fi.colla.7.ver.parti-
cipium.cuius glo.opinio. communis eſt, vt patet
ex notatis per Bart.Paul. Alex.Iaſſ. & cæteros in
l. ſi is qui in bonis. ff. de vulga. imò frater poteſt
inſtituere fratrem ſpurium, vt inquit Bald.cõſ.5.
volu.1.& Io.de Garronib.in d.l.1.C. de ſecũ.nup.
num.37.

¶Spurius igitur licèt eo ipſo, quòd eſt ſpurius, in
famis ſit, atq; vtilis cõditionis, vt inquit Azo in
ſumma. C.ex quib. cauſ.infam.irroge.& Bald.in
l.1.C.de iure aureorum annulo. nu. 2. Scrib.in l.
fina.C.de natu.libe. Quibus plura cumulat Tira
quel.de nobilita.c.15. nume. 14.cum plurib.ſeq.
Poterit tamẽ ſuccedere in dignitate, & iuriſdi-
ctione Maioratui annexa in ſucceſsionis conſe-
quentiam vt ſuperius dictum & probatum eſt.
¶Quibus nõ obſtat ſi dicatur, quòd in Regno nõ
põt ſuccedere infamis ex deciſ. tex. in d.l.2.part.
17 ibi. *Siendo hombre para ello.* Nã†verba illa poſita in
eadem lege hunc intellectum recipiunt, quòd ꝓ
pinquior in Regno ſuccedat. *Siendo hõbre para ello*
Id eſt, ſi ſit habilis & capax ad Regnum regendũ
ſeu adminiſtrãdum. Quod ad capacitatem & ha-
bilitatem perſonẹ potiùs quàm morum, & famẹ
referendũ eſt, vt ſi ſit demens, aut fatuus ſurdus
aut mutus, religioſus, aut clericus, vel ſimiles ad
Regni regimen defectus patiatur. Idq. ex verbis
ſequentibus clarius comprehenditur dũ dicitur.
*Y no hauiendo hecho coſa : porque lo deuieſſe perder.*
Quæ verba ad mores, & crimina, ex quib.reſul-
tat infamia, & poſſit amitti Regni ſucceſſio, præ
cisè referũtur. Nã etſi verba illa. *Siende hombre pa
ra ello* ex ſui natura poſſunt ẽt defectus morum,
ac criminũ comprehendere: ſi vlteriùs lex illa nõ
proceſſiſſet: id tamen non comprehendũt ex eo,
quòd partitarũ lex diſcretiuè de morum ac cri-
minũ defectu diſponat, vt in ſimili dicebat Bart.
in l.liberorum.nu.4.ff.de ver.ſig. De verbo filiis.
Quod verbum, licèt etiam nepotes comprehen-
dere ſoleat ex l.iuſta interpretatione.ff.eo.tit. nõ
tamen nepotes comprehendit: quando de filiis &
nepotibus diſcretiuè fit ſermo, vt vtraque clauſu
la ſuũ proprium, ac præciſum intellectũ retineat
Quod ẽt Doctor. pluries adnotare ſolent, vt ali-
bi latiùs dicemus. Et ita in hunc ſenſum verba il-
lius legis intellexit Greg.Lopez.legum partitarũ
cõmentator ibidẽ, vbi in gl.ver. *Siendo hombre pa-
ra ello.* Id intelligit de defectibus, quos ſuperiùs
retulimus, in gloſ.autẽ ſuper verbo. *E no hauiẽdo
hecho, porque lo deua perder.* Id intelligit de ſucceſ-
ſore inhabili propter delictũ, & ille eſt verus ſen
ſus, & intellectus illius legis. ¶Hoc igitur prẹſup
poſito verba illa. *E no hauiendo hecho coſa porque lo
deuiſſe perder,* intelligẽda ſunt de his delictis pro-
pter quæ Rex poteſt priuari ſucceſſione: non au-
tẽ de quacunque infamia iuris aut facti, propter
quam quis non priuatur ſucceſſione, nec etiã di-
gnitate ſucceſſioni annexa, & quæ venit in eius
conſequentiam, prout ſuperiùs oſtenſum eſt.
18 ¶Eſt†igitur videndũ; propter quæ delicta proxi-
mior poſſit priuari Regni ſucceſſione: cũ id lex il
la nõ declaret, & in hoc cõmunis reſolutio eſt, ꝙ
Primogenitus criminoſus, propter crimẽ nõ pri-
uatur Regni ſucceſſione, vt notat Bald. in l. fi.ff.
de rerũ diuiſione. Idque pleniùs enarrauit Luc.
de Pena.in l.1.C.de reis poſtula. lib. 10.col.2.& 3.
vbi ponit notabilem quæſtionẽ, de quodam Re-
gni ſucceſſore, contra quẽ poſt Regni ſucceſsio-
nẽ delatã opponebantur multa crimina dicendo
contra eum, quòd erat criminoſus, & infamis, &
quòd ideò non debeat coronari, nec ad culmen
regalis dignitatis aſcẽdere: nihilominus tamẽ in
quit, quòd cũ de facto quæſtio iſta agitata fuiſſet
in Romana curia, vidit cõtrariũ definiri, & quòd
hoc non obſtãte Rex fuit coronatus ex eo, quòd
Regnũ pertinebat ſibi ex ſucceſſione, & dignitas
regalis in ſucceſſionis conſequentiã. Idq. ex plu
ribus aliis rationibus concludit. Solùm enim Pri
mogenitus Regni ſucceſſione priuari poteſt: quã
do eſſet ſcãdaloſus, turbarétque ſtatũ Chriſtiani-
tatis, vt inquit Bald.in l.fina.C.de legib.n. 4. ſeu
propter crimen læſẹ maieſtatis, ac perduellionis,
vt inquit Carolus Moli.in conſi.Pari.ti.1. de ma-
teria feuda.§.8.glo.3.num.12. vbi ſic aſſerit ſe vi-
diſſe pronũtiatum in ſupremo Pariſienſi ſenatu.
Idem etiam cenſuit Grego.in d.l.2.tit.15.part.2.in
glo.verb. *E no hauiendo hecho.* Idque ſimiliter dicẽ
dum eſt in Primogenito hæretico cùm crimẽ hẹ-
reſis reddat hæreticũ omnis ſucceſſionis incapa
cem.c.vergentis, cum ſimilib.de hæreticis.c.cum
ſecundùm leges, vbi per Scrib.eo.ti.lib. 6.l.quiſ-
quis.cum ſimilib.C.ad leg. Iul. Maieſta. Ex qui-

bus conſtat eãdem ſucceſſionis rationem in hoc
qđ de ſucceſſore infami diximus eſſe in Regno,
& in aliis Maioratibus, quibus dignitas annexa
eſt, ſeruandam: niſi eo caſu, quo Rex eſſet ſcan-
daloſus turbarétque ſtatum Chriſtianitatis: quo
caſu cũ ſuperiorẽ non recognoſcat, qui illũ corri
gat & puniat, priuari poteſt Regni ſucceſſione.
Quod nõ poteſt ad alios Maioratus adaptari: cũ ſi
poſſeſſores eorũ ſcãdaloſi ſint poſſint à ſuperio-
rib. coerceri & puniri citra Maioratuũ priuatio-
nẽ. Illud tamẽ, qđ ſuperiùs diximus de Regni ſuc
ceſſore infami, maturiùs cùm caſus cõtigerit, cõ-
ſiderãdũ erit: ꝓpter verba illa. *Siendo hombre para*
*ello.* Quæ quanuis intellectũ (de quo ſuperiùs me
minimus) admittere poſſint, ex vi tamẽ verborũ:
tam morum: quam perſonæ defectus comprehẽ-
dere poſſunt. Quod etiam in Ducatibus, Comita
tibus, & Marchionatibus conſiderandum erit.
¶Nõ etiam obſtat: ſi dicatur infamẽ in feudo non
ſuccedere, vt ſuperiùs oſtẽdimus: imò nec ſpuriũ
ex ea ſola ratione, quòd infamis ſit, etiã ſi ſit legi
timatus, vt inquit Bal. in l. generaliter. §. cum au-
tẽ. n. 2. C. de inſti. & ſubſti. Tiraquel. qui plura re-
fert in ſuo tractatu de nobilit. c. 15. n. 18. Nõ enim
procedit de feudo, ad Maioratũ argumentatio,
nec dictum Bal. in l. cũ antiquioribus. C. de iure
delibe. qui dixit de feudo ad Maioratũ argui poſ
ſe: omninò verum eſt, vt euidenter oſtẽdimus ſu
pra hoc lib. c. 7. Imò etiã ſi hæc argumẽtatio pro-
cederet in caſu, de quo agimus, longè diuerſa ra,
tio eſt de feudo ad Maioratum. Ad feudi nãque
ſucceſſionẽ infamis nò admittitur, ex eo ſolùm
19 quòd † infamis nõ poſſit in curia morari, nec do
mino ſeruire. Quod probatur ex tex. in d. c. 1. an il
le, qui interficit fratrẽ Domini. ibi. *Vt in curia am*
*plius ſtare non poßit.* Quod clariùs notat Bal. ibidẽ
num. 2. poſt Iacob. de Bellouiſ. dicens, quòd ideò
Vaſſallus ibi priuatur feudo: quia ſentẽtia reddit
illũ famoſum, & in curia domini ſtare nõ poteſt.
Infamis namque, vt ipſe etiam inquit, non poteſt
videre faciem Principis: ídque ipſum notãt Alua
ro. Iſernia, & cæteri ibidem. Quod in Maioratus
ſucceſſione nõ procedit: cũ Maioratus poſſeſſor
non teneatur in Curia morari, nec aliquod ſerui
tium domino præſtare. vt in d. c. 7. oſtenſum eſt.
¶Vnum tamen non omittẽdum eſt, quòd licet in
famia grauis repellat quem à feudo & dignitate:
20 leuis † autẽ, ſeu modica infamia nihil obeſt: quin
feudum, ac dignitas ab eo obtineri poſſint. Quod
probatur ex tex. in c. 1. §. illud. quæ fuit prima cau
ſa beneficij amittendi, in vſ. feu. vbi per Bald. &
Scrib. not. Innoc. in c. cùm oporteat. col. 2. de ac-
cuſa. vbi inquit, quòd graue eſſet propter leuem
infamiã quem à dignitate repellere. Quod Scri.
in d. l. 2. C. de dig. lib. 12. & in aliis pleriſque locis
paſſim aduertunt, ex quibus reſtat clara de hac
quæſtione reſolutio.
21 ¶Ex eiſdem etiam decidi poteſt ea quęſtio, † vtrũ
ſcilicet furioſus in Maioratu ſuccedere poſſit. In
qua quæſtione pari ratione diſtinguẽdũ erit. Nã
aut Maioratus conſtat ex bonis patrimonialibus
abſque dignitate, ac iuriſdictione, aut ex bonis ha
bentibus dignitatem, ac iuriſdictionem annexã.
¶In primo caſu dicendum erit furioſum in Maio
22 ratu liberè ſuccedere poſſe: cùm † furioſus cuiuſ-
cũq. ſucceſſionis capax eſſe cẽſeatur. l. 1 vbi Odo
fredus. Bar. Alberi. & cæteri. ff. de bono. poſſeſ. in-
fan. vel furio. delata. l. fina. §. tali. C. de cura. furio.
tex. in §. ſui Inſti. de hære. qui ab inteſta. defer. l.
furioſus. ff. de acquir. hæred. l. humanitatis. C. de
23 impub. Sicq. † furioſũ in Maioratu, cui dignitas,
ſeu iuriſdictio annexa non eſt, ſuccedere poſſe, di
xit Ioã. Licerier de Primog. lib. 3. q. 4. n. 13. Tiraq.
de Primog. q. 23. n. 5. Ioan. Igneus qui id etiam in
fortioribus terminis verum eſſe profitetur in q.
vtrum Rex Franciæ recognoſcat Imperatorẽ. nu
mer. 97. Carol. Molin. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 8.
q. 2. numer. 26. Anto. Gometius in l. 40. Tauri.
nu. 69. Greg. in l. 2. tit. 15. part. 2. in verbo. *ſiendo*
*hombre para ello.* ad fin. Quorum ſententia in hac
ſpecie ſequenda eſt, reiecta opin. Soci. conſil. 47.
num. 4. & 5. lib. 3. Qui etiam in hac ſpecie arbitra-
tus fuit Primogenitũ furioſum eſſe à Maioratus
ſucceſſione excludendũ: quanuis Soci. opi. ſequã-
tur in hac ſpecie Io. Baptiſta de Sancto Seueri. in
rep. l. omnes populi. col. 82. verſic. ſunt egregia
verba. Bal. ff. de iuſti. & iur. Cagnol. in procem. ff.
veter. §. diſcipuli. num. 277. Pariſi. conſil. 72. num.
74. lib. 4.
¶In ſecundo caſu, quãdo ſcilicet de Maioratu ha
bente annexam dignitatem ſeu iuriſdictionẽ agi
tur, dicẽdum videtur furioſum eiuſdẽ dignitatis
capacem eſſe. Cùm enim ea dignitas, ſeu iuriſdi-
ctio ſucceſſioni annexa ſit, conſequens eſt, vt ea
in conſequentiam ſucceſſionis, eiuſdem iuriſdi-
ctionis, ſeu dignitatis incapaci deferatur, ex his
quæ ſupra iſto ca. n. 13. cum ſequen. latiùs annota
uimus. Idque verum eſſe profitentur Ioã. Igneus
in d. q. vtrum Rex Franciæ recognoſ. Imperato. n.
97. & Carol. Molin. in conſue. Pariſi. tit. 1. §. 8. q. 2.
n. 26. qui dicunt filium Primogenitũ non eſſe pri
uandum Regni ſucceſſione ex eo ſolùm, quod fu
rioſus, aut mente captus ſit: ſed deberi ſibi dari co
adiutorem, qui Regni iuriſdictionem exerceat,
atque Regnum ipſum adminiſtret.
24 ¶Sed quanuis id prima facie dicendum videatur
mihi autem contraria ſentẽtia probabilior vide-
tur: imò, quòd furioſus nullo pacto in Maioratu
habenti dignitatem, ſeu iuriſdictionem annexã,
ſuccedere poſſit. Idque probatur ex eo, quod di-
xit Ioan. Andr. in addi. ad Specul. tit. de feud. §.
25 quoniã. verſ. 25. q. 76. vbi generaliter cẽſet, † quod
ſi in ſucceſſione Primogenituræ filius ſecũdus ha
bilis cũ Primogenito inhabili concurrat, ſecũdo
genitus erit præferendus. Cuius ſententiã ſequũ
tur Iacob. de Bellouiſo in c. Imperialem. §. prçte-
reà Ducatus. de prohib. feud. alie. per Federi. in
vſib. feu. & ibi Andr. de Iſern. Lucas de Pena. in l.
Tyrones. col. 6. nu. 10. C. de Tyro. l. 12. Bal. in auth.
hoc amplius. C. de fideicommiſ. n. 10. idem Bal. in
l. ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecund. nup. verſi.
ſed pone, quod ex omni matrimonio. Et in l. om-
nes populi. col. 10. verſic. Eſt & aliud exemplum.
ff. de iuſt. & iure. Marti. Lauden. in tracta. de Prin
cip. q. 22. Præpo. in c. 1. de feudo. March. col. 3. ver-
ſic. quando verò Rex. Tiraquellus, *le mort ſaiſit le*
*vif.* par. 2. declara. 13. nu. 2. Alex. in addi. ad Bar. in l.
qui habebat. ff. de bono. poſſe. contra tab. Ripa. in
l. nemo. poteſt. num. 4. & 5. ff. de lega. 1. Corn. conſ.
42. num. 8. lib. 4. Ciſuẽn. in l. 40. Tauri. num. 17. &
ibi Ioan. Lupi. nu. 14. Quod ea præcipua ratione
26 cenſent, quòd † lex præferens Primogenitũ Secũ
dogenito, nõ debeat interpretari aduerſus publi
cam vtilitatẽ, quæ verſatur in eo, quòd Regna &
Prouinciæ, atque cæteræ dignitates, atque ditio-
nes ab habilibus: nõ autẽ ab omninò inhabilibus
gubernentur, & moderentur. l. quod fauore. cum
ſimilib. ff. de legib.
¶Id



¶Id ipſum magis in ſpecie probatur ex eo, quòd
furioſus non poſſit in iure Primogenituræ ſucce
dere, quando Primogenitura ex Regno, ſeu alia
dignitate habente iuriſdictionem annexã conſtat
quod dixit Bal. in c. 1. in princip. nu. 10. de ſucceſ.
27 feud. vbi † conſtanter aſſeuerat quòd quãdo furor
eſt naturalis, ac perpetuus in Primogenito pro-
culdubiò ad ſucceſſionem Primogenituræ Secũ
dogenitus excluſo Primogenito, admittẽdus ſit.
Cuius opi. ſequuntur Aluarot. Marti. de Laude.
Præpo. Matth. de Afflict. & Scrib. ibidem. Idem
Aluaro. in cap. 1. §. mutus Epiſcopum vel Abba.
Præpo. in cap. vnico. an mutus, vel aliàs imper-
fect. Feli. in cap. prudentiam. numer. 3. verſic. vbi
verò eſt dignitas. de offi. delega. Marti. de Laude.
in tracta. de princip. q. 371. & in tracta. de Primo-
ge. q. 40. & Areti. in l. ex duobus. in princ. col. 3.
verſ. & ad hunc ſecundum caſum. ff. de Vulg. Io.
Lupus in rep. c. per veſtras. de dona. inter virũ &
vxor. §. 26. nu. 7. Boeri. deciſ. 204. nu. 34. Iacobi. de
Sancto Georg. de feud. verbo. Quid ſi Rex. col. 2.
verſi. Sed quid ſi Primogenitus. Anto. Gometius
in l. 40. Tauri. n. 69. & Ciſuentes. q. 17. Idque etiã
Io. Licerier. Tiraquel. & Greg. Lop. in locis, qui-
bus eos ſuperiùs citauimus, profitentur.
¶Prætereà id etiam probatur ex l. 2. tit. 15. part. 2.
28 ibi. *ſiendo hombre para ello.* Vbi † in ſucceſſione Re-
gni non ſimpliciter prçfertur Primogenitus Se-
cundogenito: ſed ita demùm ſi ſit habilis ad Re-
gnũ adminiſtrandũ. Quæ habilitas in furioſo da-
ri nõ poteſt, cùm non ſit habilis ad Regnũ regen
dũ nec etiã ad quamcũque aliam iuriſdictionẽ ad
miniſtrandam. l. cùm Prætor. cum ſimilibus. ff. de
iudi. Ex qua lege ea, quæ ſuperiùs diximus cõpro
bantur. Idque etiam pari ratione videtur extendi
poſſe ad Maioratus habentes annexam dignitatẽ
ſeu iuriſdictionem, cùm in eorum recta admini-
ſtratione fauor etiam publicus verſetur, de Re-
gnóque ad Maioratum procedat argumẽtatio, ni
ſi rationis diuerſitas aliud ſuadeat, vt ſupra li. 1. c.
2. & 3. demonſtrauimus.
29 ¶In quo tamen animaduertendũ eſt, quòd † l. illa
partitarũ non ponit qualitatẽ illam. *Siendo hombre*
*para ello.* in filiis, ac deſcẽdentibus Regis mortui:
ſed eis deficientibus, in trãſuerſalibus: quaſi lex
illa velit diſponere, quòd in filiis ac deſcendenti
bus, quib. Regni ſucceſſio magis debita videtur,
hæc qualitas non requiratur, ſed quòd quicũque
deſcendens, ſiue furioſus, ſiue cuiuſcunq. quali-
tatis, ſuccedat in Regno parẽti, ſeu aliis aſcẽden-
tibus. Tranſuerſalis verò deficientibus deſcẽdẽ-
tibus, non ſimpliciter, ſed ita demùm, ſi habilis ſit
ad Regnum regendum admittatur: quod ſummè
conſiderandum eſt. Non enim videtur eſſe abſq.
magno myſterio.
¶Sed quanuis hæc conſideratio vrgere videatur:
mihi tamen non omninò cõcludit, imò exiſtimo,
ideò hęc verba in fine vocationũ appoſita eſſe, vt
omnes perſonas vocatas comprehendant, ſiue aſ
cẽdentes, ſiue tranſuerſales ſint. Clauſula namq.
in fine appoſita, omnia præcedentia comprehẽ-
dit. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. eò præcipuè, quòd
in omnibus tam aſcendentibus, quàm tranſuerſa
libus æquè habilitas ad regnum regendum requi
ratur, ídque oſtenditur apertiùs ex verbis ſequẽ
tibus ibi. *Y no hauiendo hecho coſa porque lo deueſſe*
*perder.* Quæ verba, vt eſt notiſſimum tam aſcendẽ
tes, quàm tranſuerſales compredendunt. Cõſtat
namque, quòd ſiue filius, ſiue trãſuerſalis aliquid
admiſerit, ex quo regni ſucceſſione priuãdus ſit,
erit à Regni ſucceſſione priuandus, vt probatur
ex tex. in ca. licet de voto. vbi omnes Scriben. id
annotare ſolent. Cùm igitur hæc duo ſimul ad
qualificandam Regni ſucceſſionem appoſita ſint
& vtrunque tam aſcendentibus, quàm tranſuer-
ſalibus applicari poſſit, & hoc vltimum, vtriſq. ne
ceſſario adaptandum ſit: cõſequens eſt vt de alte
ro dubitari non poſſit: cùm ex vna parte ſcriptu-
ræ altera declaretur. l. qui filiabus, vbi latiſſimè
per Scri. ff. de le. 1. l. 1. cum ſimilib. ff. de rebus dub.
¶Ex quibus rationibus apertiſſimè comprehẽdi-
tur furioſum ad ſucceſſionẽ Maioratus habẽtis
dignitatem ſeu iuriſdictionem annexam, admittẽ
dum non eſſe. Quod ex Regni ſimilitudine & ex
publica vtilitate, quæ in hoc verſatur, admitti
poteſt.
¶Nec obſtat quòd dignitas ſucceſſioni annexa
ſit, atque idcircò poſſit tranſire in illũ qui eſt ca-
pax ſucceſſionis, etſi dignitatis capax non ſit. Nã
illud intelligendum eſt, quando aliàs talis ſucceſ
ſor eſt aptus ad dignitatem ſeu iuriſdictionẽ ad-
miniſtrandã, quanuis non habeat ad id omnimo
dã aptitudinẽ, prout in infami & ſpurio & fœmi
na diximus, & inferiùs de cęco & muto dicemus.
Secùs tamen ſi ad id omninò inhabilis ſit, vt fu-
rioſus vel Monachus. Tunc nãque is qui Maiora
tum ex dignitate inſtituit, de illo cogitaſſe cenſẽ
dus nõ eſt, repugnantque eius ſucceſsioni verba
l. 2. ti. 15. par. 2. ibi. *Siẽdo hombre para ello.* Sicquę in
caſu cõtingenti obſeruatum fuiſſe accepimus: Id
que cõprobari poteſt ex his quæ infra iſto cap. n.
39. dicemus.
30 ¶Hoc autẽ tripliciter limitari ſolet. † Primò quã-
do furor naturalis eſt, & Primogenitus à natiuita
te furioſus fuiſſe comprehẽditur: ſecùs autẽ quã-
do ex accidenti effectus fuit furioſus. Tunc nãq.
etſi ante Maioratus ſucceſsionẽ furor ſibi ſuper-
ueniat: is furor non ſufficit, vt ad Maioratus ſuc-
ceſſionẽ non admittatur: cũ eo inſtanti, quo ſanę
mentis natus fuit, radicatum fuerit in eius perſo
na ius Primogenituræ. Ideóq. in hoc caſu dãdus
eſt ſibi coadiutor ad Regni gubernationẽ. tex. in
c. grandi. de ſuppl. negli. Præla. vbi Archid. Domi
nic. Franc. & communiter Scrib. id not. Bald. in
c. 1. de ſucceſſio. feud. nume. 10. Tiraquel. qui plu-
ra refert de Primoge. q. 23. num. 2. cum ſequentib.
Quod etiam omnes Scrib. quos ſupra iſto ca. nu.
27. pro dicta opi. Bald. citauimus, profitentur.
31 ¶In hoc tamen animaduertendum eſt, quòd quã-
uis præfati Scrib. non obſcurè ſentire videantur
quod ad hoc, vt furioſus à Regni ſucceſſione ex
cludatur, neceſſariũ ſit, quòd naſcatur furioſus,
& quod impedimentum non ſit accidentale, ſed
31 perpetuum: videtur † tamen idem dicẽdum eſſe, ſi
impedimentum ſit accidentale: dummodò ante
Maioratus ſucceſſionem ſubſequutũ fuerit, atq;
perpetuum ſit. Idque probatur ax eo, quod quan
uis præfati Dd. æquiuocè loquãtur, omnes tamẽ
pro huius dicti probatione allegant tex. in d. c.
grandi, qui palam loquitur in Rege, qui iã in Re
gno ſucceſſerat. Item omnes verba Bal. ſequẽtes
dicti rationem adiiciendo, dicunt: quia in filio iã
32 eſt radicatum ius Regiæ poteſtatis. Conſtat † autẽ
ius Regiæ poteſtatis radicatum nõ eſſe irreuoca-
biliter ante delatam ſucceſſionẽ: cùm ſpes ſucce-
dendi variabilis ſit. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla.
bono. l. pretia rerum. cum ſimilib. ad l. Falcid. Bal.
in l. quanquam. C. eod. Iaſſ. in l. is poteſt. num. 14.
ff. de

ff.de acquir.hæred.Guido.Papę.deciſ.486.Ideó-
33 que † hanc ſpem appellare ſolebat Plato ſomniũ
vigilantium: prout refert Iacob. Philippus Por-
tius conſil.23.nu.46.
¶Item quia capacitas ſucceſſoris tempore delatę
ſucceſſionis (vt ſtatim dicemus) cõſideranda eſt,
& in eo, qui tẽpore delatæ ſucceſſionis furioſus
eſt, eadẽ ratio quæ in eo, qui natus fuit furioſus,
militat. Ideóq; hæc ſentẽtia probabilior videtur
quamnon obſcurè probat d. l.2.tit.15.part. 2.ibi.
*Siendo hõbre para ello*. Quæ verba neceſſariò ad tẽ
pus ſucceſſionis referenda ſunt. Idque apertiùs
probat l.3.eodem titul.& part.ibi. *Y ſi el Rey ſe pri
uare de ſentido proueanle de curador haſta que buelua*
34 *a cobrallo*. Prima† namq; lex loquitur in Primoge
nito ante delatam ſucceſſionem, & inquit, ꝙ ſuc
cedat in Regno, ſi fuerit habilis ad Regnũ regẽ
dum. Secunda autem loquitur in Rege, qui iã in
Regno ſucceſſerat, & inquit, quòd propter furo-
rem ſuperuenientẽ, non priuetur Regno: ſed ſibi
detur coadiutor, qui Regnũ adminiſtret. Idq; in
Maioratus ſucceſſione dicẽdum erit: quanuis in
feudis Scri.in capitulo primo, an mutus vel aliàs
imperfectus, aliter dicere ſoleant, ex rationibus,
quæ ad Maioratus adaptari non valeant.
35 ¶Secundò prædicta regula limitatur, †niſi furio
ſus habuerit filium ſanæ mentis. Tunc namq; nõ
Secundogenitus: ſed filius furioſi ad Maioratus
ſucceſſionẽ admittẽdus erit. Quod in ſpecie not.
Bald.conſil.389.colum.2.verſic.Item pone Primo
genitũ eſſe furioſum.lib.2. vbi eleganter inquit,
quòd ſi Primogenitus ſit furioſus, & habeat filiũ
ſanæ mentis, ipſe ſuccedat excluſo filio Secundo
genito. Idem Bald.in cap.1.an mutus, vel alias im
perfectus.num.1.Soci.conſil.47.num.10.& 11.lib.
3.Id ipſum etiam dixit Ioan. Licerier de Primo-
ge.lib.3.q.5. num.1.& 2. Tiraquel.de Primoge.q.
23.nu.34.Grego. Lopez.in l.2.tit.15.part.2.in glo.
in verb.*Siendo hombre para ello*.
¶Hæc autem limitatio ſubintelligẽda eſt: quãdo
tempore delatæ ſucceſſionis nepos ex filio Primo
genito furioſo natus inuenitur: ſecùs autẽ ſi eo
36 tẽpore natus nõ ſit. Quanuis †enim poſtea naſca
tur Secũdogenitus, cui iam Maioratus ſucceſſio
delata atque acquiſita erat, propter eius exiſtẽtiã
non excludetur. Quod probatur ex text.in l.non
oportet.ff.de legat.2 & in l.interuenit.ff.de lega.
37 pręſta.vbi probatur, quòd †qualitas requiſita ad
ſuccedendum, debet adeſſe pręciſè eo tempore,
quo cedit dies ſubſtitutiõis: nec ſufficit ſi poſteà
ſuperueniat. Idẽ probat text. in l.ſi quis cùm ha-
beret.ff.de ſuis & leg.hæred.& in l.1.§.ſi quis pro
ximior.ff.vnde cogna.& in l.penul. §.quandiu.ff.
vnde leg.& in l.cum ita legatur.§.in fideicõmiſ-
ſo.ff.de lega.2.& in l.peto.§.fratre.ff.eod. & in l.
ſi cognatis.ff.de reb.dub.vbi latiſſimè per Soc.n.
29.& Scriben. Idque ex pluribus comprobãt Ale
xan.conſil.184.n. 2.li.2.Socin.conſil.152.nu.14.li.
1.Curtius Iunior conſil.57.num.11.& 12. & con-
ſil.58.nume.5.& 6.Carolus Ruinus.conſil. 88.nu.
2.li.3.Pariſi.conſil.83.nume.11.& 12.li.2.& conſil.
88.num.31.& 32. eodem libro. Gozad.conſil.36.
num.7.Antonius Rubeus conſil.8.num.1.cum ſe
quentibus.Aymon.conſil.212.nume.6.Bertrand.
conſil.166.num.4.lib.1.Soci.Iunior. conſil.172.n.
24.& 28.lib.2.& alibi ſæpè Scriben. Idque veriſſi
mum eſt.
38 ¶Tertiò prædicta regula limitatur: niſi †furioſus
habuerit dilucida interualla. Is namq; non priua
bitur Maioratus ſucceſſione: etiãſi ei ſit annexa
dignitas, vel iuriſdictio. Quod probatur ex elegã
ti doctrina Bal.in Rub.an mutus, vel aliter imper
fectus.nume.1. vbi inquit, quòd imperfectus de-
notat totalitatem imperfectionis: ſicut mutus to
talitatem mutitatis, ſurdus totalitatem ſurditatis:
39 ideóque †eum, qui non eſt totaliter imperfectus,
inquit non eſſe à ſucceſſione excludendum. Idq.
etiam dixit Aluaro.ibidem.colum.penult. vbi in
quit text.illum intelligendũ eſſe de imperfectio-
ne, quæ efficit quem inhabilem in totum. Quorũ
dicta ſequitur loquens in furioſo, Soci.dict.cõſi.
47.num.11.libro tertio. & eſt de mente omnium
Scriben.quos ſuperiùs citauimus: dicentiũ, quòd
furor excludit Primogenitũ à ſucceſſione: quãdo
ipſe furor eſt naturalis, & perpetuus. Non enim
poteſt dici furor perpetuus ille, qui conſtat ex di
lucidis interuallis, vt pluſquã notiſſimũ eſt. Quæ
limitationes etiam ad ea, quæ inferiùs de muto
& ſurdo dicemus, adaptari poterũt: & hæc de fu-
rioſo dixiſſe ſufficiat.
¶Conſequẽter etiam ex eiſdem rationibus deci-
di poteſt quæſtio alia celebris, & quam hiſce tẽ-
poribus ſatis cõtrouerſam vidimus ſuper ſucceſ
40 ſione Marchionatus de Villanueua: vtrũ †ſcilicet
mutus & ſurdus, à natiuitate valeat ad Maioratus
ſucceſſionem admitti. In qua quæſtione ſicut in
præcedentibus diſtinguendum erit. ¶Nã aut Ma
ioratus ex ſolis bonis patrimonialibus cõſtat: vel
eidem eſt annexa dignitas, ſeu iuriſdicto.
41 ¶Si Maioratus †ex ſolis bonis patrimonialib. cõ-
ſtet, dicendum eſt mutum & ſurdum eiuſdẽ Ma-
42 ioratus ſucceſſionis capacem eſſe. Mutus† nãque
& ſurdus ſucceſſionis incapax non eſt: imò eidẽ
dantur iura ſucceſſionis.l.mutum.ff. de acquirẽ.
hæred.§.fi.Inſti.de hære.quali.& differen.l. cùm
pater.§.ſurdo.ff.de lega.2.l.1.§.mutus.ff.de hære.
inſtitu. Cùm igitur mutus & ſurdus ſucceſſionis
capax ſit: conſequens eſt, vt ſimiliter poſſit in hu
iuſmodi Maioratu ſuccedere cum in eo agatur
de propria ac mera ſucceſſione bonorũ patrimo-
nialium abſque dignitatis ſeu iuriſdictionis ad-
mixtione.
43 ¶Quod etiã in feudis deciſum eſt: quanuis† enim
mutus & ſurdus in feudo ſuccedere non poſſit.
tex.in c.1. An mutus vel alias imperfectus.tex. in
c.1.§.mutus Epiſcopum vel Ab.li.6.ti.26.part. 4.
44 Illud tamẽ fallit: niſi †feudũ eius qualitatis ſit, vt
in eo nullum ſeruitium præſtari debeat, vel ſerui
tium ſit tale, quod per mutũ & ſurdum præſtari
poſſit. Tunc nãque in eo poteſt mutus & ſurdus
ſuccedere: prout dixit Bal.in cap.1.an mutus, vel
aliàs imperfectus.num.2.quem ſequitur ibi Mat
thæus de afflict.num.8.Idem Bald.in cap.1. verb.
libellarie.de pace Conſtantiæ.numer.3.Iacob.de
Bellouiſo.in dict. cap. 1.§.quin etiam Epiſcopum
vel Abba.Alexan.conſil. 136. num.3.lib.1.Coza-
di.conſil.56.num.13.hancque appellat communẽ
opinionem Curtius in tracta.feudorum.5.par.re
gu.1.limita.9.Idque probat dict.l.6.tit.26.part.4.
ibi.*De manera que no pudieſſe ſeruir el Feudo*. Vbi
Grego.verbo. *Mudo o ciego* id ipſum profitetur.
Idque etiam ſequitur in l.2. tit.15.part.2. verb.
*Siendo hombre para ello*.ad fin.
45 ¶Si verò †loquamur de ſucceſſione Maioratus,
cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt: prima fa
cie videtur dicendum, quòd mutus & ſurdus ab
huius Maioratus ſucceſſione excludendus ſit.
Quod probatur ex ſequentibus.

¶Primò



¶Primò: quia, vt prædiximus, mutus & ſurdus in
feudo non ſuccedit.tex.in d. c. 1. cum ſimilib.an
46 mutus, vel aliàs imperfectus. Cũ† igitur nõ ſuc-
cedat in feudo: ergo, nec in Maioratu, cùm vt ſu-
pra iſto li.c.6.annotauimus, ex idẽtitate rationis
de feudo ad Maioratum argumẽtari poſſit. Quod
autem de feudo ad Maioratũ in caſu de quo agi-
mus eadem ratio militet, patet: quia ſicut mutus
& ſurdus eſt incapax feudi: quando eſt inhabilis
ad præſtandum ſeruitium, quod ex natura feudi
debetur. Similiter etiam Maioratus ſucceſſor de
bet eſſe incapax ſucceſſionis Maioratus, quando
eſt incapax eius muneris, quod Maioratus ſuc-
ceſſioni annexum eſt. Cùm autem Maioratui an-
nexa ſit dignitas & iuriſdictio, cuius mutus &
ſurdus incapax eſt ex dec.tex.in l.cùm prætor. §.
fi.cum ſimi.de iudi.l.4 ti.4. par.3. Cõſequens eſt,
vt mutus, & ſurdus ex identitate rationis nõ poſ
ſit in Maioratu ſuccedere.
¶Secundò hoc ipſum comprobatur ex deciſ. tex.
in d.l.6.tit.26.part.4.vbi iure noſtri Regni deciſũ
eſt, mutum & ſurdum non poſſe in feudo ſucce-
47 dere, in †quo conſiderãdũ eſt in Regnis Caſtellæ
nunquam viſum, nec auditum fuiſſe aliud genus
feudi: niſi cõceſſiones factæ à Principe nobilibus
oppidorum cum dignitate & iuriſdictione, ꝓpter
quæ oppida præfati nobiles tenentur ad certum
ſeruitium: veluti ad ſeruiendum tempore belli,
cum certo numero militum, qui vulgò dicuntur
48 *lanças* & ad alia. Qua ratione †vocãtur vaſſalli Re
gis ratione oppidorũ, quæ ex Regia conceſſione
poſſident. Ideóque etſi omnes ex generali obliga
tione ſint in Regno Caſtellæ vaſſalli Regij, & ei-
dẽ ad fidelitatẽ aſtricti, cõſuetudine obtentũ eſt:
vt propriè nõ vocetur vaſſallus Regis: niſi is, qui
ab eo caſtra & oppida obtinuerit. Quod probãt l.
1.tit.25.parti.4.& l.2.tit.26. ead. parti. Sicque in
Regiis prouiſionibus & epiſtolis ſolùm vocãtur
vaſſalli Regis illi, qui oppida & caſtra cũ iuriſdi-
ctione poſſident. De eiſque loquuntur omnes le
ges partitarum.ti.25.qui eſt titulus *de los vaſſallos*.
part.4. Ideóq. cùm in hoc regno nõ ſit aliud feu-
di genus, niſi huiuſmodi donationes: conſequẽs
eſt, vt ad huiuſmodi Primogenia ſit præfatæ legis
diſpoſitio referenda.
¶Tertiò id comprobatur ex eo, quòd quanuis hu
iuſmodi donationes in aliis feudi naturam nõob
ſeruent: nihilominus tamen feuda ex conſuetudi
49 ne Hiſpaniæ dici poſſint. Obſeruãt †nãque in feu
dis diuerſæ prouinciæ diuerſas cõſuetudines. In
Italia namque feudum mortuo parẽte, æquis por
tionibus inter filios diuiditur: in Gallia autem Pri
mogenito debetur. In Germania verò diuerſa cõ
ſuetudo obſeruatur. Alberi.in Procem.ff.veter.§.
diſcipuli.Marti.Lauden. in tracta.de Primog.q.
16.Matth.de Afflict.c.omnes filij.numer.3. ſi de
feudo fue.contro. Ideóque dicebat Bal.in c.ſi qua
50 controuerſia.nu.1.de pace Conſtantiæ, †quod ſi
Imperator concedat feudum in Italia, ſecundùm
conſuetudinem Italiæ videtur illud cõceſſiſſe, &
è cõuerſo ſi Italo in Germania feudum donet cẽ
ſeatur illud donaſſe iuxta Germaniæ conſuetudi
nẽ. Quod etiam plures Scri.quos ſupra iſto li.c.3.
num.4.citauimus, profitentur. Ideoque quanuis
in aliis præfatæ cõceſſiones à feudi natura dege-
nerent, nihilominùs feuda eſſe cenſeri debẽt. Pa
cto namque ſeu conſuetudine à natura feudi re-
51 cedi poteſt, & nihilominùs †feudum propriè na-
turã feudorũ non ſeruans, feudum erit.tex.in c.1.
de feudo non haben.propi.nat.feud. Præpoſitus
poſt Bal.in procem.feu.col.7.verſic.tamen quan-
doque. Curtius in tracta.feud.par.1.q.6.Anto.Na
52 ta.conſil.467.nu.22.li.2. Quinimò † etiamſi domi
nus vaſſallum ab omni ſeruitio liberet: non tamẽ
per hoc feudũ eſſe deſinet, vt tradit Bal.in l.1.col.
4.q.16.ff.de rer.diuiſio. Præpoſi.in d.procm. feud.
col.7.verſic.& proinde. Roland.à Valle.conſil.2.
num.135.Sylua.conſil. 42. numer.5. & alibi ſæpè
Scrib.
53 ¶Quartò, id ipſum oſtenditur †ex Regni ſimilitu-
dine, in cuius ſucceſſione nõ Primogenitus ſim-
pliciter, ſed is tantùm, qui habilis fuerit, ſuccede
re debet.d.l.2.tit.15.part.2.ibi. *Siendo hombre para
ello*. Quod pari ratione in Maioratibus dignitatẽ
ac iuriſdictionem habentibus dicendũ videtur:
ſicut enim Regnum vocatur reſpublica: ita etiã
54 †vniuerſitas cuiuſlibet ciuitatis, ſeu oppidi reſpu
blica appellatur.l.1.cum ſequen.C. de iure reipu.
Et etiã recipit damnum reſpublica cuiuſlibet ci-
uitatis habendo dominum inutilem: ſicut prouin
cia habendo Regem inhabilem, atque ea ratione
idẽius in ea ſtatui debet.l.illud.cum ſimilib.ff.ad
55 l.Aquil. Eo maximè, ꝙ †quælibet ciuitas hodie ha
beat vim prouinciæ.glo.in l.fin. verb.id eſt.C.de
præſcrip.longi.tempo.Iaſſ.in l. 1. numer.22.ff.de
offi.eius, cui eſt manda.iuriſ.Curtius Iuni.in l.Im
perium.ff.de iuriſdict.omni.iudi. Alcia. in cap.
quod ſedem.nu.86.de offi.ordin.
¶Quintò, idipſum probatur ex eo, quòd in Maio-
ratibus habentibus dignitatẽ ac iuriſdictionẽ an
nexam, Secundogenitus habilis, Primogenito in
habili pręferendus ſit: prout ſupra iſto c.num.25.
oſtenſum eſt. Quod genericè in qualibet re, quæ
iure Primogeniturę cõceditur, decidi videtur in
l.20.tit.3.lib.4.ordi. Quæ eſt l.10.tit.4.lib.6.in no-
ua ll. reg. collectione, quę lex in id attendenda
erit.
56 ¶Sextò, hoc etiã ſuadetur ex eo, quòd † mutus &
ſurdus furioſo æquiparari ſoleat.l.poſt ſuſceptã.
vbi Bal.ff.de excuſa.tuto.d.l.cùm prætor.§. fina.
ff.de iudi.tex.in l.diſcretis.vbi per Scrib. C. qui
teſta.facere poſſ.ideóq. dixit eleganter Bar. in l.
57 ex facto, num.28.ff.de vulga. Quòd† ſicut furioſo
& mente capto ſubſtitutio exemplaris fit: ita etiã
muto & ſurdo etiam fieri poteſt, cuius opi.aſſerit
communem eſſe Alex.ibidem.nu. 41.& Dec.in l.
humanitas.C.de impub.nu.6. Cùm igitur mutus
furioſo æquiparetur: ſequitur, ꝙ idẽ in eo quod
in furioſo dicendum ſit.
¶In contrarium autẽ plura adduci poſſunt. ¶Pri-
58 mo †quod capacitas ſucceſſionis in dubio præſu-
mẽda ſit: adeò vt omnis ille ſucceſſibilis repute-
tur: qui de iure prohibitus non oſtenditur.l. non
minus ff.de hæredi.inſti.l.ab ea parte, vbi glo.&
Scri.ff.de probati. Mutus autẽ & ſurdus à ſucceſ-
ſione horum Maioratuũ dignitatẽ ſeu ſucceſſio-
nẽ annexã habentiũ, excluſus nõ inuenitur. Igi-
tur neceſſariò dicendum erit, illum eſſe huiuſmo
di ſucceſſionis capacẽ: eo præſertim quod in hac
ſucceſſione dignitas veniat in ſucceſſionis conſe
quentiam: ex his quæ ſupra iſto c.n.13.diximus, &
infra nu.67.dicemus.
59 ¶Secundò: quia †mutus intelligens, furioſo nõ æ-
quiparatur, imò abſq. curatore cõtrahere poteſt
atque omnes illos actus exercere, qui verbis non
expediuntur. Quod dixit Bar.communiter ſequu
tus in l.1.in prin.nu.11.ff.de verb.obliga. l. ſeruo
inuito.§.penult.ff.ad Trebel.l.mutũ. vbi per Scr.
ff.de

ff.de acq.hæred.Deci.in l.vbi non, voce.ff. de re.
iur.nu.1.cum ſequen.
¶Nec obſtant ea quæ in cõtrarium adducta fue-
runt.¶Et primò non obſtat id,quod in feudo de-
60 ciſum eſt.Iura†namque feudalia non poſſunt ad
Maioratus trahi:quãdo id,quod in feudis deciſũ
eſt,iuri communi aduerſatur:etiam ſi eadẽ ratio
in vtroque caſu concurrat:prout ſupra,iſto li.c.7.
num.5.& 6.oſtenſum eſt. Quod autem mutus &
ſurdus à ſucceſſione repellatur cõtra omnesiuris
communis regulas eſt:cùm ſemper mutus & ſur-
dus ad quamcũque ſucceſſionem admittatur, vt
ſupra iſto c.num.41.cum ſeq.oſtenſum eſt. Igitur
conſtat de vno ad alium in hoc caſu argumẽtum
non procedere. Quod preſertim in hoc caſu di-
cendum erit:cùm, vt notiſſimum eſt,conſtet de
feudo ad Maioratum plures differentiæ rationes
aſſignari poſſe.
¶Non etiam obſtat ſecũda & tertia ratio: nã has
rationes in effectu eaſdem cũ prima eſſe cõſtat,
61 cùm†lex partitarum in feudis loquatur.Quæſtio
autem noſtra in bonis allodialibus propoſita ſit,
nec poteſt dici leges Regias de feudis loquentes
adMaioratus ex vaſſallis ac dignitatib.inſtitutos
adaptandas eſſe: cùm non ſit in his Regnis aliud
feudorum genus,& poſſidentes oppida & caſtra
ſolum vaſſalli dicantur.nã ſi bene leges partitarũ
conſiderentur apertiſſimè cõprehendetur eas iu
ra feudalia antiqua ad literam traduxiſſe,nec ali
quid aliud nouũ in feudis induxiſſe.Qua ratione
nullo pacto ad ſucceſſiones Ducatuũ ſeu Marchi
onatuũ adduci poterut,cùm plura eorum ſucceſ-
ſioni cõtraria circa fœminarum excluſionem, &
alia in eis inueniãtur: & quanuis in hoc Regno
nõ eſſent alia feuda,ſufficeret ad hoc vt legesRe
giç de feudis loquẽtes ſuperfluæ nõ eſſent,quòd
ea eſſe poterunt in futurum,& quòd etiã hucuſ-
que fuiſſe potuerint. Lex nãque de his,quæ con
tingere poſſunt,fieri debet.l.nã ad ea ff.de legib.
62 Et †quanuis id,quod lege cauetur,nũquam con
tingat:nihilominùs legis virtus conſeruatur.l. &
Attilicinius.ff.de ſeru.ruſti.prædio. l. hæc autem
iura.ff.de ſeru. vrba. præd.Iaſſo.in l.beneficium.
ff.de conſti.Prin.nu.53.Iaſ.qui id optimè reſoluit
in rep.l.de quibus.n.33.ff.de legib.
¶Imò non eſt verum dicere quòd in Regno Ca-
ſtellæ nullum aliud feudum inueniatur. Sunt nã-
que in his Regnis plura feuda,quæ veram ac pro
priam feudorum naturam obſeruant,quod apud
Galeciam frequentiùs vſitatum eſt,vbi propènul
lus ex optimatibus vel nobilibus illius Regni in
nititur, q. nõ ſit feudatarius Eccleſiæ diui Iacob,
ſeu aliarum Eccleſiarum illius Regni: pluráque
oppida & caſtra ab eiſdem Eccleſiis iure feudi
poſſideat,eíſque pro illis quotãnis ſeruitium prę
ſtare ſoleat.
¶Nõ etiam obſtant quarta & quinta ratio, quòd
ſcilicet in Regni ſucceſſione non ſit admittẽdus
Primogenitus,qui nõ ſit habilis ad Regnũ admi-
niſtrandum,& quòd pari ratione idem ſeruandũ
63 ſit in aliis Primogenituris. Nã†quanuis hæc ob-
iectio nimium ſtringere videatur, adhuc non eſt
verum dicere,quòd eadẽ ratio militet in ſucceſ-
ſore Regni,quæ militat in quolibet alio ſucceſſo
re Maioratus habentis annexã dignitatẽ, ſeu iu-
riſdictionẽ. Differt enim totius Regni ſuprema
iuriſdictio & moderatio ab vnius Comitatus vel
Ducat⁹ iuriſdictione & gubernatione,in quo nõ
ſuprema,ſed inferior iuriſdictio cõprehenditur.

Ideóque de vno caſu ad alterum argumentatio
non procedit,vt ſupra iſto lib.c.3.nume.19.oſten
ſum eſt.
64 ¶Itẽ† ſi mutus,& ſurdus perſpicacis ingenij eſt,
nõ poteſt dici omninò inhabilis ad ſucceſſionẽ
Maioratus,cui iuriſdictio annexa eſt: cùm poſſit
auditus & loquelæ defectum ingenium ſupplere
prout refert Bar.de quodã muto perſpicacisinge
nij in l.1.in princip.n.7.ff.de verb.obli.qua ratio-
ne poterit dignitatem & iuriſdictionẽ acquirere
in conſequẽtiam ſucceſſionis,prout ſupra iſto c.
*num.13.oſtenſum eſt,& infra.n.67.dicemus.* atq.
etiam nu.26.declarauimus.
65 ¶Itẽ non obſtat†l.10.tit.4.lib.6.in noua leg.Reg.
collectione.Ea namque lex in ſtipendiis,quæ dã
tur à Rege parentibus ad vitam,loquitur,queibi
dem præcipit Rex,vt præſtentur filiis Primogeni
tis habilibus:inhabilibus autẽ nõ. Cùm enim ea
ſtipendia Rex propter ſeruitium voluntariè præ
ſtet,non mirum ſi filiis habilibus poſt mortempa
rentum ea præſtanda eſſe præcipiat: inhabilibus
autem non.Ideóque lex iſta nõ meretur adcaſum
de quo agimus adaptari.
¶Non etiam obſtant ſexta & vltima ratio, quòd
ſcilicet mutus & ſurdus æquipareтur furioſo: nã
illud nõ omninò verum eſt,vt colligitur ex Bar.
& Scriben.in d.l.1.in princip.ff.de verb. obliga.
Et quanuis id verum eſſet:in muto tamẽ & ſurdo
hebetis ingenij:non autem in muto & ſurdo per-
ſpicacis ingenij intelligẽdũ eſt, vt ſuperiùs anno
tauimus.Ex quibus hæc opinio probabiliorreddi
videtur:ſecundùm quam fuit bis pronunciatũ in
Regio Grancrenſi conuentu in cauſa, quæ ibidẽ
agitata fuit ſuper Marchionatu de Villanueua.
Quæ opi.quanuis in muto & ſurdo, in quo ſigna
perſpicacis ingenij atque recti intellectus appa-
rẽt ꝓculdubiò vera ſit.In muto autẽ hebetisatq.
obtuſi ingenij,& qui nihil intelligit, procedere
non videntur:cùm ex ſupradictis,deeo,idẽ quod
de furioſo & mente capto, dicendum videatur.
Ideóque cùm caſus iſte vltimus contigerit,de eo
deliberandum erit.
¶Ex his etiam decidi poterit quæſtio de cęco,cui
Maioratus ſucceſſio delata eſt.Nam ſi Maioratus
ſucceſſio in bonis patrimonialib, cõſiſtat, ea pro
culdubiò ipſi cæco adiiciẽda erit:cùm nullo iure
66 prohibitus ſuccedere inueniatur.¶Si verò†ex di
gnitate ſeu iuriſdictione Maioratus conſtet: quã
uis à iuriſdictionis exercitio cæcus repellẽdus ſit
vt probatur ex tex.ſecudum communem intelle-
ctum gloſ.& Scrib.in l.cæcus.ff. de iudi. poterit
tamen in eodẽ Maioratu ſuccedere:cumdignitas
atque iuriſdictio veniant in conſequentiã ſucceſ
ſionis.Quod ſic reſoluit Bar.poſt Dinũ ibidem in
67 d.l.cæcus.ff.de iud.vbi elegãter inquit†quòd cæ-
cus,qui à iure prohibetur iudicare,poterit iuriſ
dictionẽ acquirere ex ſucceſſione alicuius baro-
nis.Cuius dictum ſequitur Iacobinus.nu.2.poſt
Paulum.& Angel.ibidem.Atq; Abb.conſi.47.n.
2.lib.1.Ioan.de Platea.in l.1. C. qui morbo ſe ex-
cuſant.lib.10.Grego.in d.l.2.tit.16.part.2. in gloſ.
verb.*Siendo hombre para ello.*ante fin.Et Nicolaus
Boer.deciſ.204.nu.35.
¶Conſequenter autem reſoluenda ſe offert alia
68 quæſtio celebris & aſſidua,vtrũ†ſcilicet in Maio
ratib. Hiſpaniæ ſuccedere valeat monachus,aut
monialis, ſiue quilibet alius religioſus. In qua
queſtione diſtinguẽdũ mihi videtur.¶Nã aut mo
nachus ꝓfeſſus eſt in religione ſucceſſionis inca
paci



paci etiam in communi. ¶ Aut profeſſus eſt, in
ea quæ ſucceſſionis in communi capax eſt.
¶In primo caſu dicendum eſt indiſtinctè mona-
chũ huiuſmodi à Maioratus ſucceſſione eſſe ex-
69 cludendum.Cùm enim † is monachus monaſte-
rium ſucceſſionis incapax profeſſus fuerit:con-
ſequens eſt,vt pro mortuo reputandus ſit,fiatq;
locus ſequenti vocato: ac ſi non eſſet in rerũ na-
tura. Idẽ nãque operatur ſucceſſionis incapaci-
tas,quod mors.l.1.§.Sed ſi patronus, ff. de cõiũg.
cum emancipa. libe. eius. iunctis his quæ ſupra
iſto lib.c.9.nu.29.cum ſequen.latiùs adduximus.
70 Qua ratione dicere ſolẽt Scrib.filiam† excluſam
ab ſtatuto à parentis ſucceſſione propter maſcu-
los nõ excludi propter maſculũ monachũ profeſ-
ſum in monaſterio religionis incapace.Quod di-
xit Bart. in l. prima §. qui habebat. numero
tertio. ff. de bon. poſſeſ. cont. tabu. Bal.in l.frã-
tres. numero 13. C. de inoffi. teſtam. idem Bal-
dus in l.ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecundis
nuptiis. Ioannes Licerier, qui plura refert. de
Primogeni. lib. 3. q. 4. numero 9. Decius conſil.
333. numero 4. Iacob. Philip. Portius. qui plura
etiam in idem adducit conſil.23. numero 9.& 10.
Idque veriſſimum eſt.
¶In ſecundo caſu quando ſcilicet monachus,re-
ligioſus profeſſus eſt in monaſterio capaci,ſaltim
in communi ſubdiſtinguendum eſt. ¶ Nam aut
Maioratui annexa eſt dignitas ſeu iuriſdictio.
¶ Aut ſolùm ex bonis patrimonialibus conſtat.
71 ¶ Si † Maioratui dignitas,ſeu iuriſdictio annexa
ſit,dicendũ videtur, eo non obſtante eiuſdẽ Ma-
ioratus ſucceſſionem monaſterio deferendã eſſe
durante vita monachi,quod ex pluribus ꝓbatur.
72 ¶primò:quia† monaſterium huiuſmodi mediãte
perſona monachi ſucceſſionẽ capere poteſt.Tex.
in authen. ingreſſi. C. de epiſcopis & cleri.tex.
in authen. de monachis. §. illud. & in capit.in
præſentia, vbi latiſſimè per Scriben. de proba.
text.in capit.cùm ad monaſterium, & in c.quod
Dei timorem,de ſtatu monacho. Philippus Por-
tius,qui plura refert d. conſil. 23. nume.30.& 31.
Cùm igitur monaſteriũ hoc ſucceſſionis capax
ſit,ſimiliter dicendum erit,eum eſſe capacem di-
gnitatis ac iuriſdictionis,quæ ſibi venit in cõſe-
quentiam ſucceſſionis: quãuis aliàs eiuſdem di-
gnitatis, atque iuriſdictionis incapax extitiſſet,
ex his,quæ ſupra iſto c.n.13.adducta ſunt.
73 ¶ Secundò : quia † monachus etiam poſt factam
profeſſionem retinet ius prioritatis in gradu,at-
que omnia iura agnationis:prout arbitratur Bal.
in authen.ſi qua mulier.nume.10. C.de ſacroſan.
Eccle.Segura.in repe.l.cohæredi.§. cùm filiæ nu.
43.ff.de vulga.
74 ¶Tertiò:quia † monachus nõ perdit iura ſangui-
nis: prout dixit Lapus. allega. 101. vbi eleganter
proſequitur materiam.Bal.in c.cum in magiſtrũ
de elect.numer.3.Abb.in c.quia nos.de teſta.nu.
2.Tiraquel.de Nobilita.c.26.nu. 8. Imò ſuccedit
in hæreditate, quæ iure ſanguinis defertur. Tex.
in c.vno.18.q.1.Tiraquel.d.q.n.8.
75 ¶Quartò:quia†monachus etiam retinet iura ſui-
tatis.Bart.in dict.authen. ſi qua mulier.nu.5. C.
de ſacroſan. Eccle.Bald. in l.ſub conditione, vbi
Ang.Paul.& Alex.ff.de libe. & poſthu.Tiraquel.
qui plura refert dicto. cap.26.nu.9.
76 ¶Quintò:quia†monachus etiã in bonis feudali-
bus ſuccedit,quibus nõ eſt annexũ ſeruitiũ,quod
à monacho præſtari non valeat:prout arbitratur

Cinus in Authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. Ec-
cleſ. Cuius dictum communiter tenetur ſecun-
dùm Salicet.ibidem numero 10. Quod etiam ſe-
quitur Iaſſ.ibi. nu. 47.Bal.in authen.niſi rogati.
C.ad Trebel.numer.15. Abb.poſt Innocen.Ioan.
Andr.& Anto.in cap.in præſentia de proba.nu-
me. 69.Cuius opi.aſſerunt communem eſſe Feli.
ibi.numer. 44. cum ſequen.& Deci. numer.290.
Idq; apertiùs procedit in feudo,in quo fœmina
ſuccedit, vt etiam aduertũt Felin. in dicto capit.
in præſentia.num.47.& Decius. nu. 29.Atque in
feudo franco & libero, vbi eſt conceſſa proprie-
tas,vt ex pluribus probat Oldraldus conſil.224.
& Decius in dicto capit.in præſentia. nume.293.
poſt Felin. & cæteros Scrib. ibidem. Matth. de
Afflict.deciſ.320.n.2.& 3. Curtius Iunior in tra-
cta. feudorum. 2. part. 3. partis principalis. q.10.
Iulius Clarus lib.4.recepta. ſenten.§.feudum.q.
78.in princ.vbi hanc cõmunẽ opi.eſſe profitetur.
77 ¶Sextò:quia†monachus ſuccedit in bonis fidei-
commiſſo ſubiectis atque alienari prohibitis:
prout arbitratur Abbas in dicto ca.in præſentia.
nu.63.poſt Ioan.Andr.ibi.cuius dictum ſequitur
plura in idem adducens Auguſtin. Beroius.ibid.
78 nume.554. Qua ratione † etiam in melioratione
tertiæ partis bonorum facta à parente ſuccedit
prout dixit Segura in rep.l.cohęredi.§.cum filię.
79 n.64.ff.de vulga.Idque†durante ſolum vita mo-
nachi procedit: eo autem defuncto, bona feudo
ſeu fideicommiſſo ſubiecta, ad ſequẽtes vocatos
deuoluentur, vt ex pluribus oſtendit Bal.in cap.
quæ in Eccleſiarum. numero 9. de conſti. Idem
Bald.in authen.niſi rogati.C. ad Trebel. numer.
15. Deci. in dict. cap. in præſentia.numer.290.&
Auguſti.Beroius.num.554. Capicius deciſ.10.nu.
10.Iulius Clarus.dict.q.78.verſ.quę tamẽ opinio.
80 ¶ Septimò & vltimò,quia † ſtante ſtatuto exclũ-
*dente fæminas propter maſculos, fauore agna-*
tionis fœmina excludetur mediãte perſona mo-
nachi, qui profeſſus fuit in monaſterio capaci
bonorum in communi.Quod dixit Lapus allega.
101.col.2.verſic.in contrarium cũ ſequen. Alber-
tus Brunus de ſtatuto excludente fœminas pro-
pter maſcul.2.artic.principa.q.12. Pariſ.conſ.47.
numero 63. lib. 3.Iacob.Philip.Portius conſil.23.
numero 32. Quod ſentire videntur omnes Scrib.
quos ſupra iſto cap.numer.70.citauimus, dicen-
tes exiſtente prædicto ſtatuto fœminas non ex-
cludi propter fratrem profeſſum in monaſterio
ſucceſſionis incapaci : cùm à cõtrario ſenſu om-
nes contrarium in monacho monaſterij capacis
profiteri videãtur.Cùm igitur monachus ſucceſ-
ſionis capax ſit, retineátq; poſt profeſſionẽ iura
ſanguinis agnationis, ſuitatis & prioritatis gra-
dus,ſuccedátq;in bonis feudalibus,atq; fideicõ-
miſſo ſubiectis atq; etiã vbi agnationis fauor cõ-
ſideratur:nullo pacto dici poterit illũ in Maiora-
tu ſuccedere nõ poſſe,&per cõſequẽs in dignita-
te & iuriſdictione ipſi ſucceſſioni annexa,atque
neceſſaria.Ex his quæ ſupra iſto c.n.13.& n.67.la-
tius adducta ſunt.¶In cõtrariũ autẽ plura vrgere
videtur.¶Et primo quia ius Regni Ducatus, vel
Comitatus vel ſimiliũ dignitatũ nõ trãſit ad mo-
naſteriũ ſed potiùs ad hæredes ſanguinis defer-
tur:prout dixit gloſ.notabil.in cap.ſcripſit.nobis
Theberga mulier.verb.dignitate 27.queſt.2.Quã
ibi Archidi.& cęteri Scriben.ſequũtur.Id ipſum
etiã not.Bal.in c.cum in magiſtrũ.n.3. de electio.
idem Bal.in l.Deo nobis.§.hoc etiã. num.2.C.de

Epiſcop.& cleri. & in l.data opera. nu.44.C.qui
accuſa.non poſſ.ſpecula.tit.de ſtatu monachorũ.
numer. 15. Deci. in d. c.in præſentia.numer.74.
Nicolaus de Vbal.de ſucceſſ.ab inteſta.2.par.n.
2.Lauden.de Primoge.lib.13. q. 22. Ioan.Licerier
de Primoge.lib.13.q.4.num.15.Cifuentes in l.40.
Tau.q.6.& ibi Pala.Ruui.n. 18. & Anto. Gome-
tius nume.66. & Grego. in l.2.tit.13.part.2.verb.
82 *Siendo hombre para ello.* Qui omnes † concludunt
monachum non poſſe ſuccedere in Regno, Co-
mitatu, Marchionatu, Ducatu ſeu Baronia: eò
quia monachus nõ poteſt per ſe hęc regere, neq;
adminiſtrare: quæ ratio ad omnes Maioratus iu-
riſdictionem habentes adaptari poteſt: cũ mona-
chus non ſit capax iuriſdictionis ſecularis.tex.in
cap.1.& per totum.Ne clerici, vel monachi.
83 ¶Secundò, id ipſum probatur ex eo, ꝙ † quanuis
monachus profeſſus ſit in monaſterio capaci: nõ
tamen poteſt ſuccedere in oppidis & caſtris iu-
riſdictionem habentibus.Text.in capit.recolen-
tes, qui loquitur, in monachis Ciſtercienſibus.
de ſtatu Monachorum. Per quem tex. dixit Ab-
bas ibidem.ante num.1.Quòd monachi non poſ-
ſunt ſuccedere in oppidis cũ iuriſdictione. Quod
etiam apertiùs probat text.in l.27.tit.7.parti.1.
84 ¶Tertiò, quia † monachus non poteſt ſuccedere
in feudo, quod habet annexũ tale ſeruitiũ, quod
à monacho præſtari non poſſit: prout probat
text. qui ſic communiter intelligitur in cap. qui
clericus. ſi de feud. fue. controuer. in cap. 1. de
mili. Vaſſa. qui arm.belli depo. Idque dixit Bart.
in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.nu.3.ff.de damn.
infect. Curtius de feud.2.part.3. partis. num. 16.
Guillelm.Benedict.in rep. c. Rainutius. verb. &
vxorem.deciſ.3.nume.1.& 2.Matth.de Afflict. in
cap.1.§.& hoc illud.numer.8.de benefi. fœminæ.
Idem deciſ.320.numer.6. Iulius Clarus lib.3.ſen-
ten. §. feudum. q. 78. verſic.ſed hæc concluſio.
Qua ratione in Maioratu monachus ſuccedere
poteſt, cui eſt annexum onus, quod à monacho
adimpleri non poteſt: cùm in hoc caſu nõ videa-
tur poſſe de feudo, ad Maioratum congrua ratio
differentiæ aſſignari, hocque in feudis iuſta at-
que iuridica ratione introductũ fuiſſe videatur.
85 ¶Quartò, quia † quando legatur aliqua res, cuius
commercium eſt apud omnes non tamẽ eſſe po-
teſt apud legatariũ, legatum eſt nullũ: ſi teſtator
impedimentũ legatarij ignorauit. Si verò impe-
dimentum ſciens id fecit, res legata non debe-
bitur: ſed ſolùm eius æſtimatio. l. ſed ſi res. ff.de
legat.1.quã maior pars Scrib.legit ſimul cum l.a-
pud Iulianum.§.conſtat.ff.eo. tit. per quem text.
cenſuerunt Paul.num.1. Alexand. num.1. & Iaſſ.
num.35.& 36.& communiter Scrib.in d.§.cõſtat.
86 Quod † quando legatarius non poteſt vti re lega-
ta ex impedimento iuris, vel facti priuandus ſit
legato: ſi teſtator ignorans impedimentum id fe-
cit, & quanuis in re legata fiat diſtinctio ſcientię
vel ignorantiæ fauore vltimæ voluntatis: in re
tamen donata ex contractu ſemper abſque vlla
diſtinctione donatio nullius momenti eſt. Quod
vltra text.& Scriben.in d.l.ſed ſi res, probatur ex
text.vbi etiam Scrib.id notant in l. filiusfamilias
§.ſed alicui. ff. de legat.1.& in l.fideicommiſſa. §.
ſi ſeruo.ff. de lega. 3. Bar. & cæteri in l. multum
intereſt.ff.de verbo.obliga.Bal.in authen, ingreſ-
ſi.n.18.C.de Epiſcopis & cleric. Idque etiã notat
Lãcelotus in l.cæcus.ff.de iudi.& probat l.14.tit.
9. part. 6. Ex quibus notat Bar.in l.fi.C.de veſti.
Olobe.li.11.nume.2. & in l.1.numer.1.C.null.lice.
87 in fræn. eod. lib. Quod † ſi maritus legat omnes
veſtes vxori, ſub hoc legato veſtes illę non com-
prehendentur, quæ ex diſpoſitione leg. vel ſtatu-
ti mulieribus prohibitæ ſunt. Cuius doctrinam
ſequuntur ibidẽ Ang. Ioan. de Platea & Iacob.
Rebuf. idque etiam notat Bart.in l.quanuis.ff.de
auro & argento.lega.n.2.Bal.in l.cũ te.C.de do-
na.ante nup.nu.5.Ludo.Ro.& Franc.de Areti.in
l.multum intereſt. ff. de verb.obliga.Alex.Areti.
& Moderni.in d.l.ſed ſi res.
¶Quæ omnia cõprobantur ex exemplis, quę po-
nit glo.in dict. l. ſed ſi res.verbo.non habet, vbi
declarans quando dicatur rei legatæ non eſſe cõ-
88 mercium apud legatarium inquit: veluti † ſi mu-
to legetur militia cãtoris, vel debili militia cur-
ſoris, vel ſeruo militia liberi: quam gloſſam ſe-
quitur Bar. Alber. Bal. Ang. Imol. Cuma. Paul.
Ang.de Perig. Alexand. Aretin. Iaſſ. Lancelo. &
Claudius in dict.§.conſtat.Idque probat gl.in d.
l.multum intereſt. ff.de verb.Oblig. verb.placet
quã etiã ibi cõmuniter Scribentes ſequũtur. Quę
exempla monachis optimè applicari poterunt.
Nõ enim magis impertinẽs eſt legatũ militię cã-
toris factum muto, vel militiæ curſoris factũ de-
bili: quam eſſet vocatio ad ſucceſſionem Maiora-
tus, in quo familiæ ac memoriæ cõſeruatio præ-
tenditur dignitáſque ac iuriſdictio comprehen-
ditur facta monacho, vt plus quã notiſſimũ eſt.
89 ¶In quo conſiderandũ eſt, quod † diſpoſitio text.
in d.l.ſed ſi res, & iuriũ, quę ſuperiùs citauimus
procedunt, & habent locũ: quando perſona lega-
tarij, vel fideicommiſſarij eſt certa: & nihilomi-
nùs ſi rei fideicommiſſo ſubiectæ commercium
nõ habet fideicommiſſum, eſt ipſo iure nullũ: &
in caſu de quo agimus, à cõmuniter accidẽtibus,
omnes vocati poſt primos ſucceſſores ſunt per-
ſonæ incertæ, quas inſtitutor, nec cognouit, nec
cognoſcere potuit. Ideóque præſumptio, ꝙ inſti-
tutor ex qualitate oneris annexi, vel ex fideicõ-
miſſarij incapacitate, noluerit eum vocare, eſt
vrgentior, ac magis neceſſaria: quàm in caſu illã-
rũ legũ: eo præſertim ꝙ in caſu de quo agimus,
agatur de re, in qua pręcisè in proprietate ſuc-
cedendum eſt. Nec poteſt aliquo pacto deberi æ-
ſtimatio: in qua ſpecie apertiùs ea, quæ prædixi-
mus, procedunt.
¶Quintò, id ipſum comprobatur ex eo, quod in
ſucceſſione Regni atque dignitatum Regaliũ, &
Maioratuum iuriſdictionem annexam habentiũ
potiùs reipublicę vtilitas ac ſucceſſoris habilitas
quàm gradus prærogatiua inſpicienda ſit. Adeò,
vt quando Primogenitus eſt inhabilis, Primoge-
nitura Secundogenito referenda ſit: prout ſupra
iſto ca.nu.25.apertiùs oſtendimus. Non autẽ po-
teſt conſiderari maior inhabilitas in aliqua alia
perſona: quàm in monacho, in caſu de quo agi-
mus, vt omnibus conſtat.
90 ¶Sextò, id etiam oſtenditur ex eo, † ꝙ in Maiora-
tuũ diſpoſitionibus, pro diſpoſito habeatur om-
ne illud, quod inſtitutor veriſimiliter diſpoſuiſ-
ſet: ſi de eo interrogatus eſſet.l.Titius.§. Lucius.
ff.de libe.& poſthum.glo.ordina. in l. talẽ pactũ.
§.fin.in glo.verbi, per exceptionẽ.ff.de pact. Qui-
bus plura cumulat Tiraquel.in l.ſi vnquam.C.de
reuocan.dona.in prin.legis.nu. 55.ſed clariſſimũ
eſt, quod ſi Maioratus, cui dignitas ac iuriſdictio
ineſt, inſtitutor interrogatus fuiſſet: vtrũ vellet,
quòd in eo monachus ſuccederet: nedũ illud nõ
permi-



permiſiſſet, ſed & meritò abhorreret. Conſequẽs
igitur eſt ꝙ nullo pacto monachus ad huiuſmodi
Maioratus ſucceſſionem aduerſus præſumptam
inſtitutoris voluntatẽ admittendus ſit. Quæ ſo-
la ratio ſufficere videtur, ad huius articuli deci-
ſionẽ. ¶Septimò: quia pręcipuus Maioratuũ finis
in familiæ ac memoriæ conſeruatione verſatur:
91 prout ſupra iſto lib.c.11.n.3.oſtenſum eſt. Ex † mo-
nachi autẽ ſucceſſione per tẽpus vitæ ſuæ memo
ria inſtitutoris penitùs ſupprimitur, atq; abole-
tur: nec nomẽ, nec arma inſtitutoris, nec eius fa-
miliæ ac maiorũ ornamenta eo tẽpore videntur,
nec apparent. Ideóq; nõ eſt credẽdũ inſtitutorẽ,
qui ex familię cõſeruatione motus fuit ad Primo
geniũ inſtituẽdum, voluiſſe facere vocationẽ, ex
qua eius memoria ſupprimatur. Inducta nãq; ad
vnũ effectũ, nõ debent operari ſuum contrariũ.
l.legata inutiliter, cũ ſimilib. ff.de lega.1.quod in
ſpecie dixit eleganter Decius conſ.259.n.2.quem
refert Ripa. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff.ad
Trebel.nu.40.
92 ¶Octauò: quia † monachus, quod ad familiæ con-
ſeruationẽ ac iuriſdictionis exercitium, attinet,
mortuus eſſe cenſetur: cũ ex eo, vt ſuperiùs dixi-
mus, nedũ nõ poſſit familia cõſeruari, ſed potiùs
ex eius ſucceſſione ſupprimatur & aboleatur,
text.in ca.placuit.el.2.16.quæſt.1.vbi inquit text.
ꝙ monachus mortuus eſt mundo. & ibi Archi-
93 dia.appellat profeſſionem † monachi mortem ſæ-
cularẽ. Quod & omnes Scriben.in l. Deo nobis.
C.de Epiſcop.& cleri.& in cap. in præſentia. de
probatio. annotare ſolent. Cùm igitur quilibet
monachus etiamſi ſit profeſſus in monaſterio ca-
paci, quoad hæc, mortuus eſſe cenſeatur: cùm
quanuis poſſit in Maioratu ſuccedere: non tamẽ
poſsit memoriam familiæ, neque agnationem
ſeu cognationem cõſeruare, nec etiam arma de-
ferre, nec iuriſdictionem exercere, nec dignita-
tẽ Ducatus, Comitatus, ſeu Marchionatus habe-
re: conſequens eſt vt quanuis hæc mors ciuilis,
æquiparari debeat quoad hoc, morti naturali,
ſuccedereq; debeat ſequens in gradu, ac ſi mo-
nachus naturaliter mortuus fuiſſet, ex regula ge-
nerali, qua ab omnibus communiter traditũ eſt,
94 † mortẽ ciuilẽ ęquiparari naturali: quãdo in caſu,
de quo agitur, ex negotij qualitate & natura eſt
eiuſdẽ effectus, cuius eſſet mors naturalis. Quam
regulam tanquam veram, atque infallibilẽ pro-
ponit Bart.in l.1.nume. 7. ff.de teſta.Bal.in l.Deo
nobis.nu.8.C.de Epiſc.& cleri.Abb.in c.cùm ſis
numer.5.& 6. de conuerſ. coniuga.poſt.Anto.&
Imol.in cap. licet. de offi. delega. Alex.in l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantum.nu.2.ff. de lib.& poſthu.
Areti.qui hanc dixit communẽ opinionem. in l.
ex ea parte.§.inſulam.ff.de verb.obliga.col.1.So-
ci. qui hanc etiam dixit communẽ opi. conſ. 92.
lib.1.Anton Rub.conſil.155.nu.1.Roland.à Valle,
conſi.97.num.41.lib.2.Quibus rationibus Ludo-
ui.Zuntus. in conſil. pro vxore. num. 896.inquit
monachum etiam monaſterij capacis in cõmu-
ni excludendum eſſe à ſucceſsione fideicõmiſsi
perpetui, fauore familię ſeu agnationis inſtituti:
quod etiã anteà dixerat Decius.d.conſ.259.nu.2.
de quo ipſe non meminit.
¶Nonò & vltimò: his accedit vniuerſalis Hiſpa-
niarũ conſuetudo, qua hucuſque nec viſum, nec
auditum eſt monachum in Maioratu hãbẽte di-
gnitatem Regalem iuriſdictionem annexã ſuc-
ceſsiſſe: ſecundùm quam conſuetudinem Maio-
ratus diſpoſitio accipienda, atque interpretanda
eſt, prout ſupra cap.3.nu.2.cùm ſeq.oſtenſum eſt:
ex quibus facilè reſpondetur ad ea, quæ pro cõ-
traria opi.adducta ſunt. Sicq; hiſce diebus in caſu
contingenti ſuper ampliſsimo Maioratu, qui ex
oppidis, & caſtris cum iuriſdictione conſtabat,
in ſummo Caſtellæ concilio deciſum fuit. A qua
ſententia ſupplicatum extitit pendetque adhuc
lis ſuper eiuſdem Maioratus ſucceſsione. Ideóq;
nõ libet mihi de hac re vlteriùs progredi, nec in
ea meã ſententiã interponere. Et hæc de Maiora
tus ſucceſsione, cui dignitas ſeu iuriſdictio an-
nexa eſt, dixiſſe ſufficiat.
95 ¶Si verò † Maioratui dignitas, ſeu iuriſdictio an-
nexa non ſit: ſed ſolùm ex bonis patrimonialibus
conſtet, dicendũ eſt in huiuſmodi Maioratu mo-
nachũ, qui in monaſterio capaci profeſſus fuit,
poſſe ſuccedere: cũ hic de ſola bonorũ patrimo-
nialiũ ſucceſsione agatur, quę huiuſmodi mona-
chis à iure, prout aliis defertur, vt ſuperiùs oſtẽ-
ſum eſt. Itaq; ſic reſoluit propè omnes quos ſu-
periùs citauimus dicẽtes monachũ nõ poſſe ſuc-
cedere in Maioratu cui dignitas ſeu iuriſdictio
annexa eſt. Sicq; in caſu cõtingẽti pronuntiatum
fuiſſe accepimus: quãuis in Maioratibus Hiſpa-
norũ, qui in familiarũ, ac memoriæ cõſeruatione
verſantur: & quorũ vocationib. monachorũ ſuc-
ceſsio repugnat atq; nominis, & armorũ præce-
ptu ſucceſſoribus iniũctũ eſt hæc opi. nõ abſq; ali-
qua difficultate ꝓcedat ꝓpter inſtitutorũ cõtra-
riã volũtatẽ præſumptã. Ideóq; etiam in hac ſpe-
cie cùm caſus occurrerit, deliberandum erit.
96 ¶Similiter etiam † in clerico dubitari ſolet, vtrũ
à Maioratus ſucceſsione excludatur. In quo eadẽ
diſtinctio, quę in monacho, religionis capacis fa
ciẽda eſſe videtur, vt in Maioratu ſimplici ſucce-
dat: in eo autem, cui dignitas ſeu iuriſdictio an-
nexa eſt, nõ: cũ etiã clericis ꝓhibitũ ſit ſe negotiis
ſecularibus immiſcere. Tex.in c.1.& per to.ti.ne
cleri. vel monachi. vbi diſponitur ꝙ nemo mili-
tãs Deo, ſiue clericus, ſiue religioſus ſit debet ſe
implicare ſecularibus negotiis. Sicq; clericus, ſi-
cut monachus nõ ſuccedit in feud. tex. in c. qui
clericus. ſi de feudo ſue. cõtrouer. int. domi.& ag
na.& in c.1.de benefi.fœmi. Idq; etiã ꝓbatur ex
text.in auth.de ſanctiſsi.Epiſcop.§.ſed neq;.col-
la.9.verſ.& generaliter. Per quẽ tex.dicit Bar.ibi.
n.3.quòd eo ipſo, ꝙ quis efficitur clericus, deſinit
eſſe Comes, ſeu Imperator. Id ipſum probatur ex
text.in c.præſens.20.q.3.ibi. *Quodã videlicet Comi-
te.* Nunc autem clerico. per quem tex.dicit glo.
verbo Comite, quòd eo ipſo quòd quis efficitur
clericus, deſinit eſſe comes: Clerici namque ad
temporalem dignitatem admitti non debent:
prout not.Ioan.de Platea. per tex. ibi. in l. colo-
nos nulla.C.de agricol.& cenſi.lib.11.
¶His tamen & aliis non obſtantibus in caſu, de
quo agimus, contrariũ dicendum erit: imò quòd
clericus ſuccedere poſsit in quocunque Maiora-
tu, etiã in eo, cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa
eſt. Quod vltra ea, quæ in præcedentibus addu-
ximus, ꝓbatur ex elegãti doctrina Abb.in c.inter
dilectos de fide inſtrum.num.2.& n.5.vbi inquit,
97 † ꝙ quis poteſt eſſe Comes ratione patrimonij, &
Epiſcopus. Cuius doctrinã ſequitur Feli.ibid.n.3.
Idque etiam ſequitur Barba.de præſtan.Cardi.1.
par.5.quæſt.princip.nu.13.& ꝙ clericus ſuccede-
re poſsit in huiuſmodi primogenitura dixit Ioã.
Licerier de Primogeni. lib. 1. quæſt.24.nume.16.

cum ſeq. vbi latiſſimè proſequitur materiã Marti. Lauden. de primoge. q. 30. Anton. Gometius. in l. 40. Tau. n. 66. ad fin. Grego. in d. l. 2. titu. 15. parti. 2. verbo *Siendo hombre para ello.* Idq; verũ, ac probabile mihi videtur, probaturque ex his quę ſupra iſto c. nu. 13. & nu. 67. latiùs adducta ſunt.

98 ¶ Idipſum etiã† in militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ dicendũ erit. Quamuis enim hi quodammodò Religioſi eſſe cẽſeantur: matrimoniũ contrahunt, filioſque legitimos procreãt, bonáque patrimonialia, dignitateſque Regales, & Caſtra, & Oppida poſſident, & quo ad hæc, omnes potiùs laici: quã Religioſi cenſendi ſunt. Sicq; quotidie intelligi, atque practicari ſolitũ eſt: etiã in Maioratibus, vbi Religioſi excludũtur.

99 ¶ Vt autẽ hæc omnia dubia ceſſent, † Maioratuũ inſtitutores in Maioratuũ inſtitutione adiicere ſolent, quòd in eis non ſuccedat furioſus, ſurdus, mutus, aut cæcus, monachus, nec monialis, clericus, vel Religioſus: nec etiam milites earum militiarum ſecũdùm quarum ſtatuta milites matrimonium contrahere non poſſunt. Ex quibus verbis etiã milites Sancti Ioannis excluduntur.

100 ¶ Quòd ſi † Maioratus non ex ſcriptura, ſed ex ſola immemoriali pręſcriptione cõſtet, non eſt pręſumendum in Maioratu hanc clauſulam adiectã fuiſſe. Quamuis enim tempus immemoriale præſupponat bona, de quibus agitur eſſe Maioratui ſubiecta: Maioratúmque iuxta ſui naturam, atque ſuccedendi conſuetudinem inſtitutum fuiſſe prout ſupra iſto lib. cap. 3. nu. 2. cum ſequent. oſtendimus, hæc tamẽ clauſula ex Maioratus natura non procedit, nec in omnibus Maioratibus adiici ſolita eſt: ſed in aliquibus apponitur, & in aliquibus deficit. Ideóque non poteſt hoc, quod tam variè accidere ſolet ex immemoriali præſcriptione præſupponi tanquã certum, & inuariabile. Bar. in rep. l. de quibus. ff. de ll. n. 16. vbi communiter ſcrib. niſi in tẽpore ad pręſcriptionẽ præſtituto caſus acciderit, monachúſque ſeu furioſus, aut alij inhabiles à Maioratus ſucceſſione ſimpliciter, atque indiſtinctè excluſi fuerint. Tunc nãq; ſeruandum erit, quod in aliis caſibus ſimilibus obſeruatum fuit: aliàs autem in eo Maioratu ſuccedetur eo ordine, quo in aliis, quibus hæc clauſula deficit, ſuccedi ſolitum eſt.

101 ¶ Illud autẽ vltimo loco animaduertendum † eſt, Maioratus inſtitutorem poſſe furioſos, ſurdos, & mutos ac monachos, & ſimiles ad Maioratus ſucceſsionẽ expreſsè ſiue ex Regia facultate, ſiue ex legibus Regni inuitare, ſiue Maioratus ex bonis patrimonialibus ſolùm cõſiſtat, ſiue ei dignitas, vel iuriſdictio annexa ſit. Cùm omnes hi ſucceſſionis capaces ſint. Nec indigni in dignitate iuris eſſe cenſeantur. Quod ſufficit, ad hoc, vt ad Maioratus ſucceſſionẽ vocari poſſint, iuxta tradita in leg. cum quidã. ff. de lega. 2. iunctis his, quę infra. lib. 2. c. 5. latiùs dicemus. Quę omnia hic ſcribere libuit: quãuis enim tertiã huius operis partẽ magis attingere videantur, vbi de ſucceſſione Maioratus agemus: ſummè tamen neceſſaria ſunt ad intelligendum qualiter Maioratus ſucceſſio à dignitate ſeparetur, & ad hoc etiã vt Maioratus natura perfectè intelligatur.

*SVMMARIA.*

1 *In fideicommiſsis hæres grauatus ſuccedit iure directo: cæteri autem obliquè.*
2 *Directa inſtitutio, quæ ſit.*
3 *Quæ ſit obliqua ſucceſsio.*
4 *Verbum directum obliquatur: ſi adiiciantur verba alterius miniſterium requirentia.*
5 *Primus ſucceſſor Maioratus vniuerſalis iure directo ſuccedit.*
6 *Ex diſpoſitione contrahentis, nullus poteſt fieri directus hæres.*
7 *Ex ſolo teſtamento, non ex alia vltima voluntate quis hæres directus efficitur.*
8 *Inſtitutus in quota hæreditatis hæres directus eſt.*
9 *Inſtitutus in re certa: quando loco hæredis habeatur.*
10 *Semel hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres.*
11 *Inſtitutus hæres poſt mortem primi hæredis non ſuccedit iure directo: ſed per fideicommiſſum.*
12 *Succeſſor Maioratus dicitur fideicommiſſarius, improprio, & largo modo.*
13 *Etiam ſi dominium, & poſſeſsio tranſeant in Maioratus poſſeſſorem non ex eo is cenſebitur directus hæres.*
14 *In quo conſiſtat ſimilitudo ſecundi Maioratus poſſeſſoris & fideicommiſſarij.*
15 *Quomodo intelligendum ſit bona Maioratus eſſe reſtitutioni ſubiecta.*
16 *Dominium ad tempus transferri poteſt.*
17 *Semel hæres poteſt deſinere eſſe hæres ex legis diſpoſitione.*
18 *Regiæ facultates non concedunt Maioratuum inſtitutoribus, vt omnes ſucceſſores hæredes directos faciant.*
19 *Priuilegium conceſſum ad liberè teſtandum intelligitur ſeruatis regulis, ac ſolennitatibus iuris.*
20 *Contrarietas vitanda eſt concordando, & diſtinguendo.*
21 *Verba Maioratuum inſtitutorum, ſecundùm ius intelligenda, ac interpretanda ſunt.*





## *In Hiſpanorum Primogeniis, vtrum iure directo: an obliquo ſuccedatur.*

### CAPVT XIIII.

INter alia, quæ ad naturę Maioratus cognitionẽ ſummè neceſſaria ſunt, illud pręſertim cognitu digniſſimũ eſſe cenſemus; an ſcilicet is qui in Maioratu ſuccedit, iure directo an obliquo ſuccedat. In quo dicendum videbatur,
1 q † ſicut in fideicommiſſis hæres inſtitutus reſtituereq; grauatus, ſuccedit iure directo: cęteri autẽ quibus hæreditas reſtituẽda eſt, iure obliquo. l. ex facto in princip. ff. ad Trebel. Vbi Bart. & ſcrib. l. Scęuola. cũ ſimilib. ff. eo. tit. Scrib. in l. Cẽturio, & in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. Sic etiã in Maioratibus, primus in quẽ Maioratus vniuerſalis inſtituitur iure directo ſuccedat: cęteri autẽ obliquè, ſeu per fideicõmiſsũ. Quod ex paritate fideicõmiſſorũ, & Maioratuũ, quã ſupra iſto lib. c. 1. pręmiſimus, ꝓbari poteſt. In hoc tamẽ aliquãtulũ immorari oportet: cũ ex eo pẽdeat quaſi tota Maioratuũ ſubſtantię, ac naturę cognitio. ¶ Vt igitur materiã iſtã perfectè intelligamus, præmittendum eſt eam eſſe inter directam & obliquam
2 ſucceſſionem differẽtiam, quòd † directa inſtitutio eſt illa, ex qua poteſt hæreditas adiri de iure ciuili, vel bonorum poſſeſſio peti de iure prætorio ipſo iure, & abſque alterius miniſterio. Quod colligitur ex his, quæ notat Bald. in l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. nu. 12. & 13. Bart. num. 15. cum ſeq. & Scrib. in l. Centurio. ff. de Vulga. Cano. in c. Si pater. de teſtam. lib. 6. Huius autem generis ſunt inſtitutiones conceptæ: per verba iſta, *Inſtituo, hæres eſto, dominus eſto, aſsigno, adiudico, accreſcat, concedo*, & ſimilia alterius miniſterium non exigentia vt Doctor. in prædictis locis aduertũt.
3 † Obliqua verò ſucceſſio eſt illa, quę exigit factũ, vel miniſteriũ alterius. Bal. in d. l. fina. n. 14. Scrib. in d. l. Centurio: prout eſt ſucceſsio illa, quæ defertur per verbũ, *Reddatur, detur, reſtituatur*, & ſimilia factũ alterius requirentia. Tiraquellus qui plura refert in l. ſi vnquam. verb. reuertatur. n. 5.
4 C. de reuo. dona. Quod adeò verum eſt, † vt nullum ſit tam directum, quod non obliquetur ſi adiiciantur ſibi verba alterius miniſterium requirentia. d. l. ex facto. in princ. ff. ad Trebel. not. Bald. in d. l. fina. numer. 14. & alibi ſæpè Scrib. ¶ Præſuppoſita autem hac inter directam, & obliquam ſucceſsionem differentia, vt hæc Hiſpanorum Primogeniis applicemus, plures ſpecies conſiderandæ ſunt. Aut enim agimus, de primo Maioratus ſucceſſore, aut de ſequentibus. ¶ In prima ſpecie: quando de primo Maioratus ſucceſſore agitur conſiderandum eſt, quòd aut primogenium inſtituitur ex vniuerſa hęreditate, vel quota eiuſdẽ, aut inſtituitur de quota bonorum, vel aliqua re particulari. ¶ Si Maioratus de vniuerſa hæreditate, ſeu quota eiuſdem inſtituatur: primum ſucceſſorẽ hæredẽ vniuerſalem
5 inſtituendo, † proculdubiò primus huius Maioratus ſucceſſor iure directo ſuccedet. Is nãq; iure proprio poterit huiuſmodi Maioratus ſucceſſionem adire, bonorúmque poſſeſſionem capere abſque alterius miniſterio: cùm ipſe verus hęres ſit, in eumq; actiones actiuè ac paſſiuè tranſeãt: perſonámque defuncti in omnibus repręſentet, atq; ſuccedat in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, nec debeat bona Maioratus à manu alterius accipere. l. hæreditas, vbi per. Scrib. ff. de regul. iu. l. nihil. ff. de verb. ſigni. l. hęres in omne ius. ff. de acquir. hęredi. l. ſi quis ſeruũ. §. fina. ff. de lega. 2. l. 1. in prin. iuncta l. ſi mulier. §. fi. ff. ad Treb. ¶ Quod planè procedit: quando in teſtamento Primogenium inſtituitur. Sin autem in cõtractu
6 inſtituatur, aliter dicendum erit cum † ex diſpoſitione cõtrahentis nullus poſſit fieri directus hęres l. hęreditas. C. de pact. conuen. l. fina. C. de pact. actus námque contrahendi realiter, & effectualiter differt ab actu teſtãdi. l. verba geſſerũt. ff. de verb. ſig. Ideóque in Maioratu in contractu inſtituto magis conſideranda ſunt ea, quæ leges de donationibus ſub modo vel conditione factis diſponunt iuxta legem, quoties. C. de dona. quæ ſub mod. quàm illa, quæ de directis hæredibus, ſeu directa ſucceſſione circa vltimas voluntates diſpoſita inueniuntur. ¶ Et quamuis huiuſmodi Maioratus quo ad alia, vt plurimùm vim ſupremi iudicij habere dicantur (vt ſuperiùs cap. 12.
7 declarauimus:) non † tamen omne ſupremum iudicium, ſeu omnis vltima voluntas eam vim obtinet, vt in ea poſſit quis hæres inſtitui, cùm hoc ſoli teſtamento à iure tributũ ſit. Sícque in donatione cauſa mortis nõ poteſt quis directus hæres inſtitui, licèt ea vim ſupremi iudicij etiam obtineat. l. licèt inter priuatos. vbi gloſ. & communiter Scrib. C. de pact. eadémque ratione non poteſt quis hæreditatem ſuam in contractu donare vt per illum tex. notant Scrib. ibidem, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & in d. l. fina. C. de pact. Similiter etiam non poteſt quis directus hæres inſtitui in codicillis: licèt codicilli etiam vim ſupremę voluntatis obtineant. l. fin. C. de codicil. l. cũ quis decedens. §. Seia. ff. de lega. 3. tex. in §. pen. Inſtitu. de codicil. De quo & an hodie iure regio conſiderato procedat, dicẽdum erit: prout infra lib. 2. ca. 8. num. 28. latiùs dicemus. Quod etiam in Maioratu in cõtractu inſtituto dicendum eſt: cùm non ſit lex, quæ cõtractui Maioratus eã vim tribuat, vt in eo quis poſſit directus hæres inſtitui, vt ſuperiùs dictũ eſt. ¶ Si autem Maioratus fiat, ex quota bonorũ, vel
8 certa re particulari ſubſtinguendum erit. † Nam aut in bonorum quota primus Maioratus ſucceſſor, hęres in teſtamẽto inſtituitur abſque alio vniuerſali hærede, & hoc caſu in ea tanquã hęres iure directo ſuccedet: aut inſtitutus fuit dato alio vniuerſali hærede & tunc iure obliquo tãquã fideicommiſſarius, aut legatarius: non autẽ tanquam hæres ſuccedet. l. ex facto. la magna. ff. de hæredibus inſtituen. l. quoties. §. ſi duo. ff. eod. tit. l. 2. §. ſi ex fundo. ff. eod. l. quoties. C. eod. tit. l. 14. tit. 3. part. 6.

¶ Si autem Maioratus fiat in contractu, nunquã primus ſucceſſor locum hæredis directi obtinebit ex his quæ ſuperiùs adducta ſunt. ¶ Si verò ex quota bonorũ Maioratus fiat abſq; hæredis inſtitutione: tunc, ſiue in contractu, ſiue in teſtamento fuerit Maioratus inſtitutus, primus ſucceſſor nũquam iure directo ſuccedet: ſed aut legatarij, aut fideicõmiſſarij, aut donatarij nomen obtinebit. l. cũ autẽ. ff. de lega. 2. l. 1. §. ſi hæres percepto.
9 ff. ad Trebel. l. 1. cum ſimil. C. ſi cert. peta. ¶ † Aut ſit Maioratus de certa ac peculiari re, & tunc in omnibus dicendum erit idem, quod in Maioratu ex quota bonorum inſtituto prædiximus:

cùm legatarius partis bonorũ nõ directo hęredi: ſed potius legatario rei particularis ęquiparetur, vt in d.l.cũ autem.ff. de lega.2. Scrib.aduertunt, & ſupra iſto li.c.10.n.5.cũ ſeq.annotauimus. Vbi omnia huius diſtinctionis membra quamuis ad aliud propoſitum, latiùs reſoluta ſunt.

¶ In ſecunda autem ſpecie: quando de ſecundo Maioratus ſucceſſore & ſequẽtibus agitur, dicẽdũ eſt, eos omnes iure obliquo, ac quaſi per fideicõmiſſum ſuccedere. Nam aut Maioratus in cõtractu inſtitutus fuit, & tũc cũ primus hæres iure directo non ſuccedat: igitur nec ſequentes. Si enim ex contractu nõ poteſt hęreditas iure directo primo ſucceſſori cõpetere. l. hæreditas.cum ſimilib.C.de pact.cõuen.igitur, nec ſequẽtibus: cùm in omnibus militet eadẽ ratio: imò fortior ratio militet in 2. quàm in primo ſucceſſore, vt ſtatim vibebimus.

¶ Aut Maioratus inſtitutus fuit in teſtamento, ex quota bonorum ſeu certa re particulari, & tunc cùm primus ſucceſſor iure directo nõ ſuccedat: igitur à fortiori, nec ſecundus, nec vlteriores.

¶ Aut Maioratus inſtitutus fuit in teſtamento ex vniuerſa hęreditate ſeu certa eiuſdem portione, ſeu aliàs in caſibus, de quibus ſupra diximus, primũ Maioratus ſucceſſorẽ iure directo ſuccedere, & in hac ſola ſpecie poteſt dubitari vtrũ ſecũdus ſucceſſor iure directo, an obliquo ſuccedat. In quo articulo ſimiliter dicẽdũ eſt, ſecũdũ, ac vlteriores ſucceſſores non iure directo, ſed obliquo ſuccedere. Quod ꝓbatur ſolidiſſima ratione, ad quam non poteſt congruũ reſponſum aſſignari.
10 Nã† cum primus Maioratus ſucceſſor in eo tanquã directus hęres ſucceſſerit, nullo pacto poteſt vnquã deſinere eſſe hæres. l. ei qui ſoluendo, vbi Bar. & cõmuniter Scrib.ff.de hęred.inſti.l.hæreditas ex die.ff.eod.tit.tex.in §.hæres.Inſt.eo.l.15.
11 tit.3.par.6.Ideoq; † ſi quis inſtituitur hęres ad vitã & poſt mortẽ ſuã alius in eadẽ hæreditate hęres inſtituatur: primus hæres directus erit: ſecũdus autẽ ſuccedet per fideicõmiſſum.text.formalis in §.fi.Inſti.de pupilla.ſubſtitu. l. precib. verſ. quod ſi poſt pubertatẽ, vbi Bar.Bald. & commu. Scrib.C. de impub. Quod nedũ procedit: quando ſecũdus hæres eſt per verba cõmunia inſtitutus: ſed etiã ſi per verba directa inſtitutus fuerit. Ea nãq; verba obliquãtur, vt ſecundus hęres ſuccedat nõ iure directo: ſed per fideicõmiſſ. gloſ. ordi.in l.verbis ciuilibus.in glo.in verbo volũtatẽ. ff. de vulga. quã ſequuntur cõmuniter Scriben. ibidẽ, & in capi.ſi pater.de teſta.li.6.contra gl.in d.§.fi.Inſtit.de pupilla.ſubſti. verbo.per fideicõmiſſum, quæ cõtrariũ cenſuit. Contra quam, & pro glo.in d.l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.eſt expreſſa deciſio tex. in l. ex facto. 1. reſponſo. ff. ad Trebel.& l.Scæuola.ff.eo. ¶ Ex quibus dixit eleganter Bal.l.miles ita hæredem.in prin.ff.de milita.teſta. quod ſi quis vxorem ſuã ad vitam hæredem inſtituit, & poſt mortem vxoris inſtituat hoſpitale, mortua vxore hoſpitale non erit directus hęres: ſed per fideicõmiſſum ſuccedet. Quod etiã dixit idem Bal. in l. id, quod pauperibus. 14. q.n.27.C.de epiſcop. & cleric. Idem etiã cenſuit Salicet.in l.extraneum la.1.3.q.n. 6. C. de hæred. inſt.dicens, quòd ſi teſtator inſtituat vxorẽ hæredẽ donec vixerit, & poſt eius mortem pauperes Chriſti: poſt mortẽ vxoris pauperes venient iure fideicõmiſſi. Paria nãq; ſunt, quod ad aliquã ſucceſſionem quis ad vitam tantùm vocetur, & poſt mortem ſuam alius: vel ꝙ grauetur poſt mortem ſuã eãdẽ ſucceſſionem illi reſtituere. Quod prob. tex.in l.Titia cũ teſtamẽto.§.fi.ff.de lega.2.quã ad id Soci.notat in l.cũ auus.n.8.ff.de cõdi.& demõſtra.quibus plura cumulant Alex. cõſ.162.n.2.cũ ſeq.lib.2.& Deci.conſ.278. n.2. Idẽ igitur dicendum erit pari ratione in 2. Maioratus ſucceſſore, quod cũ primus iure directo ſucceſſerit, nõ poſſit is aliquo pacto ſuccedere tanquã directus hęres: ſed ſolùm per fideicommiſſum: cùm primus non poſſit deſinere eſſe hæres: Per ea quæ ſuperiùs dicta, & probata ſunt.

¶ Nec obſtat ſi dicatur, impoſſibile eſſe ſecundũ Maioratus ſucceſſorem obliquè nec per fideicõmiſſum ſuccedere: cũ rẽ Maioratus de manu alterius capere non debeat: ſed bonorũ ipſius Maioratus dominium ciuiliſque ac naturalis eorũdem bonorũ poſſeſſio in eum ipſo iure, & abſque corporea apprehẽſione trãsferatur, vt probatur ex l.45.Tau.quæ eſt l.8.tit.7.lib.5.in d.noua collectione legũ Regni. Nec requirat ſucceſſio iſta alterius miniſteriũ, nec hęredes grauati reſtitutionẽ verbalẽ nec actualẽ, quæ omnia propria ſunt directæ ſubſtitutionis, & obliquæ cõtraria, vt ſupra iſto c.n.2.& 3.cõprobauimus. ¶ Nam licèt iſta omnia vera ſint: non ideò dicendũ eſt ſecundum Maioratus ſucceſſorem iure directo ſucceſsionẽ Maioratus capere: cùm id impoſsibile ſit de iu-
12 re, vt ſuperiùs oſtẽdimus: ſed † dicẽdũ eſt eũ ſuccedere iure fideicõmiſsi, eſſéque fideicommiſſarium, non propriè & exactè: ſed potius improprio, & largo modo.

¶ Non enim deſinit ex eo quis iure fideicõmiſsi ſuccedere, quod reſtitutio verbalis ſeu actualis ad cõſequendũ fideicõmiſſum neceſſaria non ſit: cũ poſsit quis in certis caſibus ipſo iure, & abſque alterius reſtitutione fideicõmiſſum obtinere. l. Sancimus.§.cũ autẽ.C.ad Trebel.l.1.§.ſed & quoties.ff.eo.tit.l.Si hæres reſtitutus.in princ.& l.reſtituta.ff.eo.l.fi.§.penul. C. cõmunia de lega. l.nõ iuſtam.C.ad Treb.nec ideò dici poteſt, quod his caſib. fideicõmiſſarius ſuccedat iure directo: ſed obliquè & per fideicõmiſſum, vt ibi Docto. aduertũt. Idq; etiã cõprobatur ex gl.ordina.in l.
13 1.§.de illo.verbo actiones.ff. ad Trebel. Ex † qua Alex.in d.l.1.§.ſed quoties.n.1.& alii notãt: quod licèt in pluribus caſibus fideicõmiſſum trãſeat in fideicõmiſſariũ ipſo iure, & abſq; reſtitutione: in eiſdẽ tamẽ nõ trãſit in fideicõmiſſariũ pleno iure ꝓprietatis, & poſſeſsionis: niſi facta priùs facti reſtitutione actuali. Idẽ etiã dixit glo.in l.cogi.§. Metianus.ff.eo.verb.petãt.tradit Alex.cõſ.82.n.3. lib.2.Deci cõſ.243.n.3. Tiraq.in tract. *le mort ſaiſit le vif.*2.part.11.declarat.n.2. ¶ Quòd ſi diceremus ex eo, ꝙ Maioratus ſucceſsio in ſecundũ, vel vlteriores ſucceſſores ipſo iure trãsferatur, eos eſſe directos nõ obliquos ſucceſſores, cõtinuò ſequeretur: nõ ſolũ ſecũdum ſucceſſorẽ Maioratus de vniuerſa hæreditate, ſeu certa eiuſdem portione inſtituti: ſed etiã tertiũ, ſeu vlteriores ſucceſſores Maioratus de quota bonorũ, ſeu de re certa facti eſſe directos ſucceſſores: cũ in omnes dominiũ ac poſſeſsio bonorũ Maioratus ipſo iure pertrãſeat, ex. d. l. 45.Tau.deciſ.quod eſſet abſurdiſsimum.
14 Similitudo † autem fideicommiſſarij, & ſecundi Maioratus ſucceſſoris, vel vlteriorũ quo ad iſta in hoc cõſiſtit, ꝙ ſicut in fideicõmiſſo vnus ſucceſſor poſt alium iure obliquo ſuccedit quod eſt ꝓpriũ ac peculiare ſubſtitutionis fideicõmiſſariç

vt prob



vt prob.ex tex.in l.peto.§.fratre.ff. de lega. 2. & ex l.fin.C.de verb.ſigni. Vbi per Scrib. ita in Maioratu ſimiliter vnus poſt alium nõ iure directo. ſed obliquo ſuccedat, vt ſuperiùs probauimus. Similiter etiam ꝙ ſicut in fideicommiſſo res fideimiſſo ſubiecta capiẽda eſt de manu hæredis, aut anterioris fideicommiſſarii: ſimiliter in Maioratus ſucceſſione res Maioratui ſubiecta, capienda ſit de manu hæredis, ſeu primi vocati in hũc ſenſum, ꝙ ſolùm actualis poſſeſſio: quatenùs facti: nõ iuris eſt, ſit de manu anterioris Maioratus ſucceſſoris capienda. Cùm enim dominium rerum Maioratus, & poſſeſſio in ſequentem pertranſeat, nil aliud, quàm actualis poſſeſſio, de manu præce-
15 dentis ſucceſſoris capiendum eſt. In † quẽ ſenſum dicuntur bona Maioratus reſtitutionis ſubiecta: non quòd in ſucceſſione Maioratus reſtitutio facienda ſit, vt Maioratus ſucceſſor dominium ac poſſeſsionem, ciuilẽ & naturalem eorũ bonorũ obtineat: ſed quòd rerũ Maioratus dominio, ac poſſeſſione acquiſitis ipſa actualis poſſeſſio apud hæredes primi ſucceſſoris retẽta, reſtituenda ſit, cuius actualis poſſeſſionis reſtitutio in iure, non parui momenti reputatur. Ideóque illi, in quem poſſeſſio, ipſo iure tranſlata eſt, competit interdictum adipiſcendæ pro hac actuali poſſeſſione cõſequenda, vt exiſtimant Bal.in Rub.de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. n.13.Scri.in l.Si ſorori. C.de iur.delib.vbi Iaſſ.n.2.Deci.conſi.84.n.1. & alibi ſæpe Scri. De quo infra li.3.latiùs agemus. Similiter etiã hæc facti poſſeſſio cõſiderabilis eſt ad plures alios effectus, vt not.per gl.& Scrib.in l.inter omnes.ff.qui ſatiſdare cogan. Quod in c.ſequenti latiùs tractabimus.
16 ¶ Nec inconuenit, † quòd dominiũ ſit apud vnũ dum viuit, mortuóque eodẽ ad alium transferatur: imò hoc iure fieri poteſt. l. Sempronius Atalus in prin.ff.de vſufruct.leg.glo.& Scrib.in l. ei, qui ita hæreditatem.ff.de condi.inſti.Bal. in l.extraneũ.la 1.n.2.cum ſeq. C.de hæredib.inſtituen. Alex.in l.planè.la 1.§.ſi coniunctum.n.2.ff.de leg. 1.Scrib.per tex.ibi in l.fi.C.de leg.l.quoties. vbi etiam per Scrib.C.de dona.quæ ſub modo.Iaſſ.in in l.nemo poteſt.1.lect.nu.92.ff.de leg.1. Quod etiam ſupra iſto li.c.1. nu.20.latiùs annotauimus, idque quotidie contingit in Hiſpanorum Primogeniorum ſucceſsione.

¶ His tamen, quæ paulò antè diximus, non modicùm aduerſantur ea, quæ ſcribit Petrus de Peralta.in d.l.3.§.qui fideicõmiſſam.ff.de hæred. inſtitu.n.27.28.& 29.vbi cẽſet omnes ſucceſſores Maioratus vniuerſalis Regia facultate præambula conſtituti, ſiue ſecũdi, ſiue vlteriores ſint, eſſe directos primi Maioratus inſtitutoris hæredes: quod probat hac conſideratione, quòd ſcilicet in facultatib.q̃ ad huiuſmodi Primogenia cõdenda quotidie cõceduntur detur Maioratuũ inſtitutoribus facultas faciẽdi omnes ſucceſſores directos hæredes. Ex qua Regia licẽtia, vt ipſe inquit hoc fit quotidie & fieri poteſt; vt omnes directi hæredes efficiantur. Nam etſi verum ſit; quòd is qui ſemel hæres fuit, non poſsit deſinere eſſe hæres nec hæreditas poſſit ex diſpoſitione defũcti, ad alium iure directo trãſire: hoc tamẽ fallit, niſi
17 legis authoritas adſit. Is † namq. qui ſemel hæres fuit, poteſt funditùs & abſolutè deſinere eſſe hæres, ex legis diſpoſitione & authoritate.tex.in l. in ſubſtitutione.iũcta gl.in ver.forte in fi.ver. ff. de vulga.per quẽ tex.id not. Bar. & communiter Scrib.tex.in auth.hoc amplius. C. de fideicõ. & in auth.de hæred.& Falcid.§.ſi quis autẽ non implens.coll.1.cum alijs, quæ ipſe in idẽ adducit. Cùm autem id poſſit fieri ex legis mortuæ diſpoſitione idem dicendum erit fieri poſſe ex Principis facultate, qui eſt lex viua.auth.de conſulib.in fine colla.4. Sicque concludit, omnes ſucceſſores Maioratus vniuerſalis Regia facultate cõſtituti, eſſe veros ac directos hæredes, nec ſuccedere in Maioratu obliquè, nec per fideicõmiſſum, quod nouum eſt ac ſubtile: ſi verum ſit. ¶ Cæterùm etſi plurimum huius viri doctiſſimi, atque præceptoris mei authoritati tribuere deſiderem, nõ poſſũ aliquo pacto hanc nouam opinionẽ probare: imò eam proculdubiò erroneã eſſe cenſeo. Fateor.n. quòd is, qui ſemel fuit hæres, poſſit ex legis diſpoſitione deſinere eſſe hæres. Item, quòd non ſolùm hoc fieri poſſit ex legis mortuæ diſpoſitione
18 ſed ex Principis facultate, q. eſt lex viua. † Quod autem id in Regiis facultatibus cõcedatur, inficiari põt: nuſquam enim vſq. huc viſa eſt Regia facultas ad condẽda Primogenia, quæ hanc licẽtiam eorũdem conditorib.tribuat, vt ex earum inſpectione apertiſſimè cõprehẽdi poterit. Quãuis enim verba dictarum facultatum ampliſſima ſint: in hunc tamen ſenſum accipiẽda ſunt. Quod ſcilicet Maioratus inſtitutor poſſit Maioratum inſtituere, ſiue in teſtamento, ſiue in contractu, ſiue in qualibet alia diſpoſitione cũ omnibus vinculis, & cõditionibus, quæ ipſe adiicere voluerit. Ita tamen vt ſi Maioratus fiat in cõtractu, reguletur ſecũdùm naturã contractus: ſi in teſtamento ſecundùm naturam teſtamenti: non autem quod Maioratus inſtitutor in donatione poſſit directũ hæredem inſtituere, nec in teſtamento eum, qui hæres ſemel fuit, poſſit non hæredẽ facere, & in alium hæreditatem directè transferre, nec quòd poſsit ſubſtitutos directos, & obliquos facere, & obliquos, directos: nec denique teſtamentorum, ac contractuũ naturã confundere ac deſtruere: ſed facere poſſit quæcunq. voluerit: ordine tamẽ à lege dato, ac ſimilib.diſpoſitionib. tributo. Nõ enim credendum eſt Principẽ, qui iura tuetur, totã obſeruationem teſtamẽtorum multis vigiliis excogitatam atque inuentam, vnico verbo velle euerti. l.ſi quando.in prin. C.de inoffi. teſta. per quem tex.cenſuerunt.Bar.Bal.Paul.Salic.Iaſſ. &
19 communiter Scrib.quod † priuilegiũ conceſſum alicui, vt liberè teſtetur, intelligendum eſt ſeruatis regulis, ac ſolennitatib.iuris.Bald. in l.1. poſt prin.ff.de conſti.Prin.vbi Iaſſ.n.1.& 3.Deci.in c. ſuper eo.nu.2.de offi.delega.& alibi ſępè Scrib. & verba omnia appoſita in dictis facultatib.quæ ſonant ſucceſsionem directam intelligenda ſunt: ſcilicet per fideicommiſſum ne ius commune lædatur. l.ex facto. 1. reſponſo. cum ſimilib.ff.
20 ad Trebel. Sẽper † enim in quacũque diſpoſitione debet contrarietas, & correctio remoueri cõcordando, & diſtinguẽdo ſi id fieri poſſit, vt inq̃t Alex.conſi.141.n.4.& 5.li.2.& Deci.conſi.278.nu. 2.Bellonus ſupputa.iuris.li.4.c.20.n.15. Quod clarè oſtendũt verba facultatum, quæ communiter ad inſtituenda Primogenia cõcedi ſolent, dum in eis dicitur. *Lo ayã, y tengã: por bienes de Maioradgo inalienables, indiuiſibles ſubiectos a reſtitucion.* Et iterũ ibi. *Submiſsiones, penas, y reſtituciones, &c.* Quę verba obliquam, non directam ſucceſſionem cõprehendunt, idque veriſſimum eſt.

¶ Quod ſi in hoc aliquis vellet ꝑtinaciter inſiſte-

re negari nõ poteſt:quin nullus ex Maioratuum inſtitutoribus hucuſq. hac facultate vſus fuerit vt eorundẽ Maioratuũ ſucceſſores directos nõ obliquos faceret:ſiquidẽ nullus id in Maioratus inſtitutione expreſſit:ſed in hoc verba cõmunia adducere ſolet:ſcilicet ſuccedat,habeat,& ſimilia, quæ cũ ad directã,& obliquam ſucceſſionẽ referri poſſint,obliquè ac per fideicõmiſſum intelligenda ſunt,vt in d.l.Centurio.ff.de vulgari.
21 omnes Scrib.notant.Et†verba etiam Maioratuũ inſtitutorum ſecundùm ius ſunt intelligenda,& interpretanda.l.hæredes mei.§.cũ ita.ff. ad Trebel.vbi Bar.& Alex.Quibus plura cumulat Dec. conſi.397.nu.6.ad fin.verſi.2.principaliter. Sicque proculdubiò dicendum,& aſſerẽdum eſt nõ obſtantibus his,quæ à Petro de Peralta in contrarium adducuntur:quæ ſummè notanda & aduertenda ſunt.Maximè enim conferent ad intelligẽtiam eorum, quę inferiùs per totum libri diſcurſum tractabimus,& ad percipiendã omninò Hiſpanorum Maioratuum naturam,quæ ſemper cognitu difficilis exiſtimata eſt.

*SVMMARIA.*

1 *Hæres grauatus tenetur ſatiſdare fideicommiſſario,& primus fideicommiſſarius ſequenti.*
2 *Maioratus poſſeſſor tenetur ſequenti ſatiſdare.*
3 *Vbi Maioratus ſucceßio ex contractu differtur qualiter ſatiſdandum ſit.*
4 *Subſtitutus directus poteſt petere ab hærede ſatiſdationem,ſuperueniente cauſa ſuſpicionis.*
5 *Palat.Ruui.vltra iuris Canonici ſcientiam,fuit iuris ciuilis profeſſor excellentißimus.*
6 *L.inter omnes.ff.qui ſatiſda.cogan.declaratur.*
7 *Ex diſpoſitione teſtantis ſemper ſatiſdatur: ex diſpoſitione contrahentis,non niſi ex cauſa.*
8 *Satiſdatio in rebus Maioratus non ceſſat ex eo,quòd earum poſſeßio de manu alterius capienda non ſit.*
9 *Satiſdatio ſemel remiſſa amplius peti non poterit:etiamſi Maioratus poſſeſſor dilapidet.*
10 *Cautio de re Maioratus non dilapidanda, vtrum poßit ab eius inſtitutore remitti.*
11 *Satiſdatione remiſſa poterit Maioratus poſſeſſor petere à iudice,vt præcipiat,ne dilapidatio fiat.*
12 *Satiſdationibus ſuperfluis vtendum non eſt.*
13 *Fideiuſſoribus effectis non ſoluendo:iterum ſatiſdandum erit.*
14 *Cautio præſtanda à Maioratus poſſeſſore:fideiuſſoria eße debet.*
15 *Satiſdatio in Hiſpanorum Maioratibus etiam pro rebus immobilibus præſtanda eſt.*
16 *Satiſdatio præſtatur à Maioratus poſſeſſore:etiam notoriè idoneo.*
17 *Maioratus poſſeſſore non ſatiſdante,ſequens in bonorum Maioratus poſſeßionem mittendus erit.*
18 *Cautio idonea eſſe debet.*
19 *Cautio quando ex maximo rei valore idonea eſſe non poteſt,ſufficit ſi præſtetur eo modo quo præſtari poſſit ſecundùm rei qualitatem.*
20 *Satiſdatio à proximiore Maioratus ſucceſſore petenda eſt.*
21 *Satiſdationem calumnioſè petere videtur is,quem alius antecedit.*
22 *Satiſdationem petit remotior proximiore negligente,vel exiſtente abſente,vel impedito.*
23 *Pluribus ſucceßionem Maioratus poſt mortem poſſeſſoris prætendentibus omnibus ſatiſdandum erit.*
24 *Satiſdatio pro rebus Maioratus qualis eſſe debeat.*
25 *Cautio de re arbitrio boni viri fruenda à Maioratus poſſeſſore non præſtatur.*
26 *Cautio de re arbitrio boni viri fruenda,diuerſa eſt ab ea,quæ de re reſtituenda præſtatur.*
27 *Cautio de re reſtituenda remitti poteſt:ea autem,quæ de re arbitrio boni viri fruenda præſtatur non remittitur.*
28 *Teſtator, qui non poteſt cautionem remittere: vtrum poßit præcipere, vt hæres fideiuſſorem pauperem accipiat.*
29 *L.2.C.vt in poſſeſſ.legato.declaratur.*
30 *L.fin.ff.vt lega.ſeu fideicom.nomi.cauea.declaratur.*
31 *Satiſdare non tenetur Maioratus poſſeſſor,qui eſt de liberis primi gradus inſtitutoris eiuſdem.*
32 *Deſcriptionem bonorum Maioratus petere poterit is,qui ſatiſdationem exigere non poteſt.*
33 *Deſcriptio bonorum & inuentarium diuerſa ſunt.*
34 *Pater tenetur bonorum filij deſcriptionem facere quanuis inuentarium de bonis eiuſdem facere nõ teneatur,quod generale eſt in omnibus,qui inuentarium facere non tenentur.*
35 *Maioratus ſucceſſores rarò exigere ſolent ſatiſdationem ab eorum poſſeſſoribus.*

## *Maioratus poſſeſſor vtrum teneatur de re ipſius Maioratus reſtituenda ſatiſdare.*

## CAPVT XV.

VT autem Maioratuũ naturã (de qua in præcedentib.capitib.nõ modicã cognitionẽ ꝓbuimus) perfectiùs intelligamus,id potiſſimũ diſcutiẽdũ eſt:vtrũ ſicut hæres grauatus tenetur ad inſtantiã & petitionẽ fideicõmiſſarij ſatiſdare ſeu anterior fideicommiſſarius ad petitionẽ ſequentis de re fideicommiſſo ſubiecta reſtituenda,adueniẽte die fideicommiſſi.l.1.cum ſeq.ff.vt leg. ſeu fideicom.nomi.cauea.l. cùm Artemidorũ.C.vt in poſſe.leg.l.peto.§.frater.ff.de leg.2.l.cũ pater.§.libertis in fi.ff.eodẽ.l.inter omnes.vbi per Bar.Paul.Alex.Iaſſ.& ſcrib.ff.qui ſatiſda. cogan. l.vnũ ex familia.§.quòd ſi talia. ff.de leg. 2.ita ſimiliter Maioratus poſſeſſor teneatur ſatiſdare de re Maioratus poſt eius mortẽ reſtituẽda ſequenti in gradu.Quam quæſtionem in ſpecie mouet Palat.Ruui.in repe.c.per veſtras.de don.int. vir.
2 & vxo.§.44.nu.2.3.& 4.vbi cõcludit†Maioratus poſſeſſorem teneri ad petitionem ſequentis ſatiſdare ad inſtar fideicommiſſarii. Quod adeò clarum eſſe inquit,vt non indigeat vlteriori cõprobatione:idipſum etiam refert& ſequitur Anton. Gomet.in l.40.Tau.nu.78.dicens, hoc ſolum procedere quando Maioratus factus fuit in teſtamẽto:tunc nãque Maioratus poſſeſſor tenetur ad inſtantiam ſequẽtis:etiam nulla cauſa ſuſpicionis
3 interueniente,ſatiſdare.Secus autem quando in contractu fuit conſtitutus:hoc namq.caſu Maioratus poſſeſſor non tenebitur cauere:niſi ſuſpicio dilapidationis interueniat. ex l. in omnib.ff. de iudi.l.inter omnes.ff.qui ſatiſda.cogan.iũctis his,quæ ibi nõt.per Scrib.

¶Hanc autem quæſtionem ex profeſſo proſequitur Petrus de Peralta in d.l.3.§.qui fideicõmiſſã, nu.29.& nu.30.ff.de hæredib.inſtitu.Vbi retenta ea opinione de qua in præcedenti capite mentionem fecimus,quod ſcilicet omnes ſuccedentes in Maioratu de vniuerſis bonis inſtituto ſint dire
4 cti:non autem obliqui ſucceſſores,inquit†eos nõ teneri ſatiſdationem præſtare de re Maioratus poſt mortem ſuam reſtituendã:niſi quãdo aliqua ſuſpicionis cauſa ſuperuenerit.Ea verò nõ ſuperueniente,poſſe eoſdem ſucceſſores rẽ Maioratui ſubiectam abſq. aliqua ſatiſdatione obtinere, & per totum vitæ ſuæ tẽpus poſſidere.Quod prob. ex tex.iuncta gl.in d.l.inter omnes.ver.hæreditate.ex qua gl.iuncta ad tex.deducit,quòd directus poteſt petere ab hærede inſtituto ſatiſdationẽ: non de re reſtituenda:ſed de hæreditate non diminuenda,aliqua cauſa ſuſpicionis ſuperueniente non aliàs.Directus namq.hæres non tenetur alij directo ſucceſſori cautionem pręſtare de re reſtituenda:cùm id ad obliquũ ſucceſſorem:non ad directum pertineat.Quod eſſet nouum,ac ſubtile,ſi verũ eſſet:tñ Peralt.id nõ firmat: ſed illud tanquã nouũ cogitandum relinquit.Inuehitur tamen contra Doctorem de Palati.Ruui.ex eo, ꝙ in dicta repe.c.per veſtras.hanc differentiam nõ cõſiderauerit:ſed genericè dixerit,quòd Maioratus poſſeſſor ad petitionem ſequentis ẽt non data ſuſpicionis cã teneatur de re Maioratus reſtituenda ſatiſdare:ſed inquit id non mirũ eſſe : cũ materia ipſa egrederetur cancellos Canonicę ꝓfeſſionis.Quo in loco,eum taxat,quòd ſolum iuris canonici profeſſor exiſtens,iuris ciuilis materias ſubtiles attingat.Nec meritò,cùm† vltra iu-
5 ris canonici ſcientiam,quã pręcipuè vir eximius callebat,fuerit etiam iuris ciuilis profeſſor excellentiſſimus,in eodémque iure ciuili quæſtiones difficillimas nedum attigerit:ſed ſubtiliter ac ingenioſè reſoluerit.

¶Sed iſta opinio licèt ſubtilis ſit:duabus tamẽ rationibus vera eſſe non poteſt.¶Prima, quia ſucceſſores Maioratuũ ſecundi,ſeu vlteriores nullo pacto directi:ſed obliq. ſucceſſores,(vt ſuperiùs in capite præcedenti apertiſſimè oſtendimus) dici poſſunt.Ex quo ſolo corruit hęc opinio cùm eius ſit vnicum fundamentum,quòd Maioratuũ ſucceſſores iure directo:non obliquo ſuccedunt. Si enim ſuccederẽt iure obliquo nõ negaret Petrus de Peralta quin etiam non expectata dilapidationis ſuſpicione tenerentur ſucceſſores de re Maioratus reſtituenda ſatiſdare.¶Secunda,quia ẽt ſi directi nõ obliqui ſucceſſores eſſent, adhuc tenerentur ſtatim etiam non ſuperueniente cauſa ſuſpicionis de re Maioratus reſtituenda ſatiſda-
6 re.Idque probat†textus,quem ipſe Petrus de Peralta pro contraria opinione allegat in d.l.inter omnes.ff.qui ſatiſda.cogan. Qui ponit duos caſus.
¶Primus quando ſubſtitutus directus petit cautionẽ à primo directo hærede bona de facto poſſidente,& ſic quando cautionis petitio dependet ab vltima voluntate.Non enim poteſt quis fieri directus hæres ex contractu:& tunc inquit iuriſconſultus indiſtinctè,quòd hæres debet cauere ſubſtituto directo.
¶Secundus quando cautionis petitio depẽdet ex contractu,ſeu alia cã,& tunc inquit iuriſcõſultus cauendum eſſe ex cã,nõ aliàs:& quòd illa lex in primo caſu, vbi in dependentibus ex vltima voluntate loquitur,dicat eſſe ſatiſdandum, indiſtinctè patet ex eo,quòd inquit ſubſtituto cauere debere de hæreditate: quod idẽ eſt ac ſi diceret de hæreditate reſtituenda,& licet gl.ver.hæreditate, contrarium ſentire voluerit,tñ cõmunis illius legis inter omnes intellectus eſt,ꝙ in ea parte loquatur de ſatiſdatione,q̃ datur à principio: ẽt nulla cã ſuſpicionis exiſtente de re ſubſtitutioni, ſiue obliquè,ſiue directè ſubiecta reſtituẽda. Sicq.ex ea lege eſt cõmunis,ac vera concluſio,ꝙ in diſpoſitione teſtatoris nulla ſit differentia inter ſatiſdationem,q̃ præſtatur ad inſtantiã directi,ſeu obliqui ſubſtituti:imò, quòd vtroq. caſu indifferenter vna,& eadẽ ſatiſdatio præſtãda ſit. Quod expreſſè ſentit Iacob.de Arena.in eadẽ lege.inter omnes:in hunc ſenſum intelligens iſtã gl.ver.hæreditate.Idem dixit expreſſè Bar.ibidẽ. nu.1.Paul.Caſt.nu.2.Alex.in princ.ante n. 1. Iaſſ. nu.1.Iacob.de Sanct.Georg.n. 1.Ita vt clariſſimũ ſit eam eſſe communem opinionem omniũ Scriben.Ibidem,& etiam in l.in omnib.ff. de Iudi. & in omnibus locis vbi de hac materia agitur.Ex quo fit,vt nullo pacto poſſit dictũ Petri de Peralta.in hac parte ſuſtineri:cùm Maioratus ſucceſſor non ſuccedat iure directo:ſed obliquo, & ẽt ſi directus hæres eſſet,teneretur indiſtinctè ſatiſdare ẽt nulla cã ſuſpicionis ſuperueniẽte. Quib. non obſtant dicta Scriben.quæ pro cõtraria parte allegat:nam aut illa falſa ſunt,aut quod verius eſt ſunt intelligenda ſecundùm communem intellectum.d.l.inter omnes, ad quã omnes quos ipſe citat,ſe referunt.

¶Vt autem in hoc articulo perfecta reſolutio habeatur,duæ principales ſpecies cõſiderãdę ſunt. ¶Prima:quando nulla cã ſuſpicionis in poſſeſſore Maioratus adeſt.¶Secunda quando in perſona eiuſdem noua ſuſpicionis cauſa ſuperuenit.
¶In prima ſpecie:quando ſcilicet nulla ſuſpicionis cã in poſſeſſore Maioratus adeſt, cõſiderãdũ eſt:vtrum Maioratus dependeat,ex teſtamento,
7 aut ex contractu.Si.n.†ex teſtamẽto dependeat, communis reſolutio eſt,quod indiſtinctè: etiam nulla ſuſpicionis cã ſuperueniente, teneatur ſatiſdare hęres grauatus de fideicõmiſſo reſtituẽdo ſeu

ſeu præcedens fideicommiſſarius de reſtituendo
ſequenti, quod in hærede grauato reſpectu fidei
commiſſarij prob.in l.1.& per tot.tit.ff.vt leg.ſeu
fideicommiſſo.nomi.cauea.C.vt in poſ. lega. In
fideicommiſſario autem præcedẽti reſpectu ſe-
quẽtis prob.ex deciſione tex.in l.peto.§.fratre ff.
de lega.2.& in l.fi.C.de lega.iunctis his, quę ſu-
periùs adduximus.Parique ratione idem dicen-
dum erit in Maioratus ſucceſſorib. vt notat Pa-
lat.Ruui.Anto.Gome.in his locis , quib. eos ſu-
perius citauimus,ſiue hi directi,ſiue obliqui ſuc
ceſſores ſint,vt prob. inter omnes,ſecũdùm
communem Scrib. int um , reiecta opinio.
Petri de Peralt.in d.l.3.§. fideicõmiſſam,qui
contrariam opinionem tentauit.
¶Nec hæc ſatiſdatio ex eo ceſſare debet , ꝙ do
miniũ & poſſeſſio ipſo iure in ſequentẽ Maiora-
tus ſucceſſorem transferatur,nec ad hoc requi-
ratur hæredis,ſeu anterioris poſſeſſoris reſtitu-
tio ex l.45.Tau.quæ eſt l.8.tit.7.lib.5.in noua cõ
pilatione legum Regni. Nam ad hoc , vt cautio
ſit præſtanda,ſufficit,quòd ſola poſſeſſio facti ſit
ab hærede ſeu anteriori fideicõmiſſario reſtituẽ-
da,etiamſi dominium,ac poſſeſſio à lege transfe
rantur , vt in ſpecie dixit gl.in d.l. inter omnes.
verb.hæreditate.ff.qui ſatiſdare cogan.Vbi ſub-
ſtitutus directus,qui ab hærede hæreditatem ca
pere non debet,põt ab eo cautionẽ exigere de re
ſtituenda ſibi actuali poſſeſſione,quam ſequitur
ibi Bar.nu.2.Bal.in prin.Pau.nu.5.in fin.Alexan.
num.5.Iaſſ.nu.11.& communiter Scriben. eámq.
optimè ad hoc inducit Peralta.in d.l.3.§.qui fidei
commiſſam.ff.de hæredib. inſtituen.nu.29.Quod
8 ſummè notandum eſt,†vt intelligamus, quòd nõ
debet hodie ceſſare hæc ſatiſdatio ex eo , quòd
Maioratus poſſeſſio de manu alterius non ſit ca-
pienda:ſicut non ceſſat etiam in his qui directi
ſubſtituti ſunt.Neque etiam illis,in quos fideicõ
miſſum tranſit ipſo iure abſque alterius reſtitu-
tione.
¶Si autem Maioratus ſucceſſio dependeat ex cõ
tractu,ſubdiſtinguendum eſt.Aut enim is Maio-
ratus reuocabilis effectus fuit,aut ea lege inſtitu
tus,vt reuocari non poſsit. Si reuocabilis ſit di-
cendum eſt idẽ quod paulò antè in Maioratu in
teſtamẽto inſtituto,dicebamus.Cùm Maioratus
etſi ex cõtractu dependeat vim ſupremi Iudicij,
vt plurimùm ſoleat obtinere,vt ſupra iſto lib.ca.
12.latiùs diximus.Nec enim ad hoc,vt iſta cautio
præſtetur,requiritur,quòd fideicommiſſum in te
ſtamento relictum ſit:ſufficit enim ſi relinquatur
in codicillo,ſeu in quacunque alia vltima volũ-
tate,vt not.Rofredus.in ſuis libellis.5.par.in Ru
brica de actione ex ſtipulatu. quæ interponitur
ab hærede legatario pro legato præſtãdo.in prin.
& eſt de mente omnium Scrib. in d. l. inter om-
nes,& in d.l.in omnib.Quod ex his, q̃ ſupra iſto
li.c.12.adducta ſunt reſoluendum erit.
¶Aut ipſe Maioratus in contractu inſtitutus ir-
reuocabilis effectus fuit,vímque contractus : nõ
vltimæ voluntatis obtinuit,& tũc non niſi cau-
ſa ſuſpicionis interueniente,ſatiſdandum eſt.d.l.
in omnibus.ff.de iudic. Sícque intelligenda eſt
opinio Anton.Gometij.in d.l.40.Tau.n.78.
¶In ſecũda ſpecie:quando ſcilicet dilapidationis
ſuſpicio,in Maioratus poſſeſſore ſuperuenit:tres
etiam caſus cõſiderandi ſunt. ¶Aut enim à Ma-
ioratus inſtitutore cautio de fideicommiſſo re-
ſtituendo remiſſa fuit.
¶Aut ea non fuit remiſſa:imò à principio exacta.
¶Aut ea fuit ex ſequentis Maioratus ſucceſſoris
negligentia,ſeu aliàs prætermiſſa.
9 ¶In primo caſu dicendum eſt ꝙ †ſi à Maioratus
inſtitutore cautio de re Maioratus reſtituenda,
remiſſa fuit,ea peti nõ poterit à ſequenti Maiora
tus ſucceſſore vllo pacto:etiamſi poſſeſſor eiuſdẽ
bona Maioratus dilapidare cœperit.Quod ꝓbat
tex.ſing.in l.fi.ff.vt legato,ſeu fideicõmiſſ.nomi.
cauea.per quem tex.dixit Bar. in proprio loco,
quòd ſatiſdatio remiſſa non poteſt peti , etiamſi
hæres dilapidet.Quem ibidem cęteri ſequuntur,
dixitque Iaſſ. in l.nemo poteſt.2. lectura nu. 125.
ff.de lega.1.quòd teſtator poteſt remittere ſatiſ-
dationem de legatis,vel fideicommiſſis præſtan-
dis:etiamſi hæres ſit vnus dilapidator.Nec pote
rit ſequens in gradu:etiã in caſu dilapidationis
ſatiſdationem petere ; ſed aliis remediis vti de-
bet.vt inquit Bal.in d.l.iubemus in prin.nu. 5.&
nu.17.C.ad Trebel.Quod intelligendum eſt : niſi
hæres doloſè dilapidaret.De hac namque dolo-
ſa dilapidatione non eſt præſumendum Maiora-
tus inſtitutorem cogitaſſe, vt infra iſto c. latiùs
dicemus.
¶Qua in re etiam cautè legenda ſunt,quę ſcribit
Peralt.in d.l.3.§.qui fideicõmiſſam.ff. de hæred.
10 inſti.nu.30.ad fi.vbi inquit†ſatiſdationem hanc
in caſu ſuſpicionis dilapidationis præſtandã non
poſſe à Maioratus inſtitutore remitti.Ea namque
intelligenda ſunt,vbi hæres doloſè in re fideicõ-
miſſo ſubiecta dilapidanda verſatur. Aliàs enim
loqueretur ipſe contra caſum legis expreſſum in
d.l.fi.vbi non ſolùm teſtator poteſt hãc cautionẽ
remittere:imò remiſſa ſolùm cautione de re fidei
commiſſo ſubiecta reſtituenda ea peti non po-
teſt,etiam in caſu dilapidationis.
11 ¶Vnũ tamen eſt quòd,† Maioratus ſucceſſor,qui
dilapidationem inſtantem timet,nec poteſt ſatiſ
dationẽ petere:quia forſan remiſſa fuit ab inſti-
tutore,poterit implorare officiũ iudicis antè fa-
ctũ,vt impediat, ne dilapidatio fiat,quod prob.
tex.in l.3.C.qui bon.cedere poſſ. Per quem text.
dixit Bal.ibi.n.3.quod ille, qui ex facto alterius
timet grauari,poterit ante factum implorare of-
ficiũ Iudicis,vt inhibeat, ne id fiat, quod inquit
Baldus alibi ita expreſſum nõ reperiri.notat Bar.
per tex.ibi.in l.fi.in prin.n.3. ff. quod met.cauſ.
Bal.in l.ſi ſuper.n.2.C.de tranſact.Bar.in l.de pu-
pillo.§.ſi quis ipſi prætori.n.5.ff.de nou.ope. nun
tia.Roderi.Xuar.alleg.4.col.4. De quo etiam in
c.ſequenti.nu.21.dicemus.
¶In ſecundo caſu : quando ſcilicet cautio de re
Maioratus reſtituenda remiſſa non eſt, imò ea à
ſequenti ſucceſſore exacta,ſimiliter dicendũ eſt
cautionẽ ob dilapidationis ſuſpicionem non eſſe
præſtandã.Ex prima namque ſatiſdatione Maio-
ratus ſucceſſor ſecurus erit:cùm ex ea res Maio-
ratui ſubiectæ ſibi nõ deterioratæ præſtãda ſint.
12 l.1.in prin.ff.de leg.nomi.cauea.l.fi.C.de le.†Nec
eſt ſuperfluis,ac variis ſatiſdationibus vtendum.
l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt legato.nomi.cauea.
Ideóque nulla lege cautum eſt prima ſatiſdatio-
ne exacta,ex cauſa ſuſpicionis teneri hæredem
denuò ſatiſdare.Quod ſanè intelligendũ eſt:niſi
13 † primi fideiuſſores ex poſtfacto nõ ſoluendo ef-
fecti ſint,aut bona,q̃ habuerãt,amiſerint: tũc nã
que erit denuò à Maioratus poſſeſſore ſatiſdãdũ.
l.ſi is à quo.§.ſi ſemel.iũcta l.planè.ff.vt in poſ.le.
l. ſi creditores.ff.de priuile.cred.l.qui bona.§.de
illo



illo.ff.de damn.infect.Paul.in l.in omnibus.ff.de
Iudi.nu.2.& ibi Iacobi.de Sancto Georg. nu. 4.
& 5.Idémque erit:ſi tempore fideiuſſionis exactę
fideiuſſores communi opinione idonei reputabã
tur.Poſteà autem compertum eſt eos eſſe inopes,
& non idoneos.l.in confirmando.ff.de confir.tu-
tor.tex.in c.paſtoralis. de exceptio. Notantque
Paul.Iacobi.& communiter Scrib.in d.l. in om-
nibus poſt Specul.de offic.omni.Iudi.§.6.incipi.
deſeruit.nu.12.
¶In tertio caſu vbi ſcilicet à principio ſatiſdatio
de re Maioratus reſtituenda,exacta nõ fuit:dicẽ
dum erit,quod ea poterit quocunque tempore
peti:nedũ ſuſpicione dilapidationis ſuperuenien
te:ſed etiam ſi ea nõ ſuperueniat.l.1.§.planè.ff.vt
legato.nomi.cauea.l.poſtquam.ff. eo. tit. Sícque
omnia iſta quod ad ſatiſdationem attinet,intelli
genda,ac reſoluenda ſunt.
14 ¶Hæc autem† ſatiſdatio fideiuſſoria eſſe debet.l.
ſi is à quo. cum ſimilib.ff.vt in poſſeſſ.lega.l.1. &
quaſi per totum.tit.ff.vt leg.ſeu fideicom. nomi.
cauea.l.prætoriæ ſtipulationes.ff.de pretor.ſtipu
15 la.l.1.ff.de collat.bon.Pro†req. tam mobili:quàm
immobili præſtanda eſt.l.1.iuncta.gl.in verb.ſti-
pulentur.ff.vt lega.ſeu fideicom.nomi.cauea.l.is
cui,in princip.verſi.bonorum autem appellatio-
16 ne.ff.vt in poſſe.leg.Et†ea ſatiſdatio etiam à no-
toriè idoneo , pluráque bona immobilia poſſi-
dente præſtatur.d.l.1.in prin.ff.vt legato:ſeu fidei
commiſſ.nomi.cauea.Et ſi regulariter notoriè i-
doneus à ſatiſdãdo reueletur,vt ex plurib. ꝓbat
17 Iaſſ.in l.1.n.16.ff.qui ſatiſda.cogã.Quòd†ſi hæres
grauatus,ſeu præcedẽs Maioratus poſſeſſor nolit
ſatiſdare,poterit ſequẽs petere ſe mitti in poſſeſ
ſionem bonorum Maioratus ; donec ſatiſdatio-
nem præſtet.l.1.& per tot.tit.ff.& C. vt in poſſeſ.
legato.Quod in Maioratu dixit Palat. Ruui.in d.
repe.c.per veſtras.§.44.nu.5.
18 ¶Cautio†autem idonea eſſe debet.l.quoties. ff.
19 qui ſatiſda.cogã.Sed†ſi ex magna rerũ Maioratus
æſtimatione qui forſan ex regno, Ducatu, Comi
tatu,ſeu Marchionatu,vel alio magno patrimo-
nio conſtat,idoneè ſatiſdari non poſſit ea cautio
præſtanda eſt, quæ ſecundum rei qualitatẽ præ-
ſtari poterit.Quod ꝓbatur ex tex.in l.de creatio
nib.C.de epiſcopa.audien.ibi. *Sin autem non talis
eius cenſus inueniatur:tunc & fideiußio in quantũ poſ-
ſibile eſt,ab eo exploretur.*Quę ad hoc expreſſè not.
ibi.Alberi.2.col.in medio.dicens. Ita conſultum
fuiſſe in fauorem Reginæ Frãciæ,quę fuit tutrix
filij ſui Primogeniti.tex.in quo eadem verba ap
poſita ſunt,in l.fi.§.ſin autem non talis.C.de cu-
rato.furioſ.quem ad hoc not.Bal. in l.fi.C.de Ma
giſt.conue.nu.3.l.mulier.C.de iure doti.not.Caſ-
ſa.in conſuetud.Burgun.Rub.6.§.4.verb.cautio.
nu.4.Lauden.in tracta.de offi.domino. quæſtiõ.
4.Iacobi de SanctoGeorg.in tractatu feudorum
colum.1.Roderi.Xuar.in l.2. titu. *delos emplaca-
mentos*.lib.2.fori ll.§.nunc opportunè.nu. 18. Idq.
in ſatiſdatione de Maioratu reſtituendo cenſuit
Palat.Ruui.nihil ex prædictis allegans in d.repe.
cap.per veſtras.§.44.nu.5.
20 ¶Quam† ſatiſdationem petere debet is,qui poſt
Maioratus poſſeſſorem primum locum in ſucceſ
ſione eiuſdẽ obtinebit,vt prob.in l.peto. §. fra-
tre.ff.de leg.2.vbi id omnes Docto. aduertunt.
21 Calumnioſè † namq.ſatiſdationẽ petere videtur
is,quem alius antecedit,vt inquit Iuriſcõſultus,
22 in l.Paulus.ff.de præto.ſtipulat.Niſi † ſequẽs ſuc
ceſſor abſens impeditus aut negligens ſit:tũc nã
que etiam remotior admittitur,vt infra lib.4.di
cemus, vbi de reuocatione alienationis factæ à
23 Maioratus poſſeſſore tractabimus † ꝙ ſi plures
primum gradum in Maioratus ſucceſſione pretẽ
dant omnib.à præcedenti Maioratus poſſeſſore
ſatiſdandum erit.Nec in hoc grauatur Maioratus
poſſeſſor,cùm futurum ſit,vt vnus ſolus in Maio
ratu ſuccedat poſſitque cum vno,eódemque fide
iuſſore omnibus ſatiſdare.l.ſi duo.ff.vt legato.no
mi. cauea.
24 ¶Forma autem ſatiſdationis hęc erit,†quòd fide
iuſſores ſtipulentur hæredem,ſeu anteriorẽ Ma-
ioratus poſſeſſorem,rem Maioratui ſubiectã ad-
ueniente die reſtitutionis præſtare,dolúmq. ma
lũ in Maioratus reſtitutione abfuturũ:ita vt nec
fũdo ſeruitus imponatur,nec aliquid aliud dolo
fiat, ex quo res Maioratus deterior tradatur.l.1.
ff.vt lega.ſeu fideicommiſſ.nomi.cauea.l. vlti.C.
25 de lega.Et vtrobique per Scrib. Nec† cautio de
re Maioratus arbitrio boni viri fruenda, præſtan
da eſt.Hæc namque à fructuario, nõ à Maioratus
poſſeſſore,qui dominus eſt(vt infra hoc lib. c.19.
dicemus)præſtanda erit.l.1.ff. vſufructu quemad-
26 modũ caueat.vbi probatur,† quòd cautio de re
aliqua reſtituenda ab ea,quæ datur de vtendo,&
fruendo arbitrio boni viri,lõge diuerſa eſt.Mul-
ta namque comprehendit cautio de fruendo ar-
bitrio boni viri,quæ cautio de reſtituenda re nõ
comprehendit,vt conſtat ex his,quæ notat Azo.
in ſumma.C.de vſufruct.nũ.2.cum ſequent.
27 Ideóque licet†cautio de reſtituenda re aduenien
te die fideicommiſſi à teſtatore remitti poſſit.l.2.
C.vt in poſſeſſ. leg. Cautio autem de vtendo , &
fruendo arbitrio boni viri à teſtatore remitti nõ
poteſt.l.ſcire debetis.C.eo.tit.l.ſi pecuniæ.ff.eo.
l.1.C.de vſufruct.Cuius ratio eſt,ne detur occa-
ſio delinquendi.Quam rationem aſſignant Scri-
ben.in d.l.ſcire debetis,& in dicta l.1.C. de vſu-
fructu & Bart.in l.nemo poteſt.ff.de lega.1.nu.3.
vbi Iaſſ.in 1.lectura nu.93.& in 2.nu.125.col.fi.&
Hannibal.nu.212.illam ſequuntur:tametſi Ripa.
ibi nu. 41.iſtam rationem non probet aliámque
deteriorem aſſignet.Hanc etiam rationẽ,probat
Iaſſ.conſi.40.num.1.Deci.conſi.418.nu. 16. & Io.
Igneus in l.contractus.nu.72. ff. de regulis iuris.
& Mencha.de ſucceſſ.creati.lib.1.§.7.nu.22.Frãc.
Viuius.lib.com.opin.verb. coactionem. num. 5.
hancque opin.dixit communẽ eſſe Ant.Gabriel.
commun.opin.li.5.tit.de vſufruct.concluſione.1.
num.28.
28 ¶Ex qua ratione deducitur†nõ eſſe verã opinio
nem Bal.in d.l.1.num.11.C.de vſufructu.dicentis
quòd quamuis teſtator cautionem de vtendo,
fruendo arbitrio boni viri remittere nõ poſſit:po
terit tamen iubere, vt hæres accipiat quendam
fideiuſſorem pauperem.Quem ſequitur Salic.ibi
nu.5.& Barba.in c.fin.de Pigno.Angel.in princ.
Inſti.de vſufructu.ad fin.& plures alij ex noſtris
Scrib.Iura namque in hac materia loquentia iu-
bent fructuarium cauere vtiliter,& idoneè tex.
in §.Conſtituitur.Inſti.de vſufruct.obligatio au
tẽ inopis debitoris nulla cẽſetur.l. nã is.ff. de do
lo.& teſtator,qui non poteſt cautionẽ remittere,
ea ratione:ne delinquendi occaſio præſtetur,nec
poterit grauare hæredẽ inopem fideiuſſorem re
cipere: cùm paria ſint non cauere,vel minùs ido
neè ſatiſdare.l.quoties.ff.q ſatiſdare cog.l.3.ff.de
fideiuſſo.eadémque occaſio delinquendi præſte-
tur

tur ex fideiuſſione non idonea, quæ ex fideiuſſoris remiſſione. Sicque aduerſus Bal. & eius opinionem ſequentes tenuerunt Hannibal. in d. l. nemo pôt. ff. de leg. 1. n. 184. & Arias Pinel in l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nu. 76. Quibus ego libenter aſſentior, qui ſemper id cupiam efficere, vt lex non verbis: ſed rebus imponatur.

29 Ex eadem etiã ratione † aſſignari poteſt nouus, ac veriſſimus intellectus ad l. ſecundam. C. vt in poſſe. leg. dicentem à teſtatore remitti poſſe, eam cautionem, quæ datur pro legato & fideicommiſſo reſtituendo. Nam cùm iſta cautio duas partes contineat: prima, quòd res Maioratui, ſeu fideicommiſſo ſubiecta adueniente die reſtituatur: ſecunda, quòd in reſtitutione dolus malus aberit. l. 1. ff. vt legato. ſeu fideicommiſſ. nomi. caueatur. licèt poſſit remitti prima pars fideiuſſoris: non tñ poterit remitti ſecunda: cum ex ea remiſſione ẽt occaſio delinquendi præſtetur, dolúſque futurus remitti nõ poſſit. l. ſi vnus. §. illud nulla. ff. de pac. l. ſi plagij. cum ſimili. ff. de verb. obli. Idque prob. tex. in d. l. 2. ibi: *Vt ſatiſdationes, quæ volũtatis defunctorum tuendæ gratia in legatis, & fideicõmiſſis introductæ ſunt, eorundem volũtate remitti poſſint.* Ex quibus clariſſimè conſtat teſtatorem ſolam eam ſatiſdationem poſſe remittere: quæ eius gratia introducta eſt: ſed iſta ſatiſdatio, vt dolus malus abſit, aut fauore publico inducta eſt, vt prob. tex. in d. §. illud nulla. vbi per Scri. & tex. in l. conuenire. ff. de pact. dotali. aut mixtim gratia fideicõmiſſarij, & iuris publici: vt inquit Bal. in d. l. ſcire debetis. nu. 1. Ideóq. ex legis illius deciſione nullo pacto remitti poteſt. Quod ex eo etiam conſtat, ꝙ ſi non pôt remitti cautio, vt arbitrio viri quis fruatur, à fortiori nec remitti poterit ea ſatiſdatio quà cauetur dolum malũ abfuturũ, cùm maior delinquendi occaſio ex hac, quàm ex illa præſtetur. Ex maioritate autẽ ſeu ex paritate rationis lex, de vno caſu, ad alium extenditur. Auth. multo magis. C. de Sacroſ. Eccle. illud. cum ſimil. ff. ad leg. Aquil. Quod præcipuè in eo, quod fauore publico ſtatuitur, dicẽdum eſt. l. quod fauore, cum ſimil. ff. de leg. Imol. & ſcrib. in l. Si verò. §. de viro. ff. ſol. matr.

30 ¶Nec huic † intellectui aduerſatur deciſ. tex. in l. fi. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. nomi. cauea. Vbi probatur, quòd remiſſa à teſtatore cautione de fideicommiſſo reſtituendo, nõ poterit eadem cautio peti: etiãſi hæres hæreditatem diſſipet. Poteſt namque quis bona fideicommiſſo ſubiecta abſq; dolo diſsipare, vt optimè aduertunt Paul. nu. 2. Alex. nu. 13. & cæteri Scrib. in l. Imperator. ff. ad Trebel. Nec tunc cautio propter diſsipationem peti poteſt: ſed aliis remediis agẽdũ eſt, vt in ead. l. Docto. aduertunt, quod ſi dolus interuenerit, crederem non obſtante eiuſdem legis deciſione, poſſe exigi eam cautionem: ne dolus malus adſit, quam ſi rectè ſentio non poteſt remittere teſtator: cùm nõ poſsit remittere cautionẽ de vtẽdo, ac fruẽdo arbitrio boni viri. In cuius remiſſione minus inconueniens verſaretur. Quod eo maximè dicendũ eſt, quòd d. l. fi. cõmuniter intelligi ac limitari ſoleat: niſi ſit talis dilapidatio, de qua veriſimiliter teſtator non cogitauit tempore remiſsionis cautionis. Tunc nãque cauẽdũ erit nõ obſtante teſtantis remiſsione, quod dixit Bal. in l. iubemus in prin. num. 5. & nu. 17. C. ad Trebel. Teſtator autẽ veriſimiliter de dilapidatiõe doloſa remittenda cogitaſſe cenſendus nõ eſt. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. l. ex facto. vbi per Scri. ff. de vulga. Ideóq. d. l. fi. non meretur in contrariã ſententiam adduci.

31 Hæc tamen omnia, † quæ de ſatiſdatione à Maioratus poſſeſſore præſtanda prædiximus limitanda ſunt, niſi heres grauatus, ſeu pcedẽs Maioratus poſſeſſor ſit de liberis primi gradus Maioratus inſtitutoris, & ſequens in gradu frater grauati, vel eius filius, aut deſcendens, aut ex deſcendentib. Maioratus inſtitutoris. Hoc namque caſu hæres grauatus, ſeu præcedẽs Maioratus poſſeſſor nõ tenebitur ſatiſdare. l. iubemus. in principio. & in §. in ſupradictis. C. ad Trebel. vbi Odofredus Bar. Bal. Paul. Corn. & communiter Scrib. gl. vbi etiã per Scrib. in l. cùm Artemidoram. verb. non prohibuerit. C. vt in poſſe. legato. glo. vbi Docto. in auth. contra rogatus. verb. exponet. C. ad Treb. Quod de liberis primi gradus Maioratus ſucceſſorib. à parentib. ſuis grauatis, bona Maioratus filij aut aliis deſcendentib. ſuis reſtituere, intelligendũ eſt: non autẽ in nepotib. aut pronepotib. aut aliis deſcendentib. pcedit, vt probat tex. in d. l. Iubemus. §. illud autem admonemus: iũcta gl. ver. pſonis vbi glo. exponit tex. 1. de liberis primi gradus. Per quem tex. dixit. Bal. in proprio loco, quòd priuilegium conceſſum filiis nõ extẽditur ad nepotes: quando l. id prohibet. Cuius dictum ſequuntur communiter Scrib. ibidem. & in eadẽ l. Iubemus, in principio. & in d. l. cùm Artemidoram & in d. Auth. contra rogatus. Idem ẽt dixit Bar. in l. liberorum nu. 4. & nu. 6. ff. de verb. ſigni. vbi Alcia. nu. 26. Alex. in l. in fideicommiſſariam. 1. reſponſo. nu. 2. ff. ad Treb. Idq. omnes Docto. indifferenter not. ita vt nullus ex his, qui de hac re ſcripſerũt, legem illã, niſi in liberis primi gradus teſtatoris, intelligat.

¶Qua ratione cautè legendũ eſt illud, quòd Scribit Petrus de Peralta in d. l. 3. §. qui fideicõmiſſam nu. 30. vbi de hac re loquens inquit, quòd in caſibus, quib. poſſeſſor Maioratus tenetur ſequẽti in gradu ſatiſdare, intelligi debet, & limitari: niſi præcedens ſit aſcendẽs, vel frater ſequẽtis in gradu quia tunc non poteſt deſcẽdens, vel frater ſecundo loco vocatus ab eo ſatiſdationẽ exigere.

¶Id namque ex ſuperiùs adductis iure procedere nõ pôt: licet enim pcedẽs Maioratus poſſeſſor, ſit aſcendens, vel frater ſequentis in gradu, non liberatur à ſatiſdatione: niſi is, à quo ſatiſdatio petitur ſit de liberis primi gradus Maioratus inſtitutoris, quod maximè ea, quæ in hac materia ſcribũtur reſtringit, poteritq. vix caſus d. l. Iubemus in Hiſpanorũ Maioratib. practicari: cùm vt plurimùm iã eorum ſucceſsio liberos primi gradus inſtitutoris ſupergrediatur.

¶Poterit tamẽ Maioratus ſucceſſor aduerſus illũ qui eſt de liberis primi gradus inſtitutoris petere, vt bona deſcribãtur: etſi non poſſit ab eo ſatiſ-
32 dationẽ exigere. Is † enim qui non pôt ſatiſdationẽ exigere: petere tñ poterit bonorũ deſcriptionem, vt inquit Bal. conſ. 137. vol. 1. Cuma. conſi. 88. nu. 3. Caſſa. in conſue. Burgun. Rub. 6. §. 6. ver. *par inuentaire*. nu. 27. Peralta. in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. nu. 30. Idque cenſuit Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nu. 23. dicens, parentem bonorum filij adminiſtratorem teneri inuentariũ
33 conficere: etſi nõ teneatur ſatiſdare: quo † in loco inuentarium cum bonorũ deſcriptione cõfundit: licet ea verè diuerſa ſint vt benè conſiderant Cuman. d. conſi. 88. & Guido Papæ, deciſione. 351. n. 1. Soc.



1. Socinus Iuni. conſil. 132. numero 4. & 5. lib. 1. Bertrand. conſil. 243. nume. 6. lib. 1. & Boer. deciſ.
34 61. nu. 7. & num. 14. Ideóque † quanuis pater non teneatur facere inuentarium ex bonis filij: tenebitur tamen ad petitionem filiorum bona eorũdem pati deſcribi: vt Cuma. d. conſ. 88. col. fina. & præfati Doctor. aduertunt, quod ab inuentario diuerſum eſt. Sicque intelligenda ſunt, quæ à Pinel. in d. l. 1. 2. parte nu. 23. dicuntur: de inuentario à patre cõficiendo, quod generale eſt in omnibus, qui inuentarium facere non tenentur. Hi enim non poterunt bonorum deſcriptionẽ recuſare, idque propè omnes Scrib. quos ſuperiùs citauimus non obſcurè cenſuerunt.

¶Sed licet omnia iſta quę de ſatiſdatione prẹſtãda à Maioratuũ poſſeſſoribus diximus, vera ſint, ex clariſsimiſque iuris principiis apertiſsimè
35 deriuentur: raro † tamen in forenſibus cõtrouerſiis adduci ſolent, nec vidi vnquam ſequentem Maioratus ſucceſſorẽ ab eius poſſeſſore cautionẽ ceſſante dilapidationis ſuſpicione, petentem, nec exigentem: quod mihi modicam admirationem præſtitit: cùm ſciam plures ex ſequentibus Maioratuum ſucceſſoribus: adeò eorundem poſſeſſores inſectari, vt ſi ſcirent hoc remedio aduerſus eos vti poſſe, id nõ prætermitterent: imò frequẽter cautionũ exactione illos infeſtarent. Sed forſan ſilentiũ hoc ex ignorantia principiorũ proceſsit, vt & plura alia quotidie, ex cõmuni errore neglecta videmus, vel ex eo remediũ hoc neglectum eſt, quòd parum vtilitatis ex eo conſequi poſſe videatur, eò quòd Maioratus, vt plurimum in bonis immobilibus conſiſtãt: cautióque de eiſdem reſtituendis vtilitatem nõ afferat: cùm ſtatim mortuo poſſeſſore, dominium ac poſſeſsio rerum Maioratus in ſequentẽ ipſo iure pertranſeant, etiã ſi à poſſeſſore Maioratus alienata ſint, in tertiúmque tranſlata, pro actualique poſſeſſione adipiſcenda plura remedia ſummaria, ac executiua legibus Regiis prodita ſint. Vtcunque autẽ res ipſa cõſideretur huiuſmodi cautionem vtiliſsimam eſſe plus certo mihi compertum eſt: nec ſcio quo iure potuiſſet petentibus denegari.

¶Vtrum autem vltra cautionem, de qua in hoc capite agitur, Maioratus ſucceſſor teneatur, antequàm rerum eiuſdem Maioratus ſucceſsionẽ apprehendat, præſtare cautionem Mutianam de adimplendis eiuſdem Maioratus conditionibus ſeu reſtituendo bona Maioratus cum fructibus perceptis, infra lib. 2. c. 12. nu. 25. dicemus.

## *SVMMARIA.*

1 *Patre bona Maioratus dilapidante, ea filio ante eius mortem reſtituenda ſunt.*
2 *L. Imperator. ff. ad Trebel. declaratur, diſcutitúrque vtrum hodie ſit correcta.*
3 *Hodie etiam pro aduentitiis cautiones inter patrem, & filium præſtari poſſunt.*
4 *Correcta ratione legis ceſſare debet eius diſpoſitio.*
5 *Filius non tenetur ſe committere fragilitati cautionis.*
6 *Vera ratio decidendi ad d. l. Imperator. ff. ad Trebel. aſsignatur.*
7 *Pater diſsipans bona filij quorum adminiſtrator eſt, tenetur ea filio reſtituere.*
8 *Maritus diſsipans bona vxoris, tenetur illa etiam conſtante matrimonio reſtituere.*
9 *Pater propria bona dilapidans, tenetur in vita filio legitimam aſsignare.*
10 *Pater poteſt bona ſua in mare proiicere in filiorum præiudicium.*
11 *Vna ratione legis deficiente ex alia ſuſtinetur.*
12 *An d. l. Imperator procedat in dilapidatione, quæ ex ſola culpa proceſsit: an dolus requiratur.*
13 *Adminiſtratio auferenda eſt tenaci: ſicut prodigo.*
14 *Pater diſsipans bona immobilia Maioratus: vtrum teneatur illa in vita reſtituere.*
15 *Diſsipatio immobilium magis damnoſa eſt quàm ea quæ de bonis mobilibus fit.*
16 *Pater diſsipator, bona Maioratus tenetur in vita filio reſtituere: etiamſi ſit ſoluendo & culpa diſsipationis in omittendo conſiſtat.*
17 *Alimenta præſtanda ſunt patri, à quo propter diſsipationem bona Maioratus auferuntur.*
18 *Diſsipatio magna requiritur, vt bona Maioratus ſint à poſſeſſore auferenda.*
19 *Diſsipatio Magna, quæ dicatur.*
20 *Pro modica diſsipatione ſolet fieri Maioratus poſſeſſori præceptum, vt deinceps non alienet ſub pœna reſtitutionis.*
21 *Iudex quandoque id iubet, quod lex præcipit.*
22 *Dilapidationis ſuſpicione præcedente, cautionis remedium ſufficiens eſt, dummodo ea manifeſta non ſit.*
23 *Satiſdatione à principio præſtita non tenetur Maioratus poſſeſſor ex ſola ſuſpicione dilapidationis iterum ſatiſdare.*
24 *Dilapidatione manifeſta interueniente, pater tenetur bona Maioratus reſtituere, non obſtante cautionis oblatione.*
25 *Ex dilapidatione manifeſta bona Maioratus reſtituenda ſunt: etiam ſi à principio cautio præſtita fuerit.*
26 *Diſpoſitio l. Imperator. ff. ad Trebel. procedit, ſiue tempus gratia hæredis, ſiue commiſſarij adiectum ſit.*

27 *Tempus ſemper cenſetur adiectum fauore hæredis. non fideicommiſſarij.*
28 *Rege bona regni manifeſtè dilapidante quid faciendum ſit.*
29 *Diſpoſitio dictæ l. Imperator: an procedat ſolum in filio: an etiam in extraneo.*
30 *Prima generatio eſt filius: ſecunda autem nepos.*
31 *Imphitheota. fructuarius & colonus: propter diſsipationem cadunt à iure ſuo.*
32 *Bona expreſsè prohibita alienari: ſi alienentur, poterit ea ſequens vocatus in vita poſſeſſoris ſibi vendicare.*
33 *L. fina. §. ſed quia noſtra Maieſtas. & §. ſin autem. C. communia de lega. declarantur.*

## *Maioratus poſſeſſore bona Maioratus dilapidante: an poſsit ſequens in vita eiuſdem Maioratus ſucceſſionem vendicare.*

### CAPVT XVI.

IN præcedenti capite oſtenſum eſt
qualiter Maioratus poſſeſſor ad pe-
titionem ſequētis cauſa ſuſpicionis
ſuperueniēte, vel nō, teneatur ſatiſ-
dare: ſed quia contingere poteſt, vt
Maioratus poſſeſſor ne dū de dilapidatione ſu-
ſpectus ſit: ſed etiam compertum ſit eum bona
Maioratus manifeſtè dilapidare, ac deſtruere: ita
vt ſatiſdationis remediū ſufficiens non ſit: ſum-
mè conueniens erit hoc loco eam quæſtionem
diſcutere: an ſcilicet hoc caſu ſequens ſucceſſor
poſſit ante mortem poſſeſſoris, Maioratus reſti-
tutionem petere. Pro cuius quæſtionis reſolutio-
ne diſtinguendum erit, aut enim ſequens in gra-
du eſt filius Maioratus poſſeſſoris, aut extraneus.
¶In prima ſpecie: quādo ſcilicet ſequēs in gradu
1 poſſeſſoris filius eſt, dicendum erit, † φ ſi eius pa-
rens bona Maioratui ſubiecta manifeſtè dilapi-
det nō expectata eius morte, ea bona erunt filio
reſtituenda. Quod probat text. in l. Imperator ff.
ad Trebelli. quem dixit Bart. in proprio loco eſſe
ſing. ad hoc, quòd ſi pater fuit grauatus reſti-
tuere filio fideicommiſſum, & ipſe diſſipat bona
reſtitutioni ſubiecta, auferūtur ab eo, & cogitur
reſtituere filio etiam in poteſtate exiſtenti ante
conditionis euentum, & illum tex. dixit ad
hoc alibi non reperiri Ioan. de Imol. ibidem. Id-
que etiam per illum tex. notant ibi communi-
ter Scrib. id ipſum etiam dixit Bart. in l. final.
C. de ſenten. paſſ. & reſti. nu. 2. idem Barto. in l. 2.
§. quòd ſi in patris. num. 8. & 9. ff. ſolu. matri. & in
l. ſi conſtante. 9. quæſtion. nume. 63. vbi etiam per
Scrib. ff. eod. & in l. cum oportet. §. non autem. n.
2. C. de bonis quæ libe. Franc. de Areti. conſil. 72.
nume. 5. Palat. Ruui. in repe. cap. per veſtras. §. 17.
nu. 13. de dona. int. vir. & vxo. Boerius: qui plura
refert deciſ. 61. nu. 15. cum præceden. & ſequent.
Sed eſt tex. illi conſimilis in l. cogi. §. ſi pater. ff. ad
Trebel. vbi pater hæres inſtitutus filióque reſti-
tuere grauatus, ſi adire recuſet, cogitur ad filij
petitionē hæreditatē adire, fideicommiſsúmque
etiam ante diei euentum filio reſtituere: quaſi in
recuſando hæreditatem adire videatur bona fi-
deicōmiſſo ſubiecta diſſipare, filiúmque eiſdem
bonis ex non aditione priuare, quod diſſipationi
manifeſtæ æquiualens eſt. Idque Scrib. ibidem
& in d. l. Imperator aduertunt.

2 ¶Magna † tamē inter Scrib. cōtrouerſia eſt, an illa
l. Imperator, hodie ſit correcta. Aliqui nāq; ex eiſ-
dē cenſuerūt eam correctam eſſe, eiúſq; deciſio-
nem iure nouo Codicis non procedere, quod ex
eo probare nituntur, quòd illa l. loquatur in filio
in poteſtate cōſtituto inter quē & eius parētem
iure digeſtorū nō poterat cautio de fideicōmiſſo
reſtituendo, nec etiā de alia re pręſtāda interpo-
ni. l. frater à fratre. §. 1. ff. de condi. indebi. text. in
§. item inutilis, cum ſimilib. Inſti. de inutilib. ſti-
pulat. Lex autem illa ideò in caſu dilapidationis
bona filio reſtitui iubet, quòd inter patrem, & fi-
lium cautio interponi non poſſit. Nā ſi præſtari
poſſet inter patrem & filium ſatiſdatio, nil aliud
quam ſatiſdationē in caſu dilapidationis intro-
duceret. Quod prob. ex eadē lege. ibi. *Nam quia
cautiones nō poterāt interponi cōſeruata patria poteſta
te: ideò damnū cōditionis propter fraudem inflixit.* Sed
3 cū † hodie de iure C. etiā pro aduentitiis cautio-
nes inter patrē & filium præſtari poſſint, ex deci-
ſione text. in l. iubemus. §. in ſupradictis, ſecundū
communem intellectum. C. ad Trebel. & in au-
thent. vnde ſi parēs. vbi glo. & cōmuniter Scrib.
C. de inoffi. teſta. & notatur in d. l. frater à fratre.
4 igitur † correcta ratione legis, ceſſare debet eius
diſpoſitio. l. 1. cum ſimilib. ff. de legitim. tutela.
Iaſſ. in l. ſi quis filiū. n. 7. C. de inoffi. teſta. qua ra-
tione d. legem Imperator, hodie correctam eſſe
dixit Rapha. Cuma. ibidem. Quem ſequitur ibi
Ioannes de Imol. ſuper glo. verb. non poterant.
¶Quanuis autē obiectio iſta vrgentiſſima ac pe-
nè inſolubilis videatur: communis tamen opinio
eſt in cōtrarium: imò, quòd illa l. correcta nō ſit,
quam veriorem eſſe cenſent ibi. Bar. Alberi. An-
gel. Paul. Alexand. Segur. Claud. & communiter
Scrib. Idem voluit Nicolaus Arelatanus in l. ge-
neraliter. n. 163. C. de ſecund. nupt. Eámque dixit
communem opinionem eſſe Ripa. in l. ſi cōſtante
col. fina. num. 100. ff. ſolut. matr. Arias Pinel. in l. 1.
C. de bon. mater. 2. par. nume. 38. Quod probant
ea ratione, quòd ſcilicet quanuis cautiones inter
5 patrem & filium hodie interponi poſſint: † non
tamen filius tenebitur ſe committere fragilitati
cautionis l. cogi. §. idem quæritur. ff. ad Trebel.
de quo inferius dicemus. Quæ ratio leuiſſima
eſt: cum Iuriſconſultus in d. §. idem quæritur. in
ſatis diuerſo caſu diſponat, vt benè aduertit Ioā.
de Imol. in d. l. Imperator.
6 ¶Sed ſuſtinendo communem † verior ratio aſſig-
nari poterit, quod ſcilicet Iuriſconſultus in d. l.
Imperator, non ea ſola ratione motus fuerit ad
diſponendum, patrem teneri ante diem, fidei-
commiſſum reſtituere, quòd cautiones inter
patrem, & filium præſtari non poſſent. Ad id
namque vt cautio præſtanda foret, ſola ſuſpi-
cio dilapidationis ſufficiens eſſet: imò regula-
riter ad id nulla ſuſpicionis cauſa requirere-
tur.



tur. Sed hanc rationem Iuriſconſultus expreſſit,
vt intelligeretur, quòd ex eo: quia cautiones in-
ter patrem, & filium præſtari non poterant, non
potuit principiis dilapidationis obuiari: prout in
extraneis ex præſtatione cautionis obuiari ſolet.
Qua ratione creuit adeò parētis dolus ſeu negli-
gentia, vt manifeſtam dilapidationem efficeret;
qua manifeſta dilapidatione ſtāte, Iuriſconſultus
damnū conditionis propter fraudem ex ea prę-
ſumptā inflixit. Et iſte eſt nouus ac verus ſenſus
literæ illius l. quæ aliàs intelligi non poſſet.
¶Nec hac ſola ratione, ſed aliis etiam motus fuit
Iuriſconſultus ad eius legis deciſionē, eaq; prę-
cipua quòd diſſipatio iā adeò manifeſta erat, vt
pater euidenter aduerſus filium ſuſpectus eſſet,
quo caſu ciuili ratione bona erant à parēte aufe-
7 rēda. † Quotieſcunq; enim pater adminiſtrat bo-
na ad filium pertinentia, eáque manifeſtè dilapi-
dat, cogitur ea reddere, etiam nō adueniēte caſu
reſtitutionis. l. fina. vbi Bart. & Scrib. C. de ſentē.
paſſ. l. cum oportet. §. non autem. vbi etiam per
Scrib. C. de bonis quæ libe. not. Roderi. Xuar. al-
lega. 4. & Pala. Ruui. in rep. cap. per veſtras. §. 17.
n. 13. Barto. in l. ſi conſtante. n. 63. ff. ſolu. matri. vbi
Iaſſ. num. 196. & Ripa. col. fina. nu. 99. Segur. in d. l.
Imperator. col. 17.
8 ¶Sicque † etiā videmus in marito res dotales diſ-
ſipante, vt dotem teneatur ante tēpus reſtituere
l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri. l. vbi adhuc. C. de iure
doti. Pala. Ruui. in d. repe. capitu. per veſtras. §.
17. nu. 12. Gometius. in §. fuerat. nu. 41. Inſtitut. de
actio. Boerius deciſione. 327. Segur. in repet. d. l.
Imperator, col. 36. l. 29. titul. 11. part. 4.
9 ¶Simile etiā † videmus in patre, qui ſi propriá bo-
na dilapidet, cogitur filio, etiam in vita legitimā
aſſignare, ex qua ſe alere poſſit, vt dixit Baldus in
l. ſecund. C. ſi quid in fraud. patro. n. 3. cuius dictū
ſequitur Paul. ibidē. n. 6. dicens, eſſe mente tenē-
dum. Idem Paul. in authen. ſi qua mulier. n. 8. C.
de ſacr. ſan. Eccle. Alexand. in d. l. Imperator. nu-
mer. 12. & ibi Claud. n. 6. Fabia de Mōte in repet.
auth. nouiſſima. n. 83. C. de inoffi. teſta. Roma. in
l. 2. §. quòd ſi in patris. ff. ſolut. matri. Pala. Ruui. in
d. repet. cap. per veſtras. §. 17. nu. 14. Eandem opi-
nionem dicit eſſe æquiorem Iaſſ. in l. ſi conſtāte.
n. 199. ff. ſolu. matri. & in l. nam & poſteà. §. ſed &
ſi quis n. 4. ff. de iure iurando. Eāque ſequitur Se-
gura. in d. l. Imperator. col. 40. cum ſequentib. &
Xuar. allegat. 4. & Cagnol. in l. final. C. de pact. n.
232. Boerius deciſ. 61. n. 17. & 18. Greg. tit. 14. parti.
1. in princip. in gloſ. verb. *enagna*, & in l. 8. titul. 4.
par. 5. in gloſ. verb. legitima. ¶ Et ſi cōtrariā opi-
nionē veriorē eſſe cenſeat Baldus ſibi contrarius
in l. non poteſt. ff. de adoptio. & ante Bald. Specu-
la. titul. de executione ſententiæ §. ſequitur. n. 11.
in fin. Quam dixit de rigore iuris eſſe veriorem
Iaſſ. in d. l. nā & poſteà. §. ſed etſi quis. n. 4. & §. itē
ſi quis in fraudē n. 3. Inſtit. de actio. & prætereà in
l. lex. Cornelia. n. 6. ff. de vulga. Caſſan. in cōſue-
tu. Burgun. titul. de ſucceſſione, Rub. 7. §. 2. num.
4. Silueſter. Aldobian. in §. prætérea. Inſti. quib.
mod. ius patr. poteſta. ſoluitur. Et Deci. conſ. 438.
nu. 13. Prima tamen opinio æquior eſt: quanuis
contraria iuris rigore cōſiderato verior ſit: ſiqui-
10 dē † iuris rigor permittit parenti, vt bona ſua in
mare proiiciat, vt inquit Bald. in procemio. C. nu.
11. Quem ſequitur Deci. conſi. 557. n. 7. & 8. Mora-
lis tamen ratio contrariū dictat: cum reipublicæ
expediens ſit, ne quis re ſua malè vtatur, & ne fi-
lij fame moriantur, vt in prædictis locis Docto.
aduertunt, quibus poſſent plura alia cumulari.
¶Cùm igitur aliæ rationes poſsint ad dictæ legis
Imperator, deciſionem aſsignari: cōſequens eſt,
11 vt † vna legis ratione deficiente, legis diſpoſitio
nō deficiat: ſed ex alia etiā ſuſtineatur: etiamſi
vtraque eſſet finalis. text. in §. affinitatis. Inſti. de
nupt. l. liberorum. §. vocantur. ff. de his, qui not.
in l. ſi non lex Ælia Sentia. ff. de hæredib. inſti. &
eſt communis Scriben. reſolutio. in l. ſi vero. §. de
viro. ff. ſolut. matri. & in l. ſi ventri. §. bonis. ff. de
priuileg. credi. Ex quibus communis opinio non
modicum comprobatur, quę aliàs eſſet iuris fun-
damento deſtituta.
¶ Sed maxima adhuc cōtentio inter Scribē. ver-
12 ſatur: an † ſcilicet illa lex Imperator, locū habeat
in dilapidatione, quæ culpa parētis proceſsit: an
ſolùm in ea, quę ex eiuſdē dolo, ac machinatione
orta fuit. Illam namque legem procedere ſolùm
in dilapidatione doloſa; dixit gloſ. in d. l. Impera-
tor. verb. filio. finali ver. Quam ſequitur Ang. ibi-
dem dicēs, quod ſi pater doloſe diſsipat, tenetur
fideicōmiſſum reſtituere; ſi autē ex propria cul-
pa, debet ſibi dari coadiutor, in adminiſtratione
ad inſtar Prælati. Eandem opinionem ſequutus
fuit Ioannes de Immola in eadem l. col. 2. vbi etiā
Claudius col. 2. Cui opinioni non modicum fun-
damentum præſtāt verba eiuſdem legis Impera-
tor. ibi. *Multa in fraudē fideicōmiſſi fieri probarētur*
& iterū ibi. *Ideò damnum conditionis propter fraudē
inflixit.* Quæ verba potiùs dolū, ac machinatio-
nem: quàm culpam denotant, idque prefati Scri-
ben. probant ex. l. Si ſuperſtite. C. de dolo, & ex a-
liis quæ in idem adducunt.
¶Contrariam tamen opinionem veriorē eſſe di-
xit Bart. in eadem l. Imperator. nu. 1. quem ſequi-
tur Rapha. Cuma. ibi. & Paul. num. 2. & Alex. nu.
16. & Nicolaus Arelaten. in d. l. generaliter C. de
ſecund. nupt. num. 115. cum ſeq. Eámque appellat
communem Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 2. par.
nu. 34. allegans pro ea gloſ. in l. Si quis prioris. §.
fina. C. de ſecund. nup. ibi. *De fraude vel ſi alienet.*
Idem etiam voluit Iaſſo. in l. Si conſtāte. ff. ſolut.
matri. nu. 196. per text. in l. fina. C. de ſenten. paſſ.
& in l. 2. §. quòd ſi in patris. ff. Sol. matri. Qui om-
nes reſpondent ad tex. in d. l. Imperator. verb. *in
fraudem*, quòd verbum illud nō pro machinatio-
ne doloſa: ſed pro ea, quæ contingit, re ipſa acci-
piēdum ſit: ſicut etiam dicimus dolum re ipſa, &
ex propoſito cōtingere, in l. ſi quis cùm aliter. ff.
de verb. oblig. ſed Alexand. & ante cum Rapha.
Cumm. allegant pro hoc, tex. expreſſum in l. iuris
gentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. vbi verbū
illud fraudandi, de quo in ead. l. mentio fit, pro
fraude re ipſa contingenti capitur. In cuius opi-
nionis fauorem facit quod eleganter dixit Bald.
13 in d. l. final. n. 18. C. de ſen. paſſ. Vbi inquit, † quòd
ſi pater non eſt prodigus: ſed ita tenax, vt nō ex-
pendat, quod eſt neceſſarium ad bonorū conſer-
uationem, eſt ſibi adminiſtratio auferēda. Cuius
dictū extollit Hiſpanus Segura in d. l. Imperator
col. 40. Boerius deciſ. 61. nu. 14. Idq; veriſsimū eſt:
Si enim pater citra dolum bona Maioratus de-
ſtruit ac dilapidat, domóſq; ex negligentia ruere
permittit, fundóſque & agros non colit, aliáque
ſimilia in filij perniciem facit; negari non poteſt,
quin iſta ſit iuſta cauſa priuandi illum admini-
ſtratione, bonáque ante tempus reſtituendi: ac ſi
illa doloſè deſtrueret, ac dilapidaret.

¶Vlteriùs etiã pro eiuſdem l.Imperator,perfecta
declaratione diſcutiendum eſt:an ſit vera illa di-
ſtinctio, quam fecit Bart.in eadem l.Imperator.
numero 1. dicens , quòd aut pater ita dilapidat
14 res filij,quòd filio poteſt eſſe conſultum:† vt ſi a-
lienet res immobiles, quas filius poteſt vendi-
care & tunc non poteſt patri auferri adminiſtra-
tio:ſed ſunt bona eiuſdein tacitè obligata,& ha-
bet filius remedium contra poſſeſſores. De quo
in l.1. C. de bon.mater. Aut pater ita conſumit
res filiis per dolum,vel culpam,quòd non poteſt
filio eſſe conſultum: puta conſumendo pecuniã,
vel alias res mobiles , vel patiendo eas deſtrui
per negligentiam, & tunc bona debeant ad fi-
lium transferri. Quã diſtinctionem ſequitur ibi.
Paul.de Caſtr.num.9. eam limitans & intelligẽs,
in 1.membro: quando ſcilicet pater alienaret res
immobiles in perſonas potentiores,à quibus nõ
poſſet filius ita facilè vendicare , vel in alios qui
eas eſſent deterioraturi.Nam tunc (inquit) non
obſtante hac diſtinctione ſtatim eſſe filio bona
fideicõmiſſi reſtituenda. Eandem opinionem ſe-
quitur Io.de Immola. ibidem:eandem etiam di-
ſtinctionem poſuit Bar.in d.l.fi. C.de ſentẽ.paſſ.
num.2.& in l.ſi conſtante,in princip. verſ.nono
quæro.nu.63.ff. ſolu.matri. Franc. de Areti. qui
plures in idem refert.in conſ. 72. nu.5.vbi dicit,
hanc eſſe communem opinionem. Boerius qui
plures ad idem refert deciſione 61. nu.14. Dida-
cus de Segura. in repet. d. l. imperator. col. 37.
quod ſingulariter notandũ eſt.Si enim hæc opi.
vera eſſet rarò aut nunquã poſſet d.l.Imperator
diſpoſitio ad Hiſpanorum primogenia adaptari.
¶Sed quanuis iſta Bar.diſtinctio communiter ſe-
quuta ſit,mea ſentẽtia,nullo pacto ꝓbari poteſt.
15 Maior † enim diſſipatio eſt illa, quę fit vendẽdo
immobilia:quàm ea , quæ fit in pecuniæ,ſeu bo-
norum mobilium diſſipatione.Nã etſi primo ca-
ſu res extent, poſſintque vendicari : in 2. autem
facilè vendicari non poſſint: in vendicatione ta-
men immobilium longè maior difficultas:quàm
in mobilium reſtitutione verſatur:ſiquidem pro-
lixæ ac penè immortales ſunt lites illæ , quæ in
vendicandis rebus immobilibus à Maioratuum
poſſeſſoribus alienatis quotidie verſantur,innu-
meráque ſunt damna, quæ inde ſucceſſoribus
comparantur , quod ſummè conſiderandum eſt:
etſi in litis euẽtu bona ſint Maioratus ſucceſſori
reſtituenda,vt optimè conſiderat Iuriſconſultus
in l.minoribus.ff. de minor.ibi. *Sed etiã ſi eorũ in-
terſit,litibus ac ſumptibus non vexari.* Item poterit
interdum etiam probationem copia deperire.
Quod etiam maximum inconueniens traheret,
vt aduertit glo.in l.cog.iuxta princip.verb.dedu
ctionẽ ff.ad Trebel.& in l.penult.ad fin.C.de bo
nis quæ libe. pluráq; alia inconuenientia ex ho-
rũ bonorũ immobiliũ alienatione ſequerentur,
quæ ex eorũ vẽdicatione reparari nõ poſſent, vt
etiam notiſſimũ eſt. Ex quo fit:vt euidenter di-
ſtinctio Bar.ratione non conſtet: ſicque eam im-
probat Alexand.dicens,opinionẽ contrariam,vt
hoc diſtinctè procedat,eſſe veriorẽ in d.l. Impe-
rator.n. 14. vbi plenè id proſequitur. Eãdemque
opinionem videtur etiã amplecti Boerius. d.de-
ciſione.61.n.15.Sentitque cum Alexandro Pinel.
in l.1.C.de bon.mater.2.parte.nu. 35. Quorum o-
pinioni nos etiam libenter aſſentimur.
16 ¶ Similiter † etiã ſequendæ non ſunt aliæ diſtin-
ctiones , quas faciunt Bar.Bald.& Scrib.in d.l.fi.
§.dum autem.C. de bonis quæ libe. & in d.l.im
perator.quas refert ibidem Alexand. num.13.an
ſcilicet culpa committatur in faciendo , ſiue in
omittendo:ſeu an pater ſit ſoluendo, vel non:ſi-
ue enim culpa eiuſdem in faciendo ſiue in omit
tẽdo cõſiſtat, vel ſit ſoluẽdo,vel nõ:ſemper ſeruã
da eſt d.l. Imperator,deciſio, vt optimè aduertit
Franc.de Areti.in d.conſ.72.nu.5.& Alexand.in
d.l.Imperator.nu.13. vbi etiam Claudius col.2.id
probat.Quod etiam ſequitur Boerius.d.deci.61.
n.14.ad fin.
17 ¶Eſt tamen aduertendum, quòd † quando patri
auferũtur bona Maioratus propter diſſipationẽ,
filioque reſtituuntur,filius tenetur patri alimen-
ta præſtare ex deciſione d.l.Imperator , quæ ali-
menta de redditibus bonorum parenti præſtãda
ſunt,vt eadem lege diſponitur.Quod intelligen-
dum eſt:ſi pater egeat alimentis,non ſi aliunde ea
habeat,idque probatur ex eadem l. verb. egenti.
Quod omnes Scrib.ibibẽ aduertunt,vt inquit ibi
Alexand.n.6.Nec hoc caſu omnes fructus bono-
rum ſibi pro alimentis aſſignandi ſunt,ſed ſolùm
ex ipſis fructibus alimenta in caſu indigentiæ,vt
bene aduertit ibidem Alexand.nu.5.& 8.
18 ¶Iſta autem omnia maturiùs penſanda ſunt:†non
enim ob quamcunque dilapidationẽ bona Maio
ratui ſubiecta parenti auferenda ſunt, filioq; re-
ſtituẽda:ſed ad id magna ac manifeſta diſſipatio
requiritur , vt probat text.in d.l. Imperator.ibi.
*Multa in fraudem fideicommiſſi fieri probarentur.* Ex
19 quo fit,†vt requiratur,quòd pater plura diſsipa-
uerit,aut vnũ adeò magnũ, quod pluribus æqui-
ualens ſit,vt ibi Paul.n.1. Alex.n.11. Segura.fol.vl-
timo,col.45.& omnes Scrib.aduertunt.
20 ¶Tam†modica autem huiuſmodi diſsipatio eſſe
poſſet , vt ſufficiens remedium videretur , quòd
parenti præceptum fieret vt deinceps bona Ma-
ioratus non diſsiparet:alias ea ſibi auferenda eſ-
ſent,filióque reſtituenda.Quod dixit Bartol.in l.
2.§.quòd ſi in patris.num.9. ff.ſolu.matri.vbi in-
quit , quòd ſi pater diſsipat bona dotalia ad filiũ
pertinentia , poteſt filius petere, vt ea non diſsi-
pet.Idem etiam ſequitur Angelus.in l.fi.col.3.C.
de ſent.paſſ.Et Segura.in d.l.Imperator.col.38.&
licèt pater abſque iudicis præcepto id facere te-
21 neatur:interdum tamen† iudex id iubet, quod l.
præcipit , idque iuſtum eſt : cùm iudex ſit legis
executor. Quod aduertit Bald. in l. Si fideiuſſor.
§.ſi ſatiſdatum. ff. qui ſatiſda.cogan. vbi inquit,
quod præceptũ de non alienãdo poteſt fieri à iu-
dice ſtatim lite mota, & ſi omnes leges in tit. C.
& ff. de litigioſis , id præcipiant. Idque ſequitur
Roderi.Xuar.d.allega.4. pag. 2. vbi ex hoc dicto
Bald.inquit poſſe Maioratus ſucceſſorem petere,
ne poſſeſſor bona alienet : licet ea bona iure in-
alienabilia ſint. Quibus adiicienda ſunt ea ,quæ
in c.pręceden.n.11.adducta ſunt.Quod ſic in caſu
contingenti pręceptum vidimus in parente,qui
erat de liberis primi gradus Maioratus inſtitu-
toris , nec (vt ſtatim dicemus ) ad ſatiſdationem
præſtandam compelli poterat.
¶Quòd ſi vlteriùs procedat dilapidationis ſuſpi-
cio filiúſq; ſatiſdationẽ à parẽte Maioratus poſ-
ſeſſore petat,poterit pręcipi parẽti,vt filio ſatiſda
22 tionẽ pręſtet.Licèt†enim filius:quãdo pater ma-
nifeſtè dilapidat,nõ teneatur ſe fragilitati cautio
nis cõmittere,vt in d.Impera.omnes Scrib.aduer
tũt:tenebitur tamẽ ſe cautioni cõmittere quãdo
nõ manifeſta dilapidatio:ſed eiuſdẽ ſola ſuſpicio
adeſt:



adeſt:aduerſus quã videri poteſt filio plenè ex ſo
la ſatiſdatione cõſultũ. Quod intelligendũ erit:
niſi parẽs ſit de liberis primi gradus Maioratus
inſtitutoris:hoc nãque caſu ſatiſdare nõ tenebi-
tur:prout in c.præcedẽ.n.31.latius annotauimus.
23 ¶Vbi † autẽ ſatiſdatio à principio de re fideicõ-
miſſo ſubiecta reſtituenda præſtita fuit nõ pote-
rit pater compelli denuò ſatiſdare ob ſolam di-
lapidationis ſuſpicionẽ,cõtra quã ex prima ſatiſ-
datione filio ſatis cautum videtur:niſi noua cau-
ſa in perſona fideiuſſorum ſuperueniat, vt ſupe-
riùs oſtenſum eſt. Non enim eſt ſuperfluis cau-
tionibus vtendum.l.hæc ſtipulatio.§. diuus.ff.vt
lega.nomi. cauea. nec debemus obligationes ex
obligationibus facere.l.4.§.ait.Prætor.cum ſimi-
libus.ff.de re iudi.
24 ¶ Quòd † ſi bona Maioratus pater diſſipet , de-
ſtruat,ac manifeſtè dilapidet:tũc cautionis obla-
tione non obſtante fienda erit fideicõmiſſi reſti-
tutio ex dictæ legis Imperator , deciſione. Non
enim tenebitur in hoc caſu filius , vt ibi Scrib.
notãt ſe cõmittere fragilitati cautionis, quod vl-
tra ea,quæ ab ipſis adducta ſunt , ꝓbat text.in l.
qui ita inſtitutus.§.1.ibi. *Propter fragilitatẽ cautio-
nis.*ff.ad Trebel.Satius namque eſt ſuam ſibi rem
ſaluam fore:quàm tabulas cautionis habere, at-
que incertum illius euentum ſpectare. l. ſuſpe-
ctus. ff. de ſuſpect. tuto. l. ſi pupilli.ff.quod falſo
tutore authore.Quibus plura cumulat Tiraquel.
de retractu.Linagier.§.1.gloſ.18.nu.33.
¶Idque non ſolùm procedit vbi à principio cau-
tio interpoſita nõ fuit adueniente tamẽ manife-
ſta dilapidatione offertur ; ſed etiam quando à
25 principio fuit præſtita ſatiſdatio. Tunc†namque
etſi propter dilapidationis ſuſpicionem iterũ ſa-
tiſdandum non ſit (vt paulò antè dictum eſt:)ta-
mẽ nõ obſtante ſatiſdatione à principio pręſtita,
filius non tenebitur ſe huius cautionis fragilitati
committere.Non enim inuenio rationem diuer-
ſitatis , quo ad hæc in cautione à principio præ-
ſtita,& in ea,quæ ex poſt facto offertur:ſed plùs
certo arbitror,quòd ſi in caſu manifeſtę dilapida
tionis cautionis obligatio fragilis eſt,vt ex ea fi-
lio plenè conſultũ nõ ſit , id ipſum dicendum ſit:
quãdo cautio iam præſtita erat.Ex antiqua enim
ſeu ex noua cautione , ( vt eſt notiſſimum ) non
poterit eſſe aduerſus manifeſtam dilapidationẽ
conſultum.Ideóque etiam hoc caſu remedio d.l.
Imperator , vtendũ erit, eiuſque legis diſpoſitio
locum obtinebit, vt in ſimili dixit ſatis elegãter
Paul. Caſtren.in authent.qui rem.numer.3.C.de
Sacroſanct. Eccleſi. & Arias Pinel. in l. 1. C. de
bon.mater.2.parte.nu.60.verſi.receptũ enim eſt.
Quę omnia ſingu.notá.erũt,vt ſciamus intellige-
re,& practicare ea , quæ in d. l.Imperator deciſa
ſunt.¶ Cõſequenter autẽ hoc loco diſcutiendum
eſt etiam : an vera ſit quædam deciſio Bald. in
Rubrica;C.de reuocand.his quæ in fraud.credi-
to. numero 13. vbi inquit Bald. ſe putare , quòd
vbi hæres dilapidat ante euentum cõditionis fi-
deicommiſſi, bona hęreditaria deberent poni in
loco tuto , ita vt commoditas medij temporis nõ
ſubtrahatur grauato:niſi conſtaret,quòd dilatio,
ſeu conditio eſſet appoſita à teſtante fauore fi-
deicõmiſſarij quia tunc hæredi diſſipanti eſſent
bona totaliter auferenda. l. in fideicommiſſi. §.
cum Polidius.ff. de vſur. Quod inquit Alexand.
in d.l.imperator.n.3. eſſe ſingulariter notandum
pro limitatione & intellectu illius legis,vt ſolùm
eius deciſio procedat : quando dies fideicõmiſſi
appoſita fuit in fideicommiſſarij fauorem, nõ a-
lias, ſubditque ab alieno Scrib. in d.l.Imperator
id non legiſſe , nec poſſe dici verbum magis ſin-
gulare , & accommodatum ad illius l.intellectũ.
Quem ſequitur cũ quodam temperamento Di-
dacus de Segura in eadem l.col.46.Quod ſi verũ
eſſet,ſingulariter notandum foret ad Maioratuũ
poſſeſſores.Cũ enim ſemper reſtitutionis dilatio
in eorum fauorẽ appoſita ſit, ex hac Bal.deciſio-
ne propter diſſipationem, nõ eſſent bona Maio-
ratus ſequenti ſucceſſori deferenda : ſed ponẽda
in loco tuto,ita vt poſſeſſor fructibus rerũ Maio-
ratus fruatur,donec tẽpus reſtitutionis adueniat.
26 ¶Sed licèt hoc dictum Bald.ſing.ſit, † mihi tamẽ
iure nõ probatur, nec vidi legem hãc diſtinctio-
nem facientem : ſiquidem Iuriſconſultus in d.§.
cum Polidius.in caſu diuerſiſſimo loquitur vt ex
eo conſtat apertiſsimè , nec poteſt ad Baldi deci-
ſionẽ adaptari,vt cuilibet id rectè inſpicienti cõ-
ſtabit.Imò (ni fallor) Bal. loquitur abſque ratio-
ne,&fundamẽto,& directo aduerſus caſum legis
in dicta l. Imperator, vbi nõ appoſitum eſt tem-
pus fauore fideicõmiſſarij:ſed potiùs hæredis,&
nihilominùs patris diſsipatione ſuperueniẽte bo
na ab eo auferutur filioque reſtituenda ſunt,nõ
autẽ ſequeſtrantur, nec in loco tuto apponũtur.
¶Quod autem in illa l.Imperator tempus fauore
hæredis,non fideicõmiſſarij appoſitum ſit, ex eo
27 conſtat:quod † tempus in teſtamento appoſitum
ſemper cenſeatur appoſitum fauore hęredis ; nõ
autem fauore fideicommiſſarij.l.cum tempus.ff.
de regul.iur.vbi inquit Iuriſconſultus. *Cũ tempus
in teſtamẽto adiicitur credendũ eſt pro hærede adiectũ
niſi alia mens fuerit teſtatoris.*l.eum,qui kalendis.§.
fina. vbi Bart. & Scrib. ff. de verb. obliga. l.poſt
mortẽ.C.de fideicom.vbi Corn. circa fin. inquit
quòd quilibet dies, & quælibet cõditio in dubio
fauore grauati cenſetur appoſitá.Quod ſequitur
Iaſſ.ibidem in princip.&fin.verb.& Cagnolus in
d.l.cùm tempus num.1.& 2.Idque in caſu eiuſdẽ
legis Imperator à fortiori dicẽdum eſt,cùm nul-
la verba in eadem lege appoſita ſint , ex quibus
cenſeri poſsit tempus fideicommiſsi adiectum
fuiſſe gratia fideicommiſſarij , non hæredis:imò
pater fructibus medij temporis frui deberet,do-
nec veniret dies fideicommiſsi. Quod fieri ſolet
vbi tempus appoſitum eſt gratia hæredis non fi-
deicommiſſarij , vt probatur ex tex.in d. §.cum
Polidius , & ex tex. iuncta glo. & his quæ ibi A-
lexand.& Scrib. notant in l.in fideicommiſſariã.
§.fina. ff. ad Trebel. & in l. cum filio. ff.de lega.1.
vbi Imol. plura in idem adducit. Idque apertiùs
probatur ex tex. in d. l. Imperator. ibi. *Damnum
conditionis propter fraudem inflixit.*gloſ.verb.Dam-
num,& verb. conditionis, & his quæ communi-
ter Scrib. ibidem notant : ſi enim l.illa appellat
damnum patris habere conditionẽ pro impleta
propter fraudem eiuſdem:igitur conſequens eſt,
vt conditio in fauorem patris appoſita cẽleri de
beat:non enim aliter conditionis implementum
poſſet parenti damnum irrogare , idque notiſsi-
mum eſt.Ex quo fit,vt illa Baldi deciſio non poſ-
ſit aliquo modo ſuſtineri, ad quod miror prædi-
ctos Scribentes non aduertiſſe.
¶Vltimo loco pro huius materiæ omnimoda re-
28 ſolutione,diſcutiendum etiã eſt,quid†dicendum
ſit in Rege bona Regni manifeſtè dilapidante ac
deſtruẽte,vtrũ filius eius primogenitus poſsit eo

caſu aduerſus illũ inſurgere, Regnumque ipſum debellare. In qua quæſtione dicendum eſt, quod non: ſed tunc per filium eſt ad Romanum Pontificem recurrendum, vt ſecundùm iuris remedia ſibi iuſtitiã miniſtret, vt ex pluribus probat Gregorius in l.1.tit.15.par.2.in glo., verb. *O desheredar a ſu padre*. Quæ hîc repetere nõ libuit. Et hæc de prima ſpecie, vbi pater bona Maioratus filio poſt eius mortem pertinentia, deſtruit ac dilapidat.

29 ¶In ſecũda ſpecie principali, † vbi ſcilicet is, qui reſtitutionẽ Maioratus ex manifeſta dilapidatione petit, non eſt filius dilapidantis: ſed aut eius agnatus, aut cognatus trãſuerſalis, aut extraneus dicendum eſt diſpoſitionem dictæ l. Imperator in hoc caſu non procedere. Quod dixit Bart. in l. fin. ff. vt legato. ſeu fideicom. nomi. cauea. num. 3. vbi inquit, quòd l. Imperator loquitur in patre, cuius bona debent ire ad filium. Ideoque ſi antè reſtituit, non videtur magnũ quid feciſſe. l. ſcripto, in fi. ff. vnde liberi. ex quo apertè ſentit, l. illã habere locum in filio primũ locum in ſucceſsione obtinente, non in extraneo. Quod etiam videtur ſentire Paul. de Caſtro in ead. l. Imperator. n. 6. dum allegat. Bart. in d. l. fina. ad fin. Et hanc opinionem ſequitur expreſſiſſimis verbis Segura. in d. l. Imperator. col. 44. & 45. ſecundùm antiquã impreſſionem.

¶Alexan. tamen in eadem l. Imperator. nu. 13. aliquantulum dubitat de hac Bar. deciſione duabus præſertim rationib. ¶Prima ex eo, quod d. l. fi. loquitur in auo grauato reſtituere, in quo videtur militare ratio d. l. ſcripto. ſicut in patre. ¶Secũda ex eo, quòd d. l. ſcripto procedit, quando bona ſunt peruentura ad filiũ tacitè ex ſola iuris prouidentia. Secùs autem quando ex cauſa fideicõmiſſi contra parentis voluntatem: non tamen audet à Bart. opi. diſcedere: quia vt inquit, nõ inuenit hanc conſiderationem ab aliquo tractam.

¶Sed ſi quis voluerit opinionem Bart. ſuſtinere, poterit dicere aduerſus Alex. quod d. l. Imperator, loquatur ſolum in filio, cuius cõtemplatione plura aduerſus patrẽ bona eius dilapidantẽ, iura ſtatuta ſunt, quæ ad alios extendi nõ debẽt: cùm in extraneis nõ ea pietatis ratio quæ in filiis, militet. ¶Nec obſtat prima ratio Alexan. ꝙ ſcilicet d. l. fina. loquatur in auo, in quo reſpectu nepotis militat rõ. d. l. ſcripto. quia ratio iſta falſa eſt. Non enim videtur eadem ratio militare in filio: & in
30 nepote: cùm † prima generatio ſit filius: ſecunda autem nepos. text. in authen. de non alienan. aut permutan. §. emphiteoſi. 1. colla. 4. Ideóque filius nepotem in ſucceſſione præcedit. l. auunculo. C. cõmunia de ſucceſſio. l. pater filium. ff. de inoffi. teſt. tex. in §. 1. Inſti. de legi. agna. ſucceſſio. Scrib. in l. ſi viua matre. C. de bõ. mater. niſi filius mortuus ſit, quo caſu nepos locũ patris acquirit. Ideo que ex repræſentatione iam filius: non nepos reputatur. l. 1. §. ſi ſit nepos. ff. de colla. dotis. l. 1. §. ſi ſit filius. ff. de coniungen. cum emancipa. liber. eius. Et vtrobique Bart. & Scrib. Bar. Bal. Salicet. Corn. Franc. de Areti. Alexan. & Scrib. per text. ibi in l. ſi auus. la. 2. C. de liber. præteri.

¶Non obſtat ſimiliter ſecunda ratio Alexan. in quantum dicit, quòd l. ſcripto, procedit, vbi bona debent venire in filium ex iuris prouidentia, nõ ex cauſa fideicõmiſſi: nam ſi rectè verba Bart. intelligamus vbi allegat d. l. ſcripto, non ſunt intelligẽda ſolùm de bonis fideicõmiſſo ſubiectis: ſed de fructibus eorũ, & omnibus etiã aliis bonis parentis, quæ ex l. ſcripto. filio poſt eius mortem deferri debent. Cùm igitur bona parentis ſint filio poſt eius mortem peruentura ex legis prouidentia: non mirum ſi ante mortem cogatur filio bona fideicommiſſi, quæ manifeſtè dilapidat, reſtituere, & ſic valet Bart. argumentatio. Si enim intelligeremus de ſola proprietate bonorũ fideicommiſſo ſubiectorum, ratio eius non ſolùm militaret in filio: ſed etiam in quolibet extraneo ad quem ſicut ad filium poſt mortem hæredis bona fideicommiſſo ſubiecta peruentura eſſent, quod credi non poteſt Bartolum in hac parte ſenſiſſe.

¶Vt cunque autem ſit, etſi Bar. & eorum, qui illã ſequuntur authoritas magna ſit, contrariam ſententiam proculdubiò ſequẽdam eſſe exiſtimarẽ: imò quod illius legis Imperator, deciſio in quocunque ad Maioratus ſucceſſionem vocato: etiã ſi filius non ſit, pari ratione procedat. Cùm enim ceſſet prima eiuſdẽ legis ratio, quòd ſcilicet cautiones inter patrem, & filiũ pręſtari non poſsint, ſuſtineaturq; eiuſdẽ legis diſpoſitio, ex hac pręcipua ratione, quod patre bona fideicõmiſsi deſtruente, ac dilapidãte, filius non teneatur ſe cõmittere fragilitati cautionis nec bona apud parẽtem diſsipatorẽ eſſe debeant: prout ſupra iſto ca. nu. 9. cum ſequen. annotauimus: non video quare iſta ratio non militet in extraneo primo loco ad Maioratus ſucceſsionem vocato: ſicut in filio: imò longè maior ratio in extraneo: quàm in filio verſatur: cum ob filij affectionem præſumendũ ſit, parentem, non adeò in diſsipatione bonorũ, quæ ad filios peruẽtura ſunt, proceſſurum ſicut in dilapidatione ac deſtructione bonorum, quæ ad extraneum poſt eius mortẽ ſpectant. Si igitur lex non confidit de parente dilapidatore adminiſtrationem bonorum, in quibus filius eius ſuccedere debet: nulla (ſi rectè ſentio) ratio aſsignari poteſt, ex qua cõfidat de eo adminiſtrationem bonorũ, in quibus nõ filius, ſed extraneus ſucceſ-
31 ſurus eſt. Simile † nãque videmus in emphiteota, vſufructuario ſiue colono: etiam qui ad longum tẽpus conducit. Si enim hi res, quibus ex cauſis prædictis fruũtur, dilapidẽt, poterunt ab amphiteoſi, vſufructu vel conductione repelli, etiãſi ſatiſdationem de his rebus conſeruandis præſtiterint. Quod dixit Paul. in authen. qui rem. nu. 3. C. de ſacroſanct. Eccle. quem ibi ſequitur Iaſſ. num. 4. & 5. & cæteri Scrib. Bald. & Rapha. Cuma. in l. diuortio. § ſi fundũ. ff. ſolut. matrimonio. Carol. Ruin. conſ. 58. nu. 3. & 4. lib. 1. Tiraquel. qui plures refert, de retract. cõuẽtional. §. 3. glo. 1. n. 23. Arias Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nu. 60. Ex quo fit, vt hæc opinio vera cenſenda ſit.

¶Vnum tamen in hac parte annotandũ erit, ꝙ
32 † ſi in Maioratu expreſſa alienationis prohibitio appoſita ſit: prout cõmuniter in omnibus Maioratibus apponi ſolet ſtatim facta bonorum alienatione etiã viuente Maioratus poſſeſſore, poteſt admitti ſequens in gradu, qui alienationi non conſenſit, ad reuocãda bona alienata, eaque ſibi vẽdicanda ſiue is filius, ſiue tranſuerſalis, ſeu extraneus ſit. l. cũ pater. §. libertis, iuncta glo. verb. ne id alienaret. ff. de lega. 2. per quem tex. dixit Paul. de Caſtro. in proprio loco nu. 4. ꝙ alienatio voluntaria facta contra expreſſam voluntatem teſtatoris poteſt ſtatim reuocari, & ad reuocandum admittuntur, qui non alienauerunt, nec alienationi conſenſerunt. Idẽ prob. text. in l. peto §. fratre. ff. eod. tit. not. Paul. Caſtren. in l. fina. §. fina. nume. 7. C. communia de lega. Xuarez. allega. 4. col. 2.

¶Et licèt



33 ¶Et † licet cõtrarium videretur dicendũ ex deciſione tex. in l. fina. §. ſed quia noſtra Maieſtas, & in §. ſin autem. C. communia de lega. vbi probatur, ꝙ ſi quis alienat bona, quæ ſubiacent reſtitutioni ſub conditione, vel in diem, quòd fideicommiſſarius non poteſt ſtatim illa petere: ſed demũ adueniente die, vel conditione. l. ſeruo legato. §. 1. ff. de lega. 1. vbi gl. & Scrib.

¶Communis tamẽ ac vera reſolutio eſt, quòd aut bona ſunt fideicommiſſo aut reſtitutioni ſubiecta, & ſic tacitè alienari ꝓhibita abſq. alienationis prohibitione expreſſa, & tunc ſi alienetur, nõ poteſt alienatio reuocari niſi adueniẽte die fideicommiſſi. Sicque eſt intelligendus tex. in d. §. ſed quia noſtra Maieſtas. & in §. ſin autẽ. & in d. l. ſeruo legato. §. aut vltra fideicommiſſum bona ſunt expreſsè alienari prohibita, & tunc ſi alienentur poſſunt ſtatim vendicari à ſequenti in gradu nõ expectato die fideicõmiſſi. & ita intelligendus eſt tex. in d. l. cùm pater. §. libertis, & hanc diſtinctionem poſuit Paul. de Caſtr. in l. filiusfamilias. §. diui. nume. 7. ff. de lega. 1. vbi Ripa. num. 47. & Ambroſius de Opizonibus. nu. 4. Claudius num. 12. atque Crotus. nume. 36. idem Paul. in l. peto. §. fratre. nu. 2. ff. de lega. 2. Idque etiam dixit gloſſ. quã ibi ſequuntur Scri. in d. §. libertis verbo. ne id alienarẽt, ad fi. Eaque diſtinctio fuit originalis Iacobi de Bellouiſo. in auth. de reſtitutio. & ea quæ parit. §. quamobrem. colla. 4. q. 1. Eamque ſequitur Xuarez alleg 3. col. 4. Antonius Gometius in l. 40. Tau. num. 88. Segura. in l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulga. col. 92. & 93. Peral. in Rubr. ff. de hæred. inſti. nu. 114. & D. Antonius de Padilla. in auth. res quæ. num. 2. C. communia. de lega. Gratus conſi. 21. nu. 34. lib. 2. Zanchus in l. hæredes §. cùm ita. ff. ad Treb. n. 405. & iſta eſt communis & vera ſolutio.

¶Id tamen in hac re obſeruandum erit diſtinctionẽ hanc ſeruandam non eſſe in caſu d. l. Imperator: imò eius deciſionem procedere ſiue in Maioratu expreſsè, ſiue tacitè alienatio ꝓhibeatur. Iuriſcõſultus namq. in d. l. Imperator, fundatur in magna poſſeſſoris dilapidatione. Ideóque non mirũ ſi ex ea, omnia bona fideicommiſſi etiã ſi expreſsè alienari prohibita non ſint, ad ſequẽtẽ fideicommiſſarium illicò deferantur: quod nõ dicendũ eſt: quando ſola vna ex reb. Maioratus tantùm alienatur. Tunc namq. deciſioni dictæ legis, Imperator, locus non erit, vt ſupra iſto ca. n. 18. & 19. oſtenſum eſt: ſed ſeruãda erit diſtinctio, de qua paulò antè mentionem fecimus, vt prohibitio expſſa adſit illicò alienatio reuocetur. Sin verò ſolũ tacita prohibitio interueniat, expectetur mors vltimi poſſeſſoris: nõ tñ ex eo cætera bona Maioratus ab eiuſdẽ poſſeſſore auferẽda erũt.

¶Hęc tamen omnia in Maioratibus, qui hodie inſtituuntur, cõmuniter adeò præciſè ac ſpecificè ſtatui ſolent, vt in eis quamplurima ex his quę ꝑ diximus, neceſſaria no ſint. Apponitur namque in eis clauſula ex qua pręcipitur eorundem Maioratuum ſucceſſorib. vt bona Maioratus nedum non alienent: imò nec alienare tentẽt, quòd ſi ad aliquem alienationis actum proceſſerint, ea bona eorúmque dominium, ac poſſeſſio illicò ſequẽti in gradu deferãtur, cuius clauſulæ virtute ſtatim facta alienatione, omnia bona Maioratus ſunt à poſſeſſore auferenda, ſucceſſoríq. iuxta diſponẽtis voluntatem præſtanda, quòd alibi latiùs enarrabimus. Ex hoc tamen ea, quę ſuperiùs diximus negligenda non ſunt: erunt namq. ſummè vtilia ac neceſſariò ad eos Maioratus, in quib. hæc clauſula appoſita non eſt: imo nec alienationis expreſſa prohibitio inuenitur; quod in Maioratibus antiquis frequentiſsimè contingit.

## *SVMMARIA.*

1 *Trebellianica detrahitur ex fideicommiſsis vniuerſalibus: ex ſingularibus verò Falcidia.*
2 *Quarta non detrahitur de inſtitutione vel ſubiectione directa.*
3 *In Maioratibus concurrunt rationes, ex quibus Falcidia & Trebellianica detrahuntur.*
4 *Filius in diem, vel ſub conditione grauatus, duas quartas detrahit.*
5 *Aſcendens in diem, vel ſub conditione grauatus duas quartas etiam detrahere poteſt.*
6 *Duæ quartæ ex relictis ſingularibus, vtrum detrahi valeant.*
7 *Duplex quarta detrahenda eſt: etiam ſi legitima ſemiſſem aſcendat.*
8 *Duplex quarta hodie iure Regio nunquam detrahi poterit.*
9 *Hodie non ceſſat quartæ detractio ex eo, quod teſtamentum valeat abſque hæredis inſtitutione.*
10 *L. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. declaratur.*
11 *Falcidia & Trebellianica non detrahuntur, vbi id à teſtatore prohibitum eſt.*
12 *Trebellianicæ detractio, vtrum liberis primi gradus prohiberi poſsit.*
13 *L. 6. tit. 11. par. 6. declaratur.*
14 *Falcidia pro legitima ſæpè iure communi, atque partitarum vſurpatur.*
15 *Teſtator, qui integram hæreditatem reſtitui iuſsit: vtrum cenſeatur Falcidiæ aut Trebellianicæ detractionẽ prohibuiſſe.*
16 *Ex quibus verbis generalibus cenſeatur prohibita quartæ detractio.*
17 *Vtile eſt in Maioratibus apponere clauſulam, vt ex eis quarta non detrahatur.*
18 *Quarta non detrahitur ex bonis expreſsè alienari prohibitis.*
19 *Quarta non detrahitur ex Maioratibus in contractu inſtitutis.*
20 *Quartam detrahere non poteſt: niſi is, qui fuerit directus hæres.*
21 *De donationibus irreuocabilibus quarta non detrahitur: de his autem quæ reuocari poſſunt, atque morte confirmantur, ſic.*

22 *Inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali quartam non detrahit.*
23 *Inſtitutus in re certa non dato cohærede, hæredis vniuerſalis vicem obtinet: quod etiam hodie iure Regio conſiderato procedit.*
24 *De Maioratu ex tertio & quinto inſtituto quarta non detrahitur.*
25 *Ex Maioratu vniuerſali in teſtamento inſtituto vtrum quarta detrahatur.*
26 *Noua opinio, quod nunquam in Maioratibus locum habeat quartæ detractio defenditur.*
27 *Expreſſum dicitur, quod ex rei natura comprehenditur.*
28 *Expreſſum dicitur, quod verbis generalibus exprimitur.*
29 *Ex fideicommiſſo, in quo filius Primogenitus ſuccedit quarta detrahenda eſt.*
30 *Ius quartæ detrahendæ in primo hærede conſumitur, nec ad vlteriores progreditur.*
31 *Legatarius, vel fideicommiſſarius quartam non detrahit: niſi in duobus caſibus.*
32 *Hæres grauatus reſtituere in diem, vel ſub conditione tenetur computare in quartam fructus, quos ante diem vel pendente conditione percipit.*
33 *Hæres grauatus inuentarium non faciens, perdit quartæ detractionem.*

## *An ex bonis Maioratus quarta Trebellianica aut Falcidia detrahatur.*

### CAPVT XVII.

EX ea, quam prędiximus Maioratuũ
& fideicõmiſſorũ paritate interdũ
ẽt cõtrouerti ſolet: an ſicut† fidei-
1 cõmiſsis vniuerſalib. quarta Tre-
bellianica detrahitur (vt probatur
per totum titulũ, Codice & ff. ad Trebellian. & ex
fideicommiſsis, ſeu relictis ſingularib. Falcidia,
vt habetur per totum tit. C. & ff. ad leg. Falcid.)
Ita etiam de Maioratibus vniuerſalibus Trebel-
lianica; de ſingularibus autẽ Falcidia detrahatur.
In quo articulo ſi primæuã Trebellianicæ Falci-
diæ originem cõſideremus, rémq. iſtã à ſuis prin-
cipiis deriuemus, dicẽdũ videbatur quartã Tre-
bellianicã & Falcidiam ex bonis Maioratus detra
hendas eſſe. Cùm enim Maioratus ſucceſſores iu
re obliquo non directo ſuccedãt (vt ſupra iſto li.
c. 14. latiùs comprobauimus) conſtat in Maio-
ratu vniuerſali quartã Trebellianicam eſſe detra
hẽdam, quæ de fideicommiſsis vniuerſalibus ſẽ-
per detrahitur: de Maioratu autem ſingulari Fal
cidiam. Nam ſi iure directo in Maioratib. vniuer
ſalib. ſuccederetur, quarta Trebellianica non eſ
ſet detrahenda, ſicut nec de ſingularib. Falcidia:
à directo namq. ſucceſſore quarta non detrahi-
tur. l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſco. & cle
ri. per quem text. dixit Pau. de Ca. ibi. nu. 1. ad fin,
2 q† de inſtitutione vel ſubſtitutione directa, nul-
la venit detrahenda Trebellianica vel Falcidia.
Quem ibi cæteri Scrib. ſequuntur. Idem Paul. in
l. fin. C. ſacroſan. Eccle. n. 2. Emanuel Acoſta. in
repe. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. 2. par. verb. abſque
ductione. nu. 1. & probatur per totum tit. C. & ff.
ad Trebel. & ad leg. Falcid. vbi Trebellianica &
Falcidia de ſolis obliquis relictis detrahi poſſũt.
cùm igitur Maioratus ſucceſsio obliqua ſit vide
ri põt de ea eſſe quartam Trebellianicam, ſeu e-
tiam Falcidiam detrahendam.
3 ¶Quod ex eo prę ſertim dicẽdum eſt, q † in hac
Maioratus ſucceſsione concurrant omnes ratio
nes ex quibus Trebellianica & Falcidia inductæ
ſunt. Si. n. Maioratus de vniuerſa hæreditate, ſeu
eius portione factus ſit, is, q ſemel ex eo hæres ef
fectus fuit nõ poteſt amplius deſinere eſſe hæres
nec nomẽ hæredis debet nudũ remanere. l. quia
perinde. cum ſimilib. ff. ad Treb. ſi autẽ Maiora-
tus de re particulari conſtitutus fuerit, permitti
non debet, vt tota hæreditas huiuſmodi relicto
ſingulari exhauriatur: ſed eſt iſta licentia ita coar
ctãda, vt dodrantẽ hæreditatis Maioratus nõ ex
cedat, ne etiã nomẽ hæredis vacuum remaneat,
alliciatúrque hæres hoc commodo ad hęreditatẽ
adeundam, relictáque ſingularia prę ſtãda, vt pb.
in prin. Inſti. de leg. Falci. Vtrumque autem pro-
batur in prin. ti. 11. par. 6. quæ lex in id omninò
videnda erit. Quę omnia hodiernis Maioratibus
præcipuè ex teſtamento inſtitutis, ſummè conue
nire videtur.
¶Antequam autẽ ad huius quęſtionis reſolutio-
nem deueniamus, ad eius perfectam cognitionẽ
præmittendũ erit, non ſolùm prætendi poſſe ex
rebus Maioratus vnius: ſed interdũ etiam dupli-
cis quartæ detractionẽ. Ideóque priùs diſcutien-
dum eſt, qualiter hoc intelligendũ ſit, vt ſtatim
ſciamus quando ex rebus Maioratus quarta Tre
bellianica aut Falcidia detrahi poſſint. Qua in re
præmittendũ eſt, quòd quanuis extraneus hæres
de reſtituenda hęreditate grauatus, vnã tantum
quartam, aut Falcidiam, aut Trebellianicam de-
4 trahere poſſit: † cõmuni tamẽ Scrib. voto receptũ
eſt, filium de reſtituenda hæreditate in diem, vel
ſub conditione grauatũ: nedum poſſe detrahere
vnã quartam, ſed etiam duas, primam legitimã,
quæ ſibi iure naturæ debetur: quam ſtatim mor-
tuo parente detrahere debet liberã ab omni vin
culo & grauamine: alterã autẽ Trebellianicã, q̃
detrahenda eſt aduenĩete die vel impleta condi
tiõe: licèt in filio purè rogato reſtituere ſecus ſit.
Is namque vnã ſolã quartam detrahere poteſt.
Quam opinionem ſequitur gl. in c. Rainutius.
de teſtam. in gl. mag. quam ibi ſequuntur com-
muniter Scrib. cui eſt gl. conſimi. in l. quanquàm.
C. ad leg. Falcid. Quam etiam ibi docto. ſequun-
tur, quarum gloſſarum opinionem ſequitur Bar.
in l. Papinianus. §. meminiſſe. num. 5. ff. de inoffi.
teſta. Alex. in l. ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg.
Falcid. num. 10. vbi inquit hanc opinionẽ eſſe ap-
probatam in iudiciis & in ſcholis. Iaſ. in auth. no
uiſſima. numer. 39. C. de inoffi. teſta. & in l. filiũ,
quem habentem. nume. 6. cum ſeq. C. famil. her-
ciſ. vbi Coraſius. nu. 45. idem Iaſ. in auth. res quæ
num. 3. C. communia. de lega. Boer. deciſ. 44. nu.
18. Epiſcopus Calagurri. regul. 296. Soci. Iuni. cõſ.
131. vol. 1. num. 59. Decius conſil. 55. numer. 8. &
conſi. 228. num. 5. Catelia. Cota. in ſuis memora-
bilib. dictione. filius grauatus. Pariſius. conſi. 1.
volum. 3. num. 78. Cellius conſi. 24. nu. 12. Aymon.
Craue.



Craue. conſ. 50. Couar. in cap. Rainutius de teſt.
§. 11. n. 5. Grego. in. l. 1. tit. 11. par. 6. in glo. verb. *La
parte legitima.* Emanuel Acoſta. in rep. c. ſi pater. 2.
parte de teſtamen. li. 6. verb. abſque deductione.
num. 3. & 4. D. Anto. de Padilla. in d. auth. res quę
num. 33. & 34. Et ſi plures qui à prædictis Scriben
tibus ſigillatim citantur, contrariam ſententiam
probent, quorum opinio reijcienda eſt: & etiam
opinio illa, quam plures etiam Scrib. probant di
centes in hoc eſſe inter ius ciuile & canonicũ dif
ferẽtiã. Quam opinionẽ acutiſſimè defendit Mẽ-
cha. de ſucceſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. num. 34. Sed ve
rum eſt nullum eſſe tex. iuris Ciuilis qui cõtrariã
opinionem præcisè probet, vt optimè atque ſatis
ingenioſè oſtendit Emanuel Acoſta in d. rep. c. ſi
pater. 2. parte: verb. abſque deductione. nume. 11.
cum pluribus ſequen. qui in id omninò vidẽdus
erit.
¶Quod nedum in filio & aliis deſcẽdẽtibus, qui-
bus legitima debetur, verũ eſt: ſed etiam in aſcẽ-
dentibus de reſtituẽda hæreditate in diẽ vel ſub
5 cõditione grauatis, procedit. Hi † enim etiã duas
quartas detrahere poterunt, quam opinionẽ ve-
ram eſſe cenſuerunt Angel. & Raph. Cum. in l. ſi
à milite. §. patri. ff. de teſt. mili. Eamque ſequũtur
dicentes communem eſſe. Ioan. Crot. in l. re con-
iuncti. num. 177. ff. de lega. 3. & in l. qui Romæ. §.
duo fratres. num. 80. ff. de verb. obliga. & Couar.
in c. Rainutius, de teſt. §. 11. nume. 6. Oroſcius in l.
ſi arrogator. num. 73. ff. de adoptio. Aymon. conſ.
110. Grego. in l. 1. tit. 11. part. 6. in gl. pen. Emanuel
Acoſta in repe. d. c. ſi pater. 3. par. ver. priuare nõ
poſſit. nu. 39. qui inquit ab hac opinione recedẽ-
dum non eſſe. Quorũ opinio mihi verior videtur
etſi contrariã ſententiam probẽt plures ex Scri.
qui referuntur ab his, quos ſuperiùs citauimus,
& à D. Anto. de Padilla. in d. auth. res quæ nu. 36.
vbi ipſe contrariã ſententiã veriorem exiſtimat.
Non tamen poteſt (ſi benè conſideretur) aliqua
cõgrua differẽtiæ ratio inter hos duos caſus aſſi-
gnari præcipuè ſtãte deciſione l. 6. Tau. quæ ho-
die eſt l. 1. tit. 7. libr. 4. in noua leg. Regni collect.
Quæ aſcendentium ac deſcendentium legitimã,
quo ad neceſſitatem relinquẽdi, parẽ reddit, nec
etiam ſequenda eſt opinio Fernãd. de Mench. de
ſucceſ. progreſ. d. §. 26. nu. 36. qui quoad hoc etiã
differentiam inter ius ciuile, & canonicum aſſi-
gnat.
6 ¶Iſta autẽ †, quæ de duabus quartis extrahendis
dicta ſunt videntur, quòd in Trebellianica ſola
procedant nec in Falcidia locũ habeãt, vt arbitra
tur Bart. in l. Papinianus. §. quarta. 1. no. ff. de in-
offi. teſta. & in ſpecie dixit Fulgo. in l. quanquam
C. ad l. Falcid. num. 4. Alexan. in l. in ratione. la. 1.
§. quod vulgò. ff. ad l. Falci. num. 12. vbi inquit ſe
ita in caſu contingenti conſuluiſſe. Idque aſſerit
communiter teneri Lancelotus. Politus in l. filiũ
quem habentem, num. 135. C. famil. herciſ. col. 12.
& Soci. Iuni. conſil. 136. nume. 9. lib. 1. Couarru. in
ca. Rainutius. de teſtam. §. 11. numer. 7. Grego. in
l. 1. tit. 11. part. 6. gloſ. penult. vbi ad hoc eã l. pon-
derat. Quæ tamen id præcisè nõ probat, vt ex ea
videri poterit.
¶Sed verius eſt hanc duarũ quartarũ detractionẽ
etiam in Falcidia & legitima concedendã eſſe:
cùm Falcidia & Trebellianica in iure, quoad om
nia paſſim æquiparẽtur, nec quoad hæc cõgrua
differentiæ ratio inter Falcidiã & Trebellianicã
ab Scrib. aſſignetur. Nec opinio prædicta aliqua
lege probetur, vt apud Scriben. qui illam ſequũ-
tur, plus liquido videri poterit. Ideóq. etiã in hac
ſpecie eſſe duas quartas detrahẽdas dixit Bal. in
dict. l. quanquàm. n. 1. C. ad l. Falcid. Ioãn. de Imo-
la. in l. in ratione. §. quòd vulgo. nume. 15. verſic.
in ea gloſ. ff. ad l. Falcid. *Signorolus.* conſi. 66. n. 3.
Ang. conſil. 13. incipien. Iacobus, in fi. Fulg. conſi.
26. col. 2. verſic. poterit itaque filius. Emanuel A-
coſta. qui plura refert. in repe. cap. ſi pater de te-
ſtamen. libro ſexto. 2. part. verb. ſine deductione.
num. 10. Quod probabilius videtur.
¶ Hæc tamen, quę de duplici quarta à filio, vel
etiam aſcendentib. extrahenda paulò antè pro-
bauimus, intelligi à pleriſque ſolet: niſi deſcẽdẽ-
tium, aut aſcendẽtium legitima ex legis diſpoſi-
tione ſemiſſem hęreditatis attingat, vel excedat:
prout quando ſunt quinque, vel plures filij. Quo
caſu legitima non triens: ſed ſemis bonorum eſt.
tex. in authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & in
corpore, vnde ſumitur: tunc enim ſola legitima,
non autem ſimul quarta Trebellianica extrahen
da erit: etiam ſi filius, aut aſcendẽs ſit de reſtituẽ
da hæreditate grauatus in diẽ, vel ſub cõditione
ne maiorem hæreditatis partem hæres grauatus
quàm fideicõmiſſarius honoratꝰ obtineat, quod
dixit Bald. conſil. 94. nume. 2. lib. 2. Cuius dictum
refert & ſequitur Couar. in cap. Rainutius. de te
ſtam. §. 11. nume. 6. Et D. Anto. de Padilla. in dict.
authen. res quæ. C. Communia. de lega. num. 40.
Ex quo fit, vt cùm hodie legitima deſcendẽtium
ſit totum parentis patrimonium excepto quinto
vt conſtat ex l. 9. tit. *Delas mandas.* lib. 3. for. legum
Et legitima aſcendentium ſit totum filij, aut de-
ſcendentis patrimoniũ excepto tertio, vt proba-
tur ex l. 6. in legib. Tau. quæ eſt l. 1. tit. 8. lib. 5. in
noua collectione ll. Regni. Sicque legitima aſcẽ-
dentium, ac deſcendẽtium ſemiſſem hæreditatis
excedat, non ſit quarta Trebellianica: ſed ſolùm
legitima à filio, ſeu aſcendente grauato de hære-
ditate extrahenda. Quòd optimè aduertit D. An-
to. de Padilla. d. auth. res quæ. num. 41.
7 ¶Sed † quanuis hæc opinio à Bald. & tot grauiſſi-
mis authoribus probata ſit: numquã tamen mihi
in terminis iuris cõmunis eam verã eſſe ſuaderi
potuit. Siquidem nõ poſſum percipere, quo iure
maior fauor vni fideicõmiſſario: quã quinq. vel
pluribus filiis debeatur: cùm alioqui cauſa filiorũ
potior, quàm cæterorum eſſe debeat. l. cùm ratio
cum ſimili. ff. de bon. damna. vel qua ratione hęc
reſtrictio abſque lege, ac iuridico fundamẽto ad
hanc communem ſententiam, iureque ac ratione
comprobatam fieri poſſit. Ideóque in terminis iu
ris cõmunis cõtraria ſententia mihi ſẽper verior
viſa fuit quã verã eſſe cẽſuit gl. in auth. de hęr. &
Falcid. §. ſi quis autem non implens. ver. auferri.
ad fin. colla. 1. vbi eleganter inquit, quòd filij gra-
uati in diem, vel ſub conditione qui iam accepe
runt debitum bonorum ſubſidium, ſcilicet triẽ-
tem, vel ſemiſſem, poterunt adueniente die vel
cõditione alteram quartam detrahere. En igitur
qualiter probat gloſ. quòd non obſtante, quòd le
gitima ſemiſſem attingat, filius poſſit alterá quar
tam detrahere, quòd etiam expreſſius dixit Bar.
conſil. 22. num. 2. & 4. Bal. etiam ſibi cõtrarius in l.
iubemus. C. ad Trebel. num. 6. & 7. & conſ. 101. li.
2. Paul. à Montepico. in l. in quartam. num. 284. ff.
ad leg. Falcid. Egid. de Bellamera. conſ. 25. col. 1.
Hiero. Cagnolus in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff.
de inoffi. teſta. nu. 29. Emanuel Acoſta. qui plura
alia in

alia in idem adducit in repe.d.c. ſi pater. 2. par. verbo.abſque deductione.nu.9.Fran.Marzarius in Epito. fidcicommiſſ. q.51.2.parte, vbi plures idipſum exiſtimantes refert. Quod proculdubiò iure communi tantùm conſiderato verum videtur.

8 ¶Iure† autẽ Regio inſpecto contraria opinio mihi ſemper verior, ac probabilior viſa fuit. Quod probatur ex l.9.ti.5.li.3.fori.& ex ll. 17.& 27.Tau. quæ hodie ſunt l.1.& 11.ti.6.lib.5.in noua ll.Regni collectione.Et ex l.6.Tauri.quæ eſt l.1.tit. 8. eod. lib.Ex quarum legum deciſione conceditur parẽtibus,vt tertiam & quintam bonorum partẽ ſiue in vita,ſiue in morte poſſint certo modo donare:ac prælegare,& filiis,vt poſſint in præiudicium parentum de tertio bonorum,prout ſibi libuerit,diſponere.Cùm igitur leges illæ permittãt parentibus tertii & quinti prælegatum facere & filiis in pręiudicium aſcendentium tertiam hæreditatis partẽ prælegare:certũ eſt,quod non poſſet parens integrum tertium & quintũ prælegare,nec earundem beneficio vti:ſi ex eo hæres inſtitutus poſſet quartam Trebellianicam detrahere,nec etiam filius tertiam hereditatis partẽ donare,aut prælegare poſſet:imò id eſſet cõtra earundem legum ſenſum, ac verba,qua ratione iure Regio non eſſe hodie duas quartas ab aſcendentib.ſeu deſcendentib. extrahendas dixit in ſpecie Greg.Lopez in l.12.5.par.6.in glo.fi.Quod etiam ſequitur Burgos de Pace.in l.3.Tau.n.971. & Emanuel Acoſta.in d.c.ſi pater.2.par.ver.abſque deductione.n.22.Quorum opi.cõmunis practica hucuſque probauit.

¶Hac autem reſolutione,quoad duplicis quartæ
9 detractionẽ præſuppoſita,ſciendũ† etiã eſt hodie vnicæ Trebellianicæ,ſeu Falcidiæ detractionem nõ ceſſare ex eo,quòd ad validitatem teſtamenti hæredis inſtitutio neceſſaria nõ ſit, ex deciſione l.1.ti.2.lib.5.ordi.quæ eſt.l.1. ti.4.lib.5. in noua ll.
10 Reg.collectione.lex† namque illa in eo,quòd de Trebellianica & Falcidia ab hæredibus deducẽda iure communi ſtatutum erat,nil nouum diſponit: nam etſi diſponat teſtamẽtum abſq.hæredis inſtitutione validum eſſe.Itẽ,quòd ſi hæres inſtitutus adire nolit, ſoluantur legata,& omnia alia in teſtamento contenta.Item,quòd nolente adire,vel acceptare primo inſtituto,vel primo legatario hæreditatem , vel legatum , nihilominus ſubſtitutus ad hæreditatẽ,ſeu legatum admittatur:non tamen decidit quid faciendum ſit , hærede inſtituto adeunte:quando per fideicõmiſſũ vniuerſale tenetur hæreditatem reſtituere , vel quando teſtator hæredẽ plurib.legatis,vel fideicõmiſſis ſingularib.onerauit. Ideóq. omnia iſta tanquã ab illa lege non innouata in iuris cõmunis diſpoſitione remanſerunt.l. commodiſſimè. cum ſimilib.ff.de liber.& poſth.Ex quo fit vt hodie, ſicut & olim Trebellianica de fideicõmiſsis vniuerſalib. Falcidiáque de ſingularib.relictis detrahendę ſint.

¶Nec obſtat ſi dicatur quartã Trebellianicam,vt Falcidiam,ea ratione inuentas fuiſſe, vt hæredes inſtituti allicerentur ad hæreditates adeũdas: ne ex non aditione,corruerẽt omninò vires teſtamẽti:ideóque eaſdem hodie ceſſare,cùm nec hæredis inſtitutio,nec per conſequens aditio neceſſaria ſit,vt legata,ac fideicommiſſa debeantur.Ad hoc nãq.reſpondetur nõ hac ſola ratione legum latores Falcidiam, ac Trebellianicam induxiſſe: ſed plurib. aliis.vt ſupra iſto cap.nume.1.probauimus .Et alibi Scrib. aduertunt. Ex quo ſit, vt vna ratione ceſſante,ceſſare non debeat Trebellianicæ,ſeu Falcidiæ deductio:ſed ex aliis etiam ſubſtineri debeat.tex.in §.affinitatis cũ ſimilib. inſtit.de nupt.

¶Item quanuis in plurib.caſibus iure communi fideicõmiſſa ipſo iure tranſibant in fideicõmiſſarium abſque hæredis aditione,nec reſtitutione: quarta autẽ Trebellianica ſemper ab hærede detrahi poterat,niſi in caſu,vbi ipſe requiſitus noluit adire,vel coactus adiit,vel vbi ex aliis rationib.quarta ſibi nõ debebatur:ſed non erat cauſa legitima priuandi hæredem quarta,quod fideicõmiſſum ipſo iure in fideicommiſſarium trãiret. Quod probatur ex tex. in l. ſancimus. §. cum autem,iuncta gl. verb.ipſo iure, prope fin. C.ad Trebel..Et eſt de mente omnium Scrib.ibidem: & probatur etiã ex tex.in l.1.§.denique.verſ. inde Neratius.iuncta gl.ver.2.ff. eod. Quod etiam conſtat ex tex.in Auth.de hæredib. & Falcid.§. ſi verò expreſſim colla.1.iuncta inductione. Bar. in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.nu.5.vbi quando detractio Falcidiæ prohibita eſt,debetur fideicommiſſum abſque hæreditatis aditione. Et nihilominùs quarta Falcidia non ceſſat ex eo,quòd nõ eſt neceſſaria hæreditatis aditio:ſed ex eo, quòd prohibita eſt eius detractio.Quod etiã dixit Paul. in auth.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid. nu. 4. Iaſſ.in l.Marcellus.in prin.ff.ad Trebe.nu.45.

¶Ex quibus cõprehenditur:non rectè dixiſſe Antonium Gometium lib.1.reſolutio.tit.de legatis c.12.nu.11.vbi inquit ex deciſione d.l.ordi.hodie ſublatam eſſe Falcidiam: ſed non Trebellianicã. Vt enim ex ſupradictis apparet,nec Falcidia,nec Trebellianica hodie ſublata eſt imò hodie: ſicut & olim delegatis & fideicommiſſis vniuerſalib. Trebellianica,de ſingularib.verò Falcidia detrahenda erit:prout cenſuit D.Anto.de Padilla. in l.eam quam. n.109.C.de fideicom.nouiſſiméque opinatur Burgos de Pace in l.3.Tau.nu.962.cum ſequen.ſicque ſemel in Falcidia apud ſupremos iudices pronuntiatum vidimus.Id tamen pronũtiatum fuit in ſucceſsione,quæ non iure Maioratus perpetui,ac inalienabilis delata fuerat.in ſucceſsione autem,quę iure Maioratus defertur,res iſta altiùs repetenda erit.Ideóque ad huius articuli perfectam reſolutionem,ſequentes concluſiones obſeruandæ ſunt.

11 ¶Prima concluſio,quòd† ſi Maioratus inſtitutor Falcidiæ aut Trebellianicæ detractionem ſpecificè prohibuerit,Trebellianica ſeu Falcidia non erũt ab hærede grauato ſeu primo Maioratus ſucceſſore detrahẽdæ:ſed inſtitutoris prohibitio,tã in Trebellianica:quàm in Falcidia ſeruanda erit. Quod in Falcidia expreſſe deciſum eſt,ex tex. in auth.ſed cùm teſtator.C.ad l.Falcid. vbi cauetur teſtatorẽ poſſe prohibere Falcidiæ detractionem eiúſq.prohibitionẽ ſeruãdã eſſe. Quæ authẽtica ſumpta eſt ex tex.in auth.de hæred.& Falcid.§.ſi verò expreſſũ. coll.1.eãq. probat l.6.ti.11.part. 6.

¶In Trebellianicã autem idem communi Scrib. voto reſoluitur,vt dixit gl.in d.auth.de hęred.& Falcid.§.ſi verò expreſſum & in §.ſed quia Inſti. de fideicom. liber. quas ſequitur Bar.nu.7.& cõmuniter Scrib. in l.Marcellus.in prin.ff. ad Trebel.vt ibi teſtatur Iaſſ.num.45.Idem.Iaſſ.in l. nemo poteſt.nu.40.2.lectura.ff.de lega.1. vbi Ripa. num.47.& Annibal.num.249.eandem ſequitur

Bar.



Bar.nu.3.Bal.nu.3.Salicet.num.4. & Fulgo. in d. authen.Sed cùm teſtator.vbi Corneus nume. 6. hanc appellat communem ſentẽtiam:licèt cõtrariam in puncto iuris credat eſſe veriorem.Eandẽ etiam opinionem ſequitur,& dicit magis cõmunem Alex.conſi.67.nu.1.lib.1.Iaſ.conſi.84.nu. 9. lib.1.& conſi.89.num.2.eod.lib. Soci.Iuni.conſi. 137.numer.6.lib.1.Couarr.in cap.Rainaldus. de teſt.§.3.num.6.Grego.in l.6.tit.11.part.6. in glo. in verb.*Señaladamente*.Et in l.fin.eod. tit.& par. gl.1.Anto.Gabriel.lib.4.communium opi. tit. ad Trebel.conclu.1.num.2.Eámque opinionem nõ modicum cõprobat ead.l.fi. vbi de Treb. loquẽs inquit.*Maguer el teſtador lo ouieſſe mãdado de otra guiſa*.Quod aduertit ibi Grego.in glo.verb. *Maguer el teſtador*.Eandem etiam opinionem ſequitur Peralta in l.3.§.qui fideicõmiſſam.ff.de hæred.inſtitu.nume.38.& Mencha.plura in idẽ adducens de ſucceſſion.creation. lib.1.§.8.nu.3. cũ plurib.ſequẽ.Emanuel Acoſta in repeti.c.ſi pater de teſtam.lib.6.2.par.verb.Trebellianicæ.nu. 11. vbi plura in idem adducit Iulius Clarus.lib. 3. receptarum ſenten.§.teſtamentum.q.62.Quæ opinio verior ac communis eſt,in iudicãdoque& conſulendo ſequenda:etſi contrariam opinionẽ verã eſſe profiteatur Bar.ſibi contrarius in d.l.nemo põt.n.7.& ibi Crotus.n.17.& Alex.in l. Marcel.in princi.nu.8.& Alciat.lib.5.Paradoxorũ. c. 19.& alij quos Scriben.in locis,quos ſuperiùs retulimus,nominatim citarunt.

¶Sed quanuis opinio iſta regulariter vera ſit maximo tamen conatu inter iuris interpretes cõtrouertitur,vtrum in liberis primi gradus de reſti-
12 tuenda hæreditate grauatis procedat.¶Quod† autẽ liberis primi gradus Trebellianicæ detractio prohiberi non poſſit , cenſuerunt Bal.nu.8.Salicet.nume.2.& Corneus nume.7.in l.iubemus.in princi.per tex.ibi.C.ad Trebel.Roma.in l. Marcellus.ff.eod.vbi Iaſſ.nu.55. Ripa. in l. nemo poteſt.ff.de lega.1.nu.52. vbi Ioan. Crotus. nu.18. Catelia.Cota.in ſuis memoralibus.verb.Trebellianica:& eſt communis opinio ſecundum Deci. conſi.81.colum.2.num.3.& conſi.218.colum.1.nu. 6.Soci.Iuni.conſi.133.nu.58.volum. 1. Iaſſ. conſi. 99.num.2.lib.4.Celſus conſi.24. nu. 18. Carolus Ruinus conſi.21.nu.8.lib.3.Anto.Gabriel. lib. 4. comm.opin.conclu.1.nume.4.tit.ad Trebellian. Picus in l.in quartam.col.11.ff.ad l. Falcid.Iulius Clarus lib.3.ſenten.§.teſtamen.q.63. Didacus de Couarru.in c.Rainutius.de teſta. §. 11. numer.7. Roland.Valle.conſi.12.numer.6.Fran.Piſcina de ſtatutis excluden.fœmi.nu.54. Alba. conſil.1.nu. 14.Quæ opinio præciſè approbari videtur, ex deciſ.l.6.tit.11.part.6. ibi. *Otroſi aquellos herederos, que no ſuben ni deſcienden por la linea derecha del teſtador no pueden ſacar Falcidia delas mandas: ſi el teſtador les defendieſſe ſeñaladamẽte, que la no ſacaſſe*. Igitur à contrario ſenſu hi, qui ſunt ex aſcendentibus ſeu deſcendentib.teſtatoris poterunt extrahere Falcidiã, non obſtante teſtantis prohibitione.Quod ẽt de Trebellianica dicendũ eſt:quãuis de ſola Falcidia lex illa meminerit:cum de Falcidia Trebellianicam (vt ſuperiùs dictum eſt) argumẽtatio procedat,nec poſſit aſſignari ratio differẽtiæ:quare contrariũ in Falcidia dicendum ſit. Quod præſertim aſſerendum eſt,pręſuppoſita ea opinione,de qua ſupra iſto capitu.nu.6. meminimus,probantes,quoad duarum quartarum detractionem nullã eſſe inter Falcidiam atque Trebellianicam differentiam,quam ibidem veriorẽ eſſe monſtrauimus.De qua lege miror Doctores Hiſpanos de hac re tractãtes,immemores fuiſſe, & etiam Gregorium Lopium eius commentatorẽ ad hoc non aduertiſſe.

¶Contrariam tamen ſententiam:imò, quòd etiã liberis primi gradus Trebellianicæ detractio ꝓhiberi poſſit,veriorem eſſe dixit Cinus in d.l.iubemus.Cuma. in l.cohæredi. §. cùm filiæ.ff. de vulga.Alex.nu.8.& Soci.nu.4. in d. l. Marcellus. Bald.conſi.340.lib.3.Alex.conſi.67.col.2.n. 1. lib. 1.Annibal.in d.l.nemo poteſt.num.369.& iſta eſt communis opinio ſecundùm Pariſ.conſi.1.nu.83. cum ſequen.lib.3.idem conſi.53.num. 52.3.par.& conſi.21.nu.43.eod.lib.Paul.de Montetepico. in repe.l.in quartam.ff.ad l.Falcid.nu. 344.Aymon Craue.conſi.16.col.fin.Ant. Rubeus conſi.2. nu. 24.& conſ.43.n.12.Galeaula in repe.l. Centurio. ff.de vulga.poſt nu.56. Bertrand.conſi.152.nu. 12. lib.1.2.par.Bellonus conſi.80.n.20.Gozadi. conſ. 45.nu.21.vbi reſpondet ad tex.in d.l.iubemus.In quo præſertim contraria opinio fundamentum recipit.Mencha.qui plures alios in idem adducit de ſucceſſio.creati.lib.1.§.8.num.12. Emanuel Acoſta.qui etiã reſpondet ad tex.in d.l.iubemus in d.repe.cap.ſi pater.2.par.verb.Trebellianicæ. num.12.cum ſequen.Anto.Gabriel.lib.4.communium opinionũ.tit.ad Trebel.conclu.1.nu.6.Quę opinio proculdubio verior atque probabilior mihi videtur: cùm non obſtante quacunque parentis prohibitione,filii debeant integram legitimam obtinere. l. quoniam.C.de inoffi. teſta. qua eiſdem aſſignata,non video rationem differentiæ inter filios , & extraneos quoad quartæ Trebellianicæ detractionem.

13 ¶Cui opini.nõ obſtat d.l.6.ti.11.par. 6.† Illa nãq;
14 lex hoc verbo Falcidia pro legitima vſa eſt: † nã propè omnes partitarum leges legitimã cũ Falcidia cõfundũt:prout ex eis rectè id cõſiderantib. apertiſſimè conſtabit,vltra aliáſq. id probat l. 2. ti.11.par.6.ibi. *Por la ſu parte legitima a que llaman en latin, Falcidia*.l.4.e o.ti.& par.ibi.*La ſu quarta parte legitimo a que llaman en latin Falcidia*. Idque plurib.aliis partitarũ legib.probatur,quod principiis iuris communis nõ repugnat.Falcidia nãque genericè ſumpta,nomẽ generale eſt, omnes quartarum detractiones cõprehendens, vt dixit gl.in auth.vnde ſi parẽs.C.de inoffi.teſta. verb. Falcidiæ.vbi Iaſſ.nu.9.gl.in l.quoties.verb.legis Falcidiæ.C.famil.herciſc.& vtrobique per Scri. Ripa.in l.quartam.nu.5.ff.ad l.Falcid.

¶Nec obſtat ſi dicatur,quod illa lex.6.hùnc intellectũ nõ patitur.Inquit enim,quod hæredes,qui non ſunt ex deſcendentib.ſeu aſcendentib. non poſſint detrahere Falcidiã: ſi eis ꝓhibita ſit eius detractio.Cùm igitur verbũ hoc Falcidia, in illa lege appoſitum referatur ad eos hæredes,qui nõ ſunt ex deſcendẽtib. ſeu aſcẽdẽtibus teſtatoris, conſequens eſt,vt verbum Falcidia in ea parte non poſſit aſſumi pro legitima: cùm ea non niſi aſcendẽtib. ſeu deſcendentib. debeatur. Quod comprobatur,ex eo,quòd illa l.à principio, vſq. ad finẽ loquatur de Falcidia propriè ſumpta:non autem de legitima,vt ex eius verbis vnicuiq; apertiſſimè cõſtabit.Ex quo infertur,quòd in hac parte de ea non autẽ de legitima ſit intelligẽda.

¶Ad hoc namque reſpondetur,ꝙ quanuis l. illa in hac parte in ſenſu directo intelligenda ſit de Falcidia propriè ſumpta:non autem de Falcidia

genera

generaliter ſumpta: quatenùs legitimam cõprehendit. In ſenſu tamen cõtrario, ſecundùm quẽ, ex ea probari prętẽditur, quòd liberis primi gradus Falcidia prohiberi nõ poſſit, neceſſariò intelligenda eſt de Falcidia: quatenùs cõprehendit legitimam; nõ autẽ de Falcidia propriè atque præciſè ſumpta: ſi enim l. illa in ſenſu contrario de Falcidia intelligenda eſſet, ſequeretur, quòd non ſolũ liberis primi gradus, ſed etiã omnibus aſcẽdẽtibus, ſeu deſcendẽtibus Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ detractio prohiberi nõ poſſet. Quod nec lex illa dixit, nec aliquis ex Scriben. hucuſq; tẽtauit: ſed verius eſt legem illã in hac parte, ſicut & in pluribus aliis, legitimam cũ Falcidia cõfundere, eſſeque neceſſariò intelligendã de legitima quæ aſcendentibus ac deſcendentibus debetur: nõ autẽ de Falcidia, ſeu Trebellianica: de cuius prohibitionis effectu reſpectu aſcendẽtium, ac etiam deſcendentiũ ſecundi, ſeu vlterioris gradus, quibus legitima non debetur, nullus hucuſque dubitauit.

¶Illud tamen animaduertendum eſt, ꝙ quamuis iure communi, atq; partitarũ inſpecto, hęc omnia vera ſint: hodie tamen attenta legum Taurinẽſiũ, & Fori deciſione, ex quibus ſupra iſto cap. n. 8. reſoluimus, non poſſe filiu, nec aſcendentem duas quartas extrahere, dubiũ hoc iam omninò ceſſat, atque ſuperfluum eſt. Cùm enim vna tãtũ quarta à filio, vel deſcendenti detrahenda ſit: eaque debeat eſſe legitima iure naturæ debita. ex l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. teſta. Nõ eſt cur de prohibitione quartæ Falcidię ſeu Trebellianicæ reſpectu filiorum tractemus: cùm legitimæ detractio filiis prohiberi non poſſit. Falcidia autem, ſeu Trebellianica non ſit a filio, qui legitimã obtinuit detrahenda, etiam ſi à parente eius detractio prohibita nõ ſit, quod eſt ſingulariter notandum, & aduertendum, ne in hac materia æquiuocè procedatur.

¶Secunda cõcluſio, quòd ſi Maioratus inſtitutor præceperit bona Maioratus integra, ac ſine aliqua diminutione primo, ac ſequentibus ſucceſſoribus reſtitui, eo caſu nõ poterit hęres de reſtituẽdo grauatus, quartã Trebellianicã ſeu Falcidiã de bonis Maioratus detrahere, etſi inſtitutor illarũ detractionẽ ſpecificè nõ prohibuerit. Sicut enim Falcidiæ & Trebellianicæ detractio verbis ſpecificis prohiberi poteſt: ita etiã vetari poterit verbis generalibus idipſum ex cõiecturata mẽte
15 teſtantium efficiẽtibus. Sicque † quando teſtator totam vel integram hęreditatem reſtitui mãdauerit, vel pleno iure, vel omnia bona, aut quicquid ex bonis peruenerit: per hæc verba cẽſebitur ꝓhibuiſſe quartæ detractionẽ: ꝓut dixit Bart. in l. Centurio. n. 27. ff. de vulga. vbi Ripa. nu. 130. & Alciat. nu. 90. qui hanc dixit com. opin. Alex. conſ. 5. n. 14. lib. 3. Bertrand. conſ. 24. lib. 4. Boer. deciſ. 44. num. 32. & deciſ. 193. col. 2. num. 1. Gualdenſis de arte teſtandi. tit. 5. cautela. 31. num. 3. qui plures in idem refert. Tiraquel. qui etiã plura in idem adducit poſt leges connubiales glo. 5. n. 99. & in l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. in verb. totum. num. 1. Hanc etiam dixit veriorẽ, ac magis communem opinionem Iulius Clarus lib. 3. ſenten. §. teſtamentũ. q. 62. vbi quamplures eandem opinionem ſequentes refert. Idipſum etiam profitetur Burgos de pace. in l. 3. Tauri. n. 975. Anto. Gabriel. lib. 4. comm. opin. tit. ad Trebel. conclu. 2. nu. 1. & conclu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. in quibus pleniſſimè materiam iſtam proſequitur.

¶Contrariam tamen ſententiam: imò, ꝙ ex his verbis deductio quartæ prohibita cẽſenda nõ ſit videtur probare text. in authen. ſed cùm teſtator verb. expreſſim. C. ad l. Falcid. per quem tex. not. Ang. col. 1. quod etſi teſtator dicat in teſtamẽto, quod omnia bona, vel integra bona, vel tota ſua hæreditas, vel pleno iure perueniat ad aliquem: idémque de legatis particularibus diſponat, non videtur per hęc verba ꝓhibere Falcidię, vel Trebellianicæ detractionẽ. Quod etiam cenſent Fab. Cin. & cæteri Scrib. ibidẽ: idem etiam not. Alberi. in l. raptores. num. 3. C. de Epiſcop. & cleri. Oldrald. conſ. 248. col. 2. Ang. in §. 1. Inſti. ad l. Falcid. col. 2. Roma. conſ. 32. circa fin. Idem Roma. conſ. 75. num. 2. & conſ. 79. num. 2. Soci. conſ. 14. col. fi. lib. 1. & conſ. 32. eod. lib. Bertrandus conſi. 37. nu. 1. lib. 1. Iaſſ. conſ. 84. col. 9. num. 9. lib. 1. Abb. in cap. Rainaldus. de teſta. num. 15. & 16. Et eſt communis opinio ſecundũ Iaſſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hæredi. n. 14. & Deci. conſ. 257. num. 1. Menchaca, qui plures in idem refert. lib. 3. de ſucceſſ. progreſ. §. 26. num. 29. Idque probari videtur ex deciſ. tex. in l. 6. tit. 11. par. 6. ibi. *Saluo ſi el teſtador los defendieſſe ſeñaladamente, que no la ſacaſſen.* Vbi Greg. in glo. verb. *ſeñaladamẽte.*

¶Quidquid autẽ ſit, veriſſima cõcluſio eſt, quòd ſicut Trebellianica & Falcidia verbis ſpecificis ꝓhiberi poteſt: ita etiã id effici poſſit verbis generalibus teſtantis mentẽ præciſè demonſtrãtibus. Id nãque expreſſum ac manifeſtum dicitur, quod ex cõiecturis elicitur. l. licèt Imperator, cũ ſimilib. ff. de lega. 1. in quo omnes Doctores concordant. ¶ Difficultas tamẽ cõſiſtit in verbis hãc
16 mentis coniecturã inducentibus: ſed † verum eſt, quòd huiuſmodi cõiectura eliciẽda eſt ex verbis, ex quibus veriſimiliter nil aliud: quã detractionis Falcidiæ ꝓhibitio induci poſſit: vt ſi dicat teſtator, quòd fideicommiſſum integrè ac ſine aliqua diminutione ſoluatur, vt ſuperiùs prępoſuimus. Ex his nãque verbis nil aliud: quã prohibitio detractionis Falcidiæ ac Trebellianicę induci poteſt. Non autẽ ſufficiet, quòd teſtator dicat: Soluantur omnia legata, ſeu fideicommiſſa, ſeu pleno iure, vel alia ſimilia, quæ ad aliud referri poſſunt, vt reſoluit Paul. in dict. auh. ſed cũ teſtator. n. 2. & conſi. 28. nu. 10. lib. 2. & iterum cõſi. 77. nu. 6. eo. lib. & Scrib. in locis ſuperiùs relatis aduertũt. Quod à iudicibus maturè penſandũ erit, ne volentes teſtantis voluntatẽ coniectari ad-
17 uerſus eã quartæ prohibitionẽ inducant: † ob cuius rei difficultatẽ pluries vidi in Hiſpanorum Maioratibus apponi hanc clauſulã, quod ſcilicet bona tranſeant de vno ſucceſſore in aliũ integrè & ſine aliqua diminutione, & abſque deductione Falcidiæ & Trebellianicæ, ex cuius clauſulæ appoſitione omnia hæc dubia diluentur.

18 ¶Tertia concluſio, † ꝙ ſi teſtator bona Maioratus expreſſè alienari prohibeat, hęres grauatus, ſeu primus Maioratus ſucceſſor non poterit quartã de bonis Maioratus extrahere: etiã nõ ſtante alia ſpecifica, ſeu generali teſtãtis ꝓhibitione. Quod probat tex. expreſſus in auth. vt ſponſalitia largitas. §. ſi quando. colla. 9. & in auth. ſed & in ea. C. ad l. Falcid. Cuius verba ſunt. *Sed & in ea re Falcidia ceſſat, quæ ita relicta eſt, ne alienetur: ſed permaneat apud ſucceſſores eius, cui relicta eſt.* Per quẽ text. dixit Bal. ibi ꝙ de re prohibita alienari, Falcidia nõ detrahitur, & inquit ad hoc eſſe illũ tex. valde notandum & quotidianũ, & quòd Doct. & aduocati ad illum non aduertunt. Idque etiam prob. l. 6. tit. 11. par. 6. & quanuis iura illa loquantur in Falcidia, idipſum etiam de Trebellianica dicendum erit. Bald. in d. auth. ſed & in ea. n. 1. Ang. in auth. de hæred. & Falci. §. 8. ſi verò expreſſim. Pariſius conſil. 9. n. 14. cum ſeq. lib. 2. Ant. Gabriel. qui plura refert com. opi. li. 4. ti. ad Treb. conclu. 9. n. 1. Grego. in d. l. 6. tit. 11. part. 6. in glo. verb. *Que la non pudieſſe vender.* Et Petrus de Peralta. in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. ff. de hære. inſt. n. 37. & 38. Fran. Piſcina. qui plura refert de ſtatutis excluden. fœmi. nu. 54. qui in id omninò videndus erit. Idque veriſſimũ eſt. Ideóque cùm hodie in noſtri temporis Maioratibus, vt plurimùm clauſula prohibitiõis alienatiõis expreſſæ apponatur, nõ paſſim accidere poterit de Trebellianica, aut Falcidia detrahẽda dubitatio. Erit tamẽ vtilis iſta diſputatio: propter Maioratus, in quibus hæc clauſula defecerit: prout in antiquis Maioratibus plerunque deficere ſolet.

19 ¶Quarta concluſio, † quod in Maioratibus, etiã vniuerſalibus in contractu inſtitutis quarta Trebellianica, ſeu Falcidia non erit detrahenda, etſi ab inſtitutore prohibita nõ ſit eius detractio, nec bona Maioratus alienari prohibita ſint. Quod dixit Bald. in Rub. C. de reuoc. his, quæ in frau. credi. n. 15. vbi ſing. inquit, quòd vbi quis tenetur reſtituere ex cõtractu, nihil detrahit. Ad quod allegat tex. in l. quidam cùm filium. ff. de hæredi. inſt. vbi probatur, quod ille, qui in teſtamento grauatus non fuit de hæreditate reſtituenda, non tenetur illam tanquam fideicommiſſarius reſtituere. Cuius dictum refert, & ſequitur Ro. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. inter certam. nu. 17. ff. de verb. oblig. & Alex. in d. l. quidam cùm filium, in addi. ad Bart. litera. F. & Greg. Lopius in l. fi. ti. 11. part. 6. glo. 1. ad medium.

¶Sed quanuis hoc dictum Bald. in diſpoſitionib. contrahentium ſimpliciter verũ ſit: ſi tamẽ illud Maioratibus applicemus, diſtinguendum erit.

¶Aut enim in Maioratu ex contractu inſtituto, quis diſponit de omnibus bonis ſuis, vel parte eorum nullo alio hærede vniuerſali in teſtamẽto inſtituto. ¶Aut ex contractu Maioratum ex aliquibus bonis inſtituit, & in teſtamento hæredẽ vniuerſalem fecit. ¶In prima ſpecie ſubdiſtinguendum erit, nã aut contractus Maioratus irreuocabilis eſt, aut reuocari poteſt. ¶Si Maioratus irreuocabilis ſit, proculdubiò primus vocatus non poterit à ſequenti ſucceſſore quartam detrahere cùm Maioratus iſte in cõtractu inſtitutus, quoad omnia vim cõtractus obſeruet, vt ſupra iſto li. c. 12. oſtenſũ eſt. Idq; ex dicto Bal. quod ſuperiùs retulimus probatur, cuius dictũ in hac ſpecie ab omnib. Scri. cõmun. atq; indifferẽter ſequutũ eſt.

¶Si verò Maioratus in cõtractu inſtitutus, reuocabilis ſit, prima facie dicẽdum videbatur poſſe ex eo quartam detrahi: cùm is Maioratus nõ cõtractus: ſed vltimæ voluntatis naturã obſeruet vt in dict. c. 12. latiùs oſtẽdimus. Quo caſu ratio Bal. ceſſat, & per conſequens eius dictum ceſſare debet. ¶Sed adhuc in hoc caſu dicendum erit quartæ detractionem ceſſare: nam quanuis Maioratus iſte vltimæ voluntatis naturam obſeruet: non tamen poteſt quis in eo hæres directus inſtitui: cùm nemo poſſit hæres inſtitui in donatione cauſa mortis, nec in codicillis, nec in qualibet alia vltima voluntate, quæ teſtamentum non ſit, vt ſupra iſto libro cap. 14. num. 7. oſtenſũ eſt. Ideóque nec is, qui in eo primo loco vocatus eſt, poterit quartam detrahere: cum hæres dire-
20 ctus non ſit. Facidiam † namque ſeu Trebellianicam ſolùm detrahit is, qui hæres directus, ac vniuerſalis eſt, non alii, qui non hæredum vniuerſalium vicem obtinent: etiam ſi ex teſtamento, ſeu alia qualibet vltima volũtate vocẽtur: quod probat text. ſolennis in l. lex Falcidia. §. nunquã. ff. ad l. Falcid. vbi id Scrib. notant. facit l. mulier §. fina. ff. ad Trebel. & text. in §. ſed quia ſtipulationes. Inſt. de fideicom. hæred. Quod vtrobique Scrib. indifferenter ſequuntur. Et hæc de prima ſpecie, vbi ſcilicet alius hæres vniuerſalis inſtitutus non eſt, dixiſſe ſufficiat.

¶In ſecunda ſpecie: quando ſcilicet Maioratus de aliquib. bonis in contractu factus fuit, poſteà que eius inſtitutor hæredem inſtituit in teſtamẽto: ſimiliter ſubdiſtinguendum eſt. ¶Nam aut Maioratus irreuocabilis effectus fuit. ¶Aut ea lege, vt reuocari poſſit. ¶ Si Maioratus irreuocabilis ſit, dicendũ erit, ex eo non poſſe aliquo pacto
21 Falcidiam, nec Trebellianicã extrahi. † Falcidia namque ſeu Trebellianica, de donationibus inter viuos, quæ reuocari non poſſunt, nec morte confirmantur, non detrahuntur. l. ſi vſusfructus §. dos. ff. ad leg. Falcid. iuncta glo. verb. expreſſum vbi id Scriben. notant. glo. & communiter Scri. in l. in donationibus. C. ad l. Falcid.

¶Si verò Maioratus in cõtractu inſtitutus reuocabilis ſit: videtur dicẽdum, quòd de eo Falcidia detrahi poſſit: ſi bona alienari expreſſè prohibita non ſint: cùm Maioratus iſte habeat vim relicti atque vltimæ volũtatis, & vſque ad mortẽ reuocabilis ſit, mortéque ipſa confirmetur, vt ſupra iſto lib. cap. 12. numero 23. cum ſequentib. oſtenſum eſt: & de donationibus, quæ vſque ad mortẽ reuocari poſſunt, mortéque confirmantur, Falcidia ſeu Trebellianica detrahenda ſit. l. in donationibus. vbi glo. & communiter Scrib. C. ad l. Falcid. l. 2. C. eod. l. 1. tit. 11. part. 6. ibi. *De todas las mandas o donaciones,* vbi Grego. in glo. in verb. donationes id aduertit. Quod tamen in Maioratibus hodie retenta opinione, de qua infra iſto capit. numero 24. dicemus, obtineri non poſſit: cùm etiamſi in eis expreſſa alienationis prohibitio appoſita nõ fuerit, illa opinione obſeruata ex eiſdem quarta Falcidia ſeu Trebellianica deduci nõ poſſint, vt. ĩ. iſto c. cõcluſione 7. probabimus.

22 ¶Quinta concluſio, quòd † ſi quis in teſtamento aliquem in quota bonorum, puta in dimidia, vel tertia, ſeu quinta bonorum parte, hæredem inſtituat, de híſque bonis Maioratum faciat, eidémque alium cohæredem vniuerſalem præſtet: is hęres, qui in quota bonorum inſtitutus fuit, ac de reſtituendo grauatus, nõ poterit quartam detrahere. Is namque, qui in quota bonorũ inſtitutus fuit, non vicem hæredis, ſed legatarii tantum rei particularis obtinet. l. cùm autem. ff. de leg. 2. l. 1. C. ſi cert. peta. cum ſimilib. Cùm igitur in quota bonorum inſtitutus hæres vniuerſalis non ſit, illicò conſequitur, nec poſſe quartam Falcidiam, nec Trebellianicam detrahere, vt dixit Bal. in l. filium quem habentes. n. 33. C. Famil. herciſ. Cuius opi. ſequitur Iaſ. ibidẽ n. 10. & Corraſius. n. 74. idẽ Iaſſ. in l. Lucius. n. 25. ff. de vulg. & in l. 1. §. deniq; n. 8. ff. ad Treb. Soci. Iuni. conſ. 122. n. 3. & n. 7. lib. 1. vbi inquit hãc eſſe communem opinionẽ nec ab ea iudicando, nec conſulendo recedendum eſſe.

I

Idem Soci.Iuni.conſ. 131.num.75. eod.lib.Guido
Papæ deciſ.466. Paul. de Montepico. in rep.l.in
quartam. num. 21. ff. ad l.Falcid.Aymon Craue.
conſ.31.num. 13. & conſ.186. nu. 1.Pariſius conſil.
18.n.104.2.par.Couarru.in c.Rainutius §.1.n.9.de
teſta.D.Anto.de Padilla in auth.res quæ.C.com
munia de leg.num.37.Oroſcius in l.ſi arrogator.
num.75.ff.de adop.Emanuel Acoſta.in c.ſi pater
de teſta.lib.6.2.par.num.14.Idque veriſſimum eſt
quamuis contrarium dicendum ſit in eo, qui in
quota hæreditatis inſtitutus fuit,qui etiam vicē
hæredis directi ac vniuerſalis obtinet. l. ſi quis
23 ſeruum.§.fi.ff.de leg.2.&†in eo,qui in quota bo-
norum non dato alio cohęredę vniuerſali inſtitu
tus fuit,qui etiā vicē hæredis vniuerſalis tenet
l.ex facto. *La grande*.Et l.quoties.ff.de hære.inſt.
Quæ iura ex deciſ. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. quæ eſt
l.1.tit.4.lib.5. in noua legum Regni collectione,
qua cauetur valere teſtamētum abſque hæredis
inſtitutiōe, innouata ſeu correcta nō ſunt. Cùm
enim l.illa correctoria ſit, vltra caſus in ea ſpeci
ficè deciſos nō extēditur.Quod eſt ſummè notā-
dum ad intellectū dictarum legum, idque nouiſ
ſimè ſic opinatur Burgos de Pace. in l.3. Tau.nu.
857.cum ſequen.
24 ¶Sexta concluſio,quòd † ſi quis in perſona filij
Maioratum de tertia & quinta hæreditatis parte
virtute legis Regiæ,eiúſque ordine ſeruato inſti
tuat:illúmque de reſtituendo ſequētibus grauet,
filius grauatus,in cuius perſona Maioratus inſti
tutus fuit:etiamſi hæredis vniuerſalis locum te-
neat(vt in præcedenti concluſione oſtēſum eſt)
non poterit quartā de bonis huius Maioratus de
trahere. Quod ex eo conſtat:quia iſte Maiora-
tus de legitima filij non fit:ſed tantùm de ea por-
tione,in qua parentes poſſunt filiū grauare, Ma-
ioratuſque legem apponere,legitimáque ſibi li-
bera reſeruatur.Ideóq.de hac parte,de qua parē
tes poſſunt liberè diſponere,nec quarta Falcidia
nec Trebellianica detrahi poterit:nec leges Re-
giæ hanc facultatē parētibus concedentes:idetiā
admittunt,vt ſupra iſto ca.n.7.& 8.oſtenſum eſt.
¶Septima concluſio,ex cuius deciſione totius hu
25 ius articuli ſubſtantia pēdet,ea ſit:† quod ſi quis
ex omni ſua hæreditate,vel ex quota eiuſdem vl
tra tertium & quintum in perſona filij,exRegia
facultate,ſeu in perſona extranei filios,nec aſcē
dentes habens in teſtamento Maioratū inſtituat
pluréſque ad eius ſucceſſionē ordine ſucceſſiuo
inuitet,nec bona alienari prohibeat: nec etiam
prohibeat quartæ Trebellianicæ ſeu Falcidiæ de
tractionē,de bonis huius Maioratus quarta Tre
bellianica erit deducēda.Quod probatur ex tex.
in d.auth.ſed & in ea.C.ad Falcid.& ex corpore
vnde ſumitur,quę ſuperiùs citauimus. Si enim
ex re ſubiecta reſtitutioni ſeu fideicommiſſo, &
expreſsè alienari prohibita quarta deduci nō po
teſt:igitur à contrario ſenſu : ſi expreſsè alienari
prohibita non ſit,poterit quarta deduci.Idq.cla
riùs probatur:ex omnibus legibus dicentibus de
bonis reſtitutioni ſubiectis quartā Falcidiā, ſeu
Trebellianicam eſſe ab hæredibus grauatis de-
trahendas.Si enim fideicōmiſſa & Maioratus æ-
quiparantur,idē in Maioratibus,quod in fideicō
miſſis,admittendū erit.Quod apertiſſimè ſentiūt
Grego.Lopius.in d.l.6.tit.11.part.6.in glo.in ver.
*Que la non pudieſſe vender*.Et Peralt.in d.l.3.§.qui
fideicommiſſam.ff. de hęredib.inſti. numero 37.
& 38.cùm enim dicant, quod de bonis Maiora-
tui ſubiectis quarta nō ſit detrahenda. vbi bona
expreſsè alienari prohibita ſunt,præciſè cōcedūt
eam eſſe deducēdam ex eiſdem bonis,vbi aliena
tionis expreſsa prohibitio defecerit, ſeu quartæ
detractio aliter prohibita non fuerit. Idque luce
clarius ex eorum dictis comprehenditur.
26 ¶Sed†etſi opinio iſta tanquam certiſſima ab Hiſ
panis Scriptoribus præſupponatur:mihi tamē vl
teriùs cogitāti nūquā hucuſque probari potuit:
imò ſemper eius fui ſententiæ,vt is, qui ex vni-
uerſa hæreditate,ſeu quota eiuſdem in teſtamen
to Maioratū inſtituit,pluréſq; alios poſt hæredē
grauatum ad eius ſucceſſionem vocauit,eo ipſo
cenſeatur prohibuiſſe Falcidiæ ac Trebellianicæ
detractionem,abſque aliqua alia earundē quar-
tarum prohibitione. Nam (vt ſupra iſto lib.c.3.
latiùs enarrauimus) is,qui Maioratū inſtituit, cē
ſetur ſub hoc Maioratus nomine omnia ea,quæ
Maioratui naturalia ſunt,expreſsè diſpoſuiſſe, e-
tiāſi in diſpoſitione vlterius nō proceſſerit.Inter
ea autē,quæ Maioratibus naturalia ſunt,id præ
cipuū eſt,vt bona integra indiuiſibilia in familia
ꝑpetuò cōſeruētur, in eíſque ſuccedat vnus,íſq.
Primogenitus. Ideóque is, qui Maioratum fe-
cit cēſendus eſt expreſsè hæc omnia diſpoſuiſſe,
ac ſi ſigillatim ea exprimeret. Si igitur ex ſola
Maioratus inſtitutione diſpoſitū cenſetur, vt bo
na integra ac indiuiſa in familia ꝑpetuò cōſeruē
tur,filióq. maiori deferātur:qs vnquā dicere po-
terit ex bonis,hac lege Maioratui ſubiectis,poſſe
Falcidiā aut Trebellianicā deduci? Aut quid vo-
luntati inſtitutoris magis aduerſum dici poteſt:
quàm ꝙ in quarta horū bonorū parte ſuccedant
hæredes primi Maioratus ſucceſſoris. Etſi ipſi ex
tranei ſunt aut quiuis alius,quē ipſe primus ſuc
ceſſor ad huiuſmodi bonorū ſucceſſionē, ſiue ex
contractu,ſiue ex vltima voluntate velit admit-
tere? Quod eo præcipuè veriſſimum cēſendū eſt,
ꝙ totus Maioratuum inſtituendorum finis ex eo
præſertim pendeat,quod patrimonia indiuiſa,in
tegra & illęſa penes familias maxima reipublicæ
vtilitate cōſeruentur.Qua præcipua ratione Ma-
ioratuū inſtitutiones iuſtiſſimæ eſſe cēſentur, in
eíſq. liberorū inæqualitas,fœminarum excluſio,
pluráq. id genus tolerātur.Quę alioqui aduerſus
ciuilē & naturalē rationē ab omnib. meritò iudi
carentur,vt latius alibi dicemus.Quod præcipuū
Maioratuum fundamētū corrueret: ſi poſſent ex
Falcidiæ ac Trebellianicę detractione diuidi: ac
in plures etiā extraneos ſucceſſores trāſfundi,id
que eſſet omninò contra inſtitutorum voluntatē
quę primum locum in eorū diſpoſitionibus ob-
tinere debet.l. in conditionibus primum locum
cum ſimilib.ff.de conditionib.& demonſtratio-
nibus.
¶Nec oberit ſi dicatur Falcidię ſeu, Trebelliani-
cę ꝓhibitionē expreſsè fieri debere,ex tex.in au-
then.ſed cùm teſtator.C.ad l. Falcid. iunctis his
quę ſuperiùs adduximus:nam in caſu,de quo agi
mus, Falcidię aut Trebellianicę prohibitio ex-
preſſa cēſenda eſt.Cùm enim ſub hoc verbo Ma
ioratus ex iuris ac huius Regni vniuerſali inter-
pretatione hęc omnia,quę ſuperiùs diximus,cō-
prehendantur:idem erit dicere Maioratū inſti-
tuo,ac ſi eiuſdē inſtitutor dixiſſet, Volo hęc bo-
na integra ac indiuiſa perpetuo in Primogeniis
27 proprię familię cōſeruari.Illud†enim expreſſum
dicitur,quod ex verborum natura comprehen-
ditur:licet id aliter expreſſum non ſit.l. nominis
&rei



& rei.§. verbum ex lege. ff. de verb. ſigni. Sicut
etiam illud,quod ex cōiecturis elicitur.licèt Im-
perator. ff. de lega. 1. nec requiritur ad hoc, vt
quid dicatur expreſſum, quod ſpecificè expri-
matur,ſed ſufficit,ꝙ ſub generali verborū ſigni-
ficatione comprehendatur.l.Lucius,iuncta gloſ.
28 verb.nō ad matrē.ff.de vulga.vbi†expreſſum di-
citur quod verbis generalibus exprimitur.Quod
etiā dixit glo.in l.precibus,in glo.fi.C.de impub.
& vtrobiq; latiſſimè per Scribē.Satis enim aper-
tè loquutus videtur,qui generali vſus eſt verbo.
l.in lege.ff.loca.Per quem text.id dixit Alciat.in
l.nepos Proculo.ff.de verbo. ſigni.n.7. ¶Quòd ſi
ad prohibendam Falcidiæ detractionem, ex cō-
muni Scriben.ſententia ſufficiunt verba teſtātis
dicentis,quod legata, ac fideicōmiſſa integra ac
ſine diminutione præſtentur (vt ſuperiùs oſtēdi-
mus) à fortiori dicendū erit,in teſtatore, qui vo-
luit de bonis ſuis Maioratū inſtituere,vbi ex na-
tura rei bona debent perpetuò integra ac ſine di
minutione,nec etiā diuiſione in familia cōſerua-
ri.¶Non obſtat ſimiliter,ſi dicatur bona Maiora-
tus,vbi nō adeſt expreſſa alienationis ꝓhibitio,
eſſe tacitè,nō expreſsè alienari ꝓhibita:ſicut bo-
na fideicōmiſſo ſubiecta,vbi alienationis ꝓhibi-
tio expreſſa appoſita nō eſt l.Marcellus.§.res quę
ff.ad Trebel.in auth.res quę.C.communia de le-
ga.Ideóque cōſequenter dicendum eſſe,ꝙ quar-
ta ſit ex bonis Maioratus: ſicut ex bonis fideicō-
miſſo ſubiectis,detrahenda. ¶Nam ſi benè con-
ſideretur, quoad hæc longè diuerſa ratio militat
in Maioratu ad ea,quę in fideicommiſſis verſa-
tur:ſi quidem bona fideicommiſſo etiam perpe-
tuò ſubiecta nullo iure diuidi prohibentur.imò
omnes de familia in eodem gradu exiſtentes ad
illorum ſucceſſionem admittuntur.l.peto. §. fra-
tre.ff.de lega. 2. vbi id omnes Scrib. notant, nec
de fideicommiſſi natura eſt,vt bona fideicom-
miſſo ſubiecta integra ac ſine diminutione in fa-
milia cōſeruentur.Imò ex propria fideicommiſſi
natura ex eis erit Falcidia aut Trebellianica de-
ducenda,vt conſtat ex toto tit.C.& ff.ad Trebel.
& ad l.Falcid.Ideóque nō poteſt in caſu, de quo
agimus: de fideicommiſſo ad Maioratū argumē-
tari, cùm natura fideicommiſſi à natura Maiora-
tus,quoad hæc manifeſtè differat : imò vnum ſit
alteri adeò contrarium & aduerſum.
¶Quòd ſi fideicōmiſſum iure Maioratus fieret il-
licò idem dicendum eſſet in fideicommiſſo,quod
in Maioratu. Si enim, quando teſtator præcipit:
fideicōmiſſum integrè ac ſine diminutione per-
ſolui,ceſſat Falcidia & Trebellianica,idem dicē-
dū erit:quando de bonis fideicommiſſo ſubiectis
Maioratum inſtituit. Quæ verba ſunt maioris
effectus ad quartæ prohibitionem, vt ſuperiùs
oſtendimus,quæ omnia cōprobantur ex eo quod
dixit Marcus Mantua.conſ.291.numer.10.vbi in-
quit detractionē Trebellianicæ prohibitam cen-
ſendam eſſe,ſi teſtator dixerit ſe velle quòd bona
perpetuò in familia conſeruētur,quem refert &
ſequitur Anto.Gabriel.lib.4.tit.ad Trebe.cōclu.
9.n.7.vbi etiam inquit.n.4.quòd prohibita diui-
ſione cenſeatur prohibita alienatio atq; per cō-
ſequens quartę Falcidię & Trebellianicę detra-
ctio. ¶Quæ omnia clariùs procedūt in Maioratu
ex Regia facultate in perſona filij ſeu nepotis,
aut alterius deſcendentis, cui legitima debetur
inſtituto.Cùm enim Regię facultatis virtute,cę-
teri filij nō poſſint legitimā ex bonis Maioratus
deducere:ſi ſibi alimenta miniſtrātur: à fortiori,
nec quartā Falcidiā,nec Trebellianicā deducere
poterunt,quę nō tanti prout legitima à iure ęſti-
mantur. Eſſet nāque abſurdiſsimū, quod ex bo-
nis,quę à Principe adeò priuilegiātur, vt filiis ex
eis non poſsint legitimā iure naturę debitam de-
ducere,ea ſola ratione, vt integra ac indiuiſa in
familia conſeruentur,poſſet quarta Falcidia,aut
Trebellianica deduci:imò poſſet etiā dici, quòd
cum iure Regio filius non poſsit detrahere duas
quartas : iámque ex Regia facultate detraxerit
alimenta, quę loco legitimæ ſubrogantur, non
poſsit alterā quartam detrahere.Quod verum ac
nouū & ſingulare mihi videtur,ex eóque ceſſant
omnia,quę ſuperiùs adducta ſunt quę tamen nō
erūt contemnenda, ad vitādas cōtrarias opinio-
nes,&ad id,quod in ſequēti cōcluſione dicemus.
29 ¶Octaua & vltima concluſio ſit,quòd†ſi quis in
vniuerſa hæreditate ſua,ſeu in quota eiuſdē ali-
quem in teſtamento hæredē inſtituerit,eúmque
de reſtituendo filio maiori ipſius hæredis graua-
uerit:in eiúſque defectū aliquas alias vocationes
Primogenitorum,ſeu aliorum fecerit,nec de hac
hæreditate Maioratū inſtituerit, nec præceperit
quòd in ea iure Maioratus perpetuò ſuccedatur:
nec etiam bonorum alienationē, nec quartę de-
tractionē prohibuerit, nec aliud æquiualens fe-
cerit:de his bonis,etiam fideicommiſſo ſubiectis
hæres grauatus quartam detrahere poterit.Hęc
namque diſpoſitio:& ſi aliquam Maioratus ſpe-
ciem præ ſe ferat : nullo pacto Maioratus dici
poterit,cùm nec bona in familia integra ac indi-
uiſibilia teſtator conſeruari pręcipiat,nec perpe-
tua diſpoſitio dici poſsit: ſed ſolùm quoddā ſim-
plex, ac temporale fideicommiſſum. Quod inter
nominatos tantum ſeruandum erit, eiſque defi-
cientibus, bona in perſona vltimi vocati libera
erunt, iſque ea alienare poterit, in eiſque hære-
dem extraneum inſtituere:cum teſtantis finis,fa-
miliæ ac nominis cōſeruatio non fuerit,nec eius
volūtati quartæ detractio repugnet,vt ſupra iſto
lib.ca.5.latiùs oſtendimus.Ideóque diſpoſitio ſic
conſtituta longè à Maioratibus,ſeu Primogeniis
differt,in quibus (vt prædiximus) præcipuus fi-
nis eſt familiarum conſeruatio, ad eúmque finē
conſequendū teſtatores bona integra ac indiui-
ſibilia in familia conſeruari perpetuò præcipiūt.
Cui fini directò contraria eſt Trebellianicę aut
Falcidiæ detractio, quod mente tenendum erit.
Huius namq; generis plures diſpoſitiones:etiam
à nobiliſsimis viris ac magnatib. inſtitutas vidi-
mus.¶Id tamē ad eorū,quæ ſuperiùs diximus ꝑ-
fectam reſolutionem annotandum erit,quòd in
caſibus, in quibus hæres grauatus, poteſt à ſe-
quenti ſucceſſore quartam Trebellianicam, ſeu
Falcidiam detrahere, non poterit illā detrahere
30 ſequens reſpectu vlteriorum:ſed†hoc ius quartę
detrahēdæ in primo hærede grauato cōſumitur,
nec ad vlteriores ſucceſſores progreditur, text.
in l.lex.Falcidia.§.nunquam.ff.ad leg.Falcid. cu-
ius verba ſunt. *Nunquam legatarius,vel fideicōmiſ-
ſarius (licet ex Senatuſcōſulto Trebelliano reſtituatur
ei hæreditas) vtitur legis Falcidiæ beneficio.* Per quē
text. dicunt glo. Bart. & Scrib. in proprio loco,
quòd fideicommiſſarius alteri fideicommiſſario
rem fideicommiſſo ſubiectā reſtituens,nec Falci-
diam nec Trebellianicam detrahit.Et ibi inquit
Bart.quòd illum text.ſcit totus mundus.Idē pro-
bat text.in l.ex aſſe. ff. ad Trebel. & in l. cogi.16.

§.Metianus.& in l.mulier.§.fi.ff.eod.tit. Ideoque licet hæres grauatus quartam Trebellianicã ſeu Falcidiam detraxerit,non tamen illam detrahere poterunt ſequentes ſucceſſores.

31 ¶Hoc†tamẽ inter alias duas ſingulares & perpetuò memoriæ tenẽdas limitationes admittit.Prima quod ſi hæres grauatus, in ſequentem fideicommiſſarium, liberalitatem exercendo quartam nõ detraxit,poterit ipſe fideicommiſſarius illam detrahere à ſequenti.Quod probat text.ſing. in l.1. §.denique.ff. ad Trebel. vbi glo. Bar.& communiter Scrib. id notant. In dubio autem hæres totam hæreditatem abſque quartę detractione fideicommiſſario reſtituens,cenſetur in eum liberalitatem exercere, vt in ſpecie dixit glo.in dict. §.denique in verb.ſecundo.Quam ſequuntur ibi Bart. Paul. Ioan. de Imola. Alex.& communiter Scriben.licet Rapha. Cuma. Iaſſ.num.11.ibidem contrariam opinionem veriorem eſſe profiteantur. Cuius glo. opinionem etiam communẽ eſſe aſſerit Emanuel Acoſta. in repe. cap. ſi pater. de teſta.lib.6.2.par.verb.Trebellianicę.n.30.Procedit tamen proculdubiò glo.opinio,vbi hęres cõiunctus eſſet fideicommiſſario , vt Paul. & Alexand.in dict. §. denique, notabiliter aduertunt, quod eſt ſing. notandum & aduertendum. Ex hoc namque poſſet hodie quantumcunque antiqui fideicommiſſi ſucceſſor quartam detrahere à ſequenti ſucceſſore:ſi hæres grauatus ſeu præcedentes ſucceſſores illam non detraxerunt,præcipuè ſi omnes coniuncti fuerunt:prout aſſiduè in huiuſmodi ſucceſſoribus contingit.

¶Secunda limitatio eſt, quòd licet regulariter fideicommiſſarius quartam non detrahat :poteſt tamen ex re fideicommiſſo ſubiecta detrahere id quod ſibi ab hærede detractũ fuit. Quod probat text.in l.Pœnales.§.fi.ff.ad l.Falcid.& in l.facta.§. ſi Titius.ff.ad Trebel. & vtrobiq; per Scribẽtes: notatur etiam per Bart.& cæteros in l.1. C. communia de legat.Quod eo caſu quo quarta fuit ab hærede detracta,ex ipſa re fideicõmiſſo ſubiecta clariſſimum eſt.Non enim tenetur fideicõmiſſarius alteri fideicommiſſario reſtituere amplius, quàm ipſi de re fideicommiſſa reſtitutum fuit,ad eumque peruenit,vt optimè aduertit Bar.in d.l.1. §.denique.nu.1.ff.ad Trebel. quando autem non detractum fuit ex re fideicommiſſo ſubiecta: ſed fideicommiſſarius aliquid aliud extrinſecum hęredi ex teſtatoris iudicio perſoluit : an illud debeat ab vlteriori fideicommiſſario detrahere, videnda ſunt, quæ notantur per Bart.& Scrib.in l. Plautius.ff.de condi.& demonſtra.& in d.l.facta. §. ſi Titius.& in d.l.1.C.communia.de legat.vbi latè per Scrib.

¶Sed etiam illud prætermittendum nõ eſt, quod quanuis primo loco ad Maioratus ſucceſſionem iure hæreditario vocatus , vel primus hæres grauatus poſſet quartam Trebellianicã,ſeu Falcidiã detrahere de bonis Maioratui ſubiectis: tenebitur imputare in quartã fructus, quos iudicio teſtatoris percepit.l.in fideicommiſſariã.in prin.ff.
32 ad Trebel.vbi probatur,† quod is, qui in diẽ,vel cõditionẽ reſtituere grauatus eſt , tenebitur cõputare in quartam fructus , quos percepit pẽdẽte die,vel conditione.Eos nãque percepiſſe cenſetur iudicio teſtatoris.Per quẽ text.Bar.ibi.nu.1. cum ſeq.Alex.n.7.& n.10.& cõmuniter Scrib. id notant.l.mulier.§.ſi hęres.l.ex aſſe.vbi etiam per Scri.ff.eod.l.quod de bonis.§.fructus.l.in l.Falcidia nõ habetur.l.in quantitate.§. magna dubitatio.ff.ad l.Falcid.l.fi.tit.11.part.6.vbi ꝓbatur id in liberis primi gradus non procedere. Ideóque etiamſi in Maioratu ſeu fideicommiſſo,in aliquo caſu Falcidia ſeu Trebellianica detrahi poſſent, fructus quos hæres grauatus vel primo vocatus pendẽte die reſtitutionis,percepit, proculdubiò tenebitur in quartam computare.

33 ¶His etiam vltimo loco adiiciendũ eſt,†hęredem grauatum qui inuentarium non confecit , ex eo amittere Falcidię ſeu Trebellianicę detractionẽ, quod in Falcidia expreſsè deciſum eſt: per tex.in authen.de hæredib. & Falcid. §. ſi quis verò non implens,cum ſeq.colla.1.in Trebellianica autẽ in contrarias ſententias ab Scrib.itũ eſt.Sed ea mihi verior videtur,quod ſicut hæres ob nõ confectum inuentarium,Falcidiam amittit:perdat etiã Trebellianicæ detractionem,cùm nulla congrua differentiæ ratio inter vnum,& aliud valeat aſſignari. Quod dixit Cinus in authen. ſed cũ teſtator.C.ad l.Falcid.q.8.quem ibi Bal.n.4.ſequitur. Idem Bald.in l.cum tale.§.1.3. notab.ff.de condi. & demonſtra. & hanc dixit communẽ opinionẽ. Deci.conſ.480.nu.17.& Soci. Iuni.conſ.132.nu.5. lib.1.Et Pariſi.conſ.1.n.88.lib.3.Mencha.qui plura in idem adducit de ſucceſſio.creatio.lib.1.§.8. n.14.Turcianus, qui plura refert. lib. communiũ opi.c.19.Rolandus à Valle,qui plura etiam refert conſ.27.n.13.quanuis ipſe contrariam opinionem veriorem eſſe cenſeat ibidẽ.n.26.Anto.Gabriel. cõmunium opi.lib.4.cõclu.10.n.1.vbi plura in idẽ adducit.Idq; ipſum etiam procedere in filiis primi gradus dixit Menchaca,vbi paulò antè illum citauimus.nu.13. vbi etiam optimè reſoluit quid dicendũ ſit in filio inuentariũ non faciente,&an ex eo legitima debita iure naturæ priuetur , ſeu vltra hæreditatis vires teneatur. Idque optimè diſcurrit à nu.15.vſque ad nu.17.Et hęc de quarta Trebellianica,& Falcidia dixiſſe ſufficiat.

*S V M M A R I A.*

1 *Maioratuum inſtitutiones ob bonum publicum introductas eſſe.*
2 *Primogeniorum inſtitutiones: vtrum fauorabiles,an odioſæ eſſe cenſeantur.*
3 *Diſpoſitio, quæ principaliter fauorem continet, fauorabilis cenſenda eſt , etſi incidenter in odium alterius conuerti poſsit.*
4 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos: vtrum fauorabilia,an odioſa cenſenda ſint.*
5 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos ſunt fauorabilia reſpectu agnatorum, & odioſa reſpectu fœminarum.*
6 *Fauor & odium qualiter ſint in Hiſpanorum Primogeniis conſideranda ac diſtinguenda.*
7 *Hiſpanorum Primogenia in his, in quibus fauorabilia iudicantur, interpretationem comprehenſiuam , ac etiam extenſiuam recipiunt.*





8 *Facultates ad inſtituenda Primogenia facilè concedendæ ſunt his, qui ciuili nobilitate pollent.*
9 *Facultates ad inſtituenda Primogenia nobilibus: non autem ignobilibus concedi debent.*
10 *Facultates ad Primogenia alienanda, ſeu obliganda rarò, & non niſi ex iuſta cauſa concedendæ ſunt.*

## *Hiſpanorum Primogenia: vtrum odioſa, an fauorabilia cenſenda ſint.*

## CAPVT XVIII.

VT autem nihil ex Primogeniorum natura ſuperſit,quod in hoc libro tractatum & reſolutum non ſit,in hoc loco diſcutiendum ſupereſt:vtrum Hiſpanorum Primogenia odioſa an fauorabilia cenſenda ſint. In qua quæſtione, pro eius perfecta reſolutione antequam vlterius progre-
1 diamur,præmittendum erit†Hiſpanorum Maioratuum inſtitutiones, quę ad familiarum conſeruationem præſertim ordinantur ac diriguntur, ob bonum publicum introductas fuiſſe, in earũque conſeruatione ius etiam publicum verſari. Quod probatur ex tex. in l.1.§.quanuis.ff.de ventre inſpi. vbi per Scrib.tex. in §.cæterùm.Inſtit. de legit.agn.ſucceſ.l.pronuntiatio.§.familię.vbi etiam per Scri.C.de ver.ſig.Cinus, quem cæteri ſeq.in l.1.C.ad leg.Iul.de adulter.Bal.in l.1.col.11. verſ.ſubſequenter.n.19.C.de ſumm.Trini. Tira. qui plura refert de Primogeni.q.4.n.13.Quod nedum in principatibus, ſed etiam in cæteris Primegenijs verum eſſe inquit idem Tiraquel. d.q. 4.n.32.Peralt. in l.3.§. qui fideicommiſſam. n.121. ff.de hęred.inſtitu.Couar. lib.3.variar. reſol.cap. 5.n.5.Pariſi.qui plura refert conſil. 19. n.34.cum ſequen.lib.2.idem conſi.72.n.23.li.4.Franc.Piſci. de ſtatutis excludenti.fœmi.n. 68.cum aliis, quæ infra lib.2.c.1.in prin.latiùs adducemus. l. 2.tit. 15.par.2.ibi: *Acatando el pro comunal de todos.* Idque præ cæteris nobis probat pragmatica 129.lata in generalibus Commitiis apud Matricium celebratis,anno 1354.quę hodie eſt lex 7.titul.7. lib.5.in noua legum regni collectione. Eáque lex in id ſemper attendenda & conſideranda eſt. Hiſpanorum namque Primogenia peculiari quodam fauore proſequitur.
2 ¶Hoc igitur præſuppoſito ex eo†cõſequenter infertur,Hiſpanorũ Primogenia fauorabilia nõ aũt odioſa cenſẽda eſſe.Cũ.n. ea Primogenia ob bonũ publicũ principaliter introducta ſint: quãuis incidenter in aliorũ filiorũ ꝑiudiciũ conſiderata legitimarũ diminutiõe cõuerti poſſint:nihilominus tñ fauorabiliora nõ odioſa cẽſenda erunt,ex
3 principali inſtitutorũ intẽtione. Ea†nãq; diſpoſitio, q̃ fauorẽ principaliter concernit,fauorabilis cẽſenda eſt:etſi incidẽter in alterius odiũ cõuertatur.l.qui exceptionẽ in principio. vbi Bart.nu. 2.Bald. 1. notab. Paul.numero 3. & communiter Scrib.ff.de cõdictio.indebi.Idem Bald.in l.venia prope fi.num. 4. vbi latiſſimè per Scrib. C.de in ius vocan.Gozad.conſ.5.n. 6.Tiraquel.qui plura refert de retract.Linagier.§.30.glo.1.num.5.cum ſeq.Qua ratione communiter ad Scriben.recep-
4 tũ eſt†ſtatuta fœminas propter maſculos excludentia omninò fauorabilia iudicanda eſſe. Cum enim ſtatuẽtium finis præcipuus fuerit agnationis conſeruatio: quanuis ea ſtatuta in fœminarum odiũ incidenter conuertantur:nihilominùs fauorabilia, non autem odioſa cenſenda erunt, cõſiderata principali ſtatuentiũ intẽtione. Quod dixit Cinus in l.1.C.ad l.Iul.de adulter.Ioa. And. in additio.ad ſpecul.in Rub.de ſucceſſio.ab inteſta.ver.eſt ſciendum.Bald.in l.Titia.cum teſtamẽto.§.Lucius Titius.el.2.ff.de leg.2.Ioan. de Ana. conſi.89.n.1.Idem etiam voluit Ancharra. conſi. 112.col.1.Et Ludo. Roma.conſi.16.col.2 .& conſi. 32.col.3.& conſi. 411. col.2. Curtius Seni.conſi.9. col.6.vbi plura in idẽ adducit: hancque appellat communem ſententiã Deci.in l.2.C.de in ius vocan.n.5.Eandémque opinionem ſequitur Curti. Iuni.conſi.9.n.3.Tiraq.de legib.Connubia. l.1.n. 82.Caſa.in conſuet.Burg.Rub.7.§.12. in prin.n.1. cum ſeq. Menochius in 1.remedio recuperandæ poſſe.n.22.Iacob.Philip.Portius,qui plura refert lib.2.communium opi.conclu.47. Franc.Viuius. lib.communium opi.verb.ſtatutũ excludens fœminas.nu.1.cum ſeq.Franc.Piſcina,qui plura refert de ſtatutis exclu.fœmi. n.40.cum ſeq. Quod clarius in iure Primogenituræ, ſeu in Hiſpanorũ Primogeniis, vbi communiter fœminæ propter maſculos remotiores non excluduntur, procedit.Ea namque ſemper fauorabilia iudicantur:ſi ex eis cæteri filii alimẽtis iure naturæ debitis nõ priuentur,ſiue de principatib. ſiue de cęteris patrimoniis agatur.Idque ex pluribus probat Tiraquel.de Primogeni.q.4.n.32.cum ſequentib.Quẽ in Hiſpanorum Primogeniis loquẽs refert & ſequitur D.Didacus de Couarr.lib.3.reſol. c.5. n.5. quanuis in hoc contrarium & malè verum eſſe exiſtimet Pal.Rub.in repę.c. per veſtras de don. inter vir.& vxo.§.26.n.20.quod infra lib.3.cap.4 latiùs reſoluemus.

¶Sed quanuis opinio, de qua paulò antè mentionẽ fecimus,quòd ſcilicet ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos fauorabilia ſint, cõſiderata principali ſtatuentium intentione à plurib. iuris interpretibus probata ſit: crebrior autẽ,ac
5 probabilior ſententia mihi videtur, quòd†huiuſmodi ſtatuta reſpectu maſculorum fauorabilia, reſpectu verò fœminarum, quibus hęreditas, ac legitima parentum aufertur, vt maſculis conferatur,odioſa cenſenda ſint. Quam opinionem ꝓbat Bald.poſt glo.ibi in l. venia.numero. 4. & 5. C.de in ius vocand.Cuius opinionẽ ſequitur Iaſ. ibi.n.4 Pariſius conſil.85.n.28.lib.2.Alciatus conſil.66.in fi.Idem in d.l.venia.verb.extranei.Eamque opi.eſſe magis cõmunem:in practicáque cõmuniter ſeruari,aſſerit Cur.Iun.ibidem.n.20.Idẽ Curt.Iuni.cõſil.5.n.7.& conſil.7.n.2.Scri.in l.ſed ſi hac.§.fin.ff.de in ius vocan.Soci.Iunior conſi. 1.nu.76.lib.1. Quam opinionẽ cõmuniter ſequutam eſſe etiam aſſerit Carolus Molin.in conſuet. Pariſi.tit.1.§.8. gloſ.3.nu.30.vbi id deducit ad ius Primogenituræ:dicens,in quantum cõtinet legitimarum diminutionem eſſe odioſum,in cęteris verò fauorabile. Idque etiã dixit Menochius in 1.remedio recuperandæ poſſeſſionis. n.34.Frã. Piſcina.in ſua diſputatione,excluſio fœminarum n.2.quod pari ratione in Hiſpanorum Primogeniis dicẽdũ videtur quãuis vbi Menochius ſupra n.37.& 38.& Frã.Piſcina.num. 42.ab hac opiniõe

diſcedant,ſed intelligendo illam prout inferiùs dicemus, proculdubiò vera eſt prout in li.3. c.4. n.17.oſtendemus,vbi rationes illorum diluemus.

¶Nec his obſtat opinio quædam Philippi Decii in d.l.num.5.C.de in ius vocan. dicentis,hanc diſtinctionem nunquam ſibi placuiſſe: ſed aut hoc ſtatutũ merè & abſolutè fauorabile cẽſendũ eſſe ex principali intẽtione,aut verè & abſolutè odioſum ex aliorũ filiorum præiudicio. Non enim (vt ipſe arbitratur) poteſt fauor ſeu odium ſcindi,vt ſtatutum ipſum,quoad maſculos fauorẽ: quoad fœminas verò odium contineat: cùm non poſſit dari fauor vnius, qui non vergat in odium alterius:quam opi.ſequuntur Cephalus conſi.256.n. 14.Portius cõſi.183.n.30. Franciſcus Piſcina in d. diſputatione.n.3. Gomet.in §.Pœnales.n.35.Inſt. de actio. & plures alii quos refert Menochius de remediis recuperan.poſſe.1.remedio.n.3.

6 ¶Hæc namque opinio proculdubiò falſa eſt.†nã (vt inferius probabimus) in Primogeniis ſeu ſtatutis fœminas excludẽtibus,aliqua ſunt in quib. fauor ab odio ſeparari nõ poteſt,alia verò in quibus odium & fauor ſeparationem recipiũt. Ideóque quanuis opinio Decii in his,quæ inſeparabilia ſunt,vera ſit:in his autem in quibus fauor ab odio ſeparari poteſt,non procedit:imò diſpoſitio ipſa vno reſpectu fauorabilis:altero verò odioſa cenſenda erit. Quas opiniones ſic concordat in ſpecie Fran.de Are.in d.l.Venia,quem refert & ſequitur Curtius Iun.ibidem n.20. Eamque concordiam tanquã veram ac notabilem probat Tiraq. de vtroque retractu in præfatione. n. 66. & plures alii quos refert Menochius, vbi ſupra. n. 36. Quæ concordia, tam quoad ſtatuta fœminas propter maſculos excludentia,quàm quoad Hiſpanorum Primogenia,vera mihi videtur.

¶Ex his igitur ſic perpẽſis ac intellectis,ſupereſt veriſſima concluſio, ſcilicet Hiſpanorum primogenia in his,quæ inſeparabilia ſunt,ſẽper fauorabilia cẽſenda eſſe:in his verò quę ſeparabilia fuerint,diſtinguẽdum eſſe. Aut enim agitur de familiæ cõſeruatione,& quoad hoc ea primogenia fauorabilia iudicabuntur:aut agitur de aliorum filiorum præiudicio,& quoad hoc odioſa cẽſenda erunt,quæ concluſio ex mente Scrib.(quos ſuperius retulimus) apertiſſimè comprehenditur.

¶Sed ne difficilis forsã aliquibus videatur huius cõcluſionis ad Hiſpanorum Primogenia adaptatio:operæpretium duximus vnico verbo oſtendere qualiter hęc practicanda ac intelligenda ſint. Et vt id breuiſſimè comprehendatur,dicendũ erit,quòd aut agimus de his Primogeniis,in quib. nullum præiudicium cæteris filiis irrogatur, ꝓut cõtingit in his Primogeniis,quę ex tertia & quinta bonorũ portione ab eo, qui liberos habet: vel etiam ex vniuerſa hæreditate ab eo,qui nec aſcẽdẽtes,nec deſcendẽtes habet, inſtituũtur:de quibus infra lib.2.c.1.latiùs tractabimus,& tunc huiuſmodi Primogenia omni reſpectu fauorabilia ꝓculdubiò cẽſenda erũt:cũ in eis agatur de ſola familiæ cõſeruatione,in qua fauor publicaq; vtilitas abſq; alterius iniuria,ac pręiudicio verſatur

¶Aut agimus de his Primogeniis ex quib. filiis in legitima præiudicium irrogatur, & tunc, aut agitur de ea legitimæ portione,quę relictis cæteris filiis cõpetentibus alimẽtis ſupereſt,& huius portionis reſpectu Primogenia ipſa ſimpliciter & abſolutè fauorabilia cenſenda erunt. Cum enim Primogenia ipſa ritè ac rectè, Regiáque facultate præcedente inſtituta ſint,filiíſque alimẽta competentia relicta fuerint,non poteſt in hac re fauor filiorum conſiderari abſque ipſius Maioratus odio ac præiudicio. Nec enim aliter poſſet Maioratus inſtitui:niſi cæteris filiis præiudicium aliquod in legitima irrogaretur. Ideóq. ſuccedit regula,de qua ſuperiùs mentionẽ fecimus, quòd ſcilicet,vbi odiũ nõ poteſt à fauore ſeparari,diſpoſitio ipſa fauorabilis cenſenda ſit ex principali diſponentiũ intentione. Quod etiã pari ratione dicendũ erit,vbi Maioratus ipſe antiquus eſt, & à principio ritè ac rectè inſtitutus pręſupponitur. Is nãque ſemper & omni tempore, quod ad eius conſeruationem ac perpetuitatem attinet , ſimpliciter & abſolutè fauorabilis cenſendus erit.

¶Aut agimus de portione,quæ ad alimenta filiorum neceſſaria eſt,& tunc quo ad eam portionẽ Maioratus ipſe ſemper odioſus cenſendus erit: quoad alia verò,fauorabilis iudicabitur. Ideóq. ſi ab aliis filiis alimenta petantur,vel ea,quæ ſibi relicta fuerint,ipſi filij non eſſe competentia cõtendant:ſemper in eorum fauorem & contra Maioratum iudicandum erit,quouſque ſibi competentia alimenta ſecundum qualitatem eorundẽ, patrimoniique quantitatem miniſtrentur , iudicéſque ad id efficiendum promptiores, quam ad Maioratum ipſum conſeruandum , eſſe debent. Non enim poteſt aliter Maioratus iuſtus effici: niſi aliis filiis competẽtia alimenta miniſtrentur, vt infra lib.2.cap.1,latiùs oſtendemus. In cæteris verò erit ſemper ex præſumpta mẽte inſtitutoris pro Primogenio pronuntiandũ:niſi aliàs præiudicium tertij ſeparabile cõtineat. Cùm enim quo ad hæc odium & fauor ſeparationẽ recipere poſſint optimo iure poterunt Hiſpanorum Primogenia,quoad vnum fauorabilia : quoad alterũ verò odioſa cenſeri. Quod pari ratione in ſtatutis fœminas propter maſculos excludentibus,dicendũ erit vt quoties de fœminarum dotibus,ſeu alimẽtis agitur,ſtatuta ipſa odioſa cenſenda ſint, ſemperque ſit contra maſculos pronuntiandũ:donec filiis competentes dotes ſeu alimenta competentia miniſtrentur. Hoc autem facto:quanuis in reſiduo legitimæ filiæ grauentur, ac præiudicẽtur, debent ſtatuta ipſa omni reſpectu fauorabilia iudicari:cũ in hac ſpecie odium à fauore ſeparationem non recipiat.

7 ¶Ex quib.infertur†in omnibus caſibus , quibus paulò autè reſoluimus,Hiſpanorum Primogenia fauorabilia eſſe,nod ſolùm eorum fauore admittendam eſſe interpretationem comprehenſiuam quæ in qualibet diſpoſitione ſiue ea odioſa, ſiue fauorabilis ſit,ſemper admittitur,vt in ſpecie dixit Ab.in c.Epiſcopi.n.3.de re.Eccle.non alie.Felin. in Rub.de reſcriptis.n.7. Tiraquel. qui plura refert in l.ſi vnquam.verbo libertis.nu.37. C. de reuocan.donatio.ſed etiam interpretationem extenſiuam in ipſius Maioratus fauorem admittendam eſſe. Diſpoſitio namque fauorabilis, ex paritate vel ſimilitudine rationis de caſu ad caſum extenditur ſempérque,interpretationem extenſiuam admittit.text.in regu.odia. de reg.iur.lib. 6.l.non poſſunt.l.iura non in ſingulas.ff. de legi. l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matri.vbi Imol.colum. pen.Modern.in c.tranſlato. de conſtitu. Bart. & communiter Scrib.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.idem Bart.in l.liberorum.n.4.cum ſeq.ff. de verb.ſigni. Imò diſpoſitio fauorabilis non ſolùm ad caſu propriũ,verùm etiã ad impropriũ extẽdi poteſt,



poteſt,vt ex pluribus probat Iaſſ.in d.l .venia.n. 4.& 5.C.de in ius vocan.

¶Ex quibus cenſuram patitur illud , quod dixit Carol.Molin.in conſuet. Pariſi.d. §. 8.gloſ.3. nu. 30.vbi inquit ius Primogenituræ quoad interpretationem comprehenſiuam latè accipiendũ: quo ad virtutem autem extenſiuam ſtrictè. Nam ſi loquamur de ea Primogenituræ ſpecie,quæ fauorabilis eſt:ea tam quoad virtutem extenſiuam, quã comprehenſiuam,latiſſimè accipienda ac interpretanda erit,quod in his,quæ ipſius Maioratus conſeruationem ac perpetuitatem attinẽt,veriſſimum eſt:prout ſupra iſto lib.c. 4. latiùs oſtendimus.

8 ¶Ex eadem etiã reſolutione infertur, †facultates ad Primogenia inſtituenda (relictis cæteris filiis competentibus alimentis) facilè his,qui ciuili nobilitate pollent à Regiis cõſiliariis ,qui huiuſmodi negotiis præſunt,cõcedendas eſſe. Cùm enim in Primogeniorũ inſtitutione fauor publicus verſetur,conſequens eſt, vt eorum inſtitutio etiam
9 peculiari fauore digna ſit. Quod†ſic à Regiis cõſiliariis fieri ſolet,adhibita prius ſaltim ſummaria cognitione nobilitatis,qualitatíſque ac diuitiarũ eius perſonæ,quæ Maioratum inſtituere vult: ne ignobiles,infimæque cõditionis viri ad huiuſmodi Primogenia inſtituenda admittãtur. Nõ enim reipublicę conueniens eſt,vt ab ignobilibus,atq. obſcuris viris Primogenia inſtituãtur:vt colligitur ex Diui Bernardi ſententia,quã refert Ab.in c.licet de voto nu.10.qui de hac re , à quodã Comite interrogatus,reſpondit:Inter nobiles meliorem eſſe filiorum quàm bonorum diſperſionem: Ruſticos verò facturos,vt libuerit,mercatores autem melius eſſe,vt æqualiter bona diſtribuãt. Cuius dictum refert etiam Grego.Lopius.in l.6. tit. 11.par.6.verbo. *Que non la pudieſſe vender*.col.7.atque D.Didacus de Simancas de Primoge.Hiſpa. lib.3.c.9.vbi dictum illud diui.Bernardi eſſe inficiatur.

10 ¶Vltimò etiam ex eiſdẽ infertur† difficillimè & non niſi ex magna ac iuſtiſſima cauſa cõcedẽdas eſſe eas facultates,quæ ad bona Primogeniorum alienanda,ſeu hypothecæ ſubiicienda,ſeu ad ſubſtitutiones,ſeu vocationes mutandas,ac diſſoluẽdas peti ſolent. Cùm enim Primogeniorũ cõſeruatio publicam vtilitatem contineat:hæ autẽ facultates ad eorum deſtructionẽ, ac ſubuerſionẽ ordinentur:raro, aut nunquam,& nõ niſi ex magna,ac iuſta cauſa, ac cum magno temperamẽto concedendæ ſunt. Ideóque ſi ſine cauſa legitima concedantur,nullius effectus,nec valoris,quoad ius fori cenſendæ erunt,vt ſupra iſto lib.c.8. n. 31. oſtenſum eſt. Nec Regij conſiliarij illas concedẽtes,quoad ius populi tuti eſſe poterũt,vt ex pluribus probat Greg.Lopez in d.l.6.tit.11.par.6.in gl. verb. *Que la non pudieſſe vender*.col. 6. & 7. Didacus de Couarr.reſol.li.3.c.6.nu.7.ante fi.D.Anto. de Padilla.in auth.res quæ.C.communia.de leg. num.118.Burgos in proœ.ll.Tau.nu.350. ad quod ſemper à Regiis cõſiliariis & Maioratuum poſſeſſoribus,& his etiam,quib. bona Maioratus ex huiuſmodi facultatibus venduntur,ſeu hypothecæ ſubiiciuntur,aduertendum erit:ne illorum cõſcientia & horum ſubſtantia ex alienatione cauſa legitima non præcedente facta periclitetur , de quo alibi latiùs dicemus.

¶Ex quibus cõſtat non admittendũ eſſe, id quod conſtãter aſſeruit. Menchaca de ſucceſſio.creati. in præfatio.lib.1.num.24.vbi inquit,facultates ad inſtituendos Maioratus,raro,aut nunquã:ad eos autẽ diſſoluẽdos facillimè cõcedẽdas eſſe. Quod repetit de ſucceſſio.reſolutio.lib.3.in l. ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſtam.nu.26.cum ſequen. Id nãque,vt ex ſupradictis apparet,iuri atque etiam rationi proculdubiò aduerſatur.

*SVMMARIA.*

1 *Alienare prohibitus perfectus dominus non eſt.*
2 *Dominium verum non habet is, à quo res auocari poteſt.*
3 *Ea,quæ ex teſtamento pertinent,tempore perire non poſſunt.*
4 *Maioratus poſſeſſor verus dominus eſt.*
5 *Is,qui ad vitam dominium habet,verus dominus eſt.*
6 *Dominium non inconuenit,quod vni ad vitam tantùm relinquatur, & poſt mortem eius in aliam transferatur.*
7 *Ex legato rei ad vſum conceſſæ:verum dominium transfertur.*
8 *Cauſa fauore legatarij adiecta,ſubſtantiam legati non mutat.*
9 *Ex legato rei ad alimenta relictæ dominium transfertur.*
10 *Dominium in aere eſſe non poteſt.*
11 *Non minus dominus eſt is,qui alienare non poteſt.*
12 *Perfectum dominium abſque alienandi facultate conſtare poteſt.*
13 *Dominium ex teſtamento,vtrum ad tempus dari poßit.*
14 *L.nemo poteſt.ff.de lega.1.declaratur.*
15 *Ex fructuario,ad Maioratus poſſeſſorem ex paritate rationis argui poteſt.*
16 *Maioratus poſſeſſoris dominium,vtrum vtile:an etiam directum ſit.*
17 *Directa actio inceßibilis eſt:vtilis verò cedi poteſt.*
18 *Ex bonis Maioratus filiifamiliàs:vtrum pater poßit vſumfructum percipere.*
19 *Pater habet verum ius vſusfructus in bonis Maioratus filij;non ſolam commoditatem.*
20 *Vſusfructus parenti in bonis Maioratus filiifamilias competens expirat morte filii.*
21 *Vſusfructus temporalis,verus vſusfructus eſt.*
22 *Vſusfructus ad tempus conſtitui poteſt:quanuis aliæ ſeruitutes ad tempus conſtitui non poßint.*

23 *Emphyteota poteſt in re Emphyteotica verum vſumfructum conſtituere.*
*L. Neceſſario. §. fi. ff. de peri. & commo. rei vendi. declaratur.*
24 *Ex re iure Maioratus à Principe donata, pater vſumfructum percipere poteſt.*
25 *Ex re Maioratus filij clerici pater vſumfructum percipere non poteſt.*
26 *Etiamſi filius ſit clericus in minoribus tantum ordinibus conſtitutus.*
27 *Et etiam ſi bona patrimonialia ſint, non intuitu Eccleſiæ acquiſita.*
28 *In bonis Maioratus filio ante clericatum acquiſitis. pater vſumfructum retinebit.*
29 *In bonis Maioratus expreſsè alienari prohibitis, pater non poteſt verum ius vſusfructus: ſed ſolam cōmoditatem obtinere.*
30 *Ex bonis Maioratus pater non percipiet vſumfructum vbi inſtitutor eiuſdem id prohibuerit.*
31 *Vſusfructus perceptionis prohibitio ex mente etiam inſtitutoris colligi poteſt.*
32 *Prohibitio perceptionis vſusfructus etiam filio in legitima fieri poteſt.*
33 *Vſusfructus perceptione prohibita, vtrùm commoditas percipi poſsit.*
34 *Vtile erit in Maioratibus vſusfructus perceptionem prohibere.*
35 *Ex diſpoſitione inſtitutoris, poteſt Maioratus poſſeſſor ſolùm vſufructuarius eſſe: non dominus.*
36 *Teſtator poteſt vni vſumfructum legare, & alteri proprietatem deducto vſufructu.*
37 *Clauſula, quæ apponi ſolet in Maioratibus, vt eorum poſſeſſores ſolùm vſufructuarij non domini ſint: an vtilis ſit qualitérque apponi debeat.*
38 *Ob delictum ſucceſſoris ante delatam ſucceſsionem commiſſum, nec bona Maioratus, nec eorum commoditates confiſcantur.*
39 *Dominium, quod eſt penes Maioratus poſſeſſorem ad vitam tantùm reſtrictum, qualiter æſtimandum ſit.*
40 *L. hæreditatem. ff. ad l. Falcid. declaratur.*
41 *Quæ arrarum quantitas à Maioratus poſſeſſore promitti poſsit, & ibi declarantur, l. 1. titu. De las arras li. 3. fori. & l. 50. Tau.*
42 *Læſio vltra dimidiam, qualiter poſſit in venditione commoditatis rerum Maioratus ad vitam conſiderari.*
43 *Valor rerum Maioratus qualiter conſiderandus ſit ad ſecundam ſupplicationem interponendam.*
44 *Bona Maioratus qualiter ſint ad tributorum contributionem æſtimanda.*

## *Maioratus poſſeſſor: vtrùm ſit dominus rerum Maioratus: an ſolum fructuarius.*

### CAPVT XIX.

AD perfectam Hiſpanorū Primoge-
niorum naturæ cognitionē, nō mo
dicū etiā præſtabit exactiſſimè intel
ligere: an eorundē poſſeſſores veri,
ac perfecti domini ſint: an ſolùm v-
ſufructuariis æquiparentur. Quā quæſtionem la-
tiſſimè examinare intendimus: cum propè omnia
quę in his Maioratibus tractari ſolent, ab hoc ſo-
lo principio, veluti huius materiæ cardine pręſer
tim deriuentur: ea tamen ſola quæ huic capiti po
tiùs quàm alij conueniunt, plenè reſoluemus: cæ
tera autem ſuis propriis capitibus relinquemus.
¶In hac autem re: prout etiam in cæteris, Scribē-
tes Hiſpani diuerſas ſentētias ſequuti ſunt. Ali-
qui nāq; ex eiſdē cenſuerūt Maioratus poſſeſſo-
res ſolùm fructuarios eſſe: nō autē veros, ac per-
fectos dominos, quod in ſpecie dixit Xuarez in
quæſtione Maioratus, quam poſuit poſt lecturā l.
fori titulo *de las Iuras*. num. 2. & 10. Idipſum etiā
cenſuit idem Xuarez allega. 9. colum. penul. dicēs
Maioratuum poſſeſſores nō eſſe plenè dominos:
ſed quodammodò vſufructuarios. idem etiā exi-
ſtimat Arias Gomez in commento. l. 46. Taur. nu.
5. vbi etiam Caſtillo gl. 1. col. 2. idipſum opinatur.
Ad quod dicēdū ea præcipua ratione mouētur, q
poſſeſſores ſolùm per tempus vitæ ſuæ bonis Ma
ioratus frui poſſunt. Nec ea poſſint alienare, nec
in eiſdē extraneos hæredes inſtituere, quod ma-
gis ad vſumfructuarium: quàm ad plenū, & per-
fectum dominum ſpectat. Quod probatur ex tex.
in l. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. Per quæ
iura notat Bald. ante nu. 1. & Scrib. in proprio lo
1 co, eos † qui alienare nō poſſunt, non poſſe veros,
ac perfectos dominos appellari. Quod etiā dixit
Angel. per tex. ibi in authen. de reſtitutionib. &
ea, quæ parit. §. 1. verſiculo. Nobis ergo. colla. 8.
Cenſuitque etiam Franc. de Are. in l. ſi quis vi. §.
1. col. penult. verſi. Sed iſta diffinitio. ff. de acqui-
renda poſſ. Anto. Rub. conſi. 27. num. 1. Tiraquel.
de retract. conuentional. §. 2. gloſ. 1. nu. 14.
¶Itē cùm poſt mortē bona Maioratus reſtituere
teneātur, veri domini appellari nō poſſunt. Quod
probatur ex tex. in l. fina. §. ſed quia. C. commu.
de leg. ib[illegible] *[illegible]em, quam in ſuis bonis purè non poſsidet.*
Per quem [illegible]x. not. Cinus. & Scriben. quòd ille,
qui poſſidet rem ſubiectā reſtitutioni, non dici-
tur dominus eiuſdem rei: etiā antequàm veniat
2 dies, vel tempus reſtitutionis. † Nō enim dicitur
verus rei dominus is, à quo res auocari poteſt. l.
omnes. §. 1. ff. de regulis iur. l. ratio, in princip. vbi
Bar. ff. de actio. emp. l. 3. §. ſi quis ſeruū. ff. de ſta. li.
Sicque non videtur poſſeſſionem adeptus is, qui
ita illam nactus eſt, vt eam retinere non poſſit. l.
nō videtur. ff. de acqui. poſſ. Quib. plura cumulat
Iaſſ. in l. non quocunque in prin. n. 2. ff. de lega. 1.
& Tiraq. d. §. 2. glo. 1. nu. 9.
¶Præterea Maioratus poſſeſſor, (vt ſupra iſto lib.
c. 15. probauimus) tenetur, ad cautionem præſtan
dam, quā ſimiliter fructuarius præſtare tenetur,
vt probatur in l. 1. & per totum. ff. vſufructuarius
quemad. caue. nec debet rē diminuere, nec dete
riorem reddere, vt etiam ibidem diximus: quod
magis



magis vſumfructū: quàm dominiū denotat: cùm
is, qui dominus eſt, in re propria moderator, &
arbiter ſit etiam in abutendo. l. in re mandata, v-
bi nota. C. manda.
¶Vlteriùs idipſum probatur ex eo, quòd ſi poſſeſ
ſor Maioratus dominus eſſet, nō poſſet dominiū
hoc, tēpore perire, & ad aliū ipſo iure pertinere.
3 Ea † nāque quæ ex teſtamento, ſiue ex legatis, ſi
ue ex fideicōmiſſis pertinent, tempore perire nō
poſſunt. l. nemo poteſt. cum ſimil. ff. de lega. 1. Cu
ius contrarium in poſſeſſoribus Maioratuū vide-
mus. Hi enim morte ius ſibi cōpetens ex Maio-
ratus diſpoſitione amittunt, in alioſque ius illud
ſucceſſionis ipſo iure transfertur. Igitur conſtat
eos nō eſſe dominos, ſed fructuarios. Quorū ius
morte finitur, vt probatur ex tex. in §. finitur, cū
ſimilib. Inſti. de vſufruct. Quibus rationibus hæc
opinio comprobari poteſt.
4 ¶ Contrariā tamē ſentētiam: imò, † q omnes Ma-
ioratuum poſſeſſores veri domini ſint: non autē
ſolùm fructuarij, ſequutus fuit Grego. in l. 7. ti. 4.
part. 5. in gl. in verb. *Y el ſeñorio*. vbi expreſſis ver-
bis inquit, q ſuccedens in Maioria eſt dominus,
& non vſufructuarius. Idem etiam dixit Peral. in
l. 3. §. qui fideicommiſſam. ff. de hæred. inſtitu. nu.
29. Eādem etiam opinionē ſequitur Arias Pinel.
in l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nume. 5. Simanc. de
cath. inſti. cap. 9. num. 146. Couarr. li. 1. reſolutio.
cap. 15. num. 14. Mencha. de ſucceſſi. creatio. lib. 2.
§. 15. num. 9. Padilla. in l. 3. C. de ſerui. & aqua. nu.
14. Auēdaño reſponſo 5. n. 6. Ant. Gomez. in l. 40.
Tau. nu. 76. & in l. 48. Tau. num. 4.
¶Poſterior autem hæc opinio, quę proculdubiò
verior eſt, cōprobatur ex tex. in l. generaliter. §.
ſub conditione. ff. qui, & à quib. ibi. *Pleno iure hære
dis eſt*. Per quem tex. dixit Bal. in l. voluntas. C. de
fideicommiſſ. nu. 10. Quod ille qui poſſidet rem
reſtitutioni ſubiectam, eſt eiuſdem rei Dominus
ante aduentum diei, vel conditionis. Quod etiā
notat Iaſſ. in l. ſeruo legato. §. 1. nume. 4. ff. de leg.
primo. Idipſum etiam probat tex. in l. Iulianus. §.
fi. ibi. *Quia plenum ius incipit habere*. cum l. ſequēt.
ff. de rei vendi. Per quem tex. not. Bald. & Ang. in
proprio loco, quod quis eſt dominus alicuius rei
etiam pleno iure: quamuis ab eo euelli, ſeu auoca
ri poſſit. Quibus plura etiam cumulat Tiraq. de
retract. conuentional. §. 2. glo. 1. numero 38. cum
ſequent.
¶Quod etiam probatur, ex tex. in l. Titia. cum te-
ſtamento. §. Titio, cum nuberet. ff. de lega. 2. Per
quem tex. notant ibi Bartol. Paul. Angel. Rapha.
Cumma. Paulus de Montepico. Petrus de Peralt.
5 & com. Scrib. quod ſi † quis leget alicui fundū ad
vitam, vt poſt mortem ipſius redeat ad hæredem
ſeu ad alium legatarium, ſeu fideicommiſſariū: is
legatarius, ſeu fideicommiſſarius, cui per tēpus
vitæ ſuæ fundus legatus eſt, erit dominus fūdi, &
cēſebitur ſibi legata proprietas reſtricta, & coar
ctata ad vitam eiuſdem. Idem probat tex. in l. fi.
C. de legatis. vbi Barto. Paul. Corneus. Alexand.
& communiter Scriben. l. quoties. vbi Scribe. C.
de dona. quæ ſub modo. Guillelmus Benedict. in
ſua quęſtione de Theſauraria: quā poſuit poſt re
petitionem. cap. Rainutius, de teſtam. nu. 10. vbi
6 ſingulariter loquitur. Nec † enim incōuenit, quòd
dominiū alicuius rei: ita alicui relinquatur, vt
poſt mortē ſuā dominus eſſe deſinat, dominiūq.
in alium trāsferatur. l. Sempronius Attalus. ff. de
vſufruct. le. iunctis his, quæ ſupra iſto li. c. 1. n. 19.
latiùs tradidimus.
¶Idipſum etiam comprehenditur ex tex. in l. ſpe-
7 cies, ff. de aur. & argen. lega. vbi † onus reſtituendi
poſt mortē, nō tollit dominiū in vita: etiam ſi res
ad vſum ſeu vſumfructū relinquatur, quæ lex ad
id præ cæteris notāda eſt, ex eo, quod in fortiori
caſu quàm præcedētes loquatur. Idē probat tex.
in l. fi. ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu.
Nec mirum cenſeri debet, quod mētio vſus, ſeu
vſusfructus legatum proprietatis nō mutet: cùm
8 ſit de iure quòd † quando legatum in ſe certū eſt
ſiue in ſpecie, ſiue in quantitate cauſa adiecta in
fauorem legatarij legatū non reſtringat. l. ſi mu-
lier. in fin. C. de iur. doti. vbi Cinus. Alberi. Bald.
& Salic. id not. Barto. & Scribent. per tex. ibi. in
l. cum tale. §. fina. ff. de condi. & demonſtra. Ideó-
que ſi res, ad vſū donetur, nō fit ea interpretatio
vt abuſu proprietas ſeparetur: ſed plenū rei do-
minium donatū cenſendum erit. l. donationes in
concubinā. §. ſpecies. ff. de dona. vbi gloſſ. in ver.
9 Puellæ. & communiter Scri. id not. Idémq. † eſſet
ſi teſtator dixiſſet: Relinquo talem rem Titio ad
alimenta. Proprietas namque rei: non vſus ſolus
relictus cenſetur. l. 4. in princip. iuncto §. 1. ff. de
alimen. & ciba. lega. l. Lucius, & l. pen. §. 1. ff. eod.
tit. Quibus plura accumulat Curti. Iuni. in l. 3. ad
fin. num. 30. ff. ſi cert. peta. & Alexand. conſil. 223.
nu. 5. l. 2. & Deci. cōſi. 238. in fi. num. 6. Alciat. in l.
rectè dicimus. ff. de verb. ſig. Peralt. in d. §. Titia,
cum nuberet. numer. 9.
¶Hoc etiā probatur euidētiſſima ratione, nam ſi
poſſeſſores bonorū Maioratus nō haberēt eorū-
dē bonorum dominium, ſequeretur maximū in-
conueniēs: dominium namque eſſet in aere. Nō
enim eſſe poſſet penes Maioratus inſtitutoris hę
redes: cùm in fideicōmiſſarium dominiū vtile, at
que etiam directum tranſeat, vt infra iſto cap. n.
16. apertiſſimè demonſtrabimus. Nec etiam apud
vlteriorem Maioratus poſſeſſorem: cùm poſſeſſor
illum præcedat. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. Ergo
dicendū erit dominiū eſſe penes Maioratus poſ-
10 ſeſſorem. Dominium † nāque non poteſt manere
in pendenti, ſiue in aere, vt inquit gloſſ. vbi per
Scribent. in l. ſi ego. ff. de ſolutio. & probatur ex
tex. in l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. ff. de in
diē adiectio. Quod præcipuè in diſpoſitionibus
morientium ſeruandum eſt l. fina. cum ſimilib. ff.
cum prædiorum.
¶Vltimo loco idipsū probatur apertiùs, ex deci.
tex. in l. 7. tit. 4. par. 5. ibi. *E de aquel dia en adelante
ganariā la poſſeſsiō y el ſeñorio della ſus herederos del
que huuieſſe hecho la donacion o el otro a quiē nōbraſſe
para hauerla*. Si enim mortuo eo, cui ad vitam res
donata erat, ex eo die hæres donatoris, ſeu ſecū-
do loco vocatus dominium acquirit, conſtat do-
miniū illud fuiſſe ab hæredibus donatoris abſtra
ctū, & donatario acquiſitū. Nam ſi dominiū fuiſ
ſet penes defunctū, ſeu eius hæredes: non poſſet
lex dicere eos ex eo die acquirere dominiū, quod
ſuum erat. l. proprias. cum ſimilibus. C. de lega.
quam legem partitarum, ad hoc ibi ponderauit
Grego. in gloſ. in verb. *Y el ſeñorio*. Idque notiſſi-
mum eſt.
¶Nec obſtant huic ſententiæ prima & ſecūda ra
tio, quæ pro prima opinione adducebātur, quòd
ſcilicet poſſeſſor Maioratus non ſit verus domi-
nus: eò quòd rē non poſſit alienare, ſeu q res ab
ipſo auocāda ſit adueniēte die reſtitutionis. Non
enim eſt verum, quòd is, qui nō poteſt alienare,
non ſit

non ſit verus ac perfectus dominus: aliàs nãque
ſequeretur, quòd pupillus, & is, cui bonis interdi
ctum eſt, veri domini non ſint, ex eo, quod aliena
re non poſſint. Cuius contrarium euidenter verũ
11 eſt. Nec† enim ideò minus dominus quis eſt quod
alienare non poſſit, vel ab eo dominium abire de
beat. l. non ideò minus. Vbi etiã per Scrib. ff. de
rei vendica. l. ex aſſe. ff. ad Trebel. l. 1. §. Serui. ff. ad
Silla. l. ſi fur. ff. de vſufruc. Oldral. conſ. 203. col. 2.
Deci. conſi. 419. Tiraquel. de retractu conuentio
nali. §. 2. gloſſ. 1. num. 36. Leges autem, quæ in cõ-
trarium adductæ ſunt, intelligi debent, ſi ad actũ
alienandi reſpectus habeatur: non autẽ quòd il-
lud alienandi ius ad dominij perfectionẽ neceſ-
12 ſarium ſit: cũ† dominium perfectum abſque alie-
nandi facultate conſtare poſſit, vt inquit Bal. in l.
voluntas. nu. 10. C. de fideicommiſſ. Cuius dictum
refert Iaſſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. 1. num. 7. ff.
de verb. obliga. & plura in idem adducit. Tiraq.
d. §. 2. glo. 1. num. 42. vſque ad nu. 47.
¶Non obſtat etiam alia ratio, qua dicebatur Ma-
ioratus poſſeſſorem nõ poſſe rem deteriorem red
dere, tenerique de ea reſtituẽda ſatiſdare. Poſſeſ-
ſor namque Maioratus, non poteſt rem deteriorẽ
reddere: nõ ex eo, quòd nõ ſit verus ac perfectus
dominus: ſed ex eo, quod eius dominiũ perpetuũ
non eſt, ſed poſt eius mortem ſequenti ſucceſſori
reſtituendum, quod dominij perfectionẽ nõ tol-
lit, vt ſuperiùs oſtenſum eſt. Eadẽque ratione fi-
deiuſſio de reſtituẽda re Maioratui ſubiecta prę
ſtatur, quæ diuerſa eſt, à fructuarij cautione, vt
alibi latiùs oſtẽdimus.
¶Non etiam obſtat: ſi dicatur: quòd ea quæ ex te
ſtamento pertinent, tempore perire non poſſunt.
13 Ideóque† ex teſtamento nõ poſſe dari dominium
14 ad tẽpus, ex l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Nam† illa
lex intelligenda eſt, de actione perſonali, ex teſta
mento pro legatis, ſeu fideicommiſſis cõpetẽti;
Hæc namque nõ poteſt à teſtatore, ad tẽpus, ſeu
ad vitam concedi: imò non obſtante ea cõceſſio-
ne, tempus à iure limitatũ obtinebit, & ſi ex vo-
luntate teſtantis aduerſus petitionẽ exceptio de
tur, vt in eadem l. nemo poteſt. gloſſa in verbo
quia nec, & Scriben. aduertunt. Secùs tamen di-
cendum erit in ipſa re, ſeu eius dominio. Res nã-
que ipſa, ſeu eius dominium ad tẽpus dari poteſt
ita, vt ipſo iure in ſequentem transferatur. l. fi. cũ
ſimil. C. de lega. Ratio autem differentiæ hæc eſt,
quod obligatio perſonalis tenaciter perſonæ in-
hæreat, ideóq. ab ea ſeparari nõ poſſit. gl. ordi. in
l. 3. in prin. in gl. 1. ff. pro Socio. l. quis ergo. vbi gl.
in verb. in nominibus. ff. de pecul. Dominiũ autẽ
minimè, cùm principaliter cohæreat rei. l. ſi quis
vi. §. differentia, vbi Bar. & Scri. ff. de acquir. poſ.
Quod optimè declarat Bald. in d. l. fin. C. de lega.
num. 3. & Alexand. in l. 1. in princip. n. 2. ff. ad Tre-
bel. & Iaſſ. in d. l. nemo poteſt, prima lectura. nu.
91. vbi eleganter inquit obligationem perſonalẽ
adhærere oſſibus: ſicut character: ideóque tempo
re ipſo iure nõ finiri: dominium verò ſolũ adhæ-
rere corpori, vt annulum digito, ſeu veſtẽ corpo
ri. Ideóque illam adhærentiam poſſe eſſe localẽ,
& temporalem, quod ſummè notandum eſt.
¶Ex his tamẽ, quæ ſuperiùs adducta ſunt, poteſt
inter has opiniones, quædam veluti conciliatio
reddi: ſi enim dominium ipſum rei Maioratus de
per ſe conſideremus, proculdubiò Maioratus poſ
ſeſſor eiuſdem rei dominus eſt, perfectúmque, ac
plenum eiuſdem rei dominiũ habet; quanuis do-
miniũ hoc reuocabile ſit: cùm nihil ei deſit de his
quę iure ad veri dominij perfectionẽ requirũtur
Si autem ad ius alienandi reſpiciamuss, quod ius
quid ab ipſo dominio abſtractum, & ſeparatũ eſ
ſe oſtẽdimus: quoad hoc potius Maioratus poſſeſ
ſor vſufructuario, qui alienare non poteſt, quàm
proprietario, qui liberè alienare poteſt, æquipa-
rabitur: quãuis ipſe verè nõ vſusfructuarius, ſeu
dominus temporalis ſeu reuocabilis ſit. Sicq. in-
telligenda ſunt, quæ dixit Roderi. Xuarez. alleg.
9. vbi fatetur dominium tẽporale eſſe penes Ma-
ioratus ſucceſſorem: nihilominùs tamen, inquit,
quo ad poteſtatem alienandi eum cenſeri quodã
modò vſufructuarium. Quo verbo quodãmodo,
etiam vtitur in d. quæſtione Maioratus: ita, vt in-
telligas virũ doctiſſimũ nõ omninò in his clariſ-
15 ſimis iuris principiis defeciſſe. Ideóque† plerũq.
in hũc ſenſum ea, quæ in vſufructuariis iure ſta-
tuta ſunt, ad Maioratuũ ſucceſſores ex paritate
rationis adaptãtur, quod in vẽditione, locatione
Emphiteoſi, hypotheca ſeruitutis conſtitutione,
ſeu alienatione, quæ ob delictũ, vel aliã quamcũ
que cauſã fit, cęteriſq. id genus ſimilibus aſſiduè
à Iurecõſultis obſeruatum eſt, quod qualiter pro
cedat, ſupra iſto lib. c. 4. oſtenſum eſt.
16 ¶An† autem dominiũ hoc, quod eſt penes Maio
ratus poſſeſſores vtile, vel directum ſit, cõtrouer
ti poterit, ex Maioratus, ac fideicommiſſi ęquipa
ratione: ſiquidem in fideicommiſſarium ſolũ do-
minium vtile tranſiret directo apud hęredẽ gra-
uatum manente. Notat gl. in l. 1. in pr. ff. ad Treb.
verb. fructus. quam ſequuntur ibi Alex. nu. 2. Iaſ.
nume. 20. cum ſeq. & Ripa. nume. 17. qui vltimus
hanc dixit communem opinionem: licet quodã-
modo contrariã amplecti videatur. Idem etiam
dixit Clau. ibidem, colũ. 1. idẽ etiam cenſuit Bar.
in l. ſi quis vi. §. differentia. nu. 5. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. idem Bartol. in l. ex aſſe. numer. 3. & 5. ff. ad
Trebel. Iaſſ. in l. poſt aditam. num. 2. C. de impub.
Segura. in l. 3. §. fi. ff. de lib. & poſth. fol. 10. co. 3. ſe-
cundùm veterem editionem. Franc. de Aret. in l.
ſub conditione. ff. de liberis & poſth. Pinel. in l. 1.
C. de bon. mater. 3. parte nu. 11.
¶Contrariam autem ſentẽtiam: imò quòd vtile,
ac directum dominium in fideicommiſſariũ trãſ
eat, veriorem eſſe profitentur Paul. in ead. l. 1. col.
1. Socin. col. fi. & Ripa. num. 17. Ex eorum tamen
dictis, & ex his, quæ dixit Paul. ibidẽ col. 2. colli-
gitur in hac quæſt. huiuſmodi diſtinctio, & inter
contrarias opiniones concordia.
¶Aut enim loquimur de iuribus, & actionib. ad
vniuerſam hæreditatem cõpetentibus: quatenùs
hæreditas ius intellectuale eſt, & à corporib. hæ-
reditariis abſtractũ, vt inquit Iuriſconſultus. in l.
hęreditas. ff. de peti. hęredi. & in l. hęreditas. ff. de
regul. iur. Et tunc in fideicommiſſarium non poſ
ſunt actiones directæ tranſire: hæ enim oſſib. aſſi
xę ſunt, nec in alium tranſire poſſunt. l. 3. C. de no
ua. vbi per Scri. ¶Aut de corporib. hæreditariis
aut ipſis rebus Maioratus agitur. Et tunc ſatis cõ
pertum eſt dominium directum, ac vtile in fidei
cõmiſſarium in his bonis tranſire, vt ſuperius o-
ſtendimus, & ita eſt de mente Pauli, Socin. & Ri
pę in d. l. 1. Quorum opinio vera mihi videtur.
¶Omnes autem, qui de hac re ſcripſerunt, cautè
legendi ſunt, eorum dicta (vbi de directi dominij
tranſlatione agũt) in corporib. hęreditariis intel
ligendo. Si enim ea in perſonalibus actionib. in-
telligamus, nihil refert, an hę actiones ad vniuer
ſitatem



tatẽ hæreditatis, an ad ſingulas res hæreditarias
competant, vtroque nãque caſu ſola vtilis actio
in fideicommiſſarium trãſit: directa autem apud
17 hæredem grauatum remanet. Cum† directa actio
inceſſibilis ſit, vtilis autẽcedi poſſit. l. emptori, &
l. poſtquam. ff. de hæred. vel acti. vendi. l. in omni
bus. ff. de actio. & obliga. l. 3. in princip. cum ſimi-
lib. ff. pro ſocio. Quæ diſtinctio optimè poterit
Hiſpanorum Maioratibus applicari, ſiue in cõtra
ctu, ſiue in teſtamento facti ſint. Iura namque &
actiones vtiles ad res Maioratus competẽtes de
vna in aliũ tranſire poſſunt nõ directè. Dominiũ
autem iam acquiſitũ & aliis bonis Maioratus ad
ditum: tam vtile: quàm directum, in quẽlibet Ma
ioratus ſucceſſorem tranſibit. Quod vtile erit ad
ea, quæ in l. 3. C. de nouat. & in l. facta. §. hæres. ff.
ad Trebel. ad Scrib. adducuntur. Ex quibus ſuper
eſt firma cõcluſio poſſeſſorem Maioratus per tẽ
pus vitæ ſuæ ipſarum rerum Maioratus dominiũ
verum, ac plenum directúmque, ac vtile obtine-
re: etiamſi ea bona alienare non poſſit.
18 ¶Ex hac autem concluſione ſic intellecta† inferri
poterit, parentẽ in bonis Maioratus, filiofamilias
ſub eius poteſtate cõſtituto cõpetentibus, debe-
re vſumfructũ obtinere, ac percipere, non aliter
quàm ex aliis bonis filiorũ aduentitiis liberis in
quibus ipſi filij dominiũ habẽt, ex deciſione tex.
in l. cùm oportet, & per tot. ti. C. de bonis quę li-
be. & per totum. C. de bon. mater. Cùm enim pręę
cipua huius articuli difficultas ex eo deducerę-
tur ꝙ cum Maioratus poſſeſſor vſufructuarius tã
tum bonorũ Maioratus eſſet, nõ dominus: pater
nõ poſſet ex vſufructu vſumfructum percipere.
Non enim vſusfructus vſusfructus, iure dabilis
eſt, ſicut nec ſeruitus ſeruitutis, vt conſtat ex his
quæ latè Scribit Xuar. in d. q. Maioratus, à n. 1. vſ-
que ad 5. hoc tamẽ fundamento ſublato, cõſtitu
toq; quòd Maioratus poſſeſſor ſit verus dominus
rerũ Maioratus, nõ autẽ earũ vſufructuarius, cõ-
ſequenter ſublata erit etiã huius quæſtionis dif-
ficultas, nec poterit in hac ſpecie de vſufructua-
rio ad Maioratus poſſeſſorem argumentari: imò
idẽ dicẽdũ erit in bonis Maioratus, quod in aliis
bonis liberis iure ſtatutum eſt, cùm in vtroq. ca
ſu verum dominium bonorũ penes filium ſit. Et
quibus bonis in dominio filiis exiſtẽtibus, iure po
teſt à parente proculdubiò vſusfructus percipi,
vt in d. l. cum oporteat, omnes Scrib. aduertunt.
¶Nec obſtant ea, quæ in vſufructu bonorũ feu-
daliũ ſtatuta sũt: cùm longè diuerſa ratio, quoad
hoc in vſufructu Maioratus: quã in feudi vſufru
ctu militet: ideóque de vno ad aliũ argumẽtatio
non procedat, vt optimè aduertit Xuarez. d. quę.
Maioratus. nu. 16. De quo videndus eſt Boerius.
deciſ. 199. per tot. vbi latiſſimè proſequitur vtrũ
in bonis feudalibus filij, pater habeat vſumfru-
ctum.
¶Quod ampliatur†, vt non ſolùm pater in his bo
nis Maioratus fructuũ cõmoditatem: ſed etiã ve-
rum ius vſusfructus obtineat: cùm apud filiũ ve-
ra proprietas ſit, ex qua poſſit verum ius vſusfru
ctus deduci. Ex quibus conſtat lapſum fuiſſe Ro
deri. Xuar. in d. quæſtio. Maioratus, nu. 12. vbi in-
quit, quòd in bonis Maioratus pater & filius cõ-
currunt in vſufructu, filius, quo ad titulum: pater
autẽ quoad effectum: ita, vt filius habeat ius vſus
fructus: pater autem ſolam commoditatem perci
piat. Cùm enim præſupponat filiũ in bonis Ma-
ioratus ſolum vſumfructum: nõ autem dominiũ
obtinere: neceſſe eſt, vt ex vno errore, alij quãplu
res exoriantur. l. ratas: cum ſimilib. C. de reſcind.
vend.
¶Id tamen in hac parte prætermittendũ nõ erit.
quòd quanuis verum ſit, quòd vſusfructus parẽti
in bonis filiifamilias, acquiſitus, morte filij nõ ex
piret: imò eo mortuo per totum tempus vitæ pa-
rentis duret, vt prob. ex tex. in l. Si quis, vel ſi qua.
§. ſin verò defuncta perſona. C. ad Tert. & ex l. 3.
20 C. de vſufr. hoc† tamẽ in vſufructu parẽti in bo-
nis Maioratus filiifamilias competenti, nõ proce
dit. Cùm enim dominiũ bonorum Maioratus filio
familiàs competens ad vitam eiuſdẽ reſtrictum
ſit atque eo moriente ſtatim in ſequentem Maio
ratus ſucceſſorem pertrãſeat: conſequens eſt, vt
etiam parentis vſusfructus, qui ab eius dominio
pendet, ceſſare debeat. Reſoluto namque iure da
toris reſoluitur ius acceptoris tex. in l. lex vecti-
gali, cum ſimil. ff. de pignor. Ipſeque vſusfructus
debet ſequi naturam dominij principalis ſuper
quo fundatus eſt. l. nihil. §. cũ principali. ff. de re
iuris. Idque in bonis feudalibus cenſuit Bal. in l.
cùm oportet. in princip. num. 18. C. de bonis quæ
liber. & in bonis Maioratus dixit Ant. Gomet. in
l. 48. Tauri. nu. 4. & Tellius Fernand. in l. 5. Taur.
nume. 8. Quod proculdubiò verum mihi videtur.
¶Nec ex eo, quòd vſusfructus iſte parenti in bo-
nis Maioratus filij cõpetens ipſo filio moriẽte fi-
niatur, dicendum erit in perſona parentis verum
21 ius vſusfructus non eſſe. Nã† ſicut dominium tẽ-
porale verum dominium eſt: ſic etiã eiſdẽ ratio-
nibus temporalis vſusfructus verus vſusfructus
22 erit: quanuis† enim cæteræ ſeruitutes ad certũ tẽ
pus conſtitui nõ poſſint, vt ipſo iure tẽpore trãſ-
acto deficiãt. l. 4. in princi. ff. de ſeruitutibus. Ser-
uitus tamẽ vſusfructus ad tẽpus cõſtitui poteſt
ita, vt eo tẽpore lapſo, ipſo iure finiatur. l. 4. ff. de
vſufruct. vbi per Scrib. glo. ordin. in d. l. 4. in prin
cip. ff. de ſeruitu. in gloſſ. 1. quam ibi ſequitur Bar.
num. 6. Paul. num. 2. & communiter Scriben. ſic-
que vſusfructus, qui ad decem annos, ſeu ad vitã
cõcedẽtis conſtituitur, verus vſusfructus erit, vt
in d. l. 4. ff. de ſeruitu. omnes Scriben. aduertunt.
Huius autem dicti rationem differentiæ aſſignat
Paul. ibidem. d. num. 2. dicens, hoc ideò eſſe: quia
per ſeruitutẽ vſusfructus non imprimitur chara
cter in ipſa proprietate rei: cùm vſusfructus exer
ceatur circa fructus rei: non circa proprietatem
ipſius. Per alias autẽ ſeruitutes reales, in re chara
cter imprimitur: quia per eas incõmodatur ipſa
res ſeruiẽs, ac deterior redditur. Quod ex eo etiã
23 cõprobatur: ꝙ † Emphiteota poſſit in re emphi-
teotica verum vſumfructuarium facere: quanuis
vſusfructus morte Emphiteotæ finiatur, ac reſol
uatur. Vt dixit gloſſ. in l. 3. ff. de ſeruitu. Bart. nu.
12. Paul. num. 2. Alexand. nume. 30. & 31. & com-
muniter Scri. in l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acquiren.
poſſ. vbi latiſſimè per Iaſſ. n. 66. idem Iaſſ. in l. fin.
C. de iur. Emphiteo. nu. 18.
¶Ex quibus conſtat lapſum fuiſſe Pinel. virũ aliò
qui doctiſſimũ in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. num.
71. verſ. addo etiam ſecurè dicendum, vbi cõſtan-
ter aſſeuerat vſumfructum, qui à morte alterius:
non ipſius vſusfructuarij pendet, non eſſe verũ
vſumfructum, ſiue enim à morte inſtituẽtis, ſiue
à morte vſufructuarij ipſe vſusfructus pẽdeat eo
tempore, quo durauerit, ex ſuperius adductis ve
rus vſusfructus erit. Nulla nãque lex eſt, quæ di-
cat ex eo vſumfructum verũ non eſſe, quod ante
mortem

mortẽ vſufructuarij finiatur.Imò ad quodcũque
tempus,ſiue id certum,ſiue incertum ſit,iure ſta
tutum eſt,poſſe vſumfructum conſtitui.
¶Nec tex.in l.lex vectigali.ff.de pigno. nec l. ne-
ceſſario. §.fin.ff.de peri.& commo.rei vendi.quę
in id ab ipſo Pinelo citantur eius opinionem pro
bant,Nam dicta l.lex vectigali. nihil quod ad il-
lius opinionem attineat diſponit:tex.autẽ in d.l.
neceſſario.§.fina.non ſolùm eius opinionem nõ
probat:verùm etiam noſtram opinionem nonmo
dicum cõfirmat.Inquit enim,quòd ſi quis vẽdat
vſumfructum,multũ intereſt:an vendat ius vtẽ-
di fruẽdi,quod habet in aliqua re:an vſumfructũ
alicuius rei,cuius proprietatem habet.In primo
nãque caſu vſusfructus finietur morte vendẽtis:
in ſecundo autem non:ſed mors emptoris expe-
ctabitur.En igitur qualiter tex.ille non meretur
pro opinione Pineli citari:cùm nihil,quòd illam
contingat,diſponat.Probat autem noſtramopin.
in eo, quòd inquit poſſe vſumfructuariũ vẽdere
ipsũ ius vſusfructus,qđ habet in aliquare.Quòd
probatur ex eod.tex.ibi. *Si vſumfructum vendas*,&
iterũ ibi,*Vtrum ius vtendi fruendi,quod ſolũ tuum ſit,
vendas*:in quo conſiderandum eſt,quòd nondixit
Iuriſconſultus:vtrùm cõmoditatem vendas : *ſed
ius vtendi fruendi*:quod ipſum ius vſusfructus eſt,
vt prob.ex l.i.ff.de vſufr.ac ſi expreſſius dixiſſet,
poſſe vſumfructuarium vendere ius vſusfructus
quod verum ius vſusfructus erit:etſi morte ven-
dentis finiatur.Ex qua lege ſic põderata cõprob.
opi.illa.quam aduerſus cõmunem acutiſſimè de
fendit Pinelus in l.i.C.debon.mater.3.parte.n.38.
& ſeq.tametſi ea opinione etiam non admiſſahęc
noſtra opinio planè ex ſuperiùs adnotatis ſuſti-
neatur.¶Eademque ratione cẽſuram etiam pati-
tur,quod ſcribit Tellius Fernãd.in l.5.Tau.nu. 8.
vbi vſumfructum pertinentẽ patri in bonis Ma-
ioratus filij,non vſumfructum,ſed commoditatẽ
appellat ex eo,quòd morte filij expirare debeat.
Hæc namque concluſio iure non ſubſiſtit, quod
tamen intelligendum erit:prout infra iſto c. nu.
29.dicemus.
¶Hæc tamen omnia limitãda ſunt,niſi bonaMa-
ioratus à rege donata ſint. In his namque pater
vſumfructũ non obtinebit:bona enim à rege do
nata ſortiuntur priuilegium bonorũ Caſtrenſiũ.
Ideóque in eis parenti vſusfructus non acquiri
tur.l.cùm multa.C.de bonis quæ liber.l.7.tit. 17.
part.4.
¶Quod ſubintelligendum eſt:quando Rex bona
ea lege cõceſſit,vt perpetuo ſint bona Maioratus
in eiſque iure Maioratus ſuccedatur. Cùm enim
omnes hui⁹ Maioratus ſucceſſores ea bona àPrin
cipe, non à præcedentibus ſucceſſoribus capere
cenſeantur.l.vnum ex familia.§.ſi de Falcid.ff.de
lega.2.l.cohæredi.§.cùm filiæ. cum ſimilib. ff. de
vulga.in omnibus militabit deciſio dictæ l. cum
multa:cùm omnes donatarij Principis iudicandi
ſint:vt optimè aduertit Xuar.in d.quæſt.Maiora
24 tus,nu.18.& 19.Si†autem Rex bona liberè alicui
donauerit,iſque ex eis Maioratum inſtituerit in
his,qui ad eius ſucceſſionem vocati fuerint, non
erit ſeruanda eiuſdem legis deciſio:imò ex bonis
huius Maioratus,in quib. filij ſucceſſerint,pater
vſumfructũ liberè percipere poterit : cùm eiuſdẽ
Maioratus ſucceſſores nõ à principe,ſed à primo
Maioratus inſtitutore bona ipſa acquiſierint, vt
ſubtiliter etiã conſiderat idemRoderi.Xuarez.d.
quæſt.Maioratus,nu.23.& 24.Cui in vtroq.dicto
libentiſſimè accedimus.
¶Secundò etiam prędicta limitanda ſunt,vt in fi
25 lio clerico non procedant. De†bonis nãque filij
clerici,ſeu liberis,ſeu Maioratui ſubiectis pater
vſumfructum percipere nõ poterit. Quod proba
tur ex tex.in capit.quia nos,de teſtam.vbi Hoſti.
Abb.num.5.Andr.Siculus, & communiter Scri-
ben.tex.in auth.Presbyteros.& in l.Sacroſanctæ
26 C.de Epiſco.& cleri.Quod†procedit etiam in cle
ricis primę tonſuræ,vt probatur ex tex.in d.auth.
Presbyteros.Per quem tex.id tenent Scri.in d.c.
quia nos.Et Xuar.in d.quæſt.Maioratus,num.31.
& Doctor de Palatio Ruui.in repe. Rubricæ de
donatio.inter vir.& vxo.§.42. nume.8.& 9. idq.
27 verũ eſt,†ſiue bona intuitu clericatus,ſiue expro
prio patrimonio,ſiue aliunde à filio clerico acqui
ſita ſint,vt ex pluribus probat idem Xuarez in d.
quæſt.num.32.& 33.& Palat.Ruui.d.§.42.num. 7.
28 Niſi†per filiũ ante clericatum acquiſita fuerint.
Tunc namque etiam ſi ex poſt facto fiat clericus
pater vſufructũ iam in eiſdem bonis acquiſito nõ
priuabitur,vt ingenioſè probat idem Xuar.in d.
quæſt.Maioratus,nu.37.cum ſequen.& Pala.Ru-
ui.d.§.42.numer.12.& Deci.in c.in præſentia.nu.
64.de proba.Couarrub.in c.quia nos. de teſtam.
nu.2.Pinel.in l.1.parte 1.nu.43.C.de bonis mater.
Tellius Fernan.in l.5.Tau.nu.4.
29 ¶Tertiò etiã prædicta limitari poterunt : niſi† in
Maioratu adſit expreſſa alienationis prohibitio.
Tunc namque pater non poterit in his bonis Ma
ioratus expreſsè alienari prohibitis,verũius vſus
fructus,ſed ſolam cõmoditatem obtinere. Quod
probatur ex eo, ꝙ in bonis Maioratus expreſsè
alienari prohibitis,non poſſit ius vſusfructus cõ-
ſtitui:cum ea vſusfructus conſtitutio ſpecies alie
nationis ſit:imò ſi conſtituatur, poſſit ſtatim à ſe
quenti ſucceſſorę eius cõſtitutio reuocari: prout
in cap.ſequent.nu.8.cum pluribus ſequent.oſtẽ-
demus.Cũ igitur Maioratus inſtitutor ex expreſ
ſa alienandi prohibitione cenſeatur etiã vſusfru
ctus conſtitutionem prohibere,ex eo cõſequitur
eam prohibitionem etiam quo ad parentem ſer-
uãdam eſſe:cum eidem,vt ſtatim videbimus: etiã
vſusfructus,atque cõmoditatis perceptio prohi-
beri poſſit:nec quo ad illum poſſit ratio differen
tię,quo ad hæc aſſignari. Ideóque in hac ſpecie
ſola commoditate, non autem iure vſusfructus
parens vti poterit,vt in d.c.ſeq.nume.11.demon-
ſtrabimus.
30 ¶Quartò etiam prædicta limitantur:niſi†primus
Maioratus inſtitutor expreſsè diſpoſuerit, quòd
parentes ex bonis eiuſdem Maioratus, in quib.
eorundem filij ſucceſſerint,vſumfructũ percipe-
re non poſſint.Tũc namque ſeruanda erit huiuſ-
modi prohibitio,nec parentes contra eam vſum
fructum ex eiſdẽ bonis obtinebunt.Tex.in auth.
excipitur.C.de bonis quæ lib.& in corporevnde
31 ſumitur.Quod†procedit nedum quando ea pro
hibitio ſpecificè facta fuit:ſed etiã quando ex cõ
iectura ta mente diſponentis id comprehẽditur,
dũmodò verba talia ſint.ex quib. nil aliud:quàm
perceptionis vſusfructus ꝓhibitio deduci poſſit
vt cenſuerunt Paul.de Caſtr.Rapha.Cuma.Are.
& Socin.in l.cum filiofamilias. ff. de lega.1. Ni-
cola.Boerius, quiid ex pluribus probat. deciſ.
193.per tot.deci.Mencha.de ſucceſſio.progreſſu.
32 lib.3.§.26.num.32.Quæ prohibitio† etiam in legi-
tima filii ſeruanda eſt,gloſſ.in auth.matri.& auię
in princip.quam ibi ſequũtur Iacob.de Bellouis.
Ang.



Ang.& Scrib.De cuius gloſſ.veritate videndus eſt
Boerius.deciſi.194.vbi pulchrè proſequitur ma-
teriam,& Segura in repet.l.vnum ex familia.§. ſed
ſi feudum. fol. 56.col. 2. ſecundùm antiquam im-
preſſionem,& Xuarez.in rep.l.quoniam in priori-
bus.1.limita.nu.10.cum ſeq.fol.51.col. 4. & fol. 52.
per totum.
¶Sed†quando huiuſmodi vſusfructus perceptio-
33 nis prohibitio facta fuit, pater poterit percipere
fructuum commoditatem, quæ à iure vſusfructus
diuerſa eſt. Ideóque qui rectè vſusfructus perce-
ptionem parenti prohibere voluerit, adiicere de-
bet,vt neque ex eis bonis vſumfructum,nec com-
moditatem percipiat : aliàs enim nullius effectus
prohibitio erit.Quod notat Ang.in §.igitur. col.3.
Inſtit.per quas perſonas nobis acquiritur. Cuius
dictum ſequitur dicens illud eſſe ſingulare Iaſſ. in
l.cum filio.numer.157. ff. de lega.1. De eo tamen
dubitat Xuarez in d.quæſtio Maioratus.num.15. &
numer.16.& Grego.Lopius.in l.15.tit.17.part. 4.in
gloſ.in verb.*El vſufructo*.Ego tamen nedũ de hoc
dicto Angeli dubito : imò illud falſum eſſe exiſti-
mo,ne mens teſtantis ex iuriſſubtilitate fraudetur:
quanuis contrarium dicendum ſit,quando non ex
preſſè vſusfructus perceptio prohibita eſt,ſed ſo-
lùm bona expreſſè alienari prohibita ſunt : tunc
námque pater commoditatem percipere poterit.
Sola namque alienationis prohibitio commodi-
tatis perceptionem non excludit, nec ipſa com-
moditatis perceptio menti Maioratus inſtitutoris
contraria eſt : cum ſpecies alienationis non ſit, vt
ſupra iſto c.n.29.oſtendimus : & infra.c.ſequenti.
n.11.cum ſeq.latiùs demonſtrabimus.
34 ¶Ex quibus†Maioratus inſtitutores,vt omnia pla
nè diſponant,cauti eſſe debent,vt ſi voluerint pa-
rentes ſucceſſorum, ab eorum agnatione ſeu co-
gnatione penitùs forſan extraneos)vſufructu bo-
norum Maioratus priuare:id expreſſè prohibeant
adiicientes,vt parentes ex eis bonis, nec vſumfru-
ctum, nec commoditatem etiam percipiant eiſ-
dem decimam partem fructuum,ſeu aliquid aliud
pro eorum adminiſtratione reſeruantes,pręcipiẽ-
téſque vt quod ex fructibus bonorũ ſupererit,do-
nec filius in parentis poteſtate fuerit in augendis
bonis Maioratus conuertatur.Quod nõ modicum
vtilitatis ipſis Maioratuũ poſſeſſorib. miniſtrabit.
35 ¶In hac autem re ſciẽdum eſt,†Maioratuum in-
ſtitutores pluries expreſſè ſolitos eſſe diſponere ſe
velle eorundemMaioratuum poſſeſſores ſolum v-
ſufructuarios eſſe,nõ veros dominos,dominiúm-
que rerumMaioratus ſemper in perſona ſequentis
ſucceſſoris exiſtere debere. Cuius generis quam
plures Maioratus vidimus:qua expreſſa inſtituto-
rum diſpoſitione ſtante,Maioratus poſſeſſor, non
tanquam dominus,ſed tanquam vſufructuarius iu
dicandus erit : cùm per prouiſionem hominis, à
prouiſione legis recedatur.l.fina.cũ ſimilib. C. de
36 conuent.Poſsitque†teſtator vni vſumfructum, al-
teri proprietatem.deducto vſufructu legare: dum
modò id verbis expreſſis diſponat.l.ſi alij.ff.de vſu
fruct.lega.quæ lex ſemper in hoc conſideranda eſt
eiuſque forma in huiuſmodi clauſulæ appoſitione
ſeruanda,ne teſtator errore labatur. ¶†Sed quan-
37 uis clauſula iſta vtilis eſſe poſſit, à viriſque gra-
uiſſimis in Maioratibus apponi ſolita ſit : mihi ta-
men ſimpliciter ſumpta nunquam probari potuit:
ſiquidem eiuſdem finis pręcipuus is eſt,vt ex deli-
cto Maioratus poſſeſſoris,res Maioratus perpetuò
fiſco adiici non poſſit : etiamſi is ea crimina com-
miſerit : quæ in Regiis facultatibus communiter
excipi ſolent:vel vt etiam ex contractu,Maioratus
poſſeſſori facultas alienandi reſtringatur. ¶Sed ſi
rectè res iſta conſideretur,qui huiuſmodi clauſula
vtuntur, fumum fugientes,( vt veteri prouerbio
dici ſolet )in ignem ſeſe coniiciunt. Dum enim
dominium à Maioratus poſſeſſore abſtrahere vo-
lunt, illicò illud in ſequentem ſucceſſorem tranſ-
fundunt. Non enim dominium ipſum, vt ſupra
iſto ca.n.10.diximus,in aëre eſſe poteſt: ex quo fit
vt ſi Maioratus poſſeſſor ex hac clauſula à perpe-
tua bonorum eiuſdem Maioratus confiſcatione
liberetur,ſequens tamen ſucceſſor periculo,quod
in poſſeſſore vitari prætenditur, obnoxius ſit : ita,
vt eo aliquod ex his criminibus,quæ in facultatib.
Regiis excipiuntur committente,bona Maioratus
fiſco adiiciantur,deducto ſolùm vſufructu,duran-
38 te Maioratus poſſeſſoris vita.Nam† licet ob deli-
ctum cõmiſſum ab ipſo Maioratus ſucceſſore ante
delatam ſucceſſionem nec bona Maioratus,nec e-
tiam eorundem bonorum commoditates ſeu emo
lumenta fiſco adiici valeant:ſed ad ſequentem ſuc
ceſſorem mortuo poſſeſſore transferantur vt in
feudo dixit Iacobinus de Sancto Georg.in tracta.
feud.verb.Dictique Vaſſalli promiſerunt non cõ
mittere feloniam.n.91.& Zaſius.in eo. tracta.feud.
par.10.n.107.in caſu tamen,de quo agimus,id non
procedit,cùm iam ſequensMaioratus ſucceſſor bo
norum ipſius Maioratus dominium obtinuerit:
quod ex dictis criminibus amittere poteſt.¶Quod
ſi facultas alienandi,ex contractu vel vltima volun
tate,ex hac clauſula reſtringi prætẽdatur,id ipſum
facilius ex alienationis prohibitionibus, & aliis
clauſulis effici poterit,vt ſuo loco dicemus, quod
ſi ex hac clauſula aliquid amplius efficiatur : id ta-
men certiſſimum eſt,quòd illud, quòd à poſſeſſo-
re in hoc aufertur,in ſequentem ſucceſſorem ( vt
paulò antè dicebamus )transfunditur. Ideóque
vel clauſula hæc à Maioratuum inſtitutoribus de-
inceps adiicienda erit prout ſemper Maioratuum
inſtitutoribus conſuluimus,vel non ſimpliciter ap
ponenda eſt:ſed hoc adiecto, quòd ſcilicet Maio-
ratus poſſeſſores ſint ſolùm vſufructuarij, quo ad
hoc,vt bona Maioratus nec confiſcari,nec alienari
valeant:quo ad alia autem,veri domini ſint: ita vt
in his quæ conſeruationi ipſius Maioratus vtilia
erũt,eorum poſſeſſores dominiũ habeãt:in his au-
tem, quæ eiuſdem conſeruationi damnoſa, ſeu
præiudicialia eſſe poterunt:ſolùm vſufructuarij cẽ
ſendi ſint : quæ clauſula hoc pacto in Maioratibus
appoſita vtilis forſan eſſe poterit, quanuis non fa-
cilè ſit hanc dominij reſtrictionem, ac deuolutio-
nem,ex iuris principiis deducere.
39 ¶Vltimo loco pro huius capitis complemen-
to ſciendum eſt, † dominium hoc, quod penes
Maioratus poſſeſſorem eſt, ad vitam tantùm e-
iuſdem reſtrictum æſtimari debere, cum ſua
qualitate ac reſtrictione : prout alia bona, ſeu
reditus, qui ad vitam tantum conceduntur æ-
ſtimari ſolent, ſeruandámque eſſe in huius do-
minij æſtimatione eam rationem, de qua in l.
hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. quæ non ſo-
lùm, quo ad legis Falcidiæ æſtimationem : ſed
quoad æſtimationem omnium rerum, quæ ad
vitam conceduntur, ſeruanda erit, vt dixit gloſſ.
in l. omnium. verb. bonorum. ff. de vſufruct.
gloſſ. in l. cum hi. §. modus. ff. de tranſactio.
verb. cum iuuene, quas ſequitur Paul. numero
2.& Iaſſo.n.8.in l.ſi pater puellæ.C.de inoffi. teſta.

Xuarez in rep. l. quoniam in prioribus. 3. amplia. n.9. cum ſeq. C. eod. Pala. Ruui. in rep. Rub. de dona. int. vit. & vxo. §.25. nu.2. cũ ſeq. Pinel. in l.2. 3. par. c.4. n.32. C. de reſcind. vendi. Padilla in authen. res quæ. n.3. C. commu. de lega.

¶Sed quanuis hæc opinio probabilis ſit, verius videtur quod hæc æſtimatio non præciſè d. l. hereditatum, rationem ſequi debeat, ſed quod iuxta cõmunem prouinciæ æſtimationem, ſeu arbitrio boni viri, perpenſa ætate ac valetudine Maioratus poſſeſſoris, aliiſque coniecturis, dominium hoc ad vitam reſtrictum, æſtimandum ſit. Sic namque in æſtimatione annui reditus, qui ad vitam conſtitutus eſt, ex pluribus reſoluit Carol. Moli. de contractib. q.72. & Ioan. de Medin. de reſtitu. c. de cenſu ad vitam. Couar. lib.2. reſolu. c.9. n.7.

40 ¶Nec † obſtat d. l. hæreditatũ: ea námque in ſola legis Falcidiæ ratione, non in aliis quæſtionib. præciſè ſequenda eſt: vt cenſuerunt Imol. verſic. nota quando Alex. n.9. & omnes Scri. ibidem, & Iaſſ. in l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatur nu. 11. ff. de verb. oblig. Mat. de Afflict. deciſ.34. c.2. Carol. Moli. qui ex pluribus id probat. d. q.72. Couar. d. c.9. lib.3. n.8. Idque veriſſimum eſt. Ita tamen vt nec d. l. æſtimatio omninò ſequatur, nec reiiciatur: ſed ex negotij ac perſonarum qualitate id, ſiue iuxta eiuſdẽ legis rationem, ſiue aliter decidendum ſit.

41 ¶Ex quibus inferri poteſt ſingularis intellectus ad l.1. tit. *delas arras*. lib.3. for. ll. & ad l.50. Tau. quę eſt l.3. tit. 2. li.5. in noua ll. Regni collectione, quib. cautum eſt non valere promiſſionem arrarũ, quæ exceſſerit valorem decimæ partis bonorum, quæ maritus habebat tempore promiſſionis eorũ, nec poſſe dictæ legi renuntiari. ¶Nam † ſi maritus nulla bona libera habeat: ſed tantùm bona Maioratus ſubiecta, poterit vxori ſuæ eam arrarum quantitatem promittere, quæ non excedat decimam partẽ æſtimationis bonorum, quæ iure Maioratus poſſidet, eorum valorem ſolùm ad vitam eiuſdem, eo modo, quo ſuperiùs diximus, æſtimando. Ita, vt ſi bona Maioratus duo millia Ducatorum in reditibus, deductis expenſis quotannis valere ſoleant, poſſit eiuſdem poſſeſſor mille ac ſexcentorum Ducatorum ſummam vxori ſuæ pro arris promittere valorem redditus ad vitam, ad rationem vnius pro octo, vt communiter æſtimari ſolet, computando. Quod notat Palat. Ruui. in rep. Rub. de dona. int. vir. & vxo. §.25. n.8. ad fin. Greg. Lop. in l.4. tit.15. 2. par. in gloſ. verb. *ſus deudas* verſi. ex prædictis etiã patet, vbi plura in idem adducit. Quod etiam apertè colligitur, ex his quæ notat Roderi. Xuar. in l.1. tit. *delas arras*. for. ll. fol.26. cum ſeq. Idque etiam dixit D. Anto. de Padilla in authẽ. res quæ. c.30. C. commu. de leg. Quod eſt ſingulare, ac perpetuò menti tenendum, ad arrarum promiſſiones, quæ quotidie fieri ſolent à Maioratuum poſſeſſoribus. Ad quarum promiſſionum validitatem ęſtimanda erunt bona Maioratus ſecundùm computationẽ, ac æſtimationem, de qua ſuperius mentionem fecimus. Sícque quotidie hæc intelligi, ac practicari ſolent: quanuis tutius ſit à principio facultatem à Principe impetrare, vt valeat arrarum promiſſio: etiam ſi valorem decimę partis bonorum promittentis excedat, cum dictarum legum derogatione quæ ſolet facillimè concedi atque impetrari.

42 ¶Secundò † infertur, in venditione commoditatis rerum Maioratus, ad eiuſdem Maioratus poſſeſſorem per tempus vitæ ſuæ pertinentium locũ eſſe remedio l.2. C. de reſcind. venditione, ſi in ea læſio vltra dimidiam interuenerit. Cùm enim cõmoditates huiuſmodi attenta qualitate, ſeu ætate perſonarum ac regionis conſuetudine (vt ſuperiùs diximus) iuſtam æſtimationẽ recipiant: conſequẽs eſt, vt ſi contractus hanc communem æſtimationem vltra dimidiam exceſſerit, poſſit remedio dictæ legis 2. reſcin. Quod dixit Paul. in l. ſi pater puellæ. n.2. C. de inoffic. teſta vbi Iaſ. ſi. verb. Alexã. in l. de fideicommiſſo. n.2. C. de tranſactio. quem ſequitur Deci. qui plura refert. ibi nu.4. Cremen. in d. l.2. C. de reſcind. vendi. n. 82. vbi Cagnol. n.174. & Pinel. 3 par. c.4. n.31 Carol. Mol. d. q.72. nu.472. & alibi ſæpè Scrib. idque veriſſimum eſt.

43 ¶Tertiò infertur, quòd † ſi ſuper bonis Maioratus eiuſdem poſſeſſor, vel alius, ſecundam ſupplicationem ad perſonam Regiam interponat, (quo caſu, vt eidem remedio locus ſit, res debet valere tria millia Ducatorum reſpectu proprietatis, & ſex millia reſpectu poſſeſſionis) quoad hanc ſupplicationem interponendã non debet conſiderari præciſè valor ipſorum bonorum ſuper quibus cõtenditur, ſed valor ſolùm illius dominij temporalis ad vitam tantùm poſſeſſoris reſtricti, facta æſtimatione: prout ſuperiùs dictum, ac probatum eſt. Res namque minus valet propter grauamen reſtitutionis, ſeu conditionis: cùm ea grauamina, ſeu conditiones, pars pretij eſſe dici ſoleant l.1. §. ſi hęres percepto fundo. ff. ad Trebel. l. fundi partem. ff. de contrahen. empti. Alexand. in l. pretia rerum. n.3. ff. ad leg. Falcid. Deci. conſi. 308. n.3. & conſil. 543. n.5. quib. plura cumulat Tiraquel. de retract. conuen. in præfatione. n.20. cum plurib. ſeq. Couar. li.3. reſolu. c.10. n.1. cum ſeq. Pinel. in d. l.2. C. de reſcind. vendi. 3. par. c.4. n.19.

¶Sed quanuis hęc ex iuris principiis vera eſſe videantur: in Maioratibus autem diuerſo iure cenſenda erunt. Is namque qui de Maioratus ſucceſſione contendit, non ſolùm dominium rerum Maioratus, quo per tempus vitæ ſuæ frui debet, prętendere cenſendus eſt: ſed perpetuam in ſuis deſcendentibus eiuſdem Maioratus ſucceſſionem efficere: ita, vt ex ea filiis, ac nepotibus cæteríſque deſcendẽtibus, in infinitum proſpectum ſit. Ideóque maioris hæc bona æſtimanda erũt, quàm ea, quorũ dominium morte poſſidẽtis finitur, nec ad filios, nec deſcendentes deferenda ſunt: imò bona hęc paulò minoris quam bona libera, æſtimanda erunt.

¶Hoc tamen intelligendum erit: *niſi* ipſius Maioratus ſucceſſio eius qualitatis ſit, vt ad deſcendẽtes non tranſeat, vt quando Maioratus ſucceſſio, clerico, vel militi qui religionem Sancti Ioannis, vel aliam ſimilem profeſſus eſt, non repugnãtibus conditionibus Maioratus defertur. Cum enim iſti prolem legitimam habere non poſſint, bona Maioratus tanquam alia bona, quæ ad vitam tantùm deferuntur, æſtimanda erunt, vt ſupra dictum ac probatum eſt. Idémque ea ratione dicendũ erit, in bonis Maioratus, quæ ex perſona monachi cui, eiuſdẽ ſucceſſio defertur, monaſterio durãte eius vita adiiciuntur. Quod qualiter accipiendum ſit iſto lib. c.13. n.68. cum ſeq. oſtenſum eſt.

44 ¶Quarto ex eiſdem infertur, quòd † ſi is, qui Maioratum poſſidet, nobilis non ſit, vel ſit nobilis, habitétque in locis vbi nobiles contribuere conſueuerunt, prout in pluribus locis prouinciæ Boeticæ contingere ſolet, ab huiuſmodi contributione non bonorum Maioratus perpetuus valor, ſed ſolum dominium eorum ad vitã æſtimabitur, eo modo quo ſuperiùs oſtenſum eſt. Idque eadem ratione



ratione dicendum erit in his hominibus, qui in ea Prouincia compelluntur militiam exercere, armáque, atque equos ſuis expenſis tenere dummodò bona eorum certam quantitatem legibus Regiis conſtitutam, attingant. Nam bona Poſſeſſoris Maioratus ad hanc quantitatem conſtituendam: non perpetuò: ſed ſolùm ad vitam eiuſdem æſtimanda erunt. Quod etiam ad plura alia ſimilia in quibus iura conſiderant bonorum æſtimationem, facillimè trahi poterit: quæ conſulto prætermittimus.

*SVMMARIA.*

1 *Vſus fructuarius ſeruitutem imponere non poteſt.*
2 *Emphyteota poteſt ſeruitutem imponere, ad vitam eius duraturam.*
3 *Vaſſallus in re feudali poteſt ad vitam ſeruitutem conſtituere.*
4 *Poſſeſſor Maioratus ſeruitutem conſtituere poteſt: ita vt eo moriente, reſoluatur.*
5 *Maioratus poſſeſſor: vtrum poſſit ius vſusfructus in re Maioratus conſtituere.*
6 *Emphyteota poteſt vſumfructum ad vitam conſtituere.*
7 *Vaſſallus: vtrum poſſit in re feudali vſumfructum imponere.*
8 *Alienatione prohibita, prohibetur etiam vſusfructus conſtitutio.*
9 *Vſusfructus non confiſcatur in vita poſſeſſoris, vbi expreſſè alienatio prohibita eſt.*
10 *Seruitus in re expreſſè prohibita alienari, conſtitui non poteſt etiam ad vitam conſtituentis.*
11 *Ius vſusfructus poteſt eſſe apud vnum: & apud alium facultas fructuum percipiendorum.*
12 *Facultas fructuum percipiendorum ad vitam, poteſt in re prohibita alienari, concedi.*
13 *Permiſſio vtendi, ab ipſo iure ſeruitutis diuerſa eſt.*
14 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, ex propria natura alinari non poſſunt.*
15 *Quando concurrit legis, & hominis prohibitio, res non poteſt etiam in caſu aliàs permiſſo alienari.*
16 *Ex ſeruitutis, aut vſusfructus conſtitutione, poſſeſſor Maioratus ſuo iure non priuatur.*
17 *Verbum alienationis, vbi tractatur de pœna, ſtrictè accipiendum eſt, vbi autem de fauore, latè.*
18 *Is, qui ſeruitutem conſtituit, ſeu eidem conſenſit, non poteſt petere eius reuocationem.*

*Poſſeſſor Maioratus: vtrum poſſit ius vſusfructus ſeu aliam quamcunque ſeruitutem in bonis Maioratus conſtituere.*

## CAPVT XX.

Vt autem materiam hanc, quã in precedenti capite cœpimus, proſequamur, rectéq; huius dominij Maioratus poſſeſſoris natura percipiatur, conſequẽter diſcutiendũ erit, an Maioratus poſſeſſor in re Maioratus poſſit ſeruitutẽ cõſtituere, ſeu vſumſtuarium facere. In quo articulo primo loco dicendum eſt, Maioratus poſſeſſorem, poſſe per tempus vitæ ſuæ quamcunq; ſeruitutẽ, in bonis Maioratus cõſtituere: ita tamẽ, vt eo moriẽte reſoluatur ac finiatur, nec progrediatur ad Maioratus poſſeſſores. Nam quamuis † vſusfru-
1 ctuarius in re, in qua vſumfructum habet, ſeruitutem imponere non poſſit, cùm dominus non ſit. l. 1. ff. communia prædio. l. ſecunda. ff. de ſeruit. tex. in §. ideò autem, Inſt. eo. poſſeſſor tamẽ Maioratus, qui dominus eſt, ſeruitutẽ cõſtituere poteſt per id tempus, quo eius dominiũ durauerit. Quod probat text. in l. ſi is, cui. §. hæres. ff. quemadmodum ſerui. amittantur: vbi probatur quod ſi teſtator legauit fundum ſub cõditione, & pendente conditione hæres in eo ſeruitutem impoſuit, valebit conſtitutio ſeruitutis medio tempore, & conditione exiſtente ipſo iure ſeruitus extinguetur. Quem text. ad hoc commendant ibi Bartol. Alberi. Bal. Ang. Paul. communiter Scriben. idem probat text. in l. ſi fundum à teſtatore. final. verb. ff. de cond. & demonſtr. l. plerumque ff. de reg. iur.

l.1.§.penul.& fina.ff.de ſuperfici.ſic enim videmus
in Emphyteota,qui, etſi non tantum ius in re Em
phyteotica quantum Maioratus poſſeſſor in rebus
Maioratus habeat,vt alibi latiùs oſtendimus:†po-
2 teſt tamen fundo Emphyteotico ſeruitutẽ impo-
nere,in ſui,non in directi domini,nec ſequentium
præiudicium.Quod cenſuerũt Guillel.de Cugno.
Bal.n.5.Paul.n.2.Salic.n.1.& Scrib.in l.3.C.de ſer-
uit.& aqua.Gloſ.in l.3.ff.de ſeruit. quam ſequitur
ibi.Bald.in principio. Paul.numer.1.& 2.Florian.
numer.1. & ibidem hanc opinionem teſtatur com
munem Corraſius.numero 2.Arias Pinel.qui plu-
ra in idem refert in l. 1. C. de bonis mater.3.part.
n.70.D.Ant.de Padilla in d.l.3. C.de ſeruit.à n.6.
vſq; ad 11.Iulius Clarus lib.4.ſententiarum.§. Em
3 phyteoſis,quæ.21.Simile†etiam videmus in Vaſſal
lo , qui in re feudali etiam poteſt ſeruitutem im-
ponere in præiudicium ſuum : non autem domi-
ni,nec agnatorum:prout probatur ex tex.in c. 1.§.
quid ergo,de inueſti.de re alie.fact. Alex.qui hãc
dixit communem opinionem conſ.18.poſt n. 5. li.
5.Pariſius.con.98.lib.2.n.4.Auguſt.Beroius.q.95.
n.1.Curti.in tracta.feu.4.par. in vltima amiſſionis
feudi cauſa.q.14.cum ſequentib.Iulius Clarus lib.
4 4.ſententiarum.§.feudum. quæſt.73. Ideóq;†Ma-
ioratus poſſeſſorem poſſe etiam per tempus vitæ
ſuæ ſeruitutem in rebus Maioratus conſtituere,
dixit Pinel.in l.1. C. de bon.mater.3.par.nu.91.ad
fin.& D.Anto.de Padilla.in d.l.3.C.de ſerui.num.
13.contra Anto.Gomet. qui nec in vita poſſeſſoris
ſeruitutis conſtitutionem validam eſſe conſtanter
aſſeruit in l.40.numero 85.in legibus Tauri.Quo-
rũm opinio intelligenda erit niſi bona Maioratus
expreſſe alienari prohibitá ſint. Tunc namque,
nec durante vita poſſeſſoris ſeruitutis conſtitutio
ſuſtinebitur : imò in hac ſpecie Antonij Gome-
tij opinio verior erit,prout infra iſto c.numero.8.
cum pluribus ſequentibus apertiſſimè probabi-
mus. Quæ omnia pro huius quæſtiõis reſolutione
videnda erunt:aliter namque hæc nec percipi,nec
intelligi poterunt.

¶In ſeruitute autem vſusfructus dicendum eſt,
quod quamuis fructuarius in re, in qua vſumfru-
ctum habet,non poſſit alium fructuarium facere,
cùm ſeruitus ſeruitutis eſſe non poſſit. l.1. cum ſi-
5 milibus.ff.de vſufructu.lega. Poſſeſſor†tamen Ma
ioratus, qui verus dominus eſt, poterit in bonis
eiuſdem ius vſusfructus alteri cõſtituere, per tem
pus vitæ ſuæ duraturum:ita tamen , vt eo morien-
te finiatur.l.peto.§.prædium.ff.de lega.2.ibi *Tam-
diu retinere emptor poteſt: quamdiu debitor haberet
bonis nõ venditis:poſt mortem eius nõ habiturus*,vbi
Bartol. numero. 4. & Scriben. l.Statius Florus.§.
6 Cornelio Fœlici.Vbi etiam per Scriben.ff.de iur.
fiſc.Idque videmus,in Emphyteota,†qui põt con
ſtituere vſumfructum duraturum quamdiu Em-
phyteoſis ipſa durauerit, vt cenſuit Bald.in l.1.§.
item in fundo. ff. quib. mod. vſusfructus amitta.
per tex.ibi.Bart.in l.3. §.ex contrario. numero. 12.
ff.de acquir.poſſ.vbi Alexand.num.30.& 36.& Iaſ.
numer.65.Idem Iaſſ.in l. final.num. 118. C. de iur.
Emphyt.& conſilio. 123.lib.4. nu.1. Coraſius in d.
l.3.n.25.ff.de ſerui.Pinel.in d.l.1. C. de bon.mater
par.3.n.70.
7 ¶Nec obeſt,quòd†Vaſſallus in re feudali nõ poſ-
ſit vſumfructum conſtituere. Ad quod Scribent.
allegant gloſſ. quæ non inuenitur in dict. capitul.
primo.§.quid ergo.de inueſti. in re alien.fact. cu-
ius gloſſ.opinio communis eſt, vt inquit Curtius.
in tracta. feud. 4. part. in vltima cauſa amiſſionis
feudi. quæſtione. 15. quem ſequitur Iulius Clarus
lib.4.ſententiarum.§. feudum. quæſtio. 37. ad fin.
Nam quamuis illa opinio vera ſit(quod apud Scri
ben. ſatis controuerſum eſt)longa differentiæ ra-
tio inter feudatarium & Maioratus poſſeſſorem
aſſignari poteſt. Feudatarius namque pro fructib.
domino ſeruire tenetur:ideóque nõ mirum ſi aliũ
vſumfructuarium facere non poſſit:cũ ex vſusfru-
ctus tranſlatione , ſeruitium ipſum præiudicari
poſſit.Quod ceſſat in Maioratus poſſeſſore,qui ad
nullum ſeruitium regulariter aſtrictus eſt:quæ dif
ferentiæ ratio addenda eſt,ad eas, quæ inter Em-
phyteotam,& Vaſſallum aſſignant Pinel.in l.1.C.
de bon.mater.3.par.n.71.verſ.Ego aduertebam.&
Iul.Clarus.d.q.37.

¶Id tamen,quod de vſufructu diximus , limitan-
dum eſt:niſi in Maioratu expreſſa alienationis pro
hibitio adiecta ſit. Tunc namque vſusfructus,
etiam durante vita Maioratus poſſeſſoris, conſti-
8 tui non poterit.† Prohibita namque alienatione,
vſusfructus etiam conſtitutio prohibetur.l. final.
C.de reb.alien.non alien.vbi Bart.Bald.& comm.
Scriben. & cum in caſu, de quo agimus, vſusfru-
ctus conſtitutio alienatio cenſeatur , vt proba-
tur in d.l.fina. ibíque omnes Scribent. aduertunt,
ſuccedit regula, vt ſequens ſucceſſor etiam in vi-
ta poſſeſſoris ad reuocãdam alienationem admit-
tatur. l. cùm pater. §. libertis. iuncta gloſ. verbo,
ne id alienarent.ff.de lega.2. vbi Bart. & Scribent.
iunctis his,quæ ſupra iſto lib. cap. 16.num.32.cum
ſequentib. in huius rei comprobationem adduxi-
mus.Ideóque†quamuis iure ſtatutũ ſit,quòd pro-
pter delictum fideicommiſſarij, vſusfructus co-
9 rum bonorum quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt,
poſſit ex confiſcatione fiſco adiici, durante vita
eiuſdem.l. Statius Florus.§. Cornelio Fœlici.ff.de
iure fiſci:id ſolet communiter reſtringi : niſi vltra
tacitam prohibitionẽ, quæ ex fideicommiſſo reſul
tat,bona expreſsè alienari prohibita ſint.Quo caſu
omnes Scriben.cenſent, non eſſe etiam vſufructũ
eorum bonorum viuente poſſeſsore fiſco adiicien
dum. Quod colligitur ex doctrina Bart. quæ in id
communiter adduci ſolet in l. Imperator.n.1.ff.de
fideicommiſſ.liberta. Idipſum etiam dixit Alex.
qui id latiſſimè proſequitur conſ.23.nu.3. cum ſe-
quent.lib.1.Idq; in ſpecie exiſtimat Segura in rep.
l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulga.col.89.& 90.Ri-
pa.in l.filiusfamilias.§. Diui.ff.de lega.1.n.47.Hip
polytus.cõſ.49.n.71.Catell.Cotta, verb.Teſtamẽ
tum,in quo.col.1.Soci. conſ.77.n.15.lib.2. Curtius
Iuni.conſ.139.nu.10.& 11. & hãc dixit communem
opinionem Anto.Rubeus.conſ.154.n.2.Et cõſ.98.
n.1.Gramma.deciſ.105.n.31.Iulius Clar.in practic.
crimina.§.fina.quæſtio.78. verſiculo, item quæro.
Quod†etiam pari ratione,in qualibet alia ſeruitu-
10 te dicendum erit. Iuris namque realis conſtitutio
alienatio eſt,quod ex d.l.fi.omnes Scrib.notant.I-
deóq; illicò ſuccedit regula d.l.cum pater.§.liber-
tis.vt non expectato aduentu conditionis,aliena-
tio reuocanda ſit.

¶Sed quãuis hæc omnia in iure vſufructus vera
ſint,contrarium tamen dicendum erit:quãdo non
ius vſusfructus,formatum:ſed ſolùm quædam fa-
cultas fructuum ſeu commoditatum percipien-
di in rebus Maioratus conſtituitur. Hæc nam-
que facultas ab ipſo iure vſusfructus diuerſa eſt,
11 nec alienationem continet. Non†enim eſt no-
uum,penes aliquem eſſe ius vſus fructus, & penes
alium



alium facultatem fructuum percipiendorum. l.ſi
vſusfructus.ff. de iure doti. l. vſufructu. ff. ſoluto.
matrimon. Oldrald.conſil. 102. propè fin.Ex ea
namque fructuum percipiendorum facultate, ſeu
commoditate, nullum ius in re conſtituitur. Ex
quo fit , vt per tempus vitæ Maioratus poſſeſſo-
ris commoditates rerum Maioratus percipi poſ-
ſint , ſiue ex confiſcatione, ſiue ex alia cauſa,non
obſtante alienationis expreſſa prohibitione, vt
dixit Bartol. per tex.ibi in l. codicillis §. inſtituto.
ff.de lega.2.numero.4. Ioan.Fab.in §.item Seruia-
na.Inſti. de actio.numer.30.Tiraque.qui plura re-
fert de retractu.Linagier §.1.gloſ.7.num.47. cum
ſequen.Palat.Ruui.in repet.capit.per veſtras.§.38.
numero. 4. cum ſequentib.Pinel. in l.1. C.de bon.
mater.3.parte.numer.70.ad fin.Ioan. Bar.de Sca-
ramp.in ſuis conſil.feudal.conſilio. 111. numero 2.
Chaſſan.in conſuet.Burg.Rub.3.§. 8.verb. *en alie-
nation*.nu.40.Matth.de Afflict.in conſtitu.Siciliæ.
in conſtitutione incip.ſi quis poſt litem.6. nota.&
in conſtitu.incipien.Conſtitutionem diuę memo-
riæ. 2. quæſtione. Sicque intelligendum eſt di-
ctum Bart. in d. l. Imperator: & omnia ea quæ in
eius comprobationem paulò antè adduximus.
12 ¶Id ipſum etiam dicẽdum erit in cæteris ſeruitu
tibus,vt etiam durante vita poſſeſſoris,durare de-
beant,ſi in bonis Maioratus expreſſè alienari pro-
hibitis non ius ſeruitutis,ſed quædam vtendi per-
miſſio , aut perſonalis obligatio, quæ perſonam
tantùm adſtringit, ad vitam poſſeſſoris conceda-
13 tur.Id†namq; ab ipſo iure ſeruitutis diuerſum eſt,
nec ipſam rem, ſed ſolam perſonam concedentis
ſequitur.l.final.§. Lucius, vbi Bartol. & Salicet.ff.
de contrahenda emptione.l.pater filiæ.ff. de ſerui.
lega.Iaſſ.in l.2.§. item ſi in facto.nu.7.ff.de verbo.
oblig.Boer.deciſ.66.n.4.

¶Nec mirum cenſeri debet: ſi in feudo, & Em-
phyteoſi,quorum alienatio pluribus legibus pro-
hibita eſt,ſeruitus, ad vitam concedentis duratu-
ra, concedi poſſit, eiúſque vſusfructus etiam eo-
dem iure in bonis Emphyteoticis conſtituatur: in
bonis autem Maioratus expreſſè alienari prohi-
bitis,ex hac quam prædiximus opinione,neutrum
conſtitui poſſit. Si enim iſta rectè conſideremus,
diuerſiſſima ratio quo ad hæc in Maioratu, quam
in feudo,& Emphyteoſi militat. Nam in Maio-
ratu legalis prohibitio alienationis adeſt, prout in
14 feudo, & Emphyteoſi:cùm †bona fideicommiſſo
ſubiecta ex propria natura alienari non poſſint.l.
Marcellus.§. res quæ. ff. ad Trebel. Text.in Au-
thent.res,quæ. C.commu. de lega. qua ſola legali
prohibitione extante in vita concedentis aliena-
tio, ſeu vſusfructus conſtitutio , quæ etiam alie-
natio eſt, toleratur. ex l. peto. §. prædium , & his
quæ ſuperiùs adduximus. In quo ſimilis eſt Maio-
ratus Emphyteoſi,quoad vſusfructus,& ſeruitutis
conſtitutionem, & feudo ſolum, quoad ſeruitu-
tem : ſed cum vltra huiuſmodi legalem alienandi
prohibitionem in bonis Maioratus, ab inſtitutore
eiuſdem altera expreſſè prohibitio appoſita ſit:
neceſſe eſt, vt aliquid nouum operetur prohibitio
teſtantis iuncta legis prohibitione : cum fortior
ſit duplex, quam ſimplex prohibitio , magíſque
rem ipſam afficiat:idem dicendum in feudo & Em
phyteoſi, ſi in illis alienationis expreſſa prohibitio
15 adiecta ſit.Quando†enim cum prohibitione legis
concurrit prohibitio teſtatoris,res non poteſt etiã
in caſu,prima prohibitione ſtante, permiſſo alie-
nari,quod dixit gloſſ. notab. in d.l.final.C.de reb.
alien.non alien.in gloſ.mag.ad fin. Dixítque Bar-
to.in l.ea lege.nu.2.& C.de condi.ob cauſ. Iaſſ. in
l.filiusfamilias.§.Diui.1.lectura num. 23. vbi Ripa
n.89.ff.de lega.1.Tiraquel.qui plura refert.de pri-
moge.queſt.71.Duo namque vincula fortiora ſunt
quam vnum.tex.in Auth.itaque,cum ſimil.C.com
munia de ſucceſſi. Ideóque etſi legali prohibitio-
ne ſtante,poſſit vſusfructus, ac quælibet alia ſerui
tus in re Maioratus ad vitam concedentis conſti-
tui : contrarium dicendum erit, quando legali
prohibitioni adiuncta eſt Maioratus inſtitutoris
prohibitio. Quod clarius procedet ex deciſione
text.in dict.l.cùm pater.§.libertis. ff.de lega.2. vbi
prohibitione expreſſa alienationis ſtante, poteſt
ſtatim res alienata vendicari. Ex qua l.iuncta d.l.
fina.hæc concluſio: ſi benè conſideratur, indubi-
tata redditur.Idque præcipuè dicendum eſt, ſtan-
tibus alienationum prohibitionibus, quæ in ho-
diernis Maioratibus apponi ſolent. Quæ adeò
præciſæ ac efficaces ſunt , vt ex eis proculdubio
nullum ius reale in bonis Maioratus conſtitui
poſſit: etiam in vita poſſeſſoris duraturum. Idque
non modica ratione diſponitur : ne res ſemel
ſeruituti ſubiecta, obliuione, ſeu incuria poſſeſ-
ſorum ad poſteros cum eodem onere tranſmitta-
tur,vel ſuper ea re liberanda, lites innumeræ exo-
riantur: quod maxima inconuenientia afferre po-
teſt Maioratuum ſucceſſoribus. Qua diſtinctione,
concordanda ac intelligenda ſunt ea,quæ D.Ant.
de Padilla,& Arias Pinel.quos in præcedenti quę-
ſtione,numero 4.citauimus, aduerſus Antonium
Gometium de ſeruitute in rebus Maioratus con-
ſtituenda cenſuerunt:ne opinio Gomet.eorum o-
pinioni præualeat.
16 ¶Ea autem,quæ paulò antè diximus,in hũc ſen-
ſum intelligenda ſunt : vt ſtante expreſſa aliena-
tionis prohibitione, etiam durãte vita poſſeſſoris,
ſequens ſucceſſor poſſit ſeruitutis, aut vſusfructus
cõſtitutionẽ in reb. Maioratus factã reuocare:†nõ
autem, quòd ex eo poſſit poſſeſſor Maioratus ſuc-
ceſſione priuari , quòd ad vitã ſuam ſeruitutẽ,aut
vſumfructum in rebus Maioratus conſtituerit:etſi
Maioratus ea lege cõſtitutus fuerit, vt qui aliena-
uerit eius ſucceſſione priuetur, & ad ſequentẽ de-
uoluatur.Quãuis enim in his,quæ fauorabilia sũt,
appellatione alienationis veniant vſufructus ac
ſeruitutis conſtitutio, & omnia alia contenta in d.
l.fina.C.de reb.alie.nõ alien. In pœnalibus autem
& odioſis hæc omnia ſtrictiùs accipienda erunt,at
que ſolùm veram atq; propriã alienationẽ cõpre-
hẽdent.De quo eſt ſin. dictũ Bal.in l.volũtas n.11.
17 C.de fideicõmiſ.vbi†eleganter inquit,quod ſi tra-
ctetur de pœna,verbũ venditionis ſumendum eſt
ſtrictè : ſi autem de fauore, latè accipiendum ſit.
Qua ratione Emphyteotam locantem ad longum
tempus,non incurrere in caducitatis pœnam dixit
Carolus Molin.in addi.ad Alexand. conſil. 119.li-
tera.A.lib.3.Cuius dictũ refert,& ſequitur Couar.
lib.2.reſo.c.16. n.2. Eandémq; opinionẽ ſequutus
fuit Augu.Ber.in c.nulli.de reb. Eccle. non alie.n.
32.& Pinel.in l.1. C.de bon.mater. par.3.n.64.cõ-
tra Alexand.qui contrarium cenſuit.d.conſi.119.&
Iaſſ.in l.fina.n.112.C.de iur.Emphyteo.& Tiraqu.
de retract.Linag.§.1.glo.14.n.82. Sed in hoc Maio
ratus tenor,& ſeruitutũ qualitas,& etiã eorũ con-
ſtituendi conſuetudo conſideranda eſt: quod iudi
cantis potiùs arbitrio committendum erit.
18 ¶Vnum tamen eſt,†quod quãuis ſequẽs Maiora
tus ſucceſſor poſſit in vita poſſeſſoris vſusfructus

ſeu alterius ſeruitutis conſtitutionem reuocare, id facere non poterit is, qui eam ſeruitutem conſtituit, ſeu eiuſdẽ conſtitutioni conſenſit: imò quod ad hos attinet, conſtitutio ſeruitutis toleranda erit in vita poſſeſſoris, ſequenti ſucceſſore, vel vlteriori eius reuocationem non petente. l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. 2. l. quoties ab omnibus, cum ſimilib. C. de fideicom. Quæ omnia mente tenenda erunt: pro huius articuli perfecta declaratione.

---

## *SVMMARIA.*

1 *Maioratus poſſeſſor poteſt ad modicum tempus locare.*
2 *Fideicommiſſarius, vſufructuarius, & Prælatus ad modicum tempus locare poſſunt.*
3 *Succeſſor Maioratus non tenetur ſtare locationi factæ, per prædeceſſorem.*
4 *Conductor rerum Maioratus non tenetur ſtare locationi mortuo Maioratus poſſeſſore, qui locauit.*
5 *Conductori rerum Maioratus cõſulitur, vt faciat filium Primogenitum locantis, ſeu quencunque eius ſucceſſorem in locatione conſentire.*
6 *Succeſſor Maioratus qui pretium locationis factæ à prædeceſſore recepit, cenſetur locationem ratificare.*
7 *Ratificatio, quæ cauſatur, ex pretij receptione, ſolùm inducitur pro eo anno, quo pretium receptum eſt, non pro ſequentibus.*
8 *Hæredes Maioratus poſſeſſoris, qui res Maioratus locauit, de euictione locationis non tenebuntur, ſi Maioratus poſſeſſor durante locatione mortuus fuit.*
9 *Conductor, qui plures expenſas fecit in re Maioratus conducta, non poteſt illas recuperare ab hæredibus vltimi poſſeſſoris, qui ante finitam locationem mortuus fuit.*
10 *Hæredes Maioratus poſſeſſoris mortui ante finitam locationem, tenentur reſtituere conductori pretium locationis pro rata.*
11 *Hæredes tenentur de euictione, quando Maioratus poſſeſſor rem Maioratus tanquam liberam locauit.*
12 *Hæredes Maioratus poſſeſſoris vtrum teneantur de euictione: quando Maioratus poſſeſſor rẽ Maioratus ſimpliciter locauit: nec dicendo eam eſſe liberam, nec Maioratui ſubiectam.*
13 *L. ſi quis domum. ff. locati. declaratur.*
14 *Contrahere quis videtur eo iure, quod per nomen appellatiuum in ipſo contractu appoſitum profertur.*
15 *Alienare prohibitus non poteſt vtile dominium, nec ius in re alienari prohibita transferre.*
16 *Dominium vtile transfertur ex longi temporis locatione.*
17 *Locatio ad longum tempus alienatio eſt.*
18 *Prohibitus alienare, non poteſt ad longum tempus locare.*
19 *Res feudalis ad longum tempus locari non poteſt.*
20 *Emphyteota ad longum tempus locari non poteſt.*
21 *Conductor ad longum tempus Emphyteotæ æquiparatur.*
22 *Alienare prohibitus non poteſt rem in Emphyteoſim concedere.*
23 *Maioratus poſſeſſor non poteſt rem Maioratus ad longum tempus locare.*
24 *Maioratus poſſeſſor vtrum poſſit rerum Maioratus commoditates ad longum tempus locare.*
25 *Emphyteota rem Emphyteoticam alienans, & tradens reſeruato iure dominij, incidit in pœnam caduci.*
26 *Locatio commoditatis rerum Maioratus, mortuo locante finitur.*
27 *Prælatus vtrùm poſſit locare commoditates rerum Eccleſia ad longum tempus.*
28 *Locatio ad longum tempus rerum Maioratus facta vtrum omninò vitietur: an per tempus permiſſum valida ſit.*
29 *Locatio ad longum tempus, quæ ſit.*
30 *Locatio ad modicum tempus facta potentiori dicitur alienatio: ſicut & illa, quæ ad longum tempus fit: & qualiter hoc intelligendum ſit.*
31 *Bona Maioratus: vtrùm poſſint in Emphyteoſim concedi.*
32 *Vaſſallus non poteſt rem feudalem in Emphyteoſim, nec libellum concedere.*
33 *Emphyteota non poteſt rem Emphyteoticam in Emphyteoſim concedere.*
34 *Contractus Emphyteoticus de re Maioratus factus: vtrum omninò vitietur: an per aliquod tempus ſuſtineatur.*
35 *Sequẽs Maioratus ſucceſſor poteſt in vita poſſeſſoris Emphyteoſim, in re Maioratus expreſſe alienari prohibita, conſtitutam reuocare.*

*Vtrum*



### *Vtrum Maioratus: poſſeſſor poſſit bona eiuſdem Maioratus locare, ſeu in Emphyteoſim concedere.*

## CAPVT XXI.

EX his, quæ in pręcedentib. capitibus diximus decidi etiá poteſt ea quæſtio, quæ frequenter cõtrouerti ſolet: an ſcilicet Maióratus poſſeſſor poſſit rem Maioratui ſubiectam locare, ſeu in Emphyteoſim concedere, qualitérque huiuſmodi cõtractus cẽſendi ſint. Quã quæſtionẽ in hac parte reſoluere libuit: quia plura, quę in vſu fructuario iure ſtatuta ſunt, ad locationes de reb. Maioratus factas Docto. frequenter adducũt. Nec ideò intendimus hîc ea, quæ rerum Maioratus veram ac propriam alienationem attinent tractare: ſed ea tantum, quę ad perfectam cognitionẽ huius dominij tẽporalis, ac reuocabilis, quod Maioratus poſſeſſor in rebus eiuſdem Maioratus obtinet, contingunt expendere, alia ſuis congruis locis reſeruantes. In hac igitur quæſtione duæ principales ſpecies conſiderandæ ſunt. Aut enim locatio ad modicum tempus facta eſt, aut ad longum etiam tempus extenditur.

1 ¶In prima ſpecie dicẽdum eſt, †Maioratus poſſeſſorem poſſe proculdubiò rẽ Maioratus ad modicũ tempus locare: cùm hæc locatio nullam alienationis ſpeciem contineat, vt apud omnes abſolutiſſimum eſt: ita tamen, vt ſi ipſe moriatur, ſucceſſor ſtare locationi non teneatur: ſed poſſit rem Maioratus denuò locare. Cùm enim Maioratus poſſeſſor non habeat dominium perpetuum, ſed temporale, non poterit locare liberè, ſed cum ſua qualitate temporali, vt dixit Bald. in l. fina. §. ſed
2 quia. num. 7. C. communia de lega. Quod †in fidei commiſſario probatur ex tex. in l. peto. §. prędium ff. de leg. 2. Et †in fructuario ex l. ſi quis domum. §. 1. ff. locati. Idque †in Prælato, ſeu in beneficiato res propriæ dignitatis, ſeu beneficij locãte conſuluit Paul. conſ. 2. numer. 6. cum ſeq. lib. 1. Scrib. vbi latè per Ioan. de Ana. in c. querelam. nume. 7. & 8. ne Prælati vices ſuas. Rota. deciſ. 232. in nouis. l. 9. tit. 17. par. 1. Couarr. li. 2. reſolu. c. 15. numero. 6. Eſt namque perpetuum ac regulare, vt reſoluto iure dantis, reſoluatur etiam ius accipientis. tex. in l. lex vectigali, cum ſimilibus. ff. de pignorib. Quibus, & aliis pluribus rationibus Grego. in l. 2. titu.
3 8. part. 5. in gloſ. verb. *ei heredero* cenſuit †ſucceſſorem Maioratus non teneri ſtare locationi factæ per prædeceſſorem. Quod etiam ſequitur Arias Pinel. in d. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 71. Anto. Gometius. in l. 40. num. 84. in ll. Tauri. D. Ant. de Padilla. in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. nu. 12. ff. de lega. 2. & eſt communis ac vera reſolutio, à qua nemo vnquam diſcrepauit.

4 ¶In hoc tamen æqualitas inter cõductorem, Maioratúſque ſucceſſorem ſeruanda erit. Sicut enim Maioratus ſucceſſor poteſt à contractu locationis reſilire, etſi conductor illi velit ſtare: ſic etiam †cõductor poterit contractui nõ ſtare, etſi Maioratus poſſeſſori contractus placeat. Non enim poteſt cõtractus claudicare. l. Iulianus. §. ſi à pupillo. ff. de actio. empti. quod in Prælato ſeu Beneficiato dixit Abb. in ſuis qq. quæſt. 3. num. 16. verſ. In ſolutione huius quinti dubij conſidero: quẽ refert, & ſequitur plures alios ad idem referens Couarru. li. 2. reſolution. ca. 15. num. 6. Idem etiam ſequitur loquẽs in Maioratus poſſeſſore, D. Ant. de Padilla. in d. l.
5 vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de lega. 2. num. 13. qui inquit† cautum debere eſſe conductorem, qui à poſſeſſore Maioratus rem conducit, vt faciat in locatione filium eius primogenitũ conſentire, qui ex iure ſibi ſuperueniente tenebitur, mortuo parente, locationi ſtare. l. cum vir, cum ſimilib. ff. de vſucapio. Quod conſilium vtile eſſe poterit.

6 ¶Si verò †Maioratus ſucceſſor, qui locationi non conſenſit, poſt mortem vltimi poſſeſſoris, qui rem locauit, pretium locationis recipiat, eo ipſo cenſebitur contractum à prædeceſſore factum ratum habere. Bald. conſ. 184. lib. 2. l. ſi præteritus. ff. de bon. poſſeſ. contra tabul. l. ſi proponas. §. 1. ff. de inofficio. teſtam. Dec. qui plura refert in l. ſemper
7 qui non prohibet. ff. de regulis iuris. num. 9. †Cenſebitur autem ratum habere contractum pro eo anno, quo penſionem locationis recepit, non pro ſequentibus, & ſi per plures alios annos contractus locationis à prædeceſſore factus fuerit: ſi pretium ipſum in ſingulos annos diſtinctum ſit, vt cenſuerunt Domini de Rota. deciſ. 233. ex præmiſſis. nu. 2. in nouis. Ioan. de Anani. qui erranter allegat dictam Rotæ deciſionem in d. cap. quærelam, ne pręla. vic. ſuas, nu. 15. Quod perpetuò memoriæ commendandum eſt.

8 ¶Hæredes †tamen Maioratus poſſeſſoris, qui locationem fecit, de locationis euictione non tenebũtur: quia ex natura cõtractus locatio finita fuit: nõ aliter quàm ſi res locata caſu periſſet, vt inquit Iuriſconſultus in d. l. ſi quis domum. §. 1. ff. locati. vbi omnes Scriben. id notant. Idémque †dicẽdum
9 erit: etiamſi conductor in re conducta plures expenſas fecerit: quaſi toto tempore locationis fruiturus: eas namque ab hæredibus locatoris non recuperabit. Cogitare enim debuiſſet cõductor euenire poſſe, vt ante finitam locationem Maioratus poſſeſſor moreretur, eiúſque morte reſolueretur contractus, vt etiam probatur in d. l. ſi quis domũ. §. 1. De cuius legis intellectu, videndus eſt Aluarus Velaſcus Luſitanus in qq. iuris Emphy. quæſt 25.
10 num. 35. Mercedem †autem locationis, quam Maioratus poſſeſſor recepit, hæredes eiuſdem conductori reſtituere debẽt, pro eius temporis rata, quo re locata mortuo locatore, vti deſiit, vt ibidẽ iuriſconſultus reſoluit.

¶Ea autẽ quæ prædiximus, limitanda ſunt: †niſi
11 Maioratus poſſeſſor tanquam bona libera ea locauerit. Ex eo namque quod conductorem deceperit, hæredes locatoris conductori ad intereſſe tenebuntur. Nec ſufficiet eo caſu mercedem futuri temporis præſtare, vt in ead. l. ſi quis domum. §. 1. Iuriſconſultus diſponit. Cuius legis deciſionem in Maioratus poſſeſſoribus in practica frequenter receptam, vidimus: non enim poteſt, quo ad hæc de fructuario ad Maioratus poſſeſſorem ratio diuerſitatis aſſignari.

12 ¶Sed controuerti ſolet, †quid dicendũ ſit: quãdo ſimpliciter Maioratus poſſeſſor eiuſdẽ Maioratus bona locauerit, nec dicens ea bona eſſe libera nec Maioratui ſubiecta: vtrum in hac ſpecie teneantur hæredes locatoris intereſſe præſtare. Quã quęſtionem ſemel vidi nimis controuerſam: qui autẽ partes hæredum agebat, audacter aſſerebat, hæredes Maioratus poſſeſſoris in hac ſpecie de euictione non teneri, ad quod ponderabat dictam legem ſiquis domum: dicẽs, quòd Iuriſcõſultus in eadem

l. non improbat factum illius, qui ſimpliciter conduxit non exprimens qualitatem iuris quod in re conducta habebat: ſed ſolùm illius, qui in locatione maius ius in re conducta ſe habere, quàm verè ſibi pertinebat, aſſeruit. Ideóque, non mirum ſi ex dolo ac mendacio hęredes eiuſdem cõueniri poſſint: in caſu autẽ, de quo agebatur Maioratus poſſeſſorem dolum nõ commiſiſſe, dolóque ceſſante, ceſſare debere eiuſdem legis diſpoſitionem, quę in dolo locatoris fundabatur. ídque non obſcurè dicebat probare eandem legem ibi. *Quid tamen ſi nõ quaſi fructuarius locauit: ſed quaſi fundi dominus.* Si enim lex factum illius improbaret, qui nec expreſſit ſe dominum nec fructuarium, nõ opus eſſet adiicere verba illa. *Sed quaſi fundi dominus:* Sed ſufficeret dicere. *Quid enim ſi non quaſi fructuarius locauit?* Ex quorum verborũ adiectione conſtat, vtrũque neceſſarium eſſe, vt illius l. deciſio in hac parte procedat: quòd ſcilicet non tanquam vſusfructuarius locet, fundíque dominum ſe eſſe profiteatur. Quod etiam probant verba eiuſdem legis. ibi. *Decepit enim conductorẽ.* Non enim dici poteſt cõductorem deceptum à Maioratus poſſeſſore, qui rem Maioratus ſimpliciter locauit.

¶Sed quanuis ratio hæc vrgentiſſima videatur, contrarium in hac ſpecie dicẽdum erit, imò quòd hæredes Maioratus poſſeſſoris, qui ſimpliciter cõtraxit, nec rem locatam Maioratui ſubiectam eſſe aſſeruit. eo mortuo ante locationis tempus finitũ de euictione teneantur. Quod apertiſſimè ſentiũt, Bald. in lectura antiqua ad fin. Et Paul. numero 6. in d. l. ſi quis domum. diſtinguẽtes in hac quęſtione: an quis locet rem ſimpliciter ſeu tãquam proprietarius: an limitatè tanquam fructuarius, vel Emphyteota. In primis nãque duobus caſibus de euictione eius hæredes tenebuntur: in cęteris autẽ non. En igitur qualiter Scrib. in ead. l. parificant hos caſus: quando ſcilicet fructuarius vel Emphyteota contrahit ſimpliciter ſeu tanquam proprietarius, totámque vim deciſionis dictæ l. ponunt in qualitatis expreſſione, aut omiſſione. Quod clarius notat Carol. Moli. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. glo. 8. num 39. 40. & 41. vbi oſtendit quid etiam in prętij ſolutione dicendum ſit. Id tamen in terminis de quib[9] agimus, optimè declarat Bal. in l. mater tua, num. 21. C. de rei vendica. vbi ſic intelligit tex. in d. l. ſi quis domum.

13 ¶Nec † obſtat lex ſi quis domum. ibi. *Sed quaſi fundi dominus.* Præſupponit nãq; Iuriſcõſultus eũ, qui ſimpliciter contrahit tanquam fundi dominũ cõtrahere, ídque veriſſimum eſt (vt etiam ibidem omnes Scriben. aduertunt.) Sufficiet tamen, quòd Maioratus poſſeſſor in principio cõtractus appel-
14 let ſe talis Maioratus poſſeſſorem. † Taliter enim quis contrahere videtur, qualiter per nomen appellatiuũ profertur. l. qui tabernas. ff. de contrahẽ. emptio. Bald. in c. 1. qui ſucceſſores feudare teneãtur. in vſib. feud. nume. 13. Bartol. in l. 1. §. nuntiatio. nume. 14. ff. de nou. oper. nuntia. vbi etiam cæteri Scrib. id notant, quæ omnia ſummè notanda ſunt: frequenter namque in forenſibus cõtrouerſiis cõtingere ſolent. Et hæc de prima ſpecie.

¶In ſecunda autẽ ſpecie, vbi de locatione ad lõgum tempus agitur, conſtat rem Maioratus non poſſe ad longum tempus locari: cùm ex locatione ad longum tempus vtile dominium transferatur, iúſque in re conſtituatur, quod in re alienari pro-
15 hibita conſtitui non poteſt, ex d. l. final. C. de reb. alien. nõ alien. Per quẽ tex. dicunt Bar. Bal. & Scri. ibi † alienare prohibitum non poſſe vtile dominiũ transferre, ſeu ius in re alienari prohibita conſtituere, quod omnes Scrib. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. 2. ex eadem l. notant.

16 ¶Quod autẽ † ex longi temporis locatione ius in re conſtituatur, dominiúmque vtile transferatur, ſitque locatio hæc alienationis ſpecies: probat mihi præ cæteris tex. in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfi. ibi. *Et ſanè cauſa cognita, ei, qui non ad modicũ tẽpus conduxit ſuperficiem, in rem actio competit.* Per quem text. Bart. & Scribentes ibidem id notant. Idem probat text. vbi etiam per Scrib. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. ſeu Emphy. peta. intelligendo perpetuam locationem eam, quæ ad vitam, ſeu ad longũ tempus facta eſt: iuxta interpretationem gloſſ. & Srib. in l. 1. ff. pro ſocio. per quæ iura cenſuerunt Bartol. nume. 3. Paul. nu. 4. Ioan. de Imol. colu. 1. & communiter. Scriben. in l. codi-
17 cillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. † Locationem ad longum tempus alienationem eſſe, ex eáque ius, in re transferri contra gloſſ. fina. ibidem. Quorum opinionem ſequitur etiam Paul. in l. fina. num. 4. C. de rebus alie. non alien. Imol. in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir in quinquennium. circa princip. ff. ſolu. matrim. vbi etiam Alex. num. 25. Idem Alex. conſ. 165. num. 3. lib. 2. Socin. Iuni. conſili. 56. numer. 11. & 12. lib. 2. Mattheus de Afflict. in conſt. Neapolit. lib. 3. Rubrica 5. ad fin. Couarru. li. 2. reſolu. c. 16. nume. 1. Iulius Clarus. lib. 5. ſententiarum receptarum. §. fina. q. 82. ſtatuto. 5. verſi. ſed nũquid. Idque veriſſimum eſt, tametſi Connanus. lib. 7. c. 12. fol. 535. & Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. parte 3. num. 66. cum ſeq. contrariam ſententiam veriorem exiſtiment, eámque pluribus mediis comprobare conentur, qui tamen congruum reſponſum ad ea iura, quæ pro hac opinione citari ſolent, non aſſignant: præcipuè ad tex. in d. l. 1. §. quod autem: ad quem non poteſt cõgruum reſponſum aſſignari.

18 ¶Qua ratione † rẽ prohibitam alienari, nõ poſſe ad longum tempus locari, cenſuerunt Anto. col. 2. Abb. num. 13. & Scrib. in c. nulli de rebus Eccl. non alien. vbi Auguſt. Beroius. nume. 31 & 32. Bart. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. vbi Imol. nume. 6. & Paul. nu. 4. & communiter Scrib. glo. in Cle. 1. verb. locationes. de reb. Eccl. non alien. Bellamera deciſ. 748. Alex. conſ. 17. nume. 5. lib. 4. Deci. conſ. 142. nume. 3. Boerius deciſ. 234. Tiraq. de retractu munici. §. 1. glo. 14. num. 8. Grego. Lopez. in l. 19. titul. 8. par. 5. in verbo *ſu vida.* & omnes Scrib.
19 quos paulò antè retulimus. ¶ Eadẽ etiam ratione res † feudalis ad longum tempus locari nõ poteſt: quia alienari prohibetur. Quod dixit Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario. num. 5. Quibus modis feu. amitta. quem omnes ſequuntur, vt inquit Iacobi. in ſuo tractatu de feu. verb. & cum pacto. de non alienando. num. 13. Et eſt communis concluſio ſecundùm Curtium. de feu. 4. par. in vltima cauſa amiſſio. feudi. 1. regul. q. 3. Bertrand. conſil. 2. nume. 4. li. 2. in 2. part. Iulius Clarus libr. 4. ſententiarum. §. feudum quæſt. 33.

20 ¶Quod † etiam in re Emphyteotica cõmuni omnium Scrib. conſenſu deciſum eſt, vt optimè reſoluit Iaſ. in l. fina C. de iure Emphy. numer. 112. & Iulius Clarus d. l. 4. §. Emphyteoſis. q. 19. Nec mirum cum † conductor ad longum tempus Emphyteotę
21 æquiparetur, vt cenſuit Fab. in §. item finitur, poſt prin. Inſtit. de vſufructu. & in §. adeò inſtituta. de locatione. ad fin. Areti. conſ 55. nume. 2. Felin. conſ. 25. Iaſſ. in l. naturaliter. in princip. numero 15. ff. de acquir.



acquir. poſſeſſ. & in l. 1. nume. 34. & in l. 2. nume. 39. & in l. fi. nume. 2. C. de iur. Emphyt. Tiraquel. qui plura in idem adducit, de retractu Lignagier. §. 1. glo. 14. num. 84. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. parte
22 3. nu. 69. Ex quo fit, † vt cum alienare prohibitus, nõ poſſit rem in Emphyteoſim concedere, vt probat text. in d. l. final. C. de reb. alie. non alien. ſimiliter nec poſſit rem ad lõgum tempus locare. Sic-
23 que † Maioratus poſſeſſorem nõ poſſe ad longum tempus locare, notat Anton. Gomet. in l. 40. Tau. num. 84 quem refert, & ſequitur Pinel. in d. l. 1. 3. part. num. 65. Mencha. de ſucceſſio. creatio. lib. 1. §. 10. nu. 78. Idque veriſſimum eſt.

24 ¶Frequenter tamen circa hæc accidere ſolet, nõ inutilis, nec leuis dubitatio: an ſcilicet † Maioratus poſſeſſor, qui non poteſt ad longum tempus locationem facere, poſſit rerum Maioratus commoditates non ipſam rem ad longum tempus, ſeu ad vitam ſuam alteri locare ſeu vendere. In qua ſpecie gloſſ. fina. in d. l. Codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. cenſet eum, qui alienare prohibitus eſt, poſſe rei commoditatem: non autem ipſam rem etiam ad centum annos locare. Quanuis enim Docto. gloſſ. illam allegare ſoleant, ad hoc, quòd prohibitus alienare poſſit rem alienari prohibitam ad centum annos locare. glo. illa ſi rectè inſpiciatur, hoc non dixit. Nam vt ex verbis pręcedentibus conſtat, intelligenda eſt in locante penſionem, ſeu commoditatem rei, non ipſam rem. Idque ex eius gloſſæ inſpectione vnicuiq; non obſcurè conſtabit: quicquid tamen ſit, hanc opinionem, eam in locatione ſolius commoditatis intelligendo, ſequutus fuit Bar. in d. l. Codicillis. §. inſtituto. num. 4. vbi etiam Bald. & Imol. idem Bald. in l ſi domus. §. fina. ff. de lega. 1. vbi Imol. in fin. & Alex, nume. 2. Franc. de Areti. in l. ſi quis ante. colu. 1. verſic. ita puto. ff. de acquir. poſſ. Chaſſa. in conſuet. Burgu. Rub. 9. §. 10. num. 39. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitu. nume. 87. vbi Aug. Beroius. nume. 200. Idem Auguſt. Bero. in d. c. nulli de reb. eccle. non alien. num. 32. Matt. de Afflictis in c. Imperialẽ, in prin. nume. 12. de prohibi. feud alien. Quod etiam eſt de mente omnium Scriben. quos in c. præceden. nu. 12. citauimus.

¶Contrariam autem ſentẽtiam: imò quòd hæc locatio etiam commoditatis ad tempus cẽtum annorum ſeu ad aliud longum tempus facta, alienationem contineat, iúſque in re transferat, atque ideò ab eo, qui alienare prohibitus eſt, fieri non poſſit: veriorem eſſe profitetur Bal. in authen. hoc ius porrectum. num. 1. C. de ſacroſan. Eccle. verſic. Sextò eſt conſiderare vſum facti, vbi inquit, quòd quando commoditas transfertur ad plures annos, iſta tranſlatio continet alienationis ſpeciem: aliàs namque eſſet facilè omnes leges de alienatione loquentes fraudare, locando commoditatem rei, nõ ipſam rem. Quod etiam cenſuit Fabian. in tractat. de empt. & vendi. 4. quæſt. princip. q. vltima. num. 9. Rapha. Cumma. in d. §. inſtituto. 2. lectura Iaſſ. conſilo. 94. nume. 2. col. final. lib. 1. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſi. titul. 1. §. 41. nume. 36. Couar. lib. 2. reſolut. capit. 16. numero. 1. Pinel. de bon. mater. 3. parte. nume. 64. ad fin. vbi etiam profitentur id etiam procedere, etiamſi locans expreſsè proteſtaretur ex ea locatione ius in re locatorem transferre non debere, vt leges rebus, non verbis imponantur.

¶Vt autẽ in hac quæſtione vera reſolutio, quo ad bona Maioratus habeatur, tres ſpecies conſiderãdæ ſunt. ¶Aut enim res Maioratus ad longum tẽpus, vel etiam ad centum annos ſimpliciter locatur. ¶Aut res ipſa Maioratus non locatur ſimpliciter ad lõgum tempus: ſed hac lege adiecta, vt ex ea locatione nullum ius reale in conductorem trãsferatur. ¶Aut non locatur ipſa res: ſed eiuſdem rei commoditas etiam ad centum annos fruenda

¶In prima ſpecie dicendum eſt bona Maioratui ſubiecta non poſſe ad longum tempus locari: cum ea locatio ius in re ipſa locata transferat, ſitque proculdubiò alienationis ſpecies: vt ſupra iſto capite. nu. 17. latiùs oſtenſum eſt.

¶In ſecũda ſpecie idem etiam dicendũ erit: cùm enim in hoc caſu res ipſa Maioratus ad lõgũ tẽpus locetur, huiuſmodíque locatio alienationem contineat, iúſque in re transferat, non poteſt Maioratus ſucceſſor, hac verbali conuentione leges de alienatione loquentes eludere: ſicut nec poſſet rem Maioratus vendere, & tradere eo pacto vt ex venditione nec dominium vtile nec directum transferatur, nec rem Maioratus hypothecæ ſubiicere: ita vt ius reale in ea non conſtituatur. Iſtæ nãque conuentiones ſunt contra ſubſtantiam contractus, qui geritur, qua ratione conſiderandæ non ſunt. l. cum precario. cum ſimilib. ff. de precario. Item proteſtatio, ſeu reſeruatio iſta contraria facto eſt, ex eóque proteſtãtem non releuat. l. cum plures. §. loca-
25 tor horrei. cũ ſimilib. ff. locati. Ideòq; † ſi Emphyteota rem alienet, & tradat reſeruato iure dominij, alienatio nõ valebit, réſque in commiſſum incidet. Factum namque proteſtationi contrarium eſt, vt dixit Bal. in l. vna. C. de his quæ pœn. nomi. nume 56. Ludo. Roma. ſing. 512. Iaſſ. in l. final. C. de iure Emphyteoti. nume. 142. Quam dixit communem opinionem idem Iaſſ. in Rubrica. ff. ſolu. matrim. 2. lectura nume. 25. Deci. conſi. 160. poſt nu. 4. verſiculo. præterea dato. Ripa in capit. cum M. Ferrarienſis nume. 80. de conſtitu.

¶Nec obſtat l. pẽ. C. de pact. quę in cõtrariũ allegatur: illa nãque loquitur in renuntiatione iuris in fauorẽ renũtiantis introducti: alienãdi autẽ prohibitio non in fauorem prohibiti: ſed ſequentiũ ſucceſſorum aut familiæ introducta eſt: ideóque hac conuentione renuntiari non poteſt. Sícque in hac ſpecie conſtat lapſos fuiſſe Baldum & Immolam, qui in dict. §. inſtituto, contrarium cenſuerunt, & Auguſtinum Beroium, qui etiam in dicto. c. nulli. contrarium cenſuit, & omnes Doctor. quos contrarium in hac ſpecie aſſerẽtes, ſuperiùs citauimus conſtátque etiam veram eſſe ſententiam Caroli Molin. Didaci de Couarru. & Pinel. quos paulò antè allegauimus, qui eos in hac ſpecie reprehendunt.

¶In tertia & vltima ſpecie: quãdo ſcilicet nõ ipſa res: ſed eius commoditates, fructus, aut penſiones locatæ ſunt, arbitror veriſſimam eſſe opinionem gloſ. in d. §. inſtituto. Certum namque eſt ex huiuſmodi locatione ſolam perſonalem obligationẽ ad fructus percipiendos concedi: non autem ius aliquod in re ipſa præſtari, ex eóque hanc locationem ex ſui natura alienationem dici non poſſe, vt dicunt in ſpecie omnes Scrib. quos ſupra iſto c. n. 24. nuncupatim citauimus. ¶ Quòd ſi fructus rei Maioratus ad vitam poſſeſſoris eiuſdem vẽdi poſſunt, vt in fructibus rei prohibitæ alienari, dixit Iaſſon. in l. filiusfamilias. §. diui. 2. lectu. nume. 83. cum ſequen. ff. de lega. 1. & Scriben. ſupra d. nume. 24. relati. Et etiam hi, quos ſupra in c. præcedenti. num. 12. citauimus, cenſuerunt & in fructibus feudi ve

di verum eſſe cenſuit Matthæus de Afflict.in c.imperialem.in prin. de prohi.feud.alie.num. 12.poſt Iſerniam ibi, nullo pacto probari poteſt eoſdem fructus non poſſe ad vitam Maioratus poſſeſſoris, ſeu ad centum annos locari: cùm id tempus vitam etiam Maioratus poſſeſſoris excedere non poſſit. Quod frequenter in bonis Maioratus obſeruatum vidimus: venduntur namque ex delicto, ſeu cõtractu poſſeſſoris fructus rerum Maioratus, ad vitam eiuſdem, maioríque licitatori conferuntur. Nec id cenſetur eſſe contra inſtitutorũ prohibitiones qui præcisè ac expreſſè alienationem bonorũ Maioratus prohibuerunt. Quod eſt de mente Bart. in d.§.inſtituto.num. 4. & omnium Scrib. quos pro eius ſententia citauimus. Nec in hoc fraus aliqua conſideranda eſt: cùm id pluribus legibus permiſſum ſit, nec qui iure ſuo vtitur, aliquem fraudare videatur. l.factum.§. non videtur. ff. de regul. iur. quæ ſententia ſequenda eſt, reiecta opinione Caroli Molinæi, Didaci de Couarru.& Pineli, qui in hac etiam ſpecie contrarium cenſuerunt.

26 ¶Quæ omnia ſanè intelligi debent: non quod locatio commoditatis fructuum ad plures annos facta, mortuo Maioratus poſſeſſore, valere debeat. Siue †enim res ad modicum, ſiue ad magnum tempus locetur eo caſu, quo locatio valet, ſemper dicendum eſt, locationem ipſam mortuo locante reſolui. Non enim poteſt Maioratus poſſeſſor plus iuris in conductorẽ ex locatione trãsferre: quàm ipſe habeat, vt ſupra iſto cap.in prima ſpecie latiùs oſtẽſum eſt. Sed ea, quæ ſupra diximus in hũc ſenſum accipienda ſunt, vt hæc locatio alienationem non contineat, valeátque eo modo, quo locationes ad modicum tempus à Maioratuum poſſeſſoribus factæ, valere ſolent.

27 ¶Hæc autem in rerum Maioratus locatione intelligẽda ſunt. In locatione † autẽ rerum Eccleſiæ diſtinguendum erit. Aut enim Prælatus, aut Beneficiatus res propriæ dignitatis aut beneficij locat, & tunc in eo per omnia idem, quod in Maioratus poſſeſſore, dicendum eſt.

¶Aut locat res Eccleſiæ, tanquam earum adminiſtrator, & tunc nõ poteſt etiam rei commoditates ad longum tempus locare: niſi in ea locatione ſolennitates, quæ in alienatione rerum Eccleſiæ à iure requiruntur, interueniant. Ratio autem differentiæ hæc eſt: quia in primo caſu, Prælato aut Beneficiato moriente, locatio etiam ad centum, vel mille annos facta, ipſo iure reſoluitur: in ſecundo autem caſu: etiam mortuo Prælato ſeu Beneficiato durat per totum tempus adiectum locationi, vt optimè reſoluit Didacus de Couarru.lib.2.reſolutio.cap.15.nume.6. De quo etiam infra iſto lib.c. 25.numer.13. tractabimus: ideóque in hoc 2.caſu prædicta ſeruanda non ſunt. Si enim id fieri poſſit, facilè eſſet Prælatis viam inuenire ad fraudandas leges, quæ de rerum Eccleſiæ alienatione loquuntur, ſucceſſoréſque non modicum ex huiuſmodi locationibus præiudicarentur, quod nullo pacto dicendum eſt. Quæ omnia ad intellectum gl. in d. §.inſtituto, perpetuò mente tenenda ſunt.

28 ¶Solet etiam circa iſta controuerti: † an locatio ad longũ tẽpus de ipſis rebus Maioratus facta valeat per tempus, quo fieri poterat, an omninò vitietur. In qua quæſtione hi, qui de rerum Eccleſ. alienatione ſcripſerunt, in varias ſententias diuiſi ſunt. Plures enim locationem, vel conceſſionem in Emphyteoſim vltra tempus permiſſum factam, omninò nullam eſſe cenſuerunt: alij verò arbitrantur validam eſſe per id tempus, per quod res Eccleſiæ locari, vel in Emphyteoſim cõcedi poſſunt: eo autem tempore tranſacto vitiari. Prima autem opinio, quòd ſcilicet hæc locatio, vel in Emphyteoſim conceſſio omnino vitientur, probari videtur ex tex.in Auth.de non alienan. aut permutan. §.Emphyteoſim.collatio.2.ibi. *Neque quod ſit habere aliquod penitus robur ſinimus.* Idẽ probat tex. in extrauagan.ambitioſæ, inter extrauagantes cõmunes.tit.de reb.Eccle.nõ alienan.ibi. *Locationem aliter factam nullius eſſe roboris.* Et in clem.1.eo.ti. ibi. *Nec recipientis ius aliquod acquiri.* Per quæ iura hanc opinionem eligere videtur Bart. qui id clarè non dixit in auth. qui rem.nume.7.C.de Sacr.ſan. Eccl.vbi Iaſſ. nume. 21. iſtam opinionem ſequitur Eandem etiam opinionem ſequutus fuit idẽ Bar. conſ.159.nume.8.Lapus.allega. 80.incipi. Quæris cum locatio, vbi late proſequitur materiã. Bald.in l.quæcunque.num.1.C.de bon.quæ libe. Angel.in d.§.Emphyteoſim. Ioan. de Imol.in l.quod dicitur in fin.ff.de verborum obliga.Alex.con.17.nu. 10.lib.4.Iaſſ.in l.1.§. ſi quis ita. ff. de verb. obliga. nume.23.Matth.de Afflict.deciſ.107.nume.2.cum ſequen.

¶Contrariam autem ſententiã videtur probare text.in d.Auth.de non alienan.§.quod autem, fin. verb.ibi. *Duob. hæredib. ceſſantibus cæteris tradere.* Per quem text.id dixit Bal.ſibi cõtrarius in Auth. ſi quas ruinas.C.de Sacr.ſan.Eccle.num. 2. Cuius opinionem ſequitur Paul.in d. Auth. qui rem.nu. 7. vbi Deci.num. 23. dixit hanc communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum. Imol. in cap.ex parte col.penult.de feud.Alex. conſ.38.nu. 5.lib.2.Curtius in tracta.feudorum.2.par.q.6. Carol.Moli.qui hanc dixit eſſe magis communem ac veriorem opinionem in conſue. Pariſ.§.41.q.10.n. 43.Eamque dixit eſſe frequentiori calculo receptam Dida.de Couarru.lib.2.reſolu.cap.16. num.5. verſ.ſed præmiſſa Baldi ſententia. Iulius Clar.lib. 4.ſenten. §. Emphyteoſis q.6 idem loquens in re feudali eodem libro.§.feudum.q.13.ad fin. Quod ex eo comprobatur, quòd in his contractibus tempus permiſſum à tẽpore prohibito ſeparari poſſit. Ideóque in eis vtile per inutile non vitiatur: ſicut videmus in donatione, quæ ſi vltra quantitatẽ permiſſam abſque inſinuationẽ, fiat vitiatur in quantitate prohibita: in ea autem quæ permiſſa eſt, firma manet. l.ſancimus, & l.penul. C.de donatio.

¶Vt autẽ de hac re genericè: tam quoad locationem rerum Eccleſiæ vel Maioratus: quàm quoad conceſſionem in Emphyteoſim, & omnes alios caſus, qui in hac materia conſiderari poterunt plena reſolutio habeatur, diſtinguendũ erit. ¶Aut enim in huiuſmodi contractibus non poteſt tẽpus prohibitum, à permiſſo ſeparari. ¶Aut tempus permiſſum, à prohibito ſeparari poteſt. In quibus caſibus veram reſolutionem aſſignabimus, vt ex ea comprehendatur quid in locatione lõgi temporis de bonis Maioratus facta dicendum ſit.

¶In prima ſpecie dicendum eſt proculdubiò cõtractum, nec pro tempore permiſſo, nec pro tempore etiam prohibito valere, imò omninò vitiari. Cùm enim ratio fundamentalis omnium Scrib. (qui ſecundam opinionem, de qua ſuperiùs meminimus, probarunt) ſit, quòd in huiuſmodi contractibus vtile ab inutili ſeparari poſſit: atque idcircò vnum ab altero non vitietur, conſequens eſt, vt eorum opinio in his contractibus, vbi tẽpus vtile ab inutili ſeparari non poteſt, non procedat, quod omnes



omnes, quos pro hac 2.opinione citauimus, non obſcurè cenſuerunt. Sícque intelligenda ſunt dicta Scrib. qui primam opinionem ſequuntur.

¶In 2.ſpecie: quando ſcilicet tempus permiſſum à prohibito ſeparari poteſt, dicendum erit: contractum pro tempore permiſſo valere: pro tempore autem prohibitio vitiari. Sícque intelligenda ſunt dicta Scrib. quos pro 2.opi. citauimus.

¶Cui opinioni non obſtat text.in d.§. Emphyteoſim, & in clem.1.de reb.Eccle. non alien. & in extrauag.Ambitioſæ, eodem tit. quæ iura in contrariũ adducta ſunt. Quanuis enim dicant contractus aliter factos eſſe nullius momenti, nec recipientibus ex eis aliquod ius acquiri: ea tamen iura, quod ad tempus prohibitum attinet, intelligenda ſunt, cum reliquũ tempus aliis legibus permiſſum eſſet. Leges namque genericè loquentes non cenſentur illud improbare, quod aliis legibus permiſſum erat. l.ſciendum.ff. qui ſatiſda. cogan.l. decurionibus cum ſimilib.C.de ſilentia. lib.12. Sícque dicta iura magis communiter intelligi atque declarari ſolent.

¶Quod intelligendum eſt: niſi ex aliquibus cõiecturis conſtet contrahentes nõ aliter id acturos fuiſſe quàm ſi contractus duraſſet per omne illud tempus, quod conuentum fuit. Tunc namque cõtractus ipſe indiuiduus, atque inſeparabilis cenſendus erit, quãuis quoad tempus ac pretium, aliàs ſeparationem ac diuiſionẽ recipere poſſet. Quod dixit Bart.conſil.159.num.8. Deci. in d. Auth. qui rem.num.23.Alexand.Soci.& Alciat.in l.1.§.quòd ſi mihi.ff.de verbo.obliga.Felin.in c.cum ſuper.de offi.delega.col.2.Tiraquel. de retract. Linagier.§. 23.glo.1.num.28.Carol.Molin.d.q.10. nume.46.& Couarru.d.c. 16.numer.5.vbi ipſe in locatione ad vitam id optimè conſiderat. Non enim contrahentes id egiſſe videntur, vt ad minus tempus locatio pro rata valere debeat: quanuis pretium in ſingulos annos diſtribui poſſet, quod verum ac rationi conſonum videtur. Longè namque minori pretio res ad vitam, quàm ad ſingulos annos reſpectu cuiuſlibet anni, locari ſolet.

¶Illud tamen in hac parte obſeruandum erit, quòd quando ex aliis coniecturis non poteſt apparere contrahentes non aliter, quám pro omni tẽpore cõtractum facturos fuiſſe: hoc præſumitur ſi alicui ex cõtrahentibus interſit contractũ pro omni tẽpore, nõ pro minori durare, intereſſéq; ipſum ſit conſiderabile: ideóque tunc ſemper contractus in totum vitiabitur, nec pro tempore permiſſo ſuſtinebitur. Quod probatur ex text.in l.fundus.vbi glo.& Scrib.ff.de contrahen. empti.l. eiuſdem. §. interdum.ff.de Ædilitio edicto. Idque ſic reſoluit Alexan.in dict.l.1.§.ſed ſi mihi.ff.de verbo.obliga. num.5.Tiraquel.qui plura refert.d.§.23.gloſ. 1.nu. 20.cum ſeq. Si verò nullum intereſſe prætendi poſſit, ex eo, quòd contractus pro tempore permiſſo valeat, nec ex coniecturis contrarium colligi poſſit, ſemper contractus pro tempore permiſſo valebit, & pro tempore non permiſſo vitiabitur, vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Ex quibus inferre ſolent communiter Scribẽ. contractum locationis de re Eccleſiæ vltra tẽpus permiſſum factum, vnico pretio pro omnibus annis ſimul conſtituto, in totum vitiari: nec per tempus etiam permiſſum valere: quaſi ex vnius pretij aſſignatione contrahentes id ſenſiſſe videantur, vt non niſi pro toto tempore contractus valere debeat. Quod dixit Bald.conſil.475.li.1.quẽ ſequitur Tiraq. qui plura refert, de retractu. Linagier.§.6. 23.gloſ.num. 10.& Couarru.d.c.16.numer.5.quam opinionem dixit veriorem ac magis communem eſſe Alex.conſi.143.n.3.cum ſeq.lib.7.

¶Sed quanuis hęc opinio communis ſit: contrariam tamen ſententiam ſequitur Iulius Clar.lib.4. ſenten.§.Emphyteoſis.q.6.ea ratione, quòd poſſit pretium pro rata in ſingulos annos diſtribui, commodámque diuiſionem in hũc ſenſum huiuſmodi locatio patiatur. Cuius opinio mihi placet: niſi ex his, quæ dicta ſunt, ſeu ſimillibus cõſtaret, locantẽ non niſi pro omni locationis tempore rem locaſſe, ſeu maiores fructus rem ipſam aliquibus annis: quàm aliis ſolitam eſſe producere, vel aliter cõtrahentium interſit, non niſi pro omni tempore; non autem pro minori, contractũ valere. Quo caſu locatio in totum vitiabitur, non tamen ex eo, quòd vnico pretio facta fuerit: ſed ideò, quia ex rationibus prædictis contrahentes videntur locationem, habito reſpectu ad omne tempus, per quod facta fuit: non autem ad ſingulos annos feciſſe, vt ſuperiùs oſtenſum eſt. ¶Nec obſtat ſi dicatur ex vnius pretij pro omnibus annis aſſignatione huiuſmodi contractum ſolùm pro vna locatione accipiendũ eſſe, iuxta text.in l.cum plura. cum ſimilibus. ff.de Aedilitio edicto. Nec conueniens eſſe, vt vnus, atque idem contractus diuerſo iure cẽſeatur. ¶Nam ad hoc reſpondetur: non eſſe verum, quòd ſi tempus permiſſum à prohibito ſeparari poſſit, id efficiendum nõ ſit, ex eo, quòd vna atque eadem ſumma locatio pro omni tempore facta ſit. Imò arbitror veriſſimum eſſe vtile per inutile non vitiari, ſi ſeparationem recipiant: etiamſi in vno, atque eodem actu concurrant: imò in hac ſpecie cõtractus poterit valere, pro parte, & pro parte non. Quod probatur ex text.in l.ſancimus. C. de dona. iunctis his, quæ ibidem Scrib.in idem adducunt: ídque mihi verum atque ſatis probabile videtur.

¶His igitur genericè, quoad huius materiæ reſolutionem præſuppoſitis in locatione rerum Maioratus ad longum tempus facta, de qua ſermo agitur videbatur prima facie dicendum, eam per tempus permiſſum valere: per tempus autem prohibitum vitiari, cùm poſſit tempus permiſſum à prohibito ſeparari: niſi ex aliquibus coniecturis cenſeantur contrahentes aliud voluiſſe, vel ex ſeparatione damnum conſiderabile alicui ex eiſdem reſultet, vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Sed quanuis reſolutio hæc in locatione rerum Eccleſiæ facta, vltra triennium: dummodò ad longum tempus non aſcẽdat, atque in Emphyteoſi de re Eccleſiæ vltra generationes conſuetas conceſſa, & ſimilibus contractibus, in quibus frequentiùs Scriben. loquuntur, proculdubiò vera ſit. In locatione autem ad longum tempus de re Maioratus, ſiue de re Eccleſiæ facta, procedere non poteſt: imò proculdubiò dicendum erit huiuſmodi locationem omninò vitiari, nec per aliquod tempus ſuſtineri poſſe. Quod probatur ſolidiſſima ratione ad quam non poteſt congruũ reſpõſum aſſignari. Nam ex contractu locationis ad longum tempus factæ transfertur dominium vtile, iuxta magis cõmunem opinionem, de qua ſupra iſto cap.num 17. mentionem fecimus. Quę dominij vtilis tranſlatio ad plures effect⁹ vtiliſſima eſt, vt in locis ordinariis Scrib. aduertunt. Ideóque conductor, qui ad longum tempus conduxit, non conſequitur id, quod ex longi temporis locatione conſequi voluit, ex minoris temporis locatione: cùm ex illa, in eum vtile

vtile dominium non transferatur: imò variato tēpore, varietur etiam contractus ſpecies. Ex quo fit vt conductor non teneatur contractui, ab illo, quē verè fecit, tam diuerſo, ſtare. Non enim poteſt cōtractus ſimpliciter geſtus de vna ſpecie in aliam tranſire. l. cum precaria, vbi per Scriben. ff. de precario Bart. & cæteri, in l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mort. Idque videmus in Emphytheoſi. Quando enim res Eccleſiæ in Emphyteoſim cōceſſa eſt, ea conceſſio in vim locationis non valet: quia diuerſus contractus eſt. Quod probatur ex Clem. 1. de reb. Eccle. non alien. quæ in Emphyteoſi, & etiam in locatione ad longum tempus loquuta eſt, & eſt de mente plurium ex Scriben. quos pro ſecunda opinione citauimus. Hi namque quanuis loquantur in Emphyteoſi vltra generationes conſuetas conceſſa, ſeu in locatione, de re Eccleſiæ vltra tres annos facta: non tamen loquuntur in ea locatione, quæ ad longum tempus facta eſt: quanuis plures ex eis in hac re æquiuocè loquuti fuerint: prout apud ipſos videri poterit. Quod etiam in locatione ad vitam, pari ratione dici poterit, non ex eo ſolùm, quòd pretium in ea locatione diuidi nequeat: ſed ex eo etiam, quod diuerſa contractus ſpecies à locatione ad modicum tempus ſit. Quod eſt nouum ac ſubtile, nec ab aliquo ex Scrib. qui de hac re loquuntur, ſic tractatum, nec reſolutum.

29 ¶Locatio† autem ad lōgum tempus dicitur illa. quæ ad decem annos facta eſt, vt dixit glo. in l. 2. in fin. ff. ſi ager vectiga. Bart. nume. 3. & Scrib. in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficieb. quorum opinionem veram eſſe, ac communiter receptā, aſſerunt Deci. conſi. 292. nu. 1. Pariſi. conſil. 98. n. 5. lib. 4. Couarru. lib. 2. reſolut. cap. 16. nume. 1. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. numer. 63. ¶Similiter etiam dicitur locatio ad longum tempus illa, quæ fit ad vitam locantis ſiue conducentis: vt tradit Alexand. conſi. 119. in fi. num. 8. lib. 3. Deci. conſi. 204. num. 3. Boerius deciſ. 134. nume. 3. Couarru. dict. cap. 16. nu. 2. Pinel. qui plures alios refert. dict. n. 63.

¶Et etiam illa, quæ fit ad 9. annos, eo pacto, vt finito eo tempore, incipiat aliud, quod iūctum excedat decennium. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum de conſti. nume. 87. Iaſſ. in l. manumiſſiones. num. 7. ff. de iuſtitia & iur. Couarru. qui plures refert d. c. 16. nume. 4. & Pinel. par. 3. d. numer. 63. ¶Et etiam illa, quæ fit pro eo tempore, quo cōductor, ſeu locator voluerit. Ea namque conductio magis ad longum: quàm ad modicum tempus facta reputatur, vt optimè aduertit Decius. d. conſi. 204. col. fina. nu. 5. Soci. Iunior conſil. 63. num. 11. lib. 2. Pinel. de bon. mater. 3. par. nu. 63.

30 ¶His tamen vltra omnes addendum eſt, † locationem ad modicum tempus factam à poſſeſſore Maioratus potentiori, à quo res facilè recuperari non poſſit, dici alienationem: ſicut ea, quæ ad longum tempus fit. Ideóque prohibitus alienare, non poterit potentiori etiam ad modicum tempus locare. Quod cenſuerunt Bal. Angel. Rapha. Fulgos. & Claud. in l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iur. idē Claudius in l. Imperator. ff. ad Trebel. col. 2. Chaſſan. in conſuet. Burgūn. Rub. 3. § 8. verb. *En alienacion* nu. 28.

¶Hoc tamen intelligendum eſt: quando is potētior, cui res Maioratus ad tempus modicum locatur, non ſubeſt eidem Principi cui Maioratus poſſeſſor ſubiectus eſt: ſecùs autem ſi ambo eidē Principi ſubiecti ſint. Tunc namque is potentior cenſendus non erit: cum per Principem cogi poſſit, & contra eum fieri poſſit executio. Quod probatur ex eo, quod cenſuerunt Gulielmus de Cugno. Angel. Paul. & cæteri. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. dicentes, quod licet Nobiles habentes arces munitiſſimas, nō cenſeantur idonei ad conueniendum: hoc tamen fallit, ſi ſubſint eidem Regi. Quorum opinionem ſequitur Iacob. de Sancto Georg. in l. ſi de vi. numer. 18. ff. de iudi. Claud. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. Roland. à Valle. conſi. 1. num. 77. cum ſequen. Idque perpetuò mente tenendum erit.

31 ¶Ex his etiam decidi poteſt ea quæſtio: † an ſcilicet bona Maioratus poſſint in Emphyteoſim concedi. In qua quæſtione dicendū eſt, quòd non. Res namque prohibitæ alienari, non poſſunt in Emphyteoſim concedi. l. fina. C. de rebus alie. nō aliē. tex. in Auth. de non alienan. aut permutan. §. alienationis. colla. 2. Quod ea ratione iure ſtatutum eſt quòd in Emphyteotam vtile dominium transfertur, iúſque in re, ex Emphyteoſi conſtituatur, gl. in l. 1. verb. alienationis. C. de iur. Emphyteo. vbi Bar. Bald. Iaſſ. & communiter Scriben. gloſ. in c. conſtitutus. verb. iuxta ratam. de religio. domi. Quam etiam ibi Scrib. ſequuntur. Ideóque † Vaſſallus non poteſt rem feudalem, quæ ex propria natura alienari non poteſt abſque cōſenſu domini in Emphyteoſim concedere, vt dixit glo. in c. imperialem. in princip. verb. ſeu alienare, circa fin. de prohib. feu. alie. per Federi. in vſib. feud. cuius glo. opinio. magis communis eſt, vt inquit Curti. Iuni. in tracta. feudorum. 4. part. in 2. q. primæ regulæ. Iulius Clarus lib. 4. ſententiarum. §. feudum. q. 33. nec etiam poteſt Vaſallus rem feudalem dare, alteri ad libellum, vt inquit text. in d. c. Imperalem in princip. per quem tex. id notat Iacobi. qui plures alios ad idem citat in tracta. de feud. verb. ita etiam quòd ipſi.

33 num. 9. Iulius Clar. d. q. 33. Similiter etiam † res Emphyteotica, quæ etiam alienari prohibetur, nō poteſt ab Emphyteota alteri in Emphyteoſim concedi, vt ait Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. q. 125. quem refert & ſequitur Iaſſo in l. fina. num. 110 C. de iur. Emphyte. Iulius Clar. d. lib. 4. ſentent. §. Emphyteoſis. q. 20. quod cōprobatur ex eo, quòd locatio ad longum tempus & Emphyteoſis iure æquiparata ſint, vt ſupra iſto cap. numer. 21. latiùs oſtendimus. Cùm igitur bona Maioratus (vt paulò antè probauimus) non poſſint ad logum tempus locari: igitur nec poterunt pari, ſeu etiam maiori ratione in Emphyteoſim concedi: ideóque bona Maioratus non poſſe ab eius poſſeſſore in Emphyteoſim concedi, dixit Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. nu. 65. Idque clariſſimum eſt.

34 ¶Nec in hac ſpecie dubitandum erit † vtrum cōtractus Emphyteoticus, in totum vitietur: an per aliquod tempus validus ſit. Cùm enim ex ſui natura contractus hic alienationem contineat, domi niúmque vtile transferat: conſequens eſt, vt omninò vitietur, nec per aliquod tempus valere poſſit. Non enim in hoc contractu poteſt tempus prohibitum, à permiſſo ſeparari, nec aſſignari ratio: quare magis vno tempore, quàm alio tolerandus ſit.

¶Nec obſtat id, quod in contractu Emphytheotico de re Eccleſiæ facto, Docto. ſcripſerunt. dicentes per tempus permiſſum valere: per tempus autē prohibitum vitiari. Quod Bald. in d. Authent. ſi quas ruinas. C. de Sacr. ſan. Eccle. & omnes Scribē. ſuperiùs relati, probant. Nam res Eccleſiæ, quæ in Emphy-



teoſim concedi ſolitę ſunt, poſſunt ad tempus conſuetum tantum, in Emphyteoſim cōcedi. Si vero vltra id tempus concedantur, cōceſſio pro tempore conſueto valida erit: vltra tempus autem conſuetum vitiabitur. Bona vero Maioratus ſimpliciter alienari, atque in Emphyteoſim concedi prohibita ſunt nec tempus aliquod præfixum eſt, intra quod in Emphyteoſim cōcedi permittātur. Ideóque conceſſio in Emphyteoſim ſimpliciter nulla cenſenda eſt, nec per aliquod tempus valere poterit, quòd ſi bona ipſa Maioratus ex inſtitutoris diſpoſitione, vel Regia facultate, ad certum tempus in Emphyteoſim concedi permittantur atque à poſſeſſore Maioratus vltra illud tempus conceſſa ſint, ea conceſſio pro tempore permiſſo valebit: vltra tempus autem prohibitum vitiabitur: cum in hoc caſu in effectu nulla ratio differentiæ de rebus Maioratus, ad res Eccleſiæ aſſignari poſſit.

35 ¶ Ex quibus etiam comprehendi poterit, † ſequentem Maioratus poſſeſſorem poſſe contractum Emphyteoticum de re Maioratus factum viuente poſſeſſore, reuocare: ſi res Maioratus expreſſè alienari prohibeantur: Cùm enim conceſſio in Emphyteoſim alienatio ſit, poterit illico ſequens in gradu alienationem reuocare, non expectata morte poſſeſſoris. Si autem alienatio expreſſè prohibita non ſit, debet neceſſario mors poſſeſſoris expectari, vt alienatio reuocari poſſit, valebítque eo viuente. De quo dicendum erit prout ſupra iſto cap. & etiam in præcedenti latiùs oſtenſum eſt.

---

*SVMMARIA.*

1 *Sylua cædua, quæ ſit.*

2 *Ex ſylua cædua poteſt Maioratus poſſeſſor arbores excidere: dummodò in cædendo vſum conſuetum non excedat.*

3 *Maioratus poſſeſſor debet in re Maioratus id facere, quod diligens paterfamilias in re propria feciſſet.*

4 *Maioratus poſſeſſor debet re Maioratus vti, non abuti.*

5 *Ex ſylua non cædua: vtrum Maioratus poſſeſſor poßit grandes arbores excidere.*

6 *Arbores fructiferæ vento euulſæ: vtrum lucro Maioratus poſſeſſoris cedant.*

7 *Sylua, aut nemus vtrum poſſit à Maioratus poſſeſſore extirpari, & in aliam formam redigi.*

8 *Maioratus poſſeſſor qualiter poſſit in viuario eiuſdem Maioratus aucupari, feráſque occidere.*

9 *In ſtagno Maioratus: qualiter poſſeſſor eiuſdem piſcari poſſit.*

10 *Piſces, qui in ſtagno ſunt, vt multiplicentur, dicuntur res immobiles, párſque ipſius fundi eſſe iudicantur.*

11 *Ex columbario Maioratus qualiter poſſit eiuſdem poſſeſſor columbas capere & occidere.*

12 *Laudemium, quod debetur ex alienatione rerum cenſualium, vel Emphyteoticarum pertinet ad Maioratus.*

n

## *Maioratus emolumenta: qualiter eiusdem poſſeſſorem ſequantur.*

### CAPVT XXII.

CVm Maioratus poſſeſſor verus do-
minus nõ autẽ ſolùm fructuarius ſit
(vt in præcedentib. capitib. oſtẽſum
eſt) cõſequenter dicendum videba-
tur, cum ex re Maioratus poſſe om-
nes cõmoditates, ac emolumẽta percipere, quæ ex
reb. propriis veri domini percipere ſolẽt. Sed cùm
dominium hoc liberum non ſit: ſed reuocabile, &
ad vitam poſſeſſoris reſtrictum, ac limitatum, reſti
tutioníq; ſubiectum, & abſq; alienandi facultate
conceſſum: neceſſè eſt, ita poſſeſſoris Maioratus iu
ra ac emolumẽta reſtringere, vt ſequẽtium ſucceſ-
ſorùm ius ſemper illæſum, integrúmq; ſuperſit. I-
deóq; operæpretiũ erit, id per aliqua exempla de-
mõſtrare, vt ex frequentiorum quęſtionũ deciſio-
ne prætermiſſarum reſolutio apertiſſima efficia-
tur, Maioratuúmq; poſſeſſoribus ea cedant, quę ce
dere debeant, ſequẽtibúſq; ſucceſſoribus nihil de
ſuo iure decedat. Ad cuius rei perfectam cognitio
nem plura ſe offerunt tractanda, ac reſoluenda.

1 ¶Primũ, quòd ſi inter alia bona Maiorat. ſit ſyl-
ua cædua, † hoc eſt, ea ſilua, quæ in hoc habetur, vt
cædatur, ſeu quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus, aut ra
dicibus naſcitur, vt inquit Iuriſconſultus in l. ſylua
2 cædua. ff. de ver. ſig. Maioratus † poſſeſſor ex ea po
terit arbores excidere: dũmodò in cædẽdo vſum
conſuetum non excedat. Id namque quod renaſci
ſolet in fructu eſt. l. ex ſylua, vbi Scrib. ff. de vſu-
fruct. l. item ſi fundus. in fi. ff. eo. l. & cum tabernã.
3 in princip. ff. de pig. Idque in l. diuortio. §. ſi fun-
dum. ff. ſolut. matri. omnes Scrib. notant, proba-
túrque ex tex. in l. 27. titul. 11. part. 4. In † quo debet
Maioratus poſſeſſor id facere quod diligens pater-
familias in re propria feciſſet. l. ea igitur. ff. de pig.
actio. Nec adeò vt fructuario vſus eius reſtringen
dus erit: ſed vt vero domino cõcedendus: cùm (vt
ſuperius probatũ eſt) ipſe verus dominus ſit: dum-
modò dolus malus, ſeu diſſipatio abſit. Hoc nam-
que ſolum in fideiuſſione pręſtita, de re Maioratus
reſtituenda comprehenditur. l. 1. ff. vt lega. ſeu fi-
deicommiſſo nomine caueatur. l. Imperator. ff. ad
Trebel. vbi id omnes Scrib. notant. Nóſque ſupra
4 iſto lib. c. 15. latius oſtendimus. Debet enim † Maio
ratus poſſeſſor re ipſa Maioratus vti, non abuti, vt
optimè in ſimili conſiderat Carol. Molin. in con-
ſuc. Pariſi. tit. 1. §. 1. glo. 7. n. 1. quibus concinit text.
elegans in l. Titius rogatus. ff. ad Trebel. vbi fidei-
commiſſarius grauatus de reſtituẽdo, poteſt bona
fideicõmiſſi bona fide diminuere, nec ab eo exigi
poteſt: niſi interuertendi fideicommiſſi gratia tale
quid fecerit. Quod notat Soci. in l. Sed eſt quæſi-
tum. col. fi. ff. de lib. & poſthu. & alibi ſæpè Scrib.

5 ¶Ex ſylua † autẽ non cædua grandes arbores fru-
ctiferas cædere non poteſt. Id namque nec Fru-
ctuario nec Vaſſallo, nec Emphyteotæ, nec ei, qui
ad longum tempus conduxit, nec fideicommiſſa-
rio, nec etiam marito, in rebus dotalibus permiſ-
ſum eſt. l. ſed ſi grandes. ff. de vſufr. l. æquiſſimum.
§. fructuarius, vbi per Alberic. n. 1. ff. de vſufr. l. di-
uortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matri. d. l. 27. tit. 11. par.
4. Cæpol. de ſerui. ruſti. prædi. tit. de montib. nu. 13.
Tiraquel. de retract. conuentional. §. 3. glo. 1. nu. 23.
Iulius Clarus lib. 4. ſent. §. feudum. q. 47. & §. Em-
phyteoſis. q. 26. Niſi arbores huiuſmodi ſoleãt ex
cidi ad vſum lignãdi vel ædificandi, vel quempiam
alium vſum, vel Maioratus poſſeſſor arbores fru-
ctiferas excidẽdo, alias in eorũ locum ſubſtituat,
ſeu ſylua ex inciſione earum fructuoſior reddatur
vel eiuſdem qualitatis ſylua ſit, quòd niſi arbores
cæderentur vſusfructus inutilis redderetur. Tunc
namque Maioratus poſſeſſor iuxta cõſuetudinem
eas cędere poterit, vt poſt Iaſſo. in d. l. diuortio. §.
ſi fundum. n. 4. reſoluit Tiraq. vbi ſupra d. gloſſ. 1.
n. 24. cum plurib. ſeq. Qui in id omninò legendus
erit.

6 ¶De arborib. † etiam fructiferis, quæ vẽto euul-
ſæ ſunt dubitari ſolet: an hæ, ſi grandes ſint, lucro
Maioratus poſſeſſoris cedant: an vendi debeant,
earúmque pretium in vtilitatem ipſius Maioratus
conuerti. In qua quæſtione prima facie dicendum
videbatur, eas in fructu Maioratus nõ eſſe compu-
tandas. Fructuarius namque his arboribus vento
euulſis frui non poteſt: niſi pro vſu ſuo aut repa-
ratione domus ſyluæ, ex qua euulſæ ſunt: cæteræ
autem ad verum dominum pertinent. l. arboribus
vbi Scrib. ff. de vſufruct. Moderni. in l. diuortio. §. ſi
fundum ff. ſoluto matri. Cæpol. de ſerui. ruſti. præ-
dio. tit. de montib. n. 9. Sed quanuis hoc in fructua
rio ſtatutũ ſit, contrarium in Maioratus poſſeſſore
dicendum erit: cum ipſe verus dominus ſit nõ au-
tem vſusfructuarius. Quod ex eiſdẽ legibus, quas
paulò antè adduximus, probatur: cùm ex earũ diſ-
poſitione, arbores hæ ad verum dominum perti-
neant: quòd ſi ad dominum pertinent: ergo ad Ma
ioratus poſſeſſorem pertinebunt: cùm in re Maio
ratus nullus alius dominus ſit, qui eo viuente poſ-
ſit huiuſmodi emolumenta percipere. ¶Nec obe-
rit ſi dicatur, quòd dominium ad vitam tantum
Maioratus poſſeſſoris reſtrictum ſit: cùm poſſint
aliæ arbores in locũ euulſarum ſubſtitui, ſeu ex ea
dem ſylua alia emolumenta forſan vtiliora perci-
pi: in hoc tamen qualitas fundi, arborúmque euul
ſarum conſideranda erit. Si enim tota Maioratus
ſubſtantia in arboribus, quæ vento euulſæ ſunt,
conſiſtat nec aliæ facilè ſubſtitui poſſint, nec fun-
dus ad aliud vtilis ſit, aliter dicendum erit.

7 ¶Solet autem frequenter controuerti: an † Maio
ratus poſſeſſor poſſit nemus, ſeu ſyluã, quę in bo-
nis eiuſdem Maioratus inuenitur, extirpare: atque
eam in pratum ſeu vineam, oliuetum, hortum, vel
quid ſimile conuertere, vel aliter rem ipſam Maio
ratus in alteram formam redigere: quando ex hac
mutatione res ipſa melior ac fructuoſior redditur:
nã ſi ex huiuſmodi mutatione ſylua deterior fiat,
abſque controuerſia omnes id nullo pacto fieri
poſſe cenſent, in qua quæſtione in Emphyteota
ſeu Vaſſallo Docto. ſic diſtinguunt. Aut enim lo-
quimur de area in feudum, ſeu Emphyteoſim
conceſſa, & omnes concedunt Vaſſallum, ſeu
Emphyteotam poſſe in illa quodcunque ædifi-
cium facere: quamuis enim ex hoc rei forma mu-
tetur, facillimè tamen ad priſtinam formam re-
duci poterit. ¶Aut loquimur in ſylua cædua, vel
non cędua, ſeu vinea, horto, aut oliueto, dicúntque
Scrib. Vaſſallum, aut Emphyteotam hęc extirpare
non poſſe, in aliámque formam reducere: etiam ſi
res ex tali mutatione vtilior reddatur. Hæc nam-
que res ad alteram formam redacta, ad primęuam
facilè reduci non poterit. Quam diſtinctionem in
hac quæſtione ſeruandam eſſe dixit Bald. in l. 1.
nu. 11.



n. 11. C. de iur. Emph. Quem refert & ſequitur Iaſ.
ibi. n. 99. Cæpol. de ſerui. ruſti. prædi. d. tit. de mõ-
tib. nu. 10. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. part. 2. n. 52.
Quod pari ratione in Maioratus poſſeſſore dicen-
dum cẽſeo: quãuis enim ipſe dominus ſit: cùm do
minium hoc temporale ſit, in alterúmq; poſt mor
tem eius transferendum, non eſt adeò amplianda
Maioratus poſſeſſoris facultas, vt etiam rem me-
liorem reddendo, poſſit ei antiquam formam au-
ferre, nouámq; ac penitùs diuerſam tribuere. For-
ſan enim Maioratus ſucceſſores rem potius in ſua
primæua forma, quàm in ea quæ ſibi denuò tribu-
ta eſt, eſſe volent, nec id conſequi poterunt, quod
erit maximum ſequentium præiudicium. Ideóq;
Maioratus poſſeſſor id facere non poterit: cùm
non poſſit ex ſuo facto ſequentibus præiudicium
inferre. tex. in l. peto. §. fratrũ cum ſimilib. ff. de le-
ga. 2. Quod ex qualitate mutationis formę à iudici
bus penſandum ac decidendum erit.

8 ¶Secundum, quod etiam circa hoc reſoluendum
ſe offert, erit, quod † ſi in bonis Maioratus ſit viua-
rium, in quo ferę capi ſoleant, Maioratus poſſeſſor
poterit in eodem aucupari, feráſque occidere:
dummodo poſt eius mortem idem ferarum nume
rus maneat, qui tempore ſucceſſionis erat. Quod
in vſufructuario probat tex. in l. vſumfructuarium
venari. §. ſi in viuariis. ff. de vſufructu. Idque in eo
qui emit, cum pacto redimendi, qui interim domi
nus eſt, cenſuit Cagnol. in l. 2. C. de pact. in empto.
& vendi. 13. & 14. q. Tiraq. de retract. conuentio-
nal. §. 3. glo. 1. n. 22. Quod etiã pari ratione in Ma-
ioratus poſſeſſore dicendum erit: quanuis non exi-
ſtimarem Maioratus poſſeſſoris vſum ſic reſtringẽ
dum eſſe, vt præcisè eundem numerum ferarum
tempore mortis relinquere debeat, quẽ tempore
ſucceſſionis inuenit: imò potiùs arbitrarer, tanquã
verum dominum iuxta vſum conſuetum venari
poſſe feráſque occidere: dummodò dolus malus,
diſſipatióque abſit, vt in præcedenti quęſtione di-
ctum eſt.

9 ¶Tertium, quòd etiam ſe offert reſoluendũ, eſt
Maioratus † poſſeſſorem poſſe in ſtagno eiuſdem
Maioratus piſcari, piſcéſque occidere: dummodò
alij in locum mortuorum ſubſtituantur. Quod in
vſufructuario dixit Cæpol. de ſerui. ruſti. prædi. c.
42. num. 6. ex. deciſ. tex. in dict. l. vſumfructuarium
10 §. qui in viuariis. Dicuntur † nãque pars fundi, réſ-
que immobilis, piſces, qui in ſtagno ſunt, vt multi-
plicentur & creſcant. Ideóque quamuis vſusfru-
ctuarius piſcando eis frui poſſit: eorum tamen pi-
ſcium numerus conſeruandus eſt: quamuis piſces
cauſa cuſtodię in ſtagno repoſiti pars fundi eſſe nõ
cenſeãtur: ſed quid ab ipſo fundo, ac fructib. eiuſ-
dem diuerſum ac ſeparatum, vt probatur ex text.
l. lines & labra: aliàs incipit funes & labra. ff. de
actio. empti. per quem tex. hanc diſtinctionem in
ſpecie poſuit Guido Papæ. deciſ 91. nu. 3. qui falsò
eam tribuit Bartolo in dicta l. lines & labra: quã-
uis Bart. eam legem non legat, nec in legibus prę-
cedentib. id dicat: eius tamen diſtinctio vera eſt &
ſequenda, vt ex pluribus probat Carolus Molin. in
conſuetu. Pariſien. tit. 1. §. 1. glo. 8. nu. 17. & num. 20.
Tira. qui plura refert de retract. Lignagier. §. 1. gl.
7. nu. 116. Per ſubrogationem namque corporum
fructus ſtagni perpetui efficiũtur. l. eum debere. ff.
de ſerui vrba. præd. & licet ſpatio temporis ſingu-
la corpora mutentur: mediante tamen ſubrogatio
ne ſemper eadem res dicitur. l. proponebatur. ff. de
iudi. Id tamen, quod de ſubrogatione piſcium di-
ximus ſecundùm ea, quæ in duabus quæſtionibus
præcedentibus dicta ſunt, intelligendum, ac acci-
piendum erit, ne aliàs vſus Maioratus poſſeſſoris
nimium reſtringatur.

11 ¶Quarto loco id etiam circa iſta annotandũ erit
Maioratus † poſſeſſorem poſſe ex eo columbario
Maioratus vbi columbæ ſunt, vt multiplicentur &
creſcant, columbas capere & occidere: dummodò
aliæ in mortuarum locum ſubſtituantur. Idq; pro
batur ex tex. in d. §. in viuariis: per quem tex. id exi
ſtimat Cępolla de ſerui. vrba. prędi. c. 77. n. 2. Quod
in Maioratus poſſeſſore, qui dominus eſt latiùs ac
cipiendum erit. Poterit namque columbas colum
barij capere, eáſque proprias efficere: tanquam
fructum ac reditum fundi: non tamen poterit to-
tum columbarium euacuare, nec etiam capere ma
iores columbas, quæ fructificant, nec primos puta
menſis Martij fœtus, qui relinqui ſolent ad fructi-
ficandum, reditúmque per totum annum afferen-
dum, in quo mos regionis, boníque patrisfamilias
vſus conſiderandus erit, vt optimè in feudatario
loquens aduertit Carol. Molin. in conſuet. Pariſi.
tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 33. & 34.

12 ¶Quintũ & vltimum, quod in hoc capite tractã
dum ſeſe offert, ſit, quod † ſi in Maioratu ſit fundus
Emphyteoticus, ſeu cẽſualis, Maioratus poſſeſſor
debet approbare venditiones de his rebus factas
per Emphyteotam, vel cenſuarium & laudemium
lucrari: cùm hæc laudemia & obuentiones ex reno
uatione Emphyteoſis ſeu inueſtituræ etiam ad fru
ctuarium pertineant, vt dixit Oldral. conſilio. 24.
Quem refert & ſequitur plura in idem adducens
Tiraquel. de retract. Linagier in fine tit. n. 106. id-
que verum mihi videtur: quamuis contrarium exi
ſtimet Peralta. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia
cùm nub eret. ff. de lega. 2. nu. 9. Quod longè potio
ri ratione in Maioratus poſſeſſore, qui verus do-
minus eſt dicendum erit. De quo nullus Scrib. du-
bitauit.

---

### *SVMMARIA.*

1 *Ex theſauro in fundo Maioratus inuento: vtrum dimidia pars, quæ domino ſoli competit Maioratus poſſeſſori deferenda ſit.*

2 *Ex theſauro in fundo dotali, conſtante matrimonio inuento, vtrum dimidia pars competat viro an vxori.*

*Theſaurus ad vſumfructuarum non pertinet.*

3 *Dimidia pars theſauri vero fundi domino competit.*

4 *Theſaurus nihil commune habet cum fundo vbi reconditus eſt.*
5 *Theſaurus donum Dei dicitur.*
6 *Dominium rerum dotalium: vtrum conſtante matrimonio apud virum ſeu vxorem ſit.*
7 *Theſaurus in re Emphyteotica, vel feudali inuentus, non pertinet domino directo: ſed Emphyteotæ ſeu Vaſſallo.*
8 *Vena in fundo Maioratus inuenta: an cedat lucro Maioratus poſſeſſoris.*
9 *L. diuortio. 1. ſi vir in fundo. ff. ſolu. matri. declaratur.*
10 *L. 27. tit. 5. 1. parti. 4. declaratur.*

*Theſauri & argentifodinæ lapidicinæ, ſeu aliæ venæ, quæ in fundo Maioratus inueniuntur: vtrum eiuſdem poſſeſſori, an ipſi Maioratui cedant.*

## CAPVT XXIII.

INcidēter etiam reſoluendū ſe offert quid dicendū ſit, quādo in re Maio-
1 ratus theſaurus inuenitur: an† dimidia pars quæ domino ſoli competit Maioratus poſſeſſori adiudicāda ſit, vt perpetuò eius domino cedat, vel ſolùm, vt ea per tempus vitæ ſuæ fruatur: deinceps autem perpetuò Maioratus ſucceſſoribus reſeruetur.

¶In qua quæſtione prima facie dicendū videbatur, Maioratus poſſeſſorem ea parte theſauri, quæ competit domino ſoli per tempus vitæ ſuæ frui debere, eámque poſt mortem eiuſdem ad ſequentes ſucceſſores deferendam eſſe. Quod probari videtur ex tex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. ma-
2 tri. vbi deciditur, †quod ſi theſaurus cōſtante matrimonio in fūdo dotali inueniatur, dimidia pars, quę domino ſoli competit, debet eſſe apud virum conſtante matrimonio, eóque ſoluto, vxori reſtituenda erit. Quāuis enim maritus rerum dotalium dominus ſit: hoc tamen dominium reuocabile eſt, atque poſt viri mortem ad vxorem transferēdum. Ideóque theſaurus in fundo dotali inuentus reuocabiliter ad virum pertinebit: ita tamē, vt ad vxorem ſoluto matrimonio trāsferatur, vt optimè aduertit gloſ. in §. ſi fundum. verbo in alieno, & ibi Bart. num. 1. & communiter Scriben. Guillel. Benedict. in repeti. c. Rainuntius, de teſta. verbo cætera bona. nu. 30. & Carol. Moli. qui eruditè proſequitur materiam in conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 1. glo. 1. num. 43. Quod ſimili ratione in Maioratus poſſeſſore dicendum videtur cùm eius dominium reuocabile ſit eóque mortuo in ſequentem ſucceſſorem ipſo iure transferatur.

¶Item† theſaurus non pertinet ad fructuarium. l. diuortio. §. ſi fundum. vbi glo. Bart. Bal. & communiter Scrib. Boer. deciſ. 51. nu. 2. Idem deciſ. 224. n. 9. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſi. tit. 1. §. 1. q. 4. glo. 1. nume. 43. Pari igitur ratione, nec Maioratus poſſeſſori competere poterit: cùm etiam ſi is verus dominus ſit, pluries tamen ea, quæ in vſufructuariis deciſa ſunt, ad Maioratuum poſſeſſores adduci ſoleant, vt ſæpiùs iſto libro oſtenſum eſt.

¶Sed quāuis iſta vrgere videātur, contraria opinio mihi ſemper verior viſa fuit: imò, quòd dimidia theſauri pars, quæ iure domino fundi competit, Maioratus poſſeſſori liberè deferēda ſit, quod
3 patet ex eo: quia† dimidia pars theſauri inuenti vero fundi domino competit. l. 1. C. de theſau. lib. 10. l. ſi is, qui. §. ſi communis ſeruus. el. 2. ff. de acquir. rer. domi. Igitur competere debet Maioratus poſſeſſori, qui verus ac plenus dominus eſt, dominiúmque vtile, atque directum habet, vt ſupra iſto lib. c. 19. latiùs declarauimus.

¶Nec obſtat, quod dominium ad vitā eiuſdem reſtrictum ſit, réſque Maioratus poſt eius mortem in ſequentem ſucceſſorem transferri debeant. Ex quo dicendum videbatur ſimiliter transferendam eſſe eam portionem, quæ ex theſauro Maioratus
4 poſſeſſori pertinuit. Nam ſi benè cōſideretur† theſaurus, nec eſt pars, nec portio aliqualis fundi Maioratus, ſed res prorſus ſeparata. atque nihil cum eo fundo commune habens. l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi gloſ. verb. cœpiſſe. Et cōmuniter Scriben. id notant. Sícque Maioratus poſſeſſor, qui fundum reſtituere tenetur, nulla lege aſtrictus eſt theſaurum, cum ipſo fundo ſequēti ſucceſ-
5 ſori reſtituere. Eſt †nāque theſaurus donum Dei vt probatur ex tex. in d. l. 1. C. de theſau. quamuis Iuriſcōſultus illum appellet donum fortunę. in d. l. ſi is, qui. §. ſi communis ſeruus. el. 1. ff. de acquir. rer. domi. Ideóque cedit ei, cui Deus donū huiuſmodi cōceſſit, & cuius tempore potiùs quàm alio theſaurum inueniri voluit.

6 ¶Nec id, quod in marito in d. l. diuortio. §. ſi fundum, à iuriſconſulto deciſum eſt, ad poſſeſſorem Maioratus adduci poterit: † quāuis enim maritus largo modo conſtante matrimonio dominus rei dotalis dicatur: vxor tamen etiam conſtante matrimonio rerum dotalium domina eſt, toleratúrque dominium apud duos diuerſis reſpectibus, vt inquit Bal. in l. in rebus. num. 6. in ſi. C. de iur. doti. & Corraſius in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 33. ff. de acquiren. poſſeſſ. Bald. in l. doce ancillam. C. de rei vendi. nu. 2. Imò plures ex Scrib. cenſuerunt quòd dominium rerum dotalium magis dicatur vxoris, quàm viri, vt prob Zaſius. lib. 2. intellectuū cap. 5. & Corraſius. lib. 5. Miſcellanc. cap. 14. & plures alios refert Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 13. Idque clarius in theſauro in fundo dotali inuento procedit. Non enim dicitur inuentus in fūdo mariti, ſed vxoris: vt nō obſcurè prob. tex. in d. §. ſi fundū. ibi. *Quaſi in alieno inuēti.* Quod optimè declarat gl. ibi. ver. in alieno: ideóq; nō mirū ſi theſaurus in fundo dotali inuentus ad maritum perpetuò non pertineat, ex eo, quod quaſi in fundo alieno inuentus ſit deferaturque perpetuò Maioratus poſſeſſori, qui verus dominus eſt, nec alteri eo viuente rerum Maioratus dominium vtile, nec directum pertinere poteſt: qua etiam ratione ceſſat id, quod de vſufructuario ſuperius pro contraria opinione adductum fuit.

7 ¶Quod etiam cōprobatur ex eo, quòd† theſaurus in re Emphyteotica ſeu feudali inuentus pertineat omninò Emphyteotæ ſeu Vaſſallo, vt dixit glo. ordina. in §. theſauros, verb. ſuo Inſtit. de rerū diuiſio. quam ibi ſequuntur Fab. nu. 2. Ang. col. 2. & communiter Scrib. Ioan. de Platea. in dict. l. vna col. 2. C. de theſau. Guillel. Benedict. in cap. Rainūtius. de teſta. verb. cætera bona. n. 34. Caro. Molin. in conſuet. Pariſi. §. 37. glo. 10. numero. 48. quorum opi. communem eſſe profitetur Aluarus Vaez. in qq. iuris Emphy. q. 15. numero 1. Si igitur Emphyteotæ & Vaſſallo, qui domini vtiles tantùm ſunt, theſauri portio perpetuò defertur: à fortiori, Maioratus poſſeſſori, qui vtilis ac directus dominus eſt, perpetuò deferenda erit: idque proculdubiò verum eſt. Quanuis enim in Emphyteota & feudatario de hoc dubitari poſſit ex his, quę dixit Aluarus Vaez. d. q. 15. num. 1. ea tamen dubitandi ratio Maioratus poſſeſſori non conuenit, quia ipſe dominium vtile ac directum rerum Maioratus habet.

8 ¶Ex his etiam dicendum erit, an† vena marmorea, aurea, argentea, ſeu Metallica, vel ſimilis in fundo Maioratus inuenta, pro ea portione, quę ex ea fundi domino competit eiuſdem Maioratus poſſeſſori fruenda deferatur: poſſitque Maioratus poſſeſſor ex ea lapides ſeu cætera metalla excidere: idque quòd exciderit, ſuum perpetuò facere. Nam quod ad ipſius venæ proprietatem attinet apud omnes compertiſſimum eſt, quòd ea ſit perpetuò ipſi Maioratui adiicienda, quod de ea portione, quæ fundi domino competit, nō de ea, quæ ad Principem, ſeu inuentorem pertinet intelligendum erit. In qua quæſtione: quia de ea Dd. diffusè tractarunt pro eius perfecta reſolutione ſequētes concluſiones conſiderandæ ſunt.

¶Prima concluſio, quòd ſi vena nouiter in fundo Maioratus inuenta, marmorea aut lapidea ſit, eiúſque ſit naturæ, vt lapides ex ea ſemel exciſi renaſci non ſoleant, ex earúmque inciſione fundus fructuoſior ac vtilior efficiatur, veluti ſi propter lapides in eo exiſtentes anteà inutilis erat, colíque aut ſeminari non poterat, lapidibus autem exciſis factus fuit ad colendum, ac ſeminandum vtilis, vel aliàs: lapis exciſus Maioratus poſſeſſoris erit. Quod probatur in ſimili ex tex. in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matri. ſecundùm intellectum Pauli de Caſtro. numer. 1. & Raphael. Fulgoſi. ibidem, qui intelligunt tex. illum procedere: non ſolùm quando maritus reddit fundum dotalem vtiliorem ex inuentione lapidis, qui exciſus renaſci ſolet: ſed etiā quando renaſci non ſolet, ſed ex alia cauſa fundus vtilior redditur.

¶Sed intellectus iſte communiter non probatur: imò omnes alij Scri. cenſuerunt, quod ille tex. loquatur in prima ſui parte, in ea lapidicina, quæ ſemel exciſa renaſci ſolet. non autem in ea, quæ non renaſcitur: quamuis ex eius inuentione fundus dotalis fructuoſior efficiatur. Lapis namque exciſus, qui non renaſcitur, non dicitur eſſe in fructu. Ideóque ad maritum non pertinet: etiam ſi ex eius inuentione fundus vtilior reddatur, vt probatur, ex tex. in dict. l. diuortio. §. ſi fundum. & ex l. ſi lapidicinis. ff. de iur. doti. vbi per Scrib. Quod etiam clariùs probat tex. in l. fin. ff. de fund. dotal. vbi etiam per Scrib. & fuit opi gl. in d. §. ſi vir, in gl. 1. Quam ibi ſeq. Bart. ante. n. 1. Bal. col. 1 Alex. n. 1. Iaſſ. num. 1. & communiter Scrib. Quem intellectum probare videtur l. 27. tit. 11. part. 4.

9 ¶Vt autem in hac re meam ſentētiam interponā tex. †in d. §. ſi vir in fundo, in princip. genericè loquitur, quando ſcilicet ex inuentione lapidicinæ, fundus fructuoſior effectus fuit, ſiue ex eo, quòd lapis renaſcatur, ſiue ex eo, quòd aliter fundus fructuoſior efficiatur, deciditque in hac ſpecie lapides cæſos mariti eſſe: eſſet namque apertiſſima diuinatio dicere, quòd Iuriſconſultus in illis verbis, *Et fundum fructuoſiorem fecerit,* intellexerit ſolùm de lapidicina, quę renaſci ſolet: cū apertiſſimū ſit, nō ſolùm hoc modo: verum etiam plurib. aliis fundum ex inuentione lapidicinæ fructuoſiorem effici poſſe, vt ſuperiùs oſtendimus. Ideóq; Pauli & Rapha. intellectus mihi proculdubiò verus videtur. Quem etiam probat Duarenus ibidem. verb. fructuoſiorem fecerit: vbi optimè reſpondet ad tex. in l. fi. ff. de fundo dotali, qui pro cōmuni opi. citari ſolet.

¶Nec obſtat tex. in d. §. ſi vir in fundo. ibi. *Quia nec in fructu eſt marmor: niſi tale ſit, vt lapis renaſcatur.* Ex quo videbatur dicendū, quòd qñ lapis non renaſcitur in fructu non ſit. Nam quamuis verum ſit propriè atque ſtrictè loquendo, lapides, ſeu cætera metalla, quæ non renaſcuntur in fructu non eſſe: tamen loco fructuum, obuentionum, atque commoditatum habentur. Ideóque is, qui fructibus frui debet, commoditatibus etiam atque prouentibus rei fruetur: quamuis propriè loquendo fructus nō ſint. Quod probat tex. in l. vſufruct. leg. ff. de vſufr. leg. tex. in l. itē ſi fūdi. ff. eod. Idq; Paul. in d. §. ſi vir in fundo. nu. 3. atque ibi Duarenus in princip. annotarunt. ¶Sed id ipſum apertius mihi prob. tex. in d. §. ſi vir in fūdo. ibi *inquit Papinianus, quod impēſa nō eſt marito præſtāda, ex eo, quòd lapis nō renaſcitur.* Ex quib. verbis apertiſſimè cōprehēditur Iuriſconſultum intelligere, quod etiā in caſu quo lapis non renaſcitur, maritus lapidibus exciſis frui debeat: alias namque text. ipſe non diceret, quòd hoc caſu non eſſent ſibi impenſæ præſtandę: iniuſtiſſimum namq; eſſet maritum qui ex inuentione lapidicinæ reddidit fundum fructuoſiorem lapidum cæſarum commodo priuare, grauaréque ipſum in expēſarum ſolutione. ¶Nec poteſt tex. ille in hac parte intelligi in caſu quo maritus fundum deteriorem reddiderit: prout ſatis inſcitè glo. & communiter Scrib. aduertunt ibidem: dicentes, quod tex. ille in hac parte mutet caſum, & non ſit intelligendus in caſu pręcedenti, de quo in principio loqui cœperat. Hæc namque quàm aperta diuinatio ſit, nemo qui ſanę mētis ſit, ignorare poterit: ſi quidem textus ille ſemper primam ſpeciem proſequitur, nec eſt in eo verbum ex quo contrarium colligi poſſit: ſed ſolum facit illam digreſſionem ad decidendum vtrum in caſu, de quo loquitur expenſæ marito ſoluendæ ſint, an non. Atque ad id probādum annectit rationem illam. *Quia nec in fructu eſt marmor.* Quod de expēſis factis in cædendo marmore: non autē de his, quæ in quærenda lapidicina factæ fuerunt intelligendum eſt, vt optimè probat ibidem Duarenus. verb. impenſa non eſt ei præſtanda, vbi etiam elegāter reſpondet ad tex. in d. l. fi. ff. de fundo dotali prout apud ipſum videri poterit.

10 ¶Nō etiā obſtat† tex. in d. l. 27. ti. 11. par. 4. qui videtur communē intellectū probare in illis verbis. *Ca ſi la pedrera fueſſe de natura, que nō creſcieſſe deſpues que taiaſſē della, que due ſer de la muger, e nō del marido.* Nam quāuis ea lex plurimùm pro cōmuni opinione ſtringere videatur non tamen illam præciſè probat, nec noſtræ opinioni aduerſatur. Non enim loquitur in caſu, quo maritus fundū dotalem, in quo lapidicina inuenta eſt, aliàs fructuoſiorē fecit: prout text. in d. §. ſi vir in fundo

loquitur: ideóque quando fundus aliter fructuoſior effectus fuit: De qua ſpecie in illa lege verbum nullum inuenitur, dicendum erit prout in d. §.ſi vir in fundo. deciſum eſt. Lex namque noua ſimpliciter ſeu genericè loquens: ſecundum diſtinctionem legis antiquæ accipienda, atque intelligenda eſt. l. ſciendum,in princip.ff.qui ſatiſdare cogantur.l.decurionibus. C. de ſilenti. lib. 12.qui intellectus verior atque probabilior mihi videtur reiecta communi illius legis interpretatione, quæ non poteſt abſque pluribus erroribus,atque diuinationibus ſuſtineri.

¶Quæ omnia quamuis in vena lapidea dicta ſint, in quacunque alia vena, ſiue aurea, ſiue argentea, metallica, vel ſalinaria, vel ſimili,pari ratione dicenda erunt,vt probatur ex tex. in l.item ſi fundi. ff.de vſufructu.vbi de lapidicinis & aliis venis indiſtinctè diſponitur.Quod gloſſę in d.§. ſi vir in fundo.verbo:ſi ex lapidicinis.ff.de iur.doti verbo. fructus hic reſoluunt, idque ipſum probat Alberi.in d.§.ſi vir in fundo,& Bart.ibi,in ſummario, & expreſſius Ang.& Imol.ibidem. ¶Nec obſtat tex.in d.§.ſi vir in fundo,qui videtur loqui de lapidicinis diſcretiuè faciens diſtinctiones, quas prædiximus, poſteáque loquitur de aliis venis, indiſtinctéque diſponit earum emolumenta viro cedere debere, vt probatur ex codẽ tex. ibi. *Sed ſi cretæ fodinæ, vel auri,vel cuius alterius materiæ ſint vel ærenæ, vtiq; in fructu habẽtur.* Ex quib. verbis videtur Iuriſconſultũ apertè inter lapidicinas & alias venas differẽtiam conſtituere voluiſſe.¶Sed verius eſt Iuriſconſultũ, hæc nõ diuiſiſſe, vt in eis diuerſa iuris ratio conſtituenda eſſet: ſed ſolùm gratia clarioris intelligentiæ id in vena lapidea dixiſſe, vt in aliis venis genericè in fine tex.idipſum ſtatueret.Quod gloſ. & communiter Scrib.ſic intellexerunt:quãuis natura illius dictionis,ſed, repugnare videatur. Sed hoc argumentum tollitur aliis legibus, quibus de lapidicinis & aliis venis indifferenter, atque vniformiter diſponitur.

¶Quicquid autẽ in fundo dotali dicẽdũ ſit,quod tamen ad Maioratus poſſeſſorem attinet, Pauli opinio proculdubiò ſeruanda eſt. Quamuis enim lapis hic, qui ſemel exciſus non renaſcitur,in fructu fundi non ſit:ideóque ad maritum,qui ſolùm fructibus rerum dotalium vti debet, non pertineat: is tamen proculdubiò Maioratus poſſeſſori pertinebit: cum(vt ſupra iſto lib.c.22. diximus)is non ſolùm fructibus eiuſdem vti debeat: ſed etiam poſſit ex rebus Maioratus omnia emolumenta percipere,quæ quilibet dominus ex reb. propriis citra rei maximam deteriorationem capere ſolet. Si igitur id emolumentum capere poteſt Maioratus poſſeſſor ex quo res Maioratus non deterioratur potiori ratione poterit ex re Maioratus ea commoda percipere, ex quibus res ipſa nedum deterior non redditur:ſed etiam vtilior,ac fructuoſior efficitur. Idque ſatis rationale, ac iuridicum mihi videtur.

¶Secunda cõcluſio,quòd ſi ex venę lapideę, quæ renaſci non ſolet, inuentione, fundus Maioratus deterior reddatur,lapides, qui ex eo cęſi ſunt,Maioratus poſſeſſori non pertinebunt. Id namque in viro in cuius fũdo dotali vena lapidea huiuſmodi inuenta eſt, omnes Docto. indifferenter probant in d.l. diuortio.§.ſi vir in fundo. Quamuis enim in vena ex qua fundus fructuoſior,ac vtilior redditur Paulus & Rapha.Fulgo.ibidem, eam eſſe viro adiudicandam exiſtiment:in ea tamẽ, ex qua fundus deterioratur contrarium arbitrantur,communémque opinionem ſequuntur.Quod probatur ex tex. in d.l.fina.ff.de fundo dotali.vbi Docto. id notãt. Idque etiam in Maioratus poſſeſſore dicendũ eſſe cenſeo: ſi fundi deterioratio magna ſit:ſecus autem ſi ſit modica.Hæc namque in eo,qui verus dominus eſt conſideranda nõ erit:vt optimè in feudatario conſiderat Iulius Clarus lib.4. ſententiarum §.feudum.q.56. quod etiam ſuperius oſtendimus.

¶Tertia concluſio, quòd ſi vena marmorea eius qualitatis ac naturæ ſit, vt renaſci ſoleat,ea cenſebitur in fructu eſſe, ex eáque proculdubiò debet Maioratus poſſeſſor omnia emolumenta ex lapidum inciſione prouenientia percipere.Quod probatur ex tex.in d.l.diuortio. §.ſi vir in fundo.& in d.l.fin.ff.de fundo do. Et vtrobique communiter per Scrib. qui indifferenter in hac ſpecie huiuſmodi opinionem ſequuntur.Idque etiam d.l.27.titu. 11.par.4.deciſum eſt.

¶Quarta & vltima concluſio,quòd ſi vena lapidea non denuò in vita Maioratus poſſeſſoris inueniatur:ſed antiqua ſit, ex qua tẽpore Maioratus inſtitutoris,& præcedentiũ ſucceſſorũ lapides cædi ſolebãt,ad hũcq; effectũ eius lapidicinę vſus ordinatus erat,poterit ex ea Maioratus poſſeſſor indifferẽter iuxta vſum conſuetum lapides excidere, ſiue lapides ipſi renaſci ſoleant,ſiue non. Quãdo enim res, quæ ad certum vſum deſtinata erat, fruenda traditur,cenſetur ad illum vſum tradita, quo ſemper frui ſolita eſt.Quod probat tex.qui ſic communiter intelligitur in l.ſi fundus.in prin. ff.ſolu.matri.vbi gloſ.verb.cęditur. Bart.n.1.Paul.n.4. Alex. n.3.id notant,atque Iaſſ.nu.7. hanc dixit com.opi. Idque ipſum prob.d.l.27.ti.11.par. 4.*En que fueſſe hallada pedrera deſpues que la vuieſſe dado.*

*SVMMARIA.*

1 *Maioratus poſſeſſori competit ius præſentandi ad Eccleſiaſtica beneficia.*
2 *Ius præſentandi eſt fructus iuris patronatus.*
3 *Maritus conſtante matrimonio: vtrum poſſit præſentare:ſi ius patronatus vxori in rebus dotalibus competat,an ipſa vxor præſentare debeat.*
4 *Vſufructuario,vtrum competat ius patronatus.*
5 *Ius patronatus.vtrum tranſeat in fideicommiſſarium:ibique agitur latiſſimè de intellectu l. quia perinde.§.reſtituta.ff.ad Trebel.*
6 *Ius patronatus ad hæredes iure hæreditario non defertur.*
7 *Ius patronatus tranſit,in quemcunque hæredem,etiam extraneum.*
8 *Ius patronatus poteſt alienari titulo vniuerſali.*





9 *Ius ſepulchrorum tranſit,ad hæredes etiam extraneos.*
10 *Intellectus Claudij,ad tex.in l.quia perinde.§.reſtituta,reijcitur.*
11 *Iura ſepulchrorum,à iure patronatus in pluribus differunt.*
12 *Ius ſepulchrorum non poteſt ad alium,quàm ad hæredem tranſire.*
13 *Ius patronatus poteſt legari,fideicommitti,cedi,ac donari loco pio abſque licentia Epiſcopi,& etiam laico,licentia Epiſcopi interueniente.*
14 *Ius ſepulchrorum permutari non poteſt:ius autem patronatus ſic.*
15 *Ius ſepulchrorum non tranſit in fiſcum.*
16 *Ius ſepulchrorum non poteſt ex diuiſione vni ex hæredibus aſſignari:ius autem patronatus ſic.*
17 *Ius ſepulchrorum non tranſit in emptorem vniuerſæ hæreditatis.*
18 *Ius patronatus tranſit ad illum,ad quem vniuerſa hæreditas transfertur.*
19 *L.quædam.ff.de acquir.rer.domi.declaratur.*
20 *L.in modicis.ff.de contrahen.emp.declaratur.*
21 *Ius patronatus commodum etiam pecuniarium in ſe continet.*
22 *Fiſcus loco hæredis habetur.*
23 *Emanuelis Acoſtæ intellectus,ad §.reſtituta,reiicitur.*
24 *Voluntas & poteſtas actus humanos perficiunt.*
25 *Ius patronatus tranſit cum vniuerſa hæreditate vendita vel donata.*
26 *Ius patronatus tranſit cum vniuerſa hæreditate confiſcata etiam à iudice laico.*
27 *Iure patronatus confiſcato,non poteſt Fiſcus præſentare:ſed Eccleſia debet libera remanere.*
28 *Ius patronatus tranſit in emptorem portionis hæreditariæ.*
29 *Ius patronatus bonis Maioratus annexum,ſemper tranſit in Maioratus ſucceſſorem.*
30 *Ius patronatus hæreditarium,poteſt à patre vni ex filiis,iure Maioratus prælegari.*
31 *Ius patronatus,quod competit iure ſanguinis, non poteſt à patre filio Primogenito iure Maioratus aſſignari.*
32 *Ius patronatus iure Maioratus competens nunquam tranſit in maritum, ſed apud vxorem remanet.*
33 *Regina Regni proprietaria,cui competit ius patronatus, præſentare debet: non autem maritus eiuſdem.*
34 *Ius,quod erat penes Maioratus inſtitutorem in ſedilibus,ſeu banchis Eccleſiæ:vtrum tranſeat ad eiuſdem Maioratus ſucceſſorem.*
35 *Ius ſepulchrorum:vtrum tranſeat in Maioratus ſucceſſores.*
36 *Sepulchrum & ius ſepulchrorum,atque ius inferendi mortuum in ſepulchrum,qualiter inter ſe differant.*
37 *L.monumenta.C de legat.declaratur.*
38 *Mortui illatio non facit hodie locum religioſum:niſi locus ſit ad id authoritate Epiſcopi deputatus.*
39 *Locus,in quo mortuus ſepultus eſt.abſque authoritate Epiſcopi hodie poteſt alienari.*
40 *Sepulchrum authoritate Epiſcopi conſtructum,vendi,ſeu pignorari non poteſt.*
41 *Sepulchrorum quædam familiæria,quædam hæreditaria ſunt.*
42 *Succeſſor in Maioratu non poteſt reuocare præſentatum à prædeceſſore:ſi ipſe iam inſtitutus ſit.*

## *Vtrum in Maioratus poſſeſſorem ius patronatus,atque iura ſepulchrorum pertranſeant.*

## CAPVT XXIIII.

EA etiã quæſtio cõſequenter decidẽda ſe offert: an ſcilicet Maioratus poſſeſſori competat ius pręſentãdi ad Eccleſiaſtica beneficia.Quã quęſtionẽ tetigit Tiraq.de Primoge.q. 36.vbi plures eandẽ quæſtionẽ reſoluẽtes, refert. Sed quia,vt ex his,quę ipſe,& hi, qui ab eo referũtur, reſoluunt,apertius comprehendi poterit, ipſi omnes loquuntur in Primogenitis Gallię & aliorũ Regnorum,quorum natura, vt plurimùm ab Hiſpanorum Primogeniis diuerſa eſt. Ideò his,quæ ipſi dicunt, omiſſis, in hac quæſtione † dicendum
1 erit Maioratus poſſeſſori cõpetere ius pręſentãdi ad Eccleſiaſtica beneficia:ſi in eiuſdem Maioratus poſſeſſorem ea bona transferantur,quibus ius patronatus Eccleſiaſticum annexum ſit. Cùm enim Maioratus poſſeſſor dominus ſit, per tempúſque vitæ ſuæ poſſit fructibus, ac cæteris eiuſdem Maioratus commodis ac emolumentis frui:ex eo cõſequitur eum iure etiam eligendi vti poſſe:cùm
2 ius † pręſentãdi,ſeu eligendi ſit fructus iuris patronatus,vt cenſuit glo.in cap.cum Bertoldus,in glo. fina.de re iudicata.gloſ. ordi. in cap.cùm olim. in verb.capitulo.de maiori.& obedi.vbi Abb.nume. 2.& communiter Scriben.id notant:præſertim Felin.nume.2. qui plura in idem adducit.Id ipſum etiam cenſuerunt Innoc. circa princi.Abb. nume. 3.& Imol.& Scrib.in cap.conſultationibus de iur. patronatus.Rota.de iure patronat.deciſio.268.incip.collatio.in nouis.numer. 1.Abb.in cap.fina. de conceſſio.præben.nu.8.Carolus Moli in conſuet. Pariſ.tit.1.§.1.gloſ.1.numero 3. Cæſar Lambert.de iur.patrona. lib. 1. 2.part.10.q.princip.artic.3.numer.2.

3 ¶Nec id mirũ videri debet,† cùm ius præſentãdi ad beneficia competat marito conſtãte matri-

monio,cui vniuerſitas bonorum,quibus ius patronatus annexum erat,in dotem data fuit,vt cenſuerũt Domini de Rota de iur. patron.deciſ.422.nu.1.in nou.Quorum opinionem ſequitur Rochus de Curt.qui plura refert de iure patro. verb.ipſe, vel is.num.60.cum ſequen. Carol.Molin.dict.§.1.glo.1.numer.3.Et Cæſar Lambert.poſt longam diſputationem. dict.10. q.principa. artic. 2. per totum. Quæ opinio verior mihi videtur:quãuis contrariã ſententiam ſequantur Abb.in dict.cap.ſin .de cõceſſio præben.num.8.Felin.in dict.cap.cùm olim. num.2.de maiori.& obedi.& Iaſſ. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo.ff.ſolu.matri.num.7.& Guillel.Bened.in repetit. capit. Rainuntius de teſtam.verb. cætera bona nume.37.Quorum opinio ſequenda non eſt.

4 ¶Similiter etiã † vſufructuario vniuerſitatis bonorum,cui ius patronatus annexum eſt,competit ius præſentãdi ad ſacerdotia, quod ſic reſoluit Cæſar Lambert.de iure patro.lib.1.2.par.10.q.principa.artic.3.num.8.Carolus Moli.d.§.1.glo.1.n.3.Idque ipſum ſequi videtur Rochus de Curt.de iur. patrona.verb.ipſe,vel is.num.64.Celſus, qui plura refert.conſil.23.num.1. Quod verius mihi videtur , quanuis plures Scriben.à prędictis relati,cõtrariam opinionem veriorem eſſe cenſeant. Quæ omnia in Maioratus poſſeſſore longè potiori ratione ſimiliter reſoluenda erunt.

¶ His autem, quæ de Maioratus poſſeſſore diximus, plurimùm aduerſatur deciſio.text. in l. quia perinde. verſ. reſtituta. ff. ad Trebel. cuius verba sũt. *Reſtituta hęreditate iura ſepulchrorũ apud hęredem remanẽt.* Per quem tex.dixit Bar.ibi.†Ius patronatus Eccleſiaſticum,ad fideicommiſſariũ non tranſire:ſed apud hęredem remanſuram eſſe.Quã Bar.opinionem ſequuntur Paul.ibidem in lectura Bononien.& Alex.in ead.l.n.3.& 4.quam legit ſimul cum lege quanuis.§.nihil.ff.ad Trebellia.Eãdem opinionem etiam ſequitur Imol. in l.ſi patroni.in princi.verſic. vltimò fallit.ff.eod.titul.vbi Alex.num.16.dixit hanc eſſe communem opinionem.Eandem opinionem ſequitur Iaſſ.in l. venia. C.de in ius vocan.num.2.Paul.in l. precibus num. 19.C.de impub.& aliis ſubſti.vbi Alex. num.16.& Iaſſ.num.17.eandem opinionem probant,eámque ſequuntur, communem opinionem eſſe teſtantes, Deci.ibidem.num.22.& Curt.Iuni. nu. 72.& Rochus de iur.patro.verb.ipſe,vel is.num.21.Citadinus in eodem.tracta.part.9.nume. 33.Auguſti.Beroius in cap.1.de iur.patrona.nu. 15. cum ſequent. Cæſar. Lambert .de iur. patro. lib. 1.2.part.10.q. principa.arti.3.num. 2. Dominus Didacus de Couarru.lib.2.reſolutionum.cap.18.nume. 8.Guillel. Benedict.in repe.cap.Rainuntius.verbo.Si abſque liberis moreretur, el. 2. in tractatu compendiosè ſubſtituti.num.24.D. Anto.de.Padilla.in Rubrica C.de fideicom.num. 25.Emanuel Acoſta in cap. ſi pater.de teſtam.lib.6.2.part.verb. Trebellianicæ. num.4.

¶Huius autem cõmunis opinionis ratio ea eſt, quòd quãuis ius patronatus Eccleſiaſticum ad hæredes etiam extraneos tranſeat, vt ſtatim videbi-
6 mus: nõ † tamen iure hæreditario capitur nec ad hęredes iure hęreditario defertur:prout dixit Pau. in dict.§.reſtituta.quem legit ſimul cum lege quãuis.ff.eodem.nu.4. cuius dictum ſequitur Alexãd. ibidem.nume.3.Guillel.Benedict.de compendio. ſuſti.num.24.Boroius in dict.cap.1.de iur.patron. num.8 & nume.17.Rochus de Curt. de iur. patro. verb.ipſe.vel is.9.q.num.21. & 22. Cæſar Lamber. in eodem tracta.de iur patro.2.par.lib.q.2.articul. 35.num.1.cum ſequentib.Ideóque ſuccedit regula quòd ea, quæ iure hæreditario non capiuntur,in fideicommiſſarium vniuerſæ hęreditatis non trãſeant: de qua in l. à filia. in princip. & in l. debitor. §.fina & in l.Lucius.§. maritus. ff. ad Trebel. & in l.pater filium.in princip.ff.ad l.Falcid.& in dict.l. ſi patroni.ff.ad Trebel.vbi Barto. numer.3. & 4.& communiter Scriben.hanc rationem aſſignãt: quã etiam aſſignauerunt Paul.& Alexan.in dict. l.quia perinde,atque Rochus de Curt.Guillel.Benedict. & Cæſar Lambert.in locis,quibus eos paulò antè citauimus. Ex quo etiam ſequitur ius patronatus Eccleſiaſticum ad ſecundum,& vlteriores Maioratuum poſſeſſores nõ tranſire:ſed apud primum hæredem grauatum remanere debere.Cùm Maioratus poſſeſſor fideicommiſſario (vt ſupra iſto lib. c.14.diximus) æquiparetur.

¶Contrariam tamen ſententiam: imò quòd ius patronatus Eccleſiaſticũ ad fideicõmiſſariũ tranſire debeat,veriorem eſſe exiſtimat Ludou.Roma. in dict. l. ſi patroni. in princip.ff.ad Trebel.quam legit ſimul cum lege, Titius.ff. eod. numero 5. vbi inquit,ius patronatus in fideicommiſſarium trãſire, aduerſus præfatam communem opinionem.
7 Quod probat duabus rationibus. ¶ Prima,† quòd ius patronatus in quemcu: que hęredem extraneũ tranſire poſſit,glo.in l.ſi operarũ iudicio. in verb. dãdam.ff.de oper.liber.glo.in Clem.fina.in verb. hæredes.de iur.patro. Iaſſ. qui plura refert in d.l. venia.num.2.vbi etiam Deci.numer.2.Cæſar Lãbert.qui plura refert.de iur.patro.2.par.lib.1. q. 2. artic.1.num.15.& num.23.Couarru.lib.2.variar.reſolu.cap.18.num 6.Emanuel.Acoſt.in repet.c.ſi pater. de teſta.lib.6.2.par.verb.Trebellianicæ. num. 4.Et eſt communis opinio ſecundùm Turtia. lib. communium opi.capit.34. Cùm igitur ad hæredem extraneum tranſire valeat, nullo pacto dici poteſt non poſſe tranſire etiam in fideicommiſſarium,cùm *is loco hæredis habeatur.*

8 ¶Secũda ratio,quia†ius patronatus poteſt alienari inter viuos titulo vniuerſali tex.in c.ex literis de iure patro.l.quædam.ff.de acquiren.rer. domi. l.in modicis.ff.de contrahen.empti. Ergo ſi poteſt alienari inter viuos titulo vniuerſali, à fortiori in vltima voluntate: qua ratione inquit ius patronatus trãſire debere in fideicõmiſſarium vniuerſalẽ.

9 ¶Sed Alex.in d.§.reſtituta.nume.4.& in d.l.ſi patroni.num.16.reprobat hanc opinionem Romani & reſpondet ad primam rationẽ,quòd†ius ſepulchrorum etiam tranſit ad hæredes extraneos:ſicut ius patronatus.l.familiaria,cum l.ſequen. ff. de religio.& ſumpti.func.&nihilominus non tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem ex tex.in d. §. reſtituta.ex quo videtur idem in iure patronatus dicendum eſſe. ¶Et ad ſecundam rationẽ,quæ vrgẽtior videtur,reſpondet ſimiliter, quòd iura ſepulchrorum etiam poſſunt alienari titulo vniuerſali, vt probatur in d.l.quædam & in d.l.in modicis.Et nihilominus non poſſunt tranſire in fideicommiſſarium vniuerſalem:quam reſpõſionem aſſignat in d.l.ſi patroni.num.16. ſed aliter reſpondet in d. §. reſtituta.num.4.dicens.Ideò ius ſepulchrorum,& etiam ius patronatus non poſſe tranſire in fideicõmiſſarium: quia ſunt quid religioſum,& cõmodũ pecuniarum nõ reſpiciunt. Quibus etiam rationibus omnes Scrib. hucuſque opinionem Romani reiicere ſoliti fuerunt.

¶ Quæ



10 ¶Qua in re† nõ eſt admittẽdus intellectus Clau. in d. §. reſtituta:dicentis,tex.illum intelligendum eſſe in iure ſepulchrorum familiari: nõ autem hæreditario, & quòd ideò ibi non tranſit ius ſepulchrorum in fideicommiſſarium: quia nòn erat ex familia teſtantis. ¶ Tex.namque ille genericè in quocunque iure ſepulchrorum loquitur: nec eſt, cur illum ad ſolum ius ſepulchrorũ familiare reſtringamus, nec etiam debemus diuinare in ea l. hæredem fuiſſe de familia teſtantis, fideicommiſſarium autem non:cùm id l. illa nõ declaret. Qua ratione hoc non obſtante, communis intellectus potiùs ſequendus videtur.

¶ Quanuis autem hæc opinio, quod ſcilicet ius patronatus in fideicommiſſarium non tranſeat,cõmunis ſit,vt ex ſupradictis apparet:mihi autem id exactius conſideranti vera non videtur,quod apertiſſimum efficietur:ſi reſpondeamus ad text.in d.l. quia perinde.§.reſtituta.ff.ad Trebel.quod eſt vnicum communis opinionis fundamẽtum.Aliàs nãque neceſſariò dicendum eſſet ius patronatus ad fideicommiſſariũ hæreditatis tranſire: cùm ipſum ius patronatus cũ vniuerſitate bonorũ pertrãſeat etſi is,cui vniuerſitas bonorum conceditur, hæres non ſit,vt probatur ex text. in c. ex literis. & in c. cum ſeculum de iur. patro. vbi communiter Scri. id notant. Qua ratione videbatur dicendum eſſe, quòd in fideicommiſſarium vniuerſæ hæreditatis ius patronatus tranſire debeat:cùm in ipſum vniuerſa hæreditas trãſeat,atque loco hęredis habeatur,vt inferiùs probabimus, Quæ omnia aduerſus communem opinionem ſtringunt:niſi noſtrę opinioni tex.in d.§.reſtituta nõ modicum aduerſaretur.Ideóque tota huius noſtræ opinionis difficultas verſabitur in reſpondendo ad tex.in d.§.reſtituta, & in aſſignando rationem differentiæ inter iura ſepulchrorum,de quibus text.ille loquitur, & ius patronatus Eccleſiaſticum.

11 ¶Cæterùm† ſi benè hæc cõſiderẽtur,tex.in d.§. reſtituta, loquẽs in iure ſepulchrorum non poteſt ad ius patronatus Eccleſiaſticum extendi: non ex ſolis rationibus Romani:ſed ex pluribus aliis.

12 ¶Prima†ex eo,quod ius ſepulchrorũ propriè, atque ſtrictè ſumptum,nõ poſſit ad alium:quàm ad hæredem ſuum,vel etiam extraneũ tranſire: quãuis ius inferendi mortuum in ſepulchrum legari poſſit,vt infra iſto.c.num.37. declarabimus, quod probat tex.in l.ius ſepulchri,ibi.*Non etiam ad aliũ quenquã,qui nõ eſt hæres pertinere poteſt*.C.de religio.& ſumpt.fune.l.ius familiarũ.C.eod.l.familiaria.cum l.ſequen.ff.eod.& hæc eſt præcipua ratio: quare in dict.§.reſtituta.ius ſepulchrorum nõ trãſit in fideicommiſſarium, ſcilicet, quia hæres non
13 eſt, prout ex inferiùs dicendis conſtabit.Ius † autem patronatus Eccleſiaſticum, poteſt etiam titulo ſingulari fideicommitti,legari,cedi,trãsferri,atque donari Eccleſiæ,vel loco pio abſque Epiſcop conſenſu,& etiam laico Epiſcopi conſenſu interueniente,text.in cap. quod autem, & in cap. illud de iur.patrona.Quod optimè Rochus de Curt.reſoluit.de iure patro.verbo ipſe vel is.q.7.num.16. Paul.de Citadin.in eod.tracta.9.par.num.10.2.q.l. 8.titul. 15.part.5.Cæſar Lamber.de iur.patro.lib.1. part. 2.q.1. articu.2.& 3.cum ſequen.vbi hanc dixit communem opinionem.

14 ¶Itẽ† ius ſepulchrorũ permutari non poteſt. l.ſi quis ſepulchrum. §. ſenatuſconſulto. ff.de religio. & ſumpt.fun.Ius autem patronatus Eccleſiaſticũ, cum alio iure patronatus etiam ſine Epiſcopi licentia permutari poteſt.text. in c.nemini.Regum 16.q.7.per quem text.id dixit gloſſ.in dict. c. cum ſeculum,verbo emptorem.glo.in Clemẽ. 2. verb. liberè, de iur. patro.& vtrobique Scriben.id notant.Et quanuis hoc,quod diximus,quòd permutatio iuris patronatus poſſit abſque Epiſcopi licẽtia fieri,ſimpliciter ſumptum dubium eſſe videatur:tamen apud omnes receptiſſimum eſt,quòd ſi permutetur cum alia Eccleſia, vel loco pio,valeat permutatio,abſque Epiſcopi licentia.Si verò permutetur cum priuato,Epiſcopi licentia neceſſaria ſit. Quod ſic optimè reſoluit Rochus de Curt.de iur. patro. verb. ipſe vel is.q.16. nume.30.cum ſequent.Paul.de Citad.in eodem tracta.9.par.num. 13.Idque ipſum verum eſſe cenſuit Cæſar.Lãbert. qui plura alia in idem adducit.lib.1.2.part.q.3.arti. 1.2.& 3.d.l. 8.tit.5.par.1.

15 ¶Item † ius ſepulchrorũ non tranſit in fiſcũ etiã vniuerſa hæreditate confiſcata. l. ſi quis fuerit. ff. de religio. Ius autem patronatus Eccleſiaſticũ ex confiſcatione vniuerſæ hæreditatis,vel bonorũ in fiſcum tranſire poteſt, vt ſtatim nume 26.probabimus.

16 ¶Item†ius ſepulchrorũ non poteſt vni ex hæredibus ex diuiſione inſolidum aſſignari. l. ſi ſepulchrum.C.de relig.Ius autem patronatus Eccleſiaſticum:ſaltim cum licentia Epiſcopi poteſt vni ex hęredibus,ac cõpatronis ex diuiſione adiici.glo.in Clemen.2.verb.liberè.de iur.patro. vbi per Scrib. Abb.in cap.ex inſinuatione eod.titu.nu.4.Rochus de Curt.de iur.patro.verb.ipſe, vel is. q.13.nume. 26.cum ſequen.Paul.de Citadi.in eodem tracta.9 part.nume. 16.Cæſar Lambert.in eod.tracta.lib.1. par.2.q.2.arti.36.num.1. cum ſequen.& arti.37.per totum.

17 ¶Item†ius ſepulchrorũ non tranſit in emptorẽ vniuerſæ hæreditatis,vt inquit gloſ.in l.ſi quaſi hæres.verbo.quanti.ff.de hæredi.vel acti. vendi. Quã ſequitur Albericus ibidem. ¶ Ius autem patronatus Eccleſiaſticum in emptorem hæreditatis tranſit:ſecundùm magis communẽ,ac veriorẽ opinionem,de qua ſtatim tractabimus.

18 ¶Item ius ſepulchrorum non tranſit cũ vniuerſitate vendita,vel donata:niſi ſit acceſſoriũ ad ipſam rem venditam vel donatam,& non remaneat aditus ad ſepulchrum,niſi per ipſum fundum venditum gloſſ. in l.quædam.ff.de acquirend.rer.domi. verb. fundus.l.in modicis, quam Alberic. ibidem ſic declarat.ff.de contrah.empt.l.ſi mercedem.§.ſi eum fundũ.ff.de actio.empti.vbi Bart. Paul.& cæteri Scribent.id notant. ¶ Ius † autem patronatus tranſit cũ vniuerſitate vendita,ſeu donata abſque aliqua diſtinctione.tex, in c. ex literis.de iure patro.& in cap.cum ſeculum,vbi communiter Scrib. id notant,de iur. patron. Ideóque cùm ius ſepulchrorũ a iure patronatus Eccleſiaſtico in his omnibus atque etiã aliis,quæ vnuſquiſque cõſiderare facillimè poterit,diuerſo iure cenſeatur, non eſt cur de eo,quod in iure ſepulchrorum in dict.§.reſtituta,deciſum eſt,ad ius patronatus Eccleſiaſticũ Dd.arguãt,atq; ſine lege,ſeu iuris canonici deciſ. tam peregrinã,atque tot iuribus canonicis repugnantem opi.ſequantur.

¶Quibus obſtat ratio,ex qua cõmunis opinio ſuſtinetur,de qua ſuperiùs meminimus, quòd ſcilicet ius patronatus non tranſeat in fideicõmiſſariũ hæreditatis ex eo, quòd iure hæreditario non capiatur,vt Scrib.in d.l.ſi patroni,& in d.l.quia perinde.§.reſtituta.ff.ad Trebel.reſoluunt. ¶ Nam

quanuis

quamuis verum ſit, quòd ius patronatus iure hæreditario non capiatur: ideóque hoc reſpectu ad fideicommiſſarium tranſire non debeat: tranſit tamen ex ſui natura, ad quemcunque, in quem vniuerſa hæreditas deuoluitur: non tanquam quid hęreditarium: ſed tanquam res, quæ ſequi debet neceſſariò hæreditatis vniuerſæ ſucceſſorem. text. in cap. ex literis. & in cap. cum ſecundum, de iure patronatus, vbi communiter Scriben. id notant. Qua ratione neceſſariò ius patronatus tranſire debet in fideicommiſſarium, ad quem vniuerſa hæreditas transfertur: quamuis ipſum ius patronatus quid hęreditarium non ſit. Quod in effectu comprehenditur in ſecunda ratione Romani, ad quam non poteſt congrua reſponſio aſſignari: quamuis prima eius ratio fragilis ſit, vt ex his, quæ ſuperiùs annotauimus, conſtat.

¶Nec obſtãt reſpõſiones, quas Alex. in d. l. ſi duo patroni, & in dicto §. reſtituta adducit aduerſus hanc ſecundam rationem Romani. De quibus ſupra iſto cap. numer. 9. mentionem fecimus, vtráq; namque earum falſa eſt. Nam prima reſpõſio, quę inquit ius ſepulchrorum tranſire cum vniuerſa hęreditate vẽdita, vel donata: ſicut & ius patronatus tranſit, vera non eſt: nec probatur in legibus, quas 19 ipſe ad hoc probandum adducit. Nõ † enim id probatur in dict. l. quædam. ff. de acquir. rer. domi. cũ l. illa loquatur, de vniuerſa hæreditate in hæredem tranſlata. Quo caſu dubium non eſt: quin ius ſepulchrorum in hæredem tranſire debeat. Idq; probat l. illa. ibi. *Tamen per vniuerſitatẽ in hæredẽ tranſeũt.* Imò ſi lex illa intelligenda eſſet de alia alienatione vel tranſlatione vniuerſali facta in aliũ, quàm in hęredem, limitanda eſſet in iure ſepulchrorum, vt eã limitat gloſ. ibi verbo. fundus dicens. Item fallit hæc regula in iure ſepulchrorũ, & operis libertorum, ad quod allegat. d. §. reſtituta, & text. in d. l. ſi duo patroni, quæ glo. ad hoc ſingulariter notanda eſt.

20 ¶Item † non obſtat d. l. ſi in modicis. ff. de contrahenda emptione. Ea namque lex non inquit ius ſepulchrorum tranſire cum vniuerſitate vendita, vel donata ſimpliciter: ſed tunc demum cùm ſepulchrum modicum eſt, atque acceſſorium ad ipſam rem venditã, quod probat tex. ipſe ibi *Sed emptioni maioris partis acceſſit.* Idq; omnes Scrib. ibidem aduertunt: ideóque etiam ſi vniuerſa hęreditas vẽdatur, non venit ius ſepulchrorum, niſi etiam vendatur fundus in quo ſepulchrũ eſt atq; ſepulchrũ ſit modicũ, & ad ipſas res vendi. acceſſorium. Imò non veniet in ipſa venditione etiam in caſu d. l. in modicis. niſi aliàs non ſit aditus ad ſepulchrũ, niſi per fundum venditum, vt ſuperius annotauimus. Quæ omnia in iure patronatus non procedũt imò longè aliter deciſa ſunt, ideóque ad ius patronatus trahenda non erunt. Sicq; iſtam differentiam inter ius patronatus, & ius ſepulchrorũ in ſpecie aſſignauit gloſ. in dicta l. quædam, verbo fundus. ff. de acquirendo rerum dominio. De qua paulò antè meminimus.

¶Similiter etiam nõ obſtat ſecũda reſponſio Alex. quòd ſcilicet ius patronatus non tranſeat in fi- 21 deicommiſſarium, ex eo quòd ipſum ius patronanatus nõ cõtineat commodum pecuniariũ. ¶Quia præterquàm quod hoc iure non probatur, † ius patronatus etiam commodum pecuniarium in ſe cõtinet. tex. in cap. nobis, fina. verbis. de iur. patrona. vbi communiter Scrib. id notant. Rochus de iur. patrona. ver. & vtile. num. 1. cum ſequẽtib. Ideóq; hæc etiam reſponſio nullo pacto admittenda erit.

¶Item etiam ſi prædicta deficerent, text. in d. §. reſtituta, ad ius patronatus trahendus non eſſet. Ius namque ſepulchrorũ nõ poteſt ad aliũ, quàm ad hæredem ex ſucceſſione trãsferri. d. l. ius ſepulchri. cum ſimil. C. de relig. Ideóque non poteſt tranſire in fideicommiſſarium, etiam ſi is loco hęredis habeatur: ſicut non poteſt tranſire in fiſcum ex confiſcatione. d. l. ſi quis fuerit. ff. de relig. quan- 22 uis † fiſcus in hoc caſu loco hęredis habeatur. l. 1. §. an bona. vbi glo. & communiter Scrib. id notant. ff. de iur. fiſci. Aliud namque eſt, quem eſſe talem, aliud haberi pro tali. l. mercis appellatione. ff. de verb. ſignifi. Sed ius patronatus non debet neceſſariò pertinere ad hęredem: ſed poteſt competere ſucceſſori vniuerſali, vel particulari cum Epiſcopi licentia, vel aliis modis, vt ſuperius oſtendimus. Ideóque non poteſt aſſignari cõgrua ratio, ex qua ad vniuerſę hæreditatis fideicommiſſarium trãſire non debeat.

¶Nec poteſt etiam pręfata cõmunis opinio ſubſtineri alia nouiſſima ratione, quam aſſignat Emmanuel Acoſta in dict. cap. ſi pater. de teſtam. lib. 23 9. 2. par. verb. Trebellianicæ. num. 4. Quòd ſcilicet quamuis ius patronatus in hæredem extraneum tranſire poſſit: non tamen poſſit tranſire in fideicommiſſarium ex eo, quia is fideicommiſſarius, etſi vniuerſa hæreditas ſibi reſtituenda ſit: habetur tamen loco legatarij particularis, nec in eum neceſſariò hæreditas cũ oneribus & honorib. reſtituẽda eſt. Sed poteſt hęres tẽpore reſtitutionis omnia debita detrahere: prout ipſe ibidem. nu. 2. 3. & 4. latè proſequitur, atque probat. Ideóque ad ipſum fideicommiſſarium tãquam legatarium particularẽ non poteſt ius patronatus tranſire abſque Epiſcopi licentia. Ius namque patronatus: quãuis in hæredem tranſire poſſit abſque Epiſcopi licẽtia: non tamen poteſt in legatarium, ſeu alium ſuccedentẽ titulo particulari abſque eius licentia tranſire. tex. vbi communiter Scriben. id notant in ca. cùm ſeculum de iur. patro. & in cap. illud. & in cap. laico, & in cap. ſuggeſtũ. eod. titulo. Ex quo infert ſing. limitationem ad text. in dict. §. reſtituta. & ad præfatam communem opinionẽ, quàm ſuperius præmiſimus, ſi vera foret: quòd ſcilicet obtenta à fideicommiſſario licentia Epiſcopi: illico in ipſum ius patronatus tranſiret. In quo caſu inquit procedere poſſe opinionem contrariam: prout ipſe probat ibidem. num. 6. ad fin vbi concludit ius patronatus non tranſire in fideicommiſſarium, licentia Epiſcopi non interueniente: ea autẽ obtẽta tranſire, ita vt tota vis huius communis opinionis, in authoritate ſeu licentia Epiſcopi apponenda ſit.

¶Hæc autem † omnia, quę vir iſte alioqui doctiſſ. in in hoc articulo ſcripſit, abſque ratione, ac iuridico fundamento mihi eſſe videntur. Siquidẽ fideicommiſſarius, vel legatarius totius hęreditatis, ſeu cuiuſuis hæreditariæ portionis, loco hæredis, non autem legatarij particularis (prout ipſe exiſtimat) habetur, fideicommiſſúmque ipſum ſibi cum oneribus & honoribus: non autem detractis debitis reſtituendum eſt, vt ſupra iſto libro ca. 10. num. 6. & 7. cum ſequen. aperriſſimè demonſtrauimus. Et probat tex. in l. 1. §. de illo, vbi Bart. & communiter Scriben. id notant. ff. ad Trebel. Ex quo fit, vt in hoc caſu licentia Epiſcopi neceſſaria non ſit: cùm ius patronatus tranſeat in ſolidum, cum vniuerſa hæreditate, atque cum certa eiuſdem portione pro rata portionis hæreditariæ, quo ad eiuſdem



dem iuris patronatus exercitiũ, vt probatur in capit. de iure. de iur. patro. & in Clem. 2. eod tit. & ipſe Emanuel. Acoſta concedit.

¶Imò quamuis nõ poſſet ius patronatus in fideicommiſſarium tranſire, ex eo, quia legatario particulari non hæredi vniuerſali æquiparandus eſſet (quod verum non eſt) adhuc in caſu, de quo agimus non tranſiret, etiam licentia Epiſcopi interueniente. Quod probatur ex eo: quia pręfata communis opinio præcipuum fundamentum ſumpſit ex deciſ. text. in dict. §. reſtituta. In quo text. ius ſepulchrorum nõ tranſit in fideicommiſſarium hæreditatis: quia hęreditarium non eſt ſecundùm cõmunem opinionem. Si igitur ius patronatus non tranſit in fideicommiſſarium, ex eo: quia iure hæreditario non capitur, vt omnes Scribentes ſuperiùs relati cenſuerunt: conſequens eſt, vt etiam licentia Epiſcopi interueniente, tranſire non poſſit cùm in hoc actu deficeret voluntas teſtãtis, atque 24 etiam poteſtas. Ideóque etiam ſi licentia Epiſcopi cõcedatur nullius momenti erit deficiente teſtãtis voluntate, cum omnis † actus ex voluntate & poteſtate perficiatur, & quodlibet eorum, quod in actu deficiat, operetur eiuſdem corruptionem: vt inquit Bal. in l. ex verbis. nume. 2. C. de dona. int. vir. & vxo. Idem Bald. in l. 1. num. 55. C. de ſacr. ſan. Eccle. & in l. cùm teſtamentum. numer. 2. C. de iur. & fact. igno. Abb. in c. cùm ſuper. 2. notab. de offi. delega. Qua ratione hæc Emanuelis Acoſtæ opinio proculdubiò reiicienda eſt. Ex quibus neceſſariò corruit communis opinio remanétque iuridico fundamento deſtituta.

¶Sed cùm (vt inquit Philoſophus) corruptio vnius ſit alterius generatio, ex huius cõmunis opinionis erroneę deſtructione, plures aliæ communes, ac veriſſimæ opiniones conſeruantur, quæ neceſſariò hac communi opinione retẽta corruerẽt.

25 ¶Et primò ex his, quæ prædiximus, cõprobatur ea opinio, quæ frequentiori Scribentium ſententia recepta erat, quod ſcilicet † vendita vniuerſa hæreditate ius patronatus in emptorem tranſire debeat: cum ipſa hæreditatis vniuerſitate. Quod cenſuit Hoſtien. in c. ex literis. de iur. patro. quem Anto. Abb. atque communiter Scrib. ibidem ſequũtur quorum opinionem communẽ eſſe profitentur Felin. in c. cauſam. quæ. de pręſcri. num. 8. Rochus de Curt. de iure. patro. verb. ipſe, vel is, q. 22. num. 40. Paul. de Citadinis in eod. tracta. parte 9. q. 3. num. 9. Cæſar Lambert. in eod. tractat. lib. 1. 2. part. q. 3. artic. 15. num. 4. Deci. conſil. 127. num. 3. Bernard. Diaz. de Luco. regula. 254. Didac de Couarru. lib. 2. reſolu. cap. 18. num. 8. Auguſti Beroius in dict. cap. ex literis nume. 63. Ioan. Igne. in rep. l. neceſſarios. §. non aliàs. ff. ad Syllania. numer. 483. Emanuel Acoſt. in cap. ſi pater. de teſt. lib. 6. 2. par. verb. Trebellianicæ. num. 7. quamuis ab hac communi opinione Cæſar Lambert. atque Emanuel Acoſta in locis, quibus eos paulò antè citauimus, diſcedant propter præfatam communem opinionẽ quam ſuperiùs falſam eſſe mõſtrauimus. Cùm enim eorum præcipuum fundamentum ſit, quòd ius patronatus etiam ad fideicõmiſſariũ vniuerſæ hæreditatis tranſire non valeat conſequens eſt, vt prima opinione reiecta, hęc opinio neceſſariò admittenda ſit, quam non obſcurè ſequuta eſt l. 8. tit. 15. par. 1.

¶Secundò etiam ex præfatæ cõmunis opinionis reprobatione, conſequitur, veram cenſendam eſſe aliam cõmunem opinionẽ, qua ſcilicet ab Scribẽ. 26 communiter exiſtimatum eſt, † cõfiſcatis vniuerſis bonis, ſeu vniuerſa hæreditate, ius patronatus in fiſcum tranſire. Quam veriorem eſſe cenſuit gloſſ. in c. filiis, vel nepotibus. 16. q. 7. verbo. propinquis eámque ſequitur Rochus de Curt. de iure patro. verb. ipſe vel is. q. 29. nume. 69. & eam dixit communem opinionem Paul. de Citadinis in eodem tracta. 9. part. q. 20. numer. 28. Deci. in cap. quanto. num. 6. de iudi. poſt Abb. ibidem num. 9. Ferretus conſilio 179. numer. 1. & 2. Stephanus Auferrius de poteſtate ſeculari reg. 4. fallen. 21. Iulius Clar. lib. 5. ſententiarum. §. fina. in practi. criminal. q. 78. verſ. Quæro modò. quæ opinio proculdubiò vera, & communis eſt: quando confiſcatio à iudice Eccleſiaſtico fit, atque ſine contradictione procedit: ſed quando confiſcatio fit à iudice laico, hæc opinio pluribus dubia viſa eſt. Contrariam namque opinionem veriorem eſſe cenſuit Barba. in d. c. quãto de iudi. num. 17. & Hierony. Gigas in tract. de crimi. læſæ Maieſtatis titul. de pœnis committen. cri. læſæ Maieſta. q. 45. Quorum opinionem ſequutus fuit Emanuel Acoſta. in dict. cap. ſi pater. de teſta. lib. 6. 2. parte. verb. Trebellianicæ. n. 7. ea ratione, quòd iudex ſecularis non poſſit confiſcare ius patronatus: cùm ſpirituale, ſeu ſaltim ſpirituali annexum ſit.

¶Cęterùm adhuc verior opi. eſt, ius patronatus, cum vniuerſitate villæ, ſeu hæreditatis confiſcata in fiſcum tranſire, etiamſi iudex laicus confiſcationẽ fecerit: dummodò id non ſpecificè de iure patronatus loquẽs faciat: ſed genericè vniuerſitatem cum qua patronatus ex ſui natura tranſire debet, fiſco adiiciat, vt pręfati Docto. aduertunt. Vbi huius dicti plures rationes aſſignant, quæ apud ipſos videri poterunt. Idque ſic reſoluit Cæſar Lambertinus. de iur. patro. lib. 3. q. 8. art. 8. num. 20. loquens in vniuerſitate villæ vel caſtri: quamuis in vniuerſitate hęreditatis. contrarium & abſque fundamento exiſtimauerit ibidem. nu. 21.

27 ¶Animaduertẽdum autẽ eſt, † in omnibus caſibus, quibus ius patronatus cum vniuerſitate bonorum confiſcandum eſt, non debere tranſire exercitium iuris patronatus in fiſcum, nec etiam in hæredes delinquentis, ſed Eccleſiam ipſam liberam remanere debere ſub Epiſcopi poteſtate. Quod ſic reſoluit Rochus, qui plura refert de iu. patro. ver. ipſe vel is. q. 29. num. 68. cum ſequen. Cæſar Lambert. in eod. tract. d. lib. 3. q. 8. arti. 8. num. 22. Iacob. de Simanc. de Catho. inſtitu. titu. 9. de bon. hæreti. num. 96. Quibus etiam plura alia ſimilia coniungi poſſent, quæ omnia corruerent ſi vera eſſet pręfata communis opinio.

¶Ex quibus etiam cõſequitur, verum eſſe illud, quod dixit Guido Papæ deciſ. 507. nu. 1. vbi notabiliter inquit, quòd ſi hæres grauatus nõ poſſit detrahere quartã ex eo, quòd ſibi prohibita ſit eius detractio vel alia ratione, quod ius patronatus trãſibit inſolidum ad fideicommiſſarium. Si verò quartam detrahat, ambo erunt patroni, & pręſentabunt ſimul: hæres pro vna parte: fideicommiſſarius autem pro tribus partibus, vbi dixit ſe hanc quæſtionem ſic vidiſſe decidi, ac determinari. Ibidémque num. 2. ad finem reſpondet ad tex. in d. §. reſtituta. dicens tex. illum loqui in rebus non trãſmiſſibilibus. Quibus verbis videtur aſſignare in effectu ad tex. in d. §. reſtituta. illum intellectum, quem ſuperiùs aſſignauimus.

¶Qua in re animaduertendũ eſt in hac quæſtione, ad decidendum: Vtrum tranſeat ipſum ius patronatus

tronatus in fideicommiſſarium in ſolidum nõ eſſe conſiderandum: an hæres detraxerit quartam, vel non: ſed ſolum ad ſciendum vtrùm trãſire debeat quoad exercitium in ſolidum, vel pro rata portionis hæreditariæ. Quãuis enim hæres quartam detrahat, tranſibit tamen iuris patronatus exercitiũ in fideicommiſſarium pro rata portionum, quę ad ipſum tranſiuit prout Guido. d. deciſione reſoluit. In quo apertè lapſus fuit Cæſar Lambert. de iur. patro. libr. 1. 2. part. q. 2. artic. 35. numer. 4. cum ſequen. vbi inquit, quòd quando Trebellianica non eſt detrahenda, tranſit ius patronatus in fideicommiſſarium, quando verò eſt detrahenda, remanet inſolidum apud hæredem. Quę diſtinctio falſa eſt, ex his, quæ ſuperius adduximus: cùm ſiue quarta detrahatur, ſiue non, tranſeat ius patronatus inſolidum in fideicommiſſarium vniuerſalẽ, exercitiũ autem pro rata portione, quę ſibi, detracta quarta ſupererit.

¶Vt autem, quoad Maioratuum ſucceſſores de quib. in hoc tractatu ſemper agendum eſt, in hoc articulo plena reſolutio habeatur: ſequentes concluſiones obſeruandæ erunt.

¶Prima cõcluſio, quòd ſi ius patronatus ſit nouũ, atq; ab ipſo Maioratus inſtitutore ſimpliciter acquiſitum, ipſéq; Maioratus ex vniuerſa hęreditate inſtitutus fuerit: ius ipſum patronatus perpetuò in omnes ipſius Maioratus ſucceſſores, ad quos vniuerſa hæreditas iure Maioratus deferri debet, trãſibit: & ſi Epiſcopi licẽtia ad id nõ interueniat. Quod ex noſtra noua opinione, quam aduerſus communem probauimus, procedit. Nã ſecũdùm communem opinionem ius patronatus apud hæredes primi Maioratus inſtitutoris remanere deberet, vel apud hæredes primi Maioratus ſucceſſoris: ſi ipſe ab inſtitutore hęres vniuerſalis inſtitutus eſſet, nec ad ſequentes ſucceſſores deferendũ foret. Quod ſatis abſurdum, atque contra mẽtem ipſius Maioratus inſtitutoris futurum eſſet.

¶Secunda cõcluſio, quòd ſi ex Maioratu quarta detrahẽda ſit: tũc hæres ipſe pro rata ipſius quartæ præſentare poterit: Maioratus autem ſucceſſores pro portionibus hæreditariis ſibi remanẽtib. Si verò quarta detrahi non poſſit (prout in Maioratibus communiter contingere ſolet) ius patronatus in Maioratus ſucceſſores in ſolidum etiam quoad exercitium tranſibit, prout paulò antè probauimus. Quod retenta noſtra opinione ſic dicendum eſt. Si enim communem opinionẽ ſequamur neceſſariò dicendum erit ius patronatus in hæredem remãſurum eſſe inſolidum, ſiue quarta ab eo detrahatur ſiue non: cùm is, qui ſemel fuit hæres: non poſſit deſinere eſſe hæredes: etiamſi vniuerſa hæreditas ab eo ablata ſit. l. ex facto. §. fin. cũ ſimil. ff. de vulga.

¶Tertia cõcluſio, quòd ſi Maioratus nõ ex vniuerſa hæreditate: ſed ex quota eiuſdem inſtitutus ſit, ius patronatus tranſibit in omnes Maioratus ſucceſſores quo ad ipſum ius inſolidum: ſed quo ad eiuſdẽ iuris exercitium, pro rata hæreditariæ portionis. Quod probatur optimo ſimili: nã † ſicut in emptorem vniuerſæ hæreditatis, præſuppoſita cõmuni opinione, (de qua ſupra iſto. cap. numer. 25. meminimus) trãſit inſolidum ius patronatus quo
28 ad ius, & etiã quo ad exercitium: ſic etiam in emptorem partis hæreditatis tranſire debet, quo ad ius inſolidum: ſed quo ad exercitium, pro rata hæreditariæ portionis: prout dixit Cardinal. cõſi. 48. incip. Quidam nobilis. Cuius dictum ſequitur Cæſar Lambert. de iur. patro. lib. 1. 2. parte. quæſt. 5. arti. 16. nume. 1. & 2. Didacus de Couarr. lib. 2. reſolu. c. 18. num. 8. ad fin. Quod pari ratione in Maioratus ſucceſſore, qui fideicommiſſario portionis hæreditariæ æquiparatur, dicendum erit, retenta noſtra opinione: nam ſi communem ſequamur, cõtrarium dicendum eſſet.

¶Quarta concluſio, quòd ſi Maioratus, ex quota bonorum, ſiue ex contractu, ſiue ex vltima voluntate inſtitutus fuerit: tunc non tranſibit ius patronatus in Maioratus ſucceſſores, etiamſi Maioratus inſtitutor id ipſum ſpecificè diſpoſuerit: niſi in tribus caſibus. ¶Primus, quando ad id efficiendum licentia Epiſcopi interuenerit. Tex. in ca. quod autem. & in cap. illud. de iur. patro. & vtrobique per Scribẽ. de quo latius ſupra iſto. capit. n. 13. dictum eſt. ¶Secundus, quando in ipſo Maioratu comprehenditur villa, cum vniuerſitate, ac territorio, in qua ius ipſum patronatus habetur. text. in
29 c. ex literis. de iure patro. ¶Tertius, † vbi aliàs eius patronatus ipſis bonis Maioratus annexũ eſt. Tũc enim tanquam connexum. & acceſſorium, ad eos, quibus bona Maioratus deferuntur trãſibit. Quòd dixit Cardi. conſi. 122. incipien. Quidam habens. in princip. nu. 3. & 4. vbi ſingulariter inquit, Quod ſi quis habeat ius patronatus ratione feudi, illud non tranſmittet ad hæredes ſanguinis: ſed ad illos, ad quos feudum deuoluitur. Cuius doctrinam refert, & ſequitur Cæſar Lamber. de iur. patro. li. 1. 2. part. q. 2. artic. 1. numer. 3. ídque verum mihi videtur.

¶Quinta cõcluſio, quod ſi ius patronatus ſit antiquum, atq; hæreditarium, nec Maioratus inſtitutor de illo ſpecificè diſponat, tranſibit in primum Maioratus ſucceſſorem inſolidum, ſi ipſe ſolus hæres vniuerſalis ſit: & conſequenter in omnes eiuſdem Maioratus ſucceſſores, ad quos vniuerſa hæreditas deferenda erit, retẽta noſtra opinione aduerſus communem. Similitérque ſi Maioratus nõ ex vniuerſa hæreditate: ſed ex certa eiuſdem portione conſtet, tranſibit ad primum, & cęteros ſucceſſores iuris patronatus exercitium: pro rata hæreditariæ portionis. Si vero factus fuerit ex quota bonorum, ſeu ex certa re particulari, non tranſibit ius patronatus ad primum, nec ad cæteros Maioratus ſucceſſores: niſi id Maioratus inſtitutor cum licentia Epiſcopi diſponat: prout ſupra in iure patronatus ab ipſo Maioratus inſtitutore nouiter acquiſito oſtenſum eſt.

30 ¶Sexta cõcluſio, quod † ſi ius patronatus antiquũ, atque hæreditarium ſit poterit pater, Epiſcopi licentia interueniente, illud vni ex filiis iure Maioratus pręlegare. Quo caſu in ipſum filium, atque cæteros eiuſdem Maioratus ſucceſſores ius patronatus tranſibit, nec cæteris filiis competet querela, quaſi pater fecerit inofficioſam donationem. Quod dixit Alexan. conſi. 13. num. 10. lib. 5. Rochus de Curt. de iur. patro. verb. ipſe vel is. quæſt. 33. nu. 76. Cæſar Lambert. in eodem tracta. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. arti. 7. nu. 1. cum ſeq. D. Diua. de Couarru. lib. 2. reſolu. c. 18. nu. 9.

¶Septima & vltima cõcluſio, quod † ſi ius patronatus ex antiqua inſtitutione filiis, vel nepotibus: etiam ſi hæredes non fuerint, vel aliis delatum ſit, non poterit parens, etiam Epiſcopi licentia inter
31 ueniẽte, illud iure Maioratus filio primogenito in aliorum præiudicium aſſignare: imo hoc caſu ius patronatus nec tranſibit in primum, nec in ſequẽtes Maioratus ſucceſſores. Quod dixit Franc. in c. 1. de



§. de iur. patr. lib. 6. col. 3. Carol. Molin. in addi. ad Alex. conſ. 18. col. 2. l. 5. Rochus de Curt. d. quæſt. 33. n. 76. Pariſ. conſ. 48. l. 4. Dida. de Couarru. dict. capit. 18. num. 10.

¶Illud autem animaduertendum eſt, quòd quanuis ab Scriben. controuerti ſoleat: vtrũ quando dantur in dotem ea bona, quibus ius Patronatus annexum eſt, maritus, vel etiã vxor præſentare poſſint, & an præferendus ſit is: qui ab vxore pręſentatus eſt illi, quẽ maritus pręſentauerit, vel è conuerſo, de quo late diſputant Ancharranus cõſil. 356. Abb. in cap. fina. de conceſ. præben. nu. 8. Dominus de Rota. deciſ. 422. in no. nu. 2. Rochus de Curt. qui plura refert de iure patro. verb. ipſe vel is. nu. 60. cũ ſeq. Cæſar Lamb. in eo tracta. l. 1. 2. parte quæſt. 10. art. 2. n. 7. & 8. & alibi ſępè Sri. In bonis autem Maioratus alienari prohibitis, ſemper præſentatus ab vxore, quæ in Maioratu
32 ſucceſſit præferẽdus erit. † Cũ enim bona Maioratus in dotem dari non valeant, ita vt dominiũ in virum pertranſeat: conſequens eſt vt maritus præſentare nõ poſſit: ſed ſola vxor præſentare de
33 beat. Quod † in Regina Regni proprietaria dixit Ioan. Lup. in rep. c. per veſtras de dona. int. vir. & vxo. §. 43. nu. 10. motus ex doctrina Bald. in c. ſignificauit de reſcrip. nu. 3. Idque in vxore: quę in Maioratu, cui ius patronatus annexũ eſt, ſucceſſit: pari ratione dici poterit.

34 ¶Ex quibus etiam reſolui poterit † quid dicendũ ſit in iure, quod erat penes Maioratus inſtitutorẽ, vt in Eccleſia ipſe & nõ alius poſſit certo loco ſedere. Cùm enim ius quoddã ſimile iuri patronatus poſſit haberi in Eccleſ. in certo genere, vel modo ſeſſionis, vel in ſedilibus, & banchis ex cõſenſu ac tolerãtia Epiſcopi, vt reſoluit Abb. poſt Hoſti. & Io. Andr. in capit. penult. de ſepultu. n. 5. Rochus de Curt. de iur. patro. verb. in Eccl. n. 18. Quorum dicta refert & ſequitur Cæſar Lamb. in eo tract. lib 1. part. 1. n. quæſt. in prin. artic. 15. n. 1. & 2. conſe. eſt, vt pari ratione de hoc iure idem, quo de iure patronatus diximus, dicendum ſit.

¶Ex eiſdem etiam comprehendi poterit quid dicendum ſit in ea quæſtione, quæ frequenter con
35 trouerti ſolet, vtrũ † ſcilicet, in Maioratus ſucceſſores ius ſepeliẽdi in capella ab ipſius Maioratus inſtitutore cõſtructa pertranſeat. Pro cuius arti
36 culi reſolutione præmittendum eſt, aliud † eſſe ſepulchrum ipſum: aliud ius ſepulchrorũ: aliud autem ius inferendi mortuum in ſepulchrũ. Nãque eſt quid religioſũ, quod in nullius bonis, atque extra hominum commercium eſt, nec poteſt ab aliquo acquiri, nec poſſideri. l. quanquam in prin. ff. de aqua plu. arc. l. ſi ſepulchrum. cũ ſimil. C. de religio. ¶Ius autem ſepulchrorum eſt ius illud, quod quis acquirit in ſepulchro, quod in ſuo loco ædificauit, vt poſſint ibi ipſe, atque hęredes ſui, atque agnati, vel cognati, & cæteri quos ipſe voluerit ſepeliri, omnéſque in eodem ſepulchro alios ſepelire volentes prohibere. l. familiaria cũ l. ſeq. & quaſi per totũ. ff. de religio. l. ius ſepulchri. C. eo. Quod ſepulchrorum ius frequenter ẽt ſepulchrum appellari ſolet, & vnũ cum alio confũdi, vt probatur ex l. ſi ſepulchrũ. C. de Rel. iuncta leg ius ſepulchri. C. eo. Quod ẽt ex pluribus legibus eiuſdẽ tit. C. & ff. comprehendi poterit. Ideoque eos, qui in loco proprio ſepulchrum faciũt a buſiuè ſepulchri dominos appellamus, quãuis nihil aliud, quàm ius ſepulchri: ſeu eiuſdem vſum obtineant. Quod Placenti. atque Azo. in ſumma. C. de Religio. in princip. eleganter aduertunt id que etiam Abb. in c. abolendæ de ſepul. n. 5. atque Scrib. diuerſis in locis annotare ſolent. ¶Ius verò inferendi mortuũ in ſepulchrum eſt illud quod quis acquiſiuit à domino fundi, in quo ſepulchrũ factum fuit, vel ab eius hęrede, vt ſeipſum, vel alios poſſit in eo ſepulchro ſepelire. Quod differt à iure ſepulchrorum in eo, in quo ius directum ab vtili ſeu cõmoditas à iure vſufructus differre ſolet, & in eo etiam, quòd is, qui ius inferẽdi habet non habebit tantum ius in ipſo ſepulchro: quantũ ille, qui ius ſepulchrorum obtinet. Quæ differentia euidentiſſimè comprehenditur ex deciſi. text. in. l. monumenta. C. de leg. cuius verba sũt: *Monumenta quidẽ legari nõ poſſe manifeſtum eſt.* Ius autem mortuum inferẽdi, legare nemo prohibe
37 tur. Quę † lex in vltimo dicto de iure ſepulchrorũ intelligi non poteſt: ſed de iure inferẽdi mortuũ in ſepulchrũ intelligi debet: cùm ius ſepulchrorum non poſſit ad alium, quàm ad hæredem pertinere. l. ius ſepulchri. C. de religio. cum ſimil. Imò in primo dicto, tã de ipſo ſepulchro, quàm de iure ſepulchrorum lex illa intelligenda erit: cùm hæc duo verba communiter confundi ſoleant, & vtrum, tam ius ſepulchrorum, quàm monumentum, legari non poſſit, vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Præterea illud etiam præmittendum eſt quod quanuis iure ciuili cõſiderato, eo ipſo quòd quis inferebat mortuum in ſepulchrũ, locum religioſum efficiebat. l. 2. cum ſimil. C. de religio. Hoc ta
38 men de iure canonico non procedit: imò † quãuis quis mortuum inferat in ſepulchrum, ſepulchrũ ipſum non efficietur religioſum, niſi authoritate Epiſcopi ad huiuſmodi vſum deputatum fuerit. text. in c. ad hæc. de religio. domi. Vbi cõmuniter Scriben. id not. Glo. in ca. in Eccleſiaſtico. verb. ſi terram. 13. q. 2. Quam ibidem Scriben. ſequuntur Innoc. & Scriben. in c. abolendæ de ſepultu. Dec. qui plura refert in capit. quanto. de Iudi. n. 5. poſt Felin. ibidem num. 4.

39 Ex quo infertur † quòd tale ſepulchrum factum non interueniente Epiſcopi authoritate, poterit vendi, atque alienari: quanuis iure ciuili conſiderato, alienari nõ poſſit. Cùm enim ratio, & cauſa finalis quare ſepulchrum poſtquàm corpus in eo humatũ erat, vendi ſeu alienari nõ poterat: eſſet, quia eo ipſo, quòd corpus in eo inferebatur, religioſum efficiebatur, atque per conſequens nõ erat in hominum commercio: conſequens enim eſt vt ratione legis ceſſãte, ceſſare debeat eiuſdẽ legis diſpoſitio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. patro. Quod ſic reſoluit Felin. in ca. quanto. de iud. num. 4. Grego. in l. 1. titul. 13. part. 1. gloſ. in verbo, vendere. Idque veriſſimum mihi videtur, reiecta opi. Ioã. Fabr. in §. religioſum inſti. de rer. diui. n. 3. & Angeli ibidem, atque Deci. in d. ca. quãto. de Iudi. & Abb. in ca. abolendæ. de ſepultu. n. 4. qui contrariũ abſq; iuridico fundamẽto cenſuerũt.

40 ¶Sepulchrum † autem authoritate Epiſcopi cõſtructum vendi ſeu pignorari non poteſt, nec ẽt ius mortuum in huiuſmodi ſepulchrũ inferẽdi tex. in cap. poſtquàm. 13. quæſtione. 2. d. l. 1. tit. 13. parte. 1. vbi Gregor. Lopius in gloſſ. verb. vẽdere inquit, ſimoniacas eſſe eas pactiones quæ fieri ſolent, cum clericis, vel Religioſis, vt pro capella aliquod pretium, vel aliquid annuum eiſdem præſtetur. Cum enim hæc Religioſa ſint, non poteſt pro eis aliquid temporale præſtari. Idque verum, ac Iuridicum eſt. quamuis frequen-

ter malè obſeruari,vel etiam palliari ſolitum ſit.
¶His igitur præſuppoſitis, in quæſtione propo-
41 ſita diſtinguēdum eſt.†Aut enim ius ſepulchro-
rum familiare eſt,aut hæreditariū: in has namq;
duas ſpecies ſepulchra diuidūtur.leg.familiaria,
cum leg. ſeq.ff.de religio. ¶Si ſepulchrum fami
liare ſit, omnes Maioratus ſucceſſores,qui ex fa-
milia eius qui ſepulchrum conſtruxit,fuerint,in
eo ſepulchro ſepeliri poterunt:quanuis hæredes
non ſint.d.l.familiaria.cum ſequentib.vbi com-
muniter Scriben.id notāt. ¶Si verò ſepulchrum
ipſum hæreditarium ſit,dicēdum eſt, quòd iura
eiuſdem ſepulchri ad primū Maioratus ſucceſſo
rem, qui hæres nō fuerit ſeu ad ſequētes ſucceſ
ſores non tranſibunt: cùm ius ſepulchrorum nō
niſi ad hæredem tranſire poſſit d.l. ius ſepulchri,
cū ſimil.C.de Religio. ¶Si verò hæres fuerit,trā
ſibunt ad illum,non autē ad ſequentes ſucceſſo-
res: ſed apud primū Maioratus ſucceſſorem hæ-
redem inſtitutum remanebūt.d.l. quia perinde.
§.reſtitut.ff. ad Trebel. niſi Maioratus inſtitutor
id expreſſè diſpoſuerit.Tūc námq; in ipſum Ma-
ioratus ſucceſſorē, qui hæres non eſt,iura ſepul-
chrorum non trāſibunt: ſed ſolum ius inferendi
mortuum in ſepulchrum, quod legari, ſeu fidei-
cōmitti poteſt.d.l.monumenta.C.de leg.Vel niſi
ius ſepulchrorū ipſis rebus Maioratus annexum
ſit: prout ſupra iſto.c.nu. 29. in iure patronatus
oſtenſum eſt. Ex quibus ſupereſt in hac materia
pleniſſima reſolutio, quæ menti perpetuo com-
mendanda erit: non enim hæc alibi ſic reſoluta
inuenientur.
¶Id tamen pro huius articuli complemento an-
42 notandum erit, † facta ſemel præſentatione à
Maioratus poſſeſſore, eam non poſſe poſt eius
mortē à ſequenti ſucceſſore reuocari:quod pro-
bat tex.in c.querimoniam de iur.patro.vbi Abb.
nu.2. & communiter Scrib.id notant: niſi facta
pręſentatione moriatur Maioratus poſſeſſor an-
te factam inſtitutionem eo tempore, quo ipſe
variare poſſet. Tunc enim variare etiam poterit
eius ſucceſſor alterum præſentando: ſi vterque
patronatus laicus erat, vt eſt de mente Abb. &
Scrib.in d.c.querimoniam. Idque non obſcurè
ſentit. Cæſar Lambert. de iure. patron. l.3. 5.
q.prin.art.1.vbi plenè proſequitur materiam.

*S V M M A R I A.*

1 *Ad Maioratus poſſeſſorem pertinet,ius eligendi Magiſtratus,in Oppidis ſuæ Iuriſdictionis.*
2 *Vox eligendi,eſt fructus veri dominij.*
3 *Is, qui dominium ad vitam reſtrictum habet poteſt ad officia ſecularia præſentare.*
4 *Magiſtratus à Maioratus poſſeſſore creati,vtrum eius morte expirent.*
5 *Magiſtratus ad beneplacitum creatus,expirat morte conſtituentis: niſi à Principe creatus fuerit.*
6 *Magiſtratus, qui morte Maioratus poſſeſſoris expirauit: an poſsit vti iuriſdictione vſque in aduentum ſucceſſoris, vel an ea vti debeat concilium oppidi.*
7 *Locum tenens, vtrum mortuo correctore poſsit exercere iuriſdictionem, vel an iuriſdictio deuoluatur ad ciuitatem.*
8 *L. vbi abſunt.ff.de tuto. & cura.dat ab his declaratur.*
9 *Ciuitates,vt plurimum nullam iuriſdictionem habent.*
10 *Iuriſdictio non capitur ab eligente, ſed à domino confirmante.*
11 *Vicarij ſeu locum tenentes ab inferioribus à, Principe creati, vtrum habeant iuriſdictionem ordinariam.*
12 *Iuriſdictio ordinaria non poteſt ab alio, quàm à Principe vel à lege concedi.*
13 *Vicarius Epiſcopi ex iuris diſpoſitione habet ordinariam iuriſdictionem.*
14 *Statuta facta à Præſide, & Rectoribus Ciuitatis, mortuo an Præſide non expirant.*
15 *Contractus factus à tutore nomine minoris, mortuo tutore non expirat.*
16 *Contractus factus à Prælato de re Eccleſiæ cum conſenſu capituli, morte Prælati non expirat.*
17 *Tabellio creatus à Maioratus poſſeſſore vtrum, eo mortuo, deſinat eſſe Tabellio.*
18 *Decurio creatus à Maioratus poſſeſſore, vtrum eo mortuo, expiret eius officium.*
19 *Arcis præfectus, vel ſimiles officiarij, à Maioratus poſſeſſore creati, expirant eius morte.*
20 *Pœnarum fiſcalium perceptio pertinet ad Maioratus poſſeſſorem.*
21 *Ius confiſcandi ſoli ſupremo Principi competit: priuilegio tamen, ſeu conſuetudine poteſt inferiori competere.*
22 *Pœnæ fiſcales ſunt fructus iuriſdictionis.*
23 *Pœnæ fiſcales pertinent ad vſumfructuarium.*
24 *Bona immobilia confiſcata, vtrum pertineant ad Maioratus poſſeſſorem.*

## *Qualiter poſſeſſor Maioratus, cui iuriſdictio ineſt, valeat commodis iuriſdictionis frui.*

### CAPVT XXV.

VIſo qualiter Maioratus poſſeſſor com-
modis rerum Maioratus, quæ dominiū,
ac eiuſdem emolumenta contingunt,
vti poſſit, neceſſarium mihi viſum fuit
qualiter commodis iuriſdictionem ſpectantibus
frui valeat, oſtendere. Sed cùm in duobus, præ-
ſertim Iuriſdictionalia commoda cōſiſtant: hoc
eſt, in Magiſtratuum, cæterorúmque officialiū
creatione, ac etiam in pœnarum fiſcalium per-
ceptione, conueniens erit, vtrumque ſigillatim
enarrare, vt conſtet qualis quo ad vnum ac al-
terum ſit Maioratus poſſeſſoris, authoritas, &
poteſtas.



¶Quo verò ad primum articulum quod ad Ma-
giſtratuum creationem attinet, præmittendum
1 eſt: Maioratus poſſeſſorem †, qui in Caſtris,ſeu
oppidis merum,mixtúmque Imperium,ac Iuriſ-
dictionem habentibus iure Maioratus ſucceſſit,
poſſe in eis tāquam verum,ac perfectum domi-
num Magiſtratus,Rectores,Decuriones,Tabel-
liones,executores,cęteróſq; id genus officiarios
creare, qui omnia Iuriſdictionalia eius nomine
exerceant, ac exequantur, ſi hoc ius Maioratus
inſtitutori cōpetebat. Cùm enim ipſe verus do-
minus ſit:conſequens eſt, vt ad illum ius eligēdi
huiuſmodi officiarios,quod veris dominis com-
petebat,pertineat.Pro quo facit elegans dictum
Innoc.in c.Cumana.col.fin.de elect.Vbi inquit,
2 ꝙ†vox, eligēdi,eſt cōmodum & fructus veri do-
minij.Ideóque ad verū dominū ſpectat, ꝙ etiam
dixit idē Innoc.in c.cùm eccleſia Sutrina.colum.
penul.verb.faciēdis.de cau.poſſ.& proprie Imol.
In Clem.2.colum.2.de ætat.& qualitat.Felin.qui
plura refert in c.cùm olim de maiora.& obedien.
num.2. ¶Nec his obſtat,quod dominium hoc ad
3 vitam reſtrictum ſit:is†namque qui dominiū ad
vitā reſtrictum habet, poteſt ad officia ſecularia
præſentare, vt cenſuit, poſt longam diſputatio-
nē Guillel.Benedict. qui plura refert in quæſtio-
ne,de theſauraria,quam poſuit ad finem repeti-
tionis.cap.Rainutius.de teſta.nu.10.Quod etiam
in feudatario dixit Carol.Molin.in cōſuet.Pariſ.
tit.1.§.1.gloſſ.5.num.57.Idque notiſſimum eſt.
¶Hoc autem præſuppoſito ad cuius articuli per-
fectam cognitionem, tractandum ac reſoluen-
4 dum erit:an†Magiſtratus,decuriones,Tabellio-
nes,arcis præfecti,executores, cæteríque id ge-
nus officiarij à Maioratus poſſeſſore creati, poſ-
ſint etiam eodē mortuo huiuſmodi officia exer-
cere:an eius morte eorum officia illicò expirent,
poſſintque à Maioratus poſſeſſore denuò aliis
conferri. Pro cuius rei reſolutione, quæ fre-
quens,& aſſidua eſt,ſequentes concluſiones ob-
ſeruandæ erunt.
¶Prima concluſio, quòd ſi Maioratus poſſeſſor
Magiſtratus in oppidis ſuæ ditiònis ad ſui bene-
placitum appoſuerit,hi Magiſtratus morte eiuſ-
dem expirabunt nec tempore mortis ſucceſſoris
5 Iuriſdictionem exercere poterunt.Eſt † namque
regulare,vt id,quod ad beneplacitum cōceſſum
eſt:quanuis id perpetuum reputetur. l.Iuriſperi-
tos.ff.de excuſa.tutorum. Scriben.in l.principa-
libus.ff.ſi cert.peta.morte tamē concedētis expi-
ret.l.4.ff.loca.vbi Bartol.& cōmuniter Scrib.tex.
in c. ſi gratioſe de reſcript. lib.6.glo. & Scrib.in
Clementina etſi principalis, in verb.per lectio-
nem.de reſcriptis.Idque verū eſt,ſiue Maioratus
poſſeſſor nomine proprio, ſiue nomine Maiora-
tus, Magiſtratus creauerit. Nam vtroque caſu,
Magiſtratus conſtitutio morte eiuſdem expirat,
nec facienda eſt in hac ſpecie diſtinctio tex.in d.
capitul.ſi gratioſe. Non enim poteſt Maioratus
poſſeſſor de futuris in præiudicium ſucceſſoris
diſponere: nec ipſum ſucceſſorem ſupplantare
præueniendo ante tempus: cùm habeat domi-
nium ad vitam reſtrictum,ac limitatum,vt ſupe-
riùs dictum eſt. Idque in Prælato dixit Inno. in
capitul.1.ad fin.de maiori.& obedi.Bald.in capit.
1.qui ſucceſſores feud.dar.tene.in vſib.feud.nu.
3.Matthæus de Afflict. deciſi.101.num.3. Anton.
Gabriel. lib.3. cōmunium opinionū de iure quæ-
ſito non toll.concluſi.5.numer.14. Quæ omnia in
Magiſtratibus ab inferioribus à Principe conſti-
tutis,vera ſunt:in Magiſtratibus autem à Princi
pe creatis non procedunt. Hi námque magiſtra-
tus etiamſi ad beneplacitum conſtituti fuerint,
eorum iuriſdictio, mortuo etiam Principe non
expirat,vt optimè exiſtimat Boerius qui plura in
idem adducit.deciſi.149.num. 11. cum plurib. ſe-
quent. Hoc autem, quod in hac concluſione, &
ſequentibus in Magiſtratibus à Maioratuum
poſſeſſoribus creatis aſſerimus, pari ratione in
executoribus, aliiſque iuſtitiæ miniſtris dicen-
dum erit.
¶Sed eſt pulchrum dubium:an hoc caſu poteſtas
Magiſtratus à Maioratus poſſeſſore creati, eo
mortuo ſtatim expiret: an duret vſquequo ſuc-
ceſſor per ſe vel ſuos Magiſtratus iuriſdictionē
incipiat exercere, ſeu medio tempore concilium
oppidi, vel ciuitatis poſſit Magiſtratus creare,
6 aut iuriſdictionalia exequi. Quod † in locum te-
nente à correctore mortuo creato quotidie con-
tingit, frequentérque controuerti ſolet. In qua
quæſtione prima facie dicendum videbatur iu-
riſdictionem in concilium oppidi, ſeu ciuitatis
tranſire ex text.in capit. cum olim.de maiori. &
obedi. vbi mortuo Epiſcopo,ius electiones con-
firmandi, & omnia iuriſdictionalia exercendi,
in capitulum transfertur. Quem text.procedere
tam in vniuerſitate Eccleſiaſtica: quàm ſeculari,
cenſuerunt Hoſti.Anton.colum.pen.& Imol.co-
lum.9.in cap.cum omnes de conſti. Quos refert,
7 & ſequitur Felin.ibidem.numer.13.Idem † etiam
videtur probari ex text.in l.vbi adſunt. ff. de tu-
to.& cura.dat ab his.vbi deficiente iudice,pote-
ſtas dandi tutores apud ordinem decurionum re
manet. Per quem tex. hanc opinionem ſequitur
Baldus ibidem poſt princip. & in d. cap. cum o-
mnes num.22. Quibus plura cumulat Felin. in
Rub.de appellation.num.4.
¶Contrariam tamen ſententiam: imò quòd hoc
caſu iuriſdictio non ſit exercenda ab vniuerſi-
tate: ſed mortuo domino vel correctore poſſit
eam exercere eius vicarius ſeu locumtenens,vſ
que in aduentum ſucceſſoris,verā eſſe profitetur
Innocen.in cap. cū acceſſiſſent in verbo ſedis de
conſtitu.quem ibi ſequitur Bald. ſibi contrarius
num.10. Quorum opinionem ſequuntur Mon-
taluus in ſuo repertorio verbo. vniuerſitas. &
Auiles ſuper c. correctorum c. 5. gloſſ. verbo *ſu-
ſpendidos*.numer.8.& *Auendanno* in eiſdem capi-
tulis.c.3.num.1.
¶Hæ autem opiniones vnico verbo conciliari
poterunt: aut enim vniuerſitas ex conſuetudi-
ne,ſeu Principis priuilegio iuriſdictionem, me-
rúmque ac mixtum imperium habet & tunc qui
dem mortuo correctore, omnis iuriſdictio ad
8 ipſam deuoluetur.Sícq;†intelligendus eſt tex.in.
d.l.vbi adſunt, & Scriben. quos pro prima opi-
nione citauimus. Aut nullam habet iuriſdictio-
9 nem: prout communiter† videmus illā ciuitates
non habere, vt dixit Baldus in l.quanquam nu-
mer.10.C.de ſenten.quæ ſine cert. quāti. profer.
& tunc iuriſdictio ad vniuerſitatem non de-
uoluetur: ſed iudex vſque in aduentum ſuc-
ceſſoris iudicabit: argumento tex.in leg.memi-
niſſe. ff.de officio Proconſul. & lega. vbi finito
tempore officij,iudex vſque in aduentum ſucceſ
ſoris iuriſdictionem exercet:ſicque intelligenda
ſunt dicta Scriben.quos pro hac vltima opinio-
ne paulò antè adduximus. Quam concordiam

inter has cõtrarias opiniones poſuit Ludo.Rom.
in Rub.ff.de arbi. 15. columm.verſicul. ſed pone,
quod pars velit. Cuius opinionẽ ſequitur Felin.
in Rub.de appellationib.nu.4.vbi plura in idem
adducit,eiúſque ſentẽtia vera eſt, & miror quòd
nullus ex Scribẽtibus, quos ſuperiùs citauimus,
de illa meminerit.Sicque in quæſtione propoſita
dicendum erit iuriſdictionẽ deuolui ad vniuer-
ſitatem. vbi vniuerſitas ipſa iuriſdictionẽ habet:
aliàs autem Magiſtratum à Maioratus poſſeſſore
creatum poſſe iuriſdictionalia exercere,vſque in
ſucceſſoris aduentum, quæ inter has contrarias
opiniones concordia ſubtilis,ac vera eſt.
¶Hæc tamen intelligenda ſunt, quando vniuer-
ſitas iuriſdictionem habet iure proprio:ſecùs ta-
men quando ſolum habet electionem ſeu nomi-
nationem Maioratus poſſeſſor confirmat. Tunc
namque iuriſdictio ad ipſam non deuolueretur:
10 cùm † ipſa iuriſdictionem nõ habeat,ſed iuriſdi-
ctio à confirmante accipiatur: nõ autem ab vni-
uerſitate eligẽte, vt probatur ex tex.in Authent.
de defenſoribus ciuitatum. §.iuſiurandum verò,
Collat.3.vbi per Angel.& Scrib.tex.vbi Bartol.&
cæteri in l.nulli.C.de defenſo.ciuitatũ. idémque
Barto.in l.& quia.ff.de iur.omniũ Iudi. vbi Ale-
xand.Iaſſ.& communiter Scriben. Quod etiã di-
cendum erit in aliis caſibus vbi officium Magi-
ſtratus morte conſtituentis expirare inferiùs re-
ſoluemus,idque veriſſimum eſt.
¶Secunda concluſio,quòd ſi Maioratus poſſeſſor
iure proprio, & abſque populi nominatione lo-
cum tenẽtes,ſeu vicarios in oppidis,ſuę ditionis
creauerit, vt per annum vel biennium,vel aliud
tempus ſimile iuriſdictionem exerceant,eo intra
terminum moriẽte, iuriſdictio eorum expirabit:
poterítque eius ſucceſſor alios iudices in eorum
locum ſubſtituere. Ad cuius cõcluſionis proba-
tionem plurimùm cõducere videtur,inueſtigare
11 an † hi vicarij,qui ab his,qui iuriſdictionẽ à Prin
cipe habeant, creantur, ordinarij, ſeu delegati
cẽſendi ſint.In qua quæſtione ſic diſtingui ſolet.
¶Aut enim vicarij à Principe in locum illius,qui
ab ipſo iuriſdictionem habent,conſtituuntur, &
hi ordinarij reputantur. gloſſ.cõmuniter appro-
bata in rubrica.C.de officio eius, qui vic.alt.ger.
Bartol.in l.ſuggerente.C.eod.nume.1.Paul.in l.2.
C.de officio eius,cui eſt mand.iuriſ.num.3.Bald.
in l.aliquando. ff.de officio Proconſul.1.& 2.col.
¶Aut non à principe, ſed ab illo, qui à Principe
iuriſdictionem habet,conſtituti ſunt, & hi non
ordinarij, ſed delegati ad vniuerſitatẽ cauſarum
12 cẽſentur.Nõ † enim poteſt ordinaria iuriſdictio,
niſi à Principe,vel à lege cõcedi. l.1.§.cũ vrbem.
ff.de officio.Præf.vrb.l.more.vbi per Scribent.ff.
de iuriſdictio. omni. Iudi.l.2.& l.18.tit.4.part.3.l.
1.titul.15.lib.2.ordina.quæ eſt.l.1.titu.9.lib.3.in no
ua collectione legum Regni. Sicque hanc di-
ſtinctionem plura in eius comprobationem ad-
ducens probat Alexan.in Rub.ff.de officio eius,
cui eſt manda. iuriſ. num. 17. quem refert, & ſe-
quitur Alciatus in Rubrica de officio ordina. n.
24.Gregor.in l.2.tit. 4. part.3. verb. *Eeſtos atales*.
Si igitur delegati non ordinarij ſunt, conſequẽs
eſt, vt eorum officia morte conſtituentiũ expi-
rẽt.d.l.more,vbi notatur per Scriben.ff.de iuriſ-
dict.omni.iudi.Riminaldus in Rub. ff. de offi.e-
ius,cui eſt manda.iuriſ.

¶Contrariam autem ſententiam,imò,quòd ſimi
les vicarij cenſeantur habere iuriſdictionem or-
dinariam:etiamſi à Principe creati non ſint, dũ-
modò ex ſcientia, ac tolerantia Principis conſti-
tuantur:prout locum tenentes,ſeu vicarij corre-
ctorum & Baronum aſſiduè conſtitui ſolent,
veriorem eſſe cenſuit Bartol.in l. nec quicquã.§.
vbi decretum.ff.de officio. Procõ. nu.5.1. lectura,
& 2.lectura nu.8. Paul.in Rub.ff. de officio aſſeſ-
ſo.num.2.Angel.in l.prima. col.2. ff. de offi.eius,
cui manda.eſt iuriſ.Curt.Iuni.in Rub. ff. de offi.
eius.num.19.Couarru.lib.3.reſolutio.c. fin. num.
4.Auiles ſuper capitulis correctorum.ca.4.verb.
iuſtitia nu.4.Auendanno ſuper eiſdem capitulis.
c.3.num.1.
¶ Sed quanuis vtraque opinio facillimè contro-
uerti poſſet, mihi tamen videtur quòd etſi cõſi-
deratis iuris communis principiis,prima opinio
verior cenſenda eſſet, hodie tamen conſiderata
facultate, quæ à Principe concedi ſolet corre-
ctoribus,& etiam dominis temporalibus, vt iu-
riſdictionem per ſe atque per ſuos locum tenen-
tes,ac vicarios exercere poſſint,atque attenta ge
nerali horum Regnorum conſuetudine, iuxta
quam omnes vicarij, ac locum tenentes ab infe-
rioribus à Principe creati, de cauſis etiam meri
Imperij, quæ delegari non poſſunt, cognoſcere
ſolent.Quæ conſuetudo Principis tolerantia,at-
que plurimum legum Regiarum deciſionibus
tolerata,atque etiam comprobata eſt,hæc igitur
vltima opinio tam in iudicando, quàm in conſu-
lendo ſequenda erit. Quam hucuſque commu-
nis horum Regnorum vſus probauit.
¶Quanuis autem inueſtigatio hæc, quo ad alia
vtilis eſſe poſſit, quod tamen ad hanc concluſio-
nem attinet, ſuperflua eſt,cùm etiamſi Magiſtra
tus à Maioratus poſſeſſore creatus,ordinari9 ſit,
adhuc eius officium morte cõſtituentis expirare
debeat:eſt námque dominium Maioratus poſſeſ
ſoris ad vitam eiuſdẽ reſtrictum, ac limitatum,
nec poteſt Magiſtratus cõſtituere poſt eius mor-
tem duraturos,vt ſuperiùs oſtenſum eſt.Ideóque
eius morte Magiſtratus ab eo creati,expirare de
bẽt,quod probatur ex tex. in l.diem functo.ff.de
offi.aſſeſſo.Per quem text.dixit Bald. quòd mor-
tuo Præſide ante finitum officium nedum expi-
rat eius officium, ſed etiam omnium eius officia
lium.Cuius dictum refert,& ſequitur Iacobinus
ibidem num.1.En igitur qualiter ſiue is,qui vica
rij officium habet,ordinarius, ſiue delegatus ſit,
mortuo Præſide, qui eum vicarium conſtituit,
Iuriſdictio eiuſdem expirat. Quod etiam vide-
13 mus ſimpliciter in vicario Epiſcopi,nam † quan-
uis ipſe ex iuris diſpoſitione ordinarius ſit,vt di-
xit glo.in ca.2.de offic. vica.li.6. & in c.Romana.
in princ.verb.generaliter.de appellationib. eod.
lib. Felin.in Rub.de officio delega.num. 4.Quo-
rum opinionem communem eſſe aſſerit Couar-
ru.lib.3.reſolu.c.20.num. 4. Eius tamen Iuriſdi-
ctio mortuo Epiſcopo,qui eum conſtituit ſtatim
expirat,vt notat Bal.in l.aliquando. col. 2.q.10.ff.
de offic. Procon. & legat. Alciat. in Rub. de
offic. ordi.num.24.Iacobi. de Sancto Georg. in
l.more.num.35. ff. de iuriſd.omni. Iudi. Quæ o-
mnia ad poſſeſſores Maioratus rectè adaptari
poterunt.
¶ Tertia concluſio, quòd ſi Maioratus poſſeſſor
iudices



iudices annales ex populi nominatiõe creauerit,
ſeu cõfirmauerit,qui vulgo Alcades ordinarij nũ
cupãtur: hi iudices mortuo etiã Maioratus poſ-
ſeſſore,poterũt ea officia exercere,nec poterit e-
ius ſucceſſor anno ſuæ Iuriſdictiõis durãte,alios
iudices in eorum locum ſubſtituere. Cuius con-
cluſionis ratio eſt:quia actus iſte ex populi nomi
natione perfectus eſt. Ideóq; ſola morte domini
non finitur:cùm populus, ex cuius nominatione
hic iudex creatus fuit,non moriatur.l. cum pro-
ponebatur.cum ſimilib.ff.de iudic. Nec mirũ vi-
deri debet quòd is iudex, qui à ſolo Maioratus
poſſeſſore per tẽpus limitatum creatus eſt, mor-
te conſtituentis intra id tempus contingẽte ſta-
tim expiret.Is tamẽ, qui ex populi nominatione
iudex conſtitutus fuit, etiam poſt eius mortem
14 iuriſdictionem exercere poſſit.Simile † namq; vi-
demus in ſtatutis factis ab his,qui Iuriſdictionẽ
temporalẽ habẽt,quæ ſi ab ipſis ſolis facta ſint,
ſolum per tẽpus per quod Iuriſdictionem habẽt,
durabunt.l.fin. C. de offic. præfecti vrbis. l. cum
Nauarchorum.C.de Nauicu. li.11. Si autem con-
uocato concilio ab ipſo iudice fiant ſeu con-
firmẽtur,perpetua erunt nec morte eius qui illa
fecit,expirabũt.Quod dixit,Bart. in rep.l.omnes
populi.ff.de iuſti.& iure.numer. 8. vbi etiam per
Scriben.Ang.in l.1.in princip col.1.ff.quod quiſ-
que iuris.Quod etiã in tutore pari ratione deci-
15 ſum eſt.Si enim † is cõtractui à minore facto au-
thoritatẽ præſtet, eius cõtractus morte tutoris
non reſoluitur: ſed eo etiam moriente durat, ac
validus eſt.l.Si tutelæ.ff.de adminiſtr.tuto.Idque
etiam in prælato cõtractum de re Eccleſiæ cum
cõſenſu capituli faciente verum eſt. Actus nam-
16 que † ab ipſo factus,Prælato moriente, nõ expira
bit:quãuis contractus de rebus ſuæ dignitatis ab
ipſo ſolo celebratus eo moriẽte finiatur, vt dixit
Anto.in c.fin.col. 1. ne Prælati vices ſuas. Cuius
opinionem ſequitur Soci.conſi.34. nu.3.& 4.lib.
3.& Couarru.lib.2.reſolutio.c.15.nu.6. Matth. de
Afflict.deciſ.101.num.3.
17 ¶ Quarta concluſio,ꝙ † ſi Maioratus poſſeſſor ad
quem ex priuilegio,ſeu conſuetudine Tabellio-
num creatio in oppidis Maioratus ſpectat, ali-
quem Tabellionẽm creauerit, vt in ditionis ſuæ
oppidis huiuſmodi officium per tẽpus vitæ ſuæ
exerceat,hoc Tabellionatus officium morte cõ-
cedentis non expirabit,nec illud ſequens ſucceſ
ſor reuocare poterit, ꝙ cẽſuit Albericus in l.di-
gna vox n.1.C.de leg.vbi ſit,inquit,ꝙ quãuis pri-
uilegia gratiæ regulariter poſſint reuocari per
ſucceſſorẽ,vt probatur in ca.ſi is,cui.de præ.li.6.
Hoc fallit:niſi priuilegiũ iã ſuũ effectũ eſſet cõſe-
quutũ, puta. ſi Impetator legitimaſſet, aliquem,
ſiue naturalem,ſiue ſpurium, vel creaſſet aliquẽ
Tabellionem,vel militem,vel ſimilia: hæc nam-
que reuocari non poſſunt per ſucceſſorẽ: niſi ex
iuſta cauſa. Idem etiam dixit Bald. in cap.1. qui
ſucceſſores feud.dar.tene.in vſib.feud. nu.4.vbi
inquit,quòd ſi gratia habuit effectum conſum-
matum, ea non poterit per ſucceſſorẽ reuocari.
Quod probatur ex tex.in c.ſi ſuper gratia de offi
cio. delega.lib. 6. vbi per Scriben. Sicque in Ta-
bellionis creatione loquendo reſoluit Grego.Lo
pez in l.2.tit. 15. part.2.in gloſſ. in verb. *ſino el hijo mayor*. col.5. quanuis ad id Albericum non cita-
uerit,ex quibus vidi iam pronuntiari contra quẽ
dam huius Regni magnatem,qui, cuidam Tabel
lioni,cui eius prædeceſſor Tabellionatum dedit,
conceſſionem reuocauerat, alteríq; officiũ illud
conceſſerat:cõdemnatus námque fuit, vt illi Ta-
bellionatus officium reſtitueret, cum omnibus
fructibus,ac emolumentis eiuſdem officij. Sicq;
ex mandato ſupremorum, Iudicium pronuntia-
tum,ac exequutum fuit.
¶ Contrariam tamen ſententiam:imò,quòd ſuc-
ceſſor poſſit huiuſmodi Tabellionatus officium
reuocare, veriorem cenſuit loquendo in Præla-
to Matthæus de Afflict. deciſ.101.num.2. & 3.vbi
inquit ſic fuiſſe iudicatum in Regio cõſilio Nea-
politano: ipſe tamen de dicta Alberici opinione
non meminit.
¶ Pro concordia autem ſic diſtinguendum eſſe
cenſeo,aut enim Maioratus poſſeſſor aliquẽ pri-
uatũ,qui nec erat Tabellio,nec notarius, Tabel-
lionem perpetuum creauit: & hanc Tabellionis
creationem,nec ſucceſſor,nec ipſe,qui illã fecit,
reuocare poterit.Habuit námque gratia iſta effe
ctum conſummatum,vt is,qui ſemel fuit Tabel-
lio,perpetuò Tabellio eſſe non deſinat, cùm ſui
natura huiuſmodi officium perpetuum eſſe ſo-
leat, ſemélque conceſſio fuerit ſuum effectum
conſequuta: eſſétque abſurdum, quòd is, qui
iam Tabellio, atque perſona publica ſemel
effectus fuit, abſque cauſa legitima perſona
priuata effici poſſit. Et in hac ſpecie procedat o-
pi.Alberici.
¶ Aut Maioratus poſſeſſor aliquem non denuò
Tabellionem creauit:ſed Tabellioni,ſeu notario
iam creato officium Tabellionatus ad vitam in
auditorio ſui iudicis conceſſit, quod ad tempus
locari; ſeu concedi ſolitum erat: & in hoc caſu,
quanuis is qui hoc officium ad vitam conceſſit,
non poſſit conceſſionem reuocare: ſucceſſor ta-
men eius poterit huiuſmodi officium reuocare,
alteríque illud concedere: cùm etiam reuocata
hac conceſſione,ipſe notarius ſeu Tabellio rema
neat,nec ex publica perſona,priuata efficiatur:at
que in hunc ſenſum intelligẽda erit deciſio Mat-
thæi de Afflict.ſi benè eius verba cõſiderẽtur.In
quit enim,ꝙ Archiepiſcopus Salernitanus con-
ceſſit officium actorum Magiſtri ad vitã Notario
Baptiſtæ: ex quibus verbis comprehenditur, ꝙ
tempore conceſſionis officij actorum iam ipſe
Baptiſta aliàs erat Notarius, nec ex conceſſione
illius officij Tabellio ſeu notarius creatus fuit.
Quod in effectu eſt idem, quod nos in hoc ſecũ-
do caſu paulò antè aſſeruimus. Sicque iſta intel-
ligenda eſſe mihi videntur.
18 ¶Quinta cõcluſio, quòd † ſi in oppido Maioratui
ſubiecto certus numerus decurionũ ſit, ſiue an-
nalium,ſiue perpetuorum, Maioratúſque poſſeſ-
ſor in caſu cuiuſcúmque vacationis aliquem de-
curionem ſiue perpetuũ,ſiue annalem iuxta po-
puli cõſuetudinem creauerit:is,qui ab eo denuò
creatus fuerit, eo mortuo,poterit decurionatus
officium exercere,nec ſucceſſor poterit alium in
locum eius creare.Quod procedit: nedũ quando
talis decurio ex populi nominatiõe creatus fuit.
Quo caſu id clariſſimum eſt ex his, quæ in tertia
concluſione dicta ſunt.ſed etiam vbi ex ſola Ma-
ioratus poſſeſſoris authoritate fuit cõſtitutus,v-
bi hęc decurionũ creatio,ad ſolũ Maioratus poſ-
ſeſſorẽ ptinebat,qđ pbatur ex dictis Alberici, &
Bald.deciſionibus,de quibus in præcedenti cõ-
cluſione meminimus. Gratia námque iſta effe-

ctum habuit conſummatum, cùm ſui natura offi
cium hoc, ſiue annale, ſiue perpetuum ſit habeat
tempus taxatum ac limitatum iuxta loci conſue-
tudinem. Ideóque per tempus conſuetum etiam
mortuo concedente durare debet, ídque loquẽs
in officio decurionatus verum eſſe cenſuit Gre-
gor. in d. l. 2. titul. 15. parti. 2. gloſſ. in verb. *ſino el hyo
mayor.* col. 5. Cuius opinioni libenter aſſentimur:
dummodò in hoc Maioratu poſſeſſor cõſuetum
decuriones creãdi ordinem non exceſſerit. Qui-
bus non modicum ſuffragatur deciſio tex. & quę
ibi Scriben. notãt in capit. quærimoniam de iur.
patro. iunctis his, quæ in fine capitis præcedẽtis
annotauimus.

19 ¶ Sexta, & vltima concluſio, q † ſi Maioratus poſ
ſeſſor aliquem arcis præfectum ad vitam conſti-
tuerit, ſeu idem aliud ſimile officium ad vitã cõ-
ceſſerit, hæc conceſſio morte ipſius expirabit
ſucceſſórque officium illud alteri concedere po-
terit. Hæc námque officia ab ipſomet concedẽte
ad libitum: etiam ſine cauſa reuocari poterũt. l. ſi
ita. §. dominus vbi Bald. in princip. & Alberic. n.
1. ff. de vſu, & habita. Boerius qui plures in idem
allegat. deciſi. 149. nu. 25. Ideóque à fortiori à ſe-
quenti ſucceſſore id ipſum fieri poterit, quod in
ſpecie loquendo in arciũ præfectis, & ſimilibus
officiis arbitratur Grego. in d. l. 2. gloſſ. in verb. *ſi
no el hyo mayor.* col. 5. Et hæc de prima huius capi-
tis parte, quæ ad Magiſtratuum, & officialium
creationem attinet, dixiſſe ſufficiat.

¶ Quo verò ad ſecundam huius capitis partem
principalem, in qua de pœnarum fiſcalium per-
20 ceptione tractare promiſimus, dicendũ eſt † pœ-
nas fiſcales ad Maioratus poſſeſſorem: ſicut cæte
ros rerum Maioratus fructus pertinere: quando
ius confiſcandi priuilegio, ſeu conſuetudine bo-
21 nis Maioratus annexum eſt. Id namque ius † quã-
uis propriè loquẽdo ſoli ſupremo Principi com-
petat, vt notat gloſſ. quam ſequitur Bart. num. 4.
& 11. in Rub. C. de iur. fiſci. lib. 10. vbi etiam Luc.
de Pẽna. & Ioan. de Platea, & communiter Scrib.
Tex. in l. 1. C. de bon. vacan. eod. lib. Bal. in l. 1. n. 8.
C. de hæredi. vel actio. vendi. & in Rub. C. de pri
uileg. fiſc. nu. 2. & 3. Ex priuilegio autem ſeu præ-
ſcriptione poterit id inferioribus competere, vt
dixit Ioan. de Plate. in d. l. 1. C. de bon. vacan. li. 10.
nu. 2. Bald. in d. l. 1. C. de hæredi. vel actio. vendi.
ad fi. Guilliel. Benedict. in rep. c. Rainutius. de te-
ſtam. verb. & vxorem nomine ad Elaſiã. deciſ. 5.
nu. 293. cum ſequentib. Capycius deciſ. 185. num.
3. & 4. & Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §.
3. num. 170. Idque ipſum probat. l. fina. titul. 5. lib.
4. For. ll. Si igitur id confiſcandi ius Maioratui
annexum ſit, poterit Maioratus poſſeſſor commo
do mulctarum, ac pœnarum fiſcalium frui. hæ
22 namque † inter fructus Iuriſdictionis computã-
tur. Bald. in l. fin. ff. ſolu. matri. num. 2. quem ibi
communiter Scriben. ſequuntur. Alexan. in l. di-
uortio. §. ſi vir in fundo num. 10. ff. ſolu. matri.
quem cæteri Scrib. ſequuntur. Bald. in l. 1. nu. 16.
C. de fructibus. & lit. expen. Idem Bald. num. 2. &
Paul. num. 3 in l. 2. C. de Epiſcopali audi. Paul. de
Montepico in Rep. l. Titia cum teſtamento. §. Ti-
tia cum nuberet. num. 114. ff. de lega. 2. Iacobi. de
Sancto Georg. in tract. de feudis. verb. de Caſtro
rubei montis. col. 2. verſic. Quæro etiam. Boerius
deciſione. 180. num. 4. Palat. Rubios in rep. Rub.
de dona. inter vir. & vxo. §. 62. nu. 11. Guillel. Be-
ne. in rep. c. Rainutius verb. cætera bona. num.
36. de teſtam. Tiraquellus qui plura refert. de re-
tract. conuentio. §. 5. gloſſ. 4. num. 18. Sicque pro-
culdubiò nedum ad Maioratus poſſeſſorem, qui
23 verus dominus eſt: imò † etiam ad vſufructuariũ
huiuſmodi pœnæ fiſcales ſpectant, vt Scriben. ſu
periùs relati plenè reſoluunt. Aſſeruítque Carol.
Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. gloſſ. nu. 51.

¶ Sed quãuis hoc in pœnis fiſcalibus, in pecunia,
ſeu bonis mobilibus conſiſtentibus clariſſimum
24 ſit, in confiſcatione tamẽ † bonorum immobiliũ
dubitari ſolet: an ea bona omninò Maioratus poſ
ſeſſori adiicienda ſint: an debeãt perpetuò in ipſo
Maioratu remanere. Quòd autem perpetuò in
Maioratu eſſe debeant, Maioratúſque poſſeſſor
fructibus eorum bonorum ſolum per tempus vi
tæ ſuæ frui poſſit, ſuaderi videtur: ex eò, quòd
exiſtimat Alberic. loquens in vſufructuario in l.
vſufructu legato. num. 2. poſt Iacob. de Rauena.
ibidem. ff. de vſufruct. vbi inquit, quòd bona hu-
iuſmodi immobilia confiſcata acquiruntur do-
mino quo ad proprietatem: vſufructuario autem
quantum ad vſumfructum. Quod etiam dixit idẽ
Alberic. in l. Si verò. in princip. n. 5. ff. ſolu. matri.
Bald. in l. fin. ff. ſolu. matri.

¶ Contrariam autem ſentẽtiam: imò, quòd bona
immobilia confiſcata vſufructuario omninò ac-
quirantur, nec ad proprietariũ aliquid ex eis per
tineat, veriorem cenſuit Bart. in d. l. fin. num. 1. &
2. quem ſequitur Paul. ibidem. num. 2. & 3. & Ale-
xand. ibi num. 2. qui hanc dixit communem opi-
nionem. Eandem opinionem ſequitur Bal. in l. 1.
num. 16. C. de fructib. & litium expen. Bar. & An-
ge. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolu. matr. vbi
Iaſſ. n. 8. plures alios in idem refert. Háncque opi
nionem dixit eſſe veriorem ac communem Ca-
rol. Moli. in conſu. Pariſ. titul. 1. §. 1. glo. 1. nu. 51. per
tex. ſing. in d. l. vſufructu. legato. ff. de vſufructu.
ídque veriſſimum eſt. Quanuis enim vſufructua
rio res immobiles confiſcatæ, etiam quo ad pro-
prietatem acquirantur: nihilominus tamen iuriſ
dictionis ꝓprietas integra, finito vſufructu, pro-
prietario reddi poteſt: cùm res iſtæ ſint fructus iu
riſdictionis, & de his, qui quotidie ex nouis deli-
ctis, ac cõfiſcationibus renaſci ſolent, qui regu-
lariter vſufructuario etiam quo ad proprietatẽ
acquirũtur, vt omnes Scriben. ſuperiùs relati ad-
uertunt, & etiam in præcedentibus capitibus an
notauimus. Quod potiori ratione in Maioratuum
poſſeſſoribus, qui veri domini ſunt, dicendũ erit.

¶ Quid autem dicendum ſit quando Maioratus
poſſeſſor poſt delictum commiſſum, ac accuſatio
nem propoſitam, ante diffinitiuam tamen ſenten
tiam moritur, viuentéque ſequẽti ſucceſſore ſen
tentia diffinitiua fertur: an pœnæ fiſcales perti-
neant hæredibus Maioratus poſſeſſoris, in cuius
vita negotium cœptũ delictúmque commiſſum
fuit: an ſequẽti ſucceſſori deferantur, vel ſint in-
ter vtrúmque diuidendæ: infra libro. 3. vbi erit hu
ius materiæ locus, latiùs enarrabimus.





*SVMMARIA.*


1 *Augmentum quoddam à facto hominis, quoddam à natura procedit.*
2 *Augmentum quoddam extrinſecum eſt: quoddam autem intrinſecum appellatur.*
3 *Augmentum facto hominis contingens, propriam ac ſeparatam conditionem habet.*
4 *L. Si quando, C. de bon. vocan. lib. 10. declaratur.*
5 *Bombardæ in fortaliciis Maioratus ab eiuſdem poſſeſſore ſimpliciter appoſitæ, bona libera iudicanda ſunt.*
6 *Iuriſdictio Gabellæ ſeu tertiæ in bonis Maioratus à poſſeſſore acquiſitæ, non efficiuntur ipſius Maioratus.*
7 *Præſcripta à Maioratus poſſeſſore, ex cauſa Maioratus: an ipſius Maioratus efficiantur.*
8 *Res, quam iure retractus Maioratus poſſeſſor, ex cauſa Maioratus acquiſiuit: an ipſius Maioratus efficiatur.*
9 *Vſusfructus rerum Maioratus ab eius poſſeſſore redemptus: an ipſius Maioratus efficiatur.*
10 *Cenſus à poſſeſſore Maioratus redemptus: an ipſius Maioratus efficiatur.*
11 *Augmentum, quod non poteſt ſubſiſtere de per ſe: vtrum Maioratui cedat.*
12 *Seruitus in rebus Maioratus acquiſita: an Maioratui cedat.*
13 *Æſtimatio ſemper ſecundùm tempus ſolutionis ſoluenda eſt.*
14 *Ædificia facta à Maioratus poſſeſſore in rebus Maioratus: qualiter ipſi Maioratui cedant: Vbi agitur latiſsimè de iuſtitia, ac ratione legis. 46. Tauri.*
15 *Ad l. 46. Tauri, nouus intellectus aſsignatur.*
16 *Hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris poſſunt tollere ex ædificijs factis in rebus Maioratus omnia illa quæ ſine damno ipſarum rerum tolli poſſunt.*
17 *Incrementum latens, aut patens naturaliter in rebus Maioratus contingens ipſi Maioratui cedit.*
18 *Vſusfructus in rebus Maioratus cum proprietate conſolidatus: an ipſi Maioratui cedat.*
19 *Titulus Maioratus, eſt titulus vniuerſalis, non particularis. Etſi non ex rebus vniuerſalibus ſed tantùm particularibus conſtet.*
20 *Maioratus dicitur vniuerſitas facti, non autem iuris.*
21 *Feudum dicitur etiam vniuerſitas facti, non iuris.*


## *Augmentum rerum Maioratus: vtrùm Maioratui cedat, eodémque iure: an diuerſo cenſendum ſit.*

## CAP. XXVI.

INter Maioratus ſucceſſorem, vlti-
míque eiuſdẽ poſſeſſoris hæredes
frequenter cõtrouerti ſolet: an ea,
quæ in bonis Maioratus ab eo, de
cuius ſucceſſione agitur aucta fue
runt, ſeu eius tempore bonis Maioratus adiuncta
eandem Maioratus naturam ſequi debeant, an
tanquam bona libera cenſenda ſint. Ex qua con-
tentione innumeræ lites excitantur. Sed, vt de
hac re perfecta, ac vera reſolutio habeatur, con-
1 ſiderandum erit: augmentum † quoddam eſſe,
quod facto, ac induſtria Maioratus poſſeſſoris
rebus Maioratus accedit: quoddam autem, quod
non accedit facto Maioratus poſſeſſoris: ſed caſu
& fortuna, ſeu aliàs naturaliter rebus Maioratus
vnitur. Qua diſtinctione vtitur in ſpecie Maio-
ratus Palat. Ruuios in repub. rubri. de donat.
inter virum & vxor. §. 62. num. 16. licet amplius
materiam iſtam quæ longo tractatu indigeret,
non diſcurrat.

¶ Vt autem ea, quæ ab Scribent. in hàc materia
augmenti diffuſè ſcripta ſunt breuiſsimè reſol-
uamus: ea, quã nunc præpoſuimus diſtinctione
præmiſſà, in prima ſpecie ſubdiſtinguendum e-
rit. Aut enim res facto Maioratus poſſeſſoris bo-
nis Maioratus adiuncta poteſt ſubſiſtere de per
ſe, eſtque ab ipſis rebus Maioratus ſeparabilis,
2 quod † augmentum extrinſecum ab Scribẽt. ap-
pellatur, aut non poteſt ſubſiſtere de per ſe, nec
à rebus Maioratus ſeparari, quod ab eiſdẽ Scrib.
augmentum intrinſecum appellari ſolet.

¶ Si res ipſa Maioratui ab eiuſdem Maioratus poſ
ſeſſore addita poteſt per ſe ſubſiſtere, clariſsimũ
eſt, eam nõ ſequi Maioratus naturam, nec ad cæ-
teros Maioratus ſucceſſores iure ſucceſſionis
pertinere: ſed Maioratus poſſeſſoris hæredibus
tanquàm alia bona libera eſſe adiiciendam. Ea
3 † namque quę facto hominis fundo adiiciuntur,
propriam, ac ſeparatam conditionem habent, &
egent ſeparata poſſeſſionis apprehenſione, & ſe-
parata præſcriptione, vt eleganter inquit Iuriſ-
conſultus in l. qui fundum. §. 1. ff. pro emptore.
Probat tex. in capit. 1. §. è contrario. de inueſtitu.
de re alien. fact. vbi communiter Scribent. &
eſt communis reſolutio ſecundùm Aluaro. in
capit. 1. §. ſi quis de manſo. de controuer. inue-
ſtit. Idque ſic in ſpecie reſoluit Carol. Molineus
in conſuetud. Pariſ. titul. 1. §. 1. gloſſ. 5. num. 20. Iu-
lius Clarus lib. 4. ſenten. §. feudum. quæſt. 88. ver-
ſic. Sed pone.

¶ Quod nedum procedit, ac verum eſt: quando
principaliter rebus Maioratus res aliqua addita
eſt: ſed etiã quãdo acceſſoriè additur. ita vt res i-
pſa, ac res Maioratus fiat vna, ac eadem res. Non
enim res addita ſi poteſt à Maioratu ſeparari, ei-
dẽ cedet: ſed poſſeſſoris hæredibus adiiciẽda erit
niſi expreſſè, ac ſcienter à Maioratus poſſeſſore,
addita ſit: cum eadem qualitate Maioratus, & vt
perpetuò ipſius Maioratus efficiatur. Quod pro-

vnus ex ſociis.ff.de ſerui.ruſti.præd.prædioq́; inhæreat,vt inquit.Bart in l.1.nu.3.ff.de ſerui.quando ſimpliciter cōceditur ipſi prædio conceſſa cēſenda eſt,vt *ibidem* Scriben.aduertunt.Quod de ſeruitute reali intelligendū eſt,nō de ea,quæ debetur perſonæ,de qua Docto. in.d.§. ècontrario, non ſentiunt:quanuis ſimpliciter loquantur.

¶ Si autem præſcriptione ſeruitus acquiſita fuerit:tunc diſtinguendum erit:etiam eo modo,quo in quacunque alia re à poſſeſſore Maioratus præſcripta dictum eſt. Aut enim ex cauſa, & titulo Maioratus, & tāquàm eidem debita præſcripta, ac poſſeſſa eſt, & tunc ipſius Maioratus erit abſque æſtimationis præſtatione: ipſi námque Maioratui & cum qualitate Maioratus acquiſita cenſenda eſt. Si autem ex alia cauſa diuerſa præſcripta fuit Maioratui accreſcet cum æſtimationis ſolutione,quòd ex his, quæ ſupra iſto capitulo adduximus,clariſſimum redditur.

¶ In his tamen quæ de ſeruitutis æſtimatione ſoluenda diximus deliberandū erit ex deciſi.tex. in d.l.46.Tauri.nam quamuis in ædificiis loquat̃ ratio tamen & cauſa finalis eiuſdē legis, de qua ſtatim agemus , in ſeruitute etiā militare,videtur, præſertim ſi eius qualitatis ſeruitus ſit vt ab ædificiis ſeparari nō valeat, ideóque quādo ſeruitus luminū,vel ſtillicidij,vel alia ſimilis quę ad ędificia neceſſaria eſt,atque eis adhæret,à Maioratus poſſeſſore empta fuit idē de ea quod de ædificiis ex d.l.46.Tauri.diſpoſitione dicendū videtur:non enim poteſt congrua differētiæ ratio de ædificiis ad huiuſmodi ſeruitutem ædificiis inhærentem aſſignari,niſi abſque ædificiorum incommodo extingui poſſit.

13 ¶Hæc autem † æſtimatio ſemper iuſta,ac vera ſecundùm tempus ſolutionis præſtanda eſt: nō autem ex eo:quod expenſum,eſt æſtimanda,ac cōſideranda,ſiue eodē tēpore plus valeat , ſiue minus.l.domos hæreditarias.ff.de lega.1.vbi.Barto. Bald.Paul.num.4.Alexand.num.1.Iaſſ.num.4. & communiter Scribent.l.fundo.vbi etiā per Scribent.ff.de rei vendi.Quod optimè conſiderat Carolus Molin.in cōſuetudin. Pariſi.tit.1.§.1.gloſ.5. nu.97.& 98. contra Bal. & Iaſ. per eundem ibidē relatos,qui contrarium abſque fundamento cēſuerunt,idque etiam in poſſeſſore Maioratus exiſtimat Anton.Gomez in l.46.Tauri.nu.3.

¶ An autem in caſibus,in quibus paulo antè diximus,ſeruitutē à Maioratus poſſeſſore ſuper rebus Maioratus acquiſitā cedere ipſi Maioratui ſoluta æſtimatione huiuſmodi ſeruitutis: valor ſoluēdus ſit à ſucceſſore ex proprijs bonis,vel ex ipſis rebus Maioratus: videnda ſunt ea,quæ latiſſimè diximus ſupra iſto *lib.*c.10.nu.17.cum pluribus ſequentibus,ex quibus apertiſſimè cōprehēdetur quid etiam in hac quæſtione dicendum ſit.

14 ¶In ædificiis autem † quæ in ſolo Maioratus facta ſunt, dicendum erit ex iuris cōmunis diſpoſitione, huiuſmodi ædificia Maioratui accreſcere, ſoluta prius Maioratus poſſeſſori vera ac iuſta,æſtimatione.Sic enim in fideicōmiſſario, qui in re fideicōmiſſo ſubiecta aliquid perpetuo duraturum expendit,iure ſtatutū erat.d.l.domos.ff. de lega.1.vbi Iaſſ.nu.2.& com.Scrib.tex.in §.certè Inſtit.de rer.diuiſio.l.ſi quis ſciēs.C.de rei vēdi.l.ſi in area.C.eod.Guido Papæ.deciſ.169.num. 1.Decius. conſ. 439.& conſ.518.nu.2.& 3. Albertus Brunus.in tracta.de augmento concluſio.20. num.3.cum ſequent.Carolus Molin. tit.1.§.1.glo. 5.nu.75.Iulius Clar.lib.4.ſenten.§. feudū. quæſt. 88.Idque ſequuntur omnes, qui in dictam. l. 46. Tauri.commentarios ediderunt.

¶ Nec in hoc caſu erūt fructus cum ædificiis,ſeu melioramentis compenſandi : ſed æſtimatio ſoluenda non habita fructuum ratione:quia quanuis bonę fidei poſſeſſor,qui dominus non eſt,teneatur fructus cum ædificiis compēſare.l.in fundo,cum ſimilib.ff.de rei vēdica.Hoc non procedit in Maioratus poſſeſſore , ſeu fideicōmiſſario, qui interim vſque ad diei reſtitutionis aduentū verus,ac perfectus dominus eſt,vt cēſuit glo.ſingula.in l.emptor.in princip. verb. ſuperfluum in fi.ff.de redi.vendi.quam ſequitur Bald. circa fin. & Scrib.ibidem,& cōmuniter Scriben. in d.l.domos Bal.col.1. Ang. circa fin. Imol. col.2.& Alexand. nu.6.in l.inſulam.§.fructus.ff.ſolut. matri. Alexand.conſi.123.in fin. nu.11. volumine. 1.Cremen.ſing.105.Pala.Ruui. in rep. Rub. §. 62. num, 16.Carol.Molin.gloſſ.5. num.78.Rolandus à Valle conſil.28.nu.17.Iulius Clar.lib.4.ſenten.§.feudum.d.quæſtione.88.contra Auguſtinum Bero. quæſtione. 96. poſt nume. quartum contrarium aſſerentem.

¶ Sed quanuis iure cōmuni inſpecto omnia iſta communiter ab Scribent.recepta ſint:hodie autē ſunt,ex deciſ. d.l.46.Tau.innouata, qua deciſum eſt vxores,ac filios,ſeu alios hæredes nō poſſe repetere,ea quæ in ædificiis in ſolo Maioratus factis à Maioratus poſſeſſore expenſa fuerūt : ſed ea omnia illicò ipſi Maioratui abſque æſtimationis ſolutione accreſcere.Quæ l.hodie pręcisè ſeruanda erit:quāuis eam iniquam, ne iuri,ac rationi cōtrariam profiteatur Palat.Ruui.in rep.Rub, de dona.inter vir.& vxo.§.62.nu.16. Sic enim lex ſcripta eſt:quanuis rigorē continere videatur. l. proſpexit cum ſimilib.ff.qui,& à quib. niſi aliud à Maioratus inſtitutore ſtatutum ſit. Seruabitur namque eius diſpoſitio , reiecta eiuſdem l.Tauri deciſ.vt arbitratur.Menchac.de ſucce.creati.lib. 1.§.5.num.13.

15 ¶ Quanuis autem † ea lex Tauri à prædicto inſigni Doctore,& aliis rigoroſa,& iniqua appellatur:æqua tamē,ac iuri,atque rationi cōſona pluribus viſa fuit , vt apparet ex adductis à Didaco *del Caſtillo* in Gloſ.1. & Anton.Gomeri.nu.4. & cæteris in eiuſdē legis commentariis. Et à Fernando Menchaca de ſucceſſio.creati.d.libr.1.§.5. num.13. qui vltimus eam legem ea ratione iuſtā eſſe cenſet,quòd Maioratus poſſeſſori non liceat rem Maioratus meliorem reddere : proùt etiā vſufructuario non licet:quòd ſi eam meliorē reddiderit id propriis expenſis facere debet, nec poterit ſucceſſorem ad expenſarū ſolutionē aſtringere. Quæ ratio nō propriè Maioratuū poſſeſſoribus,qui veri domini ſunt , conuenit: prout ſupra iſto lib.cap. 19. apertiſſimè demonſtrauimus.

¶ Sed mea ſententia l.illa Tauri iuſtiſſima ciuilique ac morali ratione fulcita eſt,nec eius deciſio prædictæ communi Scrib. opinioni aduerſatur. Nam licèt communis Scribent. reſolutio ſit , ꝙ is,qui in re ſubiecta reſtitutioni aliquid ꝑpetuò duraturum expendit,poſſit æſtimationem ædificij à fideicommiſſario repetere , etiam non facta fructuum compenſatione: id procedit , ac verū eſt in fideicommiſſario ſimplici,qui rem liberam debet poſsidere: non autem in eo, qui debet illā alteri,atque ſequēs alteri ꝑpetuò reſtituere , nec eam liberā poſsidet: ſed fideicommiſſo ſubiectā. Iniquiſſimū enim eſſet, quòd is, qui ſuccedit in re fideicommiſſo ſubiecta,qui tēpore mortis tenetur illam alteri reſtituere,ſoluere teneretur:id quod alter,qui etiam per tempus vitæ ſuæ illam poſſedit,fructuſque eiuſdem percipit, expendit: poſſet enim eſſe,quòd eſſet maior valor ædificij: quàm fructuum quos in vita ſua percipere deberet,ſicque per indirectum omni Maioratus emolumento priuaretur .Ad quod inconueniens vitādum iuſtiùs , ac æquiùs viſum fuit legislatorib. vt is,qui in re Maioratus aliquid expendit,expēſas non recuperet:quàm quòd eas ſoluat is, qui ædificia non fecit:cùm idem ius vterq. in re Maioratui ſubiecta habeat,eademque emolumenta percipiat. ¶Quod gloſſ. in d.l.emptor , nec his, quæ dicunt Docto.in d.l.domos hęreditarias nō aduerſatur:ſi enim benè conſiderentur eorum dicta,nullus eorum loquitur in fideicommiſſario qui alij reſtituere tenetur:ſed in eo,qui debet rē liberam retinere,qui iuſtiſſimū eſt,vt æſtimationem ſoluat:cùm res ipſa libera apud ipſum , & eius hæredes perpetuò remanere debeat,quæ ratio in fideicommiſſario,qui alij reſtituere debet non militat.¶Quod alia etiam apertiſſima ratione fulcitur.Si enim Maioratus ſucceſſor expēſas ædificiorum ſolueret:vtique illas à ſequenti repeteret,&ille ſequens ab alio,& alius ab vlteriori:& ſic in infinitum procederet repetitio.Nō enim eſſet labilis ratio maior in vno : quàm in altero,quod tolerandum non eſt. Infinitas namq. eſt vitanda.l.fideicommiſſa §.qui decem.cum ſimilib.ff.de lega.3. Abſurdumque quod ex hoc cōtingeret vitandum etiam eſt.

15 ¶Ex qua decidendi ratione ad d.l.46.Tauri aſſignata,ceſſat dubium,de quo pluries ſuper eiuſdē legis intellectu diſceptari ſolitum eſt vtrū † ſcilicet lex illa ſolùm procedat in fortaliciis, muris, aut domibus q̃ ſolū in ea lege expreſſa ſunt. Seu etiam ad ædificia & melioramenta in omnibus aliis rebus Maioratus facta,genericè protrahēda ſit.Cū enim ratio in qua d.l. fundatur iuſtiſsima ſit, atque ea omnia comprehendat,nec poſſit differentiæ ratio de vno ad aliud aſsignari,vt notiſſimum eſt: conſtat exempla in ea appoſita non cauſa reſtrictionis,ſed potius gratia frequentioris vſus adiecta fuiſſe.Proindéq.eiuſdem legis deciſionem non reſtringere,quod ex his quæ ſupra iſto li.c.5.n 2.cum ſe.& infra li.3.c.5 .n.36.& c. 6. n.6.diximus, facile comprobari poterit. Sícque ſupremorum iudicum ſententia non ſemel deciſum fuiſſe accepimus,tametſit propter præciſam illius legis literam iudices in diuerſas ſententias interdum diuiſi fuerint,ſed hæc opinio mihi probabilior videtur.Siquidem abſurdiſsimum eſſet dicere legis illius cōditores,qui à petēda ęſtimatione melioramētorum,quæ in domibus,caſtris, aut muris ipſius Maioratus reparandis facta fuerunt,quæ communiter melioramenta neceſſaria eſſe ſolent,hærędes atque vxorē Maioratus poſſeſſoris excluſerunt : voluiſſe eiuſdem repetitionē melioramentorum, vel ędificiorum quæ aliàs voluntariè minùs ſuperfluè fiunt , concedere. Imò lex illa difficiliores caſus expreſsit,vt in facilioribus idipſū potiori ratione decideretur.¶Similiter etiam ex hac ratione ceſſat ea difficultas quæ aduerſus illius legis iuſtitiam adduci ſolet ꝙ ſcilicet Maioratus poſſeſſor poterit omnia bona ſua in ædificiis Maioratus cōſumere, & filios ſuos legitima fraudare,q̃ difficultas adeò magna viſa fuit Didaco *del Caſtillo* in d.l. Tauri cōmētario,vt profiteatur eandem legem locū nō habere in legitima q̃ filiis iure naturæ debita eſt. Nam cùm illius legis deciſio ciuili ac morali ratione fulcita ſit,nec iure,nec ratione probari poſſit ſucceſſorem Maioratus ad huiuſmodi ædificiorum ſolutionē aſtrictū eſſe,non magis ex hoc filii in legitima fraudati , conqueri poterunt quā ſi parens bona ſua in meliorando ſeu ædificādo aliquā rē alienan conſumpſerit,ſeu alio quouis modo.ex quib.ſumptibus conſtat,filios legitimā repetere non poſſe.

¶Ex his etiam infertur,quòd ſi quis fecit fideicōmiſſum etiam cum vocatione primogeniorum: ſed eius naturæ,vt deficientibus nominatis expiret,& is,qui vltimo nominato illud reſtituere debet aliqua ædificia in rebus fideicommiſſo ſubiectis faciat,is poterit ab vltimo vocato æſtimationem ædificiorū recuperare,ex gl.in d.l. emptor. Cum enim vltimo loco vocatus ea bona tāquàm libera accipiat ex tex.in l.ſi qui ſolidū.§.prædiū. ff.de leg.2. Non mirū ſi in hoc caſu.d.l. Tauri deciſio locum non habeat:cùm in eo ratio,ac cauſa finalis,à qua pendet eiuſdem legis diſpoſitio,omninò deficiat.

16 ¶Illud autem prætermittendum non erit, quòd quanuis † Maioratus poſſeſſoris, vxor atq.hæredes non poſsint repetere ædificia in rebus Maioratus facta : poterunt tamen ex eiſdem ædificiis tollere,ea quæ abſq.ipſarū rerum detrimento tolli poſſunt:ita,vt non remaneat res deterior : quā ſi à principio facta non fuiſſent.in l.*in fūdo*.ff.de rei vēdi.vbi diſponitur,quòd in caſibus, in quibus hæredes bonæ fidei poſſeſſoris non poſſunt iure exigere æſtimationem ædificiorum,quæ in re bona fide poſſeſſa facta fuerunt: potuerunt tñ ex eiſdem ædificiis ſibi adiicere omnia illa, quæ commodè tolli poſſunt: dummodò deteriora nō reddantur,quàm ſi ab initio non foret ædificatū *l.Iulianus.ff.eo. Vbi Bar.& Scri.id not.l.vtiles.in* fi.ff.eod.l.domum.C.eod.l.pro volūtariis.ff.de ex pen.in.reb. dotal.fact.Quod in omnibus caſibus vbi expenſæ ædificiorum alias peti non poſſent procedit,ac verum eſt,vt ibidem Scrib.aduertūt. Hoc tamen intelligendum eſt:niſi Maioratus ſucceſſor tantum velit præſtare:quantum ex his rebus,ex melioramentis ablatis habituri,vel percepturi eſſēt vxor,ſeu hæredes ꝓcedētis Maioratus poſſeſſoris. d. l. in fundo.ff.de rei vendica.l.idēque.§.idēq.ait ſi quid ꝓcurator. ff. mandati.Tiraq.de retract.cōuentional.§.7.gl.1.n.6.Quod ēt eſt nouum,& ſingulare ad d.l.intellectum.

¶In ſecunda ſpecie principali , vbi ſcilicet augmentum rerum Maioratus,non facto poſſeſſoris ſed naturaliter cōtingit:ſicut in incremento alluuionis,&ſimilibus accidere ſolet,ſubdiſtinguēdum erit.Nam aut incrementū latens eſt, aut patens:ſi incrementum latens ſit: dicendum eſt, huiuſmodi augmentū ipſi Maioratui accreſcere nec aliquam æſtimationem Maioratus poſſeſſori ſoluendam eſſe.l.adeò.§.1.ff.de acquiren. re. domi.l.ſi ego.§.idem ait.ff.de publicia.Tex.in c.1. l.§.ſi quis de manſo.& in §.rurſus.de controu.inueſti. Molineus tit.1.§.1.gl.5. n. 99. cū ſeq. Iulius Clar.§.fundum quæſt.88.Et in hac opinione omnes Scrib.conueniunt.

¶Si autem incrementum patens ſit in hoc caſu in materia feudali eſt differentia inter Scrib.Plures namque ex eiſdem exiſtimant,quòd incremētum

gratia vtriuſque etiam de leui rationem reddet l.ſi vt certo. §. nunc videndum. cum ſimilib. ff. commo. Idque in ſpecie cenſuit Bar. in l.cum res §.culpa.ff.de lega.2.nu.4.

¶ Quando autem hęres quartam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis detraxit, aliqui ex Scribent. cenſuerunt eum de leui etiam culpa teneri: cùm emolumentum ex hæreditate perceperit, teſtamentumque gratia vtriuſque tam hęredis, quam fideicommiſſarij factum fuiſſe cenſendū ſit: præcipuè quando eam quartam iudicio teſtatoris nō legis beneficio percepit. Vt quãdo teſtator quarta detracta hæreditatem reſtituendam eſſe voluit: quod cenſuerunt Angel. & Rapha. in dict.l. mulier.§.ſi hæres. ¶Sed veritas eſt in contrarium ſecundùm Alexandrum. ibidē.nu.1. Quod ea ratione procedit: quia quanuis hæres ſentiat quartæ emolumentum cùm hoc commodum modicum ſit reſpectu eius, quod ſentit fideicōmiſſarius diſpoſitio ſolius fideicommiſſarij gratia facta cenſetur. Ideóque ſuccedit regula, vt hoc caſu hæres de ſola culpa lata teneatur: ſicut quando nullum commodum ſentit, cuius opinionem ſequitur Peral. in dict. l. 3. §. qui fideicommiſſam.nu. 45. ff. de hæredib. inſtit. Ex quibus ipſe Petrus de Peralta ibidem exiſtimat Maioratus poſſeſſorem, qui, vt plurimum quartam non detrahit, nec aliud emolumentum ex re Maioratus percipit, non teneri: niſi de lata culpa & dolo nō de leui ex his, quæ ſuperius adduximus.

¶Sed omnia iſta maturius penſanda, ac conſide-
5 randa ſunt. Ideóque† pro huius articuli perfecta reſolutione ſic diſtinguendum eſſe cenſeo: aut enim expenſa refectionis modica eſt aut magna ſi expenſa modica ſit, conſtat hæredes Maioratus poſſeſſoris ad illam teneri, ſiue res Maioratus culpa leui aut leuiſſima lata, aut dolo, aut etiam caſu deteriorationem receperit. Cùm enim Maioratus poſſeſſor rei Maioratus fructus perceperit, conſequens eſt, vt ad omnem refectionem ſuo tempore contingentē, quę modicam impenſam requirit teneatur non habita culpæ latę ſeu leuis ratione. l. diuortio.§.impendia, vbi gloſ.& cōmuniter Scriben. id not. ff. ſolu. matri. l. omninò. ff. de impen. in reb. dotalib. fact. l. hactenus, cum legib. ſequen. ff. de vſufruct. l. cùm apud. C. eod. & vtrobique per Scriben. l. ſina. tit. 11. part. 4.

6 ¶Quæ† autem ſit magna vel modica impenſa, iudicis arbitrio relinquendum erit, vt in ſpecie dixit glo. in d.l.hactenus, in verb. pertinet. Quam ibi ſequitur Alberi. circa fi.& Angel. nu.2. glo. in verb. modicas. Bart. nu.3.& Scriben. in l. omninò. ff. de impen. in reb. dotal. fact. Pinel. de bon. mater. 2. par. numer. 72. Id verò à iudice ſecundùm qualitatem rerum, ac perſonarum æſtimandum eſt, vt inquit Alberi. in d.l.hactenus, ad fin. facit tex. in l. res bona fide. ff. de cōtrahen. empti. l. ſcio. vbi per Alberi. ff. de in integr. reſtitu. Deci. in ca. de appellationibus. nu.7. de appella.

¶ Nec verū eſt illud, quod dixit Alex. in l. diuortio.§.impendia.nu.3.ff. ſolu. matri. vbi cenſuit impenſam modicam ſemper appellari illam, quæ reſpicit perpetuam rei vtilitatem: etiamſi quoad ſumptum modica fuerit. Cuius opinio. ſequitur Ruinus conſil.14.num. 3.lib. 1. Imò hoc non obſtante id quod prædiximus ſequendum erit, vt optimè aduertit Pinellus de bonis maternis part. 2.nume.70.

¶Si autem impenſa magna ſit: tunc diſtinguendū eſſe cenſeo, aut enim deterioratio abſque Maioratus poſſeſſoris culpa proceſſit, aut proceſſit culpa eiuſdē pręcedente. Si abſque culpa Maioratus poſſeſſoris deterioratio facta fuit, abſolutiſſimū eſt. quòd ſi expenſa eiuſdem magna ſit, ad id Maioratus poſſeſſor ex fructibus Maioratus non teneatur. Is namque, qui ex aliqua re fructus percipit, nec de eius proprietate diſponere poteſt, ad huiuſmodi expenſam non tenetur. l.diuortio.§. impendia, ibi. *Vel veterē totam, ſine culpa ſua collapſam reſtituere.* ff. ſolut. matri. vbi cōmuniter Scrib. id notant. d.l.hactenus. ff. de vſufruct. vbi etiam per Scrib. l. fina. tit. 11. part. 4. Quamuis res de ipſa Maioratus proprietate reficienda ſit.

¶ Si verò deterioratio culpa Maioratus poſſeſſoris contingit, ſubdiſtinguendum etiam eſt, an ea proceſſerit dolo, aut culpa lata leui, aut leuiſſima. Si dolo ſeu lata culpa proceſſit, omnes Scrib. cenſent indifferenter hæredes Maioratus poſſeſſoris ad huiuſmodi refectionem teneri: ſiue is aliquod emolumentum iudicio inſtitutoris perceperit, ſiue non: prout ex his, quæ ſuperius adducta ſunt, colligere facillimum eſt. Quod etiam de magna impenſa intelligendum erit: cùm Docto. circa id indiſtinctè loquantur, nec de modica impenſa in hoc caſu eſſet dubitandi ratio.

¶Si verò culpa leui eadem deterioratio proceſſerit, tunc dicendum eſt: proculdubiò etiam hæres Maioratus poſſeſſoris teneri ad huiuſmodi refectionem magnam culpa eiuſdem, etiam leui contingentem. Quod patet ex eo, quòd Maioratus poſſeſſor iudicio teſtatoris fructus Maioratus percipiat. Ideóque ſuccedit regula, de qua in. d. l. ſi ſeruus legatus.§.cum quid, cū ſimilib. ff. de lega.1. quòd quando hæres grauatus percipit aliquod emolumentum iudicio teſtatoris de culpa leui etiam tenetur. Conſtat autem hæredē, qui ad diē vel ſub conditione reſtituere iuſſus eſt, interim fructus iudicio teſtatoris percipere. l. in fideicōmiſſariam. in princip. vbi Bartol. num.1. Paul. nu. 1. Alexand. numer.2.& communiter Scriben. ff. ad Trebel.

¶ Nec obſtat ſi dicatur hoc emolumentum fructuum modicū eſſe, ideoque non eſſe conſiderādum, vt de commodo quartæ dixit Alex. in d.§.ſi hæres.nu.1. ¶Nam ibi Alex. inquit, quòd ſi commodum hæredis, & fideicommiſſarij ſit æquale: tunc cenſetur teſtamentum factū gratia vtriuſque. Ideoque hæres de leui culpa etiam tenetur. Quod antè dixerat Bart. in d.l.cū res.§.culpa.nu. 9.ff. de lega.1. quem cōmuniter Scriben. ſequuntur, & Scrib. per text. ibi. in dict. l. ſi ſeruus legatus.§.cū quid. ff. eodē. ¶Sed ſi benè cōſideremus ſemper Maioratus fiunt gratia vtriuſque tàm primi quàm ſequentium vocatorum: cum nil amplius debeat percipere primus, quàm ſecundus, ſeu vlteriores. Ideoq; in Maioratus diſpoſitione ſemper Maioratus poſſeſſor de leui culpa tenebitur: quod dici non poteſt in aliis fideicommiſſis tēporalibus, in quibus ſemper diſpoſitio fauore fideicommiſſarij facta eſſe cenſetur: cum vt plurimum res remanere debeat libera penes fideicōmiſſarium, quo caſu hæres de lata tantū culpa, & dolo tenetur, vt probatur in d.§. ſi hæres, vbi id omnes Scrib. notant. Ideoq; eiuſdem §. diſpoſitio non poteſt ad Maioratus hodiernos adaptari, quod



quod eſt ſubtile, ac nouū in propoſito, deſtruítq. ea, quæ in hac ſpecie dixit Petrus de Peralta in dict. l. 3.§. qui fideicommiſſam. num. 45. qui huiuſmodi differentiam non conſiderans, contrarium in Maioratibus dicendum eſſe exiſtimauit.

¶ Si verò culpa leuiſſima eadem deterioratio contingat, dicendum eſt, hoc caſu Maioratus poſſeſſorem de leuiſſima culpa non teneri. Cùm enim Maioratus diſpoſitio gratia tàm primi vocati, quàm vlteriorum facta ſit, ſuccedit regula, quòd quando diſpoſitio fit gratia vtriuſque, quis de leuiſſima culpa non teneatur, quod in hærede & fideicommiſſario dixit Bart. in dict. l.cùm res. §. culpa. numero 9. ff. de legat. 1. d. l. ſi ſeruus legatus. §. cùm quid, vbi etiam per Scriben. l. contractus, vbi latiſſimè per Decium. ff. de regul. iur. Quæ omnia menti tradenda ſunt pro huius articuli reſolutione, non enim alibi ſic diſcuſſa inuenientur.

¶Vltimò autem pro huius articuli complemen-
7 to: ea quæſtio etiā decidenda eſt: † an ſcilicet, quādo Maioratus poſſeſſoris culpa aliqua in rebus eiuſdē Maioratus deteriorata inueniūtur: aliqua tamen meliorata compenſetur dānum cum melioratione, an hoc non obſtante debeant vltimi Maioratus poſſeſſoris hæredes ſoluere omne illud, quod deterioratum eſt, non habita meliorationis ratione. In qua quæſtione dicendū eſt non eſſe cōpenſandum dānum cum melioratione, ex regula, quam ponit Bart. in l.ſi negotia.nu.1.ff. de nego. geſt. quem ibi ſequun. communiter Scrib. Quod quando damnum ex culpa proceſſit, tunc non ſit cum lucro compenſandum: ſed ipſum dānum præciſè ſoluendum. Quod etiā probari videtur ex tex. in l.ſi quis negotia. ff. eodem tit. vbi diſponitur, quòd negotiorum geſtor, qui aliquid indebitè ſoluit, non poteſt id compenſare cu eo, quod indebitè etiam exegit, vbi etiam Bart.& Scriben. prædictam regulam ſequuntur. Quod apertius in Maioratus poſſeſſore, qui res ipſas Maioratus meliorauit, procedit, cum non poſſit æſtimationem meliorationis repetere, ex deciſ. l. 46. Tauri, quod nos in hæredibus Prælatorum nō ſemel pronuntiatum accepimus. Imò in caſu contingenti vidimus prælatum, qui plus quàm ſex millia ducatorum in ædificiis Epiſcopatus conſumpſerat, condemnatum fuiſſe ad reſtitutionē aliarum rerum deterioratarum non facta meliorationis compenſatione.

8 ¶Secundò etiam† conſtat Maioratus poſſeſſorem teneri ad ſolutionem omnium cenſuum, penſitationum, tributorum, onerúmque realiū, quæ ex bonis Maioratus annuatim ſoluenda ſint. Cùm enim is Maioratus fructibus fruatur, cōſequens eſt, vt ad omnia onera huiuſmodi aſtrictus eſſe debeat, ſiue ea magna, ſiue modica ſint. l. hactenus, ibi. *Quonia alia onera agnoſcit.* Et iterū ibi. *Stipendiū, vel tributum.* ff. de vſufruct. vbi Albericus, Bald.& Angel. idem etiam arbitratur Fulgo. in l. vſufructu legato. ff. eod. tex. in l. neque ſtipendiū ff. de impen. in rebus dotal. fact. ibi. *Onus enim fructuum hæc impendia ſunt.* Vbi etiam per ſcriben. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit.1. §. 22. num.156.& 158. Quod copioſè, ac eruditè ex pluribus ornatur à Pinel. in l.1.C. de bon. mater. 2. parte. nu. 72. & ab Aluaro Vaez. in qq. iuris Emphy. q.17. num. 1. cum ſequentibus: qui ad id eſt videndus omninò. Idque de his tributis, ac penſionibus intelligendū eſt, quæ omnes Maioratus ſucceſſores perpetuò *aſtrictos & obligatos teneāt*, vt his, quæ à Maioratus inſtitutore, ſeu à præcedenti ſucceſſore cum facultate Regia impoſita ſint.

¶Quod nedum in tributis decurſis eo tempore, quo ipſe poſſeſſor bona Maioratus poſſedit, locum habet, ſed in his, quæ tēpore prædeceſſorū decurſa ſunt, quāuis ipſe ad hæredes prædeceſſorum recurſum habeat. l. idē Iulianus.§. hæres. ff. de leg.1. vbi gloſ.& communiter Scrib. id notant. Quam opinionem communē eſſe profitetur Aluarus Vaez. d.q.17.n.17. vbi plura in idē adducit.

9 ¶ Idque adeò verū, eſt † vt etiā ſi Maioratus poſſeſſor aliquid ex bonis Maioratus aliis fratribus ratione alimentorum ſoluere aſtrictus ſit, ipſi fratres non teneantur pro rata, onera vel tributa ſoluere, quæ ipſis bonis Maioratus impoſita ſūt: ſed ea omnia ſint à ſolo Maioratus poſſeſſore ſoluenda. Quod cenſuit Mat. de Afflict. deciſ. 252.n. 2. idē in cap. Imperialem.§. prætereà Ducatus de prohi. feud. alie. per Federi. in vſib. feud. num. 53. Tiraq. de Primoge. q.74. Arias, Pinel. in l.1. C. de bon. mater. 2. par. nu.72. verſ. *Septimò ampliatur.*

10 ¶Tertiò ſimiliter † cōſtat Maioratus poſſeſſorem teneri lites, q̄ ſuper bonis Maioratus motæ fuerint proſequi, aut defendere, earūdémque litium expēſas ex fructibus eiuſdem Maioratus facere. Quod probatur in ſimili ex l.1. C. de bon. mater. ibi. *Sumptus ex fructibus facere.* Per quem tex. dixit Bar. ibi. nu.3. partem ex fructibus bonorum aduentitiorum filii, quorum vſusfructus ad eum tā quàm legitimum adminiſtratorē pertinet, expenſas litium, quæ ſuper eiſdem bonis mouentur facturum eſſe. Idque etiam cenſuerunt Bald. nu.1. & 13. Angel. 1. colum. Corne. nu.2.& Scriben. ibidem.& Alex. in l. vſufructu. nu.3. ff. ad leg. Falcid. Crot. in l. frater à fratre. nu.123. ff. de condi. indebi. Pinel. in d.l.1.C. de bon. mater. 2. par. nume. 68. Quod pari ratione dicendum videbatur in Maioratus poſſeſſore, ex eo, quòd fructibus rerum Maioratus frui debet. Idque in ſpecie in Maioratus poſſeſſore arbitratur Mēchaca de ſucceſſio. creatio. lib.1.§.5. num.13. ad fin.

11 ¶Hæc † tamē omnia in patre procedunt ac vera ſunt, ex eo, quòd vſumfructum habet à lege: ſecus autem dicendum videtur in alio quocunque vſufructuario, qui vſumfructum habet ex diſpoſitione hominis. Is namque ſi expenſæ litis modicæ ſint, illas tenetur ex fructibus propriis facere ex deci. tex. in l. hactenùs. ff. de vſufructu. Si verò expenſæ magnæ ſint, illas ex eiſdem fructibus facere non tenetur, & hanc differentiā inter vſumfructuarium ex diſpoſitione legis, & hominis veram eſſe cenſuerūt Guillel. de Cugno. Bal.& Angel. in l.1.§. vſusfructuarius. ff. de vſufru. Moder. in l. Titia. cum teſtamento.§. Titia. cùm nuberet. ff. de lega.2. vbi Picus. q.58.& hanc dixit communem opinionem Gozadi. conſil.94. numer. 37. & Anto. Gometius de contractib. cap.15. num.7. ad fi. Quod his, quæ ſuperius diximus de Maioratus poſſeſſore non modicū repugnat. Is enim dominium vtile, & directum, ac vſumfructum cauſalē habet ex hominis, nō legis diſpoſitionē. Ideóque magis ſcripta in vſufructuario ex diſpoſitionē hominis: quàm in patre, qui ex diſpoſitione legis vſumfructum habet Maioratus poſſeſſori cōuenire videntur.

¶Sed quanuis differentia hæc inter vſumfructuariū ex diſpoſitione legis & hominis à plurib. Scribent. aſſignari ſoleat: proculdubio vera non

eſt. Nulla enim ratione ſuaderi poterit maius ius
habere eum,qui vſumfructum ab homine obti-
net:quàm eum,qui illum à lege habet. Imò con-
trariũ colligitur ex traditis ab Alex.in l. ſi vir.ff.
ad l.Falcid. Nec credendum eſt legem,quæ tot
prærogatiuas parenti ſupra cæteros vſufructua-
rios conceſſit in hac parte:eum eiſdem longè in-
feriorem reliquiſſe.Ideóque hãc differentiam ex
pluribus reprobat Pinelus in dict.l.1.C.de bõ.ma
ter.par.2.nu.68.qui ad id eſt videndus omninò.
¶Quicquid autem in his dicendum ſit,quod ad
Maioratus poſſeſſorem attinet, ſic diſtinguendũ
eſſe cenſeo.Aut enim lis ſolum cõmodum ipſius
Maioratus poſſeſſoris contingit, aut perpetuam
ipſius Maioratus vtilitatem tangit.
¶ Si lis ſolam Maioratus poſſeſſoris vtilitatem
contingit:veluti ſi litigetur inter ipſum,& alium
cognatum,vel agnatum, qui prætendit illum in
vocatione præcedere,vel ſolum ſuper ipſius Ma
ioratus fructibus,nec de proprietate quæſtio ſit,
dicẽdum eſt Maioratus poſſeſſorem teneri ad e-
iuſdem litis impenſam ſiue ea magna,ſiue modi
ca ſit. Iniuſtiſſimum enim eſſet Maioratũ ipſum
obligare ad eas expenſas,quę in ipſius vtilitatem
non fiunt:ſed ſolius Maioratus poſſeſſoris com-
modum ſpectant,vt in ſimili dixit Bald.in l.2.nu.
1.C.de libe.cauſ.cenſuitque in ſpecie Pinel.in d.
l.1.C.de bo.mater.par.2.nu.68.ver. aduerto etiã.
¶Si autem eadem lis perpetuã ipſius Maioratus
vtilitatem tangat,dicẽdum erit, quòd ſi expenſæ
modicæ ſint ad ipſum Maioratus poſſeſſorẽ per-
tineant,ex deci.tex.in d.l.hactenùs.Si autem ma
gnæ ſint,non teneatur eas ipſe Maioratus poſſeſ
ſor facere,niſi ex ipſius Maioratus proprietate:
ſic enim in patre arbitratur Bald.in Auth.excipi
tur.n.4.C.de bon.quæ libe.Paul.in l.fin.§.vbi au
tem.C.eod.nu.7.Bal.in l.fin.§. in computatione.
n.3.C.de iur.delib.vbi Ang.Paul.Alex. & Iaſſ.id
notant.Alex.in addi.ad Bar.in d.l.1.C.de bon.ma
ter.verb.expenſas.Crotus in l.frater.à fratre.nu.
124.q.36.ff.de condi.indebit. Pinel.in d.l.1.part.2.
num.69.Quibus plura cumulat Fran. Marzarius
in Epito.fideicom.3.parte.q.67.Quod prudenter
à iudicibus æſtimandum eſt.Nõ enim communi-
ter contingere ſolent tot expenſæ in proſequen-
dis litibus rerum Maioratus, quòd magnæ æſti-
mandæ ſint:quanuis quãdoque viderimus facul
tates Regias conceſſas ad hypothecanda bona
Maioratus,ſeu annuis redditibus obliganda pro
magnis expenſis factis in litium Maioratus pro-
ſequutione,quod ex qualitate bonorum, ac per-
ſonarum penſandum,ac æſtimandum erit.
¶ Quartò etiam conſtat Maioratus poſſeſſorem
teneri fratres inopes alere: ſorores etiam pro-
prio patrimonio carentes dotare, de quo infra
lib.2.c.15. & 16. vbi de alimentis à Maioratus in-
ſtitutore aliis filiis præſtandis agemus, copioſè
tractabimus.

*S V M M A R I A.*

1 *Hæres ad inſtantiam fideicommiſſarij tenetur facere inuentarium.*
2 *Hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario.*
3 *Aſtrictus ad rationem reddendam inuentarium facere tenetur.*
4 *Maioratus poſſeſſor,tam primus,quàm vlteriores inuentarium facere tenentur.*
5 *Poſſeſſore Maioratus inuentarium non conficiente,an poſsit aduerſus illum in litem iurari.*
6 *Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur inuentarium conficere:ſi hæres illud non fecerit.*
7 *Fideicommiſſarius rei particularis inuentarium facere non tenetur.*
8 *Vſusfructuarius tenetur facere inuentarium.*
9 *L.tutor,qui repertorium in tutore loquens,vtrum ad alias perſonas ad rationem reddendam aſtrictas extendi debeat.*
10 *Quo remedio vti debeat Maioratus ſucceſſor,vt aduerſus Maioratus poſſeſſorem ſibi iuramentum in litem deferatur.*
11 *Inuentarium* non *conficiens perdit,Falcidiæ atque Trebellianicæ detractionem.*
12 *Inuentarii confectio,vtrum ab inſtitutore Maioratus poſſeſſori eiuſdem remitti poſsit.*
13 *Inuentarij confectio,vtrum vſufructuario remitti poſsit,& nu.15.& 16.*
14 *Hæredi reſpectu ſequentis fideicommiſſarij remitti poteſt inuentarij confectio.*
15 *Inuentarii confectio tutori remitti poteſt.*
16 *Iudex poteſt ex cauſa præcipere tutori,vt inuentarium conficiat,non obſtante teſtantis remiſsione.*
17 *Inuentarij remiſsio quid operetur.*

## *Vtrum Maioratus poſſeſſor inuentarium de rebus eiuſdem Maioratus facere teneatur.*

### CAPVT XXVIII.

1 INter alia onera,ad quæ Maioratus
poſſeſſor tenetur, non omittendum
erit,quòd tenetur etiam ad inſtan-
tiam ſequentiũ ſucceſſorum de re-
bus Maioratus inuentarium confi-
cere,quod in hærede, qui hæreditatẽ reſtituere
debet per fideicõmiſſum dixit gloſſ.in l. in ratio-
ne.la.1.§.quod vulgo.verb.nimirũ. Quam ibi ſe-
quuntur Scriben. ff. ad l. Falcid. cui eſt ſimil. in
l.1.§. hæc verba.in verb. ſufficiunt. ff. ſi cui pluſ-
quàm:per leg.Falcid.glo.in Auth. de hæredib.&
Falcid.§.ſi verò non fecerit.colla.1. verb. legato-
rum.& verb.lucrari.Quod etiam cenſuit Pau. de
Caſtr.in l.cùm tale.§.Titius.num.2.verſi.Ex hoc
dicunt Docto.ff.de condi. & demonſt.Quem ſe-
quitur ibidem Ioan.de Imol.col.2. Eãdem etiam
opinionem ſequutus fuit Vincẽtius Hercula. in
d.§. quod vulgo.col.29. Claudius in d. l. mulier.
§.ſi hæres.1.nota.ff.ad Trebel.Guido.Papæ.deciſ.
351.inci



351.incipienti.Vtrum hæres.nu.1.Idque probat.l.
10.tit.6.part.6. Quod ea etiam ratione probatur:
2 quia† hęres tenetur reddere rationem fideicom-
miſſario,de his,quę in re fideicommiſſo ſubiecta
culpa ſua deteriora ſunt,vt probatur in.d.§.ſi hę
res.ibi. *Culpæ planè rationem reddere.* Ex quo cõſe-
3 quitur eum teneri inuentariũ facere. Omnis† e-
nim qui rationem reddere tenetur,inuentarium
facere debet.l.cùm oportet.§.nõ autẽ.C.de bon.
quæ liber.vbi Bal.nu.1.idẽ Bald.in Auth.ſed cùm
teſtator.nu.23.C.ad leg.Falcid.Idque in Maiora-
tus poſſeſſore aſſeruit Peralta.in.d.l.3.§.qui fidei-
4 commiſſam.nu.45.ff.de hęred.inſti.Quod † nedũ
dicit procedere in primo Maioratus poſſeſſore:
ſed etiã in vlterioribus reſpectu ſequentiũ. Idq;
ex pluribus probat ibidem.d.nu.45.cum ſequen.
quod mihi verũ videtur, quanuis id non audeat
firmare Menchaca.de ſucceſ. creat.li.1.§.6.n.46.
5 ¶ Quòd† ſi Maioratus poſſeſſor inuentariũ ſolen-
ne non cõficiat, poterit aduerſus illum ſequenti
ſucceſſori iuramentũ in litem deferri: ſic nãque
in hærede, & fideicommiſſario cenſuit Claudius
in d.l.mulier.§.ſi hęres.Idque ipſum dixit Plotius
in l.ſi quando.n.595. C. vnde vi. Fran. Mazarius
in Epito.fideicommiſſ.2.par.q. 54. Quorum opi-
nionem in Maioratus poſſeſſore tenendam eſſe
dixit Paralta in.d.l.3.§.qui fideicommiſſam.n.45.
verſ. certè licet articulus iſte non ſit reſolutus.
Quod eſſet ſatis notabile:ſi verum foret, ex eóq;
non modicum onus ſentirent omnes Maioratuũ
noſtræ Hiſpaniæ poſſeſſores, qui, vt plurimùm
inuentarium non conficiunt, poſſet namque ad-
uerſus eoſdem in litem iurari,ex hac,quam pau-
lò antè retulimus opinione.
¶Sed quanuis opinio iſta,à viro ingenioſo atquè
doctiſſimo probata ſit:temperanda tamen ac di-
gerenda erit, ne in æquiuocationem terminorũ
incidamus,ſciamúſque qualiter iſta intelligenda
ac practicanda ſint.¶Vt autem de hac re vera re-
ſolutio habeatur:ſic diſtinguendum erit.¶Aut e-
nim agimus de obligatione,qua primus Maiora-
tus ſucceſſor,ſeu ſequentes tenentur ad faciẽdũ
inuentariũ tanquàm primi Maioratus inſtituto-
ris hæredes. Aut de obligatione, qua tenẽtur ad
inuentarium conficiendum tanquam aſtricti ad
rationem reddẽdam ſequentibus ſucceſſoribus.
¶In prima ſpecie dicendum eſt,quòd primus hę-
res vniuerſalis de reſtituẽdo grauatus,tenebitur
facere inuentariũ tanquàm hæres.l.fin. C.de iu-
re deliberan.quòd ſi nõ fecerit,tenebitur in ſoli-
dum creditoribus legatariis, atque fideicõmiſſa-
riis,vt in.§.ſin verò eiuſdem.l. fina. ſtatutum eſt.
¶Nec hoc caſu aduerſus hæredẽ grauatum pro-
pter non confectum inuentarium in litem iurari
poterit,vt in ſpecie cenſuit Rapha.Cuma.in.d.l.
in ratione.*la primera* §.quòd vulgò.ff.ad.l.Falcid.
vbi inquit ſe conſuluiſſe,quòd hoc caſu non poſ-
ſit aduerſus hæredẽ iurari in litem per fideicom-
miſſarium. Nulla namque lege cautum eſt,quòd
aduerſus hæredẽ inuentarium non conficiẽtem
in litẽ iuretur: ſed quòd hęres teneatur crédito-
ribus inſolidum,pręſtaréque debeat ſolida lega-
ta & fideicommiſſa, quod facere tenebitur ipſe
hæres:ſed fideicommiſſarius debet probare quid
in hæreditate fuerit. Si enim in litem iuraretur,
euenire poſſet vt hęres nõ ſolùm teneatur ſolue-
re integrum fideicommiſſum,ſed pluſquàm in fi-
deicommiſſo fuerit. Cuius dictũ refert & ſequi-
tur Herculan.ibidem.col.29.Quod etiam ſequu-
tus fuit Alex.conſil.82.nu.13.lib.2. & plures alij,
quos infra nu.9.citabimus:idque verum mihi vi
detur.Non enim debemus hæredem inuentariũ
non conficientẽ ad alias pœnas aſtringere:quàm
eas,quibus legibus aſtrictus eſt:cõtẽti enim eſſe
debemus pœnis legalibus.l.ſi ſtipulatio facta fue
rit,cum ſimil.ff.de verbo.obliga.
6 ¶Fideicommiſſarius† autem,ſeu ſequens Maiora
tus ſucceſſor,cui hæreditas reſtituẽda eſt,ſi fidei
commiſſarius vniuerſalis ſit,tenebitur etiam in-
uentarium conficere,ſi hæres illud non confęce
rit:cùm loco hæredis habeatur: quod ſi illud nõ
fecerit,ſolida etiam debita ac legata,& fideicom
miſſa ſoluere tenebitur, vt dicit Bart.in d.l.in ra-
tione.§.quod vulgo.ff.ad leg.Falci.num.10.Cuius
opinio communis eſt ſecundùm Alex.ibidem.n.
19.& ſecundum Iaſſ.in l.1.§. ſi is,qui quadringen
ta.ff.ad Trebel.nu.6.cum pluribus ſequen.vbi e-
tiam id cenſuit Ripa.num. 6.cum ſequentib.qui
etiam hanc appellat communẽ opinionem,eam-
que ſequitur Peralt.in dict.l.3.§.qui fideicommiſ
ſam.num.45.ad fin.nec lege cautum inuenitur quod
ex hac obligatione,qua fideicommiſſarius tene-
tur ad conficiendum inuentarium tanquàm hæ-
res poſſit aduerſus eum iurari in litem. Cùm e-
nim contra hæredem non iuretur, à fortiori ad-
uerſus fideicõmiſſarium non iurabitur, qui locũ
hæredis obtinet,vt ſuperiùs dictũ & probatũ eſt.
7 ¶Quòd ſi Maioratus de rebus particularibus,ſeu
de bonorum quota inſtitutus ſit,Maioratus ſuc-
ceſſor,cui bona ipſius Maioratus reſtituẽda ſunt
inuentarium hac ratione facere non tenebitur.
Ipſe enim nec hæres eſt,nec locum hæredis obti
net,quod in fideicommiſſario particulari in d.§.
quod vulgo,& in d.§.ſi is,qui quadringẽta Scri-
ben.aduertunt.
¶In ſecunda ſpecie, vbi agitur de obligatione,
qua hæres grauatus, ſeu cęteri fideicommiſſarij
vel Maioratus ſucceſſores tenentur facere inuẽ-
tarium,tanquàm aſtricti ad rationem reddẽdam
ſequentibus ſucceſſoribus,dicendum eſt,eos te-
neri ſequentibus fideicommiſſariis rationẽ red-
dere.Quod probatur ex tex.in l.cùm tale.§.Titius.
ff.de condit.& demonſtra.& in d.l.mulier.§.ſi hę
res.ff.ad Trebel.Ideóque conſequenter debẽtin
uentarium facere,vt exiſtimat Paul.in dict.§.Ti-
tius & Claudius in d.§.ſi hæres. & Guido Papæ
deciſ.351.quos ſuperius retulimus.Idque cenſuit
Alex.in dict.§.quod vulgo.num.14. & conſil. 58.
num.8.lib.3.Iacobinus in l.fina.§.1.num.13. C. de
iur.deliberan.Soci.conſil.51.num.1.li.3. Bellonus
conſ.54.num.1.Idque in vſufructuario arbitratur
Matth.de Afflict.deciſ.342.n.2.& 3.vbi inquit itá
fuiſſe iudicatum.Pinel.in.l.1.C.de bon.mater. 2.
par.nu.22.vbi plures idem aſſerentes refert.
8 ¶Si † autem inuentarium hæres fideicommiſſa-
rius Maioratus poſſeſſor,ſeu vſufructuarius non
fecerint,nulla lege cautũ eſt,quòd aduerſus eos
iurari poſſit in litem ob non confectum inuenta
9 rium.Nec† obſtat quòd aduerſus tutorem, qui e-
tiam rationem reddere debet, iuretur in litẽ ob
non confectum inuentarium.l.tutor,qui reperto
rium.ff.de adminiſ.tuto. Nã illa lex pœnalis eſt,
fauorémque pupilli concernit: ideóque ad alios
caſus trahẽda nõ eſt. Sicq. dixit Raph.Cuma.in
d.§.quod vulgò.quem ibi ſequitur Alex.num.14.
& Vincẽ.Herculan.col.29.Idem Raphael Cuma.
conſ.30.co.pẽ.qui ad id eſt omninò vidẽdus.Idq.
in ſpecie cẽſuit Bertr.cõſ.243.n.5.li.1.ſẽtitq.Alex.

d.conſil.82.nu.13.volu.2. Nõ enim procedit argu
mentatio. Aliquis tenetur ad conficiendũ inuen
tarium:ergo propter eiuſdem omiſſionem iuran
dum erit aduerſus eum in litẽ ,vt optimè probat
Corn.conſi.81.lib.4.per totum præcipuè.n. 4. v-
bi inquit,quòd qui cenſetur eſſe in dolo ob non
confectum inuentarium eſt ille , qui habet offi-
cium publicum , ſeu publicam adminiſtrationẽ:
non autem is,qui ſolùm tenetur reddere, ex ali-
qua cauſa priuatas rationes. Aliàs enim ſequere
tur,quòd contra procuratorem ad negotia nego
tiorum geſtorẽ,vſumfructuariũ,& cæteras eiuſ-
dem generis perſonas,quæ tenentur rationẽ red
dere ob non confectum inuentarium,in litemiu
rari poſſet,quod nullatenus dicendum eſt,vt ibi
optimè Corn.conſiderauit.
¶Pro cuius opinionis comprobatione conſide-
randum eſt non adeò præciſam eſſe obligationẽ
Maioratus poſſeſſoris, qui bona propria poſſidet
quo ad inuentarium conficiendum prout obliga
tio tutoris,qui bona alienaadminiſtrat,nec ratio
nem,quam tenetur præſtare fideicõmiſſarius ra-
tioni per tutorem præſtandæ ſimilem eſſe. Tutor
namque de omnibus bonis,ac fructibus emolu-
mentiſque eorũdem rationem reddere debet. Fi
deicommiſſarius autem nõ tenetur reddereratio
nem:niſi ſolius deteriorationis bonorũ ſuaculpa
prouenientis,vt probatur in d.§.ſi hæres,& in d.
§.Titius. Ideoque magis ex quadã decẽtia:quam
ex præciſa obligatione videtur ꝙ teneatur inuẽ-
tariũ facere,vt in vſufructuario dixit Iuriſcõſult°
in l.1.§.rectè.ff.vſufr.quemadm.caue.vbi dicitur
rectè dominum,& vſufructuarium facturos:ſi in
ſcriptis redigant,quæ bona ſint fruenda, vbi gl.
verb.facient,id intelligit de conſilio: nõ autẽ de
præciſaobligatione. De cuius gloſſæ veritatenũc
non agimus:id tamẽ præciſè aſſerimus, quòd ad
uerſus fructuariũ,nec Maioratus poſſeſſorẽ: pro
pter non confectum inuentarium non poſſit in
litem iurari. Quod non petente ſequẽti Maiora-
tus ſucceſſore verum mihi videtur:eo autem in-
ſtante,iudiceque id præcipiente , ſeruãdum erit.
Quod ſtatim dicemus,atq. in hac ſpecie falſam
eſſe exiſtimo opinionem Claudij in d.§.ſi hæres,
& Peraltæ in dict. §. qui fideicommiſſam.nume.
45. Quos ſuperiùs retulimus:dicentium, ob non
confectum inuentarium poſſe aduersùs Maiora-
tus poſſeſſorem in litem iurari. Eſſet namque ab
ſurdiſſimum omnes Maioratus ſucceſſores huic
pœnæ ac rigori abſque lege aſtrictos reddere.
10 ¶ Si autem†Maioratus ſucceſſor,qui bonorum
ſubtractionem timet,ſibi rectè cõſulere velit,po
terit inſtare corã iudice: vt Maioratus poſſeſſor
de rebus eiuſdem Maioratus inuentarium confi
ciat. Quod iudex ipſe neceſſariò præcipere debet
ex his,quæ ſuperiùs adducta ſunt,quòd ſi adiudi
cis præceptum Maioratus poſſeſſor inuentarium
non fecerit,ex cõtumacia,& dolo poterit aduer
ſus illum in litẽ iurari.l.2.ibi,*Cùm verò dolus , aut
contumacia non reſtituentis,vel non exhibẽtis punitur,
quanti in litem iurauerit actor.* ff.de in litem iuran,
Vbi Bart.Paul.Iaſſ.& communiter Scrib. Contu
macia namque delictum eſt l. omne delictum in
princip.vbi gloſſ.& Bart.nu.1.ff.de re milita. glo.
in l.1.in §.fina.ff.ſi quis ius dicen.non obtemper.
vbi Bart.num.9.& Scrib. Ideoque non mirum, ſi
ex ea in litẽ iurari poſſit,vt optimè aduertit Iaſ.
in d.l.2.nu.3. Idque in vſufructuario,qui inſtante
proprietario recuſauit inuẽtarium, ſeu deſcrip-
tionem bonorum facere , cenſuit Bertran. conſi.
243. nu. 6. & 7. lib.1. qui ad id omninò videndus
erit. Quæ omnia ſummè notanda , ac memoriæ
tradenda ſunt.
11 ¶Id tamen ſciendum eſt†hæredem grauatum in
uentarium non conficientem perdere vltra ea,
quæ ſuperius dicta ſunt Falcidiæ ſeu Trebellia-
nicæ detractionem:prout ſupra iſto lib. ca. 17.ad
fin.n.33.oſtendimus.
12 ¶Sed controuerti poteſt,vtrum†Maioratus inſti-
tutor poſſit eiuſdem Maioratus ſucceſſoribus in-
uentarij confectionem remittere, & prima facie
dicendum videtur, quòd non,cum ea inuentarij
confectio vſufructuario remitti non valeat ,vt
cenſuit Iaſſ.qui plura refert conſil.40.num.2.lib.
1. Alexand. in l. nemo poteſt.ff.de lega.1,num.18.
Pinel.de bon.mater.in l.j.par.ij.nu .76. Mencha.
de ſucceſſ.creati. §. 10.num.668. Boeri. deciſ. 61.
num.12. quam dixit communem opinionem eſſe
Soci. Iuni. conſ.115.nu.18.lib.1. Bellonus conſ.14.
num.3. Iulius Clarus lib.3.receptarum ſent.§.te-
ſtamentum.q.66.verſ.Quo ad ſecundum. Ex qui-
bus videtur dicendum Maioratus poſſeſſori e-
tiam non poſſe huiuſmodi inuentarij confectio-
nem remitti.
¶ Sed veriùs eſt Maioratus poſſeſſori inuentarij
13 confectionem remitti poſſe:quanuis † enim vſu-
fructuario inuentarij confectio remitti non poſ-
14 ſit,hæredi†tamen in re fideicõmiſſo ſubiecta reſ-
pectu ſequẽtis fideicommiſſarij remitti poterit,
vt opinatur Paul.in d.l.cũ tale.§.Titius.ff.de con-
di.& demonſtra. nu. 2. Cuius opinionem aſſerit
communem eſſe Pariſ.conſil. 68.nu. 57.lib.2. Ay-
mon Crauet.conſ.174. nu. 11. Dida. de Couarru.
in c.1.de teſtam.nu.17. Iulius Clarus lib.3.ſenten.
receptarum:§.teſtamentum.q.66.verſi.Quod ad
primum. Quod magis ad Maioratus poſſeſſorem,
qui verus dominus eſt , non autem vſufructua-
rius,adaptari poterit.
15 ¶Imò† quanuis in vſufructuario communis opi-
nio ſit,quòd ei non poſſit remiti inuentarij con-
fectio:ea tamen opinio mihi iure non probatur:
cùm hæredi inuentarij confectio remitti poſſit,
vt ſuperiùs oſtenſum eſt,ac etiam tutori,qui ma-
iori obligatione ad inuentarium conficiendum
aſtrictus eſt,remitti valeat.l.fin.C. arbi.tute. vbi
gloſ.& communiter Scrib. Quam opinionem cõ-
munem eſſe aſſerit Guido Papæ.conſil. 41.num.1.
Iulius Clarus,qui plura refert lib. 3. receptarum
ſentent.d.§.teſtamentum.q.66. verſ.quo ad ter-
tium. Nec vlla lege cauetur non poſſe hanc in-
uentarij confectionem vſufructuario remitti, &
omnes qui hanc opinionem tenent,abſque lege,
ac iuridico fundamento loquuntur. ¶Nec obſtat
tex.in l.1.C.de vſufruct. & in l.ſcire debetis. vbi
glo.& Scrib.C.vt in poſſe legato. Ex quibus pro-
batur cautionẽ de vtendo arbitrio boni viri re-
mitti nõ poſſe:ne detur occaſio delinquendi. Le-
ges namque illæ,quæ adeò à communibus regu-
lis exorbitant,& in cautione de vtendo & fruen-
do arbitrio boni viri loquuntur , non ſunt facilè
ad alios caſus trahendæ. Nec eſt verum , quòd in
remiſſione inuentarij militet eadem ratio,quę in
remiſſione dictę cautionis militat,ſcilicet,ne de-
tur occaſio delinquendi. Non enim datur maior
occaſio delinquendi vſufructuario reſpectu pro-
prietarij,quam heredi reſpectu fideicommiſſarij,
nec tutori reſpectu pupilli. Cùm quanuis hæres
atq; tutor ſint liberi ab inuentarij cõfectione ex
diſpo-



diſpoſitione teſtantis : nihilominus tamen te-
neantur bonorum deſcriptionem facere ſi pars
id petierit,vt bona nõ ſubtrahãtur,& dolus ma
lus abſit. Qui enim non tenetur inuentarium fa-
cere,ad faciendum bonorum deſcriptionem cõ-
pelli poteſt, vt ſupra iſto lib. cap. 15. num.32.cum
ſequen.oſtenſum eſt. Ideóque mea ſentẽtia inuẽ
tarium etiam fructuario remitti poterit:ſicut hæ
redi,ac tutori remitti poteſt:quãuis ipſi ex remiſ
ſione inuentarij non poſſint hanc bonorum deſ-
criptionẽ recuſare: ſicque iſta intelligenda ſunt.
Doctores namque in hac materia deſcriptionem
bonorum cum inuentario confundunt: quanuis
ipſa diuerſa ſint:vt d.c.15.nu. 33. cum ſequen.an-
notauimus. Idque colligi poteſt ex his,quæ dixit
Iaſſ.d.conſi.40.qui eſt præcipuus contrariæ opi-
nionis author,vbi non in inuentario, ſed in deſ-
criptione bonorũ apertiſſimè loquutus fuit. Quę
opinio ſic intellecta mihi verior atque probabi-
lior videtur,& ex ea ceſſat differẽtia,quæ ab Scr.
ſine lege atque fundamento inter vſufructuariũ
& hæredẽ reſpectu fideicommiſſarii, & tutorem
aſſignari ſolita eſt.
¶Sed etſi hanc differentiam , quam inter inuen-
tarii confectionem , atque bonorũ deſcriptionẽ
aſſignauimus aliquis recuſare voluerit: quanuis
ea iuridica,atque à grauiſſimis auctoribus proba
ta ſit:adhùc id , quod ſuperiùs de vſufructuario
diximus veriùs mihi videtur. Nõ enim ex hac in-
uẽtarii remiſſione datur ſtatim occaſio delinquẽ
di vſufructuario,ſiquidẽ ſi vſusfructus in rebus
immobilibus conſiſtat, penitùs ceſſat hæc delin-
quendi occaſio,cùm in his fraus tàm facilè fieri
non poſſit. Si verò in mobilibus cõſiſtat , ſemper
tempore diuiſionis & traditionis ſolẽt bona hæc
ſigillatim deſcribi. Nec ſolẽt dari vſufructuario
niſi deſcriptione legitima p̄cedẽte , ex qua fraus
16 facilè euitari poteſt,quòd †ſi neutrũ fiat adhuc
ex communi omnium ſententia,quoties proprie
tarius id petierit ex cauſa poterit præcipi,vt inuẽ
tarium conficiatur,etſi à teſtante eius confectio
remiſſa ſit. Quod etiam in tutore reſpectu pupil
li tenuit Bart.cõmuniter ſequutus in l.nemo po
teſt.nu.12.ff.de lega.1. Idem in l.tutor , qui reper-
torium.num.18.ff.de admi.tuto. Areti. conſil.22.
nu.5. Deci.conſi.349.num.5. Segura. in l. ſi ex le-
gati cauſa.num.21.cum ſequen.ff.de verb.obliga
tio. Ripa in l.nemo poteſt.num.48.ff.de leg.1.vbi
Annibal.nu.396. & Crot.colum.22. & Clau. col.
5. Aymon.conſi.193.num.10. Loaz. in repe.l. filius
familias.§.Diui.ff.de lega.1.nu. 71. Didac.de Co-
uarru.lib.2.reſolu.cap.14. num.4. Idque etiã pari
ratione in hærede reſpectu fideicõmiſſarij, & in
vſufructuario reſpectu domini,dici poterit. Non
enim poteſt iuſtè inuẽtarii confectio recuſari in
his,quæ ſuperiùs à me adducta ſunt. Operabitur
autem inuentarii remiſſio,quòd illud non confi-
ciens in dolo non ſit nec aduerſus non conficiẽ-
tem in litem iurari poſſit,vt dixit Fulgo.conſi.25.
col.2.ad fin. Idque clarè ſentit Alex.conſi.74.nu.
1.li.7. Mat.de Afflict.deciſ.360.nu.2. Pariſ.con.21.
17 n.55.lib.2. Nõ†autẽ operabitur, quòd iudice præ
cipiente poſſit eius cõfectio recuſari, nõ obſtãte
teſtãtis remiſſione, ꝙ ſi ad bonorũ deſcriptionẽ
referatur,veriſſimum eſt,atque in tutore ac hæ-
rede & vſufructuario indifferenter proce-
dit. Quicquid autem in vſufructuario
dicendum ſit: in Maioratus ta-
men poſſeſſore nulli dubiũ
eſt:quin ei poſſit inuen
tarii confectio
remitti.

Finis libri primi.

P 4 DE

# DE RECTA HISPANORVM PRIMOGENIORVM INSTITVTIONE.

## LIBER SECVNDVS.

Capita, quæ in ſecundo volumine continentur.

*QVo iure, quibúſue rationibus Maioratuum inſtitutiones in vtroque foro ſuſtineantur. Caput primum.*

*De multiplici Hiſpanorum Primogeniorum differentia. Caput ſecundum.*

*Qualiter ex legitima deſcendentium vel aſcendentium Primogenium abſque Regia facultate inſtitui poſſit. Caput tertium.*

*De his Primogeniis, in quibus ex electione vltimi poſſeſſoris ſuccedi ſolet. Caput quartum.*

*Vtrum is, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignum, ſeu etiam indignum eligere digniori prætermiſſo. Caput quintum.*

*De his Primogeniis, quæ ex temporis antiquitate conſtant. Caput ſextum.*

*De Regiæ facultatis ſolennitate; quæ debet præcedere Maioratus inſtitutionem. Caput ſeptimum.*

*De cæteris ſolennitatibus, quæ in Primogeniorum inſtitutione requiruntur. Caput octauum.*

*Quis poſſit Primogenium inſtituere. Caput nonum.*

*Ex quibus bonis poſſit Maioratus inſtitui. Caput decimum.*

*In cuius perſona poſſit, ac debeat Primogenium inſtitui. Caput vndecimum.*

*De legibus, ac conditionibus, quæ in Primogeniorum inſtitutione apponi ſolent. Caput duodecimum.*

*De conditionibus, quæ in Primogeniis circa matrimonia ſucceſſorum apponuntur. Caput decimumtertium.*

*De conditionibus, quæ circa nominis: atque armorum delationem in Primogeniis apponi ſolent. Caput decimumquartum.*

*De alimentis & dotibus, quæ à Maioratus inſtitutore, filiis; ac deſcendentibus relinquendæ ſunt, qualitérque hæc obligatio ipſius Maioratus ſucceſſores aſtringat. Caput decimumquintum.*

*De aliis quæſtionibus dotium, atque alimentorum materiam attinentibus. Caput decimumſextum.*

*De forma inſtitutionis Maioratus. Caput decimumſeptimum.*

SVMMARIA SEQVENTIS CAPITIS.


1 *Inſtitutiones Primogeniorum, vtrum quo ad ius fori, ac poli ſecuræ ſint.*
2 *Plures rationes, quæ aduerſus Primogeniorum inſtitutiones adduci ſolent.*
3 *Fundamenta ex quibus Primogeniorum inſtitutiones ſuſtinentur.*
4 *Primogeniorum inſtitutores bonis agricultoribus ſimiles eſſe.*
5 *Primogenia, in quibus deſcendentes, ſeu aſcendentes legitima non fraudantur, vel in quibus grauamen Primogenito in legitima non imponitur iuſta eſſe cenſentur.*
6 *Primogenia, quæ ex legis authoritate fiunt, iuſtè in conſcientiæ foro inſtitui poſſunt.*
7 *Lex ciuilis ſeu canonica: ſi iuſta ſit, etiam in foro conſcientiæ ſeruanda erit.*
8 *Faciens aliquid legis authoritate, non peccat, ſi ea lex ſit diuinæ legi contraria.*
9 *Primogenium non poteſt fieri ex legitima aſcendentium, ſeu deſcendentium abſque Regia facultate, ſeu eorum conſenſu.*
10 *Facultas parenti ſimpliciter conceſſa, vt de omnibus bonis poßit Maioratum inſtituere, intelligenda eſt, dummodo cæteris filiis competentia alimenta relinquantur.*
11 *Conſuetudo deferens ſucceſſionem Primogenito intelligenda eſt relictis cæteris filiis competentibus alimentis.*
12 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, non aliter locum habere poteſt; quàm relictis filiabus dotibus ſeu alimentis competentibus.*
13 *Reſcripta Principum ſecundum iuſtitiam fori ac poli interpretanda ſunt: etſi id verba non patiantur.*
14 *Legitima filiorum ſimpliciter ſumpta ex iure naturali procedit, quanuis eius quantitas iure poſitiuo taxata ſit.*
15 *Princeps non poteſt concedere facultatem, vt fiat Maioratus non relictis filiis competentibus alimentis.*
16 *Legitima filiorum in quantum ad alimenta eorum neceſſaria eſt, ex iure naturali procedit: ideoque lege, reſcripto, ſeu conſuetudine tolli non poteſt.*
17 *Inſtinctus naturalis, quo ad aliquid faciendum aſtringimur, proprium ius naturale eſt.*
18 *Ius naturale non eget aliqua lege ſeu conſtitutione ſcripta, quæ idipſum diſponat.*
19 *Lex naturalis non eget promulgatione.*
20 *Ius naturale non efficitur ciuile ex eo, quòd aliqua lex ciuilis id ipſum, quod lege naturali introductũ erat, diſponat.*
21 *Statutum continens idem, quod ius commune, dicitur ius commune: non autem ſtatuarium.*
22 *L. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure declaratur.*
23 *Legitima filiorum poteſt tolli lege ſeu conſuetudine: etiam quo ad alimenta, vbi filius aliunde habuerit, vnde ſe alere poßit.*
24 *Alimenta non poſſunt tolli filiis Principis reſcripto: etiamſi ipſi aliunde ea habeant, niſi ex magna cauſa.*
25 *Facultates ad inſtituenda Primogenia ſemper ea lege conceduntur, vt aliis filiis alimenta relinquantur.*
26 *Facultates ad inſtituenda Primogenia, relictis cæteris filiis competentibus alimentis, iuſtißimæ ſunt: etiamſi in eis nulla alia cauſa, quàm ipſa Maioratus inſtitutio interueniat.*
27 *Maioratus ex Regia facultate inſtitutus, nulla, ſeu non competenti facta alimentorum aßignatione, vtrum nullus ſit: an facta ex bonis Maioratus legitima alimentorum aſſignatione ſuſtineatur.*
28 *Facultas ad priuandos aſcendentes legitima quando & qualiter concedi poßit.*
degrauam inleg. 29 *Grauamen ex legitima filij reiicitur, etiam ſi filio aliquid vltra legitimam relictum ſit: in reſiduo verò ſuſtinetur.*
30 *Grauamen conditionis caſualis, vel mixtæ, nedum reiicitur ex legitima filij in poteſtate, ſed etiam ex reſiduo.*
31 *L. ſuus quoque. ff de hæred. inſti. l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſti. declarantur.*
32 *Inſtitutio filij facta ſub conditione caſuali, vel mixta, vtrum hodie omninò nulla ſit: an quo ad legitimam, reiecta conditione ſuſtineatur.*
33 *L. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſtam. declaratur.*
34 *L. 11. tit. 4. part. 6. declaratur.*
35 *L. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. declaratur.*
36 *Nouus intellectus ad l. 27. Tauri aßignatur.*
37 *L. 11. tit. 4. part. 6. vtrùm ſolum in filio in poteſtate: an etiam in emancipato procedat.*


*Quo iu*



## *Quo iure, quibúſue rationibus Maioratuum inſtitutiones in vtroque foro ſuſtineantur.*

### CAPVT PRIMVM.

HIſpanorum Primogeniorum origine ac natura omninò iampercepta ac intellecta, vt promiſſum ordinẽ proſequamur, conſequenter dicẽdum ſupereſt: qualiter ea Primogenia inſtitui, atque expediri debeãt. Non enim aliter poterat de Primogeniorum inſtitutione tractari niſi priùs eorũ natura rectè cognita, ac perpenſa.
1 Sed quia† pleriq. has Primogeniorum inſtitutiones inſectari ſolent, exiſtimantes eas eſſe aduerſùs ius, naturalémque iuſtitiam ac moralẽ rationẽ, nec quoad ius poli attinet ſecuras: ideò conueniens, ac neceſſarium mihi viſum fuit ante quàm vlterius progrediamur, de earum iuſtitia diſſerere, vt nõ priùs de Primogeniorum inſtitutione tractemus: quàm ea iure fori, ac poli ſecurè inſtitui poſſe cognoſcamus.
2 ¶Quòd † autem huiuſmodi Primogenia in Reipublicæ perniciem conuertantur, nec quoad ius poli ſecura ſint,, aliquibus ex eo perſuaſum eſt, ꝙ in eis inſtituendis violetur illa ęqualitas, quã iura naturalia, humanæque leges inter fratres pręcisè ſeruari voluerunt, vni filio: quaſi totum patrimonium aſſignando: cęteris autem minimam eiuſdem portionem relinquendo. Quam Primogeniorum iniuſtitiam, nõ in hoc ſolo verſari, ſed etiam vlterius protrahi contendunt, dicẽtes Fœminas plerunque ab horum Primogeniorum ſucceſſione: aduerſus naturalem etiam æquitatem excludi, inuitasque ac renitẽtes in monaſteria detrudi, pluraque alia in aliorum filiorum præiudicium, in eis paſſim inueniri. ¶ Quibus adiiciunt, quòd in horum Primogeniorum ſucceſſione non melior, ſed maior natu, cęteris filiis præferri ſolet, eorumque inſtituendorum cupiditate homines, ad ampliſſima patrimonia per fas & nefas acquirenda alliciuntur, vt ex eiſdem huiuſmodi Primogenia conſtituant, in eisque aſſiduè plura diſponãt, quæ potiùs gentilitatis, quàm Chriſtianæ religionis ſpecimen præ ſe ferunt, memoriam propriæ familiæ magna ſolicitudine perpetuã efficere deſiderãtes, ad nominis, inſigniorũque propriæ familiæ delationẽ ſucceſſores perpetuò aſtrictos reddẽtes bonorũ alienationẽ, pluribus vinculis prohibentes, pluraque alia, à viris Chriſtianis alieniſſima diſponentes. Ideoque huiuſmodi Primogenia iuſtè inſtitui nõ poſſe, dixit Cinus in l. reſcripta. q. 3. C. de precib. Imp. offerẽ. Idem in. l. Barbarius. col. 1. ff. de offi. præto. Lucas de Pena. in l. quicunque. col. 1. C. de Princip. agẽ. in reb. li. 12. Iaſ. in §. ſed iſtę quidem. nu. 124. inſti. de actionib. Ioan. Licerier. de Primoge. li. 2. q. 15 vbi latiſſimè proſequitur materiã. Simãcas, qui hos, pluresque alios Primogeniorũ abuſus recẽſuit de catholi. inſtitutio. cap. 9. nu. 126. cum plurib. ſequen. vbi concludit eadem Primogenia nõ aliter ſibi iuſta videri: quam ſi ad aliquem honeſtum finem dirigantur, piiſue operibus temperẽtur, atque ſine alterius iniuria fiant. Quæ etiam Primogenia principiis iure naturæ aduerſari, nimiſque Reipublicæ damnoſa eſſe dixit Mencha. de ſucceſ. creati. in præfat. lib. 1. n. 24. Quod etiam repetit de ſucceſ. reſolu. li. 3. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta. nu. 26. cum ſequen.
3 ¶Sed † quanuis plures præfatam opinionem ſequantur, contraria ſentẽtia, quòd ſcilicet Primogenia iure optimo, atque citra conſcientiæ diſcrimen fieri ac ſuſtineri valeant, crebriori Scribentium numero comprobata eſt, ea pręſertim ratione, quòd in inſtituendis Primogeniis bonũ publicum verſetur. Reipublicę nãque intereſt illuſtres familias, earúmque patrimonia cõſeruari, vt viri optimates: ac proceres rempubli. ipſam tueantur belloque & pace Regibus deſeruiant, ſitq. Primogenitus ipſe totiꝰ familiæ robur, ac præſidiũ, fratresque inopes alere: ſorores etiam egentes dotare aſtrictus ſit, aliáque quamplura onera in propriæ familiæ decus, ac honorẽ ſubire debeat. Quod citra bonorũ colligationẽ fieri nõ poſſet: cùm ex bonorũ diuiſione, vt alibi diximus, bona attenuentur ac exinaniantur, patrimoniáq. etiã ampliſſima deſtruãtur, pereántq. etiã antiquarũ veſtigia familiarum. Quod in reipublicæ clariſſimam perniciem vergere notiſſimum eſt. Ideóq. hanc vltimam ſententiam veluti iuri, ac rationi magis conſonam ſequuti fuerunt Ioa. And. in c. ſine culpa. q. vlti. de reg. iur. li. 6. in mercurialib. Oldral. cõſ. 94. col. 2. & 3. Bal. in l. 2. C. quæ ſit lõg. conſue. nu. 28. Marti. Lauden. de Primoge. q. 12. Tiraquel. qui plures, maximæque authoritatis iuris interpretes idẽ exiſtimantes refert, in eod. tract. de Primoge. q. 4. n. 13. & 14. cum ſequen. vbi ad id Bernard. Scotum, Ioan. Maiorem, & etiam Abulenſem idem tenentes refert. Idem etiam exiſtimat Pariſi. conſ. 72. nu. 12. li. 4. Ioan. Lupi. in rep. c. per veſtras poſt notabilia. tex. §. 26. ante nu. 1. Carol. Moli. in conſu. Pariſi. tit. 1. de materia feudali. §. 8. glo. 3. nu. 30. & glo. 4. n. 15. Xuarez in rep. l. quoniam in prioribus. 2. limita. ad l. fori. per totam. C. de inoffi. teſta. Dida. de Couar. de ſpõſalib. 2. par. c. 8. §. 6. n. 5. verſi. 4. deducitur idẽ in c. Rainutius num. 24. de teſta. & lib. 3. variarum reſolu. cap. 5. num. 5. Grego. Lopez. in l. 32. tit. 9. part. 6. in princip. gloſ. magnæ Petrus Peralt. in l. 3. §. qui fideicõmiſſam. n. 121. ff. de hęred. inſti. Anto. Gomet. in l. 40. Tauri. n. 56. Dominicꝰ Soto. de iuſtitia & iure
4 li. 4. q. 5. arti. 1. verſ. At verò. Vbi inquit† Primogenia inſtituentes agricolis prudẽtibus ſimiles eſſe qui arbori & viti minores ramuſculos circũquaque amputant, vt præcipuum germen in truncũ excreſcat. Quam etiam opinionem nouiſſimè ſequutus eſt D. Anto. de Padilla, qui optimè & copioſè illam proſequitur in Rub. C. de fideicommiſ. n. 4. Plures autem rationes, quibus Hiſpanorũ Primogenia ſuſtineantur, recenſuit Simãchas de Primoge. Hiſpaniæ. lib. 1. c. 16. cum ſeq. Idq. latiſſimè proſequitur Frã. Piſcina de ſtatutis excluden. fœmin. n. 68. cum ſeq.
¶Vt autem in hac re deinceps pleniſſima reſo-
5 lutio habeatur: pręmittendum eſt, † quòd omnia Primogenia, in quibus filiis, aliiſque deſcendentibus, ſeu aſcendentibus, legitima non aufertur, nec minuitur, nec ipſi Primogenito grauamen in ſua legitima imponitur: proculdubio iure optimo, ac ſecundum cõſcientiam inſtitui valet. Cum enim ſolum hæc duo, ſcilicet, quòd legitima mi-

nüatur

nuatur,ſeu in ea grauamen imponatur,Primoge
niorum inſtitutiones dubias reddere ſoleant, vt
optimè aduertit Xuarez in l.quoniã in prioribus
C.de inoffi.teſta.2.limita.n.16.cõſequens erit, vt
ea Primogenia , in quorum inſtitutione nullum
eorum interueniret,proculdubio iuſtè rectéque
inſtitui poſſint.Quæ regula tanquàm infallibilis
in hac materia præmittenda erit.
¶Nec ad Maioratuum iuſtitiam , ſeu iniuſtitiam
conſiderandum eſt,quòd in eiſdem inſtituendis
plures abuſus frequenter interuenire ſoleãt.Nõ
enim Primogeniorum abuſus probamus : ſed ea
ſolum Primogenia,quæ rectè ac iuſtè, ac ſecun-
dùm ordinem,quem in hoc libro trademus inſti
tuta fuerint. Quòd ſi propter abuſus in eiſdem
plerunque accidentes Primogenia improbanda
forent:illicò poſſemus plura recta ac iuſta genti-
um inſtituta improbare,ex eo , quòd vt plurimũ
diuerſis abuſibus infici , ac dehoneſtari ſoleant.
Quod nimis abſurdum,atque irrationabile fu-
turum eſſet.
¶Ex qua regula , quam paulò antè præmiſimus,
ſubinfertur,Primogenium illud , quod pater de
quinta bonorũ ſuorum portione fecerit , quo ad
ius poli,ac fori iuſtiſſimum eſſe.Cùm enim quin
ta bonorum portio extra filiorum legitimam ſit,
nec hic de legitimæ diminutione,nec eiuſdẽ gra
uamine tractetur:non eſt cur de huiuſmodi Pri-
mogenij iuſtitia diſputandum ſit.
¶ Idem etiam pari ratione dicendum erit in eo
Maioratu,qui ex tertia bonorum parte,à parẽte
factus fuerit,ſeu ſimul de tertia & quinta bono-
rũ portione,ſeruato ordine,de quo in l.27.Tauri
quæ eſt.l.11.tit.6.lib.5.in noua.ll.Regni collectio
ne.Quanuis enim reſpectu extranorũ tertia bo
norum pars legitima ſit: reſpectu tamen filiorũ
non eſt legitima,vt in d.l.27.Cõmentatores eiuſ
dem legis aduertunt,atque ſupra lib.1.c.12. n.17.
annotauimus.Ideoque de ea idem,quod de quin
ta bonorum portione dicendum erit.
¶ Quibus adiicitur leges Regias facultatẽ hanc
Primogenij ex tertia & quinta bonorũ parte in-
ſtituendi parentibus cõcedere,cæteris filiis legi-
tima portione relicta,eáſq.hac præſertim ratio-
6 ne iuſtiſſimas eſſe.Ex quo fit,vt† is qui earum au
thoritate fretus Primogenium inſtituerit: etiam
7 quo ad ius fori tutus,ac ſecurus cẽſẽdus ſit.†Lex
namque humana tam ciuilis:quàm canonica cõ
dita ab eo,qui habet authoritatem legis condẽ-
dæ,ſi ea ob bonum commune lata ſit,etiam in fo
ro conſcientiæ ſeruanda erit.gl.1.in c.quę in Ec-
cleſiarum de conſtitu. quam ibidem Abba atq.
communiter Scrib.ſequuntur Felin.qui plura re
fert in c.1.de conſtitu.nu.44.Iaſſ.in l.ſi poſt diui-
ſione.nu.6.C.de iur.& facti igno.Diuus Tho.1.2.
q.96.arti.4.& 6.Henricus quodlibeto.8.q.22. An
to.Gomet.qui id ad Hiſpanorum Primogenia de
ducit in l.40.Tauri.n.56.Soto de iuſti.& iur. li.1.
8 q.6.col.2.Ideoque† is,qui legis humanæ authori
tate aliquid fecit,nõ peccat niſi ea lex diuinæ cõ
traria ſit:vt in ſpecie dixit Bal.in c.in omni ne-
gotio.n.1.de teſtibus.Cuius dictũ refert & ſequi
tur Iaſſ.plura in eius comprobationem adducẽs
in l.ſi pœnæ cauſa.in princi.n.2.ff.de cõdictio.in
debit.Felin.qui etiam plura refert in d.c.1.de cõ-
ſtit.nu.4.4.glo.communiter ſequuta,ab Scrib.ibi
de m[illegible] de præſcrip.& alibi ſæpe Scrib.
¶Similiter etiam longè potiori ratione idem di-
cẽdũ erit in eo Primogenio,quod ab eo, qui nec
filios,nec deſcendentes,nec etiam aſcendẽtes ha
bet in perſona fratris,vel alterius conſanguinei,
vel etiam extranei factum fuerit. Cùm enim in
hac ſpecie de legitima aſcendentium, vel etiam
deſcendentium non agatur,iſque lege humana
poſſit liberè ex bonis ſuis quicquid ſibi libuerit
facere:meritò ſpecies hæc extra omnem dubitan
di occaſionem verſabitur.
¶Idipſum etiam dicendum erit in eo Maioratu,
qui ex tertia bonorum portione ab eo,qui aſcen
dẽtes:nõ autẽ deſcẽdẽtes legitimos habet, factus
fuerit.Cùm enim legitima aſcendẽtiũ ſit vniuer-
ſũ patrimoniũ,excepto tertio,vt probatur ex de
ciſ.leg.6.Tauri,quæ eſt l.1.tit.8. lib. 5. in noua.ll.
Regni collectione,nõ eſt cur de huius Primoge-
nij,(quod relicta aſcendentibus legitima portio
ne inſtituitur) iuſtitia tractetur.
¶ Vltimo loco idem etiam dicendum eſt, de eo
Primogenio,quod pater aſcendẽtes habens, legi
timáque deſcendentia carens in perſona filij na
turalis,etiam de omnibus bonis ſuis inſtituerit.
Cum enim hoc caſu non ſolum pater in præiudi
ciũ aſcendẽtium poſſit filio naturali tertiã ſuorũ
bonorum partem:imò omnia bona ſua relinque
re,nec hoc caſu aſcendentes legitimam præten-
dere poſſint,ex deciſ.l.10.Tauri,quæ eſt l.8.ti.8.li.
5.in noua ll.Regni collectione. Nec filius etiam
naturalis legitimam prætendere poſſit, ex tex.in
Auth.Licet,cùm ſimil.C.de na.lib.poterit pater
liberè de his bonis Primogenium inſtituere.
¶ His igitur articulis tanquam clariſſimis præ-
ſuppoſitis: ne in æquiuocationem terminorum,
vt propè omnes Scriben.hucuſque inciderũt,nos
etiam incidamus:de Primogeniorum iuſtitia,ſeu
iniuſtitia tractantes,duas ſpecies principales diſ
curremus , in quibus tantũ verſari poteſt huius
rei difficultas.¶Prima : Quando Maioratus inſti-
tutor filios ac deſcendentes legitimos,ſeu ſolùm
aſcendentes habens,eos legitima portione frau-
dare velit:filio Primogenito etiam ipſorum legi-
timam portionem iure Maioratus relinquendo.
¶ Secunda , Quando filio Primogenito in ſua le-
gitima portione grauamen, à Maioratus inſtitu-
tore apponitur.
¶ In prima ſpecie principali duo etiam caſus pe
nitus diuerſi,ac ſeparari conſiderandi ſunt. Aut
enim Maioratus abſque Regia facultate inſtitui-
tur,aut Regia facultate præcedente fit.
9 ¶In primo caſu† vbi , ſcilicet Maioratus abſque
Regia facultate inſtituitur,cæteríque filij; ſeu aſ
cẽdentes ſua legitima fraudantur,certiſſimũ eſt,
huiuſmodi Maioratũ,nec quoad ius fori,nec po
li poſſe ſuſtineri.Cũ enim leges neceſſitatẽ præci
ſã parẽtibus imponãt,vt filiis ſuis,ſeu aſcẽdẽtib.
legitimam portionem relinquant eiſque ſo-
lùm de tertia & quinta bonorum ſuorum portio
ne diſponere,certo ordine ſeruato , permittant:
conſequens eſt,vt quicquid aduersùs earundem
legum formam,ac ordinem factum fuerit, nullũ
futurũ ſit,nec in cõſciẽtiæ foro ſuſtineri valeat.
¶Quod intelligendum erit:niſi ad id Primoge-
nium,ex aliorum filiorum,ſeu aſcendẽtium legi
tima inſtituendum,eorundem cõſenſus interue-
nerit,conſenſúſque ipſe iuramẽto,ac cæteris vin
culis,de quibus infra iſto li.c.3.dicemus,vallatus
fuerit.Tũc nãque Primogenium , hoc pacto etiã
ex legitima aliorum filiorũ ſeu aſcendentium in
ſtitutum,quo ad ius fori,& poli validũ erit: dum
modò,voluntariè,ſpontéque,ac citra metum &
coactio



coactionem,læſionémque id fiat,fraúſque ac do-
lus in ea Primogenij inſtitutione nõ interueniãt,
quod parentes ſumma animaduerſione curare,
diligentérque obſeruare debent.
¶In ſecundo caſu,vbi ſcilicet Primogeniũ ipſum
Regia facultate pcedẽte inſtitutũ fuerit, cõſide-
rãdũ eſt:an facultas cõceſſa fuerit ei,q alios filios
aut deſcẽdẽtes habet,aut illi,q caret legitima de-
ſcẽdẽtia:habet tñ legitimos aſcẽdẽtes.¶Si habẽti
filios,ac deſcẽdẽtes facultas cõceſſa fuerit:ſubdi-
ſtinguẽdũ etiã erit.¶Aut enim ex Regia facultate
Maioratus inſtitutori,alios filios habenti conce-
ditur,vt illud,ex omnibus bonis ſimpliciter inſti
tuere poſſit.¶Aut ex ea conceditur , vt illud fa-
cere poſſit,ex omnibus bonis ſuis:etiã non relin-
quendo cæteris filiis legitimam,nec alimenta.
¶ Aut conceditur , quòd illud inſtituat , relictis
eiſdem filiis,alimentis competentibus.
¶Si facultas ad conſtituendum Primogenium,ex
omnib. bonis ſimpliciter cõcedatur,dicẽdũ erit:
Maioratũ eiuſdẽ facultatis virtute, à parente, ex
omnib.bonis inſtitutũ,nõ relictis cęteris filiis cõ
petẽtib.alimẽtis:nec quo ad ius fori,nec poli ſe-
10 curũ eſſe:† quãuis enim ſimpliciter facultas cõce
datur, vt ex omnib.bonis Primogeniũ fiat, ea fa-
cultas intelligẽda erit:dummodò cęteris filiis,ali
mẽta cõpetẽtia relinquantur:etſi id in ea expreſ-
ſum nõ fuerit.Quod in cõſuetudine deferẽte ſim
pliciter ſucceſſionẽ parẽtis Primogenito deciſũ
11 eſt.Ea† nãq; cõſuetudo intelligenda eſt:dumodò
cęteris filiis,priùs alimẽta iuxta eorũ qualitatem
& dignitatẽ aſſignẽtur,vt in ſpecie cẽſuerut Ho
ſtiẽ.Io.And.col.2.Abb.n.10.& cęteri in c.licet de
voto.Io.And.in reg.ſine culpa de reg.iur.lib.6.in
mercurialib.Abb.cõſ.12.n.5.li.1. Guido Papę, de-
ciſ.476.& deciſ. 487. Tiraq. q plura in idẽ addu-
cit de Primog.q.4.n.33.Xuar.in rep.l.quoniam in
prioribus.2.limita.ad l fori.n. 9.de inoffi.teſtam.
Idque etiã in ſtatuto excludẽte fœminas propter
12 maſculos pcedit.Quãuis† enim nihil de filiorũ do
te,ſeu alimentis diſponat,nõ aliter ſtatutũ ipſum
locũ habere poterit,quã ſi filiabus dotes,ſeu ali-
mẽta cõpetẽtia miniſtrẽtur,vt in ſpecie dixit Bal.
in l.alimẽta.n.3. C.de neg.geſt.& in l.qui filiũ.in
prin.p tex.ibi.ff.vbi pupill' educari debeat.Xuar.
vbi illũ paulò antè citauimus.Tiraq.d.q.4.nu.33.
13 Reſcripta† nãq; Principũ ſẽp ſecũdũ iuſtitiã fori
& poli intelligẽda,ac interpretãda ſunt,vt in ſpe
cie not.Bal.in l.1.n.6.ff.de cõſti.Princip.l.ex facto
vbi Bal.circa princ.& cõiter Scrib.ff.de vulg.l.27.
tit.18.part.3.Ideóq; dixit elegãter gl.in c.paratus.
33.q.1. verba reſcripti debere conformari iuri &
ęquitati:etiamſi natura verborũ id non patiatur.
Quod etiam dixit Oldral.conſ.268.col.3.Abb.n.1.
Feli.n.5.& cęteri Scriben. in c.cauſam quę de re-
ſcript.Idq; in facultate Regia ad Maioratũ inſti-
tuẽdũ cõceſſa cẽſuit Xuar.in d.l.quoniã in priori
bus.2.limit.n.9.Greg.Lopez in l.11.tit.4.part.6.in
glo.in verb.*Libremẽte*.Dida.de Couar.de ſponſ.2.
part.c.8.§.6.n.5.verſ.Quartò deducitur.Quod eò
maximè dicẽdum erit,q (vt ſtatim probabimus)
Princeps nõ poſſit huiuſmodi facultatẽ cõcedere
niſi cõpetẽtibus alimẽtis,cęteris filiis aſſignatis.
Quę omnia addẽda ſunt,ad ea,quę ſcribit Rode-
ric.Xuar.in d.l.quoniã in prioribus.2.limitation.
nu.14.vbi inquit iniuſtiſſimas eſſe eas facultates,
quæ parentibus conceduntur,ad inſtituenda Pri
mogenia,ex vniuerſis bonis ſuis.Cũ enim intel-
ligẽdę ſint, relictis cæteris filiis competẽtib. ali-
mentis (prout paulò antè oſtẽdimus) nõ percipio
qua ratione iniuſtiſſimę cẽſendę ſint:quãuis me-
lius ſit, q id expreſsè in eiſdẽ facultatib. dicatur,
prout cõmuniter dici ſolet in omnib. facultatib.
quæ ad Primogenia inſtituenda concedi ſolent.
¶ Si verò facultas ad Primogenium,ex omnibus
bonis inſtituendum conceſſa ſit,ea lege,vt nulla
obligatio,alimenta cęteris filiis relinquẽdi,patri
ſuperſit:cũ legũ cõtrarium diſponẽtium deroga-
tione dicendum erit , nec huiuſmodi facultatẽ à
Principe iure concedi poſſe:nec etiam Maioratus
inſtitutorem virtute eiuſdẽ alios filios , ſua legi-
tima,atque alimentis fraudantem,quo ad ius fo-
14 ri,nec poli ſecurum eſſe.Quãuis† enim quota le-
gitimę,ſeu eius quãtitas ſit , de iure ciuili poſiti-
uo:legitima tamẽ ſimpliciter ſumpta ex iure natu
rali, pcedit.Ideóq; legitima nõ poteſt tolli in to-
tum per legem,vel ſtatutum,nec etiã per cõſue-
tudinem,vel Principis reſcriptũ:quãuis in quan-
titate,quę eſt de iure ciuili,lege,cõſuetudine,ſta
tuto, ſeu reſcripto minui poſſit,vt omniũ latiſſi-
mè,ac ingenioſè probat:dicens hanc opinionem
cõmuniter teneri Roderic. Xuar. in l. quoniã in
prioribus.C.de inoffic.teſta.2. limitat.n.1.vſq; ad
fi.eiuſdem,vbi quãplurimis foliis id proſequitur.
Cuius rationes,& alia etiã,quę in eiuſdẽ ſenten-
tiæ comprobationẽ adduci poſſent, hîc repetere
non libet.Quam opinionem vltra eos, quos ipſe
allegat,ſequitur Iaſſ.in l.quoniã in priorib. nu.3.
C.de inoffi.teſta.Idem Iaſſ.in l.ſi pater.n.21.C.de
inſti.& ſubſtit.Ripa.lib.1.de legib.Reſponſ.7.n.1.
Deci.conſ.106.n.4.Stepha.Aufrerius in addi. ad
deciſ. Capellę Tholoſanę. deciſ. 337. vbi dixit ſe
vidiſſe hanc opinionẽ pluries ſeruari in practica.
Feli.in c. Eccleſia Sanctę Mariæ n.6.& 79.de cõ-
ſtit.Additionator Decij in l.iura ſanguinis.verb.
cõtrarium.ff.de reg.iur.Ioã.de Garro.in Rub.de
ſecund.nupt.2.part.n.20.cum ſeq.Eandem etiam
opinionẽ ſequitur Dida.de Couar.de ſponſ.par.
2.c.8.§.6.n.4.& 5.Greg.Lopez.in l.32.tit.9.part.6.
in prin.glo.magnę.Anto.Gometi' in l.40.Tauri,
15 nu.57.Ex quo *fit,vt† facultas conceſſa*,ad cõden-
dum Maioratum ex tota aliorũ filiorũ legitima,
non relictis cęteris filiis cõpetentibus alimentis,
Primogeniumque eiuſdem facultatis virtute in-
ſtitutum,nullo pacto ſuſtineri poſſint.
¶Nec his obſtat,q plures iuris interpretes cõtra
riam ſententiam veriorem eſſe profiteantur, di-
centes,q quanuis legitima quodam inſtinctu ac
ratione naturali debita ſit:eius tamen relinquẽ-
di neceſſitas:tam quoad ipſam legitimam ſimpli-
citer ſumptam,atque alimenta:quàm quo ad eiuſ
dem quotam & quantitatem ex iure poſitiuo p-
cedat. Quam opinionem dixit communem eſſe
Alexand.in l.quod de bonis.§.fina.nu.3.ff.ad leg.
Falcid.& Deci.qui plura refert.in d.l.iura ſangui
nis.ff.de reg.iur.nu.3.Idem Deci. conſ.19.num.5.
Alciat. qui plures etiam idem tenentes refert in
tractat.de præſumptio.reg.1. prẽſumpt. 8. Franc.
Piſcina,de ſtatutis excluden.fœmi. nu. 133.Men-
cha.qui concluſionem iſtam,etiam quatenùs le-
gitima ad alimenta neceſſaria eſt, ingenioſè de-
fendit , eámque magis communem ac veriorem
eſſe pfitetur,in rep.Auth.nouiſſima.C.de inoffi.
teſtam.num.296.cum plurib.ſeq.Tellius Fernan-
dez in l.10.Tauri.n.4.vbi cõſtanter aſſeuerat ne-
ceſſitatem liberos alendi , non ex iure *naturali*,
ſed ex ſolo iure ciuili procedere.
¶ Nam hæc opinio quanuis à pluribus cõmunis

appelletur: proculdubiò falſa atque erronea eſt,
vel ſaltim erit intelligenda: dummodò alimenta
16 competentia cęteris filiis relinquãtur.†Legitima
námque in quantum ad filiorum alimẽta neceſ-
ſaria eſt,ex iure naturali debetur: ideóq; lege ci-
uili,ſeu reſcripto tolli nõ poteſt: quatenùs autẽ
ad alimenta neceſſaria nõ fuerit ex ſolo iure poſi-
tiuo debita cenſenda eſt.Ideóq; in totũ lege po-
ſitiua,ſeu Principis reſcripto tolli poterit:dũmo-
dò caſu legitima ad id faciendum interueniat.
Sícque hac concordia huiuſmodi opiniones ad
inuicem pugnantes cõciliari poſſunt:prout eſt de
mente prope omnium Scrib.quos ſuperiùs retuli
mus.Eáſque hoc pacto in ſpecie conciliat Ioã.de
Imol. in l. Titio cẽtum. §. Titio genero.colum.3.
ff.de condit.& demonſt.& Ioã. de Ana. conſil.4.
nu.1.vbi Bologninus in addi.nu.5.Eandem etiam
concordiam aſſignat.Addi.Decij in d.l.iura ſan-
guinis.ff. de regu.iur. vbi plura in idem adducit.
Idque etiam ſequitur Curti. Iuni. conſi. 10.nu.7.
& 8.Alciat.de pręſumptio.reg.1.pręſumptione 8.
nu.6.Couarru.de ſponſal.2.part.c.8. §.6.n.4.& 5.
Quæ concordia communis ac vera eſt.

¶In hac autem parte libet errorem Scribentium
(quos ſuperiùs retulimus) diluere,dicentiũ, Ali-
mẽta filiis,non ex iure naturali,ſed ſolùm ex na-
turali inſtinctu debita eſſe: quaſi aliud ſit inſtin-
ctus naturalis, quo homines ad filiorum educa-
tionem mouentur, aliud verò ius illud,quo ad il-
17 los alendos aſtringuntur.Nam†ſi benè cõſidere-
tur veriſſimũ, ac propriiſſimum, ius naturale eſt
illud,quod ex inſtinctu naturali procedit, homi-
néſque ad aliquid in ſpecie faciendum,aſtringit:
velut liberorum educatio, cęteráque iuris natu-
ralis pręcepta. Quę omnina ex naturali inſtinctu
proceſſerũt, atq; ideò iuris naturalis eſſe dicun-
tur l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.&iur.vbi glo.verb.
educatio.& communiter Scribẽ.id notãt. text.in
princ.Inſtit.de iur.natu.gen.& ciuil.vbi etiã glo.
& communiter Scribẽ.idipſum expendunt.Idq;
etiam cõprehenditur ex Cicerone.lib. 3. de fini-
bꝰ,vbi inquit: *A natura ipſa impellimur, vt eos,quos genuimus,nutriamus, & amemus.* Atque iterũ ex eo.
Cicero lib.1.Officiorum,vbi inquit. *Cõmune omnium animantium eſt,coniunctionis appetitus procreãdi cauſa,& cura quædam eorum,quæ procreata ſunt.*
18 ¶Ad†hoc námque,vt aliquid dicatur ex iure na-
turali procedere, nõ eſt neceſſaria aliqua lex,ſeu
conſtitutio iuris naturalis idipſum diſponẽs, nec
ad ipſum aſtringens, ſed ſolus inſtinctus ipſi na-
turæ inſitus abſque aliqua alia lege,vel conſtitu-
tione, vel coercitiõe ius naturale efficit.Quod a-
pertiùs ꝓbatur ex verbis Iſidori in c.ius naturale
1.diſt.ibi. *Quod vbiq; inſtinctu naturæ non cõſtitutione habetur aliqua.* Idque ipſum probatur, ex l.cũ ra-
tio.ff.de bon.dãna.ibi. *Cùm ratio naturalis,quaſi lex quædam tacita.* l.ſcripto.ff.vnde lib. ibi. *Naturæ & parentũ cõmune votum.* Quod optimè explicat Ci-
cero in oratione pro Milone,vbi elegãter inquit.
*Quod ius naturale eſt quæda non ſcripta,ſed nata lex, quã nõ didicimus,accepimus,legimus,verùm ex natura ipſa arripuimus,hauſimus,expreſſimus,ad quam nõ docti,ſed facti,non inſtituti,ſed imbuti ſumus.* Ex qui-
bus apparet ius naturale ſolo naturali inſtinctu
pendere, quando ex illo naturali inſtinctu ad a-
liquid in ſpecie faciendum aſtringimur, quod
vices legis obtinere poſſit.
19 ¶Hinc etiam cõmuniter dici ſolet,† quòd quãuis
leges omnes promulgatione egeãt:lex autem na-
turalis nulla promulgatione eget,ſed ex ipſo ſolo
naturæ inſtinctu cõſtat.Quod colligitur ex Diuo
Thom.1.2.quæſtione.90.art.4. Atque ex his,quæ
notat Fortu. Garſia.in l.1. §.ius naturale.col.9.ff.
de iuſti.& iur. Sicq; etiã dicitur ius naturale eſſe
id,quod omnes animantes natura docuit: prout
Vlpianus in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iur.ꝓ-
fitetur: quaſi hæc lex naturæ, neq; ex ſcriptura,
nec ex promulgatione,ſed ex ſolo inſtinctu natu
rali cõſtet.Quod vltra ea,quę Scrib.in locis paulò
antè citatis adducere ſolent, optimè expendunt,
Franc.Connanus in Commentariis iuris ciuilis.
lib.1.ca.4.Claudi.Inſtit.de iur.natu.gen.& ciuili.
pagi. 1. 2. & 3.Silueſter Aldobrand.in §.ius natu-
rale Inſtitut.eod. nu. 3. Soto de iuſti.& iur.lib.1.
quæſtio.4. artic.1. Atq; alibi ſæpè Scrib.idipſum
ſic interpretantur.

¶Qua ratione dici ſolet in homine duo præcepta
naturalia eſſe, ſicut eidem duplex inſtinctus na-
turalis ineſt: vnum brutis etiam commune, alte-
rum verò ratione conſtans, prout optimè expli-
cat Soto eodẽ lib. & quæſtio.art. 2. Ita vt plus li-
quido conſtet inſtinctum naturalem, quo ad hoc
ius ipſum naturale efficere, iúſque naturale eſſe
omne illud ad quod nos huiuſmodi inſtinctus na
turalis aſtrinxerit,quòd ſi aliquis adhuc cõtẽde-
rit,nõ hunc inſtinctum,ſed quidpiã aliud ius na-
turale eſſe, oſtendat quid illud ſit:ingenuè nam-
que fatemur id vſq; huc nobis cõpertum nõ eſſe.
20 ¶Nec†ex eo,quòd lex ciuilis idipſum quod iure
naturali circa filiorum alimenta in ſpeciẽ intro-
ductum erat,declaret vel diſponat, id iuris natu-
ralis eſſe deſinit.Imò ipſum ius naturale illæſum
atque intactũ remanet.l.ius ciuile. ff. de iuſti. &
iur. vbi Paul.n.2.& communiter Scriben. id no-
tant.l.1.in princ.iuncta glo.ff.ad l.Falcid.Per quẽ
21 text.dixit Bar.in proprio loco.nu.3. Quòd † ſi ſta-
tutum diſponit idem,quod priùs diſpoſitum erat
à iure communi: nihilominùs ius illud remanet
commune: non autem cenſebitur ſtatutarium.
Quòd pulchrè proſequitur Alexand.ibidẽ.nu.15.
cum plurib.ſeq.gl. in c.1. de conſti.li.6.verb.cum
ſint.Feli.qui plura refert in c. 1. de cõſtitu.nu.15.
¶Quibus nõ obſtat ſi dicatur, quòd aliud eſt ali-
quid ex iure naturali eſſe: aliud autẽ naturali ra-
tione introductũ fuiſſe text. iuncta gloſſ. verbo.
naturalẽ in l.1.ff.de mino.l.2.iuncta. gloſ. verbo.
Naturali.C.de in ius vocã.Feli.qui id bene decla
rat in c.cùm inter de exceptio.nu. 9. ¶ Nam etſi
regula hæc vera ſit,malè tamen ad caſum,de quo
agimus adaptatur. Educatio namque liberorum
non ex ſola ratione naturali, ſed ex ipſomet iure
& inſtinctu naturali procedit. vt ſuperiùs oſten-
ſum eſt. Ideóque ſub prædicta regula non com-
prehenditur,quamuis ſecus dicendum ſit in aliis
quę à iure poſitiuo ex quadam ratione naturali
generica introducta ſunt:veluti recuſatio atque
veniæ petitio, & conuentionum obſeruatio, &
alia ſimilia. Hæ namque iuris poſitiui ſunt, et-
ſi ex generica ratione naturali procedant, alias
namque propè omnia iuris poſitiui præcepta ius
naturale dici poſſent, cũ quaſi omnia ex ratione
naturali conſtent, quod vltra ea, quæ Scriben.in
locis ſuperiùs citatis dicere ſolẽt,optimè enarra-
uit Soto de iuſtitia & iure.lib.1.q.5.art.2.
¶Nec obſtat etiãſi dicatur,ꝙ ex iure ciuili quoad
alimenta aliquid additum eſt iuri naturali: cùm
ex legibus iuris cõis, ac Regij diſpoſitũ ſit, quòd
alimẽta attẽta dignitate perſonarũ, quæ nõ erat
cognita



cognita de iure naturali præſtentur,&ꝙ quintũ
non excedant,& alia ſimilia. Quo caſu ſuccedit
regula,ꝙ quando aliquid additur,vel detrahitur
iuri naturali,illud quod diſponitur, efficitur ius
ciuile,atque naturale ſupprimitur.d.l.ius ciuile
22 cũ ſimilib.Illud†námq.intelligẽdũ eſt:quãdo ſub
ſtantia alteratur:ſecus autẽ qñ ſubſtantialib. re-
lictis alteratur aliquid accidentale. Tunc namq.
primum quod remanet,erit ius naturale: accidẽs
autẽ,quod additur,erit ius ciuile,prout ſolet di-
ci de legitima,quod ſimpliciter ſumpta ſit ex iu-
re naturali:quota autẽ eius ex iure ciuili ꝓcedat:
Quod ſic declarant Bar.in d. l. ius ciuile.nu.1. &
Paul.ibi.n.4.& communiter Scrib.Bar.& Scri.in
l.edita.C.de edend.Idque etiam optimè reſoluit
Soto de iuſtitia & iure.lib.1.q.5.artic.2. Ex quib.
conſtat alimenta,quatenus vitæ ſuſtentationi ne
ceſſaria ſunt, filiis iure naturæ debita eſſe,nec le
ge,ſtatuto, vel principis reſcripto tolli poſſe.
¶Hoc tamen quando filius alimenta competen-
23 tia aliũde nõ habuerit,verũ ac iuridicũ eſt:†filio
autem aliunde,vbi ſe honeſtè alat habẽte, pater
à naturali obligatione liber erit,remanebitq.ſibi
ſola obligatio ciuilis,à qua lege,vel ſtatuto libe-
rari poterit,vt optimè aduertit Abbas.in ca.Rai-
nucius de teſta.n.12.Palati.Rub.in repe.c.per ve-
ſtras.3.notab.§.4.in prin.n.2.cum ſeq.de dona.in
ter vir.&vxo.Ioan.Licerier.de Primog.li.2.q.16.
vbi inquit hanc opinionem cõmunem eſſe.Idq.
etiam ſequitur Couarru.vbi eũ ſuprà citauimus.
n.5.Mench.in repet.Auth.nouiſſima. C.de inof.
teſtam.n.304.
24 ¶Sed†quanuis hoc vltimum in lege ſtatuto,ſeu
cõſuetudine indiſtinctè procedat:in Principis ta
men facultate ſimpliciter ſumptum verũ nõ eſt.
Princeps enim regulariter debet vti legibus pro
communi vtilitate latis niſi magna cauſa, atque
reipublicæ conueniens interueniat. Cõtrarium
ſuadet.l.Papinianus.§.imperator.ff.de inoffic.te-
ſtam.l.ex imperfecto.C.de teſta.l.digna vox.cum
ſimilib.C.de legib.Cauſa autẽ Maioratus ad hoc
ſufficiens nõ erit:cùm Maioratus ipſe ſemper, re
lictis cæteris filiis alimentis, fieri poſſint, ac ſo-
leant:etiamſi filij aliàs diuites ſint,vt infra iſto li.
c.15.n.6.& 7.latiùs dicemus.Ideóque nec Prin-
ceps,qui facultatem huiuſmodi conceſſerit, nec
eius conſiliarii,nec eiuſdẽ Maioratus, inſtitutor
in foro conſcientiæ tuti,in hac ſpecie eſſe pote-
runt.Quod obtimè in ſimili aduertit Menchaca
in d.repe.Auth.nouiſſima.C.de inoffic.teſtam.n.
308.Idque veriſſimum, ſicque obſeruari ac pra-
25 cticari ſolitum eſt.Siquidem†nunquã hucuſque
viſa eſt facultas,qua parentibus concedatur, vt
Primogenia inſtituere poſſint,ex omnibus bonis
ſuis:etiam non relictis cæteris filiis competenti-
bus alimentis:nec ſimpliciter,nec etiam in caſu,
quo ipſi aliunde,ea alimenta ſibi miniſtrare poſ
ſint nec credendũ eſt Chriſtianiſſimos Hiſpania
rum Principes ſimiles facultates,abſq.magna at-
que legitima cauſa conceſſuros.
26 ¶Si†verò facultas cõcedatur ea conditione adie
cta,vt cæteris filiis,competentia alimenta mini-
ſtrentur:prout cõmuniter huiuſmodi facultates
in Hiſpania concedi ſolẽt,ea facultas iuſtiſſima
in foróque conſcientiæ tuta cẽſenda erit, tàm re
ſpectu Principis illam concedentis,quàm Maio-
ratus inſtitutoris,qui eius forma ſeruata,ea vſus
fuerit. Sícque communiter omnes Scri.Hiſpani,
quos pro hac parte,in huius capitis principio ad
duximus,cẽſuerunt. Quanuis enim legitima tol-
li non poſſit à principe,lege,ſtatuto, vel conſue-
tudine:etiam relictis cæteris filiis competẽtibus
alimentis,niſi cauſa legitima, ad id faciendum
adſit,vt notat Alciat.plures; ad idem referẽs. d.
tracta.de præſumpt.reg.1.præſumptio.8. nu.6. &
omnes Scri.quos ſuperius citauimus aduertunt:
ad huiuſmodi tamẽ facultates iuſtificandas, cau
ſa publica,quæ in inſtituendis Maioratib. verſa-
tur,ſufficiens eſt,nec alia cauſa extrinſeca ad id
neceſſaria erit:dummodò ea facultas cõſiderata
perſonarum,ac patrimonii qualitate & quantita
te conceſſa fuerit.Quod optimè cõſiderat Greg.
Lopez in d.l.32.tit.9.par.6.in gl.magna.col.1. ad-
uerſus Roderi.Xuarez in d.l.quoniã in priorib.
2.limita.nu.15.qui exiſtimat aliam cauſam,ad hã
rum facultatum iuſtificationẽ neceſſariam eſſe.
Quam in hoc etiam reprehendit Mencha. in d.
rep.Auth.nouiſſima.n.308.C.de inoffi.teſta.Qui
bus quo ad hoc libenter aſſentimus.
27 ¶Illud tamẽ pręter mittendum nõ erit,quòd † ſi
pater omnibus caſibus, quos præmiſimus, Pri-
mogenia abſque aliqua alimentorũ aſsignatione
vel modica eorum quantitate aſſignata inſtitue-
rit,Primogenium ipſum non anullabitur,ſed ſu-
ſtinebitur facta ex ipſis bonis Maioratus filiis cõ
petenti alimentorum aſſignatione: prout infra
iſto lib.c.15.n.24.cum ſequẽtib. demonſtrabimus
Et hæc de facultate conceſſa ei,qui legitimos deſ
cendentes habet,dixiſſe ſufficiat.
28 ¶Si† autem facultas ad Maioratum,ex omnibus
bonis ſuis inſtituendum ei,qui aſcendentes,nõ
autẽ deſcendentes legitimos habuerit, conceſſa
fuerit: videtur dicẽdum,quod ſiue ea facultas,ad
tollendum omninò aſcendentium legitimam, ſi-
ue ad illam minuendam conceſſa fuerit,eius con
ceſſio,quo ad ius fori &poli ſecura cenſenda ſit.
Legitima namque aſcendentium lege,conſuetu
dine,reſcripto,ſeu etiam ſtatuto:nõ ſolùm minui
ſed etiam omninò tolli poteſt: cùm ea, non tam
ex iure naturali,quã ciuili,ac poſitiuo procedat:
vt in ſpecie dixit Bal.in l.1.§. ius naturale. q. 5.&
circa finem.ff.de iuſti.& iur. Idem Bald. in l. de
emancipatis.nu.2.C.de legi.hæred.Angel. conſi.
105.colum.1.Roman.conſi.32.3.colum. vbi inquit
quòd nullus Scribentium tenet contrarium. Idẽ
etiam voluit Abb.conſi.75.num.9. lib.1. Benedi-
ctus Cap.conſi.15.& conſil.151.Alexand. conſi. 3.
nu.8.lib.7.Deci.in l.iura ſanguinis, num. 3. vbi
eius Addi.ver.legitima.ff.de reg.iur. Guillel.Be-
nedict.in rep.c.Rainutius.verb.& vxorem nomi-
ne Adelaſiam.in prin.num.47. cum ſequent. de
teſta.Ripa.qui hãc opinionem dixit communem
eſſe. lib.1.de legib.reſponſ.7.nu. 2. Mencha.in d.
rep.Auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſta.nume.296.
Quorum opinio communis ac vera eſt: quanuis
contrarium profiteatur Couarru.de ſponſ.2.par.
c.8.§.6.nu.5.

¶Sed quanuis prima facie ſic dicendum eſſe vi-
deatur,mihi autem id exactiùs cõſideranti dicen
dum videtur,quòd huiuſmodi facultas iuſtè con
cedi non valeat. Nam quanuis aſcendentium le
gitima,non ex iure naturali, ſed ſolùm poſitiuo
procedat:ideóque lege,ſtatuto,ſeu conſuetudine
tolli poſsit:Princeps tñ(vt ſuperius dictũ, ac ꝓba
tũ eſt)nõ pōt id abſq. cã legitima efficere. Ideóq
quanuis in hac ſpecie militet illa vniuerſalis Hi

ſpanorum Primogeniorum cauſa: nõ tamen adeò vrget in his, qui legitima deſcendentia carent, Primogeniúmque ipſum in tranſuerſalibus agnatis, vel cognatis, vel etiam in extraneis facere volunt; prout in his qui legitimis, deſcendentibus, nomẽ ac memoriam propriæ familiæ perpetuam efficere cupiunt, ad idque efficiendum Primogenia cõſtituunt. Nec cẽſebitur iuſta cauſa priuãdi aſcendentes legitima ſibi competẽti, quod filius ſeu deſcendens velit omnia bona ſua tranſuerſalib. ſeu extraneis iure Maioratus deferre, aſcẽdentéſque ſua legitima fraudare: niſi filius velit in perſona alterius aſcendentis, cui æquè legitima debetur, & à quo bona ipſa, ex quib. Maioratus ſit, procedũt, Primogenium inſtituere, vel illud inſtituere velit in perſona alterius fratris vel cognati, qui ab ipſis aſcendentibus ẽt deſcendit. Tunc enim ex hac vel ſimili cauſa, ea facultas iuſta cenſenda erit: dummodò parentib. ſaltim indigentibus competẽtia alimenta miniſtrẽtur. Non enim aliter facultas huiuſmodi iuſtè cõcedi poterit, quod à Regiis conſiliariis, qui his reb. efficiendis præſunt, optimè ac præciſe conſiderari ſolet: adeò, vt raro & nõ ſine magna cã ſimiles facultates cõcedant. Et hæc de prima ſpecie principali: quando ſcilicet cæteri filii, aut aſcendentes legitima portione ex Maioratuũ inſtitutione priuantur, dixiſſe ſufficiat.

¶In ſecunda ſpecie principali: quando ſcilicet, in legitima filij ſeu aſcẽdentis, in cuius perſona Primogenium inſtituetur, grauamẽ apponitur, ſubdiſtinguendum etiam erit. Nã, aut Maioratus ſit facultate Regia præcedente: aut abſque Regia facultate. ¶Si Regia facultate, ad hoc præcedente id fiat proculdubiò dicendum erit, eam facultatẽ iuſtam, ac in foro conſcientiæ tutam cenſendam eſſe. Cùm enim in eius perſona Primogenium ipſum inſtituatur, ex ipſóque Primogenio nimis à parentibus honoratus fuerit, adeóque competẽs patrimoniũ ſibi præ cæteris filiis relinquatur: nõ poteſt de huiuſmodi facultatis iuſtitia dubitari. ¶Si verò is Maioratus abſq. Regia facultate fiat: tunc iterum ſubdiſtinguendum erit. Aut.n. grauamen huiuſmodi in legitima deſcendentis vel aſcendentis abſque eius conſenſu apponitur, ſeu ex eius conſenſu ac volũtate id fieri prætẽditur.

29 ¶Si † abſque eorũ conſenſu grauamen eiſdẽ in legitima apponatur, dicendum erit grauamen huiuſmodi ex legitima ipſo iure reiiciedum eſſe, ex deciſ. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. Non enim filio, cui aliquid vltra legitimam relinquitur, poteſt in legitima grauamen apponi: ita, vt grauamen ipſum cum lucro ſibi prouenientẽ, ex eo, quod vltra legitimam relinquitur, compenſetur imò hoc non obſtante grauamẽ ipſum, ex legitima filij reiicietur. In eo tamen, quod vltra legitimam relictum fuerit validum erit. l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inoffi. teſta. per quem tex. Bart. Bal. Paul. de Salic. Corn. Iaſſ. & communiter Scri. id not. quod latiſſimè expendit Xuar. in repe. d. l. quoniam in prioribus. amplia. 6.

¶Hoc tamen quod diximus quòd ſcilicet grauamen de legitima tollatur in reſiduo vero validũ ſit, in legitima aſcendentium, ac filiorum emãcipatorum planè procedit, vt in d. §. cùm autem, & aliàs ſæpè omnes Scri. aduertũt. ¶In inſtitutione autem filiorum ſub patria poteſtate degentium, diſtinguendum erit. Si enim ſub poteſtatiua conditione filius inſtitutus ſit, hæc cõditio de legiti-

30 ma reiicitur; in reſiduo verò ſuſtinetur. Si † verò ſub cõditione caſuali, vel mixta fuerit inſtitutus, dicendum erit, huiuſmodi conditiones, ta de legitima filij, quàm de reſiduo reiiciendas eſſe, vt hodie expreſsè diſponit. l. 11. tit. 4. par. 6. Quam in hoc appellat terribilem, inquitque eſſe apertè cõtra tex. in d. §. cùm autem. Xuar. in d. l. quoniã in prioribus. 2. ampliatione. nu. 1. & Segur. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. fol. 9. col. 3. ſecũdum impreſ. antiq. ff. de vulg. eámq. ſatis duram, ac cõtra æquiſſimam iuris communis rationem appellat Emanuel Acoſta. in l. Gallus. §. & qui ſi tãtum. nu. 10. ff. de liber. & poſthu.

¶Mihi autem id exactiùs conſideranti ſemper. l. illa iuri communi conſona atque æquiſſima: non autem dura, nec iuri contraria viſa eſt. Ad quod probandum præſupponimus iure communi filiũ in poteſtate poſſe inſtitui ſub conditione poteſtatiua: non autem ſub conditione caſuali, vel mixta: niſi in defectũ earum exhæredetur. Quòd

31 ſit † ſub conditione caſuali, vel mixta, filius inſtitutus fuerit abſque exhæredatione, ea inſtitutio ꝓculdubiò nulla erit. l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſti. l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti. & vtrobique cõiter Scrib. Idque pluribus etiã aliis legib. ꝓbatur. ¶Item præſupponimus poſt illa iura, quæ paulò antè retulimus ſuperueniſſe deciſionẽ legis quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt. dicẽtis grauamen cuiuſque conditionis reiiciẽdum eſſe de legitima, atque etiam ſuperueniſſe deciſionem. l. ſcimus. §. cùm autem. C. eo. tit. dicentis grauamẽ conditionis de legitima reiiciendum eſſe, in reſiduo verò tolerandum.

¶Præſupponimus etiam ex deciſione. l. quoniam in prioribus omnes Scribentes indiſtinctè exiſtimare conditionem poteſtatiuã de legitima reiiciendam, in reſiduo verò validam eſſe. Quanuis enim ex eadem lege, conditio etiam poteſtatiua, de legitima filii reiiciatur, vt ibidẽ omnes Scrib. aduertũt, ꝓbátque ex pluribus Xuar. in proprio loco in prin. n. 18. & in prima ampliatione. nu. 11. Non tamen reiicitur de reſiduo legitimę cùm ea conditio inſtitutionem nullam non efficiat, poſſitque in reſiduo ſuſtineri, vt in eadem. l. quoniã in prioribus, & in d. l. ſi pater. omnes Scrib. aduertunt, & in d. l. partitarum, de cuius intellectu agimus, deciſum eſt, in quo. l. illa ius commune, ac etiam opinionem ab omnibus Scriben. tàm antiquis, quam modernis probatam ſequuta eſt.

32 ¶Vlterius † etiã præſupponimus in filio ſub cõditione caſuali, vel mixta inſtitutio, ex deciſione. d. l. quoniã in prioribus, & l. ſcimus. in §. cùm autẽ, proceſsiſſe duas cõtrarias, communéſque ſententias. Prima dicentium in hoc articulo dictam legem, ſuus quoque, & l. ſi pater, correctas eſſe, hodiéque ex legum Codicis deciſione inſtitutionẽ filij ſub conditione caſuali, vel mixta factam nullam non eſſe: ſed ſuſtinendam, quo ad legitimã reiecta conditione ex l. quoniã in priorib. Cuius opinionis author fuit Bar. in d. l. ſuus quoque. n. 3. & in d. l. ſi pater. n. 2. poſt Accurſium. Quorum opinionem communem eſſe teſtantur, plures alios referentes. Alexan. in d. l. ſi pater. nume. 9. & Iaſſ. numero 19. Cornel. conſilio 114. in princ. lib. 4. Bertrand. conſilio 171. numero 2. lib. 1. 2. par. & conſi. 166. nu. lib. 6. Grattus conſilio 112. num. 4. lib. 2. Ripa. in Rub. ff. de vulga. nume. 157. Lancelotus in d. l. ſi pater. Deci. in fin. Et Iac. de ſancto Georgio. num. 14. Curtius Iunior. conſi. 148. n. 9. Xuar.



Xuar. in d. l. quoniam in prioribus. 1. amplia Bernard. Diaz. de Luc. reg. 727. Acoſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. 3. par. n. 105. Iulius Cla. lib. 3. recepta. ſentẽtiarum. §. teſtamentum. quæſtio. 39. Iacob. Philip. Portius. lib. 1. communium opin. reg. 43. colum. 6. & 7. Quæ opinio hodie approbari videtur ex deciſ. text. in l. 9. ti. 4. part 6. ibi. *Valdria el teſtamẽto maguer nõ ſe cũplieſſe la condicion.* Vbi Gregor. Lopez. verb. *Valdria el teſtamento.* Id ex illa lege deducit.

¶ In reſiduo verò legitimæ, diuerſa etiam hanc partem ſequentes cenſuerunt. Alii namque cenſent reiecta conditione ex legitima in reſiduo ſuſtineri, ex deciſ. tex. in d. §. cùm autem. Alii verò ex reſiduo etiam reiici, ne vna inſtitutio diuerſo iure cẽſeatur, nec pater teſtatus, atque inteſtatus moriatur. Alii autem diſtinguũt, an filius habeat cohæredem, vel non, vt primo caſu nõ reiiciatur, ſecundo verò ſic, vt breuiſſimè recẽſuit Iaſ. in d. l. ſi pater. n. 19. ad fi. qui in id omninò vidẽdus eſt. ¶Secunda opinio fuit dicentium dictam. l. ſuus quoque. & d. l. ſi pater, non eſſe correctas: imò hodie: ſicut & olim inſtitutionẽ filii ſub cõditione caſuali, vel mixta factam nullam eſſe. Cùm enim l. quoniam in prioribus ex ſola legitima conditionem filio appoſitã reiiciat, in filiorúmque fauorem inducta fuerit, non eſt extẽdenda ad hunc caſum, in quo per leges antiquas ipſis filiis latiùs conſultum erat. Ex eis namque teſtamẽto annullato filius totam portionẽ, in qua inſtitutus erat, liberam capiebat abinteſtato, quod longè vtiliùs ſibi futurũ erat: quam ſi caperet ſolã legitimam liberam ex deciſ. d. l. quoniam in prioribus. Quã opinionem veriorem eſſe profitẽtur ferè omnes Scrib. antiqui, qui ante Bar. ſcripſerunt, quos ſpecificè recenſet Socin. conſ. 98. lib. 3. num. 1. Quod etiam ſequitur idem Soci. conſ. 97. num. 1. eod. li. Eandem etiam opinionẽ ſequutus fuit Alber. in l. quoniam in prioribus. col. 1. C. de inoffic. teſta. & Bal. ibid. n. 1. & 2. Idem Bal. col. 2. vbi etiã Ang. col. 1. in d. l. ſuus quoque. Idem Angel. colũ. 2. vbi etiam Fulgo. in d. l. ſi pater. Soci. qui hanc appellat communem opinionem, eámque conſtanter defendit dict. conſ. 97. n. 3. & conſ. 98. n. 1. vbi Domi. de Rota, & Ant. de Butrio, & alios etiàm idẽ tenentes refert Ioan. Dilectus de arte teſtan. ti. 3. Cautel. 1. n. 2. Quam etiam opinionem veriorem eſſe cenſet Dec. in d. l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſtitut. col. pen. n. 14. vbi Albe. Barb. n. 108. eã magis communem eſſe profitetur Ioã. Coraſius, qui pulchrè loquitur in Rub. de impub. n. 9. Guido Papæ conſ. 93. n. 2.

¶Qui vltimæ ſententiæ eandem ſequentes dice-
33 bant † non obſtare d. l. ſcimus. §. cũ autẽ: cùm lex illa loquatur in fideicõmiſſo vniuerſali à filio relicto, à quo nõ pendet teſtamẽti vis, nec ad inſtitutionem trahẽdam eſſe, quæ ſi filio in poteſtate ſub conditione mixta, vel caſuali facta fuiſſet: illicò teſtamentum ipſum efficeret nullum. Quod non efficiebat fideicommiſſum ſub conditione mixta, vel caſuali filio relictum, cùm in eo nõ reperiatur forma data à lege, quòd non poſſit relinqui filio ſub conditione caſuali, vel mixta, ſicut in inſtitutione inuenitur.

¶Nec etiam obſtat eidem ſententiæ, quòd ille. §. cùm autem, in eo, quòd ſentit, legitimã poſſe relinqui titu. fideicõmiſſi, correctus ſit: cùm hodie legitima ſit titulo honorabili inſtitutionis relinquenda. Nã quãuis hoc proculdubiò, iure communi conſiderato verum ſit: non tamen efficit, quod ex eo. text. in d. §. cùm autẽ, loquens in fideicommiſſo ad inſtitutionem, de qua non loquitur, & in qua longe diuerſa ratio verſatur, præcipuè ad legũ antiquarũ correctionẽ, protrahẽdus
34 ſit. ¶His igitur præſuppoſitis, ex eiſdẽ clariſſimè deducitur caſum, de quo. d. l. partitarũ meminit, non eſſe aliqua iuris communis lege expreſsè deciſum, ſed in eo diuerſas fuiſſe ſcriptorum ſententias: nedum quo ad legitimã: ſed quo ad reſiduum legitimæ. Ideóque legum partitarũ collectores non ius commune innouarunt: ſed in his controuerſis opinionibus mediam quandã viam elegerunt. Præſupponentes namque text. in d. §. cùm autem, nõ loqui in inſtitutione: ſed in fideicommiſſo: prout, cõmuniter Scribentibus viſum fuerat, diſpoſuerunt filii inſtitutionem ſub cõditione caſuali, vel mixta factam validam eſſe, conditionéſque ex legitima, ex deciſ. l. quoniam in prioribus, fore reiiciẽdas: prout Barto. in d. l. ſuus quoque, & cæteri, qui illum ſequuntur, arbitrati fuerunt, adiecerúntque, eaſdem cõditiones ſimiliter reiiciendas eſſe, ex reſiduo legitimæ, quãdo inſtitutio ſimul in legitima, & in reſiduo facta fuit. Cum enim ex iuris communis rigore ea inſtitutio, quo ad reſiduum, nulla cenſenſa foret, cenſuerunt iuri magis conſonũ eſſe, quòd ex reſiduo etiam cõditio ipſa reiiceretur: quàm quòd inſtitutio nulla eſſet. Non enim poteſt inſtitutio ſcindi, vt ex parte nulla: ex parte autẽ valida ſit. l. 1. ff. de acquiren. hæred. vbi communiter Scrib. Idque iure optimo introductum fuit: ne vna, eadémque res, diuerſo iure cenſeretur.

¶Cuius legis partitarum deciſio ex omniũ opinionum, de quibus ſuperiùs meminimus medulla deducta eſt: atque in hac re ea lex ciuilẽ ac moralem ſententiã, citra iuris communis correctionem elegit: cùm veriſſimum ſit, quòd d. §. cum autem. in inſtitutione nõ loquatur. Et hic eſt verus ac nouus ad illam legem intellectus; quæ nõ aliter intelligi poterit, quàm ſic perpẽſis principiis huius materiæ, quæ valde difficilis, & merito ab Scriben. reputatur. Cui intellectui cõueniunt ea quæ dixit Gregor. Lopez in eadem l. partitarũ in glo. in ver. *No empeçen al hyo.* Et Mencha. in rep. l. quondam in prioribus. n. 218. & nu. 345. cum ſeq. Quanuis non ita exactè rem iſtam enarrauerint. Similiter etiã huic intellectui cõueniunt ea, quæ tradit Peralta in l. 1. ff. de leg. 2. n. 12. quãuis ipſe dicat ex lege partitarũ correctũ eſſe text. in d. §. cũ autẽ. Qđ verũ nõ eſt, vt ſuperius demõſtrauimus.

35 ¶Aduertendũ † tamen erit, quòd ipſe Mencha. d. n. 345. inquit legem, quoniam in prioribus, nõ ſolùm tollere ac reiicere cõditiones de legitima filii, ſed de tota inſtitutione: ideóque legem partitarum eſſe eidem conſonã. Quæ opinio iure communi probari non poteſt. Lex namq. illa ſolũ ex legitima huiuſmodi cõditiones reiicit, nec de reſiduo legitimæ quicquã diſponit: idque ſecũdùm receptionem ac veriorem ſententiam, quã totus mundus obſeruat, verum eſt. Poterit autem eius opi. ex præd. l. partitarum ſolùm, quo ad conditiones caſuales ac mixtas vera eſſe, obſeruata ea cõſideratione, de qua paulò antè meminimus: ne ſcilicet, vna inſtitutio ex parte valida, ex parte verò nulla ſit. Quæ omnia ad d. l. partitarum intellectum memoriæ commendanda erunt.

36 ¶Ex † quã lege partitarũ ſic intellecta inferri poterit nouus ac ſubtilis intellectus ad l. 27. Tauri, q̃

q 3 eſt d.

eſt l.11.titu.6.lib.5.in noua ll. Regni collectione. Nam quanuis in ea cautum ſit parentem poſſe filiis ac deſcendentibus,certo ordine obſeruato, in 3.& 5.bonorum ſuorum portione,quæcunque grauamina & conditiones apponere,id intelligẽdum erit:dummodo eas conditiones:ſi caſuales, aut mixtæ ſint in ſolo tertio,& quinto ſpecificè, ac ſeparatim apponat.Si enim in omnibus bonis ſuis,ſeu in legitima,ac tertio,& quinto ſimul filiũ hæredẽ ſub his conditionibus inſtituerit:nedũ ex legitima,ſed ẽt ex tertio & quinto reiicientur ex d.l.partitarum deciſ.Ideóque pater volens filiis in tertia, & quinta bonorum ſuorum parte huiuſmodi conditiones apponere:id ſpecificè,ac ſeparatim in tertia,& quinta parte facere debet: ne filii ex deciſi.d.l. partitarum : tam legitimam, quàm reſiduũ eiuſdem liberè cõſequãtur. Quod optimè aduertit Grego.Lopez.in ead.l.partitarũ in gloſſ.verb.*No empecen*. Quanuis id ad intellectum.d.l.27.Tauri non deducat:ſed hoc in terminis legum Tauri verum eſſe cenſuit Peralta in d. l.1.ff.de leg.2.num.12.

37 ¶Hæc † tamen omnia in ſolo filio in poteſtate ſub conditione caſuali,vel mixta inſtituto, vera eſſe videntur, nec in inſtitutione filii emãcipati, nec ea,quæ fit à matre,nec auo materno, nec his aſcẽdentibus,in quorum poteſtate filius non eſt, procedunt.Cùm enim hi omnes ſub conditione caſuali,vel mixta,filios poſſint inſtituere:etiamſi in eius defectum non exhæredentur. Quod in d. l.ſuus quoque.& in d.l.ſi pater.omnes Scrib.cenſuerunt,vt Iaſ.in ea.l.ſi pater.num.7.& 8.eleganter aduertit:cõſequens eſt, vt idem in hac ſpecie dicendum ſit, in conditione caſuali , vel mixta. Quod in eiſdem legibus in conditione poteſtatiua deciſum eſt:cùm nulla earum cõditionum inſtitutionem in hoc caſu nullam efficiat,vt in eiſdem legibus omnes Scrib.aduertunt. Ideóq.d.l. partitarũ,quæ in filio ſimpliciter loquitur , eam diſtinctionem admittere debet,quam leges antiquæ eandem differentiam inter conditionẽ poteſtatiuam,caſualémque,& mixtam facientes admittebãt.l.ſed & poſteriores.ff.de legibus.l.ſciẽdum,vbi glo.& cõiter Scrib. ff.qui ſatiſd.cogan.

¶Sed quanuis intellectus iſte iure communi conſiderato,verus ſit:attenta tamen dictæ l. partitarũ contextura,dubius videtur, cùm lex illa à ſui principio vſque ad finem loquatur, in omnib.filiis,quibus legitima debita eſt, ſiue emancipati, ſiue in poteſtate parentum ſint. Quod probatur ex ead.l.in ſui principio.ibi.*Libremente, y ſin ningun agrauamiento, ni condicion deue hauer el hijo ſu legitima.* Conſtat autem, tam filios in poteſtate, quàm emancipatos debere legitimã, abſque grauamine obtinere.Quod etiam apertiùs probatur ex l.17.tit.1.par.6.ad quam d. l. partitarum ſe refert,quæ incipit.*Religioſa vida*. Ex quo fit,vt in verbis ſequentibus de eiſdem filiis ea lex intelligenda ſit,cum eodem themate retento,& in eiſdem terminis præciſè loquatur, vt ex eiuſdem l. ſerie facilimè comprehendi poteſt. Quod etiam probari videtur ex l.9.titu.4.part.6. vbi Gregor. Lopez.in gloſſ.verb.*deſcendientes*,ex eadem lege deducit,quo ad hoc ex legibus partitarum ſublatam eſſe differentiam emancipationis, & patriæ poteſtatis.Ideóque de hac re,cùm caſus cõtigerit maturiùs deliberandum erit.Et hæc de hoc articulo:vbi ſcilicet,à Maioratus inſtitutore,filio grauamẽ in legitima apponi abſq. Regia facultate, atque eius conſenſu prætẽditur,dixiſſe ſufficiat.

¶ Si verò grauamen filiis, vel aſcendentibus, ex eorum conſenſu in legitima apponatur , dicendum erit:huiuſmodi conſenſum,Maioratúmque eius virtute inſtitutum, validum, in conſciẽtiæque foro tutum cenſendum eſſe:dummodò ad id efficiendũ ea concurrant,de quibus infra iſto libro.c.3.dicemus. Ex quibus ſupereſt,de hac re pleniſſima, ac noua reſolutio , ex qua deinceps omnib.facilè cognitu erit:quando Maioratus ex ꝓpria natura, quo ad ius fori,& poli validus ſit. Nam quo ad accidentia attinet ex quibus Maioratus poteſt iuſtè vel iniuſtè inſtitui , infra iſto lib.quaſi per totum eius diſcurſum id latiſſimè enarrabimus.

---

*SVMMARIA.*

1 *Hiſpanorum Primogenia quandoque à lege:nonnunquam ab homine:interdum etiam à conſuetudine,ſeu præſcriptione deriuantur.*

2 *Primogenia Galliæ,atque Hebræorum,& aliarum Prouinciarum,quæ à lege deferuntur Primogenia legalia propriè appellantur.*

3 *Regnum Hiſpaniarum Primogenium legale dici poteſt.*

4 *Ducatus,Comitatus,& Marchionatus:Maioratus etiam legales dici poſſunt.*

5 *Primogenia,ex clauſula teſtamenti Regis Henrici ſecundi inter nobiles huius Regni inſtituta Primogenia legalia appellari poterunt.*

6 *Succeſſio Indorum,quæ à lege Primogenito defertur.Primogenium etiam legale appellari poterit.*

7 *Primogenia quæ ex legibus fori,& Tauri,ſeu ex Regia licentia inſtituuntur:an ab ipſa lege,ſeu Principe licentiam concedente.ſeu ab ipſorum inſtitutore deriuentur.*

8 *Maioratus à teſtante,vel contrahente factus:non dicitur legalis:quanuis vicem legis obtineat,teſtantis ac contrahentis diſpoſitio.*

9 *Primogenia,quo pacto ab homine inſtituantur.*

10 *Primogenia,vtrum melius ſit,cum facultate Regia,vel abſque ea inſtituere.*

11 *Primogenia ex Regia facultate inſtituentes,profiteri ſolent,ſi ea quo ad tertium,& quintum vti nolle,ibi latiſſimè diſcutitur:an ea clauſula vtilis ſit:qualitérque apponi debeat.*

12 *Facultas Regia ſemper vtilis eſt,vbi inſtitutor Maioratus vltra tertium,& quintum diſponit.*

13 *Maiora-*



13 *Maioratus ſimpliciter inſtitutus : vtrum ex Regia facultate : an ex legum Regiarum diſpoſitione factus cenſendus ſit.*

14 *Actus,qui ex iure communi,atque ſpeciali fieri poteſt,ex iure communi factus eſſe præſumitur.*

15 *Actus ſemper præſumitur geſtus,ex cauſa firmiori,atque vtiliori.*

16 *Feudum ſemper in dubio antiquum:non autem nouum præſumendum eſt.*

17 *Is, qui habens Regiam facultatem ſimpliciter Maioratum inſtituit non poterit deinceps tertij,ſeu quinti meliorationem facere.*

18 *Primogenium,quod ex tempore immemoriali conſtat:vtrum Regia facultate præcedente:an abſque ea factum cenſendum ſit.*

19 *Text.in c.ſuper quibuſdam.§.prætereà.de verb.ſignific.declaratur.*

20 *Immemorialis conſuetudo potentior eſt priuilegio.*

21 *Immemorialis præſcriptio,eſt quaſi alterum ius naturale,quod mutari non poteſt.*

22 *Primogenium poteſt tam in contractu:quàm in teſtamento inſtitui.*

23 *Primogenium an vtilius ſit inſtituere in contractu:quàm in teſtamento,vel è conuerſo.*

## *De multiplici Hiſpanorum Primogeniorum differentia.*

## CAPVT II.

1 PRimogeniorum inſtitutiones multipliciter fiũt:quãdoq;†enim à lege,nonnunquam ab homine,interdum etiam à cõſuetudine , ſeu preſcriptione deriuãtur.Quæ inſtituẽdorum Primogeniorũ genera in plures alias ſpecies,ac differentias ſubdiſtinguuntur,de quibus in hoc capite,& ſequentibus ſigillatim tractare intendimus , vt inde rectam Maioratum inſtituendorum formam cognoſcamus.

2 ¶Primogenia autem,†quę à lege fiũt propriè ſumpta ſunt ea Primogenia, quæ filiis Primogenitis Galliæ, & aliarum Prouinciarum , ex ſola legum Regiarum diſpoſitione , abſque parẽtũ, vel aliorum ſpeciali prouiſione deferũtur. Item illa iura Primogenitorũ , quæ ex lege veteri Primogenitis Hebræorum competebant,cuius generis Primogenia in Hiſpaniarum Regnis , (vt alibi diximus,) non inueniuntur.Ideóque hæc prima Primogeniorum legalium differẽtia ad alia Regna, ac Prouincias : potiùs quàm ad Hiſpaniam referenda erit.

3 ¶ Sed vt etiam ad Hiſpaniã hæc Primogeniorum differentia deducatur,probabiliter† dici poterit Hiſpaniarum Regnum,quod iure Maioratus defertur,atque verus Maioratus eſt,Primogenium legale meriò appellari poſſe : cùm eius ſucceſſio à legibus Regiis : non autem ab alia particulari diſpoſitione originem ducat, vt ſuprà lib.1.cap.2. num.11.oſtenſum eſt.

4 ¶Eadem etiam ratione†caſtra,ac oppida à Principe ſub titulo Comitatus,Ducatus,Marchionatus ſeu Principatus conceſſa,quę ad Regni ſimilitudinem iure Maioratus poſſidenda ſunt, vt ſupra lib.1.ca.11.num.15.cum ſequent.probauimus,Primogenia legalia, ſicut ipſum Regnum appellari poterunt,vt membra capiti correſpondeãt.Cùm enim hæc bona ex generali Hiſpaniarum cõſuetudine iure Maioratus deferri cẽſenda ſint , nec ex aliqua Maioratus diſpoſitione originem trahant,meritò Primogenia legalia appellari poterunt.Conſuetudinem námque vicẽ etiam legis obtinere,compertum eſt.l.de quibus. cum ſimilib.ff.de legib.

5 ¶Item,& † omnia Primogenia,quæ ex teſtamento Regis Henrici inter huius Regni proceres inſtituta fuerunt,Primogenia legalia eadem ratione appellari poterunt.Procedunt,namque ex ea clauſula,quæ pro lege ſeruari præcepta eſt, atq. inter leges Regni ſituata , vt in huius tractatus præfatione.num.17.& 19.probauimus. Quod pręceptum iuri communi ſatis conueniens fuiſſe cẽſendũ eſt:quicquid enim Principi placuit , legis vigorem habet.text.in §.ſed & quod Principi.Inſtitut de iur.natura.gen.& ciuil. Idque in quolibet teſtamento,pacto,cõtractu,epiſtola,ſeu ſententia,aut alia quacũque Principis diſpoſitione, ſi ea generalis ſit,animóque legis cõdẽdæ facta, verum eſſe cenſuerunt Scr.in l.1.per text.ibi.vbi latiſſimè per Iaſſ.ff.de conſtitut.Princip.& in l.1. ff.de feriis.Ex tenore autẽ dictæ clauſulæ cõſtat eam animo legis condendæ à præfato Rege Hẽrico factam fuiſſe,vt cuilibet eam legere volenti conſtabit.

6 ¶Item†Primogenium etiam legale appellari poterit ea ſucceſſio,quæ filiis Primogenitis in Cõmendis Indorum parentibus à Principe cõceſſis defertur. Cùm enim id Primogenitурę ius à lege concedatur: meritò Primogenium legale appellandum erit:quanuis id Primogenium temporale,non autem perpetuum ſit,in pluribúſq. à Primogeniorum natura degeneret.Quod etiam dicẽdum erit in omnibus aliis Primogeniis:ſi quæ in Hiſpania ſũt,quæ à lege immediatè deriuãtur.

7 ¶Maioratus autẽ,†qui ex legibus fori & Tauri, ex tertio,& quinto quotidie fieri ſolent,non poterũt Maioratus legales appellari.Quanuis enim ea Primogenia inſtituẽdi facultas,à legibus Regiis procedat:eorum tamen ſubſtantia ac ſucceſſio,à parentum diſpoſitione:non ab ipſis legibus Regiis deriuatur,nec lex ipſa Maioratũ inſtituit ſed pater , qui eiuſdem authoritate Primogeniũ fecit,eius inſtitutor cenſendus erit.Ipſe enim nõ his legibus,ad Maioratum inſtituẽdum aſtringitur:ſed id totum eius facultati,ac liberę volũtati committitur Ideóque ipſe:nõ leges , quæ ſibi eã facultatem tribuunt,Maioratum inſtituere videtur.Sic nãque in pupillo authoritate tutoris contrahente deciſum eſt.Quanuis enim ipſe authoritate tutoris contrahat contractus:tamen ipſe nõ à pupillo : ſed à tutore factus cenſendus erit.l.ſi tutor.ff.de adminiſtra.tuto.l.tutor.la.1.ff.quando ex facto.tuto.Quod etiam in contractu authoritate Prælati facto dicendum erit; non enim Prælatus, ſed Eccleſia contrahit:quanuis abſque au

thoritate Prælati contractus validus non ſit, vt
probat Matthæ.de Afflict.deciſ.101. nu. 3. Idque
etiam in donatione quingentos *ſolidos* excedente
videmus.Quanuis enim ea vltra quingentos *ſoli-*
*dos* abſque iudicis authoritate fieri non poſſit:nõ
tamen dicitur iudex:ſed is,qui donationem eius
authoritate fecit donare. l. in hac. C. de dona.
Quod etiã in cõtractu ab vxore, cum licẽtia viri
facto,& id genus ſimilibus verum eſſe,pluſquàm
notiſſimũ eſt. Quapropter Maioratus iſte ab ho-
mine:non à lege inſtitutus cẽſendus erit:ſicut &
illi,qui ex Regia facultate inſtitutus fuit,qui eiſ-
dẽ rationibus ab ipſomet inſtitutore non à Prin-
cipe factus fuiſſe cẽſetur. Quod in Maioratus le-
gum regiarum authoritate facto,verum eſſe di-
xit Peralta.in l.cum autem.ff.de lega.2.n.13.& 14.
Id tamen mihi:tam in Maioratu Principis:quam
legis authoritate facto : proculdubio verum , ac
iuridicum videtur.Quæ omnia erũt ſingulariter
notanda, ad intelligendum:vtrum facilius Prin-
ceps poſſit tollere vincula ac grauamina Maiora-
tuũ ex Regia facultate inſtitutorum:quàm eorũ,
qui ex iure cõmuni inſtituti ſunt. De quo infrà,
li.4.latiùs dicemus.
8 ¶Similiter etiã† nõ erit Maioratus legalis is, qui
à teſtante , vel contrahente factus fuerit. Nam
quanuis teſtantis diſpoſitio,atque etiam contra-
hẽtis legis vicem obtineat.text.in Auth.de nupt.
§.diſponat.collat.4.l.contractus. ff. de regul.iur.
Non autem vera,nec propria lex eſt teſtãtis , nec
contrahentis diſpoſitio: cùm lex debeat ad com-
mune bonum: non ad priuatum commodum or-
dinari.l.1.ff.de legibus.l.iura nõ in ſingulas.ff.eo.
Sed ea ratione lex dicitur : quia ſucceſſores ad e-
ius implementũ aſtringit:ſicut leges vniuerſales,
omnes ſubditos ligãt. Ideóque Maioratus ex cõ-
tractu,ſeu teſtamento inſtituti: nõ Maioratibus,
à lege: ſed ab homine inſtitutis adiiciendi erunt.
¶ Sed cum hæc legalium Primogeniorum ſpe-
cies parum Hiſpanorum Primogeniis conuenit,
ea prætermiſſa , ad Primogenia quæ ab homine
9 inſtituuntur,tranſitum faciemus. Qua in re† an-
notandum erit, in Hiſpania ab homine frequen-
tiùs diuerſimodéque Primogenia inſtitui ſolere.
Plerúnque nãque ea Primogenia præcedẽte Re-
gia facultate:nonnũquam autem abſque ea:quã-
doque etiam ex vltima voluntate : interdum etiã
ex contractu inſtitui ſolent. Ideóque operæpre-
tium erit, vt eas omnes inſtituendorum Primo-
geniorum formas diſcurramus,vt quæ earũ vti-
lior eſſe poſſit omnibus deinceps compertum ſit.
¶Illud autem imprimis præmittendum eſt Maio
ratum:tam Regia facultate pręcedente:quàm ſi-
ne ea fieri poſſe. Non enim ad Maioratus inſtitu
tionem Regia facultas neceſſaria eſt: niſi ipſius
inſtitutor aſcendentes,ſeu deſcendentes habeat,
taxámque à legibus Regiis ſtatutã excedere ve-
lit.Si verò nec deſcendentes, nec aſcendẽtes ha-
beat liberè,poterit Maioratum abſque Regia fa-
cultate inſtituere,iſque verus ac proprius Maio-
ratus erit:prout,ſupra lib.1.ca.1.num.20.cum ſeq.
apertiſſimè demonſtrauimus.
¶Sed illud in hac parte ab Hiſpanis Iuriſcõſultis
10 magno conatu controuerti ſolet:vtrum† ſcilicet
vtilius ſit Maioratũ Regia facultate pręcedente,
aut ſine ea inſtituere.Qua in re ſciendũ eſt,com-
muniter hucuſque omnibus perſuaſum fuiſſe fir-
miorem,vtiliorémque eſſe eam Primogeniorum
inſtitutionem , quæ abſque Regia facultate fit:
quàm eam,quæ Regia facultate præcedẽte facta
fuerit.Nam in Regiis facultatibus præcipitur,vt
bona Primogenio ſubiecta nõ poſſint fiſco adii-
ci:niſi ex crimine hæreſis,læſæ Maieſtatis, & cõ-
tra naturam.Ex quo fit,vt bona ex huiuſmodi fa
cultatibus vinculis Primogenij colligata, ex his
criminib.Fiſco proculdubiò adiiciantur.Ea nam
que lege Maioratus inſtitutus fuiſſe cẽſetur: bo-
na autem,quę abſque facultate Regia Primoge-
nio ſubiiciuntur alienaríque prohibentur:etiam
ex his criminibus,in perpetuam confiſcationem
non veniũt,quod infra li.4.latiùs enarrabimus.
Item difficilius cõcedi poteſt facultas ad ea bo-
na alienãda,vel hypothecæ ſubiicienda,quę ſola
teſtãtis,vel contrahentis diſpoſitione : quàm ad
alienanda , vel hypothecanda ea bona , quæ ex
Regia facultate Primogenio ſubiiciuntur. Cum
enim ex Regia facultate ea bona Primogenio
ſubiecta fuerint,naturale eſt,vt eadem facultate
ab ipſius Primogenij vinculis liberari valeant.l.
nihil tam naturale.cum ſimilib. ff. de regul. iur.
Quod in Primogenio abſque Regia facultate in
ſtituto procedere non videtur de quo,etiam in-
fra li.4.dicemus. Qua ratione hi qui cautè Pri-
mogenia volunt inſtituere rectiùs,ac firmiùs illa
inſtituiſſe arbitrantur:ſi ea ex ſola legum permiſ
ſione inſtituant:ſi enim illa poſſunt propria au-
thoritate inſtituere fruſtra ad id facultatem Re-
giam expectant : cum fruſtra precibus impetre-
tur,quòd à iure communi conceſſum eſt.l.1.C.de
Theſau.lib.10.
¶Quòd ſi parentes taxam à legibus Regiis præ-
ſtitutã excedere velint:cùm id, (vt prædiximus)
abſque Regia facultate efficere nequeant: tunc
11 illam impetrare ſolent,nec† ſimpliciter ea vtũtur:
ſed hoc adiecto,quòd illa vti volunt in eo ſolum
quòd Maioratus ipſe tertij,& quinti bonorũ ſuo
rum valorem exceſſerit, cùm vſque ad tertiũ,&
quintum id abſque facultate Regia ſibi facere li
ceat,ex Regiarum legum prouiſione,qua,& non
Regia facultate quo ad illud vtuntur.Quæ clau
ſula propè in omnibus Primogeniis quæ ex Re-
gia facultate inſtituuntur apponi ſolita eſt.
¶Cæterùm quanuis clauſula iſta indifferẽter:tan
quam ſummè vtilis,ac neceſſaria Primogeniorũ
conſeruationi in eiſdem hucúſque frequenter ap
poſita fuerit:mihi autem genericè,atque indiffe
renter ſumpta numquam ſatisfacere potuit : nã
quanuis in ea bonorum parte,quæ à parente ex
traneis indifferenter relinqui poteſt, & in Maio
ratu ab eo,qui nec aſcendentes habet:nec etiam
deſcendentes,ex vniuerſo patrimonio inſtituto
non valeat,de huius clauſulę vtilitate,ex his,quę
ſuperiùs adducta ſunt dubitari:reſpectu tamẽ ter
tiæ bonorum portionis , quæ quo ad extraneos
legitima eſt , in patre, vel alio quolibet aſcen-
dente Maioratum inſtituente, duæ maximíque
momenti difficultates,quo ad huius clauſulæ ap
poſitionem,ſe mihi ſemper obtulerunt.
¶Prima quando ſolùm vnicus filius adeſt: tunc
enim apud omnes expeditiſſimũ eſt,quo ad ter-
tium authoritate legis Regiæ eidẽ filio nõ poſſe
apponi grauamen Maioratus,nec fideicommiſſi,
nec etiam aliud quodcunque grauamen. In Ma-
ioratu autẽ ex Regia facultate inſtituto dubium
non eſt,tam quo ad tertiam portionem, quàm
quo ad legitimam filio vnico poſſit grauamẽ ap-
poni:prout infra iſto lib.capitul.11.num.10.latiùs
dicemus. Cùm igitur ex lege Regia vnico filio
grauamen



grauamen in tertio apponi non poſſit,ex Regia
verò facultate ſic,neceſſariò cõſequitur in eo , q
vnicum tantum filium habet,quoad tertiam bo-
norum ſuorum partem, hanc clauſulam non ſo-
lum non eſſe vtilem:verum etiam nimis damno-
ſam,ac nociuã.Poſſet namque ex eius appoſitio-
ne Maioratus vis,quo ad tertiam bonorum por-
tionem omninò corruere,nec poſſet ex Regia fa
cultate ſuſtineri:cùm iam eius Maioratus inſtitu
tor declarauerit ſe ea in hac parte vti nolle.Quod
enim potuit,noluit,& quod voluit adimplere ne
quiuit.tex.in c.cum ſuper Abbatia.de offi.deleg.
gloſſ. vbi per Scriben.in l. multum intereſt.C.ſi
qs alteri,vel ſibi Iaſ.q plura in huius dicti com-
probationem adducit in l.exigendi n.9.C.de pro
cu.Idque apud me indubitatiſſimum eſt.
¶Secũda difficultas,quæ circa huius clauſulæ ap
poſitionẽ quoad tertium mihi occurrit,eſt,q pa
ter etiam plures liberos habens tenetur , quò ad
vincula,& ſubſtitutiones ſeruare ordinem ſtatũ
tum à l.27.Tauri:vt priùs vocet deſcendẽtes legi
timos,& naturales:deinde agnatos,ſeu cognatos
& collaterales:poſtremò verò loco in eorũ defe-
ctum extraneos.Quem ordinem in Primogeniis
Regia facultate inſtitutis,eorum inſtitutores ſer
uare omninò non tenentur,vt infra iſto lib.ca. 11.
n.11.cum ſeq.dicemus. Quod etiam maximi mo-
menti erit,vt ab hac clauſula caueri debeat: poſ-
ſet enim is qui liberè vocationes,ac ſubſtitutio-
nes ex Regia facultate facere poſſet,ex eius clau
ſulæ appoſitione,ad ordinem,in illa lege præſtitu
tum ſeruandum aſtringi.Ex quo plura alia incõ-
uenientia circa fœminarum,clericorum & reli-
gioſorum,& aliarum perſonarum excluſionẽ, &
id genus ſimilia exoriri poſſent, quæ ex his,quæ
in d.c.tractabimus,facillimũ erit cõprehendere.
¶Quibus rationibus,& ẽt aliis , quæ in id forſan
cumulari poſſent cautè in huius clauſulæ appoſi
tione:ſaltim quo ad tertiã hęreditatis portionem
procedendum erit:ita,vt ea clauſula nõ ſimplici-
ter,& abſolutè,vt communiter apponi ſolita eſt:
deinceps apponatur: ſed eam apponere volens,
profiteatur ſe regia facultate,quo ad quintã bo-
norum ſuorum portionem vti nolle , nec etiã ea
velle vti,quo ad tertiã bonorũ ſuorum partem:
niſi in eo,quod ad maiorem eiuſdem Maioratus
conſeruationem,ac perpetuitatẽ, ſubſtitutionũ-
que,ac grauaminum liberam appoſitionem ne-
ceſſarium fuerit.Quo ad cætera autem bona ſim
pliciter ea vti velle,quo temperamento obſerua-
to clauſula ipſa,quæ alioqui damnoſa nimis eſſe
poſſet,proficua,maximæque vtilitatis plena effi-
cietur.
¶Poteſt etiam Maioratum ex Regia facultate in-
ſtituens profiteri ſe vti iure communi , & Regia
facultate, eo pacto, quo meliùs eius diſpoſitio
conſeruari poſſit:prout cõſulit Greg.Lopez in l.
6.ti.11.par.6.in gl.verb.*Que la non pudieſſe vender.*
col.3.ad finem.Ex quib.verbis,eundem effectum
conſequitur:quanuis meliùs,ſit id ſpecificè diſpo
nere:ex quo comprehẽdi poterit:vtiliúſne ſit Pri
mogenium Regia facultate interueniẽte,aut abſ
que ea inſtituere:qualitérque vtraq. Maioratus
forma eiuſdem inſtitutor ſimul vti debeat abſq.
eo,quòd vna alteri præiudicium afferre poſſit.
12 ¶Hæc† autem,quæ prædiximus,quo ad tertiã &
quintam bonorum portionem,& alia bona,quæ
abſque Regia facultate Maioratui ſubiici poſſũt,
vera ſunt.Sed ſi quo ad legitimam,de hac re dũ-
bium verſetur:proculdubiò dicendũ erit, vtiliùs
eſſe quo ad illam Regia facultate vti. Nam etſi
dabilis ſit forma,ex qua poſſit Maioratus ex filio
rum legitima,eorum conſenſu interueniente in
ſtitui:hæc tamen Primogeniorum forma, nõ mo
dicis periculis obnoxia eſt,vt in cap.ſequẽ.dice-
mus.Ideóque tutiùs,conuenientiúſque erit,quò
ad legitimam Regia facultate vti.
¶Ex vtilitate autẽ,quæ reſultat,ex eo,quòd Ma-
ioratus non ex facultate Regia:ſed ex iure com-
muni inſtituatur,quo ad bonorum alienationẽ,
13 ſeu cõfiſcationẽ pluries controuerti ſolet,† Vtrũ
Maioratus ſimpliciter factus ab eo,qui illũ iure
communi atque ex regia facultate inſtituere po
teſt:cenſeatur factus ex iure communi an ex Re
gia facultate,in qua quæſtione dicẽdum eſt,Pri-
mogenium hoc,ex iure communi inſtitutum cẽ-
14 ſendum eſſe.Quod probatur,ex eo,quòd† quãdo
actus,ex iure communi, atque ſpeciali fieri põt,
in dubio ex iure communi : non autem ſpeciali
factũ cẽſendus erit.l.quãquam.C.de teſta.milit.
vbi communiter Scrib.id not.l.in teſtamento.*la.*
1.C.eo. vbi.Deci.num.11.Idipſum aduertit Alex.
qui propè in terminis noſtram quæſtionem deci
dit conſ.55.n.6.lib.3.Iaſſ.in l.Centurio.nu.11. ff.de
vulga.Cephalus.conſ.25.n.24.Idem conſi.18.nu.
15 15.Item† actus qui poteſt fieri,ex duplici capite
cẽſeri debet factus ex vtiliori,ac firmiori.l. 3.vbi
per Scri.ff.de teſta.milit.l.tutor.§.quæ de tutori-
bus.ff.de excuſa.tuto.l.cum pater ff.de iur. doti.
tex.in c.1.niſi eſſent.de præb.Idque in ſpecie Ma
ioratus ſic reſoluit Greg.Lopez.in l.6.tit.11.part.
6.ver.*que la non pudieſſe vender.*col.2. vbi plura in
idem adducit.
¶Quod etiam in feudo communiter deciſum eſt:
cum enim vtilius ſit vaſſallo feudum antiquum
16 potius quàm nouum poſſidere:in† dubio feudũ
quod poſſidet,ſemper antiquũm:non autem no-
uum præſumẽdum eſt,prout in ſpecie dixit *Bal.*
in c.1.in prin.n.1.ſi de feudo fuerit controu. int.
domi.& agna.in vſib.feudo.Alex. conſi.15. lib.5.
num.6. & 8. Quibus plura cumulant Roland.à
Valle conſi.3.num.3.Nicolaus Bellonus conſi.33.
num.1.Ioan.Cephal.conſi.27.num.16. Idque ve-
riſſimum mihi videtur:niſi Maioratus non poſſit
valere abſque Regia facultate:tunc namque ex
regia facultate inſtitutus cenſendus erit:& ſi ſim
pliciter inſtituatur:prout infra iſto lib.c.7.nu.69.
cum ſequen.dicemus.
17 ¶Ex quib.infertur,quòd† ſi habens Regiam fa-
cultatem ad Maioratum inſtituendum illum ſim
pliciter inſtituerit,poſteà nõ poſſit virtute legũ
Regiarum alium filium,in tertia, & quinta bo-
norum ſuorum portione,quam ex primo Maio-
ratu conceſſerat meliorare.Cùm enim Primoge
niũ ſimpliciter inſtitutum ex iure communi,non
autem ex Regia facultate,ex his,quæ paulò ante
adduximus,inſtitutum cẽſendum ſit : conſequẽs
eſt,vt is non poſſit,ex legum Regiarum facultate
alteram meliorationẽ tertii,& quinti facere:ſed
potiùs ad id efficiendum Regia facultate vti de
beat.Quòd quando expreſſe vltimã melioratio-
nem:nõ ex Regia facultate:ſed ex legum Regia
rum diſpoſitiõe facere profeſſus fuit,verum eſt.
Aliàs namq. ſi ſimpliciter melioratio facta fuiſ-
ſet, ex Regia facultate ſuſtineretur de quo tamẽ
dicendum erit prout infra iſto lib.c.10.nume.74.
latiùs dicemus.
¶Ex eiſdem etiam inferri poterit,ad deciſionem
alterius

alterius quæſtionis, quam ſæpiùs controuerſam videmus: † vtrum ſcilicet, Primogeniũ, quod ex ſola temporis antiquitate conſtat, ex Regia facultate: an ex legũ Regiarum diſpoſitione inſtitutum cẽſendum ſit. Cùm enim vtilius ſit poſſidenti ipſum Primogenium potius legibus Regiis quàm ex Regia facultate poſſidere, atque omnis actus iure communi: nõ autem ſpeciali in dubio factus præſumatur, vt ſuperiùs oſtendimus: conſequens eſt, vt non ex Regia facultate ſed ex legibus Regiis, id Primogeniũ inſtitutum, cenſendum ſit: quod ex his, quæ in præcedenti, quæſtione adduximus, præciſe probatur. Si enim quando conſtat, quòd Regia facultas præceſſerit, reſoluimus Maioratum non ex Regia facultate: ſed ex iure communi inſtitutum cenſendum eſſe: conſequens eſt, vt à fortiori, vbi non conſtat Regiam facultatem præceſſiſſe, dicendum ſit. Regia namque facultas facti eſt, & facta non p̃ſumuntur: niſi probentur. l. in bello. §. factæ. cum ſimilibus. ff. de capti. Maximè quãdo ad actum, de quo agitur neceſſaria non ſunt: ſed abſque eis poteſt actus ſuſtineri. Quoniam, vt inquit Ang. in l. voluntate ff. quib. mod. pigno. vel hypo. ſolut. nu. 3. Quando actus poteſt fieri à principio cum conſenſu alterius, & ſine eo in dubio præſumitur factus abſq. cõſenſu illius, quod præcipuè in Principis facultate dicendũ eſt. Quando enim expreſſus conſenſus Principis, ad aliquid efficiendum probari prætenditur: is ex longiſſimo tẽpore nõ præſumitur: ſed præcisè probãdus eſt, vt in ſpecie dixit Riminald. conſi. 82. nu. 10. lib. 1. Auguſtin. Boerius. in capit. cura nu. 8. de iure patro.

19 ¶Nec † obſtat ſi dicatur: immemorialem præſcriptionem vicem priuilegij, atque per conſequẽs Regiæ facultatis obtinere, vt probatur ex text. in capit. ſuper quibuſdã. §. præterea de verb. ſignif. cum ſimilib. Nam illud procedit, ac verum eſt: quando actus de quo agitur: non poteſt abſque Principis priuilegio ſubſiſtere ſecùs tamen quando abſque eo valere poteſt. Tunc námq. præſcriptio immemorialis: non vicem priuilegij: ſed potiùs tituli, atque cõceſſionis particularis obtinebit. l. hoc iure. §. ductus aquæ. cum ſimilib. ff. de aqua. quoti. & æſti.

¶Quod etiam comprobatur ex eo quia vtilius eſt bona Maioratus poſsidenti illa ex immemoriali præſcriptione quàm ex priuilegio poſsidere,
20 immemoralis † enim conſuetudo potentior eſt priuilegio, difficiliúſque tollitur acquiſitum conſuetudine, vel præſcriptione quàm priuilegio, vt inquit Innocent. in c. accedentib. de priuileg. Aymon. qui plura refert. de antiqui. tempo. 1. par. in princ. num. 43. Ideóq. dicebat. Bal. conſi. 439. incipien. *Amplius*. col. 4. *in fi. lib. 3.* Conſuetudinem
21 † immemorialem eſſe: quaſi alterum ius naturale quod immutari nõ poteſt. Cuius dictum refert, & ſequitur Aymon cõſi. 238. n. 8. & 9. vbi pulchrè loquitur. Ex quibus rationibus hæc opinio mihi verior videtur: quãuis illam in quadam difficillima cauſa ſatis ad vtramque partem controuerſam viderimus.

¶Supereſt autem, vt illud etiam diſcutiamus: an ſcilicet vtilius ſit Primogenium in vltima voluntate, quàm in contractu inſtituere. In quo priùs
22 ſciendum eſt † Primogenium inſtituere volẽs, illud poſſe: tam in contractu: quàm in vltima volũtate inſtituere ídq. ex inſtitutoris mera ac libera volũtate pẽdere. Nã aut ex Regia facultate Primogeniũ inſtituitur: & tunc id proculdubio verũ eſt: ſiquidem in omnibus Regiis facultatib. hæc verba adiici ſolent. *Os damos licentia, y facultad, para que en vueſtra vida, o al tiẽpo de vueſtra muerte por vueſtro teſtamento o teſtamẽtos, o poſtrimera voluntad, por via de donaciõ, entre viuos, o por cauſa de muerte, o por otra manda, o inſtitucion, o por otra qualquier via de diſpoſiciõ*, &c. Aut ex legis Regiæ diſpoſitione, & tunc idem dicendum erit, vt probatur, ex lege 27. Tauri. ibi. *En teſtamento o en otra qualquier vltima voluntad, o por contracto entre viuos.*

23 ¶Hoc igitur præſuppoſito, † in hac quæſtione, qua controuertitur, quæ harum formarum vtilior ſit dicendum erit. Iſtud etiam ex negotii qualitate, partiúmque ipſarum volũtate, ac conuentione pendere. Nam ſi id efficere cõtendunt, vt Primogenium liberè diſſolui, ac reuocari valeat: tunc longè meliùs eſſet Primogeniũ ipſum in vltima voluntate: quàm in contractu inſtituere. Prohibitiones námq. alienationum efficaciùs: meliúſq. in perpetuum ſucceſſores aſtringent, alienationémque ſubſequutam illicò nullam efficient: iuxta ea, quę ſupra lib. 1. c. 12. nu. 45. cum ſequen. c. & 16. nu. 32. & 33. cum ſeq. tradita ſunt. Imò, quod veriùs eſt: ẽt hoc reſpectu poterit Maioratus, ſiue in vltima volũtate, ſiue in contractu ad libitũ fieri dũmodò in cõtractu clauſulæ nõ apponantur, ex quib. irreuocabilis fiat. Cũ enim Primogeniũ, quod liberè reuocari poteſt, in cõtractu inſtitutum, naturam potius vltimæ voluntatis: quàm cõtractus ſequatur, vt ſupra li. 1. d. c. 12. nu. 23. oſtenſum eſt: idem de eo, quod de alia qualibet vltima voluntate proculdubiò dicendũ erit, ſiue in contractu, ſiue in vltima volũtate inſtitutum fuerit. Sícque communis vſus inualuit, vt Primogenia pro vniuſcuiúſque voto, ſiue in contractu: ſiue in vltima voluntate inſtituantur.

¶Si verò Primogeniũ ipſum ita reſtitui velit, vt irreuocabile ſit, ex contractu: nõ autẽ ex vltima voluntate id efficiendũ erit. Nõ. n. eſt dabilis forma, ex qua vltima volũtas irreuocabilis effici valeat, vt infra li. 4. latiùs oſtẽdemus. Sícq. cùm Primogeniorũ inſtitutores Primogenia irreuocabilia efficere volũt, illa in cõtractu ſemper inſtituũt, quod in Primogeniis inſtitutis ex cã matrimonii, vel ex pactione, vbi ſuper bonis Maioratus tranſigitur, litíque ac cauſæ cedẽti res aliqua iure Maioratus poſsidenda ex cauſa trãſactionis conceditur, vel in aliis Primogeniis, quę ex quacunque alia cauſa oneroſa inſtituuntur frequenter obſeruatum vidimus.

¶Vltimo autẽ loco illud ẽt animaduertendũ erit plures alias Primogeniorũ formas in Primogeniis ab homine inſtitutis: quandoq; obſeruari ſolitas eſſe. Plerũque. n. ita Primogenia inſtituũtur, vt in eis nõ Primogenitus: ſed ſecundo, aut tertio loco genitus ſuccedat, ſeu alius extraordinarius ordo in eorũ ſucceſsione obſeruari p̃cipitur ſed qa de his Primogeniorum formis ſuis locis agemus in hac parte ſolũ ea, quæ in hoc capite diximus, & in capitib. ſequentib. dicemus, de hac Primogeniorum forma tractabimus: cætera ad tertium huius tractatus librum reſeruantes.

S V M-



*S V M M A R I A.*

1 *Primogenia ex legitima filiorum qualiter abſque Regia facultate inſtitui valeant.*

2 *Conuentio facta inter filios, vt in bonis parentis, de eiuſdem conſenſu iure Maioratus ſuccedatur: etiam abſque iuramento valida eſt.*

3 *Pactio iurata inter filios, vt in bonis parentis iure Maioratus ſuccedatur, non valet abſque ipſius parentis conſenſu.*

4 *Conuentio etiam iurata, facta inter filios de parentis conſenſu, vt in bonis eius iure Maioratus ſuccedatur inefficax erit, ſi parens conſenſum reuocauerit.*

5 *Renuntiatio legitimæ facta à filiis iuramento interueniente valida erit.*

6 *Filius, qui legitimæ cum iuramento renuntiauit, poterit parenti ex teſtamento ſuccedere: etiamſi iurauerit ſe ei, neque ab inteſtato, neque ex teſtamento ſucceſſurum.*

7 *Grauamen poteſt apponi filio in legitima, ex eius conſenſu etiam abſque iuramento.*

8 *Forma vtilis, ad inſtituenda Primogenia abſque Regia facultate: etiam quo ad filiorum legitimam.*

9 *Metus reuerentialis ad inualidanda Primogenia ex filiorum conſenſu inſtituta ſufficiens non eſt: niſi nimia crudelitas minæ, aut verba iniurioſa concurrant.*

10 *Metus minor requiritur in muliere: quàm in viro, ad Primogenij reciſionem.*

11 *Metus reuerentialis ſimul cum enormiſſima læſione, ad Primogenii reciſionem ſufficiens eſt.*

12 *Actio quòd metus cauſa in rem ſcripta eſt, datúrque contra ſingularem ſucceſſorem: quatenus ex metu locupletior factus eſt.*

13 *Ad reciſionem contractus iurati metu facti relaxatio iure requiritur: id tamen in practica non ſeruatur.*

14 *Contractus iuratus dolo, ex propoſito factus, ipſo iure nullus eſt.*

15 *Relaxatio iuramenti neceſſaria non eſt, in contractu iurato, in quo dolus ex propoſito interuenit.*

16 *Dolus eſſe debet talis: qui etiam viros prudentiſſimos falleret.*

17 *Dolus faciliùs præſumitur in muliere: quàm in viro ob ſexus fragilitatem.*

18 *Renuntiatio iurata facta à maiore ratione læſionis vltra dimidiam non reſcinditur, niſi ea læſio enormiſſima, ac grauiſſima ſit.*

*Renuntiatio vltra dimidiam in magno exceſſu, quæ dicatur.*

19 *Renuntiatio leg. 2. C. de reſcind. vindi. non tollit remedium eiuſdem legis, quando læſio in magno exceſſu, vltra dimidiam contingit.*

20 *Renuntiatio etiam geminata non tollit. d. l. 2. remedium quando læſio grauiſſima fuit.*

21 *Renuntiatio iurata facta ſimpliciter à minore reſcinditur ratione læſionis vltra dimidiam, niſi expreſſè iurauerit: etiam ratione læſionis, vel ex alia cauſa illam non impugnare.*

22 *Certioratio minoris in renuntiatione iurata non requiritur.*

23 *Curatoris authoritas non eſt neceſſaria, in renuntiatione minoris iurata.*

24 *Minor grauiſſimè, ac enormiſſimè læſus poteſt renũtiationem reſcindere, etiamſi iurauerit, ſe illam ratione læſionis non impugnaturum.*

25 *Relaxatio iuramenti requiritur, vbi minor ratione læſionis renuntiationem reſcindere velit.*

26 *Pactum de quo in l. fi. C. de pact. & conſenſus à filio paternæ diſpoſitioni abſque iuramento adhibitis, ratione enormis læſionis reſcinduntur.*

27 *Filia, quæ legitimæ renuntiauit, recepta dote competenti, vt monaſterium ingrederetur, non poteſt aduerſus renuntiationem læſionem opponere.*

28 *Filia, quæ legitimæ renuntiauit, vt ex ea Primogenium inſtitueretur, non poteſt dici læſa, ſi dotem, vel alimenta competentia recepit.*

29 *Tempus factæ renuntiationis conſiderandum eſt, cùm de læſione agitur, etiamſi ex poſtfacto parentum facultates excreuerint.*

30 *Donatio. ſeu renuntiatio gratuita ex cauſa enormiſſimæ læſionis non reſcinditur.*

31 *Renuntiatio iurata facta à filia valida eſt: etiamſi à parente ex ea nihil acceperit.*

32 *Minor renuntians hæreditati paternæ, etiam nullo ob renuntionem accepto, non reſtituitur, ſi id conſultò, ac ex iuſta cauſa fecerit.*

33 *Renuntians paternæ hæreditati, nullo ob id accepto, inconſultè nec ex cauſa iuſta: nec habens aliunde vnde ſe alat, poteſt ratione enormiſſimæ læſionis renuntiationem reſcindere.*

34 *Filius renuntians paternæ hæreditati, vt ex ea Primogenium fiat relictis ſibi competentibus alimentis non poteſt ratione læſionis huiuſmodi renuntiationem reſcindere.*

35 *Filius vel filia paternæ hæreditati, vt ex ea Primogenium fiat renuntiantes, debent, ad ipſius Primogenij ſucceſsionem vocari, ne aduerſus renuntiationem læſionem obiiciant.*

36 *Filij*

36 *Filij poſt mortem parentis Primogenium, ex legitima ſua inſtitutum approbantes, non poſſunt illi in poſterum contrauenire.*
37 *Renuntiatio iurata: vtrum ob ſuperuenientiam liberorum reuocetur.*
38 *Renuntiatio legitimæ facta, aliquo ob id non accepto non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*
39 *Donatio ob cauſam, ex ſuperuenientia liberorum, non reuocatur.*
40 *Renuntiatio legitimæ, ſeu hæreditatis iam delatæ gratis facta ex ſuperuenientia liberorum reuocatur.*
41 *Renuntiatio hæreditatis: nondum delatæ, gratis facta: vtrum ex ſuper uenientia liberorum reuocetur.*
42 *C. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. ex identitate rationis, de caſu ad caſum extenditur.*
43 *Tiraquellus inter omnes iuris interpretes copia allegationum, atque rerum congerie primatum obtinet.*
44 *L. qui autem. ff. de his, quæ in fraud. credi. declaratur.*
45 *Verbum reuertatur, ex lata ſignificatione, comprehendit ius quod denuò acquiritur.*
46 *Dare dicitur is, qui remittit.*
47 *Renuntiatio facta à filio: vtrum nepotibus, ac cæteris eiuſdem deſcendentibus noceat.*
48 *Filia, quæ renuntiauit hæreditati paternæ ex cauſa Primogenij: an poſsit renuntiationem reſcindere, mortuo filio Primogenito, ac eius deſcendentibus*
49 *Ex legitima aſcendentium poteſt Primogenium inſtitui, præcedente eorum licentia.*
50 *Licentia data ab aſcendentibus, vt deſcendentes eorum, qui liberis carent, ex eorum legitima poſsint Primogenium inſtituere non valet: niſi in ea iuramentum interueniat.*

## *Qualiter, ex legitima aſcendentium, vel deſcendentium Primogenium abſque Regia facultate inſtitui poſſit.*

### CAPVT III.

IN præcedenti capite ſatis perfectè tractauimus, ac diſſeruimus: vtrum vtilius ſit Primogenium ex Regia facultate: an ex ſola legis authoritate inſtituere. Et quanuis quo ad tertiam & quintam bonorum portionem id diuerſis reſpectibus vtile, vel etiam damnoſum eſſe poſſe iam oſtenſum fuerit, formámque in hac re obſeruandam ibidem aſſignauerimus, quod ad legitimam tamen attinet, vtilius eſſe ſemper Regia facultate vti reſoluimus. Sed quoniam plerumque euenit, vt is, qui Regia facultate caret, illámque obtinere non poteſt: velit etiam vltra tertiam, & quintam bonorum portionem Maioratum inſtituere, filióſque ex eorum conſenſu in legitima portione grauare: operæpretium duximus Primogeniorum ab homine inſtituendorum materiam proſequentes in hac parte eam Primogeniorum formam breuiſſimè enarrare, vt iuxta ea, quæ in præcedentis capitis principio promiſimus, omnes Maioratuum differẽtias diſcurramus.

¶Vt autem materia iſta, quæ difficilis, nimíſque diffuſa, omnibus iuris interpretibus, ſemper viſa fuit, quoad hanc, de qua agimus Maioratuum formam ab omnibus facilè percipiatur, præmit-
1 tendum eſt, quòd † quanuis maxima fuerit inter Scribent. contentio: an filius ex pacto, vt propria voluntate, vel conſenſu poſſit ab hæreditate paterna præcipuè, à legitima portione exhæres fieri, ex deciſione text. in leg. ſi quando. §. illud. C. de inofficio. teſtament. & ex ſententia gloſſ. in eadem. leg. ſi quando. §. & generaliter. verbo. Iudicium. & ex text. in leg. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bonorum poſſeſſi. contra tabul. & ex l. pactum quod dotali. C. de collat. & in lege pactum, quod dotali. C. de pact. & in l. final. C. eodem titulo. De quarum legum intellectu, & illius gloſſ. veritate latiſſimè Scribent. in propriis locis præcipuè in dicto. §. illud. & in dicto §. generaliter, diſſeruerunt, atque etiam Deci. in dicta. l. pactum. C. de collat. Xuarez in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio teſtament. amplia. decima, à numero 27. vſque ad numerum 52. vbi latiſſimè proſequitur materiam Palat. Rubi. in repet. Rub. §. 42. numero octauo. Couarru. qui optimè reſoluit in capitulo Rainaldus. §. ſecundo, numero. tertio quarto & quinto, de teſtamẽ. Idem Couarru. in capit. quanuis pactum. de pact. lib. ſexto. in initio, tertia part. per totum. Mencha. in dicto, §. illud. numero 49. cum pluribus. ſequent. Qui omnes plures caſus recenſent, in quibus valet filij exhæredatio de eius cõſenſu facta, quos vnuſquiſque ibidem videre poterit: inter omnes autem eos, qui de hac re ſcripſerunt, abſolutum eſt, in tribus præſertim caſibus: filij conſenſum etiam in vita parentis, quo ad legitimam præſtitum ſibi præiudicare, diſpoſitionémque parentis firmam, ac validam efficere, quos ſolum hîc diſcurrere libuit: quia inter cæteros firmiores eſſe, ſatis compertum eſt.

2 ¶Primus caſus † quando inter filios ipſos conuentum eſt, vt maior natu in parentis hæreditate ſuccedat, relictis cæteris filiis alimentis competentibus. Nam ſi in ſpecie pater huiuſmodi pacto, ac conuentioni conſenſum prçſtet, in eóque conſenſu vſque ad mortem perſeueret, quanuis in ea conuentione, ac diſpoſitione iuramentum ipſorum filiorum non interueniat, nihilominùs tamen firma, perpetuóque, ab ipſis filiis obſeruanda erit, tam quo ad legitimã: quàm quo ad cætera filiorum bona. text. qui ſic communiter ab Scriben. intelligitur. in l. fina. C. de pact. Et eſt communis Scriben. opinio in d. l. pactũ, quod dotali. C. de pact. Quam etiam ſequitur aſſerens hoc pacto Maioratum abſque Regia facultate fieri poſſe Xuar. in rep. l. quoniam in prioribus. 10. amplia. nu. 49. Et quanuis quo ad filiorum legitimam illud ibidem cogitandum abſque ratione concludenti relinquat: id tamen etiam quoad legitimam conſtanter firmat in eadem lege, quoniã in prioribus 5. limita. ad l. Reg. numero primo cum pluribus ſequẽ. qui in id omninò videndus erit. Quod etiam ſequutus fuit Couarru. in cap. Rainaldus. §. 2. nu. 3. & in d. cap. quanuis pactum. in initio. 3. par. numer. 2. Et etiam Mencha. in d. l. ſi. quando. §. illud num. 27. Idque veriſſimum mihi videtur.

3 ¶Hæc † autẽ Maioratus forma omninò à parentis conſenſu, cum perſeuerantia dependet, vt in eadem. l. fina. C. de pact. deciſum eſt. Ex quo fit, vt parentis conſenſu non interueniente, iuramẽto non firmetur: continet enim diſpoſitio iſta pactum de certo modo ſuccedendo, quod niſi is, de cuius hçreditate agitur, conſentiat, iuramento non firmatur. Quanuis in pacto, de non ſuccedendo ſecus dicendum ſit, vt in ſpecie dixit gloſ. in l. ſi quando. §. illud. verbo prçgrauari. C. de inoffic. teſtamen. Quod optimè plures alios referens declarat Xuar. in dict. rep. l. quoniam. 5. limita. ad l. Reg. nume. 8. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in princip. C. de reuo. dona. nume. 153. Idem Tiraquellus de primog. quæſtione 16. nume. 8. Couarru. in dict. capit. quanuis pactum. 3. par. in princ. nume. 1.

4 ¶Imò † etſi à principio parẽtis conſenſus cum filiorum iuramento interueniat, filij ad eiuſdem conuentionis obſeruationem non tenebuntur: ſi pater ante mortẽ cõſenſum reuocet, nec in eo perſeueret. Nõ enim pactio iſta etiam iurata: niſi patre in eodem conſenſu, vſque ad mortẽ perſeuerante durare poterit. d. l. fina. C. de pact. Qua ratione hoc in ſpecie dixit Bal. in c. ad noſtram. col. 2. nu. 7. de iure. iuran. Cuius dictũ refert, & ſequitur Georgius Nathanus in c. quanuis pactũ. de pact. li. 6. col. 4. limita. 1. Xuar. in d. l. quoniam in prioribus. in 5. limita. ad leg. Reg. nu. 2. cũ ſeq. Vbi reprehendit Iaſ. in d. l. ſi. C. de pact. num. 13. qui inquit in hoc Bal. erraſſe, æquiuocéque loquutum fuiſſe. Eandémq. opinionem Bal. aduerſus Iaſonem ſequitur Deci. ibidem. n. 7. & conſi. 475. col. 2. Purpurat. in d. l. ſi. nu. 185. Et Menchaca. de ſucceſſion. creati. lib. 2. §. 18. nu. 182. & iterum nu. 198. & 189. Quæ Bald. opinio proculdubiò vera eſt, ex rationibus, quas præfati Doctores adducunt: quanuis de ea immeritò dubitet Couarru. in rep. dict. capit. quanuis pactum. in principio. 3. par. nume. 2. qui de hoc latiùs ſcribit ibidem nume. 7. & 8. Sed quanuis hæc opinio communiter Baldo attribui ſoleat: ante ipſum tamen eandem opinionem in hac ſpecie firmauit Bar. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. nu. 4.

5 ¶Secundus caſus, † vbi etiam proculdubiò valebit Primogenij inſtitutio, etiam quo ad filiorum legitimam abſque Regia facultate erit, ſi filij renuntient paternæ, ſeu maternæ hæreditati



legitimæ que patroni, atque eius etiam ſupplemento, ſaltim in ea parte, quæ ad dotẽ filiarũ, ſeu cæterorum filiorum alimẽta neceſſaria non ſint, eámque renuntiationem iuramẽto firmauerint. Nam ſi hac prçcedente renuntiatione pater in perſona filij maioris natu, ac ſuis deſcendẽtibus Primogenium inſtituat, relictis cæteris filiis competentibus alimentis: id Primogenium proculdubiò firmiſſimum erit. Quanuis enim viuentis hæreditas repudiari non poſſit. l. qui ſuperſtitis. cum ſimilib. ff. de acquirend. hæredita. l. pactum, quod dotali. C. de pact. & C. de colla. Si tamen ea repudiatio, ſeu renuntiatio iuramento firmetur proculdubiò valida erit, vt Scri. vtrobíque reſoluunt. Quod reprobat text. in capit. quanuis pactum. de pactis. lib. 6. not. Scri. communiter in l. ſtipulatio, hoc modo concepta. ff. de verbor. obligation. Ideóque hãc primogenij formam etiam abſque Regia facultate firmam, ac validã eſſe: etiam quoad legitimam cenſuit Xuar. in rep. l. quoniam. 10. amplia. nu. 51. quod etiam dixit Palat. Ruui. in dict. rep. Rub. §. 16. nu. 18. & Couarru. in dict. cap. Rainaldus. de teſta. §. 2. numer. 3. & 4. Idque nedum in filiis emancipatis: ſed etiam in filiis in poteſtate conſtitutis procedit, vt reſoluit. Deci. in dict. l. pactum quod dotali. C. de colla. numer. 1. Pariſ. conſi. 26. numer. 11. & 12. lib. 3. Ioan. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. nu. 47. Couarru. in d. capit. quanuis pactum. 3. parte. §. 1. nume. 4. Mencha. de ſucceſſio. creati. §. 18. nume. 88. cum ſeq. quod verum, ac probabile mihi videtur.

¶In hac autem ſecunda Maioratus forma apertiùs procedit, quod in prima paulò antè dictum
6 eſt. Quod † ſcilicet ex parentis voluntate filius, qui paternæ hæreditati etiam cum iuramento renuntiauit: poſſit nihilominùs hçreditatem, quam repudiauerat, acquirere. Cùm enim hæc forma ex ſola repudiatione facta, à filio in fauorem parentis, cum iuramento vires accipiat, nec pactũ filiorum requirat, faciliùs contraria parentis voluntate diſſolui poterit: quàm prima, ex qua filio maiori natu quodammodò ius aliquod, ex pacto quæſitum videbatur. Quam ob rem in hac ſpecie filios poſſe parenti ex teſtamento ſuccedere, non obſtante iuramento exiſtimat Alexand. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta. nume. 8. poſt Bar. ibidem nume. 4. qui in fortioribus terminis loquutus fuit. Quorum opinionem ſequitur Crotus ibidem. nume. 26. eámque appellat communem Claudius. ibid. num. 11. Eandem etiam opinionem ſequitur Bal. in l. pactum. nu. 3. C. de pact. Eámque aſſerit communem Cagnol. in l. fina. C. eodem numer. 98. & Mencha. qui plures refert de ſucceſſio. creati. lib. 2. §. 18. numer. 138. Tellius Fernand. in l. 6. Tauri. nu. 40. Imò quod plus eſt, poterit, filia ex teſtamento parentis ſuccedere: etiamſi cum iuramento, promiſerit ſe patri: neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſucceſſuram. Potuit enim pater, in cuius fauorem iuramentum ipſum principaliter emiſſum fuit, illi renuntiare, neque filia ex eius voluntate, aliquid ex teſtamento capiens, periuriũ incurret. Vt not. Bald. in d. l. ſi. C. de pact. num. 15. & Roma. ibidem Crot. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. nu. 26. Matth. de Afflict. deciſ. 350. Tellius Fernandus, qui plura alia refert. in d. l. 6. Tauri. nu. 41. Tametſi Mencha. in d. §. 18. nu. 145.

contrarium profiteatur. Cuius opinio ſequenda
non eſt, vt optimè probat Tellius Fernand. in d.
l. 6. nu. 41. qui in id omninò videndus erit.
7 ¶Tertius† caſus, vbi etiam valebit Primogenij in
ſtitutio in legitima abſque Regia facultate : eſt
quando filius expreſſe conſentit grauamini, &
approbat ex propria, atque ſpontanea volũtate
Maioratum à patre inſtitutum & onus, ac condi-
tionem ſibi appoſitam. Ex hoc enim Maioratus
firmus remanebit, nec filius poterit illum impu-
gnare: etiamſi in huiuſmodi conſenſu iuramen-
tum non interuenerit. Quod probatur ex gloſſ.
notab. in l. ſi quando. §. & generaliter, verb. iudi-
cium. C. de inofficio. teſtam. Quam ſequuntur
Bar. Salic. Iaſ. & communiter Scrib. ibidem Imol.
in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſth. & in l.
filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. Alex. conſ. fina.
nume. 10. lib. 5. Xuar. qui plura refert vbi latiſſimè
diſſeruit, de dictæ gloſſ. intellectu. in l. quoniam
in prioribus. C. de inofficio. teſtam. nume. 31. cum
plurib. ſequen. Guillel. Benedict. in rep. c. Rainu
tius. de teſtamento. verbo. in eo. teſtamento relin
quens. *el*. 2. nu. 18. Deci in l. nemo fraudare. n. 4. ff.
de regulis iuris. Ripa. li. 3. reſponſorum. 5. reſpõſ.
nu. 4. Pariſi. conſi. 2. nu. 23. lib. 3. Iacob. Philip. Por-
tius. lib. 1. communium opin. regula. 42. col. pen.
verſ. 22. limita. Guido Papæ deciſ. 96. 1. dubio. &
conſi. 133. nu. 2. Pariſ. conſi. 1. nu. 104. lib. 3. Ruinus
conſ. 56. nu. 7. libr. 2. Socinus Iunior conſi. 236. nu.
16. lib. 1. Cephalus conſi. 53. num. 76. & alibi ſæpe
Scriben.
8 ¶Sed quanuis quælibet ex his, inſtituendi Primo
genii: abſque Regia facultate forma, de per ſe va
lida, ac firma ſit: ad maiorem tamen Primogenio
rum firmitatem, illorum inſtitutores eiſdem ſi-
mul vti ſolent. Nam filii omnes paternum Primo
genium in ipſo actu inſtitutionis, vel poſt illud
inſtitutum approbant, atque eidem conſentiũt,
promittentes, ex parentis conſenſu, ſe illud nun
quam impugnaturos, hoc ipſum inter ſe paciſcẽ
tes renuntiantéſq. paternæ hæreditati, legitimę,
ac eius ſupplemento, promittentéſque ſe nihil
aliud, ex cauſa legitimæ, nec ſupplementi, nec a-
lia quauis occaſione petituros : quàm quod ſibi,
ex eo paterno teſtamento relictum fuerit, eáq;
omnia iuramento firmantes. Quæ Maioratus for
ma firmior proculdubiò cẽſenda erit, vt optimè
conſiderat Xuares in dicta l. quoniam. 10. amplia
num. 52.
¶Hæ tamen Maioratuum formæ, ſiue de prima
ac ſecunda vel tertia de per ſe, ſiue de omnibus
ſimul agamus, pluribus caſibus, vt in cap. præce-
9 denti diximus, ſubiectæ ſunt: † ſolent namque fi-
lii, poſt mortem parentum conqueri ſe eiſdem
Maioratibus metu, ac reuerẽtia paterna conſen-
ſiſſe, quæ exceptio ſolet plerunque ipſos inefficа
ces reddere. Nam etſi ſolus metus reuerentialis,
ad Maioratum inualidandũ ſufficiens non ſit, vt
probatur ex tex. vbi gloſſ. Bart. & communiter
Scrib. in l. 1. § quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio nõ
detur. l. ad inuidiam: vbi etiam per Scrib. C. quod
met. cauſ. & eſt communis ac vera concluſio, vt
inquit Deci. in cap. cauſam matrimonij, vbi plu-
res in idem refert de officio delega. nu. 5. Iaſſ. in
l. trãſactionẽ. n. 2. C. de tranſactio. Si tamen cum
ipſo metu reuerentiali minę, aut verba iniurioſa
concurrant, aut ſi is, cui reuerẽtia debetur, nimis
crudelis ſit, & ſæuitiam præ ſe ferat: ſolus metus
reuerẽtialis iuſtam timoris cauſam inducet vt di
xit Abb. in d. cap. cauſam matrimonij vbi Deci.
nu. 5. Idem Deci. in c. 1. de officio. delega. nu. 3. Prę
po. in cap. cum locum. nu. 6. de ſponſal. vbi elegã-
ter proſequitur materiam. Iaſ. in §. quadrupli. n.
61. *Inſti. de actio.* Alcia. in c. cũ contingat. in prin
cip. de iureiurand. Capycius. deciſ. 159. nu. 34. Co
uarru. qui plura refert. de ſponſal. 2. par. ca. 3. §. 6.
10 nu. 4. Quod† præcipuè in muliere, in qua minor
metus requiritur, verum eſt. gloſ. in d. c. cum lo-
cum. Quam ibi ſequuntur. Abb. Præpos. & com-
muniter Scriben. Iaſ. in l. interpoſitas. nu. 4. C. de
tranſactio. Deci. in cap. 1. de officio delega. nu. 3.
Couarru. d. c. 3. §. 4. nu. 9. vbi plura in idem addu-
cit, & copioſe in materia videndus Hippo. Rimi.
conſ. 5. per totum.
11 ¶Si† autẽ cum metu reuerentiali enormiſſima
læſio concurrat: ſolus is metus, cum enormiſſi-
ma læſione ad Primogenij reciſionem ſufficiens
erit nec minæ, nec alia de quibus ſuperius memi
nimus, ad id neceſſaria erunt: vt ex pluribus pro-
bat Franc. de Areti. conſi. 24. col. 2. Deci. in d. ca.
cauſam matrimonij nu. 5. ad fin. Aymon. qui id in
renuntiatione: etiam iurata verũ eſſe profitetur
conſi. 11. col. pen. Couarr. d. c. 3. §. 6. nu. 4. & in d. c.
quanuis. §. 4. 3. par. nu. 7.
12 ¶Qua in re† obſeruandum erit Primogeniũ me-
tu inſtitutum, in quo iam filius Primogenitus ſuc
ceſſit ex metu à parente illato reſcindẽdum eſſe.
quanuis filius ipſe natu maior cęteris fratribus
nullum metum incuſſerit. Eſt enim actio, quòd
metus cauſa in rem ſcripta. Ideóq. aduerſus quẽ
cunque poſſeſſorem, qui metũ non incuſſit, exer
ceri poterit: quatenùs ex ipſo metu locupletior
effectus fuit. l. Metum autem præſentẽ. §. ſi. cùm
duabus. ll. ſequen. ff. quod met. cauſ. & vtrobíq;
per Scrib.
13 ¶Si verò† iuramentum in eo Primogenio inter-
uenerit, *prius ab ipſis illud reſcindere* volentib.
eiuſdem iuramenti relaxatio impetranda erit.
Iuramentum namque iſtud, in quo metus inter-
uenit, non ipſo iure nullum eſt: ideóque abſolu-
tione indiget. Tex. in capit. debitores & in capit.
verum de iureiurand. vbi cõmuniter Scri. Ioan.
Monach. Ioan. Andr. Domi. & Georg. Natta. in d.
cap. quanuis pactum. Corn. in Authen. Sacramẽ
ta puberum. C. ſi aduerſus. vendi. colum. penult.
quem ſequitur Iacob. ibi colum. 1. Fortu. de vlti-
mo fin. illati. 22. colum. 6. quorum opinio com-
munis eſt: quãuis contrarium in practica ſeruari
ſoleat: prout pluries obſeruatum vidimus, atque
optimè aduertit Couarru. lib. 1. reſolu. cap. 4. nu.
7. & iterum nu. 8. ad fi. qui ibidem, & in Epito. de
ſponſa. 2. par. cap. 3. §. 5. nu. 2. Qui omninò de hac
re videndus erit.
¶Solet etiam aduerſus huiuſmodi Primogenia
dolus ex propoſito in eorũdem inſtitutione in-
14 terueniens allegari. Siquidem † filij frequenter
contendunt, ſe à parentibus, promiſſionibus,
doloſiſve perſuaſionibus, ad huiuſmodi conſen-
ſum præſtandum circumuentos fuiſſe. In qua
ſpecie Primogenium ipſum: etiam iuramento
firmatum, validum non eſt. Renuntiatio nanque
filiorum, etiam iurata: (ſi dolo extorta fuit,)
ipſo iure nulla cenſenda erit. Text. in dict. cap.
quanuis pactum. de pact. lib. 6. & in c. cùm cõtin
gat. de iureiurand. & in cap. licet. eod. tit. lib. 6. Et
vtrobíq. cõmuniter Scribent. id notant. Quod ex
pluri-



pluribus prob. D. Antonius de Padilla in l. 2. C. de
15 reſcindenda venditione num. 4. Ideóq. † nec rela
xatione ad effectũ agẽdi in hac ſpecie opus erit.
Abb. in d. capit. cum contingat. nu. 3. & 23. Cuius
opini. communem eſſe inquit ibi Alciat. 3. nota.
& Couarru. lib. 1. reſolu. cap. 4. num. 6. ad fin. & in
d. c. quanuis pactum. 3. par. §. 4. nu. 2.
16 ¶In hoc autem obſeruandũ eſt, † non quemlibet
dolum ad Primogenium annullãdũ ſufficere: ſed
ad hoc talem dolum neceſſariò requiri, qui pru-
dentiſſimos etiam viros fallere poſſet. Sic nám-
que reſoluit Inno. in cap. cum dilectus, quod me-
tus cauſa. Bald. in Rub. C. de contrah. emptio. Iaſ.
in l. interpoſitas. nu. 14. C. de tranſ. Gometius qui
hanc dixit communem opinion. in §. fuerat Inſt.
de actio. nu. 14. D. Anto. de Padilla in d. l. 2. nu. 5.
17 ¶In† muliere autem faciliùs: quàm in viro dolus,
ex propoſito ob ſexus facilitatem præſumitur, vt
prob. ex tex. in Authenti. vt immobil. ante nupt.
dona. ibi. *Mulier quippè mariti ſeductionibus facilè
decepta, propria negliget iura.* Colla. 5. Bald. in Rub.
C. de rer. permuta. in fi. idẽ Bal. in l. 2. nu. 12. C. de
reſcind. vendi. Deci. qui plura refert conſi. 60. n.
7. & conſ. 203. nu. 5.
¶Item vltra dolum, ex propoſito dolus re ipſa ex
enormiſſima læſione contingens: etiam aduerſus
præfatas renuntiationes, ac pactiones in vita pa-
rentum factas, frequenter obiicitur. In qua quæ
ſtione, quæ frequens & aſſidua eſt, Doctores plu
ribus ſe inuoluunt: ego verò eã breuiſſimè (quã-
tum potero) reſoluam.
¶Nam aut renuntiatio, ſeu pactio ipſa aliquo à
renuntiante retento, aut gratis, nulloque ob illã
recepto facta fuit.
18 ¶In prima ſpecie† ſi ea pactio ſeu renũtiatio, quę
aliquo recepto facta fuit, iuramento etiam valla
ta fuerit, renuntiánſque maior 25. annis ſit : non
poterit ea pactio ratione læſionis vltra dimidiam
reſcindi. gloſſ. in l. 2. C. de reſcin. vendi. Quam ſe-
quuntur ibi Bart. nu. 9. Alberi. eod. nu. 9. Bald. nu.
12. Fulgoſ. num. 10. Panthal. Cremenſis. num. 175.
Arias Pinel. 3. part. cap. 1. nu. 1. D. Antonius de Pa-
dilla. nu. 32. Qui hanc opinionem aſſerunt com-
munem eſſe, plures alios in id referentes. gloſ. in
cap. cum cauſam. de emptio. & vend. vbi commu
niter Scrib. Couarru. qui etiam plures ad idẽ re-
fert in d. cap. quãuis pactũ. par. 3. Mencha. de ſuc-
ceſſio. creati. lib. 2. §. 18. nu. 126.
¶Quod temperandum eſt : niſi læſio ipſa in ma-
ximo exceſſu dimidiam excedat, grauiſſimáque
atque enormiſſima ſit. Tunc námque maior, non
obſtante iuramento, reciſionem contractus, ſeu
renũtiationis petere poterit. Ex grauiſſima nám-
que læſione dolus in renuntiatione interueniſſe
præſumitur: ideóque iuramentum, contractum
non confirmat. Quod ſic reſoluit Corn. qui opti-
mè loquitur in propoſito. conſi. 288. num. 16. lib. 3.
Caſſador. deciſ. 1. de empti. & vendi. vbi inquit ſic
in Rotæ conuentu iudicatum fuiſſe Iaſ. conſ. 133.
lib. 4. Felin. in cap. in præſentia. de proba. num. 8.
ad fin. Curtius Iuni. conſi. 141. nu. 5. vbi hanc com
munem opinion. appellant Aymon Craue. conſi.
121. in fin. Capitius deciſ. 159. Hieronymus Gra-
tus. conſi. 88. nu. 3. cum ſequen. lib. 1. idem conſil.
109. nu. 15. cum ſequen. eod. lib. Ripa. lib. 3. reſpon
ſorum. cap. 15. Grego. Lopez in l. 56. tit. 2. part. 5. in
gloſſ. fin. Couarru. lib. 2. varia. reſolu. cap. 4. nu. 5.
idem in d. cap. quanuis pactum. 3. parte. §. 4. nu. 5.
D. Antonius de Padilla. in d. l. 2. n. 43. Carol. Rui.
in l. 1. in princip. nume. 16. ff. de nou. oper. nuntia.
Pariſ. conſil. 107. num. 35. lib. 3. Cephal. conſil. 137.
nu. 58. cum ſequen. Idem conſil. 142. num. 28. Ay-
mon Craue. conſil. 192. num. 3. Anton. Gabriel. li.
3. comm. opinio. tit. de iure doti. conclu. 1. num. 8.
Quæ opinio vera ac communis, atque æquitate
plena mihi videtur, eámque interdum in forenſi
bus controuerſiis receptam vidimus: quanuis ab
ea diſcedat Mencha. de ſucceſſio. creati. li. 2. §. 18.
nu. 129. cùm ſequen. Et quanuis, de ea etiam dubi
tet Pinelus in d. l. 2. 3. part. c. 1. n. 7. & 8. dicetur au-
tem renuntiatio hæc læſionem vltra dimidiã in
magno exceſſu continere, quando eſſet vltra tri-
plum vel quadruplũ iuſti pretij: vt exiſtimat Gra
tus conſi. 88. nu. 3. lib. 1. quem ſequitur Anto. Ga-
briel lib. 3. communium opin. tit. de iure doti. cõ-
clu. 1. nu. 11. ſed veriùs eſt hoc iudicis arbitrio cõ-
mittendum eſſe.
19 ¶Quod comprobatur ex eo, quòd† quãuis verum
ſit, quòd ex renuntiatione enormiſſimæ læſionis
quæ ſpecificè, atq. ex profecto facta fuit, reciſio
contractus ex læſione vltra dimidiã contingenti
excluſa cẽſeatur. l. quæritur. §. ſi vẽditor. ff. de æd.
edict. Bald. Paul. Salicet. Panthal. Cremen. & cæ-
teri in l. 2. C. de reſcind. vendi. Deci. conſil. 180.
numer. 4. Quorum opinionem communem eſſe
profitetur Didac. de Couarru. lib. 2. reſolu. ca. 4.
nu. 1. non tamen ex quacunq. ampliſſima, atque
ſpecifica renũtiatione excluſa cẽſebitur ea læſio
quæ vltra dimidiã in magno exceſſu contigerit.
Quod annotauit Caſſador. deciſ. 1. tit. de emptio.
& vendi. Abb. in cap. cùm contingat de iureiurã.
nu. 23. Didac. de Couarru. dict. cap. 4. nume. 5. D.
Anton. de Padilla. in dict. l. 2. C. de reſcindenda
vendi. num. 43. Carol. Ruin. conſil. 107. nume. 20.
lib. 1. Aymon. conſi. 142. num. 23. Thom. Gramma.
deciſ. 66. num. 48. & 49. Ioan. de Neuiza. conſil.
22. per totum conſil. Cagnol. in d. l. 2. C. de reſcin.
20 vendi. nu. 98. Quod procedit ac verum eſt : etiãſi
ea renuntiatio geminata fuerit; atque ex inter-
uallo proceſſerit: vt ex pluribus probat Paul. cõ-
ſil. 305. libr. 2. Corn. conſil. 40. lib. 3. Bolier. Deci.
33. nu. 5. Pinel. in dict. l. 2. C. de reſcind. vendi. cap.
1. num. 36. quanuis plures, quos ipſe refert, cõtra-
riam opinionem ſequantur, qui ea diſtinctione,
quam præmiſimus conciliandi ſunt.
21 ¶Si verò † ea pactio ſeu renũtiatio, à minore, iu-
ramento ſimpliciter adhibito facta fuerit, ex læ-
ſione vltra dimidiam contingenti, reſcindi pote-
rit. Iuramentũ nãq. ſolum, minorẽ maiorem effi-
cit: nõ verò remedium læſionis vltra dimidiã ex-
cludit: niſi expreſsè minor iurauerit, ſe etiam ra-
tione læſionis contractum non impugnaturum.
Tunc enim iuramentum ipſum vtrunque reme-
diũ, ſcilicet, læſionis, ac minoris ætatis excludit,
vt in ſpecie dixit gloſſ. in d. l. 2. C. reſcind. vendi.
verbo. Iudicis. Quam ibidem ſequuntur Bart. Al
beric. Bald. Paul. Salicet. Rapha. Fulgo. Cremen.
Cagnol. & communiter Scrib. quos nuncupatim
& curioſè refert Pinel. ibidem part. 3. cap. 1. nu. 9.
& D. Anton. de Padilla. nu. 33. gloſ. & Scrib. in ca.
cum cauſam de emptio. & vendit. vbi Anton. de
Burg. nu. 42. eandem cõmunem opinionem eſſe
profitetur Couarru. in d. capit. quanuis pactum.
3. part. §. vltim. nume. 6. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita
numer. 50. ff. de verborum obligat. Regia. l. 15. tit.
5. part. 5. Quę in minore, remedio læſionis expreſ
sè renũtiante loquitur: quãuis malè, corruptéq.
& cõtra eius verba, ac ſenſum eam referat Pine.

in d.l.2.3.par.cap.1.num.9.
22 ¶Idipſum†etiam dicendum erit: quando minor
promiſerit ſe contractũ ipſum, nec ex ætatis au-
xilio,nec ex alia etiam cauſa impugnaturum , vt
inquit Barto.in d.l.2. numer.11. Deci. conſil.403.
colum.6. Aymon conſil.188.num.3. Boerius con-
ſil.30.num.11.Pinel.in d.l.2.3.part. cap.1.numer.9.
Nec hoc caſu certioratio minoris requiritur: cũ
*in hac ſpecie iuramentum* ipſum habeat vim cer
tiorationis.Barto.in d.l.2.nu.10.Cuius opin.com
munem , ac veram eſſe oſtendunt, plura in eius
comprobationem adducentes.Pinel.ibidẽ.3.par.
cap.1.num.10.Et D. Anton.de Padilla numer.34.
23 Imò,†nec etiam curatoris authoritas neceſſaria
erit. Iuramentum enim contractum confirmat,
ſupplétque huius ſolennitatis defectum.gloſ.or-
dina.in Authen.Sacramenta pube.C.ſi aduer.vẽ
di.vbi Bartol.num.3.& communiter Scrib.D.An
to.de Padilla.in d.l.2.nu.34. vbi hanc aſſerit eſſe
crebriorem opinionem.
24 ¶Hæc autem,†(quæ,*de minore iurãte dicimus*)
intelligenda ſunt: niſi minor in huiuſmodi re-
nuntiatione læſus fuerit grauiſſimè ac enormiſ-
ſimè,in multo exceſſu vltra dimidiã. Cùm enim
maior ex iuramento,ab hoc remedio non exclu-
datur,vt ſupra iſto cap.num.18.oſtendimus,lon-
gè fortiori ratione,nec minor excludetur.
25 ¶Id tamen obſeruandum eſt, †quòd in omnibus
caſibus vbi ex dolo re ipſa cõtingenti minor,vel
maior contractum, ſeu renũtiationem impugna
re contendit,priùs relaxationem ad effectũ agen
di obtinere debet:quanuis ſecus dixerimus in re
nũtiatione,in qua dolus ex propoſito interuenit,
vt dixit Abb.in c.cum contingat. nu.23. de iure-
iurand.& in c.cum cauſam.de empti.& vendi.n.
13.Alexand. conſi.125.lib.1. Deci.conſil.349.num.
6.Couarru.qui id optimè diſtinguit, ac reſoluit,
*in cap.quanuis* pactum de pact.lib.6.3. part. §.4.
num.6.D.Antonius de Padilla.in d.l.2.nu.32.
¶ Sed ſi quis in hoc caſu,& his,de quibus ſupe-
riùs meminimus,iurauerit, ſe nõ impetraturum
abſolutionem , ad effectum agendi:etiam ab hoc
iuramento relaxationẽ impetrare debet,vt arbi-
tratur Bald.in l.2.colum.28.verſi. Ex quo ad pri-
mam quæſtionem.ff.de iure iurand.Feli.in capit.
debitores de iureiurand.nu.9.D.Anto.de Padil-
la in d.l.2.nu.33.Sicque frequenter in forenſibus
controuerſiis obſeruatum vidimus.
26 ¶Hæc †autem omnia in renũtiationibus filiorũ
iuramento firmatis ſeruanda ſunt. Ideóque ſi de
cõuentionibus validis à filiis: quo ad legitimam
factis,abſque iuramento loquamur:veluti ſi filij
paciſcantur,de hæreditate parentis certo modo
diuidenda, eius conſenſu interueniente. Quo
caſu iuramentum neceſſarium non eſt: vt in d.
l.fina.C. de pact. omnes Scrib. aduertunt. Vel
ſi loquamur de filio, qui etiam abſque iuramen-
to paterno teſtamento conſenſit iuxta gloſſ. in
dict.l. ſi quando.§. & generaliter, dicendum e-
rit,hoc regulis ordinariis decidendum eſſe. Si e-
nim filii maiores enormiter vltra dimidiam læſi
fuerint,cõtractus reſcindetur,ex deci.tex. in d.l.
2.C.de reſcind. vendi. Quæ in omnibus pactis
atque contractibus bonæ fidei locum habet, vt
ibidem omnes Scrib.aduertunt.Si autem fuerint
minores,quælibet læſio conſiderabilis ſufficiens
erit,vt conuentio ipſa reſcindatur,etiamſi dimi-
diam non excedat. Hoc enim in quolibet con-
tractu fauore minoris ſtatutũ eſt.l.ſi quidem,vbi
Bar.& Scrib.C.de præd.mino.l.ſcio. vbi Bart. &
cæteri.ff. de in integrum reſtit.l. quiſquis. C.de
reſcind.vend.vbi glo.& communiter Scrib.
¶In hac autem re ſummè conſiderandum erit,nõ
27 †dici poſſe filiam enormiter læſam , quæ ſponte
monaſterium ingredi volens dote competenti,
ad religionis ingreſſum obtenta,paternæ,ac ma-
ternæ hæreditati renuntiauerit. Cùm enim ipſa
religionem profiteri velit, nullóque alio quam
dote competenti indigeat: ſi dos competens ei-
dem ſecundùm eiuſdem, ac monaſterij qualita-
tem,ac conſuetudinem aſſignata fuerit, in nullo
læſa dici poterit:quanuis parentum bonis conſi-
deratis enormiter læſa videatur.Idque colligitur
ex Pau.Caſtren.conſi.275.num.3.& 9.lib.1.quem
refert & ſequitur Alexand.con. 33.num.4. lib.4.
Curti.Senior.conſil.17.col.13.& conſil.80. col.fi.
Corn.conſ.36.num.11.lib.1. Paris.conſil. 26.num.
88.& 90.lib.3.Aymon.Craue.conſ.160.num. 1.&
hanc opinionem aſſerit in practica ſeruari in Re
gno Franciæ.Carol.Molin.ad Alex.conſi.29.lite-
ra B.lib.3.vbi ad id etiam allegat Alber.Brunum,
28 & Alciat.Quod†etiam pari ratione dicendũ erit
in filia,quæ dote competenti accepta,iuxta eius,
ac patrimonii qualitatem & quantitatem, hære-
ditati parentum renuntiauit,vt ex ea pater ipſe,
in perſonam filii maioris natu Primogenium in-
ſtitueret,ad cuius ſucceſſionem etiam ipſa voca-
ta fuit.Eſt enim hæc Primogenij inſtitutio fami-
liæ decus,in maximámque, etiam renũtiantium
vtilitatem conuertitur.Idque etiam de filiis aſſi-
gnatis ſibi competentibus alimentis renũtianti-
bus dicendum erit,niſi ex maximo exceſſu dolus
arguatur.Quod ex his Scrib.(quos paulò antè ci
tauimus)apertiſſimè comprehenditur.
¶Hanc autem cõcluſionem veram eſſe exiſtimo
dummodò,ad id rectè qualitas perſonarum atq.
actus,& cauſæ ex qua renuntiatio fit,quantitaſ-
que patrimonii cõſideretur. Sícque etiam illam
veram exiſtimat Mencha.de ſucceſſio.creati.li.
2.§.18.nu.129.Quamuis de ea dubitet Couarr.in
d.capit.quanuis pactum part.3. §.4. num.6.verſi
Septima concluſio,propter communem opi. (de
qua ſuperius meminimus.) quod ſcilicet, ex e-
normiſſima læſione filia poſſit renũtiationẽ, etiã
iuratam,infringere. Veruntamen ego eam opi-
nionem nullo pacto negaui:imò illam ſuperiùs
tanquam veram probaui.In hac autem ſpecie fi-
lij,vel filiæ dotem,aut alimenta competentia ac-
cipientes parentúmque hæreditati, vt ex ea Pri-
mogenium inſtituatur, renunciantes,nõ poſſunt
ſe enormiter læſos appellare, cùm id in eorũ to-
tiúſque familiæ,Reipublicæque vtilitatem con-
uertatur,prout Scrib.quos ſuperiùs citauimus.
conſiderant.Quod ſummè aduertendum erit: in
hoc námque propè omnes,qui de hac re ſcripſé-
runt æquiuocè proceſſerunt.
29 ¶*Illud tamen aduertendum erit*†*in hac materia*
perpetuũ id eſſe,quod quoties de læſione,in hu-
iuſmodi renuntiationibus agitur: tempus factæ
renuntiationis conſiderandum eſt. Nec renun-
tiantem ex eo, ſe læſum eſſe contendere poſſe,
quòd poſteà facultates parentum excreuerint.
Sicut enim bonis diminutis id quòd ex cauſa re-
nuntiationis ſemel acceptum fuit,reſtituendum
atque diminuendum non eſt: ita ſupercreſcen-
tibus parentum facultatibus,augendum non e-
rit.Quod ſic reſoluit Alex.conſil.29.lib.3.num.6.
Dec.con.29.Pariſ.qui hanc dixit cõmunem opi.
conſi.



conſi.26.nu.89.lib.3.Couarru.in d.c. quanuis. 3.
parte.§.4.nu.7.ad fi.Mẽcha.d.§.18.nu.79.cum ſe-
quentibus.Tellius Fernand.in l.23. Tauri. Boer.
deciſ.62.per totam deciſionem.
30 ¶In ſecunda ſpecie,† quando ſcilicet, nullo ac-
cepto nec retento ea renuntiatio facta fuit,dicẽ
dum erit,quòd ſi ea facta fuerit à filiis maiorib.
cõſultè,& ex cauſa donationis, eiſdémque aliũ-
de alimenta ſuperſint: nulla actio eis danda erit
ad petendam ex enormiſſima læſione renuntia-
tionis reſciſionem.Donatio namq. ſeu renũtia-
tio gratuita,ex cauſa enormiſſimæ læſionis non
reſcinditur , vt in ſpecie reſoluit conſtantérque
aſſerit Ancharra.conſi.433.col.1.Corn.conſi. 36.
nu.8.& 11.lib.1.& con.288. lib. 3. nu. 4. & conſi.
258.num. 12.lib.4.In quibus conſiliis ipſe Corn.
optimè renuntiationis ſeu donationis cauſa cõ-
ſiderat.Soci.conſi.48.nu.8.lib.4.Aymon. Craue.
conſi.160.nu.1.Idem conſi.192.num.1.Anton. Ga
briel.qui plura refert.lib.3.de iure doti. conclu-
31 ſi.1.num.20.Quibus adiicitur illud, † quod cen-
ſuerunt Domin.colum.1.& Geor. Natta. limita.
5.in d.capit.quanuis pactum, de pact. lib.6.di-
centes, valere filiæ renuntiationem cum iura-
mento factam:etiamſi à parente ex eo nihil ac
ceperit. Quorum opinionem refert & ſequitur
Alexand.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. nu.
9.ff.de verb.oblig.Imol.in l.qui ſuperſtitis.ff. de
acqui.hæredit.Couarru.in capitu.quanuis pactũ
3.par.§.2.nu.6.Mencha.lib.2.de ſucceſſio. creat.
32 capit.18.num.103.& 104.Imò†ſi minor conſultè
ac in cauſam iuſtam,ac honeſtam , ſibique alio-
qui vtilem id fecerit aduerſus donationem , ſeu
gratuitam renuntiationem reſtituendus non
erit. Non enim poteſt dici, in hoc minor circũ-
uentus , quòd præciſè, ad concedendum mino-
ri in integrum reſtitutionem requiritur. Sícque
intelligendus eſt titulus. C. ſi aduerſus donatio.
vt optimè conſiderat Corne.d.conſi.36.n.8. & 11.
& omnes Scrib.quos ſuperius retulimus.,& ſta-
tim etiã adducemus , ſicque intelligendum eſt
quòd dixit Decius conſi.108.num.4. quòd ſcili-
cet contractus donationis factus à minore firme
tur iuramento,quod etiam repetit idem Decius
conſi.181.nu.4. quem refert & ſequitur Anton.
Gabriel.lib.3.cõmun.opi.ti.de iure. doti.conclu.
1.num.22.
33 ¶Si verò† à filiis minoribus,ſeu maiorib. paupe-
ribus,nihilque vnde ſe alant habentibus,nec ex
cauſa ſibi vtili,nec etiam pia, nec religioſa, id
ex facilitate factum fuerit: proculdubio in hac
ſpecie ſequẽda erit opinio Ancharra.in d.capit.
quanuis.dicentis,hanc renuntiationem ex cauſa
enormiſſimæ læſionis reſcindi poſſe.Cuius dictũ
ſequitur Salicet.in l.pactum quod dotali. C.de
pact.& Deci.in d.l.pactum quod dotali.C.decol
la.num.7.Aymon.Craue.conſi.192.nume.1 quaſi
ad fin.Iacob.Mandeli conſi.81.nu.51.Sícque con
cordanda,ac intelligenda ſunt ea,quę dixit Men
cha.d.§.nu.104.vbi inquit firmiorem eſſe eam re
nuntiationem quæ gratis fit:quàm illam,quæ ali-
quo accepto facta fuerit,alias namque hæc opi-
nio ſimpliciter ſumpta non procederet,minor ta
men læſio in hoc caſu tam in minori quàm in ma
iori ſufficiet.
34 ¶His igitur concluſionibus , quæ firmiſſimæ,ac
veriſſimę ſunt,obſeruatis,ex eis vera reſolutio,
quo ad Hiſpanorum Primogenia deducetur. Si
enim parentes in perſona filij maioris natu Pri-
mogenium inſtituere velint, filiiſque dotem at-
que alimenta competentia aſſignauerint,ipſique
filii conſultò,gratuitéque,& ſponte,atque citra
metum , & coactionem parentum hæreditati re
nũtiauerint, teſtamentúmque eorundem iura-
mento præſtito approbauerint iuxta eam formã,
(de qua ſuperiùs meminimus)nullàm in hac re
læſionem prętendere poterunt, cùm Maioratus
inſtitutio in ipſorum totiúſque familię vtilitatẽ
conuertatur.
35 ¶Huic†autem inſtitutionis Maioratus formæ,vt
ea firmior reddatur,ſuperaddendum erit. Quod
ipſi filij,ac filiæ renuntiantes ordine ſucceſſiuo,
ad eius Primogenii ſucceſſionẽ vocẽtur.Ex hac
námque vocatione maximè filiis renuntiantibus
conſulitur:cùm ex renuntiatione ipſa ius ad ſuc
cedẽdum in ipſo Maioratu & Primogenio acqui
rant, quod longè vtilius ſibi eſſe poterit: quàm
id,quod ex renuntiatione ipſa dimiſerunt. Spes
namque competens,ex iure Primogenituræ ſum
mè conſideranda eſt: vt optimè aduertit Tira-
quellus de Primogen.quæſtione.40.nũ. 6. Ideó-
que ex hac renuntiatione filius læſus dici nõ po-
teſt.Quod in ſimili dixit Boerius deciſione 62.nũ
mer.18. vbi loquitur de renuntiatione facta à
filia fauore maſculorũ. Idque etiam in Primoge
nio dixit Couarru.in ca.Rainaldus,de teſtamen.
§.2.nu.3.verſi. Quartum ego libenter concede-
rem:quam filiorum renuntiantium vocationem
his rationibus in hac Maioratuum forma, ego
ſemper addendam eſſe conſului: ex ea námque
proculdubiò firmior fortiórque renuntiatio ipſa
reddetur.
36 ¶Illud autem ſuperaddendum etiam eſt, †quòd
ſi mortuo iam parente,Maioratus inſtitutoris fi
lij poſt delatã ſucceſſionẽ ipſum Maioratum ab
probauerint eidem conſentiendo,atque paternę
hæreditati renuntiando: erit in poſterum firmiſ
ſima eiuſdem Maioratus inſtitutio.l.ſi quãdo. §.
illud.ibi.*Niſi trãſactionem ad hæredes paternos filius
celebrauerit, in quibus apertiſſimè iudicium parentis
agnouerit*.C.de inofficio.teſtam.vbi per Scriben.
tex.in §.generaliter.eiuſdem legis. Xuarez in d.
l.quoniam.C.eo.ti.10.ampli.nu.50. Idque notiſ-
ſimum eſt.
37 ¶Solet etiam controuerti:†an huiuſmodi renũ-
tiatio iurata,ex ſuperuenientia liberorum reuo-
cetur,ex deciſi.leg.ſi vnquam.C. de reuocandis
donationibus.Quam quæſtionem tetigit Socin.
in l.1.C.de pact.colum.final.vbi concludit quòd
non dicens dictam legem ſi vnquam non pro-
cedere in renuntiatione facta de iure quærendo:
ſed de iure iam delato, atque acquiſito. Quod,
inquit,nunquam vidiſſe ab alio tactum , nec re-
ſolutum:ſicque tanquam dubium illud cogitan-
dum relinquit.Cuius dictum refert & ſequitur
Ripa.in repet.d.l.ſi vnquam quæſtione 11.nume.
20.& 21.dicens renuntiationem factam de hæ-
reditate viuentis,cum iuramento non reuoca-
ri per ſuperuenientiam liberorum.Cuius opinio
nem ſequitur Tiraquellus in d.l. ſi vnquam ver.
donatione largitus.numer.147. cum ſequent. &
Couarru.in dicto capitu.quanuis pactum.3. par.
§.3.nume.Idipſum etiam cenſuit Roland.à Valle
conſi.11.numer. 23. cum ſequen. Quam etiam
quæſtionem tetigit Mencha. in Primogenio lo-
quens lib.1.de ſucceſſio.creati. §.10. numer. 553.
vbi eã indeciſam reliquit. Sed hoc ipſum ſequu
tus fuit Anto.Gabriel.lib.3.cõmunium opi.ti.de

donati.conclu.2.n.33.& nu.40.vbi plura in idem
adducit.
38 ¶In hac autem quæſtione mihi diſtinguendum
videtur. Aut enim ea renũtiatio,aliquo ob eã re-
cepto facta fuit,aut gratis.Si aliquid ob eã renũ
tiationem receptum fuit dicendum erit, eam re
nũtiationẽ filiorũ natiuitate nõ reuocari. Quod
probatur ex ſententia gl.in d.c.cap.quanuis pa-
ctum de pact.lib.6.verbo.*detrimentum*.Quam ibi
communiter Scri.ſequuntur.Idq́.ipſum reſoluit
Alex.conſi.26.nu.16.cum ſequen.lib.3.Deci.in l.
pactum,quod dotali.C.de colla.n.14.idem conſi.
181.nu.8.Pariſ.conſi.72.ad fi.lib.1.Idem conſi. 69.
nu.98.lib.3.Idem conſi.26.nu. 61. eodem lib. vbi
39 hanc dixit communium opi.Idq́ue†etiã cõprõ-
batur ex eo,quod hæc nõ ſit ſimplex,ſed ob cau-
ſam,facta donatio,in qua deciſio dictæ leg.ſi vn
quam non procedit.Quod probatur ex deciſ.tex.
in l.1.C.de pact.vbi cõmuniter Scri.id notãt idq́.
ſic in ſpecie reſoluit Ripa.qui hãc dixit cõmunẽ
opinionem in d.l.ſi vnquam.q.13.n.24.& 25.Tira
quel.qui plura refert in ead.l.ſi vnquam ver.do-
na.largitus.nu.153.Roland.à Vallle.conſi.11.n.32.
vbi plura in idem adducit.Ant.Gabriel.lib.3.cõ-
munium opi.tit.de donati.conclu.2.nu.4. idque
veriſſimum eſt.
¶Si verò ea renũtiatio gratis facta fuit,ſubdiſtin
guendum erit:nam aut tẽpore quo facta fuit re-
nuntiatio,hęreditas iam delata erat,vel non.
40 ¶Si†hæreditas delata erat dicendũ erit, eam re-
nuntiationem ex ſuperuenientia liberorum re-
uocari.Quod dixit Ripa in d.l.ſi vnquam quæſt.
11.nu.20.& 21.Tiraquel. qui plura refert in eadẽ
l.verb.donatione largitus.nu.147.cũ ſeq.& Scri.
41 quos ſuperiùs retulimus.¶Si verò†hæreditas nõ
dum delata erat,dicendũ eſt , quòd renuntiatio
ex ſuperuenientia liberorum,nõ reuocetur:ꝓut
ex pluribus reſoluit Soci.in d.l.1.C.de pact. col.
fin.Quem Ripa Tiraquel. & cęteri Scrib. quos
ſuperiùs citauimus ſequuntur.Idipſum etiam ve
rum eſſe profitentur Carolus Ruinus conſi. 60.
nu.14.lib.3.Ant.Gabriel.lib.3.comm.opin. tit. de
donati.conclu.2.nu.40.
¶Sed quanuis in hac ſpecie Scri.cõmuniter exi-
ſtimẽt,in huiuſmodi renuntiatione non eſſe lo-
cum diſpoſitioni dictæ leg.ſi vnquã ex ratione
quã ſuperiùsadduximus:mihi autẽ id exactius cõ
ſideranti, contrariũ reſoluendũ videtur:imò,ꝙ
huiuſmodi ẽt renuntiatio ſi gratis facta fuerit,
ex ſuperuenientia liberorum reuocetur. Quod
probatur euidentiſſima ratione.Clariſſimum nã
que eſt,quòd is,qui non habens liberos,renũtia-
uit paternæ,ſeu maternæ hęreditati fauore Pri-
mogeniti:ſi ſe liberos habiturum cogitaſſet,eidẽ
non renũtiaſſet:ſed maluiſſet illã ad liberos ſuos:
potiùs quàm ad fratrẽ deferre,quæ eſt ratio prę
cipua ſeu vnica,in qua fundatur deciſio d.l.ſi vn
quam prout ex plurib. oſtẽdit Tiraquellus ibidẽ
in prin.l.n.3.& 4.Et verb.libertis,nu.34.Cum igi
tur in caſu,de quo agimus militet.d.l.ratio:ergo
militare debet eius diſpoſitio,cùm. d. l.ſi vnquã
ex identitate rationis,de caſu ad caſum exten-
denda ſit,vt ex plurib.probat idem Tiraquel. d.
verb.libertis.nu.33.cum plurib.ſequen.
42 ¶Et quãuis†maior ratio militare videatur in eo
qui renũtiat vel donat ea, quæ iam acquiſierat:
q̃ in eo q̃ illa,quæ nõdum ſibi acquiſita fuerunt:
nõ tñ negari poteſt:quin in acquirendis,&etiam
in acquiſitis ſemper videatur,quẽ potiùs velle ꝓ
ſpicere filiis ſuis:quàm extraneis, p̃ſertim in le-
gitima parentũ,quæ filiis adeò debita eſt:vt etiã
in vita parentũ quaſi domini eiuſdem appellari
ſoleant.l.in ſuis vbi latè per Scrib. ff.de liber. &
poſthu.Cùm igitur ratio d.l.ſi vnquam vtrumq.
caſum comprehendat,neceſſario , ad vtrumque
extendenda erit:quanuis in bonis acquiſitis ma
43 ior ratio verſetur.Lex†namq.loquens in vno ca
ſu,ad alium,in quo eadem ratio cõcurrit,exten-
ditur,&ſi in caſu,in l.expreſſo,maior ratio cõcur
rat prout ex plurib.probat idẽ Tiraq.d. verb. li-
bertis.nu.50.quem ſolum in hac materia,ex eo ci
tare libet,ꝙ in ea elegãtiſſimam atque copioſiſſi
mam repetitionem fecerit,atque inter omnes iu
ris ſcriptores allegationum copia,ac rerum con-
gerie primatum obtineat.
¶Quibus non obſtant rationes,quæ à Barth. So-
cino qui eſt præfatæ opinionis pręcipuus author
in d.l.1.c.1.C.de pact.adducũtur.Ad eas namq. fa
cillimè reſponderi poterit. ¶Nõ enim obſtat pri
ma ratio,quòd ſcilicet hęc renuntiatio ex filiorũ
ſuperuenientia non reuocetur,ex eo,quòd prohi
bitus donare non cenſeatur prohibitus id,quod
ſibi delatum eſt non acquirere.ex l.qui autẽ , in
princip.cum ſimilib.ff.de his quę in fraud.credi.
nã ſi bene cõſideretur l.illa,non poteſt aliquo pa
cto ad caſum de quo agimus adaptari. Hic nãq;
44 nõ agimus de poteſtate:ſed de voluntate.†Quan
uis enim is,qui nõ põt donare,poſſit ius quæren
dũ repudiare:illud tamen intelligendũ eſt,quado
conſtat ipſum,repudiationem huiuſmodi in om
nem euentum facere voluiſſe:ſecus autem quan
do ex iuris præſumptione cenſendum eſt ipſum
repudiare noluiſſe,in caſu,quo filij ſibi ſupernaſ
cantur. Tũc namque quãuis id potuiſſet facere,
ſi de liberis cogitaſſet:lex tamen præſumit in ca
ſu dubij id facere noluiſſe:ſed cẽſendũ eſſe ius il
lud ꝓpriis liberis potiùs,quàm extraneis voluiſ-
ſe deferri.Quæ ratio militat in iure quærendo,ſi
cut in quęſito:ꝓut ex plurib.probat ipſe Barth.
Soci.ſibi contrarius conſi. 93.nu.29.lib.4.
¶Nec lex illa loquens in caſu tam diuerſo,ad ca-
ſum,de quo agimus trahenda eſt: pręſertim in le
gitima parentum quæ(vt pędiximus)etiã in vi-
ta eorũdem filiis quaſi debita eſt.Quod eo maxi
mè dicendũ eſt quòd ſi d.l.qui autem , ad caſum
de quo agimus extendẽda foret,neceſſariò cor-
rueret diſtinctio,q̃ cõmuniter ab Scri.fieri ſolet,
quod ſcilicet.l.ſi vnquam habeat locum in hære
ditate delata:non autẽ in ea,quæ nondum dela-
ta eſt.Cùm d.l.qui autẽ tam in hæreditate dela-
ta:quàm in ea,quæ delata non eſt procedat,dum
modò ea addita non ſit.Quod probatur ex ead.l.
ibi.*Qui autem cum poßit aliquid quærere id non agit
vt acquirat*.Idq́;etiam in eadem.l.cõmuniter Scri
ben.aduertunt.Eſſet autem abſurdiſſimũ aſſere-
re,quòd.l.ſi vnquam,in renuntiatione hęredita-
tis opulentiſſimæ iam delatæ nõ procederet,qua
ratione idipſum in hęreditate nõdum delata,quã
tamen iure quaſi debitã eſſe cenſuerunt, dicen-
dum erit.
¶Item non obſtat ſecunda ratio Socin. quod ſci-
licet verbum,reuertatur,poſitum in ead.l.ſi vn-
quam non poſſit adaptari ad renuntiationem hæ
reditatis nondum delatæ:cùm ea nunquam fue-
rit in bonis alienãtis.Ideóque non poſſit dici ad
eum reuerti illud , quod nunquam ſibi acquiſi-
tum fuerat:nam quanuis verbum hoc , reuerta-
tur,ſtrictè ſumptum ſic accipiendum ſit;ſi tamẽ
late



late accipiatur,comprehendit etiam illud, quod
denuò ab ipſo donante acquiritur , præſertim ſi
ius,quod ad illud habebat,remiſit.l.verbum red
dendi.ff.de ver.ſign.vbi Alciat.plura in idem ad
ducit.l.reſtituere videtur.ff.eo.Alciat. qui etiam
plura refert.in l.dediſſe.ff.eo.ſic etiam is,qui re-
mittit,donare dicitur.l.ſi mulier. ff. de condi.ob
cauſ.l. ſi fũdũ.§.Titio.ff.de le.1.Iulianus.ff.de cõ-
46 di.& demonſt.Quod etiã† communi,atque vul-
gari vſui loquendi,qui in hoc pręcipuè attendẽ-
dus eſt,conuenire notiſſimum eſt.Quib.adiicien
dum erit hac ratione obſeruata,corruere etiam
eam diſtin.quæ communiter inter hæreditatẽ de
latam,& illam quæ nondum delata fuit, fieri ſo-
let:quod nullo pacto dicendum eſt.
¶Similiter etiam non obſtat.3. & vltima ratio
Soci.quòd ſcilicet d.l.ſi vnquam ſit exorbitans:
ideóq; de caſu ad caſum extendẽda non ſit. Hoc
námque(vt prædiximus)iure nõ ſubſiſtit: cùm d.
l.ſi vnquam,de caſu ad caſum ex identitate ratio
nis extendi poſſit.Ex quib. rationes Socini om-
nino diluuntur,remanétque communis opinio
iuris præſidio deſtituta atque hæc noſtra opinio
probabilior effecta,dummodò illam ad renuntia
tionẽ factã fauore Primogeniti,vel alterius: non
autem ad repudiationem,ſeu renunciationẽ ſim
pliciter,& non fauore certæ perſonę factã, refe-
ramus.In hoc tamen deliberandũ erit , propter
opi.varietatem,atque cùm caſus occurrerit, vel
dictæ legi ſi vnquam,renuntiandum erit , vel in
renuntiatione futuræ hæreditatis talia verba ap-
ponenda erunt,ex quibus conſtet renuntiantẽ
etiam de liberis futuris cogitaſſe.
47 ¶Sed cõtrouerti ſolet:†vtrum renuntiatio iura-
ta facta à filio in vita parentis,nepotibus,cęteriſ
que deſcendentib.pręiudicet : quod accipiendũ
eſt in deſcendentib. iam natis tempore renun-
tiationis,ſeu in his,qui poſteà nati fuerunt,in ca
ſib.vbi ſupra iſto.c.n. 38. reſoluimus huiuſmodi
renuntiationem,ex ſuperuenientia liberorũ non
reuocari,vbi enim renũtiatio,ex ſuperuenientia
filiorum reuocatur,hoc dubium ſuperuacaneũ
eſſet. In qua quæſtione hæc reſolutio ſeruanda
erit:nam aut filius in vita parentis,cuius hæredi
tati renuntiauit,mortuus eſt,&tunc nepotes,nõ
obſtante patris renuntiatione,nec iuramẽto ſuc
cedent.Non enim ex perſona patris: ſed ex per-
ſona propria eo ſublato de medio,ſuccedere de-
bent.l.ſi ex patronis.§. fi.ff.de bon.libert.Si verò
pater cuius hæreditati à filio renuntiatum fuit fi
lio præmoriatur,hæc renuntiatio in omnibus ca-
ſibus,(quib.ſuperiùs diximus,)nocere, filio ne-
potibus etiam,ac cæteris deſcendentib. præiudi
cabit,vt reſoluit Paul. in d.l.pactũm,quod dota
li.C.de colla.nu.3.Cuius opi.dixit eſſe communẽ
Alexand.ibi.num.7.Cuma.vbi Fran.de Areti. &
communiter Scriben.in l.qui ſuperſtitis.ff.de ac
quiren.hæred.gloſſ.in d.c.quanuis pactum.verb.
detrimentum.Quam aſſerit ibi eſſe communiter
receptam Couarru.3.part.§.3.nu.7.Bal.in l. fi. C.
de pact. col. 4. vbi per Scriben. Roder. Xuar.
qui latiſſimè proſequitur materiam in dict.l.quo
niã in prioribus.amplia. 10. à nume.53. vſque ad
fin.ampliationis Palat.Ruu.in rep.Rub.de dona.
inter virum,& vxor.nume.47.Deciſ. conſi. 181.
nume.6.Tiraquellus de Primoge.quæſtione 40.
num.110.Mencha.in l.ſi quando.§.illud. C. de in
officio.teſtam.num.48.cum plurib.ſeq.Roland.à
Valle conſi.11.vbi per totum conſilium elegan-
ter proſequitur,materiam diſtinguens inter re-
nũtiationem à filia aliquo accepto factam, &
eam, quæ nihil ob illam accepto à filia facta
fuit : cuius dicta repetere non libet. Ea tamen
in huius quæſtionis reſolutione ſemper præ ocu
lis habenda erunt , quod etiam optimè reſoluit
Anton.Gabriel.lib.communium opinionũ.titul.
de iure doti.conclu.1. num. 43. cum pluribus ſe-
quentibus.
¶Ex quib.ſupereſt breuis, ac perfectiſſima reſo-
lutio,quo ad deceptionem,ac enormiſſimã læſio-
nem,quæ frequenter aduerſus huiuſmodi renun
tiationes,quæ ad inſtituẽdaPrimogenia,ſeu aliàs
fiunt,obiici ſolet.
¶Id tamen etiam ſciendum erit, quòd quanuis
verum ſit quòd filia,quæ fauore aliorum fratrum
paternæ hęreditati etiam iuramẽto interuenien-
te, renuntiauit,poſſit eandem petere eiſdem fra
tribus,in vita patris, extinctis,quaſi cauſa renũ-
tiationis deficiente:prout exiſtimat Baldus in l.
pactum,quod dotali.C.de colla.num.3.vbi Deci.
nu.9.Salicet.in l.pactum.C.de pact. colum. 3. in
princip.Roma.in l.qui ſuperſtitis. ff. de acqui.
hæred.Alexand.in l.ſtipulatio hoc modo concep
ta.num.11.ff.de ver.oblig.& eſt communis reſo-
lutio ſecundum Pariſ.conſilio 26.lib.3.& Carol.
Rui.conſi.204.num.3.lib.1 & Didac. de Couar-
ru.in capitulo quanuis pactum.par.3.§.3.num.4.
Tellium Fernãdez,qui id optimè declarat, plura
in idem adducens.in l.6.Tauri.num.44.& 45.cũ
ſeq.& Antonium Gabriel.li.3. communium opi.
tit.de iure doti.conclu.1.nu.35.Hæc tamen con-
cluſio,in Hiſpanorum Primogeniis ex conſenſu,
ſeu renunciatione cęterorum filiorum inſtitutis,
non procedit.Cùm enim eorũ natura perpetuã
ſit,in fauoremq́ue totius familiæ facta cenſenda
ſint,(vt ſupra lib.1.c.4.n.13.oſtenſum eſt): conſẽ
quens eſt,vt filio maiori natũ , ac cæteris etiam
filiis deficientibus ; Primogenium ipſum non
deficiat : ſed ad omnes , qui ex ipſa familia
ſupererint, deferendum ſit. Quod addendum
erit , ad ea,quæ ſupra lib.1.cap.6.latiùs annota-
uimus;quæ ex Primogeniorum perpetuitate de
ducuntur.
¶Hæc autem omnia,quæ ſuperius oſtendimus;
in renuntiatione ac pacto:etiam ab aſcendenti-
bus reſpectu hæreditatis deſcendentium factis;
pari ratione procedunt.l.1.§. ſi parens.ff.ſi quis à
parente fuerit manumiſſus.gloſſ.in l.pactũ,quod
dotali.C.de colla.& in l.pactum.C.de pact. & v-
trobique Scrib.
49 ¶Vidimus tamẽ pluries,quòd†quoties is;qui aſ-
cendẽtes habet; caretque legitima deſcendẽtia,
Primogenium inſtituere vult , petere ſolet licẽ-
tiam ab aſcendentibus;vt poſſit ex eorum legiti
ma liberè teſtari:eóque pacto Primogenium ex
vniuerſo patrimonio inſtituit quòd Primogeniũ
50 perpetuũ , atque firmiſſimum eſt.In†hac tamen
licentia: ab aſcendente etiam præſtita, videtur
quòd iuramentum interuenire debeat:cum in ef
fectu hæc ſit renuntiatio hæreditatis viuentis, q̃
abſque iuramento non valet.Quod prob.ex tex.
in l.Paulus reſpõdit exhæredationem.in §.patro-
ni filius:ff.de bon.liberto.not.Odofred.Cinus.&
Petrus in l.fin.C.de bon.liberto.Ang.in l.fin.C.
eo.Tellius Fernand.in ead.l.6.Tauri. n. 65.Quæ
omnia mente tenenda ſunt:frequenter namque
in practica in opulentiſsimis hæreditatibus con
tingunt.

## *SVMMARIA.*

1 *Forma ſuccedendi in Maioratibus ex electione, in Hiſpania interdum, ſed non frequenter obſeruari ſolet.*
2 *Succeſsio ex electione, antiquis temporibus frequenter ſeruari ſolebat in fideicommiſsis familiæ relictis.*
3 *Voluntas teſtantis, vt in Maioratu vel fideicommiſſo, ex electione ſuccedatur, captatoria non eſt.*
4 *L. captatoriæ ff. de leg. 1. declaratur.*
5 *Electus non cenſetur Maioratus ſucceſsionem capere ab eligente, ſed à primo inſtitutore.*
6 *Succeſsio Maioratus non capitur ab vltimo poſſeſſore: ſed à primo inſtitutore: etiam vbi vltimus poſſeſſor ſucceſſorem eligit.*
7 *Habens facultatem ad Maioratum inſtituendum, poteſt diſponere, vt in eo ex electione ſuccedatur.*
8 *Elector non poteſt eligere, ad Maioratus ſucceſsionem filium ſpurium inſtitutoris eiuſdem.*
9 *Elector poteſt eligere ad Maioratus ſucceſsionem filium eius ſpurium.*
10 *L. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. ff. de legatis. 2. declaratur, atque eius ratio decidendi latiſsimè expenditur.*
11 *Eligens in eligendo nullam liberalitatem exercet: in præferendo autem electum cæteris, ſic.*
12 *L. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de lega. 2. declaratur.*
13 *Prælatus in conferendo beneficia, non exercet liberalitatem, ſed in præferendo vnum alteri: ſic.*
14 *Collationes beneficiorum quo reſpectu donationes appellari ſoleant.*
15 *Actus, qui poteſt habere diuerſos fines, ſeu reſpectus, dicitur æquè principalis reſpectu vnius: ſicut reſpectu alterius.*
16 *Honoratus honore incidenti, vtrum eius reſpectu grauari poſsit.*
17 *Pater, qui potuit filio pupillariter, ſubſtituere, & id non fecit, poteſt grauare fideicommiſſo venientes ab inteſtato.*
18 *Eligens aliquem ad Maioratus ſucceſsionem: vtrum poſsit illum grauare onere inæſtimabili: veluti nominis, vel armorum delationis, vel ſimili.*
19 *Vera, ac nouiſsima decidendi ratio ad tex. in d. §. ſed ſi fundum aſsignatur.*
20 *Valor rei minuitur, ex onere fideicommiſsi ſibi iniuncto.*
21 *Prælatus non poteſt ſuper beneficiis, quæ ad eius collationem ſpectant, penſionem imponere.*
22 *Variare vtrum poſsit is, cui facultas eligendi ad Maioratus ſucceſsionem conceſſa eſt.*
23 *Eligere debens in tempus mortis poteſt in electione antea facta variare.*
24 *L. cum pater. §. à filia. ff. de lega. 2. & l. vnum ex familia. in prin. ff. eod. declarantur.*
25 *Fideicomiſſum tempore mortis certæ, atque determinatæ perſonæ reſtituendum, poteſt eidem in vita irreuocabiliter reſtitui.*
26 *L. poſt mortem. C. de fideicommiſsis, & tex. in d. § à filia conciliantur.*
27 *Rationes decidendi ad tex. in d. § à filia, & in d. l. poſt mortem aſsignantur.*
28 *L. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. non procedit, vbi certæ perſonæ, cui fideicommiſſum relictum eſt fuit datus ſubſtitutus.*
29 *Poſt mortem non procedit, vbi pluribus certis fideicommiſſum relictum eſt.*
30 *L. poſt mortem in Hiſpanorum Maioratibus non procedit.*
31 *Electio ſucceſſoris Maioratus facta in vita, non poteſt reuocari reſpectu commoditatis medij temporis quam eſſet, vltimus poſſeſſor qui eligit electione non facta percepturus.*
32 *Eligere debens poſt mortem ſuam aliquem, qui eligit eum in vita, atque Maioratus poſſeſsionem tradidit, poteſt electum grauare reſpectu interuſurij medij temporis.*
33 *Reſtitutionis fideicommſsi præuentio donatio eſt.*
34 *Electio in tempus mortis collata facta in vita, reuocari poteſt: ſiue facultas eligendi in contractu ſiue in vltima voluntate conceſſa fuerit.*
35 *Elector, cui electio competit, ex contractu variare poteſt.*
36 *Variatio, vbi permiſſa eſt, eligens ſemel tantum variare poterit.*
37 *Elector, cui electio competit ex vltima voluntate, non poteſt variare: ſi extra vltimam voluntatem elegit.*
38 *Elector ſemper poteſt variare vbi prima electio effectum ſortita non fuit.*
39 *Eligens indignum, etiam ad officia ſecularia, priuatur pro illa vice facultate eligendi.*
40 *Eligens indignum, in dubio præſumitur id ignorante feciſſe.*
41 *Electore eligere nolente, ſuccedent in fideicommiſſo omnes, qui ex familia teſtantis procedunt.*

*Electore*



42 *Electore eligere nolente ſucceſsio Maioratus ad ſolum Primogenium defertur.*
43 *Eligere debens ad Maioratus ſucceſsionem facta requiſitione: illicò eligere debet, nec datur ſibi annus ad eligendum.*
44 *L. fina. §. ſed etſi quis. C. communia de lega. declaratur.*
45 *Elector, cui electio vnius ad ſucceſsionem fideicommiſſi commiſſa eſt, plures eligere poterit: niſi mens teſtantis repugnet.*
46 *Elector, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, vnum, non autem plures eligere poterit.*
47 *Facultate conceſſa ad Primogenium inſtituendum: vtrum ex ea poſſit inſtitutor duo Primogenia inſtituere.*
48 *Diſpenſatio ſtricti iuris eſt nec de caſu ad caſum: etiam vbi maior ratio militat, extendi poteſt.*
49 *Facultatem habens ad permutandum beneficium cum alio, non poteſt illud cum duobus beneficiis permutare.*
50 *Facultatem ſecundam impetrans ad inſtituendum alterum Maioratum: vtrum teneatur facere mentionem de prima.*
51 *Diſpenſatio addita primæ diſpenſationi, non valet: niſi in ea fiat mentio de prima.*
52 *Remiſsio ſecunda criminis à Principe impetrata, non valet, niſi in ea fiat mentio de prima.*
53 *Facultas ſecunda ad alienanda bona Maioratus impetrata, vtrum valeat ſi in ea non fuit facta mentio de prima.*
54 *L. vnum ex familia. §. ſi duos ff. de lega. 2. & l. 1. in princip. & in. §. quamuis. ff. de aſsig. libe. declarantur.*
55 *Elector, cui facultas ad plures eligendos conceſſa eſt, poteſt vnum tantum eligere, niſi diuerſa ratio militet in vnius, quàm in plurium electione.*
56 *Facultas conceſſa ad inſtituenda plura Primogenia: vtrum ex ea valeat inſtitutor, vnum tantum Primogenium inſtituere.*
57 *L. 1. ff. de opti. lega. declaratur.*
58 *Elector, cui eligendi facultas conceſſa eſt non poterit ſeipſum eligere.*
59 *Elector non poterit eligere filium ſuum ſub eius poteſtate conſtitutum, emancipatum verò ſic.*
60 *Vltimus Maioratus poſſeſsor, cui electio ad eius ſucceſſionem commiſſa eſt, poteſt filium ſuum in poteſtate eligere.*
61 *Electione pluribus commiſſa, poteſt vnus ex electoribus alterum ex eiſdem eligere, atque ipſe electus electioni de perſona ſua facta conſentire.*
62 *Facultas eligendi perſonaliſſima eſt, nec ad hæredes electoris tranſmitti poteſt.*
63 *Facultas eligendi inceſſibilis eſt.*

### *De his Primogeniis, in quibus ex electione vltimi poſſeſſoris, vel alterius ſuccedi ſolet.*

### CAPVT IIII.

INter varias Primogeniorum for-
mas, quas in capitibus præcedenti-
1 bus tradidimus, illa † etiã in Hiſpa-
nia interdum obſeruari ſolita eſt: vt
in Primogeniis nõ maior natu, ſed
is qui ab vltimo Maioratus poſſeſſore, vel ab alio
ad eius ſucceſſionẽ electus fuerit, ſuccedat. Exi-
ſtimãt namque horum Primogeniorum inſtitu-
tores lõgè meliùs futurum eſſe id eorum electio
ni, quàm caſui, ſeu fortunę committere. Quę Pri-
mogeniorum forma, in quibuſdam Maioratibus
huius Regni ex inſtitutorum voluntate obſerua-
tur: tametſi non omninò Maioratuũ naturę con-
ueniat; qua ratione nec frequens, nec cõmuniter
2 in Maioratibus obſeruari ſolita eſt: † quãuis anti-
quis temporibus in fideicommiſſis frequentiſſi-
ma eſſet eius obſeruatio. Ea namque fideicom-
miſſa, quæ familiæ relinquebantur: etſi interdum
proximioribus deferẽda eſſent: plerunque tamẽ
vni ex familia, quẽ hæres eligeret, relinqueban-
tur. l. vnum ex familia. in princip. & quaſi in om-
nibus eiuſdem legis reſpõſis. ff. de lega. 2. l. cùm
pater. §. à filia. & in §. rogo. ff. eo. tit. l. cùm quidã.
ff. eod. Quod & in locis (quos ſtatim citabimus)
paſſim videri poterit. Sed ne aliquid intactum
relinquatur, hanc Primogeniorum formam diſ-
curremus. Vidimus enim quandoque in Maiora-
tibus, plerũque autem in tertię & quintę bono-
rũ portionis prælegatis, ſeu meliorationibus cir-
ca ea, quæ materiam iſtam contingunt, plura in
forenſibus controuerſiis tractari.
¶ Antequàm autem ad vlteriora progrediamur,
3 præmittendum eſt, † voluntatẽ huiuſmodi, vt in
Maioratu is qui ab vltimo poſſeſſore, vel ab alio
electus fuerit, ſuccedat, non captatoriã, ſed vali-
dam, ac firmam cẽſendam eſſe. Non enim in hac
diſpoſitione eiuſdẽ ſubſtantiæ, ſed ſolum perſo-
narum declaratio in alterius voluntatem cõfer-
tur; quod iure permiſſum eſt. d. l. cùm quidam. ff.
de lega. 2. vbi Bart. num. 1. & communiter Scribẽ.
id notant. l. vtrum. in §. cùm quidam, vbi etiã per
Scriben. ff. de reb. dub. l. pater ex prouincia. ff. de
man. vindict. Bar. & cęteri in l. 1. ff. de lega. 2. Pariſ.
conſi. 38. num. 1. & quaſi per totum conſ. lib. 3. vbi
latiſſimè proſequitur materiam. Sicque † intel-

ligendus

ligẽdus eſt text.in l.captatoriæ.cum ſimilib.ff.de
lega. 1. Idque ab omnibus Scriben. indifferenter
probari ſolet.

¶ Hoc autem præſuppoſito, in primis animad-
5 uertendum eſt,† quòd quãuis electio alicui com-
mittatur, vt ad Maioratus ſucceſſionem eligat il-
lum, quem voluerit: is, qui ad huiuſmodi ſucceſ-
ſionem electus fuerit, nõ cenſebitur ſucceſſionẽ
Maioratus capere ab eligente: ſed à primo Maio-
ratus inſtitutore, qui ſibi electionem commiſit. Is
namq; cẽſetur dare, qui alteri committit, vt no-
minet, vel eligat: non autem is, qui nominat, vel
eligit. l. vnum ex familia. in princip. ibi. *Quod poſt-
quam electus eſt, ex alio teſtamento capere poteſt.* ff. de
lega. 2. & in §. ſi de Falcidia. eiuſdẽ l. vbi Scriben.
id latiſſimè expendunt. l. Lucius. l. 2. §. fina. ff. eod.
dict. l. pater ex prouincia. ff. de man. vindict. l. itẽ
eorum. §. ſi Decuriones. ff. quod cuiuſq; vniuer.
nomi. vbi electus à Duumuiris, quibus ius eligẽ-
di, à populo conceſſum erat, ab ipſo populo ele-
ctus videtur l. municipibus. ff. de condi. & demõ-
ſtra. Idque notiſſimum eſt.

¶ Ex qua regula plura, eóque ſingularia deduci
poterunt. ¶ Primo namq; ex ea aſsignari poterit
notabilis extenſio, atq; ampliatio, ad tex. in l. co-
hęredi. §. cùm filię, iunctis his, quæ notant Bart.
& Scriben. ibidem. ff. de vulga. & ad alia iura, quę
6 in id communiter adduci ſolent dicẽtia: † quod
in fideicõmiſsis, ac Maioratibus nõ ſuccedatur,
vltimo poſſeſſori: ſed primo inſtitutori. Id nam-
que adeò verũ eſt, vt non ſolùm procedat, in his
Primogeniis, vel fideicommiſſis, quę ex primi in-
ſtitutoris expreſſa diſpoſitione, ac nominatione
ſequentibus ſucceſſoribus deferuntur: ſed etiam
in his, quibus ex electione vltimi poſſeſſoris ſuc-
ceditur. Cùm enim etiãſi vltimus Maioratus poſ
ſeſſor eligat, non videatur is dare, nec etiã elige-
re: ſed is, ex cuius commiſsione eligit, vel dat: cõ-
ſequens eſt, vt non ipſi eligẽti, ſed ei, qui ex eius
commiſsione eligit, ſuccedi cẽſeatur. Quod op-
timè aduertit Peralta in dict. l. cùm quidam. ff. de
lega. 2. nu. 1. Qui id ad Hiſpanorum Primogenia
deducit.

7 ¶ Præterea, ex eadem etiam regula infertur, † ha-
bentem facultatẽ Regiam ad Maioratum inſti-
tuẽdum cum omnibus vocationibus, ſubſtitutio-
nibus, ac fideicõmiſſis, quę ſibi apponere libuerit
poſſe eius facultatis virtute, perpetuò vltimis ma
iorat⁹ poſſeſſorib. vel aliis inter filios, ſeu deſcẽ-
dẽtes facultatẽ eligẽdi ſucceſſorẽ relinquere. Cũ
enim etiamſi alius eligat electio ipſa, non ab eli-
gẽte, ſed à primo Maioratus inſtitutore facta cẽ-
ſenda ſit, cõſequens eſt vt is, qui ex Regia facul-
tate poteſt quaſcunque vocationes facere, poſsit
etiam eaſdem alteri faciendas committere: cùm
ſiue ipſe, ſiue alius illas fecerit, ſemper à primo
inſtitutore, nõ autẽ ab eligente factæ cenſendæ
ſint. Quod proculdubiò verum eſt, Idque opina-
tur Grego. Lopez in l. 32. tit. 9. part. 6. in glo. verb.
*No valdra*. col. 6. verſ. & poteſt dici.

8 ¶ Ex eadem etiã regula deducitur † eum, cui ele-
ctio à Maioratus inſtitutore commiſſa eſt, ita, vt
deſcendentem, ſeu conſanguineum inſtitutoris
etiam ſpurium eligere poſsit, nõ poſſe eligere fi-
lium ſpurium Maioratus inſtitutoris. Cùm enim
ea ſucceſsio, ab eo qui eligẽdi facultatem cõceſ-
ſit: non autem ab eo, qui elegit, capi cẽſeatur: cõ-
ſequens eſt, vt ad eiuſdẽ Maioratus ſucceſsionẽ
filius eius ſpurius eligi nõ poſsit, cùm nec Maio-
ratus inſtitutor poſſet eundem ad eius ſucceſſio
nem vocare, quod in ſpecie dixit Bart. in l. fin. ff.
de his quib. vt indign. nu. 7. Cuius dictum refert
& ſequitur Paul. in d. l. vnum ex familia. §. ſi de
Falcidia. ff. de lega. 2. num. 2. Et D. Anto. de Padil-
la ibidem. num. etiam 2. Idque etiam dixit Bal. in
l. id, quod pauperibus. nu. 34. C. de Epiſc. & cleri.
Cuius dictum ſequitur Peralta in l. cum quidam
ff. de lega. 2. nu. 4.

9 ¶ Ex eadem etiam concluſione infertur † eum cui
libera eligendi facultas à Maioratus inſtitutore
relicta eſt, vt deſcendentem, vel conſanguineum
eiuſdem: etiam ſpurium, ad eius ſucceſſionẽ no-
minare poſſit, poſſe eligere filium ſpurium ipſius
eligentis: ſi aliàs deſcendens, vel conſanguineus
teſtatoris ſit. Cùm enim ea hæreditas nõ ab ipſo
eligente, ſed ab inſtitutore capiatur: conſequens
eſt, vt ad eius ſucceſſionem eligi poſſit filius ſpu-
rius eligentis, qui ab inſtitutore Maioratus eiuſ
dem ſucceſſionem capere poſſet. Quod elegãter
dixit Paul. in l. ſi is, qui ex bonis. n. 5. ff. de vulga.
Cuius opinionem ſequitur ibidem Alex. num. 8.
& Iaſſ. num. 7. Quorũ dicta refert & ſequitur Pe-
ralta in l. vnum ex familia. §. Rogo. ff. de leg. 2. n.
6. & D. Anto. de Padil. in dict. §. ſi de Falcidia. n. 2

10 ¶ Vltimo loco † ex eadem etiam regula aſſigna-
tur notabilis ratio decidendi, ad text. in dict. l. v-
num ex familia. §. ſed ſi fundum. ff. de lega. 2. vbi
diſponitur quòd is cui electio à teſtatore cõceſſa
eſt, non poſſit electo grauamen reſtitutionis, vel
fideicõmiſſi, ſeu etiam grauamẽ aliud iniungere.
Cùm enim is non cenſeatur electo aliquid dare:
ſed illud à teſtatore, nõ autem ab eligente datum
cenſendum ſit, ipſeque eligens actum neceſſari-
um faciat: conſequens eſt, vt electum fideicom-
miſſo grauare non poſſit, ex vulgari regula, qua
diſpoſitum eſt, neminem poſſe grauare illũ, quẽ
non honorauerit. l. ab eo. cum ſimilib. C. de fidei-
commiſſis. Quam rationem decidendi, ad tex. in
dict. §. ſed ſi fundum aſſignant communiter Scri
ben. ibidem, & in §. ſi de Falcidia, eiuſdem. l. Vnũ
ex familia, vbi idipſum profitẽtur. Idque paſſim
Scriben. in diuerſis locis (quos recenſere lõgiſſi-
mum eſſet) annotare ſolent.

¶ Sed quanuis hæc ratio decidendi ad Scriben.
communiter probata ſit: de ea tamen, & non im-
11 meritò dubitari poterit. Nam etſi verũ ſit † quòd
reſpectu facultatis eligendi non poſſit dici eligẽ
tem liberalitatem aliquam exercere: cùm ex ne-
ceſſitate præambula vnum eligere aſtrictus ſit:
in eligendo tamen vnum, vel alterum maximam
liberalitatem exercet: imò hoc reſpectu ipſe eli-
gens videtur illud donare, quod poterat alterum
12 eligendo in totum adimere. Quod † non obſcurè
comprehenditur ex deciſ. text. in dict. §. ſi de Fal
cidia ibi. *Non enim facultas neceſſariæ electionis pro
priæ liberalitatis beneficium eſt.* Non enim inquit
tex., ꝙ ipſa electio quatenus eligens præfert ele-
ctũ aliis non ſit proprium eligentis beneficium.
Hoc nanq. eſſet mera fatuitas, & contra ciuilẽ &
naturalem rationẽ, ſed inquit, ꝙ ipſa facultas eli
gendi conſiderata, de per ſe hoc eſt, poteſtas illa
quę data fuit eligenti, vt vnum ex familia, quem
vellet eligeret, non ſit liberalitas eligẽtis, ſed po
tiùs defuncti, qui in eligendum viſus fuit à prin
cipio, ex dicta facultate huiuſmodi liberalitatẽ
exercere. Ideóque hoc reſpectu non dicitur hæc
liberalitas propria eligentis, nec etiã habito reſ-
pectu ad ipſam rem, quæ ex electione datur, cùm
ipſa non ſit eligentis: ſed illius, qui facultatem
eidem tribuit eligẽdi. Quod probatur ex eo. tex.
ibi. *Quid eſt enim quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui
quod reliquit omninò reddere debuit.*

¶ Sed reſpectu ipſius actus eligendi: quatenus e-
ligens præfert electũ aliis, clariſſimum eſt, ꝙ exer
cet liberalitatem: ſeu verius hoc reſpectu ipſe eli
gens (vt prędiximus) totum cõfert, quod tex. ille
argumẽto ſumpto ab ſpeciali, vel à contrario ſen
ſu, probare videtur. Idipſum autem clarioribus
verbis complexus fuit Iuriſconſultus in d. l. vtrũ.
§. cùm quidam. fi. verb. ibi. *An impoſita neceßitate
dandi ſolùm ei diſtribuendi liberum arbitrium conce-
dat.* Ac ſi apertius dixiſſet electori quãtum ad e-
ligendum, neceſſitatem impoſitam eſſe: in eligẽ-
do autẽ vnum vel alterum ſibi liberum arbitriũ
relictum fuiſſe, vt quo ad hoc, dicendum ſit libe-
ralitatem exercere. Idque Ioan. de Imol. in d. §. ſi
de Falcid. 1. notab. & Bar. Soci. in d. §. cùm quidam
3. notab. col. 4. Atque Scriben. in pluribus aliis lo
cis communiter annotare ſolent.

¶ Quibus adiiciendum eſt quòd is, qui electo ex
electione rem aliquam dedit, poſſet eidem illam
admittere, alterum eidem præferẽdo, ex quo plã
nè conſequitur dici poſſe ſibi dediſſe illud quod
poterat alteri conferre. vbi enim quis poteſt adi-
mere & non adimit; cenſetur dare. l. 1. §. ſciendũ.
vbi gl. ff. de le. 3. l. cùm hic ſtatus. ff. de dona. inter
vir. & vxo. Alba. qui plura refert conſi. 21. & ali-
bi ſępè Scriben.

¶ Quod cõprobatur in ſimili, ex eo, quod de Præ-
13 lato, beneficia conferente dici ſolet. † Quanuis e-
nim is in conferendo beneficia liberalitatem nõ
exerceat: cum ad id neceſſariò teneatur: in con-
ferendo autem beneficiorum vni, ſiue alteri, mã
ximam liberalitatem exercet. Quod ſic reſoluit
gl. in c. relatum verb. liberaliter de pręben. Quam
Scrib. communiter ibidem ſequuntur. Idque ip-
ſum notant Deci. conſi. 224. nu. 3. Ripa in l. fin. nu.
14 160. C. de reuocan. dona. Quo † reſpectu præbẽda
rum collationes, donationes appellantur. tex. in
c. conſultationibus de donationib. & in c. cùm ve
nerabilis. de pręben. Et vtrobique per Scriben.
Cùm igitur eligens cenſeatur in electum maxi-
mam liberalitatem exercere, atque per cõſequẽs
illum honorare, ex eo neceſſariò ſequitur: quòd
præfata ratio decidendi ad tex. in d. §. ſed ſi fundũ
ſuſtineri non poſſit:

¶ Nec obſtat ſi ad hanc difficultatem reſpondea-
tur, quòd quanuis eligẽs cẽſeatur electum hono
rare hac conſideratione, quam prædiximus: ta-
men non cenſeatur ipſe illum honorẽ principa-
liter conferre, ſed is, qui electionem ſibi commi-
ſit: ideóque attendendum eſſe id, quod principa-
liter: non id, quod incidenter agitur. l. ſi quis, nec
cauſam, cum ſimilib. ff. ſi cert. peta. prout reſpon-
dit Petrus de Peralta in d. §. ſed ſi fundum. n. 9. &
10. cum ſeq. vbi pulchrè hanc reſpõſionem ornat,
atque ex pluribus comprobat.

¶ Hæc namque reſponſio quanuis prima facie vr
gere videatur, non tamen omninò ſtringit. Cùm
enim in eligendo vnum, vel alterum, eligens ip-
ſum electum maxima liberalitate donare atque
honorare videatur, etſi alio reſpectu illum hono-
rare cenſendus non ſit: non eſt cur dici poſſit
vnamquamque honoris vel liberalitatis conſide
rationem diuerſis reſpectibus ſaltim æquè princi
palem non eſſe. Iura namque dicentia, attendi de
bere quod principaliter agitur, intelligẽda ſunt:
quando principale & acceſſorium cõcurrũt vno
atq. eodem reſpectu: ſecùs autem ſi diuerſis reſpe
15 ctib. cõcurrant. Quando † enim aliquis actus ſit, q
põt habere diuerſos fines vel reſpectus: is actus
dicitur tam principalis vno reſpectu: ſicut & alte
ro: prout ex pluribus probat Bar. communiter ſe-
quutus ab Scribentibus. in l. ambitioſa. ff. de de-
cret. ab ordi. facie. n. 19. Tiraq. de nobili. c. 28. n. 12.
cùm ſeq. Quod etiam Scrib. in pleriſq. aliis locis
annotare ſolent.

¶ Sed quanuis fateatur ſine veritatis præiudicio
honorem, quem impendit elector ipſi electo non
eſſe æquè principalem ei, quem ſibi teſtator im-
pendit: nihilominus tamen hæc ratio ſuſtineri
non poteſt: ſi quidem. d. l. ab eo. C. de fideicom. ge
neraliter diſponit eligentem poſſe electum graua
re in eo, in quo illum honorauit. Ideóque genera
liter accipienda ac intelligenda eſt ſiue inciden-
16 ter ſiue principaliter quis honoratus ſit. Quòd † ſi
quis aduerſ⁹ hoc pertinaciter inſiſtere velit: inſi
ciari tamen non poſſet: quin is, qui honore inci-
denti honoratus eſt: ſaltim aliquo onere etiam
incidenti grauari poſſit: cum ex regula. d. l. ab eo
non poſſit excludi grauamen, ſaltim quod omni-
nò honori correſpondeat.

¶ Imò, quod plus eſt pluribus etiam iuribus pro-
bari poſſet, quòd is, qui non principaliter, ſed in-
cidenter honorat aliquẽ, poſſit illum onere nedũ
incidenti, ſed principali grauare, quod cõprehẽ-
ditur ex deciſione. tex. in l. ſi fundum per fideicõ-
miſſum alias incipit. Si Titio pecunia. §. fi. ff. de le
17 ga. 1. vbi probatur, † ꝙ pater, qui potuit filio pu-
pillariter ſubſtituere, & priuare veniẽtes ab inte
ſtato eius hæreditate, poteſt ipſos veniẽtes ab in
teſtato grauare fideicommiſſo, ex eo, quòd quan
uis principaliter illos non honorauerit, inciden-
ter tamen in non ſubſtituendo eiſdem maximũ
emolumentum, atque honorem conceſſit. Quod
ẽt probatur ex l. 3. ff. de iur. condi. & ex. l. 1. §. ſcien
dum. ff. de leg. 3. Idque etiam vtrobique. DD. ad-
uertunt. Ex quib. conſequitur hanc reſponſionẽ
ad præfatam difficultatem ſtare non poſſe.

¶ Sed & Petrus de Peralta, vbi illum paulò antè
citauimus: cum forſan hæc etiam reſponſio eidẽ
non applauſerit, non omninò in hac re ſibi con-
ſtans, vlterius procedit. Volens etiam aliter reſ-
pondere ad præfatam difficultatem (quam ſupe-
rius adducebamus) aduerſus communem ratio-
nẽ decidendi ab Scrib. aſsignatam ad tex. in d. §.
ſed ſi fundũ. inquit enim negari non poſſe, quin
eligẽs, electum ipſum maximo honore affecerit,
illum cæteris omnibus, qui ex familia teſtantis
procedunt, præferẽdo. Subdit tamen certiſsimũ
fore electum nullo cõmodo pecuniario, ſeu æſti-
mabili ab electore honoratum fuiſſe, cum res nõ
ab ipſo eligente, ſed ab eo, qui ſibi electionem
cõmiſit, capiatur. Ideoque rectè deciſum fuiſſe in
d. §. ſed ſi fundum non poſſe eligentẽ grauare ele
ctum in reſtitutione rei, quę ex electione ſibi aſ-
18 ſignata fuit. Quanuis † enim is, qui aliquem hono
re inæſtimabi affecit, poſsit etiam illum aliquo
onere inæſtimabili grauare, non tamen poteſt il
lum grauare onere pecuniario, vel patrimoniali
vt à Iureconſulto in l. planè. la 2. §. fina. ff. de lega.
1. deciſum eſt. Sicq. inquit intelligendum eſſe
tex. in d. §. ſed ſi fundum, vt ſcilicet nõ poſsit ele
ctus grauari onere pecuniario, vel alio onere æſti
mabili, non tamen negat ibi Iuriſconſultus, quin
poſsit grauari aliquo onere inæſtimabili ſimili il
li ho-

li honori, in quo ab eligente honoratus fuit.Id-
que ex pluribus probat ibi.nu.14.inferens ex hoc
ibidem.nu.15.quòd ſi quis ex parentis commiſſio
ne meliorauit vnum ex filiis eiuſdẽ, inter quos
ſibi data fuit eligendi facultas,quanuis non poſ
ſit illum onerare onere pecuniario,poterit tamẽ
onerare illum onere inæſtimabili grauando ipſũ
vt teneatur deferre arma & inſignia,ſeu nomen
familiæ ipſius eligentis:vel vt ipſe eligens,ac e-
ius deſcendẽtes ſepeliri poſſint in capella ipſius
electi,vel alio ſimili grauamine. Quod etiã pari
ratione in eligẽtibus ad Maioratuum ſucceſſio
nem dici poſſet,idque eſſet ſatis nouum ac ſubti
le,ſi verum foret.

¶Hæc tamen quæ à præfato inſigni Doctore di-
cuntur:nullo pacto iuris regulis obſeruatis ſuſti
neri poſſunt. Vt autem id conſtet apertiſſimè pri
mo loco vera ratio decidendi,ad tex.in d.§.ſed ſi
fundum aſſignanda erit,cũ ex ſuperius adductis
plus liquidò probatum ſit:rationem decidendi
ab Scri.ad illum tex.aſſignatã ſimpliciter ſump-
tam ſtare non poſſe.

19 ¶Vera† autem decidendi ratio,ad tex.in d. §. ſed
ſi fundum hæc eſt, ꝙ quanuis certiſſimum ſit,
quòd elector,qui vnum ex plurib. ex familia ad
fundi ſucceſſionem prælegit,illum maximo ho
nóre:atque etiam commodo pecuniario effece-
rit(vt ſuperius oſtenſum eſt)non tamẽ is honos
eius naturæ,atque qualitatis eſt, vt eius ratione
poſſit ipſe eligens electum onere fideicommiſſi,
vel alio grauare.Cùm enim is,qui ex pͨcepto de-
functi,atq.ex neceſſitate officij eligere tenetur
actum ipſum electionis gratis expedire aſtrictus
ſit,fundúmque ipſum integrum cõferre debeat
nec aliquid ſibi ipſi pro electione ipſa faciẽda v-
ſurpare poſſit(prout infra ca.ſequen.nu.30.cum
ſeq.latiſſimè demonſtrabimus)cõſequens eſt, vt
nec ẽt ipſi electo grauamẽ aliquod apponere poſ
ſit.Si enim elector grauamẽ in electione appone
re poſſet, nõ traderet electo rẽ integram,nec ad
impleret illud quod ex neceſſitate officij ſibi in
20 iũctũ fuit.Res† enim minus valet,ex onere,fidei-
cõmiſſi ſibi impoſito.l.1.§.ſi hæres percepto fun-
do.ff.ad Trebel.vbi Soci.Iaſ.& Ripa idipſum no
tant.l.fundi partem.ff.de contrahenda emptione
Tiraq.qui plura refert.lib.2.retractuũ in præfa
21 tione.n.20.cum plurib.ſeq.Ideóque † Epiſcopus
tenetur Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione
conferre nec ſuper beneficiis pẽſionem aſſigna
re poteſt.tex.in c. 1. vbi per Scrib. vt Eccleſ. be-
nef.& in c. maioribus.de præben.tex.in c. ſi quis
præbendas.1.q.3.& vtrobique per Scri. Similiter
etiam elector,qui electum onere fideicommiſſi
grauaret,acciperet aliquid pro faciẽda electiõe,
quàm gratis ac liberè facere tenetur.Obueniret
namque ſibi maximum emolumentum: ſi poſſet
fundum ita fideicommiſſo ſubiicere,vt ſibi, vel
filiis ſuis,vel cõſanguineis,vel aliis(electo abſq.
liberis moriente)reſtituẽdus foret, vt notiſſimũ
eſt.Ideóque iura has diminutas,atque pretio fa-
ctas electiones,iuſta atq. morali ratione nõ per
mittunt:ſed eas integrè atque gratis eſſe facien-
das pręcipiunt.Quod ſatis apertè indicat tex. in
d.§.ſi de Falcidia.ibi.*Qui,quod reliquit,omninò red
dere debuit*.Et iterum ibi.*Non enim facultas neceſſa
riæ electionis propriæ liberalitatis beneficium eſt*.Qua
ſi dicat apertiùs ꝙ hęc liberalitas nõ eſt ꝓpria eli
gentis:quanuis in dando vni,vel alteri ipſe libe-
rationem exerceat:cùm ad electionem ipſam fa-
ciendam ex neceſſitate officij teneatur: quod of
ficium ipſe gratis,atque integrè, & etiam liberè
expedire aſtrictus eſt.

¶Ex qua ratione conſequitur falſum eſſe, quod
Petrus de Peralta in d.§.ſed ſi fundũ.nu.15. ſcrip-
ſit,dicens electorem poſſe grauare electum one-
re inæſtimabili, veluti delationis nominis,vel ar
morum,vel ſimili.Cùm enim is eligẽdi actus gra
tis atque liberè expediendus ſit:ex eo conſequi-
tur,nec hæc grauamina nec ſimilia poſſe ab eli-
gente pro ipſa electione facienda,ipſi electo in-
iungi.Eſt enim maximum grauamen hoc armo-
rum alienorum delationis,& quoad grauatũ ni-
mis aſtringeret:& grauanti maximum emolumẽ
tum adduceret. Ideóque hęc etiã grauamina in
ſimilibus electionibus toleranda nõ ſunt,eo ma-
ximè,quòd ſi eligẽs poſſet hęc grauamina electis
iniungere,in conſequentiam etiam poſſet eoſdẽ
electos ſi illas cõditiones nõ adimpleuerint, hę-
reditate vel Maioratu priuare, & aliis illud de-
ferre,vel aliis pœnis illos afficere:quod nullate-
nùs dicendum,neq. aſſerendum eſt. Ex quibus
ſupereſt vera ac noua decidendi ratio ad tex. in
d.§.ſed ſi fundum reiecta ac reprobata communi
decidendi ratione eidẽ textui,ab Scrib. aſſigna-
ta:quæ nullatenùs ad illum adaptari poteſt,& re
iectis etiam aliorum ſcriptorũ erroribus,ad ean-
dem rationem ſuſtinendam adinuentis.

¶Controuerti autem circa iſta plerunque ſolet:
22 vtrum† is,cui electio cõmiſſa eſt : ſi ſemel elegit,
poſſit iterùm eligere,atque etiam in perſonæ ele
ctione variare.Et prima facie videtur dicendum
quòd is,qui ſemel elegit poſſit iterùm eligere,
atque ſemel,&etiã pluries vſq.ad mortẽ variare.
Quod probatur ex tex. in l.cùm pater.§.à filia.ff.
de leg.2.vbi diſponitur,quòd habẽs facultatẽ eli
gendi vnum,ex familia teſtantis cũ morietur : ſi
ſemel elegerit,poteſt vſq; ad mortẽ variare. Idẽ
etiam ꝓbat tex.in l.vnũ ex familia.in prin. ff.eo.
ibi.*An quandiu poteſt mutari voluntas*.Et iterũ ibi.
*Siue tamẽ duret electio,fuiſſe videtur creditor,ſiue mu
tetur*.Et vtrobique & alibi etiã cõmuniter Scrib.
id annotare ſolent.

¶Sed hæc quæſtio, quæ frequens & aſſidua eſt,
diſtinctiõe reſoluẽda erit.Nã aut eligẽdi facultas
in tẽpus mortis collata eſt,aut ſimpliciter relicta
ita vt ſiue in vita,ſiue in morte qs eligere poſſit.
23 ¶Si † eligendi facultas ad tẽpus mortis reſtricta
ſit,veluti ſi dictũ fuerit,quòd elector tẽpore mor
tis,vel cùm morietur, quẽ voluerit, ex familia
eligat,dicendũ erit eligentẽ in vita poſſe, vſque
ad mortem ſemel,atque etiam pluries variare:
etiamſi electio ipſa per viam donationis inter vi
uos,ſeu per alium quemcunque contractũ facta
ſit.Cùm enim elector ipſe inter eos,qui tempo
re mortis extiterint,vnũ eligere teneatur:conſe
quens eſt,vt electio ante id tẽpus facta inualida
& inefficax ſit:niſi morte eligentis confirmetur.
Poſſet namque ex huius electionis præuentione
his,qui tẽpore mortis extiterint, præiudicari,ꝙ
24 iure permiſſum non eſt.Idq. probat tex. † qui ſic
eſt intelligendus.in d.§.à filia.ibi. *Vt cui vellet,ex
liberis ſuis prædia,cũ moreretur reſtitueret*, & in d.l.
vnũ ex familia.in prin. ibi. *propter fideicõmiſſum à
ſe relictũ cùm moreretur*.Quod gl.ibi.ver. *Mutetur*.
ſic reſoluit,quam ibi Bar.Imol.atq.communiter
Scriben.ſequuntur.Idque Scrib,in d.§. à filia ve
rum eſſe profitentur.Idipſum etiam cenſuit Iaſ.
in l.huiuſmodi.§.Stichũ n.4.ff.de lega.1. Ripa in
l.ſerui



l.ſerui electione in prin.ff.eo.n.14.Atq. id veriſ-
ſimum,cõmunitérque ab Scri.ꝓbari ſolitum eſt.
¶Hoc autẽ dupliciter reſtringendũ erit. Primò,
vt intelligatur:quãdo vnus ex certis, incertus tñ
25 eligẽdus eſt:ſecùs † tamẽ quãdo certæ atq.deter-
minatæ perſonæ fideicõmiſſũ reſtitui debet. Tũc
namq.facta ſemel reſtitutione ex contractu irre
uocabili,vlteriùs reuocari nõ poterit,etſi fideicõ
miſſi reſtitutio in tempus mortis collata ſit text.
in l.poſt mortem.C.de fideicõmiſ. vbi gl. verbo.
*Reſtitueré*,atque Bal.n.2.Iaſ.n.& 5. & cõmuniter
26 Scriben.id not.dicentes † ſic eſſe intelligendos
ac conciliandos tex.in d.l.poſt mortem.& in d.§.
à filia.& in d.l.vnum ex familia,in prin.Quæ iura
inter ſe pugnare videntur. Quod etiam in d. §.
à filia,& in d.l.vnum ex familia, plures etiam ex
Scrib.cenſuerunt.

27 ¶Ratio † autẽ differentiæ inter primum & ſecun
dum caſum hæc eſt,quia in præuẽtione electio-
nis,quæ de certa perſona facienda eſt,nullũ præ
iudicium,niſi ipſius eligẽtis verſari poterit,cùm
neceſſariò perſona illa ſuccedere debeat:in præ-
uentione autem electionis,quæ de incerta perſo
na de certis fieri debet præiudicium maximũ eo
rũ, qui eligi poſſunt verſatur,cùm ea de his, qui
tẽpore mortis extiterint,facienda ſit, & forſan
lõgè aliter fieret,ſi tempore mortis,nõ autẽ in vi
ta facta fuiſſet.Ideóq. nimirũ, ſi in vita fieri non
poſſit,quod in d.l.poſt mortem cõmuniter Scri.
aduertunt.

28 ¶Qua ratione † deciſio dictæ legis poſt mortẽ nõ
procedit,vbi certæ perſonæ,cui fideicommiſſum
reſtituendũ eſt ſubſtitutus in caſum mortis da-
tus fuerit.Ex electionis nãq.ꝑuentiõe poſſet ſub-
ſtituto præiudicari,quod ex tex.in l.vxorem.§.Si
eam.ff.de leg.3.apertiſſime comprehẽditur. Nec
29 † etiam procedere põt vbi plurib.certis fideicõ-
miſſum reſtitui debet,poſſet nãq.eſſe,ꝙ aliqui ex
eis ante mortẽ hęredis decederẽt,fierétque ex e-
lectionis præuentione præiudiciũ aliis,qui ſuper
eſſent.Quas limitationes ad text.in d.l.poſt mor-
tẽ aſſignauit Iaſ.ibidẽ.n.3.Eáſque ex his quæ præ
diximus,ẽt probamus ex eiſdẽque cõſequenter
30 deduximus.† d. l. poſt mortẽ deciſionem in Hiſ-
panorum Maioratib. nõ procedere,cùm eorũ ſuc
ceſſio perpetua eſſe debeat, ſemperque cuilibet
vocato alter ſubſtitutus ſit,niſi is, cui reſtitutio
in vita facta fuit vltimo loco vocatus ſit,in eiúſ-
que perſona Maioratus expirare debeat.

31 ¶Secundò † etiã regula tex.in d.§.à filia nõ proce
dit reſpectu cõmoditatis medij tẽporis,quàm hę
res eſſet in vita ſua,nõ facta electione perceptu-
rus.Si enim is electionem ex donatione, ſeu alio
cõtractu inter viuos faciat,ita vt ſtatim re fidei-
cõmiſſo ſubiecta,electus frui debeat,hęc electio
quantũ ad huius medij tẽporis vtilitatẽ irreuoca
bilis erit:quanuis quoad ſucceſſionem fideicõ-
miſſi quę poſt eius mortẽ incipere debet,reuoca
ri poſſit.Quod gl.in d.§.à filia.ver.*Non eſſe electio
nem*,annotauit,idque ipſum Paul.Caſt.in d.l.poſt
mortem.n.2.poſt Raph.Cum.ibidem ſentire vi-
detur.Idque etiã ex plurib.nimis diffusè probat,
atque etiam ornat Peralt.in rep.d. l. cùm pater.
§.à filia.de leg.2.nu.62.in 4.principali intelligen-
tia,qui in id omninò videndus erit.

32 ¶Ex quib. † aſſignari poteſt noua, atq. ſingularis
limitatio,ad text.in d.l.vnum ex familia.§. ſed ſi
fundũ.ff.de lega.2. vbi probatur,eligentem non
poſſe electum grauare onere fideicommiſſi.Is nã
que tex.intelligendus erit: niſi eligens grauatus
fuerit tempore mortis rem fideicommiſſo ſubie-
ctã reſtituere.Si.n.in vita illã reſtituerit, poterit
rõe huius cõmoditatis,quã ipſe erat percepturus
eidem electo fideicommiſſi onus iniungere:dũ-
modò onus huiuſmodi emolumentum non exce
dat.Quã limitationẽ ad tex.in d.§.ſed ſi fundum
aſſignauit Peral.in d.§.à filia.n.92.cum ſeq.Eáq.
33 vera atque ſubtilis mihi videtur.Hæc † nãq.reſti-
tutionis præuentio,donatio eſt: prout exiſtimat
Bar.in d.l. poſt mortẽ.n.3.vbi D.Ant. de Padilla.
n.6.plura in idem adducit. Ideóque nõ mirum:ſi
ex cauſa huiuſmodi donationis factæ ab ipſo eli
gente de re propria poſſit electus in quantitã-
te honori atque emolumento correſpondenti
grauari.

¶Quæ omnia tam in electione cõpetenti ex con
34 tractu:quã ex teſtamẽto intelligẽda ſunt.† Quan
uis enim in electione ſimpliciter cõceſſa differẽ
tia inter electionẽ cõpetentẽ ex vltima volũtate
ſeu ex cõtractu aſſignari ſoleat:in electiõe tamẽ
in tẽpus mortis præciſè collata,ea differentia fa
cienda nõ eſt:imò ſiue cõpetat ex contractu, ſiue
ex vltima volũtate,ſemper vſq.ad mortem varia
ri poterit,cũ in caſu de quo agimus militet ea-
dem ratio in contractu & vltima voluntate.

¶In ſecunda ſpecie principali,quando ſcilicet eli
gẽdi facultas ſimpliciter,ſeu ita,vt tã in vita quã
tempore mortis electio fieri poteſt conceſſa fuit;
ſubdiſtinguendũ erit.Nã aut electio competit ex
contractu,aut ex vltima voluntate.
35 ¶Si † electio cõpetit ex contractu eligens variare
poterit.l.eum qui certarum.§.fi.vbi Bar. & com-
muniter Scrib.id notãt.ff.de ver.obli.gl. in l.ſta-
tu liberũ.§.Stichũ.verb.non poterit.ff. de leg. 2.
Ripa.in l.ſerui electione.ff.de leg.1.n.15.Tiraq.in
l. boues.§.hoc ſermone.limita.15.ff.de ver. ſigni.
n.9.& alibi ſæpè Scrib.

¶Sed & in hoc caſu eligẽs non pluries,ſed ſemel
36 tantũ variare poteſt.Is † nãque,cui electione per
fectè, atque irreuocabiliter facta variatio à iure
conceſſa eſt,ſemel dũtaxat variare poterit.Quod
elegãter dixit Bal.in Auth.habita.C.ne filius pro
patre.n.35.Idque ſequitur Iaſ.in l. Prætor.§. ſi ali
quando.ff.de noui.ope.nun.n.6.Tiraq. qui plura
refert in d.l.boues.§.hoc ſermone.in regula eiuſ
dem leg.n.23.cum ſeq.

¶Si verò electio competat ex vltima voluntate,
dicendum erit in hoc caſu plurimum intereſſe in
telligere:vtrum electio,quæ prætẽditur reuocari
facta fuerit in vltima voluntate, ſiue in contra-
ctu,aut alia qualibet diſpoſitione,quæ vltima võ
luntas non ſit.

¶Si in vltima voluntate electio facta fuit,dicen-
dum erit eam poſſe ab ipſo electore vſq.ad mor-
tem,ad libitum mutari,atq. variari. Cùm enim
ea ſit vltimæ voluntatis natura, vt vſq.ad mortẽ
reuocari poſſit:nõ video rationẽ quare in huiuſ-
modi electione in vltima voluntate facta,vltimæ
voluntatis natura alteranda ſit. Ideóq. Iuriſcon
ſultus in d.§.à filia,vbi decidit quæſtionẽ,vtrum
electio ſemel facta reuocari poſſit,illam propo-
ſuit in electione per viam donatiõis inter viuos
facta,vt probatur ex eodẽ text.ibi. *Viua donauit*.
Nec eam in electione facta in vltima voluntate
exemplificauit, in qua nullũ dubium verſari po-
terat.Cùm in eo caſu ſiue electio in tempus mor
tis

tis collata eſſet,ſiue ſimpliciter,ſiue tam in vita:
quàm in morte concederetur,ſemper compertiſ
ſimum eſſet, eam poſſe ſemel,atque etiã pluries
reuocari:ſicut quamcũque aliã vltimam volun-
tatem.Quod eſt de mente omniũ Scrib.in d. §. à
filia.& in d.l.poſt mortẽ.& in d.l.vnũ ex familia,
& in omnib.locis vbi de hac materia ab eiſdem
tractari ſolet.Idque apud me ꝓculdubiò verũ eſt.
37 ¶Si verò† in cõtractu inter viuos,ſeu alia quali-
bet diſpoſitione,quæ vltima voluntas non ſit,ele
ctio facta fuit,dicẽdum erit,eam electionẽ illicò
validam eſſe,neque ab eligenti reuocari,ſeu va-
riari poſſe.l.ſerui electione.in prin.vbi communi
ter Scrib.in not.ff.de leg. 1. Ibique Ripa. nu.12.
Idipſum verũ eſſe profitetur.l.apud Aufidiũ.ff.de
opti.leg.l.ſtatu lib.§.Stichũ.ff. de leg.2.l. huiuſ-
modi.§.Stichũ.ff.de leg.1.Quod etiã in d.§.à filia.
& in l.vnũ ex familia.in prin.à contrario ſenſu ſa
tis apertè probatur.Idque vtrobique Scrib.com
muniter annotare ſolent.
¶Hoc tamen intelligendum erit, quando prima
38 electio effectum ſortita eſt.Si†enim effectum nõ
habuit,elector poterit etiam in hac ſpecie iterũ
eligere,atque etiã pluries donec electio effectũ
ſortiatur,variare.Quod probatur ex tex.in c.ſi e-
lectio de elect.lib.6.vbi diſponitur ꝙ ſi electio
facta non ſortita fuit effectũ,ex eo,quòd electus
ei conſentire noluit,aut poſt conſenſum iuri ſuo
renuntiauit,aut mortuus eſt,aut electio ipſa pro
pter electi vitium irrita declarata fuit:iterum ele
ctio ipſa fieri poterit,ad quam faciendã datur ele
ctoribus tempus integrum à die diſſenſus,renun
tiationis,mortis ſeu irritationis,electionis: ac ſi
noua vocatio cõtigiſſet.Idque etiã gloſſ. & Scri.
ibidem ad alios ſimiles caſus extendũt. Idipſum
etiam in ſimili probatur ex tex.in l.hęc conditio
filiæ meæ.in prin.ff.de cõdi.& demon.& in l.qui
per ſalutem.ff.de iur.iuran.Quib. plura cumulat
Tiraq.in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de ver.ſigni.1.
limita.n.1.cum plurib.ſeq.vſq.ad finem.vbi opti
mè iſtã reſtrictionẽ ſubintelligit, atq. declarat.
¶Sed & id (quod de electione irrita declarata: ꝓ
pter vitium electi diximus) intelligendũ eſt,dum
modò elector tempore electionis eiuſdem vitiũ
ignoraſſet.Si verò ſciens id feciſſet iterũ eligere
non poterit:cum†ex electione indigni,indignita
39 te iuris ſcienter facta,eligentes ius eligendi ꝓ il-
la vice amittant ex tex.in c. gratum. de poſtula.
Præla.& in c.bonæ.el. 2. Et in c. cum in cunctis.
§.vltimo de electio.Idque etiam aliis pluribus iu
ribus deciſum eſt.Quæ iura etſi in perſonis,atq.
etiam in beneficiis Eccleſiaſticis diſponãt:in per
ſonis autem,atque rebus ſecularib. procedunt:
prout non obſcurè cõprehẽditur ex tex.in Auth.
de ſanctiſſimis Epiſcopis.§. ſi quis autẽ oratorij.
Collat.1.Cui eſt text.conſimilis in d.l. cum qui-
dã.ff.de leg.2.vt in gl.verb.*Qui offenderint*.in prin
cip.gl.in c.cum vos.de electio.ver.*Minus idoneæ*.
ad fi.Tiraq.qui plura refert.in l.boues.§.hoc ſer-
mone.1.limita.n.34.Peral.Qui etiam ex pluribus
id comprobat in d. l.cũ quidam.n.3.vbi etiam re
40 ſoluit, in hac ſpecie†non eſſe præſumendũ eligẽ
tem electionem indigni ſcienter,ſed ignoranter,
feciſſe aduerſus Bar.Bal.Alber.& Iacob.de Are.
Qui omnes in l.ſi patronus.ff.de confirma. tuto.
Cõtrarium,& malè cenſuerunt.Quorum opinio
nem etiam ſequutus fuit Deci.in c.cum in cũctis
§.ſi.nu.6.ad fin.de electio.Qui etiam ab ipſo Pe-
tro de Peralta.in hoc iuſtiſſima ratione taxatur.
Ex quibus ſupereſt de hac re perfectiſſima reſo-
lutio.
41 ¶Illud autem etiam annotandum erit,ꝙ † ſi is,
cui electio cõmiſſa eſt,eligere noluerit, omnes,
qui ex familia teſtantis proceſſerint in fideicom-
miſſo ſuccedent.l.vnum,ex familia.§.rogo. ff.de
leg.2.ibi.*Defuncto illo prinſquam eligat petet omnes*.
l.cùm quidam ibi.*Idem ait,ſi neminem eligat omnes
ad petitionem fideicommiſſi admitti videri*.ff.eod.vbi
communiter Scrib.id not. Nec in hoc caſu ſuc-
cedere debẽt ſoli proximiores, nec ordine ſuc-
ceſſiuo: ſed omnibus de familia,non cenſiderata
gradus prærogatiua fideicommiſſum deferendũ
erit gloſ.in d.l.vnum ex familia.in princip. verb.
mutetur,& in d.§.rogo. verb. datum eſt. Quam
ibidem Bal.& Paul. ſequuti fuerunt. Idque Pe-
trus de Peralta.in eodem.§.rogo.num.14. cum ſe
quent.ingenioſè, atque eleganter ex pluribus
probat.
¶Quod in electione conceſſa in fideicõmiſſo ſim
plici familiæ relicto,verum eſt:in fideicommiſſo
autẽ perpetuo,quod iure Maioratus relictũ fuit,
dicendum erit:ſolum Primogenitum ſuccedere
debere.Cum enim ea ſit Maioratus natura,vt in
eo non,niſi vnus ſuccedere debeat: conſequens
42 eſt,vt†electore nõ eligente fideicommiſſum ip-
ſum vni ſoli atque Primogenito proximiori, nõ
autem pluribus deferendum ſit: alias enim ſuc-
ceſſio menti Maioratus inſtitutoris contraria eſ-
ſet,Primogeniũmq.ipſum deſtrueretur,quod nul
latenus dicendũ eſt. Idque ex his,quæ ſupra lib.
1.ca.6.num.6.cum ſequen.diximus,facillimè cõ-
probari poteſt.Sed & hoc ipſum ſic reſoluit Gre
gor.Lopez in l.2.tit.15.par.2.in gl.ver.*En Eſpana*.
verſi.Sed pone,quòd mater,vbi inquit dictam le
gem.cùm quidam.in Maioratu non procedere.
Quod etiam dixit in fortioribus terminis Guido
Papæ.quæſtio.467.Idque proculdubiò verum eſ
ſe cẽſemus tametſi.D.Anto.de Padilla in d.l.cùm
quidam n.24.dixerit in hoc caſu rem ipſam indi-
uiduam remanſuram eſſe penes maiorẽ natu ſed
commoditates,redditus,ac prouentus eiuſdem
rei diuidendos eſſe inter omnes, qui ex familia
teſtantis proceſſerint.Hæc namque opinio natu
ræ Maioratum,atque Hiſpanorum conſuetudini
omninò contraria eſt.
43 ¶Electio†autem hæc ab ipſo electore illicò fa-
cienda eſt:niſi longiùs tempus ab ipſo teſtatore
conceſſum fuerit.Quanuis enim alias vbi electio
competit ex teſtamento annus ad eligendum cõ
cedatur,ex deciſ.tex.in l.fi.§. ſed ſi quis.C. com-
44 munia de lega.ille†tamen tex. de electione re-
rũ ex teſtamẽto conceſſa,non autem de perſona
rũ electione intelligendus eſt,ideoque is cui ele
ctio perſonarũ ſine ꝑfinitione tẽporis cõceſſa eſt:
ſtatim poſt factam requiſitionem cùm commodè
poterit eligere tenebitur.Quod Bar. in d. l. cùm
quidam num.8.per tex.ibi.ſic in ſpecie reſoluit.
Cuius opinionem Bal.Imol.Paul. & cæteri ibi-
dem ſequuntur:prout refert Peralta.ibi.nume.8.
verſ.Tertio nota.D.Anton.de Padilla in eadẽ. l.
num.23.qui hanc opinionem communem eſſe
profitetur.
¶Sed,&†is,cui inter plures de familia vnius ele
45 ctio commiſſa eſt,duos, ſeu etiam plures eligere
poterit.Non enim cenſendum eſt, teſtatorem vo
luiſſe fundum vni potiùs,quàm duobus relinque
re:ſed ſolùm fundum ipſum in familia conſerua
re.text.in l.vnum ex familia.§.ſi duos.ff.de leg.2.
Ideóque



Ideóq; quoties ex mente teſtantis colligi poteſt,
nedum voluiſſe fundum in familia cõſeruare,ſed
illum pręciſe, atque neceſſariò vni tantum relin-
quere,illius legis deciſioni locus nõ erit:imò fun
dus vni tantum, non autẽ pluribus relinquẽdus
eſt.Quod†in electione ad ſucceſſionẽ fundi iure
46 Maioratus relicti exẽplificari poteſt. Cùm enim
ſucceſſio duorũ, vel plurium Maioratui cõtraria
ſit:conſequens eſt,vt vnus ſolus eligẽdus ſit,nec
pluriũ electio admittatur. Idque comprehendi-
tur,ex his,quę eleganter dixit Bal.conſ.123.incip.
Reuerendiſſimus Pater.col.3.verſ.Concludendo
igitur lib.5.Bal.n.4.& Paul. n.2.in l.1.C.de cond.
inſert. Quibus plura cumulat Tiraq. in repet.l.ſi
vnquam,verb.ſuſceperit liberos.nu.115.cum ſeq.
C.de reuocan. dona. Petrus de Peralt. qui id ad
Hiſpanorum Primogenia deducit in d. l. vnũ, ex
familia.§.ſed ſi fundum.nu.4.vbi latiſſimè proſe-
quitur materiam. Quod proculdubiò verum eſt.
¶Ex quibus decidi poteſt ea quęſtio,quę frequẽ-
ter contingere poteſt:vtrũ† ſcilicet is,cui facul-
47 tas ad Primogeniũ inſtituendũ in perſona vnius
ex filiis ſuis cõceſſa eſt, poſſit ex ea facultate duo
Primogenia,vel plura in perſonis filiorũ ſuorum
inſtituere. In qua quęſtione Gregor. Lopez in l.
32.ti.9.part.6.in gloſ.in verb.*No valdra*. col.7.in-
quit parẽtem ex ea facultate poſſe duo, vel plura
Primogenia inter filios ſuos inſtituere. Quod
probat ex text. in d. §. ſi duos. & in l.1.in prin.§.
quanuis.ff. de aſſigna.liber.& ex eo etiam, quòd
maior fauor ſit filiorum,quòd inter eos plura Pri
mogenia diſtribuantur: quàm quòd inter omnes
vnus ſolus Maioratus fiat.Idipſum etiam repetit
in l.2.tit.15.part. 2. in gl.verb. *Si dexaſſe hijo o hija*,
ante fin.
¶Hæc autem opinio apud me ſatis dubia eſt, ſi-
quidem Regia facultas,quæ ad inſtituẽdum Ma-
ioratum conceditur, diſpenſatio eſt. Ex quo fit,
vt ſi ad vnum Maioratum inſtituendum conce-
datur, ad duos inſtituendos extendenda non ſit,
48 †cùm diſpenſatio ſtricti iuris ſit,nec de vno caſu
ad alium etiam maiorem rationem habentem
extendi valeat. text. in c. cui de non ſacerdotali.
de præbendis li.6.vbi diſponitur, quòd is,cui di-
ſpenſatio ad obtinendam vnam præbendam in-
tegram in vna Eccleſia conceſſa eſt, non poteſt
eius diſpenſationis virtute, dimidiam præben-
dam in eadem Eccleſia obtinere:quanuis diffici-
lius ſit obtinere præbendam integram, quàm
dimidiam.Idque ea ratione:quia diſpẽſatio odio
ſa eſt,nec ad caſum,etiam maiorem rationem ha
bentem extẽdi poteſt: idipſum etiam probat tex.
in c.ſuſceptum de reſcrip.lib.6.& in c.1.§.fin. de
fil.presbyter. eod. lib. vbi communiter Scrib.id
not.Ex quibus dixit eleganter Ant.de Butrio.in
49 c.cùm venerabilis.de exceptio.col.2. quòd † ha-
bens facultatem ad permutandum beneficium
ſuum,cum alio beneficio, non poterit illud,cum
duodus beneficiis permutare.Quod inquit ſe dè
facto conſultum reſpõdiſſe.Quibus plura cumu-
lauit Iaſ. in l. beneficium.ff.de conſtit.Princip.n.
37.cum plurib.ſeq.Cano.in c.ad aures.de reſcrip.
& alibi ſæpè Scrib.Idque verum eſt quanuis cõ-
trarium,imò quòd diſpenſatio de caſu ad caſum
ex maioritate rationis extendi valeat, probare
conentur.Decius in l.non debet cui, num.ſexto.
ff.de regul.iur.
¶Quod ex eo præſertim comprobatur, quòd vo-
luntas Regis eam facultatem concedentis in eo
potiſſimùm verſari ſolet: ſcilicet vt ipſius Maio-
ratus inſtitutoris familia, atque eius memoria
conſeruetur:nec in plures ſucceſſores diuidatur,
atque deſtruatur,ſintque viri nobiles,atque ditiſ
ſimi, qui rempublicam tueantur. Quæ ratio non
adeò militat in plurium Maioratuum: ſicut in
vnius inſtitutione. Non enim memoria adeò ex
pluribus Maioratib.modicis, ſicut ex vno ditiſ-
ſimo conſeruari ſolet,nec poſſunt à communiter
accidentibus ex vno patrimonio plura magna
Primogenia inſtitui. ¶ Idque ex eo maximè ful-
citur,quod ſi quis cõtendat vnius facultatis vir-
tute ad inſtituendum Maioratum conceſſę,poſſe
fieri duo Primogenia: pari ratione fateri debet,
poſſe fieri quinque,ſeu decem,vel plura ſi tot fi-
lios,vel nepotes inſtitutor habeat.Non enim le-
ges, quæ in contrarium adducuntur, numerum
reſtringunt.Quod nimis abſurdum atque contra
Principis facultatem concedentis voluntatẽ fu-
turum eſſet.Ideóque iuſtiùs atque rationabiliùs
videtur facultatem huiuſmodi, ad ſolam vnius
Maioratus inſtitutionem reſtringẽdum eſſe. Sic-
que quotidie is, qui facultatem ad Maioratũ in-
ſtituendum obtinuit, atque illud fecit: ſi poſteà
alium inſtituere voluerit nouam facultatem ad
ſecundum inſtituẽdum impetrare ſolet: niſi pri-
mum ex tertio & quinto:ſecundum autem ex Re
gia facultate facere voluerit. Id namq; ſibi per-
miſſum eſt.
50 ¶Imò quòd plus eſt†in hac ſecunda facultate ne-
ceſſariò eſt facienda mentio primæ: aliàs namq;
ſecunda facultas non valebit. Vbicunque enim
quis ad aliquid faciendum facultatem impetrat,
tenetur neceſſariò in ſecunda facere mẽtionem
de prima:aliàs autem ſecunda non valebit.tex.in
c.ſinali.de fil.presbyt.lib.6.Per quem text.notant
Scrib.ibidem,quòd diſpenſatio addita primæ diſ
penſationi,non valebit, niſi in ſecunda fiat mẽ-
tio de prima. Quod etiam in ſimili dixit Guillel.
de Cugno.in l.3.C.de Epiſcopa.audi.vbi elegãter
52 inquit,†non valere ſecundam remiſſionẽ crimi-
nis à Principe factam,in qua non fuit facta men-
tio de prima. Cuius dictũ refert & ſequitur Bal.
ibidẽ.n.4.Iaſ.in l.nec damnoſa.C.de precib. Im-
pe.offe.n.3.Io.Lupus in c.per veſtras. de dõ.inter
vir.& vxo.4.notab.nu.11. Dida.de Couarru.lib.1.
53 reſolu.c.20.n.8.vbi plura in idẽ adducit.Ex † qui-
bus vidi ſemel in forenſi cõtrouerſia maximo co-
natu attentari, non valere ſecundam facultatem
ad alienanda,ſeu hypothecanda bona Maioratus
conceſſam, in qua non facta fuit mentio de alia,
quæ ad ipſorum bonorum hypothecam,ſeu alie-
nationem ipſimet Maioratus poſſeſſori cõceſſa
fuerat.De quo,quia frequenter contingit,atque
diuerſam quodammodo rationem habet, infra
lib.4.dicetur.
54 Quibus†nõ obſtat tex.in d. §. ſi duos legis vnum
ex familia: nam vel ille text. in diſpenſatione ex
his,quæ prædiximus,non procedit,vel locum nõ
habet,quando voluntas diſponẽtis repugnat, vt
ſuperiùs oſtenſum eſt. Hic autem, vt paulò antè
diximus,voluntas Principis Maioratuũ plurali-
tati aduerſari videtur:ideóq;l.illa, quæ in diſpo-
ſitione teſtantis,in qua lata interpretatio faciẽda
eſt,loquitur,ad diſpenſationes,trahenda non eſt:
pręſertim aduerſus diſponentis pręſumptam vo-
luntatem. Quo pacto etiam reſponderi poteſt ad
text.in d.l.1.in princip. & in §.quanuis.ff.de aſſi-
gna.liber.

¶ Non etiam obſtat, ſi dicatur maiorem filiorum fauorem verſari in plurium Maioratuum: quàm in vnius inſtitutione. Hic namque fauor nõ omnium filiorum eſt: ſed illorum tantùm, in quibus Maioratus inſtituũtur. Ideóque vt fauor omniũ filiorũ conſiderandus non eſt. Quòd ſi forſan hoc conſiderandum eſſet præponderaret tamẽ familiæ conſeruatio, quæ melius in vno, quàm in pluribus, vt prædiximus cõſeruari ſolet. Similitérq; etiam, cùm filius Maior teneatur fratres egentes alere, atque ſorores etiam dotare, longè vtilius erit cęteris fratribus totum patrimonium in vno filio collectum eſſe, quàm in duobus, vel tribus diſtinctum ac diuiſum: cùm faciliùs poſſint, ab vno, eóque diuite alimẽta, ſeu dotes, quàm à pluribus exigere. l. ne in plures, cũ ſimi. ff. de exerci. Ideóque hæc ratio tanti æſtimanda non eſt, vt ex ea ab hac opi. tot iuribus, ac etiam rationibus comprobata, diſcedi valeat.

55 ¶ Econuerſo autem† is, cui conceſſa fuit facultas ad plures eligendos poterit vnum totum eligere Bart. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. nu. 1. ff. de lega. 2. Cuius dictũ refert & ſequitur Paul. in d. §. ſi duos. n. 2. vbi etiã Io. de Imol. opi. Bart. in d. §. ſed ſi fundũ, veram eſſe profitetur. Idẽ Paul. in l. cũ quidã. ff. de lega. 2. n. 4. Alex. in l. qui quartam. §. fi. ff. de lega. 1. n. 2. & 3. vbi Claũdius inquit hanc eſſe communem opinionem. Idem Alex. in l. Gallus. §. quòd ſi is. ff. de liber. & poſthu. n. 2. Peralta. in d. l. cùm quidam. nu. 12.

¶ Cõtrariam autem ſententiã veriorẽ eſſe cẽſuit Bar. ſibi contrarius per tex. ibi. in l. 1. n. 1. ff. de opti. leg. Bal. in l. 1. n. 31. C. de Sacr. ſan. Eccl. Deci. conſ. 471. nu. 9. D. Anto. de Padilla. in d. §. ſi duos. nu. 6.

¶ Sed hęc Scrib. cõtrouerſia vnico verbo diſſolui poteſt. Si enim eadem ratio militet in electione vnius, quæ in pluriũ electione, poterit vnus tantum eligi: et ſi in plurali eligendi facultas cõceſſa fuerit: ſi verò in electione vnius militet diuerſa ratio, ſeu defuncti voluntas aduerſetur, nõ poterit vnus eligi, ſed pręcisè, ac neceſſariò plures eligendi erũt. Quod ſic reſoluit Bal. in l. Iubemus. §. ſin autem. n. 2. C. ad Trebel. Paul. in l. 1. C. de cõd. inſer. n. 2. poſt Bal. ibi. n. 4. Alex. in d. l. q quartã. §. fi. n. 3. Deci. d. cõſ. 471. n. 8. & 9. & alibi ſępè Scrib.

56 ¶ Ex quibus decidi poterit, ea quæſtio† vtrũ, ſcilicet is, cui facultas à Principe cõceſſa eſt, vt inter filios ſuos poſſit inſtituere plura Primogenia, poſſit ex hac facultate vnũ tantũ Primogeniũ inſtituere, in qua. q. Greg. Lopius in d. l. 32. tit. 9. part. 6. in gl. in verb. *No valdra*. col. 7. & 8. inquit nõ poſſe: ſed neceſſariò plura Primogenia inſtituere aſtrictũ eſſe, quod probatur ex text. iũcta doctrina Bart. in d. l. 1. ff. de opti. lega. Et ex eo etiam, quòd maior fauor filiorum verſetur in plurium Maioratuum, quàm in vnius inſtitutione.

¶ Sed & hęc opinio dubia videtur. Ea namque facultas, qua parenti conceſſum eſt, vt plura Primogenia inſtituere poſſit non ita amarè ac præcisè interpretãda eſt: ſiquidem ex ea Princeps nõ arctat parentem, vt neceſſariò plura Primogenia inſtituat: ſed tantum ſibi permittit, vt ſi velit, illa facere poſſit. Quod in fauorẽ eius, non autẽ filiorum conceſſum eſt. Cum enim, vt ex ſupradictis cõſtat, ſi parenti cõceſſum eſſet, vt vnũ Primogeniũ inſtitueret, nõ poſſet ex ea facultate plura inſtituere. Vt ceſſet hęc difficultas concedit Princeps parenti, vt nedũ vnũ Primogeniũ, ſed etiam plura valeat inſtituere: ideoque id, quod eius fauore, atque ad ampliorem facultatem conceſſum eſt, non debet eiuſdem reſtrictionẽ operari: præſertim cum hoc totum ex parentis petitione, ac voluntate pendere ſoleat. Scimus enim facilius Principem parenti ſolitum eſſe concedere facultatem ad vnius Maioratus, quàm ad plurium inſtitutionem, quòd ſi illam ad plura cõcedit, id ad parentis inſtantiam, atque eius contemplationẽ facere ſolet. Qua ratione non eſt cur eã facultatem in fauorem filiorum cõceſſam eſſe dicamus. imò hæc omnia parentis liberę voluntati potius committenda erũt, qui ex ſuo libero arbitrio, ſiue vnũ, ſiue plura Primogenia inſtituere poteſt.

¶ Quod etiam alia ratione cõprobatur: quia ſi is, qui facultatem habet à Principe ad plura Primogenia faciẽda, vnũ Maioratũ ex dimidia bonorũ ſuorũ parte inſtituerit, & alia bona, ex quib. poterat aliud Primogeniũ facere, libera cęteris filiis relinquat, certiſſimũ eſt, q primus Maioratus valebit: cũ maior filiorũ fauor ſit, quòd ſibi bona libera, quàm Maioratui ſubiecta remaneãt. Ideoq; non videtur poſſe opinionem contrariam procedere, cum etiam quantitas, ex qua vnus vel alius Maioratꝰ inſtituẽdus erat, facilè taxari nõ poſſit.

57 Quibus † non obſtat text. in d. l. 1. ff. de opti. lega. quem Gregor. Lopius pro cõtraria opinione adducit. Is namque text. nedum eius opinionem nõ probat: ſed potius noſtram fulcit, atque comprobat, inquit námque Iuriſconſultis in eadẽ lege, quòd is, cui ſeruorũ electio legata eſt, tres poteſt eligere: non tamen in ea lege negatur, quòd poſſit eligere vnum vel duos: ſed ſolũ vſque ad tres ea lex electionem permittit, vt intra huiuſmodi numerum electio ipſa verſetur, non autem vlterius ꝓtrahatur. Quod text. ille clariſſimè probat, ſicque eum in ſpecie intelligit, atque declarat Alexan. in d. l. qui quartam. §. fi. ff. de leg. 1. nu. 3.

¶ Non etiam obſtat ſi dicamus, huiuſmodi facultatem diſpenſationẽ eſſe: ideóque ſtrictè eſſe intelligendam, atque interpretandam. Nã quanuis diſpenſatio ſtrictè interpretanda ſit, nullo tamẽ iure diſpoſitum eſt, quòd is, qui habet diſpenſationem, ad duo facienda non poſſit in vno, & non in alio diſpenſatione vti. Cum igitur, vt prædiximus, facultas hæc ſic intelligenda ſit, vt ex ea parens poſſit plura Primogenia facere, non autem ad illa neceſſariò facienda aſtrictus ſit, cõſequens eſt, vt ſi vnum fecerit, ipſi facultati omninò ſatiſfaciat. Nec hoc ſit contra eius mẽtem, nec verba etiam, ſi ſtrictiſſimè interpretari debeat.

¶ Nõ obſtat etiam fauor filiorum, qui verſatur in pluriũ Maioratuum potius, quàm in vnius inſtitutione. Ad hoc namq; reſponderi poteſt, prout in præcedenti quæſtione reſponſum eſt. Ex quib. etiam patebit reſpõſio, ad alia, quæ Greg. Lopius pro cõtraria opinione adducit, quæ pro ea parũ, aut nihil ſtringunt: quòd verum atque probabile mihi videtur, niſi verba facultatis adeò præciſa ſint, vt ex eis parenti non ſolũ facultas plura Primogenia inſtituendi cõcedatur, verum etiam ex eiſdem ad ea neceſſariò inſtituenda aſtrictus ſit. Quod rarò continget.

58 ¶ Is† autẽ, cui eligendi facultas cõceſſa eſt, nõ poterit ſeipſum eligere. l. ſi mandauero. §. ſi tibi cẽtum. ff. mãdati, vbi gl. & cõmuniter Scrib. gl. in l. planè. ff. qđ cuiúſq; vniuerſitatis nomine. vbi Bar. & cõmuniter Scrib. id notãt gl. etiã cõmuniter ſequuta in c. cũ in iura peritus, de electioni. Bal. & Paul. ĩ l. ſi is, cui. C. de furtis. Quib. plura cumulat Petrus



Petrus de Peralta in d. l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de lega. 2. n. 3. & 4. cum ſeq. Vbi latiſſimè proſequitur materiam.

59 ¶ Imò† is etiam, cui facultas eligendi cõceſſa eſt, filium ſuum in poteſtate eligere non poterit: quãuis filium emancipatum eligere poſſit. Sícque intelligenda eſt doctrina Salic. in d. §. ſi tibi cẽtum, qui cenſuit illum cui electio commiſſa eſt, filium ſuum eligere non poſſe. Et etiã alia Bal. doctrina. in l. illud. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, qui contrarium exiſtimat: prout optimè eorum dicta conciliat, atque declarat Petrus de Peralta. in d. §. rogo. n. 6. Qui hæc omnia ad plurium legũ Regiarum intellectum deducit.

60 ¶ Hoc† tamen non procedit in Maioratibus, vbi vltimo poſſeſſori electio commiſſa eſt, is namq; poterit proculdubiò filium ſuum in poteſtate ad eiuſdem Maioratus ſucceſſionem eligere. Quod probatur euidẽtiſſima ratione: nã ratio & cauſa finalis quare is, cui facultas eligendi cõceſſa eſt, non poteſt eligere filium ſuũ in poteſtate (prout præfati Doctores aduertunt) eſt, quia eligendo filium in poteſtate, cenſetur ſe ipſum eligere: cùm ipſe debeat cõmodo electionis frui, ex eo, quòd ſibi competere debet bonorum Maioratus vſusfructus, qua ratione poteſt filium emancipatum nominare, vt ſuperiùs oſtendimus. Cùm igitur in Maioratibus electio, quæ ab vltimo poſſeſſore facienda eſt, poſt mortem parentis conferatur, ceſſétque commodũ vſusfructus, atque ſimiliter ceſſet ratio, ex qua electio de filio in poteſtate fieri non poterat: conſequẽs eſt, vt vltimus Maioratus poſſeſſor, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem conceſſa eſt, poſſit filiũ in eius poteſtate cõſtitutum, ad eiuſdem Maioratus ſucceſſionẽ eligere. Imò id Maioratus ſucceſſioni, magis conueniens erit, cum ea ſemper de parente in filium ex Maioratus natura continuãda ſit. Si verò facultas eligendi non vltimo Maioratus poſſeſſori, vel ſucceſſori, ſed alii commiſſa fuerit, is non poterit filium in poteſtate ad eius ſucceſſionem eligere; emancipatum verò ſic, vt ſuperius oſtenſum eſt.

61 ¶ Quando† autẽ duobus, vel pluribus electio ad Maioratus ſucceſſionẽ commiſſa eſt, poteſt vnus alterum eligere, atque alter electioni de ſe factæ conſentire. tex. in c. cum in l. iure peritus, de electio. Per quem tex. id exiſtimat Abb. ibidem. n. 4. poſt Hoſti. Inno. & Compoſte. adiiciens, hãc eſſe cõmunem opi. reprobata gl. ibi, quæ contrariam opi. ſequuta eſt. Idque ipſum probat tex. in c. cum in veteri. eod. ti. l. planè iuncta gl. ibi. verb. *Poteſt*. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, & vtrobique per Scrib. Peralta, qui hanc aſſerit communẽ op. in d. l. vnum ex familia. §. rogo. n. 10. vbi tamẽ ipſe allegat pro hac opinione. glo. in d. c. cùm in iure cùm ea gl. contrariam opi. apertiſſimè ſequatur. Eámque opinionem reprobata glo. in d. c. cùm in iure ſequitur Grego. Lopius in Maioratu loquẽs in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *Y eſto vſaron ſiempre*.

62 ¶ Sed† hæc eligẽdi facultas perſonaliſſima eſt, atque in ea induſtria perſonæ eligitur: ideoque ad hæredes non tranſit. Quãuis enim eligendi facultas, quæ venit in conſequentiam alicuius iuris præambuli iure proprio competẽtis ad hæredes tranſitoria ſit. l. ſtipulatus fuerim illud aut illud. ff. de verb. obli. l. ſeruus ſi hæredi. in prin. ff. de ſtatu lib. Si tamẽ electio cõpetat nomine alieno, ſeu non veniat in conſequentiam iuris præãbuli iure proprio competentis, ea eligendi facultas ad hæredes tranſire non poterit. Is namque, qui ius eligendi confiſus eſt, de aliquo, cenſendus nõ eſt, illud confidiſſe de eius hærede. l. ſi quis arbitratu vbi Barto. & communiter Scrib. id notant. ff. de verb. oblig. l. cùm quis, vbi Iaſ. nu. 1. 2. & 3. ff. eod. Petrus Pechius in tractatu, de teſtamentis coniugum. c. 14. n. 2. cũ ſeq. & alibi ſæpè Scrib. id notãt.

63 ¶ Ex† quibus etiã cõſequitur huiuſmodi eligendi facultatem inceſſibilem eſſe in aliúmque tranſferri non poſſe. d. l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de verb. obli. vbi Bár. Iaſ. & communiter Scrib. id notant. l. fi. in prin. ff. eo. tit. Tiraquel. de retractu. Lignagier. §. 26. gl. 1. nu. 73.

---

*SVMMARIA.*

1 *Elector cuius voluntati electio perſonarum commiſſa eſt, poteſt eligere indignum indignitate facti.*

2 *Verba liberam facultatem denotantia, quæ ſint.*

3 *Elector, cui facultas libera conceſſa eſt, ad Maioratus electionem poteſt omiſſo Primogenito, Secundo vel Tertiogenitum eligere: etiamſi Maior natu dignior ſit.*

4 *Elector, cui libera facultas eligendi conceſſa eſt, poteſt ad Maioratus ſucceſsionem filiam etiam natu minorem omiſſo filio Primogenito eligere.*

5 *Elector, cui libera eligendi facultas conceſſa eſt, non tenetur eligere proximiorem, nec ſeruare ordinem circa electionem faciendam.*

6 *Inſtitutor Maioratus poteſt vigore Regiæ facultatis Primogenium in perſona filiæ relicto filio maſculò inſtituere.*

7 *Elector, cui libera eligendi facultas conceſſa eſt, poteſt inimicum etiam inſtitutoris eligere.*

8 *L. Lucius Titius. §. Lucius Titius Damam. ff. de lega. 2. declaratur.*

9 *Elector, cui libera eligendi facultas conceſſa fuit, non poteſt eligere inimicum teſtatoris, ſi inimicitia poſt Maioratus inſtitutionem orta fuit.*

10 *Elector, cui libera facultas conceſſa eſt, non poteſt inimicum capitalem inſtitutoris eligere.*

11 *Elector vtrum poſsit eligere inimicum capitalem inſtitutoris: quando ipſe inſtitutor deceſsit contritus & confeſſus.*

12 *Remittens odium & rancorem poteſt nihilominus actiones iniuriarum exercere.*

13 *Executor poteſt bona diſtribuere inter pauperes etiam teſtantis inimicos.*

14 *Facultas lata atque abſoluta, à Iuriſconſultis his, quibus liberum eligendi arbitrium relinquitur, conceſſa fuit.*

15 *Inſtitutor Maioratus in quantumcunque libera eligendi facultate, non eſt cenſendus, de electione doloſa cogitaſſe.*

16 *Libera eligendi facultas non debet ad actum prohibitum, ſeu doloſum extendi.*

17 *Verbum, volo, ad actum licitum & permiſſum, non autem ad actum regulatum ex voluntate corrupta referendum eſt.*

18 *Dolus malus exceptus cenſetur, in quacunque ampliſſima commiſſione.*

19 *Lata culpa in libera commiſſione excepta non videtur.*

20 *Elector quando electionem doloſè facere dicendus ſit.*

21 *Electio indigni indignitate facti, etiam ſcienter facta ab habente liberum arbitrium, non dicitur doloſa.*

22 *Electio facta de indigno indignitate facti, etiam ab habente liberum arbitrium non valet, ſi ex odio iniuſto facta fuerit.*

23 *Electio facta de Secundogenito prætermiſſo Primogenito, ex odio iniuſto: vtrum valida ſit.*

24 *Electorem eligere indignum indignitate facti omiſſo digno, ex inimicitia qualiter probandum ſit.*

25 *Matrimonium contractum ab eo, qui laborat in extremis validum eſt, filiíque antea nati ex eo, legitimi efficiuntur.*

26 *Filij nati ex matrimonio in articulo mortis contracto, excludunt ſubſtitutum.*

27 *Filij nati ex matrimonio contracto, ab eo, qui laborat in extremis non excludunt ſubſtitutum: ſi probetur aliunde matrimonium in fraudem ſubſtituti contractum fuiſſe.*

28 *Monaſterium excludit ſubſtitutum: etiamſi monachus in extremis conſtitutus profeſſionem fecerit.*

29 *Ingreſſus religionis factus à conſtituto in extremis non excludit ſubſtitutum: ſi conſtet in ſubſtituti fraudem factum fuiſſe.*

30 *Electio de indigno indignitate facti, ad Maioratus ſucceſſionem pretio facta, doloſa, ac nulla cenſenda eſt.*

31 *Elector, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, tenetur illam gratis facere, atque expedire.*

32 *Elector, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa fuit, eſt debitor ipſius electionis.*

33 *Actus, qui gratis fieri debet: ſi pretio interueniente fiat, dicitur fieri turpiter, ac doloſè.*

34 *Arbiter non poteſt aliquid accipere pro arbitrio explicando.*

35 *Electus ad Maioratus ſucceſsionem pretio interueniente dicitur electus ſimoniacè.*

36 *Inſtitutio atque legatum, ſeu fideicommiſſum pretio interueniente, fieri non poteſt.*

37 *Electio ſpe pretij, vel pretio interueniente fieri non poteſt.*

38 *Munera obcæcant animos prudentum, & ſubuertunt verba iuſtorum.*

39 *Electio ad Maioratus ſucceſſionem pretio facta vitiatur etiamſi de digno, ſeu digniori facta fuerit.*

40 *Actus, qui de per ſe ſumptus honeſtus eſſet, efficitur turpis, ſi pro eo expediendo aliquid exigatur.*

41 *Electio facta ad Maioratus ſucceſſionem pretio interueniente vitiatur, etiamſi pretium non ab electo, ſed ab alio, eo ignorante datum ſit.*

42 *Sententia venalis nulla eſt, ſiue is, in cuius fauorem pronuntiatur, ſiue alius eo ignorante iudicem corrūperit.*

43 *Inſtitutio pretio facta nulla eſt, ſiue pretium ab inſtituto, ſiue ab alio eo ignorante datum fuerit.*

44 *Pecunia data ab aliquo pro electione alterius præſumitur data electo mandante, vel conſentiente.*

45 *Delictum ſemper præſumendum eſt commiſſum fuiſſe ab eo, qui ex illo commodum ſentit.*

46 *Elector, in cuius arbitrium electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, debet neceſſariò dignum eligere: non tamen tenetur eligere digniorem.*

47 *Elector, in cuius arbitrium electio commiſſa eſt, quare iure fori non teneatur digniorem eligere.*

48 *Electio facta de digno, omiſſo digniori valet: etiamſi à principio fuerit appellatum, in caſu, quo dignior nō eligatur.*

49 *Verba, ex quibus comprehenditur electionem non voluntati, ſed arbitrio commiſſam eſſe.*

50 *Elector in foro conſcientiæ ſemper tenetur digniorem, ac meliorem eligere.*

51 *Elector, qui habet duas voces, vnam nomine proprio, & aliam nomine alieno, non poteſt vnum eligere nomine proprio, atque alium nomine alieno.*

52 *Communis dicendi ratio, ad tex. in c. ſi quis iuſto. §. porrò, de electio. lib. 6. taxatur.*

53 *Vera, ac noua dicendi ratio, ad tex. in d. §. porrò aſſignatur.*

54 *Electio digni prætermiſſo digniori iure canonico etiam permiſſa eſt.*





55 *Permiſſio iuris Canonici, à peccato non liberat quando id à iure Canonico non diſponitur: ſed ſolum permittitur, vt maiora inconuenientia vtentur.*

56 *Decipiens aliquem etiam intra dimidiam peccat: quamuis ius Canonicum deceptionem vltra dimidiam permittat.*

57 *Eligens dignum prætermiſſo digniori: vtrum ad reſtitutionem teneatur.*

58 *Eligens dignum prætermiſſo digniori tenetur vbi alia electio occurrerit propenſiorem curam habere dignioris prætermiſſi.*

59 *Vtrum is, qui Primogenium ex facultate Regia ſeu ex legibus Regiis inſtituit, teneatur in foro cōſcientiæ inter filios eligere digniorem.*

60 *Iuſtitia commutatiua, nec diſtributiua, non violatur in bonorum patrimonialium diſtributione: ſi ea à vero domino fiat.*

61 *C. fœminæ. C. de ſecund. nupt. declaratur.*

62 *Veteris teſtamenti inſtituta in Primogenitura potiùs ætatis prærogatiuam: quàm cæteras qualitates ſequuntur.*

63 *Præcepta legalia ſeu iudicialia legis veteris non aſtringunt: niſi quatenus in nouo teſtamento approbata fuerint.*

64 *Pater poteſt in perſona filij natu maioris Primogeniū inſtituere, dummodò dignus ſit, prætermiſſis filiis dignioribus.*

65 *Elector vtrum poſſit ad officia ſecularia in foro conſcientiæ dignum eligere, digniori prætermiſſo.*

66 *Nobiliores, ac meliores ad officia ſecularia eligendi ſunt.*

67 *Pleniſſima diſtinctio ac reſolutio, quo ad forum conſcientiæ in materia aſſignatur.*

68 *Inſtituens ex propriis bonis Maioratum, cui iuriſdictio annexa eſt, poteſt in foro poli eligere dignum prætermiſſo digniori.*

69 *Fundator eccleſiæ poteſt eidem in foro conſcientiæ præficere dignum digniori prætermiſſo.*

70 *Pater poteſt in foro conſcientiæ filium indignum indignitate facti in quinta bonorum portione meliorare.*

71 *Elector, cui liberum arbitrium conceſſum eſt, non poteſt eligere indignum: quanuis is qui ſibi arbitrium conceſſit illum eligere potuiſſet.*

72 *Inſtitutor Maioratus, ſeu elector, qui ad ſucceſſionem Maioratus elegit indignum, vel dignum prætermiſſo digniori: vtrum ad reſtitutionem teneatur.*

73 *Aeſtimatio digni ſeu dignioris inter filios ad Maioratus ſucceſſionem qualiter facienda eſt.*

74 *Meritorum collatio non debet eſſe anxia & ſtricta.*

75 *Acceptans Maioratus ſucceſſionem electione non peccat: etiamſi indignitate facti indignus ſit.*

76 *Acceptans officium ſeu dignitatem, ad quam inſufficiens, ſeu indignus eſt, peccat mortaliter.*

77 *Acceptans Maioratus ſucceſſionem, ad quam electus eſt, peccat mortaliter: ſi ea indignitate iuris indignus ſit.*

## *Vtrum is, cui electio ad Maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignum, ſeu etiam indignum eligere, digniori prætermiſſo.*

### CAPVT V.

VT autem materiam, de qua in præcedenti capite tractauimus proſequamur, atque etiā perfectè reſoluamus in hac parte, queſtio illa celebris, ac frequentiſſima reſoluēda erit: vtrum, ſcilicet is, cui electio ad Maioratus ſucceſsionem commiſſa eſt, teneatur eligere dignum, an poſsit eligere illum, qui dignus nō eſt, vel dignum prætermiſſo digniori. In qua quæſtione diſtingui ſolet. Aut enim electio in voluntatem alicuius commiſſa eſt, aut in arbitrium alterius collata.

1 In prima ſpecie: quando, † ſcilicet electio in vo-
luntatem alterius commiſſa eſt, dicendum erit,
eum, cuius voluntati electio committitur, non
teneri præcisè dignum eligere, ſed poſſe etiā eli-
gere eum, qui indignitate facti indignus eſt: dū-
modò is indignitate iuris indignus nō ſit. l. cum
quidam. ff. de lega. 2. Per quem text. dicunt Bar. &
Scriben. in proprio loco, quòd quando cōmiſsio
electionis, vel declarationis perſonarum relin-
quitur in alicuius voluntatem, is poterit eligere
indignum, prætermiſſo digniori. l. cùm pater. §.
rogo, vbi etiam Barto. & cæteri Scriben. id notāt.
ff. eodem. Bartol. & Scrib. in l. 1. ff. eod. ti. gloſſ. vbi
cōmuniter omniū Scrib. in l. ex facto. §. ſi quis ro
2 gatus. el. 2. ff. ad Treb. Idq; † in electione cōmiſſa,
per verba: liberam & abſolutam voluntatem de-
notantia. De quibus per Bart. & Scriben. in l. 1.
ff. de lega. 2. & in l. fideicommiſſa. §. quanquam,
& §. ſi ſic. ff. de lega. 3. Et meliùs in extrauag. ad
reprimendam in gloſſ. verb. *Videbitur.* & in aliis
verbis ſimilibus indifferentèr abſolutiſsimum
eſt.
3 ¶Ex quibus † infertur eum, qui à Maioratus inſti-
tutore liberam eligendi facultatem obtinuit, poſ
ſe iure fori, ex eis, inter quos electionem facere
debet filio maiori natu prętermiſſo, filiū ſecundo

genitum, ſeu etiam vlteriorem eligere: etiamſi
maior natu dignior ſit, dummodò is, qui ab eo
electus fuerit indignus indignitate iuris nõ exi-
ſtat. Quòd preterquã, quod ex d.l.cùm quidam,&
ex his,quæ paulò antè adducta ſunt, appertiſſimè
probatur, ex eo etiã apertiſſimum redditur, quòd
ſi is, cui ex diſpoſitione Maioratꝰ inſtitutoris eli-
gendi facultas cõceſſa eſt, neceſſario aſtrictus eſ-
ſet, ſemper filium maiorem natu eligere, facultas
eligendi inutilis redderetur, quod dicendum nõ
eſt.l.2.ff.de opti.lega.l.1.in princ.& quaſi per totũ
tit.ff.de aſſignan.lib. Quod etiam in feudis pro-
bari videtur ex text.in ca.1.§.& quia vidimus.ibi.
*In quẽ, ſcilicet dominus hoc vellet beneficiũ confirma-
re.* vbi Bald.n.18.de his,qui feud.dare poſſunt, in
vſib. feud. Idque etiam in Maioratu ſic reſoluit
Grego.Lopez in l.2.tit.15. part.2. in gloſſ.in verb.
*Y eſto vſaron ſiempre.*
4 Ex eiſdem etiam† infertur eum, cui libera electio
à Maioratus inſtitutore relicta eſt, vt inter filios
& filias, quẽ vellet ad eiuſdẽ Maioratus ſucceſ-
ſionem eligat, poſſe ad eius ſucceſſionem filiam
fœminam minorem natu, excluſis filiis maſculis
etiam natu maioribus eligere. Quãuis enim ea ſit
Maioratus natura, vt in eo filia etiã maior natu,
ſtantibus filiis maſculis non ſuccedat: in hoc ta-
men Maioratu, in quo ex libera electione ſucce-
dendum eſt, non eſt ſeruãdus ſucceſſionis ordo,
ſed libera electionis facultas electori relinquen-
da, vt poſſit eligere etiam remotiorẽ ſeu illũ, qui
ab alio ex ſucceſſionis ordine, ſecluſa electione,
aliàs præcederetur: dummodo electus eiuſdẽ ele-
ctionis incapax non ſit. Quod probatur ex tex.qui
ad id eſt mihi notabilis in l. vnum ex familia.§.ſi
de Falcidia.ibi. *Eodẽ vel diſpari gradu.* ff.de lega.2.
5 Per quẽ text.dixit Bar.in proprio loco.n.4.ꝙ† is,
cui libera electio cõmiſſa eſt, non tenetur eligere
proximiorẽ. Quod etiam repetit Bal.in d. §.ſi de
Falcid.verſ.itaque, primo notab. dicẽs, ꝙ is, cui
electio commiſſa eſt nõ tenetur ordinem ſeruare
circa electionẽ faciendam. Idque etiã dixit Pau.
ibidem nu.2.& Imol.poſt prin.& Petr.de Peralta
in d.§.ſi de Falcid.nu. 12. vbi id optimè declarat,
quod in d. l. cùm quidam. per text. ibi plures ex
Scriben.cenſuerunt.
¶Quod etiam ad Regias facultates extẽdi poteſt,
quibus cõcedi ſolet, vt Maioratus inſtitutor poſ-
ſit illũ in perſona filij vel filiæ, prout ſibi libue-
6 rit, inſtituere. Is† nãque, qui huius facultatis vir-
tute Maioratũ inſtituere voluerit, poterit ad eiꝰ
ſucceſſionem filiam, relicto filio maſculo, primo
loco vocare. Quod ex ſupradictis apertiſſimum
redditur, tametſi contrariũ in hac ſpecie reſolue-
rit Gregor.Lopez in l.3.ti.13.part.6.in gloſſ.verb.
*Mugeres.* col.3.verſi.Ex his inferre poteris: quod
etiam repetit in l. 2.tit. 15. par.2. in gloſſ. verb.
*Hijo varo.* Ea namque, quæ ipſe pro hac opin.ad-
ducit intelligenda ſunt, quãdo ſcilicet, iuxta Ma
ioratus, ſeu feudi naturam ſuccedendum eſt, nec
verba diſpoſitionis præciſè repugnãt, vt ex iuri
bus, quæ ab ipſo citãtur apertiſſimè comprehen
ditur. Secùs autem dicẽdum erit, quãdo ſuccedi
debet ex libera eligentis voluntate, quæ (vt ſupe
riùs diximus) ſucceſſionis naturæ, atque ordini
ſubiecta non eſt, ſed elector poteſt quemcunque
voluerit eligere, dummodò is incapax ſeu indi-
gnus indignitate iuris non ſit.
7 ¶Quæ omnia adeò vera ſunt, vt † is, qui à Maiora
tus inſtitutore facultatem eligẽdi, per verba li-
beram voluntatem denotantia obtinuerit: poſſit
etiam inimicum inſtitutoris eligere. Idque pro-
batur ex tex.in d.l.cùm quidam.verb.*Offenderint*
vbi Bald.& communiter Scrib.id notant.
8 ¶Quibus† non obſtat deciſio text.in l.Lucius Ti
tius.§.Lucius Titius Damam.el. 2. ff. de leg.2.
vbi diſponat ſub generali diſpoſitione nunquam
cenſeri comprehenſum eum, qui teſtator odio-
ſus, ſeu inimicus eſt. Ea nãque lex intelligenda e-
rit, niſi teſtator dederit facultatem alicui eligen
di quem vellet per verba liberam voluntatem
denotantia. Tunc nãque is, huius tam liberæ cõ-
miſſionis virtute, poterit etiã teſtatoris inimicũ
eligere, vt in ſpecie dixit Paul.Caſtrẽ.in d.l.cùm
qdã.n.2.quẽ ſequitur ibi.d.Ant. de Padilla.n.14.
9 ¶Hoc tamẽ dupliciter intelligendũ erit. †Primò,
vt ſolùm procedat, quando inimicitia ante Maio
ratus inſtitutionem orta fuit. Imputatur nãq. ei,
qui ſciẽs aliquẽ cognatũ, vel agnatũ ſibi offensã,
intuliſſe, tã amplam eligẽdi facultatem cõceſſit:
ſecus autem, ſi poſt Maioratus inſtitutionẽ orta
fuerit, vel ad Maioratus inſtitutoris notitiã per-
uenerit: tũc namque nõ eſt quod ſibi imputetur.
Ideóque is, cuius voluntati electio commiſſa eſt,
nõ poterit inimicũ inſtitutoris eligere. Quod di-
xit Bal.in d.l.cùm quidam. co.ſi, verſi.Quæro pri-
mo. Cuius dictum refert & ſequitur Paul. ibi. d.
n.2.& Petr.de Peralt.n.6.
¶Secundò hoc etiam ſubintelligendũ erit: niſi ea
10 inimicitia capitalis ſit. Ex† quacuq. enim ampliſ-
ſima eligendi facultate, nõ poterit quis inimicũ
capitalem Maioratus inſtitutoris eligere, ſiue ini
micitia ante Maioratus inſtitutionem, ſiue pòſt
orta fuerit, ſiue etiam inſtitutor illã ſciuerit, ſiue
ignorauerit. Quod ſatis elegãter notat Raph.Cu
ma.in d.l.cũ quidã.quẽ ibi ſequitur Angel. Idq.
ipſum probant Petr.de Peralta, ibidẽ, & D.Ant.
de Padilla.n.4.quod verũ mihi videtur. Nõ enim
veriſimile eſt, nec in rectũ ſenſum cadere poteſt
Maioratus inſtitutorem ſenſiſſe illũ, cũ quo capi
tales inimicitias cõtraxerat, ad eiuſdẽ Maioratus
ſucceſſionem ex quantumcunq.libera atque vo-
luntaria eligendi facultate, admittendum eſſe.
11 ¶Nec † in hac ſpecie, exiſtimo probandam eſſe li-
mitationẽ illã, quã ad ſuperiùs adducta aſſigna-
uit Bal.in l.id quod pauperibus.n.34.C.de Epiſc.
& cler.dicens, ꝙ quãuis is, cui cõmiſſa eſt electio
nõ poſſit eligere inimicũ teſtatoris, ex deciſ.tex.
in d.l.Lucius Titius.§.Lucius Titius Damam. Id
tamen fallit, niſi teſtator deceſſerit confeſſus &
contritus: quia ex hoc cenſetur odium atque ini
micitiam remiſiſſe, vt not.Inſtit.de iniu.§.ſi. Qua
ratione conſulit, vt fiat articulus, quod teſtator
deceſſit in hoc ſtatu. Cuius dictum refert Peralt.
in d.l.cùm quidam n.7.
¶Hæc nãque limitatio proculdubiò vera non eſt,
ſi quidem is, qui decedit cõfeſſus ac cõtritus ſo-
lũ odiũ, ſeu rãcorem (vt noſtri appellant) remiſiſ-
ſe cenſendus erit, non autẽ ex eo, ꝙ odiũ, quo ad
forũ animæ remiſerit præſumẽdus eſt bona Ma-
ioratus ad inimicũ ſuum voluiſſe deferri. Longè
nãque diuerſum eſt pſumere, ꝙ qs odiũ remittat
vel ꝙ inimicũ etiã pmio afficiat. Ideóq. etiã in eo,
q cõtritus & cõfeſsꝰ deceſſit, regula.d.l.Luciꝰ. ſer
12 uãda erit: prout† in ſimili dicimꝰ, de eo, q odiũ re
miſit, vt nihilominùs poſſit actiones iniuriarum
exercere. Bar.cõmuniter ſequutꝰ ab Scri.in l.ſi ti
bi decẽ.§.quædã.n.3.ff.de pact.gl.in c.qa Præſula
tꝰ.1.q.4.& in c.ſi qs cõtriſtatꝰ.50.diſt.Fel.in Rub.
de treug.



de treug. & pac.n.2.& in c.ea noſcitur. de ſentẽ.
excommu. Cagnol.in l.id quod noſtrum.ff.de re
gul.iur.n.13.& eſt communis, ac vera reſolutio re
probat.opin.glo.in d.§.ſi.inſti.de iniur. Quæ fuit
vnicum Baldi fundamentum.
13 ¶Poſſet† autẽ admitti opinio Bal.in caſu, in quo
ipſe loquitur, quãdo ſcilicet electio data eſt ad di
ſtribuẽda bona defũcti inter pauperes. Cũ enim
in hac ſpecie ſola pietatis ratio cõſiderari poſſit,
credendum eſt teſtantem, qui confeſſus, & con-
tritus mortuus fuit, ab hoc pietatis opere ini-
micos, quibus iam odiũ, quo ad cõſcientiæ forũ
remiſerat, nõ excluſiſſe, imò forſan id ipſum dicẽ
dum eſſet: ſi nõ probaretur in hoc caſu teſtatorẽ
cõtritum atq. cõfeſſum deceſſiſſe, cùm vel id præ
ſumendum ſit, vel quo ad eleemoſynã nõ ſit con
ſiderandum, vtrũ pauperes teſtantis inimici fue
rint, cùm in his perfectius charitatis opus exer-
ceatur, ꝙ ſolum, nõ autẽ odiũ, ſeu inimicitiam te-
ſtãtem cõſideraſſe credẽdũ eſt. Quæ ratio in Ma-
ioratibus, vbi de familiæ cõſeruatione tractatur,
nõ ꝓcedit, cùm (vt prædiximus) veriſimile nõ ſit
eorundem inſtitutores, qui etiã cõtriti, atq. cõfeſſi
deceſſerunt, ſuæ familiæ diuitias, decus, atq.orna
menta ad inimicos ſuos voluiſſe deferri. Quod
ſatis probabile mihi videtur.
14 ¶Ex † quibus cõprehẽdi facilimè, poterit, quam
lata atq.abſoluta licẽtia à Iuriſcõſultis his: quib.
eligẽdi libera volũtas relinquitur cõceſſa fuerit,
cùm is, cui libera eligendi facultas conceſſa fuit,
nullis ſucceſſionum, nec Maioratuũ regulis, nec
etiam iuris cõmunis deciſionibus adſtrictus ſit,
poſsítque indignum indignitate facti, omiſſo di
gno, atque etiam digniori ad Maioratus ſucceſ-
ſionem eligere. Quod vltimum à Chriſtianis vi-
ris alieniſſimum eſſe debet, vt ſtatim videbimus.
¶Hæc autem, quam prædiximus regula reſtringi
15 atq. limitari ſolet, niſi† electio facta de immerito
atque indigno, indignitate facti doloſè facta fue
rit. De hac nãque doloſa electione teſtator in ele
ctionis libera conceſſione ſenſiſſe cenſendus nõ
eſt.l.creditor.§.Lucius.ff.mãda. Quod Bar.in d.l.
cùm quidã.ff.de lega.2.n.2.profitetur, cuius ſen-
tentiam ſequutus fuit Petrus de Peralta ibidẽ n.
etiam 2. Idem Bar.in l.fideicõmiſſa.§.ſi ſic.n.5.ff.
16 de lega.3. Quanuis† enim actus in liberam volũ-
tatem alterius relictus ſit, volũtas hæc non debet
ad actum prohibitum ſeu doloſum extendi, vt di
xit glo.in c.humanũ genus.verb.*Vult.* 1.diſtin. Ex
17 qua deducũt Abb.Domi.& Feli.ibidem†: verbũ
*Volo*, ad actum licitum, & permiſſum: non autem
ad actum regulatum ex voluntate corrupta refe
rendum eſſe. Quod etiam dixit Peralta, qui plura
refert in l.1.n.73.ff.de lega. Idque veriſſimum eſt.
18 In† quacũque enim ampliſſima cõmiſſione, ac fa
cultate ſubintelligenda eſt ea clauſula, vt ſcilicet
dolus malus exceptus videatur.d.l.creditor.§.Lu
cius, vbi Bar.& communiter Scrib.id not.l.in vẽ
ditione.§.1.ff.de bo.autho.iud. poſſi.l.ſi procura-
tor.verſ.Quòd ſi indebitũ.ff.de cõdi.indebi. Iaſſ.
qui plura refert in §.in bonæ fidei.n.4.cum ſeq.
19 inſti.de actio. ¶Quod† in electione doloſè facta,
nõ autẽ in ea, quæ culpa lata interueniẽte facta
fuit, procedit, ac verũ eſt. Quãuis enim culpa lata
dolo æquiparetur: non tamen eſt dolus verus, ſed
præſumptus gl.ordinaria.in l.magna negligẽtia.
ff.de verb.ſign.verb.*Dolus.* Bar. & cõmunis Scri.
in d.l.quod Nerua. Ideóq. lex, quæ inquit, in qua
libet libera facultate dolum malum exceptũ cen
ſendum eſſe, non ſic intelligenda erit, vt etiã cul
pam latam excipiat: imò libera facultas culpam
latam etiam comprehendet. Quod dixit ſatis ele
ganter Bartol.Soci.ſic intelligens text.in d.§. Lu
cius.in l.cùm filiusfamilias.num.3.ff.de ver.obli-
gat. Cuius dictum refert & ſequitur Peralta. in
d.l.cùm quidam.num.2.quod probabile mihi vi-
detur, ex deciſ.text.in d.l.cùm quidam, & ex his,
quæ ex ea lege Scrib.annotare ſolent, eo præſer-
tim, quòd ſit regulare: quòd quando lex de dolo
meminit, lata culpa non comprehendatur, præ-
ſertim quoties quis ex dolo iure ſuo in pœnã pri
uari prætenditur.tex.in §.ſuſpectus, vbi gl.verb.
*Ob culpam*, & gl.verb.*Non æquè.* Inſtit.de ſuſpect.
tut.l.in actionibus.ff.de in litem iurã.l.in lege.ff.
ad leg.Cornel.de Sica.Abb.conſ.4.nume.4.Alc.
qui plura refert in d.l.magna negligentia.nu. 9.
cum ſequen.
¶Sed quãuis hæc limitatio, quo ad electionẽ do
20 lo factã proculdubio vera ſit: dubitari† tamẽ po-
terit quando dicatur quis electionẽ doloſè face
re, in qua dubitatione aliquantulũ immorari cõ-
ſtitui, ex eo, quòd aſſiduè in forenſibus cõtrouer
ſiis contingere ſoleat, nec à Scriben.competẽter
reſoluta fuerit. In hac autem quæſtione Ange.de
Peruſ.in d.l.cùm quidam.ff.de lega.2. inquit tũc
dici, quem doloſè electionem, ſeu nominationẽ
facere, quando ex induſtria atque ſcienter indi-
gnum elegit: cùm poſſet dignum eligere. Cuius
dictum ſequitur Peralta.in d.l.cùm quidam. nu-
me.2.ad fin.
¶Hoc autem exemplum verum mihi nõ videtur,
Nã aut electus eſt indignus indignitate iuris, &
tunc non eſt neceſſe cõſiderare dolum, cùm ſiue
ſcienter, ſiue ignorãter electus fuerit, electio nul
la ſit. Solũ namque conſideratur ſciẽtia aut igno
rantia, ad hoc, vt ſciatur an eligentes priuari de
beant iure eligẽdi, vel non, vt in d.l.cùm quidam
omnes Scrib.aduertunt, & probatur ex tex.in c.
cùm in iunctis.§.final.de electio.vbi Dec.clariſſi
mè proſequitur materiam.
¶Aut electus non eſt indignus indignitate iuris,
ſed ſolùm indignitate facti, & tunc videtur dicẽ
21 dum, quòd† etiã ſi ſcienter eligatur is, qui ſola in
dignitate facti indignus eſt, ex eo dolus nõ præ-
ſumatur, electióque annullãda non ſit. Id namq.
quod l.permittente ſit, dolo fieri nõ videtur: lex
autem permittit, quòd quãdo electio libera alicui
commiſſa eſt, poſſit is etiam indignũ eligere. d.l.
cùm quidam ibi. *Hæredem poſſe etiam indignum præ
ferre.* Quod ab omnibus Scri. ibidem ſimpliciter
probatur. Nec eſt aliquis ex eiſdem, qui legem il
lam ad ſolam electionem indigni ignoranter fa-
ctam reſtringat.
22 ¶Qua ratione† aptiùs dictum hoc exẽplificari po
terit in eo, qui ex odio iniuſto, ſeu inimicitia etiã
iniuſta motus fuerit ad eligendum indignum in
dignitate facti, omiſſo digno: prout in ſimili not.
Gre.Lopez, qui de doctrina Angeli nõ meminit
in l.2.tit.15.part.2.in gloſ. verbo.*en Eſpana.* verſ.
23 cogita tamen, vbi inquit, † quòd ſi is, cui electio
competit, eligat Secundogenitum, omiſſo Pri-
mogenito, nec ad id faciendum moueatur, ex iu-
ſta cauſa, ſed ex odio irrationabili, non valeret
electio. Quod tamen (vt aſſolet) cogitãdum relin
quit, allegátque ad id Paul.conſilio 179.*incipi. In
cauſa, quam magnificus dominus.* col.3. lib.1. In
quo cõſilio nihil, quod pro hac opinione vrgeat
inuenietur. Nec etiam in deciſ. Delphinali Gui-
donis

donis Papæ.505.quam etiam pro huiusopinionis comprobatione ibidem adducit.

¶Quãuis autẽ verũ videatur illud, qđ prædiximꝰ ꝙ ſcilicet electio facta depſona indigni indignitate facti,omiſſo digno,ex inimicitia,vel exdolo irrationabili cẽſeatur doloſè facta,atque ideò valida nõ ſit:id tamẽ quod Greg.Lopiꝰ in d.l.2. dixit ſimpliciter,ſumptũ verũ nõ eſt.Nã ſi Secũdogenitus dignior ſit Primogenito,vel etiã eidẽ æquè dignus:nõ video quare etiãſi electioSecũdo geniti omiſſo Primogenito,ex odio, vel inimicitia facta fuerit,annullãda ſit. Angelꝰ nãque in d. l.cum quidam,qui eſt præcipuus præfatæopinionis author,loquitur de electione doloſè facta,de eo,qui indignitate facti, indignus eſt. Quod in electione facta de digno,vel digniori procedere nõ põt:cũ huiuſmodi electio non poſſit dici doloſè facta:etiãſiex inimicitia,atque odio eligẽtis proceſſerit.Non enim tenetur is,cui electio libera commiſſa eſt,Primogenitum eligere : imò poteſt ex legis diſpoſitione liberè eidemſecundogenitum præferre,vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

24 ¶Id tamen†ſciendum eſt,non ſufficere, quòd eligens indignũ indignitate facti ſit inimicus illius qui dignus eſt,vt electio indigni doloſè facta videatur,ſed aliunde probandum eſſe eligẽtem ex inimicitia motũ fuiſſe,ad huiuſmodi electionem faciẽdã.Cũ enim ipſe ex diſpoſitione iuris poſſit etiam indignum eligere,in dubio non eſt præſumendum id doloſè feciſſe:cùm dolus non præſumatur,niſi probetur.Nec dicendus ſit doloſè facere is,qui actum iure permiſſum fecit.

¶Ideóque neceſſariò cõſtare debet,quòd exodio & inimicitia prætulit indignum, vt puta, ſi ipſe eligens hoc dixit, ſeu minatus fuit ante electionem,vel in ipſa electione.

25 ¶Quod probatur optimo ſimili:nã†licet verũ ſit, ꝙ matrimoniũ contractum ab eo,qui eſt cõſtitutus in articulo mortis validum ſit,filiíquenaturales anteà nati,ex eo legitimi efficiãtur:prout no. Ioan.And.in reg.ſine culpa.de reg.iur.li.6.Idem Io.And.& Ant.in c.tãta,qui fil.ſint legi. vbi Præpo.nu.7.latiſſimè proſequitur materiam.Lud.de Sard.in tracta.de legit.in prima ſpecie legitimationis,in prin.Alex.qui hanc dixit communẽopinionem in l.ſi quis poſthumos.ff.de lib.& poſth. n.4.& Iaſ.in l.ſed eſt quæſitum.n.4.cũ ſeq.ff. eo. Couarru.de ſponſ.2.part.c.8.§.2.n.10.Pari.conſi. 13.n.68.lib.1.vbi hanc dixit cõmunẽ opinionem Guillel.Mayner.in l.quoties idem ſerm. ff.de re. iur.n.22.Lauren.Sylua.conſi.3.n.29.

26 ¶Et quãuis etiã verũ ſit,ꝙ†filij ex matrimonio in articulo mortis cõtracto,legitimati excludãt ſubſtitutũ ſub cõditione,ſi ſine liberis deceſſerit:ꝓut reſoluit Ale.in d.l.ſi quis poſthumos.n.4.Iaſ. in d.l.ſed eſt quęſitũ.n.11.Feli.in c.in præsẽtia,de probatio.n.36.Ripa.in l.ex facto.§.ſi quis rogatꝰ. ff.ad Treb.n.48.Couar.de ſpõſal.§.2.2.part.c.8.n. 10.Pariſ.d.cõſ.13.n.68.li.1. vbi plura in idẽ adducit.Quod ea ratione ꝓcedit,ꝙ quãuis matrimoniũ quod tẽpore mortis cõtrahitur quodãmodò cenſeatur in fraudem ſubſtituti contractum, nõ tamen dicitur ſubſtitutum fraudare is, qui iure ſuo vtitur,actúmque mero iure permiſſum facit. Idque prædicti Doctores aduertunt.

27 ¶Hoc autẽ intelligi,atq.limitari ſolet†niſi aliundè cõſtet matrimoniũ cõtractũ fuiſſe infraudem ſubſtituti,vt ſi is,ꝗ matrimoniũ in articulo mortis cõtraxit,id expreſsè dixerit, vel minatꝰ fuerit ſubſtitutũ,dicẽs,ꝙ cõtrahere debet matrimoniũ in eius fraudẽ,atq.ad eiꝰ excluſionẽ.Tunc nãque quãuis matrimoniũ validũ ſit:filij tamẽſubſtitutũ nõ excludent,vt dixit Ale.in d.l.ſi qs poſthumos. n.4.vbi inquit hoc cõmuniter ab omnib.receptũ eſſe.Cuiꝰ dictũ refert & ſequitur Iaſ.in d.l.ſedeſt quæſitũ.n.11.Dec.in c.in pſẽtia.de ꝓba.n.56. vbi Aegid.de Bellam.n.40. & Auguſt.Bero.n.203.cũ ſeq.Pariſ.d.cõſ.13.n.68.lib.1.Anto. Gometius qui plura refert in l.9.Tauri,nu.58.& 59.Ripa.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.n.48.ff.ad Treb. Carolus Ruinus cõſi.78.n.8.li.3. Qui omnes ſic intelligũt dictũ Angeli.in d. l. ſed eſt quæſitũ,qui fuit præcipuus huiꝰ opinionis author. Cuiꝰ dictũ ſimpliciter ſumptũ falſum eſt,vt pdicti Doct. aduertunt. Sicq.illud dictũ Aug.intellexit Ant.Gabriel.cõmuniũ opi.li.6.ti.de legitima.cõclu.1.n.53. & 54.

28 ¶Quod† etiam in ingreſſu religionis deciſum eſt: quãuis enim monaſteriũ excludat ſubſtitutũ : cũ habeatur loco filij , etiãſi ingreſſus ab exiſtẽte in articulo mortis factus fuerit, vt ꝓbat Feli.in c.in præsẽtia,de ꝓbatio.n.36.& clariusDeci.ibidẽ.n. 56.& Anto. Gometius in d.l.9.Tauri.n.59.contra Bal.qui cõtrarium cenſuit in d.c. in præſentia.n.

29 34.Hoc tamẽ fallit:†niſi probetur talẽ ingreſſum factũ fuiſſe in fraudẽ ſubſtituti:vt puta ſi ingreſſus monaſterium hoc expreſſit , vel minatus fuit ſubſtitutum.Tũc nãque etſi ingreſſus religionis valeat:non tamen excludetur ſubſtitutus: prout reſoluit Panor.referens Ab.Antiq. in d.c.in præſentia,de prob.n.45.& 46. Cuius dictũ ſequutur Feli.ibi.n.34.& Deci.n.56.&Aug.Beroius.n.500. & Ant.Gomet.in d.l.9.Tau.n.58. Quæ omnia ad electiones de indignis factas doloſè, atq.in fraudem eorum qui digni ſunt, adaptari poterũt.Nõ enim ex ſola electione indigni facta ab inimico eius qui dignus eſt,inualidari poterũt,cùm id iure permiſſum ſit:niſi aliunde fraus,aut dolus probetur vt ſuperiùs dictum & probatum eſt,quod menti perpetuò commendandum erit.

30 ¶Sed†quanuis exẽplum hoc ſit intellectum ſatis verum ac ſingulare ſit,vt ex eo electio doloſè facta dicẽda ſit:nihilominùs tamẽ poterit idipſum etiam aliter & notabiliùs exẽplificari: videlicet, ſi is,cui electio cõmiſſa fuit præmio , vel pręmij ſponſione electionẽ ipſam de perſonaindigni,indignitate facti fecerit.Hæc namque electio ſimiliter tanquam doloſè facta annullãda erit.Quod
31 probatur euidentiſſima ratione: is†nãque cui electio cõmiſſa eſt,tenetur illam gratis facere, atq. expedire.l.vnũ ex familia.§.ſi de Falc.ibi.*Nõ enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium eſt*.ff.de leg.2.vbi gl.ver.*Neceſſariæ*,& communiter Scrib.id notãt.l.vtrũ.§.cùm quidam ibi. *Impoſita neceſſitate dandi*.ff.de reb.dub.vbi etiã per
32 Scrib.Imò†Iuriſconſultus in eod.§.ſi de Falcidia appellat electorem,debitorem ipſiuſmet electionis,adeò vt ſicut debitum poteſt per creditorem exigi,à debitore,ita etiã actus eligendi exigi poſſit,ab eo,cui electio cõmiſſa eſt. Quod probatur ex eodem tex.ibi.*Qui, quod reliquit omninò reddere debuit*.Idque Bar.ibidem.n.2.& Paul.n.1. & communiter Scrib.notant.Cum igitur elector eã electionem gratis facere aſtrictus ſit,ab illóque tãquàm à debitore exigi poſſit,conſequens eſt , vt pro ea facienda non poſſit pretium ſeupræmium
33 aliquod accipere.Is†enim,ꝗ aliquid gratisfacere debet:ſi pro eo faciendo præmium accipiat turpiter,atq. doloſè facere videtur,vt elegãter dixit gloſ. in l.Idem.§.ſi tibi verb.*repeti*.ff.de condit. ob turp.cauſ.Quam ad hoc appellat ſingularẽ.Bald. in c.ſuper eo.de tranſactio.final.verb.vbi elegãter inquit,quòd omne illud,quod gratis efficiendum eſt:ſi pecunia interueniẽte fiat, turpiter fit. Quod etiam dixit Iaſſ.in l.1.ff.de condit.ob turp. cauſ.n.1.idem Iaſſ.in l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pact.n.1.vbi Fortu.Garſ.col.2.cũ ſeq. id ex pluribus probat.Idque probatur ex tex. in l.penult.& fi.C.de cond.ob turp.cauſ. vbi Bal.& Scriben.id notãt.& in l.fina.ff.eod.vbi etiam per Scriben.

¶Quod etiam comprobatur ex eo,quòd is,cui electio cõmiſſa eſt,veluti quidã arbiter conſtituatur,vt illum eligat,qui vel ſibi magis placeat,vel eidem dignior appareat:ideóque non poteſt electionis prętextu,pretium aliquod ab eligẽdo recipere.Alias enim electio nulla,vel ſaltim annul
34 landa foret:arbiter†namque etiam is,qui tanquã arbitrator ſeu amicabilis compoſitor electus eſt, non poteſt aliquid pro arbitrio explicando recipere,ſed liberè atque gratioſè arbitrium ſuũ pronuntiare debet.Quod probatur ex tex.in l.ita demum.ff.de arbit.vbi Bar.& cæteri Scrib.id notãt. Spec.ti.de arbitro & arbitratore.§.differt autem in prin.glo.ordin.in l. venales. verb. *infirmas*. C. quando prouoca.non eſt neceſ. vbi etiam Bal. n. 4.& cæteri Scrib.

35 ¶Quibus adiicitur,†quòd eſſet quodãmodo ſimoniaca electio illa,quæ pretio interueniente explicaretur:quanuis enim verbum hoc ſimonia propriè,atque ſtrictè ſumptum ad ſolas res ſpirituales referendum ſit:largè autem poteſt etiam res temporales comprehendere,prout ſatis eleganter dixit gl.in l.2.ver.*ſed ſi dedi*.ff.de cõd.ob turp. cauſ.vbi inquit,quòd litem ſimoniacè vincit is, qui iudicem corrumpit.Idque etiam no.Ioan.de Ana.in Rub.de ſimo.n.6.vbi etiam inquit, quod ſimonia & barataria æquiparantur.Quod refert & ſequitur Feli.ibidem.nu.2.quib. adſtipulatur, quod dixit Bal.in l.in eos in prin.ff.de tutel. vbi ſcribit quòd tutor creatus per ſimoniã priuatur, ac remouetur.Hinc etiam dixit Bar.in l.1.ff. ad l. Iul.de ambi.n.1.quòd ſimonia apud Canoniſtas eſt idem,quod ambitus apud Legiſtas,quod & alibi ſæpè Scrib. annotare ſolen

36 ¶Hoc ipſum etiam comprobatur ex eo, quòd†inſtitutio,ſeu legatum vel fideicõmiſſum,quod pręmii ſpõſione præcedente fit,valere nõ debeat. l. illæ autem.vbi Bar.n.1.ff.de hęred.inſt.idem.Bar. in l.Titio.centum.ff.1.de cond.& demonſt.gl.& Scri.in l.captatoriæ.C.de teſta.mili.Xuar.de captatoria voluntate pag.2.Cùm igitur inſtitutio,legatum,ſeu fideicommiſſum præmii promiſſione præcedente relinqui nõ poſſit: cõſequens eſt, vt nec etiam pretio interueniẽte fieri poſſit electio quę eſt eiuſdem inſtitutionis,legati,ſeu fideicommiſſi declaratio:cùm id à teſtatore,non autem ab eligente factum eſſe cenſeatur,vt in d.§.ſi de Falcidia,per text.ibi Scrib.annotare ſolent.

37 ¶Item† electio etiam ſpe præmii,ſeu pretio interueniente fieri non poteſt.l.1.vbi Bar.& cæteri.ff. ad leg.Iul.ambit. tex.in c.ſi alicuius , de electio. & in c.nobis.de ſimo.& in c.quicũque.1.q.1.l. 7.
38 & 8.q.tit.2.li.2.in noua ll.Regni collectiõe.†*Munera nãque obcæcant animos prudentum & ſubuertũt verba iuſtorum*:prout habetur Exod.c. 23. & iterũ Deuteron.c.16.& Eccleſ.c.20.&in Auth.vt Iudi. ſine quoquo ſuffragio.in prin.collat.2. Ex quib. comprehenditur,electionem factam de indigno, indignitate facti præmio interueniente , nullius momenti eſſe.Idque veriſſimum mihi videtur: quanuis nullus ex Scrib.in d.l.cùm quidam.Nec in aliis legibus,quæ de hac materia loquuntur, de hac quæſtione meminerit.

39 ¶Quæ adeò vera ſunt,†vt nõ ſolùm in electione facta de eo,qui indignitate facti indignus eſt,ꝓcedant,imò etiam in electione de perſona digni, vel etiam dignioris,pretio facta locum habeant.

40 Quando†.n. pro eo, quod aliàs gratis expediendũ erat,pretium,vel datur vel promittitur: actus nullus,atq. inualidus efficitur:quãuis ipſe actus aliàs pretio,vel eius promiſſione nõ interueniente iuſtiſſimus eſſet.l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pact.vbi Bar.Bal.Iaſ.Fortu.& cõmuniter Scrib.id not.l.2.3.&4.ff.de cõd.ob turp.cauſ. vbi gl.& Scrib. idipſum expendunt. Cuius ratio eſt,quia quanuis actus ipſe de per ſe ſumptus honeſtus ſit,recipere tamẽ aliquid ob illius expeditionem,turpe,atque inhoneſtũ eſt.Ideóque actus ipſe vitiatur : prout in ſimili dixit Bar. in l.Titio centum.§.1.nu.1.de cond. & demonſt. vbi etiam Paul.n.4.& cæteri Scrib.Idem Bar.in d.l.*illæ* autem.ff.de hæred inſtit.n.1.

¶Hæc autem quando pecunia ab electo, ſeu alio eo ſciente,vel mandante electori pro ipſo eligẽdo data, ſeu promiſſa eſt , clarè procedunt : ſed quando ipſo electore,ignorãte electori ab alio, pecunia data ſeu promiſſa eſt,vt ipſum eligeret, dubia videntur.Iniuſtum namque videretur electum abſque culpa ſua,ex facto alterius,proprio iure priuare,præſertim ſi ipſe alias dignus,vel etiam dignior eſſet.

41 ¶Sed veriùs eſt,†electionẽ pecunia electori pro ea expedienda data vel promiſſa factam vitiari: quanuis electus eam pecuniæ dationem,vel promiſſionem ignorauerit.Quod probatur ex tex.in c.nobis.de ſimo.vbi diſponitur electionem ſimoniacè factam vitiari,etiamſi electus id ignorauerit,niſi probetur pecuniã ab alio in eius fraudem vel datam,vel promiſſam fuiſſe.Idq. ex illo tex. Abb.atque communiter Scrib.annotare ſolent, idipſum etiã probatur ex tex.in ca.de ſimoniacè iuncta gl.verb.*remanere*.eod.ti.& in c.ſi alicuius. de electio.vbi etiam communiter Scri.id notãt. Cuius dicti ratio eſt,quia peccatur in forma electionis,quæ gratis facienda foret,vt in locis ſupra citatis Doct.aduertunt.

¶Et quanuis prædicta iura loquãtur in electione de beneficio ſpirituali facta,pari ratione ad alias electiones,in quib. pecuniæ datio vel promiſsio iure interuenire non poteſt,extendenda ſunt,cũ etiam in eis peccetur in forma electionis,ea nãq. liberè expedienda eſt,nec pretio interueniente fieri poteſt.Ideóque ſi contra formam à iure introductam electio fiat,nulla erit,ſiue is in cuius fauorem fit,ſiue quiuis alius eo ignorante præmium pro ipſo eligendo,promittat.Aequè námque corrumpitur animus eligẽtis ex pretio à tertio ſibi dato,vel promiſſo,ac ſi ab ipſo electo ſibi daretur,vel promitteretur,qua ratione ſentẽtia venalis indiſtinctè nulla eſt,ſiue is in cuiꝰ fauorẽ pronuntiatur,ſiue quiuis alius eo ignorante iudicem corruperit. Vt in ſpecie dixit Salic.in l.1.C. de pœn.iud.qui mal.iudicat.n.9.l.venales.C.quãdo.prouo.nõ eſt neceſſe,vbi id Scrib.ſimpliciter atque indiſtinctè verum eſſe profitentur. Quod etiam in hæredis inſtitutione ab omnibus indiſtinctè.

ſtinctè etiam,atque ſimpliciter reſolutum eſt.Ea
namq. ſi pretio facta fuerit nulla eſt , ſiue pretiũ
ab inſtituto,ſiue ab alio , eo ignorante promiſ-
ſum fuerit. Quod planè cõprehẽditur, ex his,
quæ not.Paul.in l.Titio Centum.*la*.1.ff.de cond.
& demonſt.nu.3.& ex his,quæ ibidẽ,& in l. illæ.
ff.de hæredibus inſt.Bar. & cõmuniter Scriben.
annotare ſolent.Solum namque conſideranda e-
rit ſcientia,ſeu ignorantia electi ad hoc vt ipſe
aliàs puniatur,vel ineligibilis remaneat.Nõ au-
tem ad hoc electio valida ſit:prout in d.ca.nobis
& in d.c.ſi alicuius , omnes Scriben.reſoluunt.
Quod verum atque probabile mihi videtur,ſi e-
nim contrariũ diceremus,fraudibus,atque illici
tis pactionibus via aperiretur.Poſſet namque fa
cilimè is,qui eligi prętenditur per interpoſitam
perſonam electori pecuniã,vt ipſe eligatur, vel
dare,vel promittere,quo nõ probato electio tur
piſſima,atq. pretio facta valebit , ideóq. iuſtiùs,
videtur nullo pacto electionem venalem admit-
tere,nec tolerare.

44 ¶Illud tamen prætermittendum non erit,ꝙ † ſi
ab aliquo tertio pro alio eligendo pecunia data,
vel promiſſa fuerit præſumi debet,ipſo eligendo
mandante,datam,ſeu promiſſam fuiſſe, nõ enim
præſumitur,quem delictum cõmittere, vel pecu
niã ſuã in eo, quod alterius cõmodũ contingit
expendere.Quod dixit Albe.in l.2.§.ſi quis ita in
45 ſuo per tex.ibi.ff.ne quid in loco pub.vbi†inquit
delictum ſemper præſumẽdum eſſe commiſſum
fuiſſe ab eo,qui ex illo commodum ſentit, vel ex
eius mandato.Quod etiam dixit Lapus alleg.123.
n.3.vbi allegat Quintil.dicentem neminem præ-
ſumendum eſſe commiſiſſe maleficiũ , quo alius
vſurus eſt,niſi eo mandante vel ſciente. Idipſum
etiam dixit Cicer.lib.2.de finib.bonorum & ma
lorum,pag.8.ad fi.in hæc verb. *Apud homines pru-
dentiſsimos agitur, qui intelligunt neminẽ, vel minimũ
quidem maleficium, ſine cauſa admittere.* Idque ꝓba
ri videtur ex tex. in l.videamus §.nõ enim. ff. de
in lit.iur.& in c.cõſtitutis,de teſti.vbi Feli.n.1. I-
dem Fel.qui plura refert.in c.Petrus.de homin.n.
2.cum ſeq.vbi inquit,hoc clariùs procedere,vbi
à conſanguineis,vel famulis delictum cõmiſſum
eſt.Quod etiam ex pluribus comprobat Carol.
Ruin.in rep.leg.1.§.nuntiatio.nu. 176.ff. de nou.
ope.nuntia.Hyppol.in Rub.ff.ad leg. Cornel.de
falſ.n.12.Aymon.conſ.65.n.17.& alibi ſæpè Scri-
ben.Et hęc de prima ſpecie,ſcilicet,qnando ele-
ctio in liberam eligentis facultatem commiſſa
eſt,dixiſſe ſufficiat.

46 ¶In ſecunda ſpecie principali:quando † ſcilicet
eligentis liberam,atque abſolutam voluntatem:
ſed ſolum in eius arbitriũ electio per huiuſmodi
verba cõmiſſa fuerit , dicendũ eſt non poſſe eli-
gere indignũ indignitate facti:ſed neceſſariò de-
bere dignũ eligere.d.l.cũ quidã.ff.de lega.2.l. cũ
pater.§.rogo.ff.eod.l.vtrũ.§.cũ quidam ff.de reb.
dub.Bar.& Scri.in l.1.ff.de leg.2.l.in perſonã.§. 1.
ff.de regulis iuris.Valebit tamen electio ſi in ca-
ſu de quo agimus,elector dignum eligat præter-
miſſo digniori,gl.ord in.in d.l.cùm quidam verb.
*qui non offenderint.* Quam ibi Bar.n.6.& communi
ter Scrib.ſequuntur.gl.conſimil.in c.conſtitutis.
in 3.de appellat ver. *magis vtilem.* Quã ibidẽ etiam
Anto.Abb.Dec.& communiter Scri.ſequuntur,
alia in cap.cùm inter canonicos de electio.verb.
*aliam.* ad fin.& in c.quoniã.ver. *qui maioribus.* de
iure patro.& in c.licet ergo.8.q.1. & in c. vltimo
verb. *ſanctiores.* de officio cuſto.Pro quib. eſt tex.
in c.cùm nobis de electio.vbi Abb. Dec.& Scri.
communiter id notãt.Dec.conſi.129.n.2.Couar.
in regula peccatum de regulis iuris.lib.6. 2. par.
§.9.nu.4.& eſt communis,ac vera reſolutio:tam
in electione,quæ ex diſpoſitione hominis , quam
in ea,quæ ex legis diſpoſitione procedit,vt in d.
locis Scri.reſoluunt,optiméque probat Padilla.
in d.l.cum quidam.n.18.

47 ¶Huius autem concluſionis ratio ea eſt:quia†ſi
non ſufficeret,quo ad ius fori dignum prętermiſ
ſo digniori eligere, quælibet electio facillimè ca
lumniam pati poſſet:cùm in foro exteriori nõ fa-
cilè æſtimari,ſeu librari poſſent eligendorum me
rita, vt appareat quis eorum optimus ſit,in eiſq.
æſtimandis,lites ac etiam alia inconuenientia ac
cidere poſſent.Ideóque conuenientius legum,at
que etiam ſacrorum Canonum latoribus viſum
fuit,electionem digni prætermiſſo digniori tole
rare:quàm in aliorum meritis ęſtimandis tot liti
bus,atque inconuenientibus viam aperire.Quæ
ratio colligitur,ex Scriben.quos paulò antè cita
uimus,illámque aſſignarunt Soto de Iuſtitia &
iur.lib.3.quæſtione 6.articul. 2.verſ. Subtexitur.
Deinde,Couarr.in d.regula peccatum.2.par.§.7.
num.4.Pinel.in l.2.C.de reſcind.vend.2.par. c.1.
num.39.vbi ad id etiam Thom.Fortu. & Afflict.
in idem adducit, eáque ratio ciuilis , ac mora-
lis eſt.

48 ¶Ex qua ratione†comprehenditur erroneũ eſſe
id,quod not.Abb.in capit.*conſtitutis*.de appell.
numer.6.vbi inquit, illud quod dici ſolet, va-
lere electionem factam de digno omiſſo dignio-
ri,intelligendum eſſe niſi à principio fuerit ap-
pellatum in caſu,quo dignior non eligatur.Tũc
enim electio de digno facta omiſſo digniori ap-
pellatione pendente,caſſanda erit.Cuius dictum
ſequitur Dec.ibidem numero quinto.& Lãbert.
de iure patro.lib.2.par.1.quæſtione 10.articul. 3.
gloſ. in pragmatica Sanctione titul. de elect.§.
ego.N.verb.vtiliorem.Hęc namque opinio vera
non eſt.Cùm enim electio digni,omiſſo dignio-
ri,ex eo toleretur,vt eligendi,ab innumeris liti-
bus retrahantur,non poſſumus percipere ratio-
nem differentiæ inter eam electionem , quę ap-
pellatione præcedente facta fuit,& illam, quam
appellatio non præceſſit:cùm ea appellatio litib.
etiam iter aperiat,nec iuſta intelligenda ſit. Iu-
ra namque non permittunt ſuper eligendorum
præcedentia litigare:ſi omnes alioqui digni ſint.
Ideóque cõtraria opinio verior cenſenda erit,
eámque probat gloſſ. in dicto capit. licet ergo.
verbo, *qui præſtantior*, ante fin.8.quęſtione prima.
Quam malè pro ſua opinione Abb.in dict. capit.
conſtitutis adduxit. Cuius gloſſ. opinionem ſe-
quuntur Imol.& Philipp.Franc. in dicto capitu.
*conſtitutis*.Idque ipſum ſequutus fuit Didac.
de Couarru.in dict.regula peccatum.2. parte. §.
7. numer.3. reprobans opinionem Abb. & eo-
rum qui illum ſequuntur.Eáque opinio aduer-
ſus Abb. & cæteros proculdubiò verior mihi
videtur.

49 ¶Verba†autem,ex quibus comprehenditur ele-
ctionem non in meram voluntatem eligentis ſed
in eius arbitrium commiſſam fuiſſe, hæc ſunt,
veluti ſi Maioratus inſtituto electionem commi
ſit alicuius arbitrio , iudicio,diſcretioni , vel ita,
vt



vt electionem faciat:prout ſibi viſum fuerit, vel
placuerit,ſeu arbitratus fuerit, vel ſimilia verba
dixerit,quæ ex iuris diſpoſitione non liberam vo
lũtatem,ſeu arbitrium liberum : ſed boni viri ar-
bitratum comprehendunt,vt reſoluit Bart.in ex-
trauag.ad reprimẽdam.in verbo,videbitur,& in
l.fideicõmiſſa.§.ſi ſic.ff.de lega.3. & in l.2.ff.de le-
ga.2.vbi.D.Anto. de Padilla.nu. 12.cum ſequen-
ti. Alexan. qui plura refert.in l.ſi ſic.ff.de lega.1.
Felin.in c.1.de conſtitutionib.nu.54.vbi latiſſimè
proſequitur materiam.Iaſ.in §.in bonæ fidei.nu.
14.Inſti.de actio.& alibi ſæpè Scrib.

50 ¶Sed†quanuis hæc omnia,quæ prædiximus,quo
ad ius fori attinet , vera ſint , in foro tamen con-
ſcientiæ contrarium dicendum erit:imò,ꝙ is,cui
electio,ſiue liberè, ſiue limitatè cõmiſſa eſt, non
poſſit indignum indignitate facti,vel iuris elige-
re.Nec etiam eligere poſſit illum,qui dignus eſt,
omiſſo digniori,ſed ꝙ præcisè, ac neceſſariò,ſem
per dignior eligendus ſit.Quod dixit Frederi.de
Senis conſil.90.incipien. Punctus dubitationis.
Anto.de Butrio.in c.conſtitutis.nu.3. de appella.
vbi Abb.n.7.& 8.& cõmuniter Scrib.id not.quo
rum opinionem aſſerit communẽ eſſe ibi. Deci.
num.5.& Gometius.in c.vt animarum de conſti-
tutionibus.lib.6.n.22.Pala.Ruui.in rep.c.per ve-
ſtras.de dona.inter vir.& vxo.3.notab.§.26.Soto
qui plures ex Theologis idẽ cenſentes refert, de
iuſti.& iur.lib.3.q.6.artic.2.verſ. Nona concluſio
vbi latiſſimè proſequitur materiam Cæſar Lam-
bert.de iure patro.lib. 2.par.1. q.10. artic.3.Dida.
de Couarr.in regula peccatũ de regul.iur.lib.6.2.
par.§.2.nu.4.D.Ant.de Padilla.in l.cùm quidam.
ff.de lega.2.nu.19.

¶Pro hac autem opinione Abb.& Scrib. in d.ca.
conſtitutis allegant tex.in c.ſi quis iuſto.§. porrò
51 de electi.lib.6. vbi diſponitur, ꝙ † ſi quis habeat
duas voces vnam nomine proprio,& alterã nomi
ne alieno,nõ poteſt vnum nomine proprio: alte-
rum verò alieno nomine eligere,cuius ratio ſecũ
dum glo.ibi verb. *nihil agit*,& cõmuniter Scrib.ea
eſt , ꝙ cùm in foro conſciẽtiæ quis meliorem eli-
gere aſtrictus ſit,hę duę voces ſunt inſeparabiles
cùm nõ niſi vnus cæteris melior eſſe valeat. Quã
rationem ſibi quodammodo tribuit Abb.in d.c.
conſtitutis.nu. 8. eámque etiam ibidem commu-
niter Scrib.ſequuntur.

52 ¶Quæ†ratio decidendi ad tex.in d.§.porrò, quã-
uis cõmuniter ab Scrib.probata ſit : mihi autem
nũquam placere potuit.Vidi námq; pluries quo-
rundam ex eligendis merita adeò æqualia eſſe,vt
inter duos vel tres nõ poſſit diſcerni ab electori-
bus,quis melior,vel magis idoneus ſit, qui ex eo
præſertim vnum ex eiſdem , cæteris præferre ſo-
lent:ꝙ vnus, non plures, ad officiũ,ſeu beneficiũ
eligẽdi ſint.Quòd ſi duos,vel tres eligere poſſent
proculdubiò duos , vel etiã plures æquè idoneos
abſq; cõſcientiæ diſcrimine elegiſſent.Idq́, mihi
in electionibus dignitatũ ſpiritualium atq; offi-
ciorũ ſeculariũ, non ſemel accidiſſe memor ſum.
Quod etiã pari ratione poſſet ei , qui duas voces
in electione habet , accidere : ita , vt ex duobus,
quos æquè idoneos eſſe exiſtimat, poſſet iuſtiſſi-
mè, atque abſq; cõſcientiæ diſcrimine vnũ nomi
ne ꝓprio, & alterũ nomine alieno eligere.Ideó-
que non poteſt eſſe vera hæc ad illũ tex. decidẽdi
ratio,cum ea euidenter naturali rationi,atq; his,
quæ quotidie videmus ac ſentimus,repugnet.Si-
militérq; nõ poteſt tex.ille pro præcedẽti opinio-
ne adduci : quanuis ea opinio aliàs vera , atque
communis ſit.

53 ¶Vera † autẽ illũ tex.decidendi ratio ea eſt,ꝙ cũ
hæc electio,etiã ſi nomine duorũ fiat,ex vnico ta
men conſenſu procedat,non poteſt negari:quin
ex duorum nominatione facta ab vno,ea electio
incerta non reddatur cùm non ſatis cõſtet,quem
ex duobus ille magis idoneum ad officium , ſeu
beneficium eſſe exiſtimauerit: ſed vel vnum, vel
alium Eccleſię idoneum eſſe cenſuiſſe,dubiúmq;
in perſona eligẽdi fuiſſe:quo caſu electio ipſa tã-
quam incerta,ſeu alternatiua admittendã nõ eſt.
Electio námque certa, atque præciſa eſſe debet,
nec valet ſi alternatiua, dubia, ſeu incerta ſit, vt
probatur ex tex.in c.in electionib.de electio.lib.
6.quã decidendi rationẽ ad tex.in d.§. porrò. aſ-
ſignauit Archi.in d.c.ſi quis iuſto.n.3.eámq; nos
ad tex.illum veram eſſe cenſemus reiecta ratione
Abb.& Scrib.in d. c. conſtitutis & in d.§.porrò.
quę proculdubiò falſa,atq; erronea cẽſenda erit.
¶Quãuis autẽ præfata opinio (de qua paulò an-
tè meminimus) ꝙ ſcilicet in foro cõſcientię ſem-
per dignior,ac melior eligi debeat cõmunis,ac ve-
54 ra ſit:plures†tamẽ de ea dubitare ſolẽt,ex eo prę-
ſertim,ꝙ iura canonica diſponãt, electionem fa-
ctã,de digno,pretermiſſo digniori,validã eſſe.Ex
quo fit,vt impoſſibile ſit peccare illum, qui iuris
canonici authoritate aliquid fecerit tex. in c.qui
peccat.23.q.4.Aliàs námque ius Canonicum ani-
mabus vinculum iniiceret , peccandíque anſam
electoribus tribueret , quod nullatenùs dicendũ
eſt. Quæ ratio adeò vrgens viſa fuit Peruſino. in
d.c.conſtitutis,vt ex ea contrariam opinionem ſe
quutus fuerit.

55 ¶Sed ad hãc rationẽ facilè reſponderi poteſt.†Iu-
ra námq; Canonica non diſponunt principaliter
dignũ eſſe eligendũ : ſed præferẽdũ eſſe meliorẽ,
ac digniorẽ.tex.in c.licet ergo.8.q.1.Permittũt ta
men,ꝙ dignus eligi poſſit,etſi dignior prętermit
tatur,vt vitẽtur maiora incõueniẽtia, *vt inquit*,
glo.in d.c.licet ergo.verb. *qui præſtantior.* & ꝓbat
tex.in c.quia propter.de electio.& in d.c.cõſtitu-
tis,vbi cõmuniter Scri.id notãt.Cùm igitur hæc
nõ ſit pręciſa iuris Canonici diſpoſitio:ſed vnius
mali permiſſio:ne totus mundus litibus inuolua-
tur,& vt maiora etiam mala vitentur:cõſequens
eſt,vt is qui id fecerit nõ minus à peccato libere
tur:quã qui publica lupanaria exercuerit,vel alia
peccata cõmiſerit.Quę à iure etiam Canonico,vt
maiora mala vitentur permiſſa ſunt,idque in ele
ctione loquens ſic in effectu reſoluit Deci.in d.
c.conſtitutis.de appellatio.nu.5.

56 ¶Quod etiã in ſimili cõprobatur,ex eo ꝙ† quam-
uis verũ ſit,quòd ex iuris etiam Canonici diſpo-
ſitione permiſſum ſit,cõtrahentib.vt ad inuicem
ſe intra dimidiam decipere valeant,vt probatur,
ex tex.in capit.cùm dilecti.de empti.& vendi.vbi
Scrib.id not.illud tamen in foro conſcientię lici-
tum non eſt.Imò peccat is,qui contrahentem ſe-
cũ etiam intra dimidiã deceperit : Canon nám-
que hoc diſponens permiſſorius:nõ autem iuſſo-
rius eſt:ideóque à peccato nõ liberat.Idque colli
gitur ex Innoc.in ca.in ciuitate.de vſur.vbi Ant.
num.9.Abb.num.6.Ana.num.8.Id ipſum verum
eſſe profitẽtur. Idẽ Abb. in c.quia pleriq; de im-
mu.Eccle.n.28.Et eſt cõmunis opinio Theologo-
rum,atque etiam Iuriſcõſultorum,vt eruditè re-
ſoluit Soto.de Iuſti.& iure li.6.q. 3. art.1.vbi latiſ-
ſimè proſequitur materiã Fortu. in tract. de vlti.
t fine.

ſine illati.17.nu.275.Curti.Iunior in l.penul.C.de
pact.nu.8.& in l.precibus nu.25.C.de impub.Go-
met.in c.2.de cōſt.lib.6.n.5.Tiraq.de legib.cōnu-
bi.l.9.nu.9. Dida.de Couar.lib.2.reſolu.c.4.nu.11.
Marti.Nauar.in c.nouit. n. 108.de Iudic.Pinel.in
l.2.C.de reſcin.vend.1.par.n.38.Aug.Beroius in c.
cū dilecti.de empti.& vēdi.n.30.cū pluribus prę-
ceden.& ſeq.vbi id optimè declarat.Idq́;etiā ple-
niſſimè proſequitur,atq; reſoluit Ludo.Meſſia à
Germanica legione Pōtius in ſuo Laconiſmo pra
gmaticę taxę panis cōclu.1. nu.129.cū plurib.ſeq.
Quæ opinio proculdubio vera,atq; cōmunis eſt:
etſi Bald.in Auth.ad hæc nu.16.C.de vſur.Cuius
opinio.ſequuntur quāplures relati à D.Anton.de
Padilla.in d.l.2.C.de reſcindenda venditione.nu.
73.contrariam ſententiā veriorē eſſe profiteatur,
vbi etiā idem.D.Anto. de Padilla Bald. ſequutus
à cōmuni opinione diſceſſit.¶Hęc autē Baldi opi
nio ſequenda nō erit:niſi deceptio etiā intra dimi
diam cōtingens modica ſit. Nec enim hoc, quod
prædicimus,ad quācunq; lęſionē facilè trahendū
eſt:ſed in magna,atq;notabili lęſione intra dimi-
diā contingenti intelligēdum erit: prout præfati
Docto.aduertunt.Ex quibus pari ratione in ſimi
li cōprehenditur eos , qui dignū,prætermiſſo di-
gniori eligunt,peccare : quāuis Canon id permit
tat: cum illud permiſerit non tāquam iuſtum:ſed
vt ex eo maiora mala , & inconuenientia viten-
tur:idque veriſſimum eſt.
¶Illud autem prætermittendum non erit , quòd
57 quanuis†is, qui dignū eligit, prætermiſſo dignio
ri peccatum cōmittat: non tamen ad vllam reſti-
tutionem faciendā tenebitur: Eccleſiæ námque,
ſeu Reipublicę,ad quam dignum eligit,nihil re-
ſtituere tenetur , cùm eidē dignum prępoſuerit,
nec damnum aliquod ex ea electione ſibi conti-
gerit,nec etiam digniori,qui eligi debuerat:cùm
is nullum ius,ad eandem electionem prætendere
poſſet.Quod eleganter ex plurib.ſic reſoluit Ha-
drianus.in 4.ſententiarum in tracta.de reſtitu.c.
incip. Quia iam determinatum. Cuius opinionē
ſequitur Domi.de Soto de iuſtitia.& iur.lib.4.q.
6.art.3.col.28. & 29. cum ſeq. Reprobata opinio.
Caietani , qui contrarium cenſuit. Quam etiam
Hadriani opinionem aduerſus Caieta.ſequuntur
Dida. de Couar. in regula peccatū.de regu.iuris,
lib.6.2.par.§.7.num.6.& D. Anto.de Padilla.in l.
cùm quidam.ff.de lega.2. nu. 18. Quorum opinio
probabilis videtur,ex rationibus,quæ à præfatis
authoribus adducuntur , quas hîc repetere no n
libet.
¶Quod quando electio de digno facta fuit verū
eſt:ſi verò de indigno electio facta fuerit,dicēdū
eſt electores teneri,ad reſtitutionem faciendam.
Quæ quidem reſtitutio nō debet fieri dignis, ſeu
dignioribus,quibus officiū, ſeu beneficium præ-
ſtandum eſſet : cùm hi nullum ius conſiderabile,
ad beneficium, ſeu officium illud prætēdere poſ-
ſint:ſed Eccleſiæ,vel Reipublicę,cui ex electione
indigni damnum contingit,ipſum damnum reſti
tuendum , atque reintegrandum erit. Quod etiā
dixit Hadria,in d.queſt.ſeu tracta.de reſtitu.Quē
refert,& ſequitur Domini.de Soto.d.quęſt.3.art.
3. colum.29. qui idipſum cōprobat ſimilitudine
œconomi, quem Dominus miſit , ad conducen-
dos operarios.Si enim ipſe prætermiſſis operariis
idoneis, alios nō idoneos conduxerit,nō tenebi-
tur quicquā reſtituere idoneis,vel magis idoneis
ſed domino, cui dānū intulit , ex mala operario-
rum electione,quæ ſimilitudo ſatis applaudet.
¶ Hæc autem limitanda ſunt, niſi edictū propoſi
tum fuerit quo promittatur beneficij collatio,illi
quem digniorē eſſe cōſtiterit: prout in electione
Canoniarū magiſtralium,vel doctoraliū: vel etiā
cathedrarum ſeu præbēdarū collegij effici ſolet.
In eo námq; caſu,exiſtimarem eū,qui digniorem
neglexerit ad damni reſtitutionē aſtrictu eſſe,hîc
námq; non ſolùm iuſtitia diſtributiua,ſed etiam
cōmutatiua violatur.Ex edicti námq; propoſitio-
nē quidā contractus vltro citróque obligatorius
inter digniorem & electores reſultat,quē tenen-
tur electores præcisè obſeruare:prout in ſimili in
ſubhaſtatione dixit Bar.cōmuniter ſequutus in l.
licitatio in princ.n. 4. ff.de publi.& vecti.in qua
promitti ſolet ꝙ res dabitur plus offerēti: quādo
autē iuſtitia cōmutatiua violatur , abſolutiſſimū
eſt illam violātes teneri ad damni reſtitutionem,
quod perpetuò menti tenendū erit,vidi námque
viros doctiſſimos hoc non rectè percepiſſe.
¶ Sed quanuis ſupradicta indiſtinctè vera forēt:
58 ſciēdū†tamen erit,electores in vtroq; caſu ſaltim
teneri ob violatā iuſtitiam diſtributiuā , vbi alia
electio occurrerit, propēſiorē curā habere illius
dignioris prætermiſſi. Quod cēſuit Soto.d.q.art.
3.col.30.Cuius opinio maximā ęquitatē prę ſe fer
59 re videtur.¶Ex†quib.Hiſpani Scrib.frequēter in
ferre ſolēt,parentē , qui ex Regiæ facultatis vir-
tute Primogeniū inſtituit , in foro cōſcientiæ te-
neri inter filios ſuos eligere, nō ſolum dignū,ſed
etiam digniorem:aliàs mortale crimen incurre-
ret.Idque ipſum dicendū eſſe in parentib.qui ex
legum Regiarū deciſione Primogeniū ex tertia,
vel quinta bonorū parte inter liberos inſtituunt,
vel meliorationem faciunt. Quod dixit Io. Lupi.
in repe.c.per veſtras.de dona.int.vir.& vxo.3.no-
tab.§.26.nu.1.cū plurib.ſeq.for.magno.99.& 100.
Archiepiſcopus Flor.3.par.ſuæ ſummæ.tit.10.c.1.
§.2.Segura.in rep.leg.vnū ex familia.§.ſed ſi fun-
dum.ff.de lega.2.n.70.Ludo.Gometius.in c.2.de
conſtitu.lib.6.nu.23. Anto. Gomet.in l.17.Tauri.
nu.18.Simanc.de Catholic.inſtitu.c.9.nu.12.idem
de Primogen.Hiſpan.lib.3.cap.3.vbi Ambroſ.id-
ipſum exiſtimantem refert.
¶ Hi autē omnes pro hac opinione vltra ea, quæ
ſuperius adducta ſunt,allegare ſolent.tex.in l.fœ
minæ.C.de ſecund.nup.vbi diſpoſitum eſt,ꝙ ma-
ter,quę debet filiis prioris matrimonij lucra eiuſ
dem reſeruare , poſſit vni ex eiſdem illa prælega-
re:dummodò in illum , nō ex ſola voluntate , ſed
ex contemplatione meritorum iudicium ſuæ libe
ralitatis direxerit. Quod etiam exemplo Eſau, &
Iacob , Ruben & Iudæ. Adoniæ & Salomonis,
Cain & Abel, Iſmael, & Iſaac , & aliorum, inter
quos,in veteri teſtamento prælati fuerunt mino-
res natu Primogenitis , probare etiam nituntur.
¶Sed hæc omnia,ſi bene conſiderentur nihil pro
hac opinione ſtringunt. Ea namque , quæ de di-
gniori præferendo prædiximus , in electionibus
officiorū,ſeu beneficiorū procedunt , nec ad bo-
norum patrimonialium diſtributionem extendi
60 poſſunt.In† bonorū námq; patrimonialiū diſtri-
butione ſi ea à vero domino fiat, nō poteſt acce-
ptionis perſonarum peccatum cadere, nec iudi-
cia commutatiua,nec etiam diſtributiua violari,
vt reſoluit Diuus Thomas 22.quæſt. 63.artic.1.ad
primū. Quod etiam ex pluribus probat Soto de
iuſti.& iur.lib.3.quæſt.6.artic.2.col.14. vbi id op-
timè declarat.

¶Non



61 ¶Non†etiā obſtat tex.in d.l.fœminæ.Caſus nám-
que illius legis diuerſiſſimus eſt, à caſu legū Re-
giarum permittentiū parenti filium in tertia , &
quinta bonorum ſuorum parte meliorare , ſeu à
facultatibus ex quibus parenti permittitur,vt in
perſona vnius filij poſſit Primogenium inſtitue-
re.Illæ námque leges, atque Regiæ facultates li-
beram parentibus facultatem concedunt , vt in
quocunque ex filiis quē voluerint , Primogeniū
inſtituant,ſeu prælegatum, aut meliorationē fa-
ciant.Dicta autem lex fœminæ, non ſibi liberam
facultatem:ſed reſtrictā,ad qualitatem meritorū
concedit.Ideóque,de vno caſu ad aliū argumen-
tatio non procedit:cum facultas, ſiue à lege, ſiue
ab homine conceſſa in ſpecifica forma ſeruanda ,
ſit.l.diligenter. ff. mandat. tex. in c.cum dilecta,
vbi latiſſimè per Scrib.de reſcrip.
¶Ratio autem differentiæ inter deciſionem tex.
in d.l.fœminæ, & leges,ac facultates Regias hęc
eſt , quia in caſu.d. l. fœminæ,mater diſponit de
bonis mariti, quæ hac lege acquiſiuit , vt liberis
primi matrimonij reſtituere teneretˊ, & in quib.
liberum dominium non habet,nec etiam alienā-
di facultatem.In caſu autem legum, ac facultatū
Regiarum pater diſponit de bonis propriis libe-
ris, in quibus liberum etiā dominium, atq; alie-
nandi facultatem habet, & quorū ipſe eſt verus
moderator,& arbiter : quamuis tempore mortis
legitimam liberis relinquere aſtrictus ſit.Ideóq;
non mirum,ſi in primo caſu ſtricta facultas:in ſe-
cundo autem ampliſſima parentib. erga liberos
conceſſa ſit.Quæ ratio differentię inter has leges
vera mihi videtur,idq́ue de intellectu illius legis
dixiſſe ſufficiat:quamuis aliter, atque etiam ele-
ganter eam legem interpretatus fuerit Peralta.
in l.cum quidam.ff.de lega.2.nu.18.qui in id om-
ninò videndus erit.
¶Similiter etiam non obſtāt veteris legis exem-
62 pla:Veteris†namque teſtamenti inſtituta ius Pri
mogenituræ, atq; ætatis , quo ad hæc potiùs quā
alias qualitates aſſiduè ſequitur. Idq́; Tiraquel.
de Primoge. quæſt.1. num.13.ex pluribus probat.
Quod ſi ex aliquib. cauſis interdum diuina per-
miſſione Primogenia filiis natu maioribus ablata
fuerint, aliíſque minoribus natu aſſignata, illud
quod myſticè , atque ex aliis cauſis factū fuit, in
conſequentiam trahendum non eſt. Imò nec in
teſtamēto veteri ſtatutum inuenietur Primogé-
nituræ ius nō filio maiori natu:ſed meliori relin-
63 quendum eſſe: nec † ſi id ſtatutū fuiſſet præcepta
legalia, ſeu iudicialia legis veteris nos aſtringūt,
niſi quatenùs nouo teſtamento approbata fue-
rint:prout reſoluit D.Thom.22.quæſt.87. artic.1.
Domi.de Soto.qui præ cæteris latiſſimè,atq;ele-
ganter id declarat de iuſti.& iur.lib.2. q.5. artic.
4.Tiraq. qui plura refert de retractu.Lignagier.
in præfatione nu.8.cum.ſeq.
64 ¶Qua ratione cōtraria ſententia:imò†quòd poſ-
ſit pater in perſona filij maioris natu Primogeniū
inſtituere, dummodò indignus nō ſit,prętermiſ-
ſis filiis digniorib.verior aliquibus viſa eſt : quā-
uis prima opinio tutior , atq; bonis moribus cō-
uenientior ſit. Quod verum eſſe conſtanter pro-
feſſus fuit Peralta. in l. cùm quidam.ff.de lega.2.
n. 18. atque etiam D. Didac.de Couarr.qui opti-
mè loquitur in propoſito in rep.regu. peccatum
de regul.iur.lib.6.2.par.§.7.nu.7.Quem refert.D.
Ant.de Padil.in d.l.cum quidā.ff.de lega. 2. n.27.
vbi eius opinionem,nec approbat,nec improbat.
¶ Quę opinio probabilior efficietur : ſi ſequamur
aliā,quā plures, atq; nō contemnendæ opinionis
65 viri ſequūtur,ꝙ † ſcilicet id,quod diximus , ꝙ in
foro cōſciētiæ is,cui electio cōmiſſa eſt,teneatur
eligere digniorē,procedat : ſolùm in beneficiis
Eccleſiaſticis : in ſecularib. verò officiis ſufficiat
dignū eligere , & ſi dignior ꝑtermittatur. Quod
in ſpecie profitentur Caieta.in ſumma.verb.Ele-
ctio.col.4.atq; Bartho.Fume⁹.in ſua ſumma ver.
electio.nu. 5. Si igitur ad officia ſecularia ſufficit
eligere dignum:etiā prætermiſſo digniori, à for-
tiori id ipſum dicendū erit,in electione, quæ fit
ad bona patrimonialia & ſecularia abſque iuriſ-
dictione.
¶Hæc autem opinio vera,ac tuta non videtur:cū
66 iure † ciuili ſtatutū ſit meliores,ac nobiliores ad
magiſtratus ſeculares eligendos eſſe : prout iure
Canonico in beneficiis Eccleſiaſticis pręcipitur,
vt ꝓbatur ex tex.in auth. vt iudices ſine quoquo
ſuffragio.§.eos aūt.coll.2. ibi *honeſtiorum quoſdam
ad adminiſtrationes dirigere.* Et iterū ibi *teſtimoniū
habens.*Et quidē quia ſit optim⁹ tex.in Aut.de de-
fenſo.ciuit.in prin.verſ.interim.ibi.*Sed inuicē vni
uerſi nobiliores.*vbi.gl. verb.*nobiliores.*inquit.Nota
nobiliores eſſe eligendos.Quam ibidem Scrib.ſe
quūtur.lex.ad ſubeunda.C.de Decurio.lib.10.ibi
*Digniſsimi meritis & facultatibus.* Thomas Gram-
maticus cōſ.6.n.11.l.1.tit.4.lib.2.in noua legū Re-
gni collectione.Ideóque non eſt,cur in hac parte
abſq; lege, & ratione inter beneficia Eccleſiaſti-
ca,& officia ſecularia differētia aſſignetur.Quod
ex eo præcipuè dicendū erit, quòd ſi eligens di-
gnum,omiſſo digniori, ad quodcunq; beneficiū
Eccleſiaſticum: etiam ſimplex peccat mortaliter,
vt ex ſupradictis apparet,à fortiori idipſum dicē
dū erit in eligente dignum , prætermiſſo dignio-
ri,ad officium ſeculare, eſt quo totius Regni re-
gimē,Eccleſiaſticíque, ac ſecularis ſtatus mode-
ratio plerunque depēdet, in cuius electione ma-
ius periculum: quàm in vnius ſimplicis Canoni-
ci,ſeu beneficiari verſatur , vt pluſquàm notiſſi-
mum eſt,qua ratione non facile prædicta opinio
admittenda erit.
¶ Sed quanuis articulus hic quo ad Primogenio-
rum inſtitutionem ſatis dubius ex ſuperius addu
ctis reddatur , ego tamen, qui ex animi inſtituto
profiteor dubia, quę in hac materia occurrerint,
congrua diſtinctione reſoluere non poſſum in
hac re tam frequenti,vtili, atque etiam neceſſa-
ria meum iudicium nō interponere.Ideóque pro
huius articuli vera reſolutione ſic diſtinguēdū
67 eſſe cenſeo. Aut† enim Maioratum ſeu tertij, &
quinti meliorationem eligitur is,qui dignus eſt:
quanuis dignior prætermittatur. Aut eligitur is
qui indignitatę facti indignus eſt , digno, atque
etiam digniori prætermiſſo.
¶Si dignus , digniori prætermiſſo electus fuit,
ſubdiſtinguendum etiam erit. Nam aut electio
facta fuit ab ipſo primo inſtitutore,qui eſt domi-
nus bonorum,ex quibus Primogenium, ſeu me-
lioratio conſtituitur,aut ab alio,cui primus inſti
tutor facultatē eligendi conceſſit. Si à primo in-
ſtitutore electio facta fuit,dicendū erit, ꝙ ſi ipſe
dignū inter filios elegit , non peccat:etſi dignio-
rem prætermiſerit.Cùm enim ipſe bonorū ſuorū
verus dominus ſit,legibúſque ac Regia facultate
ſibi conceſſum fuerit , vt cuicunq; filiorū ea bo-
na iure Primogenij,vel meliorationis relinquat,
nec in hac ſpecie de Republicæ , ſeu Eccleſiæ

regimine, nec alia re ſimili agat:cõſequẽs eſt, vt
liberè poſſit dignũ eligere, digniori prætermiſſo:
cùm vt ſuperius dictũ eſt , in bonorum patrimo-
nialium diſtributione de acceptione perſonarum
agendum nõ ſit, poſſitque pater ex affectione ea
bona filio,qui dignus eſt iuſtè relinquere:etſi di-
gnior prætermittatur. Quod apud me veriſſimũ
eſt:præſertim ſi is, qui dignus eſt , Primogenitus
ſit.Non enim ſcimus legem,nec rationem,quę in
contrarium conſtringat.
68 ¶Quod†adeò verũ eſt, vt hoc nõ ſolùm procedat
in bonis patrimonialibus nullã adminiſtrationẽ
habentibus:ſed etiã in his bonis,quib.iuriſdictio
ſeu adminiſtratio annexa eſt:veluti ſi fiat Maiora
tus,de Ducatu,ſeu Comitatu vel oppidis,ſeu Ca
ſtris,cũ territorio, atq; Iuriſdictione. Nã quãuis
is,cui electio ad ſimilia munera,in re aliena con-
ceſſa eſt,teneatur,(vt ſuperius oſtẽdimus,) ad ea
meliorem eligere,is tamen qui ea ex propriis fa-
cultatibus inſtituit,nõ tenetur digniorem elige-
re ; ſed ſufficit: ſi ad id dignum elegerit. Quod
69 probatur ex tex.in c.monaſteriũ.16.q. 7. vbi † di-
ſponitur quòd is,qui ex proprio patrimonio Ec-
cleſiam, ſeu oratorium conſtruxit , poteſt eidem
præferre,quem voluerit:dummodò indignus nõ
ſit quod glo.ibidem verb.*ne malus*, & communi-
ter Scrib.ſic reſoluũt.Idque ex eiuſdem text. de-
ciſione probat Cęſar Lambert.de iur.patro.lib.2.
1.par.q.10.artic.3.num.17. vbi inquit,generaliter
patronum non teneri eligere digniorem : quãuis
id,ad ſolum Eccleſię,vel oratorij fundatorem,de
quo tex. ille loquitur reſtringere debuiſſet. In
quo rectè taxatur à Didac. de Couar. in regula
peccatum.de regul.iur.lib.6.2.part.§.7.nu.5.verſ.
4.Sed & hoc ipſum,ex deciſione tex.in d.ca.mo-
naſterium.Sic etiam reſoluit Dominicus de Soto
de Iuſti.& iur.lib.3.q.6.art.2.col.14. quod proba-
bile videtur.
¶ Si verò electio de perſona digni nõ ab ipſo do-
mino bonorum,ſed ab alio,cui facultas eligendi
conceſſa eſt,facta fuit, ſubdiſtinguendum etiam
erit.Nam aut ſibi libera eligendi facultas cõceſ-
ſa eſt, aut in eius arbitriũ relicta. Si libera facul-
tas eligendi alicui conceſſa eſt , plurimùm etiam
refert intelligere vtrum ad bona patrimonialia
abſque adminiſtratione : an cum adminiſtratio-
ne,ſeu Iuriſdictione conceſſa fuerit.
¶In primo namq; caſu ſufficiet,ad bona patrimo
nialia,cui adminiſtratio annexa non eſt,dignum
eligere : cùm ex hac electione , nec Reſpublica,
nec alius quiſpiam lædi poſſit,liberáque facultas
eligendi:nõ autem rationi, nec arbitrio reſtricta
eligenti conceſſa fuerit. Quo caſu nullo iure di-
ſpoſitum eſt,electorem aſtrictum eſſe digniorem
eligere:cùm iura , quæ in contrariũ adduci poſ-
ſunt in electione ad officia , ſeu beneficia id di-
ſponãt,nec ad bona patrimonialia extẽdẽda ſint.
Quod ex rationibus de quibus ſuperiùs memini-
mus,probari poteſt.
¶ In ſecundo autẽ caſu tenebitur elector neceſ-
ſariò eligere digniorẽ : cùm de Iuriſdictione, at-
que Reipublicæ adminiſtratione tractetur , in
qua ſpecie quis ſemper tenetur digniorẽ eligere:
ſicut in officiis,atque beneficiis deciſum eſt:quã-
uis enim Maioratus inſtitutor tanquam rerũ Ma-
ioratus dominus poſſit in hac ſpecie dignum eli-
gere, prætermiſſo digniori:id tamen electori qui
rerum , ad quarum ſucceſſionem electio faciẽda
eſt dominium non habet,non permittitur.Idque
probatur ex eo,quod ſupra iſto.c.nu.69.adduxi-
mus.Quod etiã pari ratione in Maioratu, cui ius
patronatus ad pręſentandũ ad beneficia ſeu offi-
cia ſecularia Iuriſdictionem habẽtia , ſeu Colle-
garum, vel Magiſtrorũ electio , vel aliquid ſimi-
le competit,dicendum erit.
¶Si verò electori non libera facultas:ſed arbitrio
atque rationi ſubiecta cõceſſa fuerit, dicẽdũ erit
nõ ſufficere eligenti, in foro cõſciẽtię dignũ eli-
gere:ſed neceſſariò debere eligere digniorẽ.Hoc
námq; veriſimile eſt,eum,qui electionẽ cõceſſit,
optaſſe:cùm his verbis electionẽ conceſſerit,nec
poteſt elector formã mandati contemnere:ſed il-
lam tenetur præciſè,atq; ad vnguẽ obſeruare.Et
quanuis iure fori:quando eligẽdi facultas per hu
iuſmodi verba cõceſſa eſt, ſufficiat electorem di-
gnum eligere: hoc tamen non ex eo toleratur, ꝙ
non ſit veriſimile illum,qui eligendi facultatem
per hęc verba cõceſſit,voluiſſe,ꝙ elector eligeret
digniorem:ſed vt vitarentur lites,quæ ex merito
rum collatione, ſeu ęſtimatione ſequerẽtur:vt ſu
periùs oſtenſum eſt.Quæ ratio in foro conſcien-
tiæ non militat,quod tam in electione bonorum,
quibus adminiſtratio annexa eſt : quàm aliorum
bonorum patrimonialium procedit. Et hæc de
prima ſpecie principali , vbi ſcilicet dignus ele-
ctus eſt,dixiſſe ſufficiat.
¶In ſecunda ſpecie principali: vbi ſcilicet nõ di-
gnus:ſed indignus indignitate facti eligitur prę-
termiſſo digniori,plurimum etiam refert intelli-
gere:an de electione facta à primo inſtitutore bo
norum ipſorum domino,ſeu ab alio ex eius com-
miſſione tractemus.In primo namque caſu dicẽ-
dum erit, nõ poſſe primum inſtitutorẽ ad huiuſ-
modi ſucceſſionem filiũ indignũ indignitate fa-
cti eligere.Cùm enim leges,ſeu Regię facultates
inter liberos permittant parenti vnũ ex eiſdẽ ad
Primogenij,ſeu meliorationis ſucceſſionem eli-
gere , quamuis ex ſtricto legũ rigore poſſet indi-
gnum indignitate facti,dignis, ſeu etiã digniori-
bus pręferre , nõ debet hoc ſibi in cõſciẽtiæ foro
licere.In hoc nãq; foro permiſſio legis pręſertim
ciuilis,à peccato nõ liberat:ſi id,quòd lex permit
tit inhoneſtũ, atq; cõtra charitatẽ ac rationẽ ſit,
vt ſupra iſto.c.n.56. apertè probauimus. Hoc au-
tẽ quod lex permittit ſi ad hanc ſpeciem extẽdẽ-
dum foret,proculdubiò inhoneſtũ atq; impium,
ac irrationabile futurum eſſet.Quid enim magis
honeſtati atq; etiã pietati,ac rationi contrarium
excogitari poſſet,quàm ꝙ parens filio iniquo,vi-
tiiſq; enormiſſimis dedito poſſit maiorem partẽ
bonorum ſuorum relinquere , cæteriſq; filiis di-
gniſſimis modicam eorum portionem aſſignare?
ideóque dicendum erit , in conſcientiæ foro hoc
ſibi non licere,quod in Maioratu à parẽte ex Re-
gia facultate ; etiam de legitima filiorũ inſtituto
longè potiori ratione dicendum erit.
¶Sed quanuis hæc in Primogenio ex Regia fa-
cultate inſtituto, atque etiã in melioratione ter-
tij procedant:quòd ad quintam autem bonorum
70 portionẽ dubia videntur:imò† proculdubiò exi-
ſtimamus poſſe parẽtẽ in foro conſcientiæ quin-
tam bonorum ſuorum partem filio indigno in-
dignitate facti prælegare : dummodo is capax
ſucceſsionis ſit. Cùm enim poſsit quintum cui-
cunque etiam extraneo relinquere,nec filiis ius
aliquod ad illud prætẽdere poſsint,à fortiori po-
terit,illud prælegare filio : etiã indigno indigni-
tate facti,cùm ex hoc cæteri filij non fraudẽtur,
nec



nec quiſpiam alius poſſit iure cõqueri. Nõ enim
hìc poteſt dari electio,nec per conſequens indi-
gni prælatio:cùm non ſit certum perſonarũ ge-
nus inter quas neceſſariò diſtribui debeat:ſed li-
berè poſſit vnicuique conferri.
¶In ſecundo caſu:quando ſcilicet melioratio nõ
fit ab ipſo domino : ſed ab alio ex eius commiſ-
73 ſione quantumcúnque ampliſſima,†dicendũ eſt,
non poſſe indignũ digno, ſeu digniori præferre,
quod tam in tertio, quàm in quinto : quã in Pri-
mogenio,ſeu in quacunque alia ſucceſſionis ele
ctione,verum eſſe mihi ſatis compertũ eſt:quan-
uis enim hoc iure fori eligẽtibus præmiſſum ſit,
hęc tamen iuris communis facultas à viris Chri
ſtianis alieniſſima eſſe debet. Is nãque qui alicui
eligendi facultatem conceſſit quibuſcúque ver-
bis,ea conceſſio facta fuerit,credendum eſt non
voluiſſe indigni electionem permittere : ſed po-
tiùs id,quod ipſe in re ſua faceret eidem facien
dum cõmiſiſſe. Ideóque ea facultas in foro con-
ſciẽtiæ potiùs reſtringẽda quàm ampliãda erit,
nec poterit indignus abſque cõſcientiæ diſcrimi
ne ab eo,qui veluti arbiter,ſeu rei alienę admini
ſtrator electus eſt,cæteris filiis dignis,ſeu etiã di
gnioribus præferri: quãuis is qui dominus eſſet,
id in aliquo caſu facere poſſet,vt ſupra iſto c.nu.
60.& num.69.oſtenſum eſt. Idque comprobatur
ex eleganti doctrina Bar.in l.quanquam.ff.de ri-
tu nupt.vbi in eiuſdem legis ſummario inquit,ꝙ
in arbitrio alicui conceſſo non comprehenditur
quòd poſſit indignum eligere: etiam ſi concedẽs
arbitriũ illum eligere potuiſſet.Quę omnia cùm
caſus acciderit ſummè notãda atq.conſideranda
ſunt:ne forſan Maioratuum inſtitutoribus erro-
nea conſcientia vincula,ſiue ſtrictæ , ſiue etiam
amplæ poteſtatis iniiciat.
¶In hac autem re ſummè etiã aduertendum erit
illud,quod ſupra iſto cap.nu.57.diximus quod ſci
72 licet:†quanuis Maioratus inſtitutor aliquãdo,ex
electione digni , prætermiſſo digniori peccare
poſſit,nullo tamen pacto ad reſtitutionẽ tenebi-
tur:quanuis quando indignũ elegerit,ad reſtitu-
tionem teneatur:ſi Maioratui iuriſdictio,ſeu ad-
miniſtratio annexa fuerit:quæ reſtitutio Reipu-
blicæ,quæ læſa fuit, facienda eſt , non autem ex
electione etiam indigni aliis fratribus dignis,ſeu
dignioribus aliquid eligens reſtituere tenebitur.
73 ¶Illud etiam prætermittendum non erit, in†caſi
bus,quibus dignior eligendus eſt,nõ cenſendum
eſſe meliorem inter filios ad Maioratus ſucceſſio
nem eũ ſolum,qui ſanctior,vel literis præſtãtior
ſit:ſed illum,qui ipſi Maioratui regendo atq. ad-
miniſtrando,ac ad eius onera ſubeunda aptior,
atque cõpetentior fuerit:etſi literis,ſeu ſanctita-
te ab alio præcedatur.Ideóque poterit iuſtè ele-
ctor illũ abſq.cõſcientiæ diſcrimine, ad Maiora-
tus ſucceſſionẽ eligere qui cæteros filios militiæ
ſtrenuitate,atque ciuili vrbanitate,ſimilibúſque
qualitatibus,quæ in nobilibus requiri ſolẽt,ſupe
rauerit:quanuis ipſe ab eis in aliis qualitatib.li-
terarũ,ſeu religionis vel ſimilibus ſuperetur. Cũ
enim hęc electio nõ ad dignitates ſpirituales,ſed
ab bona temporalia,quæ à nobilibus huiuſmodi
communiter poſſideri ſolent,faciẽda ſit : conſe-
quẽs eſt,vt hæ qualitates in earum electione cõ-
ſiderandę ſint,quę in ſimilibus viris requirũtur,
non autem illæ,quæ ab eorum profeſſione,quo-
dammodo extranea,ſeu nõ adeò peculiaria ſunt,
quod eligentium arbitrio potiùs cõmittendum
erit.Idque in ſimili ſic reſoluit Abb.in c. cùm in
cunctis in prin.num.4.de electio. Diuus Thom.
qui optimè loquitur in propoſito. Quodlibet.6.
arti.9.Palat.Ruu.qui plura refert in rep.c.per ve
ſtras.de dona.inter vir.& vxo.3.nota: §. 26. num.
12.cum ſequen.fol.magno.100.Didac. de Couar.
in d.rep.reg.peccatum.2.par.§.6.nume.4.verſic.
dignior verò.Soto de iuſti.& iure lib.3. quæſt.6.
artic.2.colum.12.in princ.
74 ¶In his†autẽ non adeò anxiè ac ſtrictè proceden
dum eſt,vt ex quocunque meritorum exceſſu ſtã
tim dicendum ſit,eligentẽ dignum prætermiſſo
digniori mortaliter peccare:ſed in hoc ſolum ex
ceſſus notabilis:non autem minimus conſideran
dus erit.Nõ enim Deus cogit nos tam anxiè per
ſonas explorare:ſed ſecundum prudentiã pro rei
qualitate,& cõditione,prout optimè explicat So
to.d.lib.3.quæſtione 6.arti.2.col.11.ad fi. qui in id
omninò vidẽdus erit.Idque,verum mihi videtur
dũmodò id bona fide,& abſque dolo factũ fuerit.
75 ¶Sed † & ille,qui ad Maioratũ electus fuit,præ-
termiſſo digno, ſeu digniori non peccat, nec ad
aliquam reſtitutionem tenebitur, ſi electionem
acceptauerit.Non enim ad ipſum:ſed ad eligen-
tem examinare hoc ſpectat.Quod in ſpecie ſic re
ſoluit Domi.de Soto.de Iuſti.& iur.li.3.6.q.arti-
cul.2.col.14.Idque probabile mihi videtur: dum-
modò electus dignus ſit, vel ſaltim non ſit indi-
gnus indignitate iuris : quanuis indignitate fa-
cti indignus ſit.Cùm etiam indignus indignitate
facti Maioratus ſucceſſionis capax eſſe poſſit. l.
cum ſimilib.ff.de lega.2.
¶ Nec obſtat illud,quod ſcripſit Inno.in c.cum
76 in cũctis de electione in princ.vbi inquit,†quòd
acceptans officium,ſeu dignitatem,ad quam ele
ctus eſt,peccat mortaliter:ſi nõ habeat ſufficien-
tem ſcientiã.Cuius dictũ tanquã notabile refert,
& ſequitur Abb.ibidẽ n.4.vbi plura in eius con-
probationẽ adducit.Pro quib.facit tex. in c.cum
ſit.de ætat.& qual.ibi. *Et ordinatores , & ordinatos
graui vltioni decernimus ſubiacere*, vbi Scrib.plura
in idẽ adducere ſolẽt:ea námq; intelligẽda ſunt:
quando is,qui eligitur ad beneficiũ, ſeu dignita-
tem , eſt incapax eiuſdem : veluti ſi non habeat
ſcientiam,quæ à iure requiritur,ad hoc,vt ſit ca
pax eiuſdem beneficii , ſeu dignitatis : ſeu aliàs
eiuſdem beneficii incapax ſit.Secus autem in eo,
qui capax eſt ſucceſſionis , quæ ſibi ex electione
aſſignata eſt:quãuis enim alius dignior,vel ęquè
dignus inueniatur,hoc ipſe examinare nõ tene-
77 tur. ¶Ex quibus cõſequenter infertur ꝙ†ſi ele-
ctus ipſe ſit indignus indignitate iuris, ipſéque
hoc ſciat,peccat,ſucceſſionem ſibi ex electione
delatam acceptando : cùm eiuſdem ſucceſſionis
incapax ſit. Quod in ſpurio à pluribus deciſum
eſt:is námq; ſi a patre hæres inſtituatur, tenetur
hæreditatem hæredi legitimo:etiam ante ſenten
tiam in conſcientiæ foro reſtituere,cùm ipſe eius
hæreditatis:niſi quatenùs ad alimenta ſibi neceſ
ſarium fuerit,incapax ſit. Idque ſic reſoluit Di-
dac.de Couar.de ſponſal.2.parte.cap.8.§.5.num.
8.Domi.de Soto.de iuſti.& iur.lib.4. quæſt.5.ar-
ticu.1.colum.antep.vſque ad fin. Quod etiam in
effectu ex pluribus probat Caieta 22. quæſtione
62.artic.3.Idque pari ratione in electo, qui eius
ſucceſſionis,ad quam electus eſt incapax inueni
tur,dicendum erit.Sicque iſta intelligenda, atq;
concordanda ſunt ex mente Scribentium, quos
ſuperius nuncupatim citauimus.

## SVMMARIA.

1 *Vna familia ſeu progenies: an poſſit conſuetudinem introducere, vt in ea iure primogenituræ ſuccedatur.*
2 *Conſuetudo non poteſt: niſi à populo, vel eius maiori parte introduci.*
3 *Conſuetudo vtrum poſſit introduci ab aliqua parte ciuitatis.*
4 *L.2.§.deinde cum eſſet.ff.de orig.iuris declaratur.*
5 *Conſuetudo introduci poteſt, à parte ciuitatis, ſi ea pars habeat iuriſdictionem, vel tacito populi conſenſu confirmata eſt.*
6 *Vna familia poteſt per tempus immemoriale conſuetudinem introducere, vt in ea iure Primogenituræ ſuccedatur.*
7 *L.41.Tauri declaratur.*
8 *Bona ſemper libera: non autem Maioratui ſubiecta præſumuntur.*
9 *Conſuetudo immemorialis, de qua in l.41.Tauri: vtrum vera conſuetudo, an præſcriptio appellanda ſit.*
10 *Conſuetudo, & præſcriptio inter ſe differunt.*
11 *Præſcriptio ſtricti iuris eſt, conſuetudo autem extenditur.*
12 *Tempus immemoriale, vtrum ſemper conſuetudinem, non autem præſcriptionem inducat.*
13 *Conſuetudo immemorialis vicem legis, conſtituti, atque priuilegij obtinet.*
14 *Spatium temporis immemorialis tantum poteſt, quantum Imperator.*
15 *Scientia non eſt probanda in immemoriali præſcriptione.*
16 *Præſcriptio iuris Realis extenditur ad omnes perſonas quibus ius illud applicari poteſt.*
17 *Præſcribens iuriſdictionem in vno territorio poteſt illam exercere aduerſus aduenas.*
18 *Præſcriptio iuris vniuerſalis extenditur aduerſus omnes res, atque omnes perſonas.*
19 *Præſcriptio immemorialis: ſicut lex extendenda erit.*
20 *Conſuetudo regulariter fauorabilis eſt, & ideò extendenda.*
21 *Conſuetudo, quæ eſt contra ius odioſa reputatur, nec extendenda: ſed reſtringenda eſt.*
22 *Præſcriptio Primogenij non poteſt procedere, niſi præſcribens alios fratres habuerit, contra quos potuerit præſcriptio inchoari.*
23 *In præſcriptionibus iurium requiritur aduerſarius, qui ſciat, & patiatur.*
24 *Ad Primogenij præſcriptionem: vtrum vnicus actus ſucceſſionis ſufficiat: an verò plures requirantur.*
25 *Ad inducendam conſuetudinem duo ſaltim actus requiruntur, ad præſcribendum verò vnicus actus ſufficiens eſt.*
26 *Ad inducendam conſuetudinem ſufficit vnicus actus, ſi is habuit continuationem, ac tractum ſucceſſiuū per tempus ad illam inducendam requiſitum.*
27 *Conſuetudo non requirit præciſè actus iudiciarios, ſed ſufficit, quòd ad eam inducendā interuenerit actuū extraiudicialium frequentia.*
28 *L.2.tit.5.part.5.declaratur.*
29 *Teſtes bonæ famæ requiruntur ad præſcriptionis Primogenij probationem.*
30 *Qualitas bonæ famæ teſtium: an neceſſario probanda ſit in Primogenij probatione.*
31 *Præſcriptio immemorialis Primogenij qualiter probanda ſit.*
32 *L.fin.tit.13.lib.3.ordina.& d.l.41.Tauri: non ſolum in iuriſdictione, & Primogeniis, ſed in omnibus aliis cauſis, vbi immemorialis præſcriptio probanda eſt, procedunt.*
33 *Omiſſio modicæ ſolennitatis actum vitiare non ſolet.*
34 *Plures teſtes coniungi poſſunt ad probationem præſcriptionis Primogenij, quamuis vnuſquiſque de per ſe concludenter non deponat.*
35 *Probatio perfecta poteſt fieri ex multis imperfectis.*
36 *Teſtis, qui depoſuit ſe vidiſſe aliquid fieri publicè, vtrum cenſeatur deponere de publica voce, & fama.*
37 *Forma à lege requiſita non poteſt adimpleri per æquipollens.*
38 *Fama publica in Primogenii probatione articulanda eſt, in articulo principali præſcriptionis Primogenij nec ſufficiet ſi in vltimo articulo probetur, & articuletur.*
39 *Forma ſeruanda in articulanda Primogenij præſcriptione.*
40 *Teſtes deponentes de immemoriali præſcriptione, cuius ætatis eſſe debeant.*
41 *Teſtis cuius ætatis eſſe debeat, vt dicatur doli capax.*
42 *Teſtis .4.annorum vtrum deponere poſſit, de his, quæ vidit in minori ætate.*
43 *Centenaria præſcriptio vtrum ſufficiat, ad Primogenij probationem.*
44 *Centenaria præſcriptio vtrum immemoriali potior ſit.*





45 *Centenaria præſcriptio, nec immemorialis eſt, nec eius effectum ſortitur.*
46 *Immemorialis præſcriptio non ſolùm centum annos: ſed etiam mille, atque tempus infinitum comprehendit.*
47 *Immemorialis præſcriptio interruptione non eliditur.*
48 *Immemorialis præſcriptio centenaria præſcriptione potior eſt.*
49 *L.fina.titu.3.lib.13.ordina.declaratur.*
50 *Centenaria præſcriptio immemoriali non æquiualet: etiamſi eius initium non probetur: niſi in ea præſcriptione titulus adſit.*
51 *Præſcriptio quadragenaria cum titulo, vtrum ſufficiat ad Primogenij præſcriptionem.*
52 *Præſcriptio.40.annorum cum titulo, immemoriali præſcriptioni æqualis eſt.*
53 *L.42.Tauri declaratur.*
54 *Confirmatio in forma communi obtenta, præſtat iuſtam cauſam præſcribendi.*
55 *Conſuetudo titulum, ſeu bonam fidem non requirit.*
56 *Conſuetudo præſcripta titulum, ac bonam fidem requirit.*
57 *Scriptura Maioratus ambigua declaratur ex lapſu decem annorum.*
58 *Conſuetudo interpretatur leges, priuilegia, atque ſcripturas.*
59 *L.2.tit.9.lib.5.ordina.declaratur.*
60 *Immemorialis præſcriptio: vtrum deficiat dato eiuſdem præſcriptionis initio.*
61 *Immemorialis præſcriptio deficit, ſi conſtet memoriam extare intra centum annos, ſecùs autem ſi conſtet vltra centum annos memoriam extare, qualiterque hoc intelligendum ſit.*
62 *Memoria hominis ſicut homo ipſe oritur, & moritur.*
63 *Neceſſe eſt: vt omnia ſuo periodo terminentur.*
64 *Probatio immemorialis præſcriptionis ad aliquem certum, atque ſpecificum authorem referenda non eſt.*
65 *Diuerſa ſunt, quòd probetur contrarium actum fuiſſe, ſeu quòd detur immemorialis præſcriptionis initium.*
66 *Titulus vitioſus, ſeu illegitimus præſcribentes in mala fide conſtituit.*
67 *Præſcriptio immemorialis, cum mala fide non procedit.*
68 *Mala fides ex errore iuris cauſata: vtrum impediat longiſſimi temporis præſcriptionem.*
69 *Titulus reprobatus, à iure non conſtituit præſcribentem in mala fide in caſibus, in quibus error iuris bonam fidem inducit.*
70 *Mala fides authoris non nocet ſingulari ſucceſſori ſi is acceſſione prædeceſſoris non vtatur.*
71 *Mala fides præſumpta non nocet hæredi vniuerſali non vtenti acceſſione defuncti.*
72 *Succeſſor non poteſt vti titulo prædeceſſoris abſque vitiorum acceſſione.*
73 *Solennitates requiſitas in inſtrumento non interueniſſe: qualiter, ex ipſo inſtrumento comprehendatur.*
74 *Solennitas requiſita præſumitur ex temporis diuturnitate, etiamſi in inſtrumento non appareat.*
75 *Titulum oſtendere non debent hi, qui ex immemoriali præſcriptione iuuari poſſunt.*
76 *Titulum illegitimum habens, ex quo præſcriptio excluditur, tenetur in conſcientiæ foro, vel liti cedere, vel illum oſtendere.*

## *De his Primogeniis, quæ ex temporis antiquitate conſtant.*

## CAPVT VI.

HActenus de his Primogeniis, quæ à lege, & ab homine procedunt latiſſimè diſſeruimus, nūc autem ſupereſt, vt hoc loco de his, quæ à conſuetudinē, ſeu præſcriptione deriuantur, agamus. Illud autē priùs ſciendū eſt, dupliciter dici poſſe Primogenia ex cõſuetudine deferri. Primò, quando aliquid præcipuū ex hæreditate, vel patrimonio parētum filio Primogenito ex generali Regni, Prouinciæ, ſeu populi conſuetudine defertur, de qua conſuetudine: an valeat, qualitérq; cēſenda ſit, latè diſſeruerunt Ioā. Licerier. de Primogen. libr. 2. quæſtione 15. & Tiraquellus eod. lib. quęſtione 4. præſertim. num. 11. & 12. cum pluribus ſequentibus: vbi plura in idē adducunt; quæ apud ipſos videri poterunt. Non enim eſt noſtri inſtituti finis, quicquā de huiuſmodi conſuetudine tractare: cùm in Hiſpaniarū Regnis nullibi eam vigere compertum ſit, nóſq; de Hiſpanorum Primogenitura tractemus. Secūdò, quando in aliquo patrimonio vel familia cōſuetum eſt iure Maioratus ſuccedi, idque ex antiquiſſimo tempore vſitatum fuit Nec id ex cõſuetudine generali, ſed ex priuato, ac peculiari ordine ſuccedēdi in illis bonis iure Maioratus procedit. De qua conſuetudine, ſeu pręſcriptione, hoc in capite tractandum erit: cùm ea in Hiſpaniarū Regnis in pluribus domibus, familiis, ac patrimoniis vigeat, ſitque eiuſdem tractatio in forenſibus controuerſiis ſatis frequens, & aſſidua.

¶ Antequam autem ad vlteriora progrediamur, præmittendum eſt, inter antiquos, & modernos
1 Iuriſconſultos ſatis controuerſum eſſe, †vtrū vna progenies, familia, ſeu parētela poſſit inter ſe cō-

ſuetudinē introducere, vt in ea iure Primogeni-
turæ ſuccedatur:quam quęſtionem tetigit Andr.
de Yſern.in capit. Imperialē. §.præterea Ducat⁹.
de prohibita.feud.aliena.per Frederic.nu. 2. vbi
eleganter inquit, quòd ſi in quadā domo, vel fa-
milia conſuetum eſt ſuccedi iure Francorū : hoc
eſt,quòd Primogenitus excluſis cęteris fratribus
ſuccedat , ea conſuetudo præcisè ſeruanda erit.
Quod etiam cenſuit Ioan. Fab. in §.ex nō ſcripto
Inſti.de iur.natur. gent.& ciuil.num.6.Ioan.An-
dreas,referens ad id Vbertū de Bobio.in addi.ad
Specul.ti.de inſtrumen.edit.§.cōpendiosè. verſi-
culo ſed nunquid. in addi. parua.litera.B.incipi.
interpoſuit Hubertus.Vbi ſingulariter inquit,ꝙ
cōſuetudo vnius familiæ,vel parentelæ introdu-
cēs certam formam in ſucceſſionibus valida eſt.
Ita,vt nō ſecundùm ius cōmune ſed ſecūdū ordi-
nē in ea familia cōſuetū deinceps ſuccedēdū ſit.
Cui⁹ dictū referunt, & ſequūtur Ang.circa prin.
& Imol.col.1.in l.3.ff.de teſtamēt.Dicētes,ꝙ alibi
nō reperitur.Idq́; etiam cenſuit Raphael Cuma.
in vna lectura:dicens, quòd eſt verbum ſingula-
riſſimum.Soci.conſil.61.num.3.libr.3.Andr.Sicu-
lus in capit.ſicut de probat. colum. 8.Iaſ.in repe.
l.omnes populi.ff. de iuſti. & iur.nume.42. Idem
Iaſ.conſil.46.numer.3. libro 1. Xuarez in repet.l.
quoniam in prioribus.10. amplia. numer. 15.cum
pluribus ſequentib. Et iterum.11. limita.ad l.fori.
poſt iuris allegat.ibi.inſertam ſuper Comitatu de
Valentia.nu.11.cum ſequentibus.Pariſi.conſi.72.
num.11.& 19.lib.4. Boerius deciſione 228.num.6.
& Deci.conſil.255. num.29.vbi plura in idem ad-
ducit Carolus Ruinus conſil.40. num. 11.libro.1.
Soci.Iuni.conſil. 65.num.34.libro 1. Tiraquellus
de Primogenijs.quæſtione.16.nu.3. Guido Papæ.
conſi.131.num.7. & 8. Carolus Molineus conſ.50.
num. 5. Qui dicunt ad hoc lapſum 40. annorum
ſufficere, quā opinion. aſſerit magis communem
eſſe Antonius Gabriel.cōmunium opinion. libr.
6.titul.de conſuetudine concluſione 5.n.7. eam-
que ſequitur Sigiſmundus Neapolitanus inter
conſi.feuda.conſil.11.num.22.
¶ Contrariam autem opinionem veriorem eſſe
exiſtimat Angel.ſibi contrarius in l.fi.C.de teſta-
ment. in quadam lectura. quæ communiter non
inuenitur.Et Cuma.etiam ſibi contrarius.in d.l.
3.ff.de teſta.Salicet.in l.1.nu.21. & 31.& C.quæ ſit
long.conſuetud.Alexand.in l.ſi non ſpeciali. nu.
5.C.de teſta.Rochus.de Curt.in tracta.de conſue
tu.num.396.Carolus Ruin.conſil.208. colum.1.in
fin.lib.1.& conſil.118.nu.30.libr.2. Ioan. Licerier.
de Primogen. lib. 2. quæſtione 22. colum.2.Tira-
quellus qui hanc quæſtionem indeciſam reliquit
dicta quæſtione 16.num.2.& 6. Eamque opinio-
nem appellat communem, & veram Menchaca.
de ſucceſſ.creati.§.10.n. 257.hancque opinionem
nouiſſimè tanquam veriorem ſequitur Burgos
de Pace. in l. 3. Tau. num. 604.qui in id omninò
videndus erit.
¶ Sed quanuis vtraque ſententia à grauiſſimis
authoribus probetur : mihi tamen hæc ſecunda
opinio ſemper verior viſa fuit. Quod probatur
ſolidiſſima ratione,ad quā non poteſt congruum
2 reſponſum aſſignari.Conſuetudo† namque non
poteſt:niſi ab omni populo vel eius maiori parte
introduci.l.de quibus vbi Bartol.num.6.& com-
muniter Scribent. ff. de legibus. Cano. in capit.
fi.de conſuetud.in.l.5.titul.2.partita prima ibi.*E-*
3 *tal pueblo eſte o la mayor partida del.* Ex† quo infer-
tur familiam,nec progeniem , etiamſi partē ali-
quotam ciuitatis,puta tertiam, vel quartam con
ſtituat,non poſſe conſuetudinem introducere,vt
in aliquibus bonis iure Primogenituræ ſucceda
tur:niſi ea familia maiorem partem ciuitatis con
ſtituat,quod vix contingere poterit.
4 ¶Nec† obſtat tex.in l.ſecunda.§.deinde cum eſſet
ff.de origi.iuris.vbi probatur ciuitatis partē: ve-
luti nobiles, vel plebeios poſſe facere ſtatuta de
per ſe,& per conſequens conſuetudinē introdu
cere.Nec etiam illud,quod voluit Bartol.in l. de
quibus.ff.de legibus.numer. 15. vbi in ſpecie in-
quit,vnam partem ciuitatis poſſe inducere con-
ſuetudinem. Cuius dictum etiam alij Scribent.
ſequuntur.Hæc namque intelligenda ſunt , quo
ad ea,quæ reſpiciunt modum expediēdi illa,quæ
incūbunt ipſi parti ciuitatis,quod nobiles in eo
rū cōgregatione plebeiq́ue de per ſe quotidie fa
cere ſolent.Non autem quo ad ea, quæ cauſarū
deciſionem concernunt, vt dixit Bartolus com-
muniter ſequutus ab Scriben.in l.omnes populi
in lectura numer.7.ff.de iuſti. & iur.Rochus de
Curti.in tracta.de conſuetudi.numero 392.Tira-
quellus de Primogen.quæſtione 16.num. 2. & 6.
Gregorius Lopius in d. l. quinta,titulo ſecundo
partita prima in gloſſ.in verb. *O la mayor partida
del.*
¶ Ex quibus apertiſſimè comprehenditur erro-
neū eſſe id,quod dixit Roderic.Xuarez.in d.rep.
leg.quoniam in prioribus.10.amplia.num.22.Di-
cens,quòd quādo vna familia adeò creuit,vt ter
tiam,vel quartam partem ciuitatis conſtituat,po
teſt quo ad modum ſuccedendi iure Primogeni-
turæ conſuetudinem introducere.Quod in ciui-
tate Salmanticenſi exemplificat.Id namq́ue iuris
principiis repugnat,vt ſuperius oſtēſū eſt.Quod
ſic reſoluit Burgos de Pace in d.l.tertia Tauri.n.
610.vbi Roderici ſententiam in caſu ſpeciali de-
fendit.De quo ſtatim dicemus.
¶Sed quanuis hæc omnia vera ſint, atque ex iu-
ris clariſſimis principiis deriuentur,in tribus ta-
men caſibus opinio contraria ſuſtineri poterit.
5 Primus,†quādo hæc familia,quæ tertiā,vel quar
tam ciuitatis partem conſtituit,habet in loco me
rū,ac mixtum imperium, atque omnimodam iu-
riſdictionem. Tunc namq́ue huiuſmodi familia
conſuetudinem introducere poterit, vt dixit An
gel.in d.l.fina.C.de teſta.Iaſ.conſi.46 nu.3. lib. 1.
Carol.Ruin.conſil.108.num.30.lib.2.Rochus, de
Curti.de conſuetudi.numer.396.Tiraquellus,de
Primog.d.quæſtione 16.num.6.Burg.de Pace. in
d.l.3.Tauri.numer.619. Quod ſubintelligendum
erit:quando ea familia habet poteſtatem ſtatuen
di illud,quod ex cōſuetudine introducitur: aliàs
non,vt dixit Carolus Ruin.d.conſilio 208. colu.
ſecunda,libro primo, & conſilio 38. nume. 10. &
11.libr.1. Aymon Craue.qui plura refert. de anti-
quitat.tempor.quarta parte.in pricip.numer. 13.
Burg.de Pace.vbi ſupra.nume.620.Qua limitatio
ne obſeruata,caſus iſte parui momenti erit:cùm
non niſi à Principe ſtatui poſſit , vt in aliquibus
bonis iure Maioratus ſuccedatur.
¶*Secundus caſus*:quando familia, quæ iuriſdi-
ctionem non habet,tertiámque,vel quartā ciui-
tatis partem cōſtituit,cum maioris partis populi
conſenſu,hanc conſuetudinem introduxit.Tunc
enim ea pars ciuitatis,quæ ex eadem familia con
ſtituitur,



ſtituitur,poterit hāc conſuetudinem introduce-
re,ſi ad id tacitus populi conſenſus interueniat.
Nam,quanuis ciuitatis pars non poſſit conſuetu
dinem introducere:niſi merum , ac mixtum im-
perium obtineat,vt paulò antè oſtenſum eſt,hoc
tamen fallit:niſi hæc conſuetudo ex tacito con-
ſenſu populi, vel maioris partis eiuſdē firmetur.
Tunc enim pars ciuitatis poterit cōſuetudinem
introducere,tacituſq́ue populi conſenſus,ex nō
contradictione,& actus publicitate præſumēdus
eſt,vt voluit Bartol.in l.2.C.quæ ſit long. conſue
tud.num.13.cum ſeq.Rochus de Curt.de conſue.
nu.367.Tiraquel.d.q.16.nu.7.
6 ¶Tertius Caſus : quando † ea conſuetudo tem-
pore immemoriali præſcripta eſt. Tunc namq́ue
ex tanti temporis lapſu præſumitur eam conſue
tudinem,in notitiam populi deueniſſe eiuſq́. ta-
cito cenſenſu approbatam eſſe.vt opinatur Xua
rez.d.amplia.10.num.22.Quod hodie.l.41. Taur.
quę eſt l.1.tit.7.lib.5.in noua legum Regni colle
ctione in hoc Regno deciſum eſt.Idq́ue præciſè
ſeruandum erit: quanuis minus tempus , ad hoc
ſufficere pluribus,ex his Scriben. quos ſupra ci-
tauimus perſuaſum ſit.
7 ¶ In quo tamen obſeruandum erit†ex deciſione
huius legis 41.Tauri.ceſſare hodie primos duos
caſus,de quibus ſuperiùs mētionem fecimus, &
omnia ea,quæ Scriben.antiqui,& moderni circa
ea ſcripſerunt.Nam aut in hac conſuetudine tem
pus immemoriale interuenit,& tunc nec eſt ne-
ceſſarium,quod familia,ſeu progenies cōſtituat
maiorem,vel tertiam , vel etiam quartā ciuitatis
partem,nec quòd habeat iuriſdictionē,nec quod
ad eam confirmandam tacitus populi conſenſus
interuenerit.Aut in ea non interuenit tēpus im
memoriale,& tunc etiamſi familia magnam par
tem ciuitatis cōſtituat,iuriſdictionēq́ue habeat,
ad idq́ue tacitus populi conſenſus interuenerit,
ipſa conſuetudo nullius momenti proculdubiò
cenſenda eſt.Idq́. probatur ex d.l.41.Taur. Quæ
etiam de conſuetudine loquens temporis imme
morialis conſuetudinem non minorem requirit:
prout cōſtat,ex verbis eiuſdem leg.ibi.*Aſsi miſmo
por coſtumbre immemorial.*
¶Quod ea præcipua ratione comprobari poteſt:
quia dicenti aliqua bona eſſe Maioratus,iuris cō
8 munis diſpoſitio reſiſtit,cū†ex iuris præſumptio
ne bona ſemper libera , non autem Primogenio
nec Maioratui ſubiecta præſumātur. l.altius vbi
per Scribent.C.de ſerui.tex.in cap.1.§.inter filiā.
verſicu.defuncto ſi de feud.fue.contro.inter do
mi.& agna.in vſib.feud.Ioānes Andr. in addi.ad
Specul.titu.de feud.§.quoniam.verſic.21.Decius
qui plura refert.conſilio.424.nume. 7.& 8.Idem
conſil.467.num.9.latiùs Alciat.de præſumpt.re-
gula ſecunda,præſumptione tertia,vbi plura cu-
mulat.Ideoq́ue ad huiuſmodi præſcriptionē, vel
conſuetudinem merito tempus immemoriale ne
ceſſarium eſt:tex.in c. 1. cum ſimilibus de præſ-
cript.lib.6.quod eſt ſingu.ad d.legis.41.Tauri.in
tellectum.
9 ¶ Operæpretium autem erit ſcire : †an hæc con-
ſuetudo immemorialis,de qua in d.l.41.Tau. mē
tio fit,ſit vera conſuetudo,an potiùs ſit præſcrip
tio appellanda,quæ inueſtigatio maximi effectus
10 erit.Plures†enim ſunt differentiæ inter cōſuetu-
dinem,ac præſcriptionem,quas enumerat Ioan.
Fab.in d.§.ex non ſcripto.n.5.Inſt.de iur.nat.gēt.
& ciuil.vbi etiam per Scriben.Cinus & Scriben.
in l.2.C.quæ ſit long.conſue.Bart.in rep.l.de qui
bus.numer.10.vbi etiam per Scriben. ff.de legib.
Aym ō Craue.qui omnium latiſſimè id proſequi
tur.de antiqua.tempo.4.part.princip.in princip.
per totum.D.Didacus de Couar. in regula poſſeſ
ſor ſecunda part.§.3.num.2.Mencha. in ſuis con-
trouerſ.Illuſtrib.lib.2.capit.85. nu.31.Diuerſi etiā
11 effectus eſt præſcriptio quàm conſuetudo:†cùm
præſcriptio ſtricti iuris ſit,nec de caſu , ad caſum
extendi poſſit.Tex.in cap.auditis de præſcriptio.
Conſuetudo autem tanquam fauorabilis extēſio
nem admittit Anto.de Butrio poſt Innoc. in ca.
dilecto.de officio.Archidia.colum.fina. Deci.in
cap.tranſlato.de conſtitu.in prima lectura,num.
16.& in 2.lectura num.7.& Aymon. de antiquit.
temporum.d.4.parte in princip.nu.41. cū ſequē.
Pluresq́ue alios effectus diuerſos habent præſcri
ptio,& conſuetudo,quos paſſim Scriben.annota
re ſolent.
¶ In hac autem quęſtione dicendum eſt,hanc po
tiùs conſuetudinem: quam præſcriptionem ap-
pellandam eſſe.Nam omnes Scrib. qui de hac re
ſcripſerunt,eam conſuetudinem: nō autem præſ
criptionē appellāt,vt videri poteſt apud omnes,
quos ſuperius retulimus.Sicque eam conſuetudi
nē appellat.d.l.41.Taur.ibi.*Y aſsi miſmo por coſtum
12 bre immemorial.*Imò†id , quod tēpore immemoria
li quæſitum eſt,dicendum erit, quæſitum eſſe cō
ſuetudine:nō præſcriptione, vt probatur ex tex.
in c.ſuper quibuſdam.§.prætereà.de ver.ſig.ibi.
*Aut conſuetudine antiqua,cuius initij,&c.*Per quē
tex.dixit Mencha.li. 2. controuerſ.Illuſtr.cap.83.
n.23.ineptè vocari præſcriptionem eam,quę im-
memoriale tempus excedit:ſed potiùs vocandam
eſſe conſuetudinem:quod admitti poteſt, in hūc
ſenſum : non quòd ipſa ſit propria conſuetudo:
ſed quòd vicem conſuetudinis obtineat. Idq́.nō
13 mirum cenſendum eſt:cùm†ea immemorialis cō
ſuetudo vicem etiam legis obtineat.l.1.§.fin.ibi.
*Vetuſtatem vicem legis obtinere.*ff.de aqua.pluui.ar
cēd.l.in ſumma in princi.ibi *Vetuſtas,quæ pro lege
habetur.*ff.eod.habeatq́.vim conſtituti.l.3. §. du-
ctus aquæ.ff.de aqua quotidia.& æſtiua: & etiam
priuilegij conceſſi,à Principe expreſſe atque ex-
certa ſcientia,vt probatur in dicto.§.prætereà iū-
cta glo.verb.*non extat*.de verb.ſigni.not.Bal.in c.
1.nu.3.quæ ſint Regalia.Iaſ.in repe.l.de quib. ff.
14 de legib.nu.43.Atque† tanta etiam ſit eius pote-
ſtas,vt poteſtati Principis ſeu Imperatoris quan
do cum cauſa diſponunt,æquari compertum ſit,
vt dixit Andreas de Yſern.in capit.vnico ver.flu
mina.nu.7.quæ ſint regalia.in vſibus feud. Iaſ.in
l.quominùs.ff.de flumi.nu.42.& alibi ſæpe Scri.
nō mirū igitur ſi appellemus ipſam conſuetudi-
nem:cum etiam lex,priuilegium,atque conſtitu-
tum appellari poſſit.
¶Nec obſtat ſi dicatur tacitum populi conſen-
ſum eſſe neceſſarium,vt familia poſſit conſuetu-
dinem introducere,ad hoc namque reſpōdetur,
15 quòd† in hac immemoriali cōſuetudine regulari
ter ſcientiæ,ſeu conſenſus probatio non requiri
tur,vel ex eo,quòd ex huius præſcriptionis natu
ra ſciētiæ probatio neceſſaria nō ſit,vel quòd ex
tanti temporis lapſu hæc omnia præſumātur.tex.
vbi gloſſ.& Ange.in l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.
de aqua quoti.& æſtiu.Iaſſ.in l.Imperium.nu.21.
ff.de iuriſd.omni.iud.Deci.conſi.85.num.2. Ale-
xand.conſil.16.libr.5.nu.15.& ibi Carolus Molin.
in addi.D.Didacus de Couarru. in regula poſſeſ.
in initio

in initio.2.partis nu.8.
¶ Vel poteſt dici hanc legem Tauri ſecundum
diſtinctionem,quam in præcedēti quæſtione tra
didimus accipiendam,ſeu intelligendā eſſe. Aut
enim familia,quę iure Primogenituræ vſa eſtpar
tim ciuitatis conſtituit:adeoque nota eſt ea con-
ſuetudo,vt in ea tacitus populi conſenſus inter-
uenerit,& tunc proculdubiò ea,conſuetudo, nō
præſcriptio appellanda erit:quod etiam dicendū
erit,etiam ſi non probetur populi ſciētia,ſeu cō-
ſenſus:cum is,ex tanti temporis lapſu,aut præſu
matur,aut neceſſarius non ſit.Aut ea familia nō
conſtituit partem aliquotā ciuitati:ſed ex quin-
que aut decem,vel viginti hominibus aut ſimili
numero in magno oppido,ſeu ciuitate cōſtat, &
tunc nulli id rectè intelligenti ſuaderi poterit,ex
vſu harum priuatarū perſonarum conſuetudinē
introduci poſſe: cū id iuris principiis repugnet.
Habebit tamen hæc immemorialis præſcriptio
vicem legis,priuilegij,ac conſuetudinis,quanuis
ipſa conſuetudo vera,ac propria non ſit. Sicque
nouiſſimè lex illa Taurinenſis intelligēda erit,vt
illam ad ius commune reducamus.Quod ad hoc
vt tempus immemoriale veram cōſuetudinem,
aut præſcriptionem inducat, annotandum erit.
Semper autem,ſiue ea ſit præſcriptio,ſiue cōſue-
tudo,legis Taurinenſis diſpoſitio præciſè atque
indiſtinctè ſeruanda eſt,cùm hæc immemorialis
præſcriptio vicem legis,ac etiam conſuetudinis
obtineat.Sicque etiam,omnia iura, omneſq. iu-
ris interpretes appellare ſoleant: appellanda ta-
men erit cōſuetudo præſcripta, vt in ſimili dixit
Bart.in rep.l.de quibus ff.de legib.nu.15.vbi etiā
Iaſ.nu.44.
¶In hac autem re,animaduertendum erit, quòd
ſiue in caſu dictæ legis 41.Taur. temporis imme
morialis lapſum conſuetudinem,ſiue præſcriptio
nem appellemus,ſemper ea præſcriptio,vel con-
ſuetudo:non ſolùm extendēda erit aduerſus eos,
contra quos præſcriptum eſt : ſed etiam contra
omnes tam natos,quàm naſcituros,qui in poſte-
rum,eorum bonorum ſucceſſionem prætendere
poterunt.Nam quanuis verū ſit,quòd præſcrip-
tio ſit ſtricti iuris,nec de perſona ad perſonam,
nec de re ad rem extendenda ſit.l.prima.§.ſiquis
hoc interdicto.vbi gloſſ.& Scriben.ff.de itinere
actuque priua.tex.in capit.auditis vbi latiſſimè.
per Felin.num.10.de præſcriptio.Modern.in l.de
quibus.ff.de legib.Hoc tamen fallit,quādo prę-
16 cribitur aliquod ius reale in genere.Nā †præſcri
pto legitimè illo iure reali,extēditur præſcriptio
ad omnes perſonas,quib. illud ius applicari poſ-
ſit: quanuis aduerſus eas ſpecificè præſcriptum
non fuerit.Quod cenſuit Bart.in l.ſi quis diutur
no.2.notab.ff.ſi ſeruit.vendice.vbi ſing. inquit,
ꝙ præſcriptio iuris realis porrigitur ad omnes.
17 Ex quo infert,ꝙ†qui pręſcripſit iuriſdictionē in
vno territorio,poterit illā exercere aduerſus ad-
uenas,quāuis aduerſ⁹ illos nō præſcripſerit.Sub-
ditq.præſcriptionē in ea ſpecie,quæ p̄ſcripta eſt,
extēdi poſſe de perſona ad perſonā. Cuius dictū
refert & ſequitur Floria.ibidē verſicul.itē no.v-
bi ſingulariter inquit,quòd effectus præſcriptio
nis cauſatæ à iure reali extēditur ad omnes illos,
aduerſus quos præſcriptum nō fuit.Idipsū ſequi
tur etiā idem Bal.in addi.ad Specul.tit.de iuriſd.
omni.iudi.circa fin.verſic.antepe.Iaſ.in l.3.in pri
cip.nu.39.ff.de acquir.poſſe.Felin.in c.auditis.de
præſcrip.num.20.Balb.de pręſcrip.2.parte prin-
cipa.quæſtione ſecunda num.28.Aymon Craue.
de antiquit.tēpor.4.parte in princip.nu. 59. cùm
igitur in præſcriptione Primogenii ius reale prę
ſcribatur:ſcilicet bona de quorum præſcriptio-
ne agitur eſſe Primogenio ſubiecta , & habere
hāc qualitatē realē,cōſequēs eſt,vt perfecta prę
ſcriptione legitima,ea extendatur,etiam ad om
nes illos,contra quos præſcriptum non fuit.
¶ Quod etiam comprobatur ex eo , quòd quan-
do præſcribitur aliquod ius vniuerſale,non ha-
bet locum regula quòd præſcriptio non extenda
18 tur:imo†præſcripto quodam iure vniuerſali, alio
in poſſeſſione non exiſtenti, illud ius ad omnes
res,ad omnéſque perſonas extenditur,vt cēſuit.
Oldral.conſil.267.circa fin.tex.vbi per Scribent.
in l.poſſidere.in princip.ff.de acquir.poſſeſ. Ab.
in conſil.71.colum.2.lib.ſecundo Felin.in d.cap.
auditis de præſcript.numer.20.Iaſ.in l. Imperiū
numer.23.de iuriſdictio.omni.iudi. Deci.conſil.
27.numero.5.Balb.de præſcrip.2.parte principa.
quæſtione ſecunda numero 27.cum pluribus prę
cedentibus.Aymon Craue.de antiquita.tempo.
quarta part.in princi.num.57.cum ſequentibus.
Chaſſa.in conſuetud.Burgun.Rub.1. in princip.
nu.3.Cùm igitur hoc Primogenituræ ius ſit ius
vniuerſale,ad indiuiduum:nimirum ſi eius præſ
criptio ad omnes res,& ad omnes perſonas etiam
extendatur.Quod clarius procedit in præſcript o
91 ne immemoriali,quæ†cùm vicē legis, ac priuile
gij obtineat,contra omnes neceſſariò extendēda
erit,ſicut lex ipſa,ac priuilegium extenderētur,
vt optimè conſiderat Soci.Iunior.conſi.76.num.
100.cum ſequentibus lib.1.
¶Nec in caſu,de quo agimus videtur conſiderā
dam eſſe eam differentiam,quæ,quo ad extenſio
nem de conſuetudine,ad præſcriptionem cōmu-
niter aſſignari ſolet:cùm hæc primogenij conſue
tudo ſit cōtra ius,quod omnibus liberis bona pa
rētum æqualiter defert.l.vt liberis cum ſimilib⁹.
20 C.de colla.Nam quanuis verum ſit,quòd† cōſue
tudo fauorabilis ſit,atque ideò extēdenda, vt cē
ſuerunt Innoc.in verb.de præmiſſis& Antonius
colum.penultim.& fina.in capitul.dilecto de offi
cio Archid.& Scribent.in l.de quibus.ff.de legi.
& plures alij,quos refert Aymon.Craue.de anti-
quit.tempor.quarta parte in princip.nu. 41. illud
21 tamen fallit†,quando conſuetudo eſt contra ius:
tunc namque ea conſuetudo tanquam odioſa nō
extenditur:imò neceſſariò coarctanda,atque re-
ſtringenda eſt:ſicut præſcriptio coarctatur,ac re
ſtringitur. Quod opinatur Innoc. vbi ſupra.&
Bald.in Authent.ſi quas ruinas.C.de Sacr.Sācta.
Eccleſ.numer.1.Iaſ.in Authen.qui rem. C.eo.n.
21.Deci.in cap.1.de proba.nu.27.Aymon Craue.
qui plura refert.d.2.parte in princip.nu.42. cum
ſequentibus qui in id omnino videndus erit Ia-
cobus Philippus Portius. li.3.communiū opinio
num concluſione 26.colu.4.verſic.Alij docebāt.
Quæ omnia menti tenenda erunt , ad ea præſer-
tim,quæ infra iſto capite num.52. dicemus. Vbi
de præſcriptione quadraginta annorum cū titu-
lo tractabimus.Illa namque non poterit dici cō-
ſuetudo:ſed præſcriptio. Sed ſiue præſcriptio, ſi-
ue cōſuetudo ſit,vt prædiximus, ad omnes Maio
ratus ſucceſſores extendenda erit,quod compro
batur ex eo , quòd ius Primogenituræ non odio-
ſum:ſed fauorabile , atque ob bonum publicum
introductum cenſendum ſit: prout ſupra, libr.1.
cap.10.latiùs enarrauimus.

¶Sed &



22 ¶ Sed & illud in hac re obſeruādum erit, †quod
ad hoc,vt hæc cōſuetudo, vel præſcriptio Primo
genij induci poſſit,neceſſariū eſt,quòd is,qui iu-
re Primogenij in bonis parentum ſucceſſit,alios
fratres habuerit,cōtra quos poſſit hæc præſcrip-
tio,vel conſuetudo inchoari. Nam ſi quis filius
vnigenitus fuit,atque in bonis parentum ſucceſ
ſit,& filio etiam vnigenito bona ſua reliquit:quā
uis idipſum per multas ſucceſſiones,filiorū vni-
genitorum ſimul cum immemoriali præſcriptio-
ne probatum fuerit, ex hoc non cenſebitur Pri-
mogenium ex conſuetudine inductum fuiſſe.Nō
enim id ex actibus ſucceſſionū, nec ex poſſeſſio-
ne immemoriali infertur neceſſariò, cùm etiam
bonis de quorum ſucceſſione agitur liberis exi-
ſtentibus,idipſum futurum eſſet:ſicque conclu-
dit Andreas de Yſern.in conſuetudine Primoge
nij loquens in d.cap.Imperialem.§. præterea Du
catus.de prohibit.feud.aliena.per Freder. nume
ro 3.& 4. Quem ſequitur Matthæus de Afflictis
ibidem num.44.idem Afflict.in cap.ſatiſ.de pro-
hibitio.feud.aliena.per Lotha.num.7.Luc.de Pē.
in l.1.colum.4.ad fin.verſicul.Si autem ſolus vni-
cus.C.de imponen.lucra.deſcript.lib.10.Quod in
Primogenitis Hiſpaniæ loquens dixit,Xuarez.in
repetit.l.quoniam in prioribus.11.limitat.ad leg.
23 Fori poſt allega.ibi inſertam.num.15.In† his nam
que præſcriptionibus iurium,requiritur aduerſa
rius,qui ſciat & patiatur.l.venditor.§.1.ff.cōmu-
nia prædio.l.quoties.Iaſ.2.ff.de ſerui. l. & Atilici-
nius.ff.de ſeruit.vrba.prædio.tex.in c.cum Eccle
ſia Sutrina,de cau.poſſeſſ.& propriè & nō aliter
poterit præſcriptio,nec etiam conſuetudo præ-
ſcripta inchoari.Idque veriſſimum,atque indubi
tatiſſimum eſt,perpetuoque memoriæ tradendū
ad intellectum , & declarationem dictæ l. 41.
Tauri.
24 ¶Sed† an ſufficiat,quod vnicus tantum actus ſuc
ceſſionis Primogeniti in tēpore, quod ex d. l. 41.
Tauri requiritur,occurrerit:an binus ſaltim act⁹
neceſſarius ſit,cōtrouerti ſolet,in quo ea inueſti
gatio,de qua ſuperiùs tractauimus,neceſſaria vi
detur.Si enim ea eſt conſuetudo:cōſequēs eſt,vt
ſaltim binum actum requirat.l.3.C.de Epiſcopa.
audi.ca.ex parte de conſuetud.Scrib.in l.de qui-
bus.ff.de legi.vbi Bar.in rep.n.12. Imò duo actus
iudiciales neceſſarij ſunt,vt conſuetudo introdū
catur,nec extraiudiciales ſufficere videntur. l.5.
ti.2.par.1.ibi.*Si en eſte tiempo miſmo fueren dados cō*
*ceieramente dos iuizios por ella*. Si verò ſit præſcri-
ptio vnicus actus ſufficiens eſt.c. cū Eccleſia vbi
cōmuniter Scri.de cauſ.poſſe.& propriè Hoſt.&
cæteri in capit.Abb. Sancti Siluani de verbo.ſi-
gni.D.Anto.de Padilla.in l.1.C.de ſerui.& aqua,
num.22.cum ſeq.
¶Quicquid autem ſit in caſu.d.l. 41. Tauri, ſiue
ea de qua ibi agitur ſit præſcriptio,ſiue cōſuetu-
do:vnicus tantum actus ſucceſſionis iuncta con
tinuatione poſſeſſionis per tempus in ea requiſi
tum ſufficiens erit. Nam quāuis in cōſuetudine
26 regulariter binus actus requiratur:ſi †tamen vni
cus tantum actus occurrerit,iſque habuerit tra
ctum ſucceſſiuum,ac continuationem per tēpus
requiſitum ad conſuetudinē inducēdam,is actus
ſolus ad confirmandam,ac inducendam conſue-
tudinem ſufficiens erit,quod opinatur Ab.in ca
pitul.fin.numer.17.de cōſuetudine, qui ad id om
ninò videndus erit,ad idque allegat tex.in capit.
cum de beneficio.de præbend.lib.6.vbi ſi benefi
cium ſeculare conferatur regulari,& poſſideatur
per regularem tempore habili ad conſuetudinē
inducēdam,efficitur illud beneficium regulare:
licèt vnica tantum collatio interuenerit,& ita è-
conuerſo:ſi regulare conferatur ſeculari , & illa
collatio habeat tractū ſucceſſiuum, ac poſſeſſio-
nem cōtinuatam per ſecularem,beneficium effi-
citur ſeculare.Ibidemque id omnes Scrib.aduer
tunt.Quod etiam ex tex.in d.c.cum de beneficio
verum eſſe exiſtimat Tiraq. de Primoge. q. 38.
nu.2.quanuis de prædicta doctrina Ab.non me-
minerit.Idipſum etiam ſentire videtur Andr.de
Yſern.in d.c.Imperialē.§.præterea Ducatus. n.3.
Ripa.li.1.reſponſorum.c.14.n.6.Pala.Rub.in rep.
c.per veſtras.§.18.n.37.Ioan. de Terra Rubea in
tracta.contra rebelles art.1.primo tracta.cōcl. 8.
in glo.verb.ex ſola vi cōſuetudinis col.4.in prin.
quæ opinio vera,atque ſatis notabilis eſt : præ-
ſertim in conſuetudine de qua loquitur.d. l. 41.
Tauri.
27 ¶Nec† actus iudiciales in hac conſuetudine pro
banda neceſſarij ſunt.Nam quanuis dicta lex. 2.
titul.5.part.1.in probanda conſuetudine duas ſal
tim ſententias requirat,id intelligendū eſt quan
do ea cōſuetudo,ex actibus iudicialibus probari
prætenditur.Si verò probari prætēdatur ex acti
bus extraiudicialibus, poterit etiā probari ex eo
rum actuum frequentia:quanuis actus iudicia-
lis nunquam occurrerit.Quod opinatur Abb.in
d.cap.fin.de conſuetud.num.16. vbi inquit hanc
eſſe communem opinion.Legiſtarum, ac Cano-
niſt.Idem in cap.Abbate.nu.13.de ver.ſign. Bar-
to.in rep.leg.de quibus.ff.de legi.num.13.& in le
ctura.nu.13.Quem ſequitur ibi Iaſ.num.51.& cō-
muniter Scribent.Rochus de Curt.de conſuetu.
nu.362.cum ſequentibus,& Petrus de Rauena.in
tracta.de conſuetud.num.142. Hancq. dixit eſſe
communem opinion.plures in idem referēs Ay-
mon Craue.de antiquitat.tempor.4.part.in prin
cip.num.33.Et Turtianus in ſuis communibus o-
pin.cap.9.nu.1.Franci.Vitiia. lib.communium o-
pinion.verbo conſuetudo.nu.1. cum ſequentib.
28 ¶Nec†illa lex partitarum quæ de vno modo pro
bandi cōſuetudinem meminit,ceteros excludit.
Idq. aduertit Gregorius Lopius in d.l.2. in gloſſ.
verb.*fueren dados*. Sicque legem illam interdū in
forenſibus controuerſiis vidimus accipi,& intel
ligi,iſque intellectus verus mihi videtur:quāuis
contrariam ſententiam imò,quòd duo actus, ad
probationem conſuetudinis præciſè requiran-
tur,veriorē eſſe exiſtimauerit Burgos de Pace in
l.1.Tauri.num.148.ſubdens ad probationem,vſus
actus iudiciales nō requiri:ſed veriùs eſt ad pro-
bationem vſus,ſeu etiam conſuetudinis:actus iu
diciales præſertim conuenire , non autem eoſdē
neceſſarios eſſe:prout ex communi Scribentium
ſententia,de qua paulò antè meminimus proba-
tum eſt.Idque conſtat apertiùs : ex deciſion. tex.
in l.cum de conſuetudine.ff.de legib.A qua vide
tur dicta.l.partitarum originē ducere:inquit nā-
que Iuriſconſultus in ea lege: *cum de conſuetudine*
*ciuitatis,vel prouinciæ confidere quis videtur*. Primū
quidem illud explorandum arbitror:an etiam cō
tradicto aliquando iudicio, conſuetudo firmata
ſit.Quæ verba tam præciſa videntur, quantū il-
la,quæ in d.l.partitarum adiecta ſunt.Nihilomi-
nùs tamē ex lege de quibus,& ex lege nā & Im-
perator.

peratator.ff.eod.titul.contrarium cõmuniter deci-
ſum eſt.Quod ſimiliter in dictæ legis partitarum
interpretatione facere debemus:ne prædictis le-
gibus ac communi Scriben.opinioni cõtraria ſit,
cum omnes partitarum leges,ex iuris communis
legibus deductæ fuerint,eaſque in omnib. ſequi
ſoleant,vt pluſquam notiſſimum eſt.
¶Quicquid autem in præcedenti quæſtione di-
cendum ſit:hoc tamen ſolum in ea conſuetudine
quæ ex decem,vel viginti annorum tempore cõ
ſtat,controuerti poteſt:nam in ea,quæ memoriã
hominum excedit, vel quadragenaria, vel cen-
tenaria eſt,proculdubiò actus etiam extraiudicia
les ſufficiẽt,nec iudiciarij præciſe neceſſarij erũt
vt iure communi ſtatutũ erat.Ideoque in Maio-
ratuum præſcriptione hanc controuerſiam ceſſa
re pluſquàm notiſſimum eſt. Cui opinioni non
obſtat dicta.l.partitarum,cum illa in conſuetudi
ne decem vel viginti annorum loquatur.Nec ſit
ad alias præſcriptiones longioris temporis præci
puè immemorialis extendenda: imò caſus ab ea
lege omiſſi in iuris communi diſpoſitionem re-
linquendi erunt. Quod optimè aduertit Burgos
de Pace.in d.l.1.Tauri.nu.251.cum ſeq.
29 ¶Id tamen conſiderandum erit, †ad probationẽ
Primogenij,quod ex tẽporis antiquitate cõſtat,
requiri teſtes bonæ famæ, vt probatur ex d.l.41.
Tau.ibi.*Y que los teſtigos ſeã de buena fama*.In qua
parte lex illa originem ſumpſit à deciſione tex.in
capit.licet ex quadam ibi:*Niſi forte perſonæ graues
extiterint, quibus meritò ſit fides adhibenda*. de teſti.
vbi in probatione facti antiqui, quod memoriã
hominum excedit præciſè teſtes graues,ac bonæ
30 famæ requiruntur.In †qua ſpecie neceſſariũ erit
probare teſtes de hac immemoriali cõſuetudine
deponentes eſſe homines graues,ac bonæ famæ,
nec ſufficiet ſola iuris præſumptio: quanuis om-
nes bonæ famæ eſſe præſumantur. Quod opina-
tur Angel.in l.2.§.diem autem.ff.quemadmodũ.
teſtam.aperiam.colum.2.vbi ſingulariter inquit,
quòd quãdo lex,vel ſtatutũ requireret teſtes op-
timæ opinionis,eſt præciſè articulandum,& pro
bandum,quòd ſunt optimæ opinionis,ex quo in
fert,quòd cum ſtatutũ Bononiẽſe diſponat,quòd
ad probationẽ mortis alicuius,qui extra territo-
rium dicatur deceſſiſſe,interueniat probatio per
tres teſtes optimæ opinionis,quòd nõ erit proba
ta mors:niſi probetur etiam illos deponẽtes eſſe
optimæ opinionis,& famæ.Cuius dictum refert,
& ſequitur Soci.conſil.274.colum.9.libr.2. Idem
conſil.136.nume.8.lib.1.& Alexãd. conſil.82. libr.
1.num.3.Idem conſi.43.num.24.lib.4.Idem conſi
lio 122.num.11.lib.7.Deci.conſilio 321.num.11.Ay-
mon Craue.de antiquita.tempor.prima parte.§.
quæritur.numero 38.Socin.Iunior.conſi. 39. nu-
mer.62.libro ſecundo qui plura in idem adducit.
Auenda.de exequend.manda.Regiis.cap.6.n. 6.
colu.4.idem in ſuo dictionario.in par.*Coſtumbre*.
col.2.verb. item aliquid.
¶ Cæterum Alcia. de præſumptio.Reg. 3. præ-
ſump.2.numer.8.hæc intelligit: quãdo ſtatutum
requirit quòd teſtes ſint optimi:ſecùs tamen ſi re
quirat tantùm quòd ſint boni.Nam quanuis quis
bonus præſumatur:non tamen optimus præſumi
tur,niſi probetur.Quod extendit etiam ſi ſtatu-
tum dicat,quòd teſtes ſint bonæ famæ,aut bonæ
æſtimationis.Nam id etiam præſumendum eſſe
cõcludit neceſſe neceſſario probãdũ,nec articulã
dũ,ad qđ allegat legẽ penultim.§.1.ff.de variis &
ex ordi.cog.& legẽ quæcũq.§.fi.ff.de publicia,&
Bartol.in tracta.præſumptio.in princip.vt videri
poteſt apud eundem Alciat.ibidem num.10. Sed
quanuis Bar.id dicat in d.tracta.de præſumptio.
num.2.leges tamen ab eo,ac ab Alcia.allegatę id
non probant,vt ex eis apertiſſimè comprehendi
tur.Ideoque Bartol.authoritas ſequenda nõ eſt.
Quod etiam clariùs redditur ex eo, quòd d.l.41.
Tauri originem trahat à deciſione tex.in d. ca.li
cet ex quadã,vbi requiritur,quòd teſtes ſint gra
ues,& quibus meritò fides adhibẽda ſit.Quod e-
tiam videtur repetitum in ead.l.41. Taur. in illis
verbis.*Que ſean de buena fama*.Quæ qualitates cũ
ſint facti,non præſumũtur. Idque apertius colli-
gitur,ex Decio.conſil.27.vbi inquit, quòd quan
do ſtatutum requirit teſtes omni exceptione ma
iores, hæc qualitas pręciſè probanda eſt. Quod
ſequitur Alcia.vbi ſupra num.9. Conſtat autem
plus eſſe,quòd l.illa requirat teſtes eſſe graues,ac
bonæ famæ:quàm ſi requireret quòd eſſent om-
ni exceptione maiores.Ideoque opinio Alcia.te-
nenda non eſt.Quod nota, vt ſemper in horum
Primogeniorum probatione memineris articula
re,& probare,quòd teſtes de hac re deponentes
ſunt bonæ famæ,& opinionis.Nam alias ex ſupe
riùs adductis probatio ipſa non concluderet, id-
que vidimus ſemper ab antiquis Iuriſconſultis
obſeruatum.
31 ¶Hæc †autem immemorialis præſcriptio, ſeu cõ-
ſuetudo probanda eſt per teſtes deponentes ſe vi
diſſe ſemper ita fieri,& nunquã vidiſſe nec audi
uiſſe contrarium actum fuiſſe,& à ſenioribus ac
maioribus audiuiſſe id ita factum fuiſſe,de eoq.
eſſe publicam famam, ac opinionem apud eos,
qui eius rei cognitionem habent,vt colligitur ex
gloſſ.communiter ſequuta,ab Scribent. ibidẽ in
cap.1.de pręſcriptio.lib.6.& in cap. quid per no-
ualle,vbi Innoc.in verbo.de nouo.Ioan.Ana.co-
lum.ſecunda.Anton.colum.quarta, & Scrib. de
verb.ſigni.Specul.titul.de prob.ver.vltimo quę-
ritur.Aret.in cap.licet,ex quadam colum.1.de te
ſtib.Oldral.conſil.172.columη. 4.Corn. conſilio
268.num.21.libr.4.Alexand. conſilio 16. num.16.
libro 5.& eſt cõmunis opinio ſecundùm Balb.de
præſcriptio.ſecunda parte,tertiæ partis princip.
quęſtione 6.num.24. Dominus Didacus de Co-
uarru.in regula poſſeſſor.ſecunda parte,§.tertio
num.7.Pariſi.cõſilio 27.num.96.libro primo vbi
plures in idem refert Antonius Gabriel.libro 5.
comm.opini.titul.de præſcript.concluſione 1.n.
74.Regia.l.29.titul.16.part.3.
¶Sed quanuis iure communi, ac etiam legibus
partitarum inſpectis, immemorialis pręſcriptio
hoc pacto probetur,hodie autem ex deciſione.d.
l.41.Tauri vltra omnia quæ ſuperiùs dicta ſunt,
requiritur,quòd teſtes deponãt audiuiſſe à maio
ribus,ac ſenioribus,eos idipſum in ætate ſua vi-
diſſe,& audiuiſſe,nec vidiſſe nec audiuiſſe cõtra
riũ.Quòd ea lex in Primogenij antiqui probatio
ne præciſè ac expreſsè requirit.Idq.in pręſcrip-
tione iuriſdictionis requirit l.fin.titulo 13.l.3.ordi
na.quæ eſt l.1.titul.15.lib.4.in noua legum Regni
collectione.Quę leges,etſi in Primogeniis,ac iu
riſdictionis pſcriptione tãtùm loquãtur, in cæte
ris negotiis,quib. immemorialis pręſcriptio pro
banda eſt,procedunt,ac locũ habent: cùm leges
illæ præſtent formam probandæ immemorialis
præſcriptionis,nec poſſit ratio differẽtiæ aſſigna
ri:quare id in iuriſdictione,ac in Primogenitura
& non



& non in aliis grauiſſimis negotiis obſeruandum
ſit: ſicque vidimus ſemper illas leges intelligi &
practicari:quanuis D.Did. de Couarru. in dict.
regula poſſeſſor.2.par.§.3.num.7. dicat ſæpiſſimè
in practica admitti probationem immemoria-
lis præſcriptionis, in qua hoc vltimum defece-
rit. Sed verius mihi videtur non omnino eſſe à
iudicibus formam illarum legum reiiciendam,
33 nec etiam ſcrupuloſè ſequendam:cùm † omiſſio
modicæ ſolennitatis actum vitiare non ſoleat,vt
opinatur Bart. per tex. ibi in l.1.§. Quod autem,
nume.1.ff.de ventr. inſpi.Iaſ. qui plura refert in
l.2.§.priùs.numer.10. & 11.ff.de vulga. Emanuel
Acoſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.
& poſthu.3.part.numer.86. Mencha. de ſucceſſ.
creati.§.9.num.9.vbi hanc eſſe communem opi-
nionem profitetur.Quod ex negotii,ac perſona-
rum,& teſtium qualitate ęſtimandum, ac deci-
dendum erit.
34 ¶Quod †ſi inter plures teſtes non inueniantur
duo,qui deponant ſimul,de omnibus qualitati-
bus,quæ ex dictis legibus requiruntur:ſed non-
nulli deponant de aliquibus ex eiſdẽ:alij verò de
aliis,ita vt dictis omnium iunctis, & ſupplendo
dictum vnius,ex dicto alterius reſultet ex eiſdẽ
plena probatio,cum omnibus qualitatibus quæ
ex dictis legibus requiruntur:huiuſmodi proba-
tio plena,ac ſufficiens cenſenda erit. Nec præ-
ciſe requiritur,quòd vnuſquiſq. teſtis deponat
de omnibus qualitatibus, ex eiſdem legibus re-
quiſitis. Quod probatur ex eleganti Doctrina
Baldi in l.Gallus.§.ille caſus indifficilis. colum.2.
ff.de libe.& poſthu.vbi inquit, ex coniunctione
teſtium fieri plenam,ac legitimam probationem.
Idque etiam notat idem Bal.in capit.cum cau-
ſam in princip.ante num.1. de proba.dicens, † ꝙ
35 ex multis imperfectis fit vna probatio perfecta:
ſicut ex multis membris inuicem cohærentibus
fit perfectum corpus,& ex multis conſonantiis
fit perfecta harmonia. Idipſum etiam probatur
ex tex.iuncta gloſſ.in l.3.§.1.ff.de teſtibus & ex l.
rerum mixtura.ff.de vſucapio. iunctis his, quæ
notãt Bart. & Scribent. in l. ſi quis ex argenta-
riis.§.1.ff.de eden.Alexand.conſi.11.num.3. & 7.
libr.4.Imol.conſi.38.num.5.Anton. Natta. conſi.
31.nume.8.lib.2.Pariſ.conſi.73. nume. 20. libr. 1.
Quibus plura cumulant Scribent.in l.admonen-
di.ff.de iureiurand.vbi Iaſ.nume.99. plura cõge-
rit.Sed magis in ſpecie idipſũ probatur, ex qua-
dam doctrina Baldi.in l.teſtium.nume. 12. C. de
teſtib.vbi inquit,quod ſi duo teſtes deponant de
vno quinquennio,& alii duo de alio quinquen-
nio continuato,coniunguntur, & erit probata
conſuetudo decennalis.Idem etiam notat Præ-
poſitus in cap.quorundam.23.diſtinct.vbi loquẽ-
do in præſcriptione,inquit,quòd quando imper-
fecta concludunt, ad ſuum totum coniungun-
tur,& ſic quod teſtes de veritate,vel viſu coniun
guntur,cùm aliis teſtibus deponentib. de fama:
quia concludunt ad ſuum totum, & ſunt ordi-
nata ad communem effectum,quod etiam in for
tioribus terminis exiſtimat Auguſti. Beroius.
in capit.ſicut conſuetudo.num.19.de proba. vbi
ſingulariter inquit,quòd etiam in actibus indiui
duis, & quando conditionaliter, & pro forma
aliquod probationis genus requiritur, adhuc cõ
iungendi ſunt teſtes de viſu,cum teſtibus depo-
nentibus de fama,& eſt facienda vna perfecta
probatio,ex duabus imperfectis. Quod proba-
bile videtur:dummodò probatio famæ & audi-
tus ſit temporis antiquiſſimi,& ſaltim ante qua-
draginta annos,in quibus alij teſtes deponunt de
viſu:ſi enim eiuſdem temporis eſſet, proculdu-
biò non ſufficeret. Ad huius autem quæſtionis
reſolutionem videnda ſunt quæ latiſſime conge
rit Anton.Gabriel. communium opinion. lib.1.
conclu.1.
36 ¶Similiter etiam controuerti ſolet,† vtrũ teſtis,
qui deponit ſe audiuiſſe aliquid publicè cenſea-
tur deponere dẽ hoc eſſe publicam vocem,& fa-
mam:prout dictæ leges Regiæ, & etiam omnes
Scribent.in probatione immemorialis præſcri-
ptionis requirunt. Quod autem id non ſufficiat,
plurib. perſuaſum eſt,ex quadam deciſione Bar.
in l.de pupillo.§.plurimum num.21.ff.de quæſtio
nibus,vbi inquit,quòd teſtis,qui dixit ſe aliquid
audiuiſſe publicè,non probat famam: quia po-
tuit eſſe,quòd vnus homo publicè dicebat.Quod
etiam dixit idem Bar.in l.3.§.eius quoque num.
2.ff.de teſt.& in l.Labeo.ff.de ſupellect.leg.Alex.
conſi.357.num.5.lib.2.Quod à Doctor. communi
ter ſequi teſtatur Imol.in l. hæredes palã.in prin
cip.col.1.ff.de teſtã.Turcian. in lib. communium
opi.cap.43.
¶Contrariam autem ſententiam veriorem eſſe
exiſtimat Bald.in capit. literas,de præſumptio.
nume.2.vbi illum text. inducit ad dictum teſtis,
qui dixit ſe audiuiſſe aliquid publicè dici:& in-
quit eſſe intelligendum illud verbum:*Publicè*,id
eſt,publica voce dici à populo,& ſic ille teſtis ꝓ
bat famam. Quod etiam cenſuit Salicet. qui plu
ra in idem adducit in l.ea quidem.num.119.verſ.
Quartò iuxta hoc quæro.C. de accuſa.l. de pu-
pillo.§.ſi quis riuos.ff.de nou. oper.nunt. Idque
probatur ex tex.in l. eum qui. C. de falſ.& ex
gloſſ.notab.in clemen.1. verb. *Publicè*, vbi per
Scrib.de ſepul.Felin.in capit.exceptionem.num.
48.de exceptio. Quibus plura cumulat Palat.
Ruui.qui in id omninò videndus erit, in repet.
capit.per veſtras.§.21.num.15.& 16. cum ſequen.
de donationib.inter virum & vxor. Hippoli. in
dict.l.de minore.§. tormenta. numer. 48. ff.de
quæſtio.
¶Sed quanuis hæc opinio ſatis controuerſa ſit
vt ex ſupra dictis apparet,mihi autem prima opi
nio verior videtur.Non enim verbum illud, *Pu-
blicè*,comprehendit neceſſariò omne illud quod
publicæ vocis,ac famæ probatio requirit,vt no-
tiſsimum eſt,quod in caſu.d.l.41.Tauri apertiùs
procedit.Lex namq. illa requirit neceſſariò pro
forma probationem publicę vocis,famæ,ac com
munis opinionis,vt ex eius ſerie, cuilibet rectè
inſpicienti apertiſsimè cõſtabit.Ex quo fit, quòd
etſi verbum illud, *Publicè*, æquipollens eſſet fa-
mæ probationi:id non ſufficeret ad hoc, vt ei-
dem legi ſatisfiat,cùm quanuis ex hoc probetur
fama:non tamen probatur communis opinio,&
etiam fama non probatur verè,ſed per æquipol-
lens.Quod etiam non ſufficit:cùm ſit de iure, ꝙ
quando †aliquid requitur à lege,pro fama,id ſit
37 ſpecificè adimplendũ,nec ſufficiet ſi p æquipol-
lens adimpleatur gl.in Clem. 1. verb. *Tertio*. de
vit.& honeſt.cleri.Bar.in l.non ſunt liberi. n.1.
ff.de ſtat.homi.Alex.num.8.Iaſ.nume.18.& Scri-
ben.in l.1.ff.de libe.& poſthu.Quibus plura cu-
mulat Tiraquel.de *retract. Lignagier*.§.1.gloſſ. 21.
nu.11.Idque verum mihi videtur:niſi teſtis dixe-
rit,id audiuiſſe publicè à maiori parte ciuitatis,
Ea

Ea namque vera & præciſa famæ, ac communis opinionis probatio eſt, vt prædicti Docto. aduertunt.

¶Pretereà illud etiam annotandum eſt, q cùm ex dict. legis. 41. Tauri deciſione in primogenii probatione famæ publicæ depoſitio requiratur,
38 q† ea fama publica articulanda, ac probanda eſt ſpecificè in eo articulo, vbi de ipſius Primogenii conſuetudine, ſeu præſcriptione agitur, nec ſuffiet, ſi in vltimo articulo, vbi genericè in omnibus aliis negotiis fama publica articulari ſolet, de fama publica tractetur. Quod cẽſuit Signorelus conſi.70. Quem refert & ſequitur Palat. Ruui. in repe. c. per veſtras fol. magno. 187. nume. 43. §. incipi. Sed eſt pulchra dubitatio. Ant. Gabriel. lib. 5. cõmunium opinionum. tit. de præſcrip. conclu. 1. nu. 80. Sicque communiter obſeruari ſolitum eſt.

39 ¶Ne † autẽ in articulãda hac Primogeniorũ præſcriptione, quæ frequẽs & aſſidua eſt, erretur, formã eiuſdem articuli hìc apponere libuit, quę erit huiuſmodi. *Item ſi ſaben, &c. que las villas de, &c. y ſus tierras con el vaſallaie y iuriſdiction ciuil y criminal, rentas, pechos, y derechos, y cõ todo lo demas al ſennorio y iuriſdicion delas, anexo y perteneciente han ſido, y ſon, y ſiempre fueron bienes de Mayoradgo indiuiſibles, inalienables, e impreſcriptibles y como en tales bienes de Mayoradgo, han ſuccedido ſiempre en ellos ſolos los hijos mayores, andandode mayor en mayor ſin partir los, ni diuidir los con los otros ſus hermanos ni darles ninguna equiualencia, por razon dela ſucceſſion dellos, no embargante que los han tenido: y por eſte titulo de Mayoradgo han ſuccedido enellos Fu que al preſente los poſſee, y ſu padre, y abuelos, y los otros ſus predeceſſores. Y aſsi lo han viſto los teſtigos ſer e paſſar de vno, diez veynte, treynta, quarenta, cinquenta, cient annos y, mas tiempo, y de tanto tiempo a eſta parte, que memoria de hombres no es en contrario. Y lo oyeron dezir a ſus mayoras, y mas ancianos: los quales dezian, que lo auian viſto, e oydo dezir en ſus tiempos a los ſuyos, y que los vnos, ny los otros nunca vieron, ni oyeron dezir lo contrario, y de ello ha ſido, y es la publica, voz y fama, y comun opinion, en las dichas villas, y en ſu comarca, y aun en todos eſtos Reynos digã los teſtigos lo que ſaben.* Quod ſẽper animaduertendum eſt. Vidimus enim pluries hęc, vel nõ plenè, vel parum accuratè fieri ex aduocatorum negligentia, vel ignorantia.

40 ¶Teſtes † autẽ, qui de hac immemoriali præſcriptione deponere debent, neceſſariò debent eſſe ætatis quinquaginta & quatuor annorum, vel ſaltim eius ætatis, q tempore, quo deponunt, iã fuerint elapſi quadraginta anni, quòd ſint doli capaces. Quod in ſpecie cenſuit Ioan. Miles in ſuo repertorio ver. Teſtes ad probãdũ memoriã extare. Idẽ arbitratur Floria. in l. ſeruitutes. *La grande*, in princip. nu. 19. ff. de ſeruitu. Lapus, & Domini. col. 4. ſuper glo. ff. in c. 1. de præſcriptio. lib. 6. vbi Francus nu. 16. Aymon Craue. de antiquit. temp. 4. par. §. abſolutis. num. 20. Chaſſa. in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 2. verſi. Aduerte. n. 8. Idem in Rubrica. 13. §. 2. ad fin. D. Did. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 3. nu. 7. Caſtillo in d. l. 41. Tauri. in gloſ. verb. *Quarenta annos*, vbi allegat ad hoc ſolùm Ioan. Miles. in dicto repertorio. Falſòque eidem imponit, q dixerit neceſſariò requiri, quòd teſtis ſit ætatis quinquaginta & quatuor annorũ, cùm ipſe id nõ dixerit: ſed quòd aut debeat eſſe ætatis quinquaginta, & quatuor annorũ, vel eiætatis, quod poſſit deponere de tempore, quo iam erat doli capax, vt ſuperiùs oſtenſum eſt. Qua in re lapſus fuit Pariſius conſi. 27. nume. 97. lib. 1. vbi inquit teſtes de hac immemoriali præſcriptione deponentes, debere eſſe ad minus ętatis quinquaginta & quatuor annorum. Quod etiam dixit Anton. Grabriel. plures in idem referens. lib. 5. communium opinionum. titul. de præſcrip. conclu. 1. nume. 83. Sufficiet namque, quòd teſtis ſit ætatis quinquaginta annorum cum di-
41 midio: cùm † teſtis, qui iam decem annos cùm dimidio attinxit, doli capax eſſe cenſeatur. gloſſ. ordina. in §. in ſumma. verb. *Proximus*. Inſti. de vi. bonor. rap. ſimil. in l. pupillus. ff. de regul. iur. & in §. pupillus. Inſtit. de inutilib. ſtipul. Quorum opinio hodie approbata eſt, ex deciſ. l. 9. titul. 10. par. 7. & l. 17. titul. 14. eadem part. Ideoque de his quę eo tempore vidit, legitimè teſtificari poterit.

42 ¶Quibus adiicitur, quod regulare ſit, † quòd teſtis quatuordecim annorum poſſit deponere de his, quæ vidit in pupillari ætate: dummodò deponat de eo tempore, quo iam erat doli capax, vel proximus pubertati. gl. vbi per Scri. in l. 3. §. Lex Iulia. ff. de teſtibus, & in l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſta. gl. in §. teſtes. Inſti. eo. Quam dixit eſſe communem opinionem Aretin. in d. l. ad teſtium. Idque etiam tenuit Felin. qui plura refert in c. cùm nobis de præſcriptio. n. 9. Idẽ Felin. in c. ſi. circa prin. de ſenten. excommuni. D. Dida. Couar. qui etiam plura refert in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 3. n. 8. l. 9. tit. 16. part. 3. Idque veriſſimum eſt.

43 ¶Circa iſta verò controuerti ſolet, an in caſu dictę legis 41. Tauri. ad probandam Primogenii præſcriptionem, vel conſuetudinem, ſufficiat probare centenariam conſuetudinem, vel præſcriptionem. Et prima facie videtur dicendum, quòd ſic, cùm pręſcriptio centenaria ſit in effectu immemorialis præſcriptio. Quod cenſuit Cinus in l. 2. C. de ſeruitu. & aqua. quæſt. 10. Cepol. de ſeruitu. vrban. præd. capi. 19. Balb. de præſcriptio. 2. par. 5. partis principa. quæſt. 6. numer. 24. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſi. §. 5. numer. 93. Idem Carol. Molin. de contractib. quæſt. 17. num. 192. Anton. Gabriel. qui plura refert. lib. 5. communium opinionum. titul. de præſcrip. conclu. 1. num. 71. & 73. vbi hanc communem opi. eſſe profitetur.

44 ¶Imò † præſcriptio centenaria prior eſt, quàm immemorialis, ideóque vbi lex requirit probationem centum annorum, non ſufficit, quòd immemorialis probetur, vt dixit gloſſ. in capit. cùm nobis verb. *Centum annorum.* de præſcriptionibus. Cuius opinio. veram eſſe cenſent Hoſtien. Anto. colum. 2. Card. & Imol. colum. 1. ibidem, vbi Abb. num. 5. & Bellamer. numer. 13. Eámque etiam ſequitur Balb. de præſcript. 2. parte. 3. partis. quæſt. 6. nu. 28. Aymon Crauet. de antiquita. tempo. 4. par. §. abſolutis. num. 2. & §. materia iſta n. 42. Quorum opin. communem eſſe aſſerit D. Dida. Couarru in reg. poſſeſſor. 2. parte. §. 3. nu. 9.

¶His tamen non obſtantibus contraria ſentẽtia, imò quòd ad Primogenii pſcriptionẽ centenaria præſcriptio nõ ſufficiat, verior mihi videtur. Nã
45 quanuis † plures exiſtiment centenariam præſcriptionem eandem eſſe, cum immemoriali: contrariam tamẽ ſententiam, imò quòd cẽtenaria, nec ſit immemorialis præſcriptio, nec eiuſdẽ effectũ ſortiatur, veriorem eſſe cenſuit Cardina. in cap. ſi diligenti. ad fin. de præſcriptio. vbi Felin. num. 13. fina. verb. Idem Felin. in cap. cum nobis, nu. 6. eo. tit. & in cap. ad audientiam. eo. tit. nu. 27. Gaſpar. Luſit. in l. Imperium. col. 39. ff. de iuriſdict. omni. iudi. D. Dida. Couarru. in reg. poſſeſſor. 2. pa. §. 3. num. 6. Quorum opinio proculdubiò vera eſt, ea præſertim ratione, quòd poſſit eſſe, quòd probetur poſſeſſio centenaria ex teſtibus, ac inſtrumẽtis, & quòd aliunde conſtet de eius initio vitioſo, etiam vltra centum annos. Quo caſu hæc probatio immemorialem præſcriptionem non concludit, vt inferiùs dicemus, & tamen erit probatio centenariæ præſcriptionis, cùm in ea nihil ampliùs, quàm poſſeſſio centum annorũ requiratur.

¶Quibus adiicitur, plura ex diſpoſitione iuris communis, ac legum Regiarum ad probationem præſcriptionis immemorialis neceſſaria eſſe, quę in probatione præſcriptionis centenariæ non requiruntur. Poteſt namq; eſſe, quòd inſtrumentis centenaria præſcriptio probetur abſque fama & aliis requiſitis, quę ad probationem immemorialis præſcriptionis requiruntur: quæ proculdubiò centenaria præſcriptio: non tamen immemorialis cenſenda erit. Ex quo fit, vt ſit impoſſibile cẽtenariã præſcriptionẽ eãdẽ eſſe cũ immemoriali.

¶Nec obſtat, ſi dicatur centenariam pręſcriptionem immemoriali portiorem eſſe. Ideóq; non ſatisfieri legi centenariam præſcriptionem requirenti, ſi immemorialis præſcriptio probetur, vt perſuaſum eſt gloſſæ, ac communiter Scrib. in dicto cap. cum nobis. Nam quanuis eiuſdem gloſ. opi. communis ſit, nullo pacto mihi vnquã pro-
46 bari potuit. Siquidẽ, † immemorialis pręſcriptio, non ſolùm centum annos, ſed mille, ac tempus etiam infinitum comprehendet, vt dixit Oldrald.
47 conſ. 254. nu. 18. vbi ex hoc, inquit, † nõ poſſe ſubduci ab immemoriali præſcriptione tempus aliquod per interruptionem. Cùm enim tẽpus immemoriale infinitum eſſe debeat, etiam ſublato de medio aliquo tempore finito: tẽpus, quod remanſerit, infinitum eſſe debet, ex regula vulgari, quòd ſi ab infinito finitũ demas, quod remanſerit, infinitum etiam erit. Qua etiam ratione dixit Corn. conſil. 22. nu. 5. lib. 1. quòd interruptio non elidit immemorialem præſcriptionem. Cuius dictum refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 27. nume. 84. lib. 1. quanuis nullus eorum Oldrald. citauerit, qui ab omnibus communiter citari ſolet, ad hoc, quòd immemorialis conſuetudo, quid infinitum comprehendat. Sed id meliùs probatur ex tex. in l. ſi arbiter. ff. de proba. ibi. *Et hoc infinitè ſimiliter ſurſum verſum acciderit.* Dè quo text. in hac parte Oldrald. etiam non meminit. Illud tamen, quod de interruptione dictum eſt, procedere non poteſt in tẽpore quadraginta annorum, in quo dicta l. 41. Tauri, ad immemorialis præſcriptionis probationem teſtes de viſu deponentes preciſè requirit. Sicque ſemper intelligi atque practicari ſolitum eſt.

¶Quod etiam comprobatur authoritate Abb. in c. cum Apoſtolica: de his, quæ ſi. à Præla. n. 12. vbi eleganter inquit, quòd ſi laicus probat poſſediſſe decimas tempore immemoriali, cenſetur probatũ eas acquiſiuiſſe ante conciliũ Lateranẽ. quod celebratũ fuit, propè iam elapſis quatuor centum annis. Idq; etiam cenſuerunt Imol. & Felin. nu. 4. in c. cauſam quæ, de præſcriptio. & Balb. de præſcrip. 5. par. principa. q. 7. D. Dida. Couarru. lib. 1. reſolu. c. 1. 17. nu. 5.

48 ¶Qua ratione † & etiam alij cenſuerunt Scriben. quos ſuperiùs pro hac parte citauimus, immemorialem præſcriptionẽm maiorem eſſe cẽtenaria, atq; ideò eius probationem ſufficere, vbi lex cẽtenariam præſcriptionẽ requirit. Quod etiam ex pluribus ingenioſè ac eruditè probat D. Dida. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 3. num. 9. qui in id
49 omnino vidẽdus erit. Ibidẽ † namq; hoc inducit, ad intellectum dictæ l. fin. tit. 13. lib. 3. ordina. quæ hodie eſt l. 1. ti. 15. lib. 4. in nou. leg. Reg. collectione. Quæ lex centũ annorũ præſcriptionem in iuriſdictione acquirenda requirit; quanuis in dict. noua collectione leg. Regni hodie aliter diſpoſitum ſit: eidem autẽ legi ſatisfactũ erit ex immemoriali præſcriptione. Idq. verum videtur: ſicque olim in caſu contingenti in Regio ac ſummo Regni Caſtellę conſilio pronuntiatum fuiſſe, à viris fide dignis accepimus. Et quãuis propter authoritatem gloſ. in dict. capit. cùm nobis, & eorum, qui illam ſequuntur, Regium conſilium in varias ſententias diuiſum fuerit, tandem contra ſentẽtiam eiuſdem gloſ. obtentum fuit.

¶Ex quibus infertur hodie, ex deciſ. d. l. 41. Tauri non ſufficere ad præſcriptionẽ Primogenij centenariæ præſcriptionis probationem, niſi ea omnia etiã concurrant, quæ ex eiuſdem legis diſpoſitione requirũtur. Quod procedit, ac verum eſt, etiamſi eiuſdem cẽtenariæ præſcriptionis initiũ ex aduerſo non probetur. Non enim ex centenaria pręſcriptione eidẽ legi in immemorialis præſcriptionis probatione plura alia requirẽti, ſatisfactum erit. Forma namque inducta à lege pręciſè ſeruanda eſt, cùm ea ſemper ſubſtantialis eſſe cẽſeatur. Bald. in l. cõparationes. 3. oppo. in fi. nu. 5. C. de fide inſtru. idem Bal. in l. humanũ. nu. 3. C. de legib. Deci. conſ. 222. n. 4. Tiraquel. de retract. Lignagier. §. 36. glo. 2. nu. 29. Ex eadem etiam ratione conſequitur non eſſe verũ id, quod opinatur Greg. Lop. in l. 15. ti. 31. par. 3. gloſ. verb. *Puedan acordar*, vbi dixit centenariam præſcriptionẽ immemorialem eſſe, quando non inueniuntur teſtes deponentes ſe vidiſſe contrarium, etiamſi fama contraria, vel auditus probetur. Quod inquit
50 eſſe ſatis notandum. Nam † etiãſi initium per teſtes deponentes de viſu, fama, vel auditu nõ probetur, non erit centenaria præſcriptio eadem cũ immemoriali, niſi ea omnia interueniant, quæ iure communi, & legibus etiam Regiis requiruntur. Quod, attenta deciſione legum Regiarum apertiùs procedit, niſi in hac centenaria præſcriptione interueniat titulus. Tunc nãmque dicendum erit, prout ſtatim in quadragenaria præſcriptione dicemus.

51 ¶Similiter etiam controuerti poteſt † vtrùm ad probandam præſcriptionem Primogenij, in cuius probatione ex d. l. 41. Tauri deciſ. immemorialis præſcriptio requiritur, ſufficiat præſcriptio quadraginta annorum, cum titulo, qui poſſit præſtare iuſtam cauſam præſcribendi, vt ſi facultas ad inſtituendum Maioratum ab eius inſtitutore per ſubreptionẽ impetrata fuit, ex eáque Maioratus inſtitutus quę eius ſucceſſores cum hoc titulo vel alio ſimili, ac bona fide, per tẽpus quadraginta annorum poſſederunt, vel quid aliud ſimile
52 contingat. In qua quæſtione † dicendum eſt quadraginta annorũ præſcriptionẽ cũ titulo ſufficere. Hæc namque præſcriptio immemoriali æquiualens eſt, adeò, vt quoties lex immemorialem

ne impoſſibilis efficiatur immemorialis præſcriptionis probatio, neceſſariũ fuit hoc ad aliquod tempus reſtringere. Quod ab Scrib. ad centũ an-
62 nos coarctatum fuit. Sicut† enim homo poſt centum annos mortuus præſumitur: ita etiã memoria, quæ eſt in homine, quæ ſicut homo oritur, & moritur, vt eleganter inquit Bal. in l. 1. C. de emã
63 cipa. libe. n. 9. Neceſſe† namque eſt, vt omnia ſua periodo terminentur, vt inquit Philoſophus relatus ab eod. Bal. in d. l. 1. nu. 8.

¶Nec obſtant duo fundamenta, quæ paulò antè aduerſus hanc opinionem adducebamus. Primũ, quòd ſi hęc opinio vera eſſet, ex eo cõſequeretur, ꝙ immemorialis præſcriptio in effectu eadem eſſet cum centenaria præſcriptione. Nam quanuis contrarius actus, à centum annis vltra probatus, præſcriptionis immemorialis authoritatem non excludat, non conſequitur ex eo hanc eſſe centenariam præſcriptionem: non autem immemorialem. Ad probandã namque immemorialem præſcriptionem plura alia requiruntur, quæ in cẽtenariæ præſcriptionis probatione neceſſaria non ſunt, vt conſtat ex dict. l. 41. Tauri. & ſupra iſto c. 31. latiùs oſtendimus. Ideóque cùm immemorialis præſcriptio, cum omnibus qualitatibus à iure requiſitis probanda ſit, non poteſt dici immemorialem eandem eſſe cum centenaria, ex eo, quòd actus contrarius à centum annis vltra probatus, immemorialem præſcriptionem non excludat.

¶Non etiam huic opinioni aduerſatur ſecũdum fundamentum, de quo ſuperiùs obiiciebamus, ex d. l. 41. Tauri. Ex qua præciſe requiritur, ꝙ probetur teſtes, ac etiam maiores eorundem nunquam vidiſſe, vel audiuiſſe contrarium. Verba namque illa non indefinitè, atque abſolutè, ſed ciuili modo, & cum ea reſtrictione quam prædiximus, accipienda ſunt, ne alias impoſſibilis efficiatur immemorialis præſcriptionis probatio. Ex quibus hæc opinio ſatis ab his duabus impugnationibus defendi videtur.

¶Sed quanuis hæc quæ prædiximus, in forenſib. controuerſiis plures admitti ſoleant: mihi tamen id exactiùs adhuc conſideranti, vt de hac re vera reſolutio habeatur, viſũ fuit, neceſſariũ eſſe duos caſus diſtinctos, ac diuerſos conſiderare. Aut .n. actus ipſe qui probatur ipſi præſcriptioni cõtrarius, talis eſt, vt neceſſariò oſtẽdat cõmentitium, ac falſum eſſe id quod ex immemoriali præſcriptione probari prætẽditur, aut eius qualitatis eſt vt cõpatiatur cum ipſa immemoriali præſcriptione. Si actus ipſe talis ſit, vt ex eo pręſcriptio ipſa euidẽter falſa eſſe mõſtretur, veluti ſi is, qui probare vult bona ipſa eſſe Maioratui ſubiecta, contendat ex eiſdem bonis fuiſſe Maioratum inſtitutũ à Titio, quod ex immemoriali pręſcriptione probare prætẽdit, & ex aduerſo producitur ſcriptura, ex qua euidẽtiſſimè probetur ipſum Titiũ ea bona libera reliquiſſe, & inter eius hæredes tã quàm bona libera diuiſa, atq; diu poſſeſſa fuiſſe, vel aliter probet Titium huiuſmodi Maioratum non inſtituiſſe. Et in hoc caſu dicendũ erit huiuſmodi actum præſcriptioni contrariũ: etiamſi vltra centum annos contigiſſe probetur ipſius immemorialis præſcriptionis authoritatem elidere. Cùm enim ſpecificè prętendatur Maioratum inſtitutum fuiſſe à Titio, atque hoc fundamentũ ex actus contrarii probatione deſtructum fuerit, conſequens eſt, vt ipſa etiam immemorialis præſcriptio deſtruatur. Deſtructo námque fundamento, omnia quæ ex ipſo deduci prętenduntur deſtructa eſſe cenſentur, l. non dubiũ. C. de legib. l. cum principales, cum ſimilib. ff. de regulis iuris & allegans aliquid cũ certa qualitate tenetur illam præciſè probare, deficiẽtq. eius probatio: ſi probet actum abſque qualitate. Tex. in c. licet cauſam, vbi latiſſimè Felin. n. 40. cum ſequen. & Deci. nu. 24. cum ſequ[illegible] proba. Idque veriſſimũ eſt: dummodò ho[illegible]è: & concludentiſſimè
64 probetur. Ideóqu[illegible]nis, qui allegãt bona aliqua eſſe Primogenio ſubiecta, idque ex immemoriali præſcriptione probare contendũt cõſulimus: ne ad aliquem ſpecificum authorẽ probationem referãt, ſed ſimpliciter ea bona Maioratui eſſe ſubiecta profiteãtur: ne ex ipſius authoris probatione immemorialis pręſcriptionis authoritas deficiat. Quod etiam pari ratione ab his, qui in cęteris cauſis immemorialem pręſcriptionem allegare, ac probare voluerint, animaduertendum erit.

¶Si verò actus, qui probatur ipſi immemoriali præſcriptioni cõtrarius, eius qualitatis ſit, vt cũ ipſa præſcriptione immemoriali cõpatiatur: veluti ſi probetur bona à centũ annis vltra fuiſſe libera, & pręteñdatur probari ex immemoriali præſcriptione Maioratui eſſe ſubiecta, quæ compatibilia ſunt, cùm potuerint ea bona ex poſtfacto Maioratui ſubiici. Et in hoc caſu ſi actus contrarius centum annorum ſpatium exceſſerit: procedere poteſt communis Scribent. opinio, de qua paulò antè meminimus. Ita tamen, vt nõ pręciſè centum annorum ſpatium ad hoc definiendum ſit: ſed potiùs id arbitrio iudicis relinquatur. Nã quanuis neceſſarium ſit, hanc probationem immemoriali præſcriptioni contrariam ad aliquod tẽpus reſtringere, ne impoſſibilis efficiatur eius probatio, vt ſupęriùs oſtendimus. Nulla tamen lege cautum eſt id ad centum annos reſtringendum eſſe, cum poſſit actus ex ſcripturis: etiam vltra centum annos euidentiſſimè probari. Neque video qua ratione dicendum ſit, quòd ſi actus cõtrarius à centum annis, & vno, vel duobus citra probetur, immemorialem præſcriptionem non excludat: ſicut ſi ab anno centeſimo citra probatum fuiſſet: cùm tempus centum annorum, nec immemorialem pręſcriptionem efficiat, nec ad illam probandam neceſſarium ſit. Ideóque melius erit, hoc arbitrio iudicantis committi, vt viſum fuit. Innoc. in dict. cap. veniens. nume. 2. ibi. Alii tamen dicunt, & hoc etiam arbitrio iudicis committitur. Ex quibus verbis videtur id quod priùs dixerat, & id, quod tũc dicere vult arbitrio iudicis committere. Quod etiam colligitur ex Specul. Anton. & his Scriben. quos ſuperiùs retulimus. Comprehenditúrque ex eorũ verbis etiã in vltimo dicto, vbi de centum annis vltra loquuti fuerunt. Quanuis enim dicant, quòd ſi actus contrarius à centum annis citra probetur. deficit immemorialis pręſcriptionis authoritas. Non tamen dicunt, quod ſi actus contrarius probetur à centum, ac duobus, vel tribus annis citra non minuat authoritatem immemorialis præſcriptionis, ſed vt intelligamus in hoc latiùs poſſe iudices arbitrari, dicunt, quòd ſi probetur actus à ducentis annis citra, non ex eo immemorialis pręſcriptio deficiet, vt apud prædictos authores clariſſimè videri poterit. Ex quo fit, vt tutior opinio ſit, quòd totum hoc arbitrio iudicis committendum ſit. Qui tamen non malè arbitrabitur: ſi ex probationum circũſtantiis arbitratus fuerit,



fuerit, actum contrarium præſcriptioni vltra centum annos, ex vnius anni, vel duorum annorum lapſu contingentem immemorialem pręſcriptionem non excludere, hec etiam malè iudicabit: ſi ex actu vltra centum annos: per vnum annum, duos, vel tres, vel decem contingenti immemorialem præſcriptionem excludat, quod ex cauſarum, perſonarum atque probationũ qualitate iudicandum erit. Quæ omnia menti tenẽda erũt. Non enim aliter ſic diſcuſſa, atq. declarata inuenientur, quanuis paſſim in forenſibus controuerſiis contingere ſoleant. Et hæc de prima ſpecie: ſcilicet, quãdo probatur actus immemoriali præſcriptioni contrarius.

¶In ſecunda ſpecie quando ſcilicet probatur immemorialis præſcriptionis initium ex titulo inutili, ſeu vitioſo, ſubdiſtinguendum erit. Nam aut is titulus talis eſt qui præſtare poſſit iuſtã causã præſcribendi, aut eſt vitioſus, atque illegitimus, eiuſque qualitatis, vt iuſtam cauſam præſcribẽdi præſtare non poſſit.

¶Si eius qualitatis ſit titulus, quis poſſit iuſtam cauſam præſcribendi præſtare, iterùm etiam ſubdiſtinguendum erit. Aut enim titulus citra cẽtũ annos factus fuit, & tunc proculdubiò is titulus immemorialis præſcriptionis authoritatẽ excludet. Ceſſat namque immemorialis pręſcriptionis authoritas, dato eiuſdẽ ꝑſcriptionis initio, quod à centum annis citra fuiſſe probatur, ex his, quæ ſuperiùs adducta ſunt. Valebit tamen hæc præſcriptio in vim præſcriptionis quadragenariæ, cũ titulo, quod intelligendum erit: quãdo probatur præciſè hoc fuiſſe verum initiũ immemorialis præſcriptionis. De quo dicendũ erit, prout dicemus infra iſto c. nu. 66. vbi de titulo vitioſo, atq. illegitimo tractabimus.

¶Si verò titulus à centum annis vltra probetur dicendum eſt, ex hoc titulo non minui præſcriptionis immemorialis authoritatẽ, vel ſaltim hoc arbitrio iudicis relinquẽdum eſſe, ex his, quæ ſupra in prima huius diſtinctionis ſpecie latiùs annotauimus.

¶Sed veriùs videtur: quòd ſi appareat titulus, ex quo detur immemorialis præſcriptionis verum, atque indubitatũ initium, etiam vltra cẽtum, vel ducentos annos, eam iam nõ poſſe dici præſcriptionem immemorialem, quod probatur euidentiſſima ratione. Immemorialis namque præſcriptio ea eſt, cuius origo memoriam hominum excedit, vel de cuius origine non conſtat, vt ſuperiùs oſtendimus: ſed ex hoc titulo datur eiuſdem præſcriptionis certum, atque indubitatum initiũ: ergo ſequitur, quòd ea immemorialis præſcriptio dici non poſſit.

¶Nec obſtat id, quòd ſuperiùs diximus ex Inno. Specul. Anto. & cæteris Scrib. Quòd ſcilicet immemorialis ꝑſcriptio nõ excludatur, quãdo probatur contrarium actum fuiſſe à centũ annis vl-
65 tra. Nã ſi bene cõſideremus, † diuerſa ſunt: quòd oſtendatur contrarium actum fuiſſe, vel quòd detur initiũ pręſcriptionis. Quando enim vltra centum annos oſtenditur contrarium actum fuiſſe, non ex eo cõſtat de origine præſcriptionis, ſiquidem potuit eſſe, quòd poſt illum actũ, vel antè, bona fuerunt Maioratui ſubiecta, quòd pręſcriptio immemorialis præſupponit. Ideóque, quáuis teſtes recordentur contrarium actũ fuiſſe, nemo tamen recordatur de huius præſcriptionis initio ſeu origine, quod ad eſſe immemorialis præſcriptionis requiritur. Sed quando vltra cẽtum annos datur verum atque indubitatum præſcriptionis initium, iam ceſſat ſubſtantia immemorialis præſcriptionis, quę ex hoc pręſertim pendet, vt de eius origine nõ conſtet. Ideóque non mirum, ſi in hoc non ſit facienda diſtinctio, an initium detur à cẽtũ annis citra, vel vltra quid cõpredẽditur ex his quę notãt Inno. Specul. Ant. & omnes Scrib. quos ſuperiùs citauimus. Quãdo enim faciũt diſtinctionẽ de centũ annis vltra, vel citra, non loquũtur in caſu vbi datur certum, atque indubitatum præſcriptionis initium: ſed quando probatur memoriam extare per actus contrarios præſcriptioni, quod ab oſtẽſione initij ipſius pręſcriptionis diuerſum eſt. Ideóque in hoc caſu dicendum erit idem, quod in præcedenti dictum eſt, ꝙ ſcilicet hęc pręſcriptio in vim immemorialis valere non poſſit: valebit tamen tanquam præſcriptio centenaria, vel quadragenaria cum titulo.

¶Si verò titulus vitioſus, atque illegitimus ſit, eiuſque qualitatis, vt cauſam pręſcribendi pręſtare nõ poſſit, dicendum erit, quod ſi conſtet apertiſſime titulum hunc dediſſe cauſam, atque initium pręſcriptioni, ex eo vis immemorialis pręſcriptionis omninò corruet, quod oſtenditur ſolidiſ-
66 ſima ratione. Nã† titulus vitioſus, ſeu illegitimus præſcribentes in mala fide conſtituit. l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. 11. l. fina. §. ſin autem. C. communia de lega. glo. in l. 2. C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. regu. qui contra iura, de regul. iur. lib. 6. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem nu. 45. Inſtitu. de actio. Boerius deciſ. 1. n. 54. Tira-
67 quel. de retract. Lignagier. in fin. n. 42. † Pręſcriptio autem etiam immemorialis proculdubiò cum mala fide non procedit. tex. ſic communiter, atq; indifferenter ab omnibus intellectus in c. fina. de præſcrip. Per quem id opinantur Io. Andr. Franc. & Scrib. poſt gloſ. ibi. in c. 1. in fin. de præſcrip. lib. 6. Angel. in §. furtiuę quoq; res. col. 2. Inſti. de vſucapio. Matth. de Afflict. deciſ. 368. nu. 10. Aymon Craue. de antiquita. tẽpo. 4. par. c. Materia iſta ſingularitatis teſtiũ. n. 19. D. D. de Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 3. n. 7. & §. 8. n. 4. vbi hanc dicit communem opinionem, de reg. iur. lib. 6. Pariſi. conſ. 66. nu. 128. lib. 3. Ibidem conſ. 26. n. 31. cum ſequen. lib. 1. Idem conſ. 104. num. 154. eod. lib. idem conſi. 112. nu. 34. & 35. eod. lib. Anto. Gabriel. lib. 5. communium opi. ti. de præſcript. conclu. 1. n. 39. & 40. & nu. 57. Idque veriſſimum eſt, quanuis contrarium, & malè opinatus fuerit Boerius deciſione 39. nu. 7. poſt Salicet. ab eo ibidem relatum.

¶Sed quanuis hoc in mala fide vera apertiſſimè
68 procedat, † in mala tamẽ fide præſumpta, quæ ex titulo illegitimo, atq; ex errore iuris procedit, plures ex Scriben. contrarium cenſuerunt: dicentes nõ ſolùm ex hac mala fide præſumpta, & ex titulo illegitimo, ex errore iuris cauſato immemorialem præſcriptionem: verum etiam tricenariam vel quadragenariam non ceſſare. Quod dixit Bar. in l. fina. n. 17. C. vnde vi. idem etiam not. in ſpecie Paul. Caſtren. in l. Celſus. n. 4. ff. de vſucapio. idem conſil. 406. nu. 10. lib. 1. Idem Paul. in l. nunquam. ff. de vſucapio. nu. 3. Roma. conſ. 123. colum. 3. gloſ. ordin. in c. de quarta. verbo. *Se poſſe tueri.* de præſcriptio. Ange. & Imol. in l. nunquam in prin. ff. de vſuca. Soci. conſ. 33. n. 10. li. 4. Quorum opinionem dixit communem eſſe Anto. Rubeus cõſ. 75. n. 4. Eamque ſequitur idem Rubeus conſil. 154. num. 8. Ripa. in l. 1. nu. 9. ff. quor. bonorum. Deci. conſil. 266.

ſil.266.num. 4.cum ſequen.idem conſi.267.nu.5. & plures Scrib, quos refert Aymõ Craue.de antiquita.tẽpo.d.c. materia iſta ſingularitatis teſtium.n.7.Couarru.in regul.poſſeſſor. de regul.iur. lib.6.par.2.§.7.n.5.Mencha.qui plura in idem adducit lib.2.controuer.illuſtr.c. 81.n.11. vbi latiſſimè proſequitur materiam Tiraquel.qui plura refert. de præſcriptio. §.1.glo.4.verſ.Decimo octauo.

¶ Contrariam autem ſententiam, immò, quòd titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus putabatur conſtituat præſcribentẽ in mala fide, deſtruatque longiſſimi temporis pręſcriptionem verioré eſſe cẽſuit gloſ.in c.Apoſtolicæ.de dona. verb.*Præſcriptione*.glo.vbi per Scriben.in c.2.ver. *Non poteſt*.de his quæ fi.à Præla. gloſ.in ca. cura. verb.*Legitima*.de iur.patrona.Pro quarũ gloſſarũ opinione eſt text. notab. ad quẽ non poteſt congruũ reſponſum aſſignari,in c.dudum.de decim. Per quem tex.id dixit Abb.in c.de quarta.nu.12. de præſcrip. vbi Felin.nu.35.hanc opinionem ex pluribus veriorem eſſe cenſet, reſpondetque ad tex.in c.peruenit.de emptio.& vẽdi.qui eſt præcipuum fundamentum eorum, qui cõtrariam opinionem ſequuntur,idem Abb in c.cùm non liceat.n.9.de præſcriptio.Paul.qui videtur ſibi cõtrariari in d.l.Celſus n.4.poſt medium.ff.de vſucapio.idem Paul.conſ.70. nu. 3.lib.1.Alex.conſil. 121.nu.12.lib.4.idem conſi.73.num.12.lib.2.& plures Scrib.quos ſpecificè refert Aymon.d.c.materia iſta ſingularitatis teſtium.n.6.& hãc dixit eſſe communem opinionem Pariſi.conſ.66.num.126. lib.3.Pro qua eſt tex.formalis,qui loquitur in pręſcriptione longiſſimi temporis in c.hoc cõſultiſſimo.verſ.Cõtractus. ibi. *Nec præſcribendi cauſam parent*. vbi gloſ.& communiter Scrib. de reb.Eccle.non alie.lib.6.

¶ Cæterùm, quanuis quæſtio hæc ad vtranque partem diſputari facillimè poſſet, in hac opinionũ varietate mihi hæc diſtinctio ſemper placuit, quam frequenter receptam vidimus.Quod ſcilicet,aut titulus eſt reprobatus à iure,& cui lex reſiſtit, ſeu manifeſtè vitioſus:veluti ſi ſit contractus alienationis factus ab Eccleſia minore, ciuitate, ſeu fiſci procuratore de re immobili,& abſque debitis ſolennitatibus, vel quilibet alius titulus,ex quo manifeſtè mala fides aliter colligatur. Et tunc dicendum erit huiuſmodi titulum non præſtare iuſtam cauſam præſcribendi: imò conſtituere præſcribentes in mala fide: tàm in longi quàm in longiſſimi,ſeu immemorialis temporis præſcriptione. In qua ſpecie procedit.2.opinio,& ea,quæ Scrib. ad eius comprobationem adducunt. Aut titulus non eſt omninò à iure reprobatus:ſed talis, cui nec ius aſſiſtat, nec reſiſtat,ſeu in quo modicæ ſolẽnitatis defectus inuenitur. Et tunc dicendum erit huiuſmodi tituli vitium non adeò protrahendum eſſe,vt longiſſimi, vel immemorialis temporis præſcriptionem elidere, atque inualidare poſſit. Quæ concordia non obſcurè comprehenditur ex his, quæ notat Bar.in l.ſed ſi lege.§.ſcire.nu. 4.ff.de peti.hæred. & in d.l.quemadmodum.n.3.C. de agricol.& cẽſit.lib.11. Eamq; in ſpecie aſſignauit Balb.in rep. leg.Celſus.ff.de vſucapio.nu.20.vbi id eleganter proſequitur Aymõ Craueta. d.c.materia iſta ſingularitatis teſtiu.n.12.D. Dida. de Couarru.in d. reg.poſſeſſor.2.par.§.7.nu. 5. verſ. Hæc autem ſecunda concluſio. Quod verum,ac iuridicum videtur.

¶Illud tamen,quod diximus, quòd ſcilicet titulus reprobatus à iure,conſtituat præſcribentẽ in mala fide,etiam in longiſſima,ſeu immemoriali pręſcriptione,ex eo procedit, quòd error iuris nõ ſit ſufficiens ad conſtituẽdum quẽ in bona fide.l.nunquam.ff.de vſucapio.l.Celſus, vbi communiter Scri.ff.eod.Feli.in c.de quarta,de præſ-
69 criptio.nu.26.Ideoque †neceſſario cõſequitur id non procedere in errore iuris dubij,velin errore iuris ſimul cum errore facti coniuncto,vel etiam in minore,ruſtico,muliere & milite,& in omnib⁹ aliis perſonis,ſeu caſibus,in quib. error iuris toleratur, ad conſtituẽdumque in bona fide ſufficiens.Quæ enumerant ſpecificè Feli. in d.c.de quarta.nu.27.& nu.35.verſi.limita.3.cũ ſeq.Balb. in re[illegible] l.Celſus.nu.17.cum plurib.ſeq.D. Dida. de Couarr.in reg.poſſeſſor.2.par.§.7.nu.9.cum ſequen.de reg.iur. lib. 6. & alibi ſæpè Scriben. id notant.

¶ Similiter etiam in hac re obſeruandum erit in caſu,de quo agimus immemorialem præſcriptionem non poſſe valere tanquam immemorialem,nec etiam tanquam centenariã, nec quadragenariam cũ titulo.Cùm enim ob malæ fidei pręſumptionem præſcriptio immemorialis hoc caſu non procedat:à fortiori cẽtenaria,atque quadragenaria eadem ratione excluſæ cenſebuntur.

¶Quod adeò verum eſt,vt nec in hac ſpecie proficiat præſcribenti,quòd acceſſione primi Maio-
70 ratus poſſeſſoris vti nolit.Nam†quanuis mala fides authoris nõ noceat ſingulari,prout regulariter Maioratus ſucceſſor eſſe ſolet,ſi is acceſſione prædeceſſoris non vtatur.l.an vitium.ff.de diuer. & temp.præſcrip.Bart.in l.Põponius.§.cùm quis adminiculo.nu.1.vbi Iaſ.nu.1.cum ſequen. & cõmuniter Scri.ff.de acquir.poſſe.idque in caſu,de quo agimus,non ſolũ in ſucceſſore ſingulari,ſed
71 etiã in vniuerſali procedat,cùm†agamus de mala fide præſumpta,quæ non cõtinuatur,etiam in hæredem vniuerſalem non vtentẽ acceſſione defuncti.Gloſ.ordina.in l.tutor rerum.verb.*Nõ poſſe*.ff.de adminiſt.tuto. Quam ad hoc ſummè commendat,atque extollit Paul.de Caſtr.in l.nunquã ff.de vſucapio.n.1.Feli.in c.ſi diligẽti,de præſcriptio.n.6.ante fi. Balb.de præſcri.2.par.3.part.principalis.verſ.Duodecimo quæro.n. 14.D.Dida.de Couarr.in reg.poſſeſſor.2.par.§.9.n.7.de reg.iur. in 6.Illud tamen procedit, quando abſque acceſſione prædeceſſor habet ea,quæ ad præſcriptionem neceſſaria ſunt, vt eſt notiſſimum & in d.§. cùm quis adminiculo omnes Scri.aduertunt,ſed in hac ſpecie,ſi Maioratus poſſeſſor nõ vellet vti acceſſione prædeceſſoris,nõ haberet ex perſona ſua,ea,quæ ad præſcribendũ neceſſaria ſunt.Præſcriptionem namque immemorialẽ allegare nõ poſſet obſtãte initio vitioſo,atque illegitimo.Ex quo de eius origine cõſtat,quod repugnat immemoriali præſcriptioni.Centenariã autẽ,ſeu quadragenariam præſcriptionem cũ titulo ſimiliter allegare non poſſet:cùm ipſe titulus reprobatus
72 ſit,nec† poſſit vti eo abſque vitiorũ acceſſione, vt dixit Paul.conſil.81.nu.12.li.2. Crottus in dict. l.Pomponius.§.cum quis adminiculo.D.Dida.de Couarru.in d.reg.poſſeſſor.2.par.§.9.n.5. verſic. Tertium.Quòd ſi vti vellet eadem præſcriptione ſine titulo,ſimiliter eidem non ſufficeret, cum etiam



etiã centenaria præſcriptio abſque titulo, ad Primogenij præſcriptionem ſufficiens non ſit,prout ſupra iſto cap.num.43.cum ſeq.latiùs annotauimus.

73 ¶Hæc†tamen omnia intelligenda ſunt, quando clarè atque manifeſtè conſtat titulum vitioſum, ac reprobatum dediſſe præſcriptioni immemoriali originem,atque initium,nec ſolennitatem aliam legitimã interueniſſe,ex quo is defectus ſuppleri poſſit,prout ſi pars illud confiteatur, vel ex ipſo inſtrumento appareat euidenter,quòd ea ſo-
74 lennitas non interuenit.Quod †ſi hoc ex inſtrumento,vel partis confeſſione,ſeu aliàs non colligatur,ſed potuit ſolennitas legitima,etiam extra inſtrumentum interuenire, quanuis in inſtrumẽto ipſo non appareat, immemoriali præſcriptione ea præſumenda erit. Quod notat Ancharra. conſ.136.incipien.Ex conſilij excellentiſſimorum virorum verſ. Præterea dictum monaſteriũ, vbi præſupponens,quòd in quodam inſtrumẽto tranſactionis monialium non apparebat, quòd interuenerat ſolennitas requiſita ad tranſigẽdum, de rebus immobilibus,reſoluit illam eſſe ex antiquitate temporis præſumẽdam,cùm potuerit in alio inſtrumento interueniſſe. Idipſum etiam exiſtimat Alex.conſ.79.n.4.& 5.lib.1.Quæ conſilia Ancharra.& Alexã.ad hoc allegat Xuar.in l.3.ti. *De las deudas*.li.3.fori.fol.57.verſ.Credo hanc doctrinam veram.Feli.qui hoc ſic declarat, atque intelligit in c.ſicut,de re iudi.n.33.verſ.Septimò & vltimò declarat.Deci.conſ.341.n.13.idem Dec. cõſ. 409.nu.12.Tiraq.qui id optimè declarat de præſcriptio.§.1.gloſſ.verſ. Trigeſimo nono. Aymon Craue.de antiquit.temp.in prin.tertiæ par.n.27. Quod præſertim in immemoriali præſcriptione dicendum eſt.Quæ omnia illa,quæ ad eius iuſtificationem neceſſaria ſunt,præſupponit,etſi plura atq. difficilia ſint,vt Scrib.in locis, de quibus ſuperiùs meminimus,reſoluunt.Sicque intelligẽdum eſt,quod notat Paul.Caſtren.qui ſolet ſemper eſſe in ore aduocatorum,cõſ.81.n.7. cum ſeq. lib.2.vbi inquit,ſolennitatis defectum nõ ſuppleri ex temporis antiquitate:quando ex ipſo inſtrumento conſtat eam ſolennitatem non interueniſſe.Cuius dictum ſimpliciter atque æquiuocè ſequuntur Alex.conſi.1.n.21.lib.4.Iaſ.in l.15.C. qui admit.Segura in l.Imperator.ff.ad Trebel.co.29. Alciat.de præſumptio.2.par.n.16.Hyp.in practica criminali.§.Secunda.n.23.& in l.1.§. ſi ſeruus. n.25.ff.de quæſt.& plures alij,quos referũt Tiraquel.& Aymon,locis,quibus illos paulò antè citauimus.Sicq. iſta intelligi atque practicari ſolent.

75 ¶Vt †autem omnia inconuenientia, quę ex ſuperiùs adductis cõtrariis atque difficillimis opinionib. exoriri poterunt, vitentur: Scriben.maximo conatu aduocatis conſulere ſolẽt,vt quando ſola temporis antiquitate cauſam defendere poſſint titulos non producãt,ne ex eorum vitio, ſeu ſolennitatis defectu,virtus etiam immemorialis præſcriptionis elidatur.Idque conſuluit Ioannes Miles.in ſuo repertorio,verbo.præſcriptio.verſ. Præſcribere volenti non obſtat error iuris probabilis,vbi inquit,ſit ergo cautus,qui tanti tẽporis poſſeſſionem allegat,vt non allegẽt: nec oſtẽdat titulum ab initio iniuſtum, ſed ſimpliciter dicat ſe præſcripſiſſe ex iuſta cauſa. Ad quod allegat Ant.de Butrio in c.peruenit.de cenſib. Quorum dicta refert & ſequitur Pariſ.conſ.101.nu.114.li.1. Idem conſi.66.nu.128.li.3.Ludo.Meſſia à Germanica legione Pontius.in rep.l.5.tit.3.lib.7.ordi.in 3.fundamento.1.par.n.7.& 8.

¶ Sed quanuis conſilium hoc, à tot grauiſſimis viris,& aliis etiam indifferenter probari ſoleat: non tamen ſimpliciter nec indiſtinctè ſequendũ erit,ſed in ea ſola ſpecie probari & amplecti debet,vbi titulus ipſe cauſam producentis non omninò iniuſtã atque improbam, ſed ſolùm ex cer-
76 ta ac iuſta dubiã efficiat.Nõ†enim is,qui ex ſola immemoriali præſcriptione iuſtitiã fouet,nec ex titulo in mala fide cõſtituitur,tenetur illum in iudicio vt cauſam alioqui tutiſſimã, dubiã forsàn, atq. difficilẽ reddat,producere:ſed vbi is titulus nedũ cauſam dubiam,aut difficilem,ſed iniuſtam etiam efficeret clienti,vt vel liti cedat,vel inſtrumentũ in iudicio exhibeat,vel aliàs propriã conſcientiam exoneret,proculdubiò conſulẽdũ erit. Nec poteſt abſq.conſciẽtiæ diſcrimine ſibi cõſuli,vt inſtrumentum illud non oſtendat,vel quòd litem ampliùs proſequatur. Quod ab aduocatis ſummoperè conſiderandum atque aduertẽdum eſt.

¶Illud autem obliuioni tradendum non erit, quod ſcilicet Primogenium hoc,quod ex ſola tẽporis antiquitate conſtat,& de quo nulla ſcriptura inſtitutionis inuenitur,eas leges ac conditiones,quo ad ſucceſſionem,atque omnia alia ſequi debet:quæ ex ipſa Primogeniorum natura,ac huius Regni conſuetudine Hiſpanorum Primogeniis propria,ac peculiaria ſunt, niſi conſuetudo etiam alium ſuccedendi ordinem introduxerit, quod ſupra li.1.c.3.n.19.latiùs enarrauimus.

¶Similiter etiam illius obliuiſci non oportet,Primogenium,quod ex ſola temporis antiquitate cõſtat ex iure communi:non autem ex Regia facultate,in dubio inſtitutum cenſendum eſſe. Quod ſupra iſto lib.c.2.n.18.tradidimus.

¶ Subſequenter etiam hîc vltimo loco tractandum foret, vtrum à ſucceſſione Maioratus, de quo ex ſola temporis antiquitate cõſtat clericus, vel monachus,ſeu monaſterium ex perſona eiuſdem excluſi cenſeantur,& quid dicendum ſit in furioſo,mẽte capto,ſeu aliis,qui ex clauſulis Maioratuum aſſiduè ab eorum ſucceſſione excludi ſolent.Quanuis iure communi inſpecto in eiſdẽ ſuccedere poſſint:ſed quia de hoc ſupra. lib.1.c. 13.diximus,ad ea,quæ ibidem traduntur,lectores remittimus:

*SVMMARIA.*

1 *Defectus formæ,ac ſolennitatis maior eſt,quàm defectus ſubſtantiæ.*
2 *Facultas,vel licentia debet ſemper actum præcedere,vel ſaltim in ipſo actu præſtari.*
3 *Forma à lege requiſita ſemper cenſetur eſſe ſubſtantialis.*

4 *Actus*

4 Actus geſtus contra formam nullus eſt.
5 L.42. Tauri per totum huius capitis diſcurſum latiſſimè declaratur.
6 Confirmatio ex certa ſcientia neceſſaria eſt, ad hoc, vt Maioratus abſque Regia licentia factus validetur.
7 Confirmatio in forma communi non validat id, quod ex ſe nullum, atque inualidum eſt.
8 Confirmatio ex certa ſcientia validat id, quod ex ſe nullum eſt.
9 Confirmatio ex certa ſcientia, vel in forma ſpeciali, quæ dicatur.
10 Conſenſus vbi requiritur, ſemper ex certa ſcientia præſtari debet.
11 Confirmatio in forma communi præſtat iuſtam cauſam ſcribendi.
12 Confirmatio Maioratus abſque Regia licẽtia facti: vtrum valeat, ſi poſt mortem inſtitutoris eiuſdem concedatur.
13 L. iubemus. C. de præpo. ſacri. cubi. lib. 12. declaratur.
14 C. quia Ioannes. 12. q. 5. declaratur.
15 Clauſula ex certa ſcientia non ſupplet defectum ſubreptionis, nec operatur in his, quæ ſunt facti.
16 Clauſula ex certa ſcientia operatur vt valeat actus, etiam cum teſtis præiudicio.
17 Clauſula ex certa ſcientia habet eandem vim, quam habet clauſula de plenitudine poteſtatis.
18 Princeps quando aliquid facit ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt allegari, quod habeat reuocare conceſſionem.
19 Princeps poteſt auferre hæredibus ius delatum ante hæreditatis additionem.
20 Confirmatio Principis conceſſa poſt mortem illius, qui fecit actum, non valet.
21 Confirmari non poteſt actus: niſi eo tempore quo fieri poteſt.
22 Retrotractio non poteſt fieri in præiudicium tertij, cui medio tempore erat ius quæſitum.
23 Clauſula ex certa ſcientia non operatur in tertij præiudicium: quando id eſt graue atque enorme.
24 Princeps quando vult reſcriptum valere: etiam cum tertij præiudicio intelligere cenſendus eſt, de modico, non de magno.
25 Leges Regiæ plurimùm reſtringunt Principis poteſtatem cum tertij præiudicio.
26 Clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis non operatur, niſi adhibita cauſæ cognitione legitima appoſita fuerit.
27 Clauſula ex certa ſcientia, vel clauſula non obſtante nihil operatur, vbi plura obſtant, niſi vniuſcuiuſque ſpecifica derogatio fiat.
28 Princeps non poteſt dominium tollere: ſine cauſa, etiamſi ipſum dominium per modum non à iure gentiũ: ſed à ſolo iure ciuili inuentum quæſitum ſit.
29 Dominia quacunque ratione quærantur, ex iure gentium procedunt.
30 Princeps iuri adeundi ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis ex cauſa derogare poteſt.
31 Princeps non debet vti plenitudine poteſtatis, niſi ex magna cauſa.
32 Diſpenſatio, quæ ſine iuſta cauſa conceditur: potiùs diſſipatio, quàm diſpenſatio dicenda erit.
33 Princeps quando vtitur plenitudine poteſtatis ſine cauſa, ea non dicitur plenitudo poteſtatis ſed tempeſtatis.
34 Vnico filio exiſtente, poteſt ad eius inſtantiam Maioratus poſt mortem inſtitutoris confirmari.
35 Maioratus poſt mortem patris poteſt confirmari: ſi filij, de quorum præiudicio agitur, conſentiant.
36 Maioratus, vtrum poſt mortem inſtitutoris confirmari poſſit ſi ipſe in eius inſtitutione petiit, vt à Principe confirmaretur.
37 Si pater nominet filium legitimum in teſtamento, poterit Princeps illum legitimare, ſine citatione venientium ab inteſtato.
38 Auth. item ſine legitimis. C. de natu. libe. & l. 6. tit. 15. partit. 4. declarantur.
39 Maioratus à patre inſtitutus ſub conditione, ſi à Principe confirmetur: vtrum poſt mortem eius confirmari poſſit.
40 Inſtitutio ſpurij facta ſub conditione: ſi princeps illum legitimauerit, valida eſt.
41 Legitimatio ſpurij, quem pater inſtituit ſub conditione, ſi legitimatus fuerit, valet etiam ſi poſt mortem parentis conceſſa fuerit.
42 L. in tempus ff. de hæredibus inſtituendis, declaratur.
43 Filius ſpurius non poteſt in præiudicium legitimorum legitimari: niſi ex magna cauſa, & Princeps qui contrarium faceret, eſſet vnum pecus.
44 Ex furore ſuperuenienti in perſona eius, qui Maioratum abſque Regia licentia inſtituit: vtrum impediatur eiuſdem Maioratus confirmatio.
45 Mandatum reuocatur ex furore ſuperuenienti: ſicut ex morte.
46 Curator furioſi poteſt nomine furioſi omnes contractus facere cum decreto iudicis.
47 Curator nomine furioſi poteſt impetrare legitimationem filij ſpurij.
48 Curator nomine furioſi poteſt reuocare donationem, ex cauſa ingratitudinis.





49 L. ſi quis alicui. ff. de acquiren. hæred. & l. fina. ff. de bono. poſſe. declarantur.
50 Licentia in Maioratus inſtitutione præcedere debet: etſi quo ad principalem diſpoſitionem nõ requiratur, ſi ad conditiones, vel alias qualitates eiuſdem Maioratus neceſſaria ſit.
51 Licentia ſemper præſumitur in caſu dubii, quòd præceſſerit Maioratus inſtitutione.
52 Licentia: vtrum ſufficiat: quòd per verbum fiat, à principe conceſſa fuerit, ad hoc vt ex ea Maioratus inſtitui poſſit, vel an requiratur literarum expeditio.
53 Gratia dicitur informis ante literarum expeditionem.
54 Gratia habet tacitam conditionem, ſi literæ expediantur.
55 Gratia eo ipſo, quod conceditur per verbum, fiat, perfecta eſt, nec requirit literarum expeditionem: quo ad eſſentiam: ſed tantum quo ad probationem.
56 Regula cancellariæ. 53. quæ diſponit, diſpenſationes, niſi literis expeditis non ſuffragari, qualiter intelligenda ſit.
57 Gratia, quæ non continet aliquid perfectum: ſed datur ad aliquid faciendum, non poteſt executioni mandari: niſi literis expeditis.
58 Delegatus capit iuriſdictionem à tempore datæ litterarum, ſed exercitium à tempore præſentationis.
59 Verbum, fiat, prolatum à Regiis conſiliariis, qui Regiæ Cameræ præſunt, non eſt tanti effectus, prout verbum, fiat, à principe prolatum.
60 Ad regulam Cancellariæ de non iudicando iuxta formam ſupplicationis vera decidendi ratio aſſignatur.
61 L. 42. Tauri nouiſſimè ampliatur.
62 L. 43. Tauri nouiſſimè declaratur, ac limitatur.
63 Gratia conceſſa per verbum, fiat, non expirat morte concedentis.
64 Gratia quæ non continet quid perfectum, ſed datur ad aliquid faciendum morte concedentis, expirat.
65 Confirmatio Maioratus abſque Regia facultate facti, non expirat per mortem Principis, qui illam conceſſit, etiamſi literæ confirmationis in vita eiuſdem expeditæ non fuerint.
66 Confirmatio Maioratus conceſſa in vita inſtitutoris, per verbum fiat, poteſt poſt mortem eiuſdem expediri.
67 Maioratus vtrum poſſit inſtitui, ex Regia facultate, quam inſtitutor tempore inſtitutionis ignorauit conceſſam eſſe.
68 Gratia, ſeu priuilegium non acquiritur ignoranti, ſaltim quo ad exercitium.
69 Inſtitutor Maioratus, qui habet Regiam facultatem ad illum inſtituendum: vtrum ſi illum ſimpliciter inſtituat, cenſeatur vti Regia facultate.
70 Actus, qui poteſt fieri ex duplici poteſtate cenſetur fieri ex ea, ex qua ſubſtineri poteſt.
71 Regia facultas ad Maioratum inſtituendum vtrum amittatur ex non vſu per lapſum decennij.

## *De Regiæ facultatis ſolennitate, quæ debet præcedere Maioratus inſtitutionem.*

### CAPVT VII.

CVM in præcedentibus capitibus latiſſimè diſſeruerimus de Hiſpanorum Primogeniorum differentiis, antequam ad alia, quæ ipſorum Maioratuum ſubſtantiam cõtingunt, deueniamus, conueniẽs mihi viſum eſt tractare ea, quæ ad Maioratus inſtitutionem atque ſolennitatem neceſſaria ſunt, ne ſi Primogeniũ ipſum in forma, ac ſolennitate deficiat, cetera omnia in
1 eo cõtenta deſtruãtur. Maior † enim eſt defectus formæ, ac ſolennitatis: quam ſubſtantiæ. l. an inutilis cum ſimilib. ff. de acceptila. Bar. nu. 5. Paul. nu. 3. Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 21. & communiter Scrib. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. verb. obliga.

¶In primis autem ſeſe offert Regiæ facultatis ſolennitas. Nam quanuis ea in Primogeniis neceſſaria non ſit, niſi in his caſibus, vbi Primogeniũ ex legitima deſcendentium ſeu aſcendentium inſtituitur (vt ſupra iſto lib. c. 1. latiùs oſtẽſum eſt:) quando tamen de legitima aſcendẽtium, vel deſcendentium agitur, adeò neceſſaria eſt, vt eius interuentus ante ipſius Maioratus inſtitutionẽ pro forma requiratur, nec Maioratus ipſe validetur ex Regia facultate ſuperuenienti, quod eſt de natu
2 ra licẽtiæ, vel facultatis. Ea † nãq; (vbi requiritur) ſemper debet ante actum, vel ipſo actu præſtari, nec actum confirmat, ſi ex poſtfacto præſtetur. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæredi. vbi gl. Bar. n. 5. Paul. n. 8. Alex. nu. 9. Iaſ. n. 21. & nu. 38. & cõmuniter Scrib. id not. l. fi. §. neceſſitate, vbi gl. & communiter Scrib. C. de bonis quæ liberis. l. obligari. §. tutor. ff. de auth. tuto. §. tutor autẽ Inſti. eo. Idq. hodiè expreſſe deciſum eſt ex deciſ. l. 42. Tau. quæ eſt l. 3. tit. 7. lib. 5. in noua leg. Reg. collectione: vbi diſponitur, facultatem ad Maioratum inſtituendum debere præcedere ipſius Maioratus inſtitutionem, nec Maioratum validari ex licentia ſubſequuta: niſi inexpreſsè Maioratus iam factus confirmetur.

¶Hoc autem præciſè obſeruandum erit, cùm
3 lex illud pro forma ac ſolẽnitate requirat, & † forma, vel ſolennitas requiſita à lege ſemper cenſetur eſſe ſubſtantialis, vt notat Bal. in l. compara-
4 tiones. 33. opp. in fi. C. de fide inſt. & † actus geſtus

contra formam à lege requiſitam nullus ſit,vt cẽ
ſuit etiam idem Bal.in l.humanum.nu.5.C.de le-
gi.Quibus plura cumulat Tiraq.de retract.Ligna
gier.§.36.gl.2.n.26.& de retract.conuentional.§.
4.gl.6.nu.51.
5 ¶Sed†cùm ex d.l.42. Tauri deciſione diſpoſitũ
ſit,Primogenium abſq.Principis facultate inſti-
tutũ,poſſe à principe cõfirmari,pro eiuſdẽ legis
interpretatione,in hac parte aliqua ad eius intel
lectũ ac huius materię reſolutionẽ neceſſaria, q̃
nõ alibi ſic diſcuſſa inueniẽtur, reſoluenda erũt.
6 Et primò ſciẽdũ†eſt,cõfirmationẽ de qua in ea a-
gitur,debere eſſe confirmationẽ ex certa ſciẽtia
nec ſufficere ſi cõfirmatio in forma cõmuni expe
dita interuenerit.Cùm.n.ex eiuſdẽ legis diſpoſi-
tione conſtet,Maioratũ non valere niſi licentia
illius inſtitutionem pręceſſerit,hócq. requiratur
in ea lege pro forma,ac ſolennitate: ex eo conſe
quitur Maioratus inſtitutionem aliter factã nul-
lam eſſe, vt ſupra iſto.c.in prin.annotauimus,&
in d.l.42.Tau.eiuſdem commentatores aduertũt
Ideoque ad cõfirmandum huiuſmodi Maioratũ,
quialiàs nullus erat,cõfirmatio ex certa ſcientia,
atque in forma ſpeciali expedita,neceſſaria erit,
nec confirmatio in forma communi ſufficiet.
7 †Confirmatio enim,quæ in forma cõmuni expe-
ditur,nõ validat id,quod ex ſe nullum eſt, ſed ſo
lum actui valido robur præſtat,vt notat Spec.tit.
de legato.§.nunc oſtendendum.ver.11.n.8.Hoſti.
in ſumma.de confirma.vtil. vel inutil. §. quis ſit
effectus.tex in c.fi.vbi per Scri.de confirma.vtil.
vel inutil.tex.vbi gl. & Scrib. in c. quia diuerſi-
tatem,de conceſſio.præbend.Alex.conſi.123. nu.
18.& nu.22.li.4.Deci.qui plura refert in c.1. nu.
5.de confirma.vtil.vel inutil.Pariſ.conſi.3.nu. 36.
lib.4.
8 ¶Sed† ea confirmatio,quæ in forma ſpeciali, at-
que ex certa ſcientia conceditur, id quod ex ſe
*nullum eſt validum efficit tex.in c.1.*vbi per Scri.
de tranſa.& in c.veniens.vbi gl.verb. confirma-
mus.eo ti.l.adoptio.ff.de adoptio.Bar.in l. more.
nu.5.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.quem ibi cõmu-
niter Scrib.ſeq.Feli.qui plura refert in c.inter di
lectos,de fide inſtru.n.6.& 14.Deci.in c.1.de con
firm. vtil. vel inutil. n.6.Pariſ.qui plura refert.d.
conſi.3.n.38.lib.4.Thomas Gramma.conſ.115.n.4.
Gozad.conſi.62.nu.15.
9 ¶Dicitur†autem confirmatio fieri in forma ſpe-
ciali,atque ex certa ſcientia,quãdo Princeps eſt
plenè informatus de facto, atque eiuſdem facti
circunſtantiis,vel quando rei confirmatæ tenor
inſertus eſt in confirmatione.tex.vbi Abb.n.1.&
2.& communiter Scrib.in cap.venerabilis,de cõ
firma.vtil.vel inutil.vbi Dec.nu.1.plures in idem
refert tex.vbi Feli.n.6.& 7.& cęteri in c.inter di
lectos,de fide inſtrum.Deci.in c.1.de cõfirm.vtil.
vel inutil.nu.6.Pariſ.latiſſimè.d.conſi.3.num.46.
cum ſequen.lib.4.
¶ Ex quibus compreheuditur in hac ſpecie con
firmationem in forma ſpeciali,atque ex certa ſci
entia neceſſariã eſſe. Qua in re ſummè notandus
eſt tex.in l.in totũ.ff.de regul.iur.cuius verb.ſunt
*In totũ omnia, quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt:
non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.* Per quẽ
10 tex.notat Deci.nu.1. quod† vbi in aliquo actu
cõſenſus alicuius requiritur,ſemper actus ille ex
certa ſcientia fieri debet.Quod notat etiam Ca-
gnol.ibi.num.1.
11 ¶Operabitur †autem cõfirmatio in forma com-
muni facta in hoc caſu,mirabilem effectũ, quod
ſcilicet præſtabit iuſtam cauſam præſcribendi ita
vt ex lapſu 40.annorum ſimul cum ea confirma-
tione Maioratus validus ac perpetuus efficiatur,
prout ſupra iſto lib.c.6.nu.54.oſtenſum eſt.
¶ Pretereà in hac re illud etiam controuerti ſo-
11 let†an requiratur quòd hæc Principis confirma-
tio mortem Maioratus inſtitutoris præcedat,an
verò ſufficiat,quòd poſt eius mortem ſequatur.
Quam quæſtionem tetigit Grego. Lopius in d.l.
32.tit.9.par.6.gl.in verb.*No valdra*.col.fina. ver.
ſed an ſi quis.vbi exiſtimat ſufficere, quòd poſt
mortem inſtitutoris ipſe Maioratus cõfirmetur.
Ad quod allegat Ange.in addi.ad Bart.in l. pen.
C.de præpo.Sacr.cubi.lib.12.n.2.vbi no.tex.illũ,
ad hoc,quod Princeps poteſt dare priuilegium
defunctæ perſonæ eius teſtamentum validando
iuris fictione poſt mortem, ſtatuendo liberũ illũ
qui ſeruus erat.Ad idem etiam allegat tex.in ca.
quia Ioannes.12.q.5. vbi teſtamentum factum à
quodam Archiepiſcopo abſque licentia Papæ,ip
ſe Romanus Pontifex poſt mortem eiuſdem Ar-
chiepiſcopi confirmet.Ex quibus videtur inferri
pari ratione,Principem poſſe Maioratum, etiam
poſt mortem inſtitutoris,confirmare.
¶Sed iſta quæ Grego.Lopez vir quippe doctiſſi-
mus pro hac opinione adducit,vrgere non vidẽ-
13 tur.Nã†tex.in d.l.Iubemus,loquitur,in caſu ſpe-
ciali,ſcilicet in ſeruo oblato Principi,vt ſeruiat,
in eius cubiculo,q. ex priuilegio Principis liber-
tatem conſequitur.Quod priuilegium Princeps
extendit ad teſtamenta ſeruorũ mortuorũ: quia
indignum eſſe cenſet,quòd is, qui ſuo cubiculo
præpoſitus fuit,aliquo tempore ſeruus eſſe dica-
tur,quod potuit facere:cùm hoc non eſſet in præ
iudicium alterius domini,qui illum obtulit ſacro
cubiculo.Cuius contrarium dicendũ eſt, in aliis
caſibus,vbi ceſſat hæc ſpecialitatis cauſa & præ
iudicium tertii,vt in caſu,de quo agimus, verſa-
tur.Sicque tex.illum intelligendũ eſſe vbi ſolius
Principis,non autem alterius pręiudicium verſa
tur ex pluribus probat Sigiſmundus in conſ.feu
dal.conſi.7.n.24.cum ſeq.
14 ¶Item†tex.in c.quia Ioannes.12.q. 5. nihil facit
pro opinione Gregorii, imò potius contrariam
coadiuuat.Quia quanuis poſt mortem illius Ar-
chiepiſcopi Papa confirmet eius teſtamentũ,ibi-
dem tamẽ Romanus Pontifex profitetur ſe con-
firmare ea,quę Archiepiſcopus diſpoſuerat,non
tanquam contenta in teſtamẽto,ſed quia in vita
Archiepiſcopus teſtamentũ fecerat,& Papa pro
miſit ante eius mortem illud cõfirmare, quę pro
miſſio habuit vim confirmationis.Idque proba-
tur ex eo.tex.ibi.*Sed quia hoc ei ſicut diximus viuẽ-
ti promiſimus*. Ideóq.tex.ille nõ meretur pro hac
opinione allegari.
¶Eandem etiam quæſtionem tetigit Manchaca
de ſucceſſio.creatio.lib.3.§.26.nu. 89. cũ plurib.
ſequen.vbi in effectu concludit per plura funda
menta valere Maioratus confirmationem à Prin
cipe,etiam poſt mortem inſtitutoris factam,ſi ea
cõfirmatio inſerto ipſius Maioratus tenore,facta
fuerit. Quod ſimpliciter ſumptũ procedere non
poteſt ex his,quæ inferiùs tam in iſta.q. quam in
ſequenti dicemus.Ex quib.patebit reſpõſio ad ea
quæ ipſe Menchaca adducit in ſuæ opinionis
confirmationem.
¶Hæc autem maturiùs penſanda,ac conſideran
da ſunt:pluries namque in practica contingere
ſolent



ſolent.Ideóq; pro huius quæſtionis reſolutione,
tres caſus principales conſiderãdi erunt. Primus
quãdo Princeps ignorans mortẽ inſtitutoris,eius
Maioratum confirmauit. Secundus, quando illũ
confirmauit ex certa ſcientia ſciens iã mortuum
eſſe eius inſtitutorem,nec aliquid ampliùs fecit,
quã ipſum Maioratũ confirmare. Tertius caſus,
quando vltra confirmationẽ expreſsè ac de ple-
nitudine poteſtatis derogauit iuri, cęteris filiis
deſcendẽtibus, vel aſcendentibus inſtitutoris iã
delato, vel acquiſito in bonis eiuſdẽ Maioratus.
¶ In primo caſu, dicendum erit huiuſmodi con-
firmationem Maioratum non validare. Certum
námque eſt, q; ſi Princeps ſciuiſſet mortuũ fuiſ-
ſe eiuſdem Maioratus inſtitutorem, aut illũ non
cõfirmaſſet,aut difficiliùs id feciſſet.Ideóq; con-
firmatio ipſa nullũ effectum producit, text. in c.
ſignificante.& in c.ſuper literis de reſcrip.tex.in
c.porrecta.in fi.vbi per Scriben. de confirm.vtil.
vel inutil.Pariſ.cõſ.3.n.58.lib. 4. Quod adeò verũ
eſt,vt quanuis Princeps in huiuſmodi confirma-
tione adiecerit clauſulam ex certa ſcientia.Si ta-
mẽ hãc qualitatem ignorauit: nihilominùs tamẽ
ea confirmatio ſit nullius effectus. Confirmatio
námque ſubreptitia,etiam cum clauſula ex certa
ſcientia facta non valet. Quod dixit Bald. in l.fi.
n.7.C.ſenten.reſcindi, non poſſ.vbi ſingulariter
15 inquit,†q; clauſula ex certa ſcientia nihil operã-
tur,niſi in his,de quibus Princeps pręſumitur ha
bere ſcientiam certam, ſicut ſunt ea, quæ conſi-
ſtunt in iure. Nõ autẽ operatur in his, quę Prin-
ceps præſumitur ignorare,prout ea,quæ ſunt fa-
cti. Idipſum etiam notat Corneus conſi.189.n.6.
lib.4.Alex.conſ.125.n.13.lib.2.Fel.in c.cùm inter.
de except.n.5.Idem in c.2.de reſcrip.n.50.& in c.
nõnulli. eo.tit.n.12.circa fi. Dec. qui plura refert
in c.1.de cõfirma.vtil.vel inutil.n.7.&in l.in totũ.
n.6.ff.de reg.iur.Idẽ Dec.in c.ad hæc.de reſcript.
n.5.Dec.conſ.142.n.7.Pariſ.conſ.3.n.59.cum ſeq.
lib.4.Curt.Iun.conſ.170.n.31. Ripa.lib.2. reſpon-
ſorum.c.6.n.10.tit.de reſcript.Idem lib.3.reſpon-
ſorum.c.18.n.6.cum ſeq.Soc.Iun.conſ.77.n.126.1.
par.Roland.à Valle conſ.2.n.160.cum ſequentib.
Idque veriſſimum eſt.
¶In ſecundo caſu,quando ſcilicet Princeps ſciẽs
mortem inſtitutoris, huiuſmodi Maioratum cõ-
firmauit cum clauſula ex certa ſcientia,prima fa-
cie dicendũ videtur,ex hac cõfirmatione deroga
tum cenſeri iuri filiis ac deſcendentibus delato
in hæreditate parentis,etiam quo ad eorũ legiti-
mam,Maioratúmque ipſum validum,atque per-
16 petuũ futurum eſſe. Princeps † námque,quando
aliquid confirmat,vel agit ex certa ſcientia vide
tur velle,q; actus valeat,etiam ſi ex eo tertio prę-
iudiciũ inferatur.Quod dixit Alex.conſ.216.n.24.
lib.2.Idipſum etiam reſoluit Dec.conſ. 390. n.14.
Idem Deci.conſ.271.nu.8.vbi ad id refert Paul.&
Ioã.de Ana.Alciat.q plura refert de pręſumptio.
reg.3.pręſumptio.11.n.12. Feli. in c.nulli in princ.
col.15.verſ.Fallit.4.ſub.n.11.de reſcript.Idẽ etiam
voluit Pariſ.conſ.3.n.77.li.4. Idẽ conſ.1.li.2.n.67.
Tho. Grã. cõſ.8.n.14.Curt.Iun.in conſ.174.nu.11.
Alber.Brun.inter cõſ.feud.cõſ.1.n.74.Iaſ.in eiſd.
cõſ.feud.in cõſ.8.n.6.Soc.Iun.conſ.76.n.41.lib.1.
17 ¶Quod comprobatur ex eo,q; † clauſula ex certa
ſcientia habeat eandẽ vim,quã habet clauſula de
plenitudine poteſtatis. Prout opinatur Bald.in l.
eos in prin.n.2.C.de appel.vbi elegater inquit,q;
illud,quod princeps facit ex certa ſciẽtia,cẽſetur
facere de plenitudine poteſtatis.Abb.in c.ea,quę
de re iudicata.n.8.Idẽ Abb.in c.cùm inter.de ex-
ceptio.n.8.vbi p Fel.n.5.Rom.conſ.169.Dec.in c.
ad hęc,de reſcrip.n.5.Idẽ Dec.in l. in totũ.n.6.ff.
de regul.iuris.vbi Cagnol.n.2.& 3.Deci.conſ.191.
18 n.3.& 4.& conſ.271. Quando†autẽ Princeps facit
actũ ex certa ſciẽtia, vel de plenitudine poteſta-
tis, contra illũ nihil poteſt opponi, quod habeat
annullare cõceſſionem.Bal.referens Collectariũ
in proœmio Decretaliũ.n.4.Alex.conſ.92.nu.30.
lib.6.Bar.in l.conficiuntur.ff. de iure cõdic.nu.3.
Dec.in d.l.in totũ.n.6.ff.de regul.iur.Gozad.cõſ.
8.n.43.Nec Principi aliquid ex certa ſciẽtia faciẽ
ti poteſt dici:cur ita facit?Bal.in Proœmio feudo-
rum.n.4.Dec.conſ.373.nu.8. idem Dec.conſ.390.
n.13.& 14.& alibi ſæpè Scrib.
¶Hoc autem præcipuè dicendũ erit,quando hæ-
reditas à filiis, deſcendentibus vel aſcẽdentibus
adita nõ fuit quanuis ex morte parentis eis dela-
19 ta fuerit,Princeps†nãque poteſt his,qui ab inte-
ſtato ſucceſſerunt,ius delatum ſibi ex parẽtis,vel
alterius ſucceſſione auferre, ſpuriũ legitimãdo.
etiã abſque citatione hæredũ, quibus delata eſt
hæreditas,vt exiſtimat Bar.in l. Gallus.§. & quid
ſi tãtũ.ff.de liber.& poſth.n. 14.fin.verbo. Cuius
opinionẽ aſſerit cõmunem eſſe Iaſ.ibidẽ.nu.143.
Et plures alij,quos citauimus ſupra.lib.1.ca.8.nu.
28.vbi de hac Bartoli ſententia latiſſimè diſſerui-
mus,& etiam citauimus infra iſto c.n.30.
¶Quãuis autẽ hæc vrgere videãtur, mihi tamen
hæc opinio iure nõ probatur, ſed cõtrarium ve-
rius videtur, imò q; ex ſola hac Maioratus cõfir-
matione à Principe etiam cum clauſula ex certa
ſcientia facta Maioratus ipſe in præiudiciũ legi-
timæ aſcendentium vel deſcendentium nõ vali-
detur.Non enim Regia facultas, nec Maioratus
cõfirmatio neceſſaria eſt, niſi quando de præiu-
dicio aſcendẽtium vel deſcendẽtium, quo ad le-
gitimam tractatur, vt pluſquàm notiſſimum eſt.
20 ¶*Hoc autem in primis cõprobatur ex eo*,† quòd
confirmatio facta à Principe re non integra, &
poſtquàm mortuus eſt is,qui fecit actum qui cõ-
firmari prætenditur,& quando ius iam eſt alicui
tertiò acquiſitũ,non valet,prout opinatur And.
de Iſern.in c.Imperialẽ in prin.n.22.de ꝓhib.feu.
alie.p Frederi.vbi ſingulariter,inquit,q; aſſenſus
Regius cõceſſus re nõ integra iã mortuo eo,qui
contraxit, non validat alienationem præcedẽtẽ:
etiamſi Rex ſciret tempore, quo cenſenſit illum
mortuũ eſſe per rationem, quã ibi aſſignat, quæ
ad hoc eſt ſingularis. Idẽ Andr. de Iſern.in c.1.§.
donare,qualiter olim feud.alie.pot.in vſib.feud.
n.10.Cuius dictum refert & ſequitur Matthæ.de
Afflict.in conſenſu Regio loquens deciſ.335.n.12.
cum ſeq.Roland. Valle conſ.2. n.145.Pro quibus
faciũt,quę notat Abb.in diſputatione incip.Au-
geri⁹ col.2.ante n.1.& n.5. cũ plurib. ꝓcedẽtibus.
¶Idipſum etiã euidentiſſimũ redditur hac conſi-
deratione.Nã aut hæc Maioratus cõfirmatio de-
bet valere,prout ex nunc, & hoc eſt impoſſibile
cũ iã is, qui Maioratũ inſtituit nõ ſit in rerũ na-
21 tura.Actus†nãq; nõ poteſt cõfirmari,niſi eo tem-
pore quo fieri poſſet.Bart.in l.ſi is, q ꝓ emptore.
n.4.ff.de vſucapio.l.bonorũ,vbi Bar.ante n.1.ff.rẽ
rat.hab.Scrib.in l.Gall⁹.§.& quid ſi tãtũ. ff.de li-
ber.& poſth.Nec Princeps intẽdit Maioratũ fa-
cere, ſed iã factum, prout ex nunc, confirmare.
Ideóque actus contra eiuſdẽ intẽtionem valere
non debet.l.non omnis.ff.ſi cert.peta.cum ſimil.

¶ Aut hæc Maiorat' inſtitutio debet valere, put
22 ex tunc, & hoc etiam eſt impoſſibile. de iure † Re-
trotractio namque actus, non poteſt fieri in prę-
iudicium tertij, cui medio tēpore erat ius quæſi-
tum, ſiue in re, ſiue in ſpe. l. ſi patrem. §. fi. ff. quē-
admo. ſeruit. amitta. l. potior. §. 1. ff. qui potio. in
pigno. habe. glo. in l. ſi indebitum. §. ſi procurator
verb. committi. ff. rem rat. habe. Bar. in l. bonorū.
n. 1. ff. eo. Bal. in l. fi. C. ad Macedon. in princ. ante
numerum 1. Matthæ. de Afflict. d. deciſ. 335. nu. 12.
Roland. à Valle. d. cōſ. 2. n. 155. Tiraquel. qui plura
refert de retract. Lignagier. §. 1. glo. 10. nu. 66.
¶ Nec obſtat, ſi dicatur ex clauſula ex certa ſciē-
tia appoſita in confirmatione, cenſeri, à Principe
derogatū iuri tertij, nec poſſe obiici aliquid ad-
uerſus id, quod Princeps ex certa ſcientia cōceſ-
ſit. Ad id nāq; reſpondetur multipliciter. Primò
quòd non eſt verum, quòd ex clauſula ex certa
ſciētia appoſita in cōfirmatione Maioratus Prin-
ceps cēſeatur iuri filiis, ac deſcēdētib. vel aſcen-
dentibus ſibi ad legitimam cōpetēti voluiſſe de-
23 rogare: cū † Princeps ex clauſula, ex certa ſciētia,
nunquā cenſeatur velle derogare iuri tertij, prę-
ſertim in eius graue ac enorme præiudicium.
Quod opinatur Bal. poſt And. de Iſern. in prçlud.
feud. n. 37. Cardin. Zabarel. cōſ. 96. Corn. cōſ. 189.
n. 6. lib. 4. Alex. cōſ. 111. n. 9. li. 6. idem cōſ. 155. n. 3. li.
6. idem conſ. 25. n. 5. li. 7. idem cōſ. 37. n. 2. lib. 1. Soc.
conſ. 120. n. 7. l. 3. Dec. conſ. 10. n. 9. idem conſ. 544.
n. 36. Gozad. conſ. 9. n. 39. & n. 42. idē Gozadi. conſ.
62. n. 17. idem cōſ. 5. n. 9. Soc. Iun. conſ. 77. nu. 104.
li. 1. Pariſ. conſ. 1. n. 84. & nu. 9. lib. 1. Idē Pariſ. conſ.
111. n. 119. cum ſeq. eod. li. Ioā. Iacob. Leonard. cōſ.
17. nu. 303. & nu. 308. inter conſilia feudalia Ludo.
Mexia. qui plura refert in relectione. l. 5. ti. 3. li. 7.
ordin. 2. par. fundam. 17. n. 29.
¶ Quod quādo præiudiciū tertij graue ac enorme
eſſet, prout in caſu, de quo agimus, proculdubiò
24 verum eſt, vt præfati Doct. aduertunt. Nā † etiam
quando Princeps vult expreſſè aliquid facere cū
tertij præiudicio, intelligitur de modico, non de
graui. glo. ordin. in l. ſed cùm ab hærede in gl. fin.
ff. ad Trebel. gloſ. in l. ſeruitutes. §. publico. verb.
incommodo. ff. de ſeruit. Ioā. de Platea, & Iacob.
Rebuf. in l. prædia. C. de loca. prædio. ciuil. lib. 11.
Iaſ. in l. fi. ff. de conſtit. Princ. n. 24. Gozadi. cōſ. 14.
25 n. 20. Idque † hodie clariùs procedit, attenta legū
Regiarum deciſ. vt probatur ex l. 1. 2. 3. & 4. tit. 12.
li. 3. ord l. 12. & l. 13. tit. 4. li. 2. ord. l. 17. & l. 18. eod. tit.
& lib. quę hodie ſunt in l. 1. 2. & 3. tit. 14. li. 4. in no-
ua. ll. collectio. & in illo ti. & lib. Quę leges ad hoc
omninò vidēdæ, atq; diligēter attendendæ ſunt.
¶ Secundò, quia quamuis prædicta ceſſaret adhuc
ex hac clauſula ex certa ſcientia appoſita in Ma-
ioratus confirmatione, non cenſeretur Princeps
velle præiudicare deſcendentibus vel aſcenden-
tibus in legitima: niſi priùs adhibita cauſæ co-
gnitione, vt ſibi conſtaret de numero filiorū ac
aſcendentium, vel deſcendentium, ac de quanti-
tate bonorum & perſonarum qualitate, aliiſque
circunſtantiis abſque qua cauſæ cognitione, hæ
clauſulæ nullum effectum obtinebunt. Clauſula
26 † namque ex certa ſcientia, vel ſimiles nullū effe-
ctum operantur: niſi adhibita cauſæ cognitione,
à Principe appoſitæ fuerint in reſcripto, vt cen-
ſuerunt Domi. de Rota. deciſ. 230. in nou. num. 1.
Curt. Seni. conſ. 49. colum. fin. Soci. conſilio 120.
numero quarto. lib. 3. Curti. Iuni. conſil. 170. nu-
mero 32. Gozadin. conſilio quinto numero 15. Za-
ſius conſilio decimo. numer. quarto. li. 2. Ioan. Ia-
cobus Leonard. inter conſilia feudalia. conſi. 114.
nu. 280. Deci. conſil. 407. nu. 24. Idem conſil. 410.
nu. 21. Roland. à Valle. conſil. 2. nu. 164. Ludouic.
Mexia. in d. relectione. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordina. 2. par.
fundam. 17. n. 20.
¶ Tertiò & vltimò, quia ad hoc, vt non valeat hu-
iuſmodi cōfirmatio, plura obſtantia inueniūtur.
Obſtat namque, quòd Maioratus poſt mortē in-
ſtitutoris cōfirmetur eo tēpore quo actus prin-
cipalis fieri non poterat. Item quòd confirmatio
fiat in præiudicium tertij, & quòd præiudicium
ipſum ſit, quo ad legitimā, quæ ſimpliciter ſum-
pta, ex iure naturali prouenit. Quo caſu ex clauſu
la ex certa ſcientia, vel ſimili, omnes hi defectus
27 non ſupplentur. Quando † enim ſunt plures ob-
ſtantiæ in reſcripto ex clauſula ex certa ſcientia,
vel ex clauſula generali nō obſtantibus, eis dero
gatum non cenſetur, niſi vniuſcuiúſque obſtan-
tię ſpecifica derogatio fiat. Quod dixit Specul. ti.
de legato. §. nūc oſtendendum. verſ. 18. ſupplet.
nu. 15. Bal. in l. 1. n. 22. C. de furt. Idem Bal. per text.
ibi. in l. ſi non lex Ælia Sentia. in prin. ff. de hęred.
inſtituir. Alex. conſi. 155. n. 4. lib. 6. Iaſ. in l. fin. ff. de
conſtitut. Princ. n. 32. Idem Iaſ. conſ. 8. n. 36. inter
conſilia feudalia. Deci. cōſ. 10. n. 8. Aymō Crauet.
conſ. 6. n. 59. Pariſ. conſ. 1. n. 86. & n. 95. li. 1. Gozadi.
conſ. 62. n. 8. Idem cōſ. 9. n. 24. & conſ. 85. n. 4. Ioā.
de Neuiza. inter conſ. feudalia. conſ. 12. n. 171. Al-
ciatus conſ. 19. nu. 7. & alibi ſæpè Scrib. Ex quibus
comprehenditur ex huiuſmodi confirmatione
etiam cum clauſulą ex certa ſcientia facta nō cē-
ſeri derogatū iuri iam deſcendentibus, ſeu aſcē-
dentibus delato. Idque veriſſimum eſt, niſi Prin-
ceps ex cauſa, adhibitáque eiuſdem cognitione,
atque ex certa ſcientia, cogitánſque de filiorum
præiudicio id fecerit. Tunc namque dicendum
erit, prout ſtatim in tertio caſu dicemus.
¶ In tertio caſu, vbi ſcilicet Princeps ex certa ſciē
tia, ac de plenitudine poteſtatis derogauit iuri fi-
liorum in bonis Maioratus ſibi competēti, etiam
quo ad legitimam in ea parte, quę ad alimēta ne-
ceſſaria non ſit, ſubdiſtinguendum erit. Nam aut
hæreditas parentis mortui iam adita eſt à filiis
vel deſcendentibus, aut eſt delata: nō tamē adita,
ſed adeunda. In prima ſpecie. Conſtat Principem
id facere non poſſe, niſi ex cauſa publica, & dato
28 bono cambio. Cùm † enim iam ex aditione ſit do-
minium acquiſitum, conſequens eſt, vt illud Prin
ceps ſine cauſa tollere non poſſit. l. venditor. §. ſi
conſtat. ff. communia prædiorū, Bal. & Ange. per
tex. ibi in l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vēdi.
Soc. conſ. 120. n. 8. lib. 3. Felin. qui plura refert in c.
quæ in Eccleſiarum. de conſtitutionib. n. 18. Io. de
Neuiza, conſ. 12. nu. 129. Regia. l. 2. tit. 1. par. 2. l. 31.
tit. 18. par. 3.
¶ Quod in hac ſpecie ſimpliciter procedit ac ve-
rum eſt, nec diſtinguendum erit, an poſt aditio-
nem hæreditatis poſſeſſio apprehēſa ſit, vel non:
nam quamuis in hoc articulo Scriben. diſtin-
guere ſoleant, an ſcilicet rerum hæreditariarū
poſt hæreditatis aditionem poſſeſſio apprehenſa
ſit vel non, dicētes, quòd in primo caſu, dominiū
apprehenſione quæſitū non poſſit à Principe tol
li, niſi ex cauſa & dato bono cambio, cum hic ac-
quirendi modus ſit de iure gentiū. Secundo autē
caſu ſic, cū hic modus acquirendi dominium per
aditionē abſque poſſeſſionis apprehēſione à iure
Ciuili inuentus ſit, poſſitque Princeps tollere
dominium



dominium ex ſolo iure Ciuili acquiſitum, etiam
ſine cauſa, vt diſtinguit Paul. in l. cùm hęredes in
principio, numero primo. ff. de acquirend. poſſeſſ.
idem Paul. in l. 3. ff. de teſtament. numero quarto.
Alexand. conſilio ſecundo, numero quarto lib. 1.
Ioannes Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff.
de liber. & poſthum. nume. 63. Quam diſtinctio-
nem probat, atque conſtanter defendit Dec. in
cap. quæ in Eccleſiarum. num. 26. verſicu. Quin-
tus caſus, vbi latè proſequitur materiā de conſt.
Idem Dec. conſilio 698. numero quarto. Eámque
dixit communiter teneri Curtius Iunior, conſi.
174. numero 15. atque Fortu. Garſia in dict. l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. colum. 132. num. 184. licet
contrariam opin. veriorem eſſe profiteatur.
¶ Hæc tamen diſtinctio, quamuis à grauiſſimis
authoribus recepta ſit: mihi tamen iure non pro-
batur, imò eſt contra omnia iura tam ciuilia,
quàm Regia, quę paulò antè citauimus, dicentia,
dominium non poſſe alicui auferri à Principe
abſque cauſa publica, & dato bono cambio, quæ
29 indiſtinctè id diſponūt. † Nec verū videtur, quòd
ex eo, quòd modus acquirendi ſit de iure Ciuili,
dominium poſſit à Principe tolli. Quamuis enim
dominium per modum à iure Ciuili conſtitutum
acquiratur, ipſum tamen dominium ex iure gen-
tium procedit, cùm omnia dominia quacunque
ratione quærantur iuriſgentium ſint, vt reſoluit
Bartol. ab omnibus ſequutus, in l. ex hoc iure. nu-
mero 5. ff. de iuſti. & iur. Ideóque cōtrariam ſen-
tentiam, imò, quòd hoc indiſtinctè procedat, ve-
riorem eſſe cenſuit Bal. in l. 2. d. C. de iur. & facti
igno. numer. ſecundo. Quem ibi ſequitur. D. An-
ton. de Padilla, numer. 14. idem Bald. in cap. Do-
mino guerram. numer. 12. hic finitur lex in vſib.
feud. idem Bal. in l. 1. C. de iur. aureo annulo. nu-
mer. quinto. ad fin. Alexand. in dict. §. & quid ſi
tantum. nume. 26. vbi Aret. colum. penult. & Soc.
numer. 24. & Fortu. colum. 132. cum ſequent. &
Carol. Ruinus. nume. final. Galiaula finalib. verb.
Emanuel Acoſta. 2. part. numero 175. idipſum
profitentur, qui vltimus hanc dixit eſſe commu-
nem opinionem, Anto. Gabriel. communium
opi. lib. 3. de iure quęſito non tollen. conclu. 1. nu.
17. Soc. conſil. 120. numer. octauo. lib. 3. Felin. qui
plura refert in ca. quæ in Eccleſiarum. num. 49.
de conſtitut. Pariſi. conſilio primo. nume. 64. li. 2.
Mencha. de ſucceſſio. creati. lib. 1. §. 1. numer. 33.
Pinelus in Rubr. C. de reſcind. vend. 1. part. cap. 2.
nu. 4. Quorum opinio verior, & receptior, atque
rationi & æquitati magis conſona mihi videtur.
30 ¶ In ſecunda ſpecie, dicendum † eſt Principem id
facere poſſe. Princeps namque iuri adeundi ad
hæreditatem iam delatam competenti ex certa
ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis derogare
poteſt. Quod cenſuerunt Bartol. & omnes Scrib.
in dict. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, dempto For-
tunio, vt inquit Emanuel Acoſta. ibidem. 2. part.
numer. 177. Scriben. indifferenter in dict. ca. quæ
in Eccleſiarum de conſtitut. Alexand. conſilio 2.
lib. 1. nume. 14. Soc. conſilio 120. num. 8. lib. 3. Pariſ.
qui plura refert dict. conſilio primo. numer. 64.
& numer. 69. lib. 2. Quod in caſu, de quo agimus,
apertiùs procedit, cùm hoc ex cauſa publica Ma-
ioratus fiat, conſtetque de voluntate inſtitutoris,
qui hoc in vita diſpoſuit. Quo caſu plenior eſt
Principis poteſtas, vt infra num. 36. cum ſequen.
dicemus. Idq; etiam quoad legitimam procedit,
dummodò filiis alimenta cōpetentia relinquan-
tur: cùm legitima quantitas ex iure Ciuili proce-
dat, ideóque à Principe minui poſſit, vt ſupra iſto
lib. c. 1. nu. 14. latiùs annotauimus.
¶ Hoc autem à Principe non niſi ex magna cauſa
fieri poterit, vt ſupra lib. 1. c. 8. nu. 31. reſoluimus.
31 Princeps † namque plenitudine poteſtatis, non ni
ſi ex magna cauſa vti debet, vt eleganter dixit In
nocent. in c. innotuit de elect. Ang. in l. benè à
Zenone. C. de quadrie. præſcript. Bal. in l. 2. C. de
ſentent. experi. recit. nu. 13. Alex. conſi. 2. nu. 6. lib.
1. Fortun. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib.
& poſthum. col. 135. Marc. Mantua. libr. 2. Dialo-
gorum. cap. 22. Hieronym. Cagnol. in l. in totū n.
32 3. ff. de regul. iur. Diſpenſatio † enim, quę ſine iu-
ſta cauſa fit, potiùs diſſipatio, quàm diſpenſatiò
dicenda erit, prout ſingulariter dixit Archidiac.
in c. conſequens, 2. diſtinctione. Ioannes Andr. in
c. de multa. col. 5. de præbend. Fortu. in §. & quid
ſi tantum. col. 13. Iaſ. inter conſi. feudalia conſi-
lio 8. nu. 51. Mencha. lib. 1. controuer. Illuſtr. ca. 26.
33 nu. 10. Imò † quando Princeps vtitur plenitudinē
poteſtatis ſine cauſa iuſta ac rationabili, ea non
dicitur plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis: pro-
ut dixit Soci. conſilio 120. num. 14. lib. 3. Loazes in
allegatione pro Marchione de Velez, pag. 54. nu.
65. Soc. Iun. conſ. 65. nu. 6. li. 2. Aymon Craue. de
antiq. tempo. par. 1. n. 3. Mencha. qui plura refert.
d. c. 26. nu. 11. Hoc autem non credimus vnquam
Chriſtianiſſimos Hiſpanorum Principes abſque
magna atque publica cauſa facturos, cùm abſq;
conſcientiæ diſcrimine, atque abſque maxima
filiorum, aliorúmque deſcendentium vel aſcen-
dentium, quibus iam hæreditas delata eſt, iactura
fieri non poſſit. Sicque nunquam in Hiſpaniarū
Regnis id factum fuiſſe vidimus, nec ab aliis ac-
cepimus.
34 ¶ Hęc tamen limitanda ſunt, † niſi vnicus tantum
filius adſit, in cuius perſona Maioratus inſtitutus
eſt, nec alius deſcēdens ſuperſit, qui ex Maiorat'
confirmatione lædi poſſit. Tunc nāque, ad huius
filij vnici inſtātiā, Maioratus à Principe ex certa
ſcientia, etiam poſt mortē parentis cōfirmari po-
terit. Quod proculdubiò verum eſt, cùm in hoc
caſu non niſi de filij petētis cōfirmationem prę-
35 iudicio tractetur. Sicque † intelligendū erit, quod
voluit Chriſtophorus de Mieſſes relatus à Greg.
Lopio in d. l. 32. tit. 9. part. 6. in gl. verb. *No valdra.*
in fi. col. antepe. quāuis illū reprobet Greg. ibid.
Idque etiam pari ratione dicendum erit quandò
plures filij, vel deſcendentes, ſeu etiā aſcendētes
ſuperſunt, omnéſque mortuo Maioratus inſtitu-
tore, eiuſdem Maioratus confirmationē petunt.
Tunc namque, nulli dubium eſt, quin ex eorum
conſenſu poſſit à Principe Maioratus cōfirmari,
cùm in ea confirmatione omnes, qui ex ea lædi
poſſunt, conſentiant. l. quoties ab omnibus cum
ſimilib. C. de fideicommiſ. Ex quibus in hac q. re-
ſtat vera, ac perfecta reſolutio.
36 ¶ Sed adhuc controuerti poteſt, † vtrùm Princeps
poſt mortē inſtitutoris poſſit Maioratum abſque
Regia licentia factum, cōfirmare, quādo eius in-
ſtitutor in ipſius Maioratus inſtitutione petiit à
Principe, vt ipſum Maioratum cōfirmaret. In qua
37 quæſtione, † prima facie dicēdū videtur huiuſmo
di cōfirmationē valere, etiāſi mortuo inſtitutore
fiat. Quod ꝓbatur ex text. in Auth. Itē ſine legi-
timis. C. de natu. libe. & ex corpore vnde ſumi-
tur, vbi ꝓbatur, ꝙ ſi pater in teſtamēto filiū ſuū
naturalē legitimum nominet, illúmque hęredem

inſtituat,poterit filius à Principe etiã mortuo pa-
rente legitimari.Per quẽ tex.dixit Bar.cõmuniter
ſequutus in d.l. Gallus.§.& quid ſi tantũ.n.14.ff.
de libe.& poſth. Quòd ſi pater filiũ nominet le-
gitimum in teſtamento, & illum hæredem inſti-
tuat,poterit Princeps illum poſt mortẽ patris le-
gitimare,etiam ſine citatione venientium ab in-
teſtato,quãuis aliàs in legitimatione veniẽtes ab
inteſtato,quibus ius ſuccedendi delatũ eſt, citã-
di ſint,vt ibidem Bar.& cõmuniter Scrib.aduer-
tunt.Quod etiam probat.l.6.ti.15.part.4. Ex qui-
bus rationibus, eandem opinionem ſequitur lo-
quens in Maioratu abſque regia licentia facto
Greg. Lopius.in d.l.32.tit.9.part.6.in glo.in verb.
*Non valdra* col.11.verſi.Quęro præterea.Idq; etiã
ſequitur loquẽs in Maioratu Mencha.de ſucceſ-
ſio.creati.lib.3.§.26.nu.105.& nu.106.
¶Hęc tamẽ opinio proculdubiò erronea cẽſenda
eſt,ad quod probãdũ præſupponimus, hãc quæ-
ſtionẽ in effectu nihil differre à pręcedẽti, quod
clariſſimè cõprehenditur ex eo,ꝙ in caſu.d. Au-
thenticę item ſine,& d.l. partitarum nõ requiri-
tur, ꝙ pater in inſtitutione filij legitimi petat à
Principe,vt illum legitimum efficiat,ſed tãtũ, ꝙ
illum tãquam filium legitimũ inſtituerit. Ex quo
conſequitur, non eſſe deciſionem illorum iuriũ
fundatam in hoc,ꝙ pater petat à Principe in ſuo
teſtamẽto,ꝙ filium ſuum legitimum faciat, cùm
id nõ requiratur,ſed in eo ſolùm, quod habuerit
patris volũtatẽ in vita, qui voluit illum tãquam
legitimũ inſtituere, & cõcurrat in hac legitima-
tione ſimul patris,ac Principis voluntas.Quę vo-
lũtates iunctę, maioris effectus eſſe videntur, q̃
ſola volũtas Principis,abſque patris volũtate, vt
ibidem Scrib.aduertunt.Ideóq; idipſum in quę-
ſtione propoſita dicendũ erit, ꝙ ſcilicet nõ con-
ſiſtat quęſtionis difficultas in hoc, quod pater in
ipſo Maioratu petat Principis confirmationem,
ſed ſolũ in eo,quod pater in vita diſpoſuerit,idẽ
quod Princeps poſt mortẽ confirmat.In quo caſu
concurrit voluntas Principis cũ volũtate patris,
abſque eo, ꝙ ſit neceſſariũ ꝙ pater in inſtitutio
ne Maioratus adijciat illa verba, ꝙ ſcilicet petit
à Principe vt illum Maioratum confirmet.
38 ¶ Hoc igitur præſuppoſito, dicendũ † erit in hac
quæſtione idem,quod in pręcedenti reſoluimus,
reſoluendũ eſſe ex eiſdẽ rationibus, quę in præ-
cedenti quæſtione adductæ ſunt. Quibus nõ ob-
ſtat deciſio tex.in d.Auth. itẽ ſine, nec d.l.parti.
nec ea,quæ à Bar.& communiter Scrib.tradũtur
in d.§.& quid ſi tãtum. Ea namque iura & Scrib.
loquuntur in caſu diuerſiſſimo, ſcilicet in legiti-
matione.In qua forma eſt tradita,à lege,vt filius
legitimus efficiatur:ſi eum pater tanquam filium
legitimũ inſtituit in teſtamẽto, & Princeps poſt
mortẽ patris illum legitimet.In qua ſpecie actus
ex legis diſpoſitione ex parte patris perfectus eſt
nec aliud in vita eius requirit, debétq; Princeps
præciſè factum patris confirmare,aliàs filio irro-
garet iniuriam,vt probatur ex text.in d.l.6.tit.15.
part.4.*Deuelo otorgar*, vbi id etiã Gregor.Lop.ad-
uertit, hîc autem loquimur in Maioratu, in quo
ex forma legis requiritur,ꝙ licentia eiuſdem in-
ſtitutionem præcedat,nec ſufficit ſi ſubſequatur.
Quis actus tempore mortis parentis nullus atq;
imperfectus eſt, nec Princeps illum confirmare
tenetur,imò faciet cęteris filiis iniuriam,ſi illum
confirmauerit. Ideóque ex regulis,de quibus in
præcedenti quæſtione meminimus, à Principe
confirmari nequit. Sicque in caſu dictarũ legum
quãdo ea inſtitutio nulliter facta fuit, vt ſi de fi-
lio ſpurio vel naturali extantibus legitimis fiat, à
Principe confirmari non debet, vt ibidem & in
dicto §.& quid ſi tantum communiter Scribent.
aduertunt,ſequitúrque Gregor. Lopius in d.l.6.
partitarum *quod etiam exiſtimauit Deci.conſil.*
176. numero tertio. Acoſta. in d.§.& quid ſi tan-
tum.2.par.num.166. cum ſequentibus poſt Lan-
celot.Galiaul.ibidem.Item dicta iura loquuntur
in caſu,vbi alij filij legitimi non extant,nos autẽ
loquimur etiam vbi alij filij legitimi extant, in
quorum præiudiciũ Maioratus poſt mortem pa-
rentis confirmari prętenditur.Qua ratione dicta
iura in caſu ſpeciali loquentia, nõ poſſunt ad ca-
ſum de quo agimus, vbi adeò diuerſa ratio ver-
ſatur,adaptari. Nec in hoc caſu parentis petitio
facta in vita in ipſis Maioratus inſtitutione ali-
quid operabitur.Leges nãque, (vt ſuperiùs oſtẽ-
dimus) non fundantur in hac parentis petitione,
nec eſt aliqua lex, quæ eidem aliquam vim tri-
buat, nec ea aſtringit Principem ad Maioratum
confirmandum, ſed hoc ex libera eius facultate
pendet,qui nõ debet filiis, nec deſcẽdentibus in
legitima iam ſibi delata,tam graue præiudicium
niſi ex cauſa legitima irrogare,idq; veriſſimũ eſt.
39 ¶Solet etiam circa iſta controuerti, vtrũ† ſi quis
Primogeniũ inſtituat, ſub ea cõditione: ſi Prin-
ceps illud confirmauerit,valeat confirmatio poſt
inſtitutoris mortem ſubſequuta. Quã quæſtionẽ
tetigit Gregorius Lopius in d.l.32.titul.9.part.6.
in gloſ.verbo.*No valdra*.columna penultim.ver-
ſicul.Item nota, vbi inquit valere Maioratum,
ſi ſequatur confirmatio, ad quod ſolum allegat
text. in d. capit. quia Ioannes 12. quæſtione 5. Et
quanuis ipſe non loquatur expreſsè in caſu vbi
confirmatio ſubſequuta eſt poſt mortem inſtitu-
toris, neceſſariò eius dictum ſic intelligendum
eſt ex text.in d.ca.quia Ioannes,quẽ ad hoc alle-
gat. Et vt quæſtio ipſa deſeruiat de dubio: aliàs
namque ſuperuacanea ea quęſtio eſſet,cùm ex l.
Tauri. valeat confirmatio in vita inſtitutoris fa-
cta, etiamſi inſtitutor eam conditionem in Ma-
ioratus *inſtitutione non appoſuerit.*
¶ In cuius opinionis confirmationẽ adduci po-
40 teſt communis regula,quòd † ſcilicet inſtitutio
ſpurij valet,ſi fiat ſub ea conditione (ſi Princeps
illum legitimauerit) cùm in tempus habile cõfe-
ratur.l.in tẽpus.ff.de hæred.inſtit.Bal.Imol.Soci.
Alex.& cõmuniter Scrib.in l. Gallus.§.inſtituẽs.
ff.de libe.& poſth.Bal.in l.1.n.17.C.de inſt.& ſub-
ſtit.vbi *Soci.n.11.Palat.*Ruui.in rep.Rub.de don.
inter vir.& vxo.§.29.n.4.Curt.Iun.conſ.84.nu.3.
Emanuel Acoſta, qui plura refert in d.l.Gallus.
41 §.& quid ſi tantũ.2.part.n.172. Quod † nedũ pro-
cedit,quando ipſe filius ſpurius in vita parẽtis à
patre legitimatur,ſed etiam quando legitimatur
poſt mortem parentis.Tunc enim ea legitimatio
retrotrahitur ad tẽpus inſtitutionis. Nec poteſt
conſiderari præiudicium veniẽtiũ ab inteſtato,
quibus ante legitimationẽ hæreditas delata vi-
debatur,quia ex quo inſtitutio erat cõditionalis,
& pendente cõditione poterat eſſe locus inſtitu-
tioni,nullũ ius interim delatum erat veniẽtibus
ab inteſtato.l.antequàm. C. cõmunia de ſuccen.
l.quãdiu.cũ ſimilibus.ff.de acq.hæred.Idq; ſic re-
ſoluit.Soci.in d.l.Gallus.§.inſtituens.columna 2.
in princ.



in princip.& Curt.Iun.d.conſilio octauo.num.3.
vbi inquit hanc eſſe communem opinionem, &
eſt de mente omnium Scriben.Quos ſuperius re
tulimus:quod etiã pari ratione *in Maioratus* in-
ſtitutione facta ſub hac conditione, ſi Princeps
illum confirmauerit;dicendum videbatur.
¶Sed his non obſtantibus in quæſtione hac, idẽ
quod in præcedentibus reſoluendum erit, ex ra-
tionibus ibidem adductis,quas æquè in caſu de
quo agimus,militare notiſſimum eſt. Quibus nõ
obſtat tex.in d.capit.quia Ioannes,quia eiuſdem
tex.deciſio,nedum contrariam opinionem non
probat,imò noſtram confirmat,vt ſupra iſto cap.
numero 14.oſtenſum eſt. Item non obſtat.d.l.in
tempus.& ea,quæ Scriben.in d.§.inſtituẽs anno
tare ſolent.Ad ea námque reſpondetur multipli
42 citer.Primò,†ꝙ loquuntur quando defectus pro
uenit ex parte inſtituti,nec habent locum quãdo
ꝓuenit ex parte inſtituẽtis,prout in caſu de quo
agimus contingit.Tunc enim hic defectus,nedũ
poſt mortem,ſed etiam in vita eiuſdem ſuppleri
non poteſt.l.ſi filius,qui in poteſtatẽ.ff. de lib.&
poſth.l.1.§.ſed ſi filius.ff.de lega.3.idque in ſpecie
dixit Alexand.in d.§.inſtituens.numero ſecũdo.
& Cur.Iun.d.conſilio 84.numero ſecundo & ter
tio.Secundò, quòd loquuntur quando actus nõ
peccat in ſolennitate.Si enim in eo adeſſet ſolen
nitatis defectus,prout in caſu de quo agimus a-
deſt,clarũ eſt,ꝙ is non poſſit ſuppleri præſertim
in alterius præiudiciũ.d.l.ſi filius,qui in poteſta-
te. l. filio præterito vbi per Scribent.ff.de iniuſt.
rupt.Alexan.in d.§.inſtituens,numero ſecũdo,&
Curt.Iun.d.conſilio 84.numero *tertio*.Tertiò &
vltimò:quia hîc agimus de legitima deſcẽdentiũ
vel aſcendentium,quæ neceſſariò debita eſt:cùm
non ſit neceſſaria Regia facultas,nec cõfirmatio
niſi ad priuandos aſcendentes vel deſcẽdentes le
gitima,vel ad imponendũ ipſis grauamen in illa.
Quo caſu nõ poteſt procedere opinio Soc.in d.§.
inſtituẽs,quòd ſcilicet ſpurius poſſit poſt morem
parentis legitimari.Cùm *enim illa opinio* ea præ
ſertim ratione ſuſtineatur,quòd nullum præiudi
cium fiat venientibus ab inteſtato ex legitimatio
ne,eóque nullum ius eiſdẽ acquiſitum,nec dela
tum ſit:conſequens eſt, vt intelligenda ſit in his
veniẽtibus ab inteſtato, quibus legitima debita
non eſt.Secus autem dicendum erit in illis,quib.
legitima debetur. Quibus ſtatim mortuo parẽte
ius ad ipſas legitimas defertur,non obſtante pa-
rentis diſpoſitione,& in quorum præiudiciũ re-
gulariter non poteſt filius ſpurius,niſi ex magna
cauſa atque citatis his,quibus intereſt, probata
legitimari.vt Scrib.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tan-
tũ annotare ſolẽt.Imo†Princeps,qui id faceret,
43 eſſet vnũ pecus, nec haberet præ oculis iuſtitiã
publicæ honeſtatis,vt inquit Bald.in cap.1.§. filii
nati.numero primo,ſi de feud.fue.contro.int.do
mi.& agna.Cuius dictum refert,atque commen
dat Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum.numero 98.& ali
bi ſæpè Scriben.Ideóque hæc opinio non poteſt
ad confirmationẽ Maioratus adaptari,idque ve-
rum,ac rationi conſonum videtur.
¶Similiter etiam controuerti poterit, vtrũ†ſi is,
44 qui fecit Maioratũ abſque licentia Principis,ef-
fectus fuerit furioſus,& ante eius mortẽ & poſt
furorẽ obtẽta fuerit à Principe eius Maioratus
cõfirmatio,Maioratus ipſe validetur ex cõfirma-
tione ſubſequuta.Quã quæſtionẽ tetigit Gregor.
Lopius. in d.l.32. titul. 9.part.6.in gloſ.in verbo
*No valdra*.columna 12.verſicu.item nota. vbi in
quit,quòd ex hac confirmatione,Maioratus vali
datur,allegátque ad id tex.in l.ſi quis alicui.ff.de
acquir.hæred.vbi probatur,quòd ſi quis dederit
mandatum ad petendam bonorum poſſeſſionem
& re integra furioſus effectus fuerit, reuocatur
mandatum.Per quæ iura notant Scriben.ibidem
45 quod ſicut mandatũ reuocatur morte, ita & fu-
rore ſuperuenienti. Quod etiã probatur ex l.fin.
vbi gloſ.& Bart.ff.de bon.poſſe.
¶Quanuis autem *præfatus* D.*Gregorius* Lopius
opinatus fuerit, Maioratum furore ſubſequuto
confirmari non poſſe,cum furor morti æquipa-
retur,egóque ſuperius reſoluerim poſt mortem
non poſſe Maioratum confirmari:adhuc tamẽ in
caſu de quo agimus dicendũ videtur, Maioratũ
etiam furore ſubſequuto confirmari poſſe.
¶Ad quod probandum præſumptio ex duabus
præſertim rationibus me ſuperius probaſſe,Ma-
ioratum non poſſe poſt mortem confirmari. Pri-
ma,ex eo, quòd eo tempore iam Maioratus non
poterat inſtitui.Actus námque non poteſt confir
mari,niſi eo tempore quo geri poſſet. Secunda,
quia eo tempore iam erat ius acquiſitum deſcen
dentibus,ſiue aſcendentibus,in quorũ præiudi-
cium Maioratus cõfirmari non poterat. Si igitur
probauerimus has duas rationes ceſſare in furio
ſo:conſequens erit,vt cõfirmatio Maioratus poſt
furorem ſubſequuta,valida cẽſenda ſit,nõ enim
quidpiam aliud adduci poterit: quòd ipſi confir-
mationi obſtare poſſit.
¶Quòd autem prima ratio ceſſet, conſtat ex eo,
quòd curator nomine furioſi tẽpore furoris poſ-
ſet Maioratum per viam contractus facere,præ-
ſertim ſequutus furioſi voluntatem ante furorẽ
46 declaratam, cùm†poſſit curator nomine furioſi
omnes contractus facere,ſaltim cum iudicis de-
creto.l.2.C.de curato.furio.l.fina.§. ſin autem.&
in §.& inuentarium.C.eo. & vtrobique per Scri
47 bent.Qua ratione,†curator furioſi legitimationẽ
filii illegitimi ipſius furioſi eius nomine impetra
re poterit,vt viſum fuit Ludouico à Sardis.in tra
cta. de natura. liber.ſub titul. de legitimatione
per reſcriptum.§.Quintò ex ordine vidẽdum eſt.
48 numero primo.Item†poteſt reuocare donationẽ
factam à furioſo,dum eſſet ſanæ mentis,ex cauſa
ingratitudinis,vt arbitratur Ripa.in leg.ſi.C.de
reuocand.donat.quæſtione 68.numero 229. cum
ſequentibus.Ideóque nõ mirum,ſi poſſit ad eius
petitionem à Principe eius Maioratus ante furo
rem factus confirmari. De quibus tamen dicen-
dum erit:prout infra iſto lib.capit.9. numero 27.
cum ſequentibus dicemus.
¶Secũda ratio etiam ceſſat ex eo,quòd ex futuro
Maioratus inſtitutoris,non cenſeatur delata hæ
reditas ſuccedẽtibus ab inteſtato,ſicut ex morte,
cùm poſſit ipſe furioſus reſipiſcere,& Maioratus
cõfirmationem petere,vel etiam aliter de bonis
ſuis diſponere. Ideóque,confirmatio non poteſt
dici facta in præiudicium iuris iam deſcendenti
bus, vel aſcendentibus delati, prout in illa,quæ
poſt mortem inſtitutoris fit, dictum eſt. Qua ra-
tione hæc vltima opinio mihi vera aduerſus Gre
gorium Lopium videtur: præſertim ſi Princeps
ſciens Maioratus inſtitutorẽ iam furioſum eſſe,
ipſum Maioratum confirmauerit. In qua ſpecie
id apertiſſimum erit.

49 ¶Quibus nō† obſtat d.l.ſi quis alicui.ff.de acqui.
hæred.Quæ eſt pręcipuū Gregorii fundamentū,
nam ſi bene conſideretur ea.l.iuncta gloſ.potiùs
noſtram opinionē coadiuuat. Inquit nāque lex,
quòd mandatū ad petendā bonorum poſſeſſionē
reuocatur ex furore ſuperuenienti, niſi furioſus
id ratum habuerit.Quod declarās gl.ibidē verb.
*Confirmari*,inquit,id intelligendū eſſe dupliciter,
Primò,ſi furioſus ſanæ mentis effectus,id confir
mauerit.Secundò,ſi procurator furioſi id ratum
habuerit,quod de curatore furioſi,nō de procu-
ratore intelligendum eſt, vt colligitur ex l.Anti-
ſtius.§.fina.ff.eod.iuncto intellectu glo.ac Bar.&
Scrib.ibidem Quam legē ad id gloſ.in d.l.ſi quis
alicui allegat,in quo glo.illa dixit duo, quæ ſatis
noſtram opinio.coadiuuāt.Primum,quòd ſit con
ſiderabile ad validitatē actus,quòd furioſus po-
teſt reſipiſcere , vt interim alteri ius acquiſitum
non videatur.Secundum,quòd id , quod poterat
facere quo ad hoc procurator furioſi ante furo-
rem poteſt facere eius curator,iam furore ſubſe
quuto. Ex quibus nedū patet reſponſio,ad dictā.
l.ſi quis alicui , imo ex eis hæc noſtra opinio ve-
rior,atque firmior redditur. Quæ etiam reſpōſio
ad d.l.fin.ff.de bon.poſſe.æquè aſſignari poterit.
¶Pro huius autem materiæ perfecta reſolutione
50 id etiam annotandum erit,† neceſſariam eſſe li-
centiam pręcedere , vel Regiam cōfirmationem
ſequi ad Maioratus validitatem, ſiue Maioratus
quo ad principalem diſpoſitionem licentiam re-
quirat,vt ſi de legitima factus ſit,ſiue non requi-
rat licentiam quo ad principalem diſpoſitionem:
ſed quo ad validitatem aliquarum conditionum,
& vocationem , vt ſi de tertio factus ſit , & non
fuerit ſeruatus in vocationibus , & grauaminib.
ordo,de quo in l.27.Tauri,vel aliàs. Ad validita-
tem námque harum conditionū,vel vocationum
neceſſe eſt,quòd licentia præcedat Maioratus in
ſtitutionem,vel cōfirmatio ſubſequatur,ſicut ad
principalem diſpoſitionem faciēdā ex d.l. Tauri
neceſſaria eſſet.Eadem námque ratio eſt de toto
quo ad totum, quæ de parte quo ad partē. l. quæ
de tota.cum ſimilib.ff.de rei vendi. Idque notiſ-
ſimum eſt:quanuis contrarium arbitratus fuerit
Gregorius Lopius in d.l.32.tit.9.part.6. in glo.in
verb.*No valdra*.col.pen.verſ.aduerte etiam.
51 ¶Illud autem in hac re animaduertēdum eſt , †ꝙ
ſi licentia,atque Maioratus inſtitutio eodem die
facta fuiſſe appareant,licentiam Maioratus inſti
tutionem præcedere præſumendum erit. Quādo
enim duo actus eodem die facti ſunt , ita vt non
conſtet,quis eorum præceſſerit,is actus præcede
re cēſendus eſt,qui neceſſario ad ipſorum actuū
validitatē præcedere debuiſſet.l.cùm in teſtamē
to.§.hæc verba.vbi per Scriben.ff.de hæred.inſt.
l.ſecunda.§.priùs.verſ. ſi quis ita.ff.de vulga.vbi
etiam Scrib.id notāt.Rota. deciſione ſecūda ſub
titulo de exceptio.in nouis.Fel.in cap.Paſtoralis.
n.5.cū ſequētibus de præſcr.Iaſ.qui plura refert.
in l.fina.n.30.C.de edicto D.Hadria.tollen.Ripa
lib.3.Reſponſorum,quinto reſponſo.n.12.Alciat.
latiſſimè de præſumptio.regula 3.præſumptione.
42.Antonius Gometius in d.l.42. Tauri.n.3.& 4.
¶ Sed adhuc dubitari poteſt de quæſtione noua
ac contingibili,vtrum ſcilicet,ſufficiat ad Maio-
ratus validitatē,quòd facultas conceſſa ſit à Prin
cipe ex ſolo verbo,fiat,vel requiratur,quod ea fa
cultas ſcripta, atq.legitimè expedita & abſoluta
52 fuerit ante ipſius Maioratus inſtitutionem.Quā
quæſtionem,quia ardua eſt,ad partes examinatè
intendimus. Vt tandē eidem veram reſolutionē
aſſignemus,in hac quæſtione dicendum videtur
non ſolum requiri quòd facultas à Principe con
ceſſa ſit,ſed neceſſarium eſſe,quòd ante Maiora-
tus inſtitutionem ipſa facultas ſit cum omnibus
ſolennitatibus à iure requiſitis abſoluta,ac expe
53 dita.Nā† per expeditionem literarum datur for-
ma & perfectio gratiæ,quæ ante eam dicitur in-
formis atque imperfecta,vt voluerunt Domi.de
Rota.deciſione 458.in nou. num. quinto & pro-
bat regula Cancella.de non iudicando iuxta for-
mam ſupplicationis vbi latiſſimè Gometius quæ
ſtione prima.numero ſecundo cum pluribus ſe-
quentibus.Oldra. conſilio 326. columna quarta.
Ægid.Bellame.conſilio 34. columna ſexta ad fin.
54 cum prin.ſequen. Vbi ſingula.inquit,quòd† gra-
tia habet tacitam conditionē,ſi literæ expedian-
tur,& quòd ideò Papa habet tot officiarios, vt li
teræ ab eis ante expeditionem poſſint reiici , ac
earum expeditio recuſari.Qua ratione ante expe
ditionem nihil eſt in eis perfectū,neque conſum
matum.Felin.in Rub.de conſtitu. numero ſexto.
Idem Felin.in cap.veniens.numero tertio de ac
cuſa.Idque clarius probatur ex regula Cancella
riæ 53.vbi diſponitur diſpenſationes non ſuffra-
gari:niſi literis expeditis,quod etiam alibi ſæpè
Scribent.annotare ſolent.
¶Pro cōtraria autem ſententia adduci poteſt ele
gans doctrina Bald.in l.ſi qua per calumniam.C.
de Epiſcopis & Cleri.numero quinto,vbi ſingu-
55 lariter inquit,† quòd eo ipſo,quòd Princeps facit
gratiam ſimplici verbo,ſtatim gratia ipſa perfe-
cta eſt,antequam literæ expediantur,quāuis pro
batio eius non poſſit fieri per teſtes,ſed per ipſas
literas iam abſolutas,atque expeditas.Quod etiā
voluit idem Bald. in l.fin.C.ſentent.reſcind.non
poſſe.numero ſeptimo.idem Bald.in l.humanum
C.de legib.numero ſexto.& in l.fina.C.de com-
muni.ſeru.manu.numero primo.Archi.Ioannes
Andreas Domi.& Scrib.in Proœm. libro ſexto.
Rota deciſione 881.numero primo in antiquis.In
nocent.in capit.conſtitutus.de reſcrip. Idque ex
pluribus probat Felin.in d.Rubr.de conſtit. nu-
mero quinto. vbi Deci. numero 11.ad fin.& Au-
guſtinus Beroius numero 83. Socin. conſilio 41.
numero tertio & quarto.lib.3.Ripa.lib.1.reſpon-
ſorum in Rub.de conſtitutio.numero 48.cum ſe
quentibus.Idem reſponſorum lib.2. reſponſor.11.
numero primo cum ſequentibus.Gometius.in d.
regula de non iudicando:iuxta formam ſupplica
tionis quæſtione 1.numero octauo.cum ſequēti-
bus.Ægid.Boſſius titulo de Principe.nume. 293.
Pariſius conſilio 77.numero 12. lib.3. idem con-
ſilio quinto.numero 60.eod.lib.Celſus conſi.16.
numero ſexto.vbi hanc opinionem communem
eſſe profitetur.Ex quo idem in Maioratus inſti-
tutione dicendum videtur,vt ſcilicet valeat Ma-
ioratus inſtitutio poſt facultatis cōceſſionem fa
cta ex verbo,fiat,ſi poſteà etiam poſt eius inſti-
tutionem literæ expediantur.Non enim aliter fa
cultas ipſa:quàm per literas expeditionis proba-
ri poterit.
¶Nec obſtare videntur dictæ regulæ Cācellariæ
56 nam† regula 53.ex qua diſponitur diſpenſationes
nō ſuffragari,niſi literis expeditis,ſic intelligēda
eſt,quod ſcilicet ſtatim,ꝙ gratia , ac diſpenſatio
concessa,



conceſſa,atque ſignata eſt,perfecta ſit quo ad eſ-
ſentiam,non tamen poterit ſuffragari , niſi poſt-
modùm literis expeditis. Nō enim regula illa re-
quirit literarum expeditionē à principio:ex quo
fit,vt ſi ante finitum iudicium quocunque tem-
pore literę expediantur,gratia atque diſpenſatio
ſuffragari debeat:quāuis in principio iudicij ſo-
lo verbo cōceſſa inueniatur. Quod eſt idem cum
his,quæ paulò antè in Maioratu reſoluimus.Sic-
que illam regulam intelligit ibi gloſſator anti-
quus,& Gometius in dicta regula de nō iudican-
do iuxta formam ſupplicationis quęſtione ſexta;
numero primo.vbi inquit ſic fuiſſe iudicatum in
Rotæ conſiſtorio.Quem intellectum ad illam re-
gulam etiam aſſignauit Soci. qui pulchrè loqui-
tur in propoſito. d. conſilio 41. numero tertio &
quarto.libr. tertio.Sicque intelligenda ſunt om-
nia,quæ ſuperiùs adducta ſunt ab probandum,
quòd ante literarum expeditionem gratia infor-
mis ſit,atque imperfecta. Nā ſi perfectionem eſ-
ſentiæ atque ſubſtantiæ conſideremus, gratia ex
ſolo verbo,fiat,perfecta eſt.Si verò cōſideremus
perfectionem formę atque probationis ante lite-
rarum expeditionē,imperfecta cōſideranda erit.
Si autem poſteà literæ expediantur , à principio
gratia ipſa perfecta atque abſoluta fuiſſe iudica-
bitur.Quod optimè ac magiſtraliter declarat So-
ci.d. conſil.41. & eſt de mente omnium Scriben.
quos pro iſta parte citauimus.
¶Non etiā obſtare videtur. d. regula Cancellariæ
de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.
Ea namque in caſu ſpeciali loquitur vbi ſcilicet
de literis iudicibus iuriſdictionē concedentibus,
& regula ipſa ad iudices dirigitur , reſpicítque
initium iudicij,quod cùm à principio nullum ſit,
non poteſt ex poſtfacto validari. Ideóq; eius de-
ciſio non debet ad alios caſus diuerſos extendi,
præcipuè vbi verba non ad iudicē, ſed ad partē,
(vt in caſu,de quo agimus,) dirigūtur. Sicque il-
lam regulam intelligit Gometius.d.quæſtione 6.
numero primo.Quod ex eo præſertim dicendum
eſt,quòd regula illa in hac parte à iure communi
exorbitet , vt ex pluribus probat Gometius ibi-
dem.quæſtione 1.numer. octauo,cum ſequentib.
poſt gloſſatorem antiquum eiuſdem regulæ.&
Soci.d.conſilio 41.Ideóque tanquam à iure com-
muni exorbitans nō extendenda: ſed reſtringen-
da,atque limitanda erit. Ex quibus hæc quæſtio
ſatis dubia, atque ad vtramque partem diſputa-
bilis videtur.
¶In hac autem Scribentium controuerſia prima
opinio verior mihi videtur,quòd ſcilicet ante fa-
cultatis expeditionem Maioratus Regiam facul-
57 tatem requirens inſtitui non poſſit.Nam† quāuis
verū ſit, quòd eo ipſo quòd Princeps vtitur ver-
bo,fiat,ipſa gratia perfecta & confirmata ſit , il-
lud tamen procedit ac locum habet,quando gra-
tia nihil ampliùs , quàm ipſam Principis conceſ-
ſionem requirit,ſecùs autē quando gratia alicui
cōfertur,vt aliquid facere poſſit:tūc enim is non
poterit illud facere ante ipſarum literarum expe-
ditionem, quāuis gratia ab initio effectum obti-
neat, Quod ſic opinatur Bald. vbi omnia,quæ in
hac materia pugnantia inueniuntur ſic cōciliat,
atque declarat in l.falſus.nume.21.C.de furt.vbi
ſingulariter inquit,quòd priuilegia,quæ non cō-
tinent aliquid in ſe perfectum ſed conceduntur
ad aliquid faciendum,ſimilia ſunt Epiſtolę,vt id
fieri non poſſit niſi receptis literis, & quanuis in
ſpiciatur tempus datæ quo ad initium gratiæ, ta-
men quo ad eius executionem requiritur quòd li
teræ exiuerint de Cancellaria,cùm verò cōtinent
actum ex ſe perfectum ſtatim ſignata ſupplica-
tione gratia perfecta eſt , & plenū ius quæſitum.
Idem Bald.in l.fina.columna ſecunda. ff. de con-
ſtitut.Princip.Quod etiam ſentit idem Baldus in
exemplo,quod ponit in d.l.humanum.numero 6.
C.de legib.& Domi.in proœmio ſexto.in §. Vni-
uerſitati.colum.finali.Oldrad.conſilio 324.col.4.
Idem etiam voluit Ioa.Andr.in c.eam te.de offi-
58 cio.delega.vbi inquit,† delegatū accipere iuriſdi
ctionem à tempore datæ,ſed exercitium à tempo
re præſentationis.Cuius dictū refert & ſequitur
Felin.ibidem.numero 21.vbi plura in idem addu
cit.Idque etiam ſequitur Gometius.d.regula Cā
cella.de non iudican.iuxta form.ſupplica.nume.
nono.Ripa.lib.1.reſponſorum in Rub.de conſti-
tu.numero 50.Quod pari ratione in facultate ad
Maioratum inſtituendum cōceſſa dicēdum erit;
cùm non contineat aliquid in ſe perfectum , ſed
ad aliquid faciendū concedatur,in quo caſu do-
ctrina Bal.in d.l.falſus,proculdubiò ſeruādā eſt.
59 ¶Hoc ipſum etiam cōprobatur,ex eò† quòd ver-
bum,fiat,in his Regiis facultatibus, nō à Princi-
pe,ſed ab eius primariis cōſiliariis,(qui vulgò di
cuntur *de la camara*,) profertur.Quod non debet
eſſe tātæ virtutis,nec efficaciæ prout verbū, fiat,
prolatū ab ipſo Principe in quo præfati Doctor.
loquuntur,vt conſtat ex verbis Bald.in d.l. huma
num.numero ſexto.C.de legibus,vbi id exempli
ficat,quando Papa viuæ vocis oraculo dicit. Pro
nuntiamus talem Epiſcopum,&c.comprehēdit-
que ex verbis Gometij.in d. regul. quæſtione 16.
numero quarto & quinto. & omnium Scribent.
quos ſuperiùs retulimus.Qua ratione quando Pa
pa ſignaturam gratiæ alicui Cardinali committit
non ſolet is Cardinalis ſignare per verbum fiat,
ſed per verbum conceſſum,vt petitur,vel ſimile,
vt aduertit idem Gometius in eadem quæſtione
16.numer.decimo. Nec videtur in hac ſpecie Re
giis conſiliariis applicari decenter poſſe verbum
illud Sacræ Scripturæ,quod ab Scribent.applica
tur Romano Pontifici,ſeu Principi,ſcilicet, fiat,
lux,& facta eſt lux, prout adducitur à Felin.in d.
Rub.de conſtitut. numero quinto,& à Gometio
qui plura refert.d.quæſtione 16. numero quinto.
Cùm pluries videamus,quòd poſt factam conceſ
ſionē à Regiis conſiliariis qui cameræ Principis
præſunt,ipſe Princeps illas ſubſcribere recuſat,
nec aliquem effectum obtinent , niſi à Principe
ſubſcriptæ ſint,vt probatur ex deciſione tex.in l.
24.tit.3. lib. 2. ordina.quæ hodie eſt l.10.titul. 4.
lib.2.in noua legū Reg.collectione,quæ in id om
ninò videnda erit.Ideóque non eſt ita ampliāda
licentia,Maioratuum inſtitutorum, vt abſque fa
cultatis abſolutione atque expeditione Maiora-
tum inſtituere poſſint,præſertim cùm in ipſa fa
cultate detur forma Maioratum ipſum inſtituen
di.Quæ quandocunque variatur,& ideò ante ip-
ſius inſtitutionem debet ea forma eius inſtituto
ri innoteſcere,vt ſecundùm illam Maioratum in
ſtituat, nec valet id, quod ignorata forma factū
fuerit, vt in quæſtione ſequenti dicemus,quod
verum,atque iuridicum mihi videtur.
60 ¶Ex quib.† aſſignari poterit vera decidēdi ratio
ad dictam illā Cancellariæ de nō iudicādo iuxta
x 4 formam

formam ſupplicationis. Nam ideò ibi gratia nullum effectum abſque literarum expeditione obtinet, quia ea gratia non cõtinet aliquid perfectũ, ſed ad aliquid faciendum conceſſa fuerit, in qua ſpecie nihil, niſi receptis atque expeditis literis, fieri poterit, ex doctrina. Bald. in d. l. falſus quem præfati Scriben. ſequuntur. Ex eóque cõſequitur lapſos fuiſſe eiuſdem regulæ ordinarium commẽtatorem & Gometium ibidem quæſtione prima numero octauo cum ſequẽtibus qui regulam illam iuri communi contrariam eſſe cenſuerunt, cum (vt ex ſupra dictis probatum eſt) ea in omnibus ius commune ſequatur.

61 ¶Ex† eiſdem etiam infertur nouiſſima ampliatio ad d. l. 42. Tauri dicentem Regiam facultatem debere præcedere Maioratus inſtitutionẽ. Nã adeò hoc verum eſt, vt non ſolum debeat præcedere Maioratus inſtitutionem eiuſdem facultatis cõceſſio, ſed literarum perfecta abſolutio, atque expeditio, quòd perpetuò memoriæ commendandum erit.

62 ¶Ex† his etiam infertur ſingularis limitatio ad legem 43. Tauri. Qua cautum eſt Regiam licẽtiam ad Maioratum inſtituendum conceſſam non expirare ex morte Principis, qui eã conceſſit: etiam re integra contingenti: illud námque procedit ac verum eſt, quando Regia facultas iam erat abſoluta atque expedita: ſecus tamen, quando ſolum
63 eius cõceſſio per verbum, fiat, facta fuit. Nã† quãuis gratia per verbum, fiat, ſolum cõceſſa non expiret morte cõcedentis, ſed Princeps eius ſucceſſor debeat illam facere expediri, vt opinatur Archid. in prooemio lib. 6. numero ſecundo vbi Ioannes Andreas Domin. Frãc. & cõmuniter Scribent. id notant. Bald. in l. humanum. numer. ſexto C. de legib. Felin. in Rub. de conſtitut. numero 5. vbi Deci. Auguſtinus Beroius. & cõmuniter Scr. Ripa. lib. 1. reſpõſorum in capit. cùm M. Ferrariẽſis, de conſtitut. numero 50. vbi inquit, ex hoc ortam fuiſſe illam formam expediendi per ſucceſſorem gratias à prædeceſſore cõceſſas ſcilicet, rationi congruit, &c. Ægidi. Boſſius. titul. de Principe numero 293. illud tamen procedit ac verum eſt,
64 quando gratia quid perfectũ continet: ſecùs† autem, quando datur ad aliquid faciendum. Tunc námque morte concedentis literis non expeditis expirat, vt opinatur Bald. in d. l. falſus numero 21. C. de furt. Idem Bald. in l. fin. ff. de conſtitut. Principum. colũna prima. Archid. in d. prooemio. li. 6. numero ſecundo. Ripa. in d. capit. cùm. M. de conſtitut. numero 50. Quod apertiùs probatur ex eadem leg. Tauri. ibi. *Aunque aquellos aquien ſe dierõ nõ ayan vſado dellas en vida del Rey que las cõcedio.* Ex quibus verbis cõſtat eam legem, de Regia facultate in vita principis eam cõcedẽtis, legitimè abſoluta atque expedita, & ex qua Maioratus inſtitutor vti poteſt loqui: nõ autem de ea, quæ ſolùm conceſſa, nõ autem expedita fuit: de qua Maioratus inſtitutor ex his, quæ ſuperiùs adducta ſunt, vti non poteſt ante literarum expeditionẽ, aliàs fruſtra lex adiiceret verba illa. *No aya vſado dellas.* Sicque illam legem, hæc tamen non conſiderans intellexit Caſtillo in Commentario eiuſdem legis. gloſ. 1. in princ. idque veriſſimum eſt.

65 ¶ Ex† eiſdem etiã infertur alius nouus intellectus ad d. l. 42. Tauri. in ſui ſecunda parte, vbi diſponitur, quòd Maioratus abſque Regia facultate factus validatur ex confirmatione ſubſequuta. Nã ſi hæc confirmatio à Rege conceſſa ſit, atque ipſe Rex ante literarum expeditionem moriatur, cõfirmatio ipſa non expirauit, imò à Principe ſucceſſore expediri debet. Cùm enim gratia iſta cõfirmationis quid perfectum contineat, nec ex ea aliquid aliud poſt cõfirmationem efficiendã cõmittatur, proculdubiò ea cõfirmatio morte concedẽtis, etiam ante literarum expeditionem cõtingenti, non expirauit ex his quæ ſuperiùs adducta ſunt.

66 ¶Similiter etiam† ex eiſdem cõſequitur cõfirmationẽ Maioratus abſque Regia licẽtia facti, poſſe poſt mortem inſtitutoris eiuſdẽ expediri, ſi in vita inſtitutoris conceſſa, non tamen expedita fuit. Cum enim gratia hæc in vita eiuſdem perfectionem atque effectum obtinuerit: conſequens eſt, vt poſt eius mortẽ expediri poſſit, nec in hoc poteſt conſiderari præiudicium venientiũ ab inteſtato, cùm etiam ante mortem inſtitutoris vocato ad Maioratum ius quæſitum fuerit, ex his regulis quæ ſuperiùs adductæ ſunt. Idque optimè conſiderat Soci. d. conſ. 41. n. 2. 3. & 4. lib. 3. Qui in id omninò videndus erit.

¶Sed adhuc circa iſta etiam controuerti poteſt:
67 vtrũ† valeat Maioratus inſtitutio facta poſt facultatis conceſſionem, atq; expeditionem, ſi ipſe inſtitutor facultatem conceſſam atq; expeditam fuiſſe tẽpore Maioratus inſtitutionis ignorauit. In qua quæſtione dicẽdum erit, huiuſmodi Maioratus inſtitutionem non valere. Cum enim in Regiis facultatibus ſemper apponi ſoleat forma quæ in Maioratus inſtitutione obſeruãda eſt: conſequens eſt, vt illum inſtituens, tẽpore inſtitutionis, eam formam ſcire, atque agnoſcere debeat: aliàs ipſa Maioratus inſtitutio: etiam ſecũdum ignoratæ facultatis formam facta, nulla futura ſit, vt opinatur Bald. in l. falſus. numero 17. & 18. C. de furt. vbi eleganter inquit, quòd vbi quis debet aliquid facere, ex cõmiſſione alterius certa forma ſeruata, nõ valet actus, commiſſione ac eius forma ignorata factus, etiamſi ſecundũ formam caſus factus fuerit. Idipſum etiã voluit Bar. conſilio 73. numero 13. Rota. deciſ. 145. numero 1. & ſecundo. in nouis. Franc. de Aret. cõſilio 68. numero quarto. facit text. in l. 2. & in l. multum intereſt. ff. de condit. & demõſtrat. & vtrobique per
68 Scriben. Quod comprobatur ex eo, quòd† gratia, ſeu priuilegium regulariter ignoranti non acquiritur. Quod probatur ex text. vbi gl. ver. *Præſtius.* in l. fina. C. de conſulib. lib. 12. Per quem tex. idipſum voluit Bartol. in l. fina. ff. de cõſtitut. Princip. numero quarto. vbi Iaſ. numero 46. inquit hanc eſſe communem opinionem Legiſtarum & Canoniſtarum, Scriben. in capit. 1. de conceſſio. præben. lib. 6. gl. in prooemio Clementinarum. verb. *De cætero.* Alexã. qui plura refert in l. qui abſenti numero 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Et quanuis in hac opinione aliquibus contrarium viſum ſit: imò quòd ius acquiratur ex priuilegio: etiã ignoranti, ex deciſione tex. in cap. ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6. Hoc tamen intelligendum eſt, quo ad eſſentiam gratiæ: ſecus tamen quo ad eiuſdem executionem, ſeu exercitium. Quo ad hoc námque, ius aliquod ignorãti nõ acquiritur vt opinatur Bald. in l. fin. ff. de conſtitut. Princip. ſecunda colũ. idẽ Bal. in l. falſus. C. de furt. numer. 21. vbi Andreas Bar. in addi. litera. A. verbo. Item ſcias, circa. fin. Ex quo cõſtat, non valere Maioratus inſtitutionẽ factam



factam ab habente facultatem, illud tamen ignorante. Idque verum, ac iuridicum videtur.

69 ¶Illud autem ſciendum erit, quòd valet Maioratus inſtitutio facta, ab eo, qui habet Regiam facultatem legitimè expeditam & abſolutam, illúmque ſe habere certus eſt: quanuis in eius inſtitutione non profiteatur expreſsè vti Regia facultate. Cùm enim Maioratus non valeat abſque Regia facultate, cenſetur Maioratum ſimpliciter faciens, illum ex poteſtate ſibi à Principe conceſſa, inſtituere, quanuis id non expreſſerit. l. tertia cum ſimilibus. ff. de militar. te-
70 ſtament. Per quem text. voluerunt Scribent. ibi, quòd actus, qui poteſt fieri ex duplici poteſtate: ſi ſimpliciter fiat, intelligitur factus ex ea, ex qua ſuſtineri poteſt. Quod etiam voluit Abb. in capit. niſi eſſent. de præben. ſecunda notab. per text. ibi. Baldus in le. id quod pauperibus. columna final. verſiculo vltimo quæritur. C. de Epiſcopa. & cleric. Decius in l. in contrahenda. numero ſeptimo. ff. de regulis iuris Hyppolytus ſing. 84. Alciatus de præſumpti. Regula tertia præſumpti. 36. Innocent. vbi latiſſimè per Modern. in capit. cùm ex officij. de præſcript. vbi Felin. numero 31. verſicul. ſexta concluſio. Idque in ſpecie Maioratus voluit Mencha. in repet. leg. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtament. numero 294. dubitans de opinione Roderici Xuarez. in repet. eiuſdem leg. quoniam. in prioribus 18. limita. & 2. limit. ad l. fori, & Gregorij Lopez. in leg. in titulo 4. part. 6. in gloſ. verb. *Libremente.* Qui vt ipſe profitetur, contrarium cenſuerunt, ſed Roderic. Xuarez. in duobus locis hoc non dixit, nec etiam aliquid ſimile, vt apud ipſum videri poterit. Greg. autem Lupus non loquitur quando conſtat, quòd pater fecit Maioratum, & expreſsè filium grauauit, vt ſequenti in gradu reſtitueret: ſed quando ſimpliciter filio maiori reliquit bona ſua, non adiiciens quòd eidem illa, iure Maioratus, nec tanquam ſubiecta reſtitutioni relinquebat. Tunc námque etiamſi haberet pater Regiam facultatem ad Maioratum conficiendum non cenſendus eſſet ea iure Maioratus, ſed tanquam bona libera reliquiſſe, quod non inficiamur. Sed quando certum eſt, quòd voluit pater filium grauare, eidémque bona iure Maioratus relinquere, eo ipſo cenſetur Regia facultate vti, quanuis id non expreſſerit. Quod Gregorius Lopius ibidem non obſcurè ſentire mihi videtur, idque proculdubiò verum eſt, quanuis contrarium & malè in ſimili quæſtione reſoluant Baldus in capitulo primo. §. Item Sacramenta de pace iur. firm. numero decimonono. & Felin. in capitulo qualiter & quando el. prima, numero decimoſexto, verſiculo quarto. limita. de accuſat. & Hyppol. ſingu. 196. quorum opinio ſequenda non eſt.

¶ Vltimo autem loco, ea quæſtio decidenda erit; vtrum is qui habet Regiam facultatem ad Maioratum inſtituendum, illam amittat ſi per decennium ipſa facultate vſus non fuerit. In qua quæſtione prima facie dicendum videbatur, quòd poſt decennium Maioratus inſtitutor illa vti non poſſit. Priuilegiũ enim ad aliquid faciendum conceſſum expirat, ſi priuilegiatus eo per decennium non vtatur. l. 1. ff. de nundi. text. vbi latiſſimè per modern. in capit. cum acceſſiſſent. de conſtitutionibus. l. 42. titul. 18. part. 3. l. 3. titulo 7. part. 5. Quod verum eſſe profitetur Gregorius Lopius loquens in facultate ad Maioratum inſtituendum conceſſa. in l. 6. titulo 11. part. 6. in gloſ. verbo. *que lo non pudieſſe vender.* columna penultima. verſicul. Quid autem ſi alicui, & cætera. Idque ipſum in aſſenſu Regio ad alienandum feudum conceſſo dixit Matthæus de Afflictis in cap. Imperialem in princip. de prohibit. feud. alien. per Freder. num. 35.

71. qu. regia facultas ad maioratum instituendum [illegible] amittatur ex non usu per lapsum decennij [illegible]

¶ Sed veriùs videtur, quòd ex non vſu per decennium facultas huiuſmodi non amittatur. Nam hæc Maioratus inſtituẽdi facultas ex Regiis facultatibus ſemper in mera ac libera voluntate inſtitutoris apponitur, vt ex earum tenore apparet: ideóque ex non vſu amitti non poteſt. Quanuis enim priuilegium ad aliquid faciendum conceſſum ex non vſu decem annorum amittatur: priuilegium tamen; quod factum ponit in mera ac libera facultate id facere debentis, ex non vſu amitti non poteſt, imò priuilegiatus poterit illud quocunque tempore expedire. gloſſ. ordina. in capit. vt priuilegia. in gloſſ. penultima. in fine de priuileg. vbi Anton. eius opin. probat. Quam etiam ſequuntur communiter Scribent. in capit. cùm acceſſiſſent. de conſtitutionib. vbi Felin. numero 26. & numero 27. & Deci. numero 17. eam veram eſſe profitetur, Balb. de præſcript. 4. parte. 5. principal. verſicul. Quartò quæro, numero quarto. Scribent. communiter in capit. final. de conſtitut. lib. ſexto. Aegidi. Boſſius. qui latè proſequitur materiam titul. de Princip. numero 359. eiúſque gloſ. opin. vera eſt, ex ratione aſſignata per Felin. & Deci. in d. capit. cùm acceſſiſſent, quanuis contrarium voluerit Abb. in d. cap. vt priuilegia. Cuius opinionem quanuis ſub dubio fortè veriorem eſſe exiſtimat Iaſ. in l. final. nume. 57. ff. de conſtitu. Princip. eámque ſequitur Dominus Antonius de Padilla. in l. ſecunda. C. de diuerſ. reſcript. numero quinto. Quidquid autem ſit hæc noſtra opinio in facultatibus, quæ ad inſtituenda Primogenia hodie conceduntur, proculdubiò procedit, cùm in his ſemper dici ſoleat. *Os damos facultad para que en vueſtra vida o al tiẽpo de vueſtra muerte, &c.* Ex quibus verbis nulli dubium, niſi quòd ea facultas duret per tempus vitæ illius cui conceſſa fuit. Et hæc de Regiæ facultatis ſolennitate dixiſſe ſufficiat.

*SVMMARIA.*

*SVMMARIA.*

1 *Scripturæ ſolennitas, vtrum in Maioratus inſtitutione requiratur.*
2 *L.41. Tauri declaratur.*
3 *Lex, quæ de vna probationis ſpecie meminit, non cenſetur alias excludere.*
4 *Exempla in materia probatoria non cenſentur regulam arctare.*
5 *Probationes ampliandæ, non autem reſtringendæ ſunt.*
*Scriptura in fideicommiſſo & etiam in feudo non requiritur.*
6 *Primogenium in teſtamento in ſcriptis inſtitutum, neceſſariò ſcripturam requirit.*
7 *Facultas Regia ad Maioratum inſtituendum ſcripturam requirit.*
8 *Gratia, ſeu priuilegium Principis, non poteſt probari per teſtes, ſed per ſcripturam.*
9 *Publicatio Primogenij abſque ſcriptura inſtituti coram iudice facienda eſt, vt eiuſdem memoria conſeruetur.*
10 *Primogenium in ſcriptura priuata inſtitui poteſt.*
11 *Primogenium inſtitui poteſt in ſchedula abſque ſubſcriptione, nec alia ſolennitate: ſi teſtator in alia ſcriptura publica ad ipſam ſe referat.*
12 *Hæredis inſtitutio in ſchedula ſimplici, ad quam teſtator ſe retulit, fieri poteſt.*
13 *Scriptura publica requiritur in promiſſione, quam parentes faciunt, de non meliorando aliquem ex filiis ſuis, ad hoc vt ea promiſſio irreuocabilis ſit.*
14 *Inſinuatio, vtrum in ſcriptura Maioratus quingentos ſolidos excedenti, neceſſaria ſit.*
15 *Donatio, quæ ea lege fit, vt donatarius nomen, ſeu inſignia donantis deferat, inſinuationem non requirit.*
19 *Inſinuatio in donatione ob cauſam neceſſaria non eſt.*
17 *Donatio dicitur ob cauſam ſolum vſque ad quantitatem meritorum.*
18 *Inſinuatio neceſſaria non eſt in Maioratibus, vbi grauamen nominis, & armorum apponitur.*
19 *Inſinuatio in legitima aſſignatione non requiritur.*
21 *Inſinuatio non requiritur in Maioratu cuius redditus quingentos ſolidos non excedunt.*
21 *Maioratus reuocabilis inſinuationem non requirit.*
22 *Donatio cauſa mortis, inſinuationem non requirit.*
23 *In Primogenio in codicillis inſtituto, quæ ſolennitas requiratur.*
24 *Exæquatio quæ hodie facta eſt ſolennitatis teſtamenti, & codicillorum, vtrum quoad numerum teſtium, ſeu etiam quoad qualitates intelligenda ſit.*
25 *Exæquatio vnius rei, ad alteram, non ſolùm præſentia ſed etiam futura comprehendit.*
26 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis in codicillis.*
27 *Fœmina non poteſt eſſe hodie teſtis in teſtamento inter liberos.*
28 *Hæreditas, vtrum hodie poßit dari iure Maioratus in codicillis, ex eo, quod exæquata ſit ſolennitas teſtamentorum & codicillorum.*
29 *Vtrum inſtituens hæredem coram ſeptem teſtibus cenſeatur facere teſtamentum: ſi profiteatur ſe facere codicillum.*
30 *Rationes ex quibus in codicillis hæreditas nec dari nec adimi poteſt enarrantur.*
31 *Solennitatis adæquatio non eſt cauſa ſufficiens ad hoc, vt in codicillis poßit hæres inſtitui.*
32 *Pater non poteſt in codicillis factis inter liberos eoſdem hæredes inſtituere.*
33 *Doctores noſtri more auium rationes non perſcrutantes ſequuntur volatum anterioris.*
34 *L. non codicillum. C. de teſta. declaratur.*
35 *Errans in appellatione codicilli: nihilominùs cenſetur teſtamentum facere, ſi adhibuit ſolennitatem teſtamenti.*
36 *Error in dubio non præſumitur: niſi aliunde probetur.*
37 *Error qualiter probari debeat.*
38 *Inſtitutio hæredis facta in codicillis, obliquatur, vt valeat iure fideicommißi.*
39 *Codicillus valet hodie: etiamſi teſtamentum, atque hæredis inſtitutio non præcedant.*

40 In Pri-



40 *In Primogeniorum inſtitutione, quoad ſolennitates ſemper tutiores opiniones ſequendæ ſunt.*
41 *Conſulendum eſt aliter ante factam diſpoſitionem quam poſt eam perfectam, & abſolutam.*

## *De cæteris ſolennitatibus, quæ in Primogeniorum inſtitutione requiruntur.*

### CAPVT VIII.

IN capite præcedenti latè diſſeruimus de Regię facultatis ſolennitate: ſed quia plures aliæ ſolennitates in Primogeniorum inſtitutione etiam requiruntur, operæpretium erit, vt in hac parte de illis etiam tractemus. Qua in re illud etiam in primis reſoluen-
1 dum ſe offert † vtrum ſcilicet Maioratus inſtitutio pro forma exigat ſolennitatem ſcripturæ, an etiam abſque ſcriptura Maioratus fieri poſſit. In qua quæſtione prima facie dicendum videtur, in Maioratus inſtitutione ſcripturã requiri. Quod probatur ex deciſione text. in l.41. Tauri quæ hodie eſt l.1. tit.7. lib.5. in noua legum Regni collectione vbi diſponitur, ad probationem Maioratus, ſcripturam Authenticam neceſſariam eſſe, niſi in duobus caſibus in eadem lege contentis. Primus, quando ſcriptura interuenit, ſed perdita eſt, ac de eius tenore dubitatur, tunc enim eius ſcripturæ tenor per teſtes probari poterit. Secundus, vbi ſcriptura Maioratus non apparet, ſed ex tempore immemoriali Maioratus ſucceſſio prætenditur. Quod etiam ex eiuſdem legis deciſione teſtibus probari poterit. Extra hos autem caſus contrarium ex eadem lege dicendum videtur. Caſus namque excepti regulam contrariam efficiunt. l. nam quod liquidè. cum ſimil. ff. de pen. lega. Quod etiam ex eo dicendum videbatur, quòd Primogenia perpetua ſint, pluréſque leges, ac conditiones in eis apponi ſoleant, quæ in futurum perpetuò obſeruandæ erunt. Ideóque, vt ex ſcriptura memoria in poſterum conſeruetur ſcriptura, neceſſaria eſt. Hac enim ratione in Cenſu ac Emphyteoſi ſcriptura requiritur. l.1. C. de iure Emphyt. gloſ. in ca. 1. de cenſib. lib. 6.

¶His tamen non obſtãtibus dicendum eſt, quòd in Maioratu ſcriptura pro forma non requiritur ſed tantùm de eo fieri ſolere ſcripturam, ad memoriam conſeruandam, & faciliorem probationem, iuxta tex. in l. contrahitur. ff. de Pignoribus & ea, quæ notant Bald. & cæteri in l. contractus. C. de fid. inſtrument. Quod ſic Anton. Gomet. in d. l. Taur. numero ſecundo concludit, ac reſoluit, ídque verum mihi videtur. Non enim eſt lex quæ ſcripturam in Maioratu expreſſè requirat.
2 † Nec d. l.41. Tauri contrarium diſponit, imò ſi rectè inſpiciatur hoc ipſum probat. Inquit enim *Mandamos que el Mayoradgo ſe pueda probar, &c.* Ergo ſcriptura ad probationem Maioratus neceſſaria non eſt, quanuis ex ſcriptura probari poſſit. l. non quicquid. cum ſimilibus. ff. de iudic. Quòd ſi l. Tauri. non meminit de ea probatione, quæ per teſtes deponentes de ipſo actu, non autem de ſcripturarum tenore, ſeu de præſcriptione immemoriali fit, non ideò præciſè ſcripturam, ſeu immemorialem præſcriptionem ad Maioratus probationem requirere cenſenda erit: ſed ea lex aliquos modos Maioratum probandi ſimpliciter recenſuit. Ex quorum exemplificatione cætera genera probationis excluſiſſe non
3 videtur. Adeo † namque fauorabilis eſt in iure copiæ probationum ampliatio, vt ſi lex, vel ſtatutum in aliquo caſu probationem per inſtrumentum fieri permittat, non ex eo in eo caſu cenſeatur probationem per teſtes excludere, prout ex pluribus probant Auguſtinus Beroius quæſtione trigeſimaſeptima numero quinto & ſexto & Aluarus Vaez. in quæſtionibus iuris Emphyt. quæſtione ſeptima, numero decimooctauo. Quod in ſimili notat. Barb. in capit. ſicut conſuetudo. in princip. de probat. vbi ſingulariter, inquit, quòd quando aliqua lex diſponit, quòd fiat probatio per teſtes, vel alio modo, quòd tunc illud cenſendum eſt poſitum eſſe gratia exempli; & nihilominùs poterit fieri probatio per alias
4 ſpecies probationis. Exempla † namque poſita in l. non ſolent regulam arctare. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. final. verb. ff. de damn. infect. Cuius legis regulam, etiam in materia probatoria procedere ex pluribus oſtendit Anto. Nata. conſilio 198. numero decimonono, libro primo. Ideóque non obſtante illius legis deciſione, poterit Maioratus probari per teſtes, qui eiuſdem inſtitutioni interfuerunt, atque per partis confeſſionem, & per regiam aſſertionem, & per ſententiam, pluráque alia probationum genera, ex quibus ipſius Maioratus inſtitutio probatur. Eadémque ratione lex illa, quæ ſcripturam ad probationem admittit, non ex eo teſtes, quibus æquè actus probari poteſt, excludere cenſenda
5 eſt. Probationes † námque ampliandæ, non autem coarctandæ ſunt. l. quoniam. cum ſimilibus. C. de hæretic. quibus adiicitur fideicommiſſa etiam quibus Maioratus aſſimilantur abſque ſcriptura relinqui poſſe. l. & in Epiſtola ibi *vel ſine ſcripturæ.* C. de fideicommiſſis: vbi communiter idipſum Scribent. annotare ſolent. Quod & in feudo communi voto deciſum eſt. Bal. in Rub. C. de condit. ex lege in fin. Iaſ. in l.1. numero 67. C. de iure Emphy. Hyppo. in Rub. C. de proba. numero 31. Aluarus Vaez Luſitanus in quæſtionibus iuris Emphyteoti. prima parte quæſtione 7. numero ſecundo.

¶Hæc autem, quæ prædiximus, in duobus caſi-
6 bus non procedunt. Primus † quando Primogenium in teſtamento in ſcriptis inſtituitur, tunc namque præciſè Primogenium ipſum ſcripturæ ſolennitatem requirit, quæ in teſtamento ipſo principali neceſſaria eſt. Secundus, quando Primogenium Regia licentia præcedente inſtituitur.
7 † Nam quanuis ad ipſum Maioratum inſti-

tuendum

tuendum ſcriptura neceſſaria non ſit, cùm ta-
men ea licentia vim priuilegij obtineat, in eá-
que ſubſcriptio Principis, ac eius ſigillum, eiúſ-
que conſiliariorum, qui his rebus efficiendis
præſunt, ſubſcriptiones, legum derogationes
pluréſque aliæ ſolennitates requirantur: conſe-
quens eſt, vt de ea ſcriptura ſolennis neceſſariò
interuenire debeat. Quod probatur ex lege ſe-
cunda, titulo decimooctauo. partit. 3. & ex lege
26. eodem titulo. & part. & ex lege vigeſima-
quarta, titulo tertio, libro 2. ordina. Idque, in
gratia, ſeu priuilegio Principis ab omnibus in-
8 differenter reſoluitur. Quanuis† enim gratia
per verbum, fiat, à Principe prolatum, perfecta
ſit (de quo ſupra iſto libro cap. præcedenti nu-
mero 55. cum ſequentibus latiſſimè diſſeruimus)
ad ſui tamen probationem quælibet gratia Prin-
cipis ſcripturam neceſſariò requirit, nec teſti-
bus probari poterit. Quod opinatur Baldus in l.
humanum. C. de legibus. numero ſexto, gloſ. in
capitulo primo, de cenſibus. libro ſexto, vbi
communiter Scribent. id notant. Felin. qui plu-
ra refert in rub. de conſtitutionib. numero quin
to. Quanuis Decius & Auguſtinus Beroius ibi-
dem contrarium verius eſſe profiteantur, ſed
hanc opinionem veriorem eſſe cenſuerunt Ae-
gi. Boſſius. titulo de Principe. numero 292. Ripa
libro primo, reſponſorum in rub. de conſtitutio-
nibus, numero quinto, & alibi ſæpè Scrib. ſicque
intelligenda erunt ea, quæ Commentatores in
d. l. 41. Tauri. annotare ſolent.

¶ Sed quanuis Primogenia abſque ſcriptura fie-
ri poſſint, raRò autem, aut nunquam id contigiſ-
9 ſe mihi compertum eſt, †quando autem id con-
tigerit de eo Primogenio, atque conditionibus,
quibus teſtator illum inſtituit, publicatio coram
iudice facienda eſt. Qui, teſtibus in id examina-
tis Primogenium illud, vocatis his, quibus inte-
reſſe poterit, factum fuiſſe pronuntiauit, de eó-
que ſcripturam conficiet, vt in poſterum ſcia-
tur, quid in eius Primogenij ſucceſſione obſer-
uandum ſit. l. publicati. vbi Bartolus, Paul. Iaſ. &
communiter Scribent. C. de teſtamen. Quod v-
tiliſſimum erit, ne ex memoriæ fragilitate, eiuſ-
dem Primogenij ſubſtantia in poſterum depe-
rire poſſit. An autem ex eo Primogenio, vel
aliis, quæ ex ſcriptura publica non conſtant, re-
medium tenutæ ſummarium ac executiuum ex
lege 45. Tauri dari poſſit, infra libro tertio dice-
mus.

10 ¶Ex his autem infertur †in ſcriptura priuata
poſſe etiam Primogenium inſtitui, ſi ea inſtituto
ris manu ſubſcripta teſtibúſque comprobata ſit.
Si enim Primogenij inſtitutio teſtibus probari
poteſt, à fortiori id dicendum erit in ſcriptura
priuata, ſiue à partibus recognita, ſiue teſtibus
comprobata. Idque apertius probatur ex text.
in dicta lege 41. Tauri. ibi. *Siendo tales las dichas
eſcripturas, que hagan fe.* Ex quibus verbis com-
prehenditur, ad Maioratus probationem ſcriptu
ram publicam neceſſariam non eſſe, ſed talem
ſcripturam ſufficere, cui ex iuris diſpoſitione fi-
des adhibenda ſit. Conſtat autem ſcripturæ, ſiue
recognitæ, ſiue teſtibus comprobatæ, fidem ad-
hibendam eſſe, vt in l. contractus. C. de fide in-
ſtrument. & in capitulo ſecundo, eodem titulo,
omnes Scriben. not. Probaturque ex l. 114. & 119.
titulo decimooctauo, par. 3. Idque ex his etiam,
quæ ſuperius dicta ſunt, apertiſſimum redditur.

11 ¶Ex eiſdem etiam†probatur, non ſolùm valere
Maioratus inſtitutionem in ſcriptura priuata
cum partis ſubſcriptione factam: ſed etiam in
ſchedula priuata manu inſtitutoris, vel alterius
ſcripta, abſque die, menſe, nec anno, nec etiam
eius ſubſcriptione, nec aliqua ſolennitate: dum
tamen inſtitutor illius Primogenij, formam in
alia ſcriptura authentica obſeruari præceperit,
ad ipſamque ſchedulam diſpoſitionem ipſam re-
tulerit, conſtetque liquidò eam ſchedulam eſſe
illam, ad quam inſtitutor ſuam voluntatem, at-
que diſpoſitionem direxit. Quod probatur ex e-
leganti doctrina Bartoli. in l. ſi ita ſcripſero. nu-
mero primo, ff. de conditio. & demonſtrat. Cu-
ius doctrinam ſequuntur communiter Scriben.
in proprio loco. Socin. Alexand. Iaſ. Et commũ-
niter Scribent. in l. *ait Prætor.* §. fina. ff. de re iudi-
ca. Xuar. in tracta. de capta. volunta. fol. 103. So-
cin. conſ. 142. nume. ſeptimo, volu. primo & con-
ſil. 173. numero ſecundo, libro primo. Quod ne-
dum procedit in Maioratu, qui per viam legati
ſeu fideicommiſſi factus fuit, ſed etiam in eo,
qui ex hæredis inſtitutione conſtat. Hæredis
12 †námque inſtitutio etiam in huiuſmodi ſcriptu
ra fieri poteſt, vt arbitratus fuit Pariſ. qui plura
refert conſil. decimonono, libro 3. numer. 13. cum
pluribus præceden. & ſequen. vbi latiſſimè proſe
quitur materiam Bello. conſi. 85. numero 11. Nat-
ta. in repet. Auth. quod ſine. nu. 26. C de teſtam.
Iul. Clar. libro tertio receptarum ſenten. §. teſta-
mentum, quæſt. 4. & quæſtione 36. Anto. Rube.
qui optimè loquitur conſi. 14. numero 7. Iacob.
Philip. Portius qui plura refert in lib. commun.
opinionum concluſione 20. Quod menti tenen-
dum eſt, vidimus enim de hoc litem ſatis contro
uerſam ſuper quodam Primogenio ex opulen-
tiſſima hæreditate inſtituto, cuius ſubſtantia ex
his quæ Scribent. in d. locis reſoluunt, præſer-
tim pendebat: ex quibus quid in ſimilibus Pri-
mogeniis dicendum ſit, vnicuique facillimè con
ſtabit.

13 ¶In hac autem re annotandum erit, quòd †quan
uis in Primogenij inſtitutione apertiſſimum ſit,
nec ſcripturam publicam, nec priuatam requiri,
etiam ſi in eo pacto fiat, vt reuocari nequeat: ta-
men in ea promiſſione, quam parentes fecerunt
de non meliorando aliquem ex filiis ſuis, nec in
perſona alicuius: ex eiſdem Primogenium inſti-
tuendo, ſcriptura publica requiritur ad hoc, vt
ea promiſſio vlterius reuocari non poſſit, nec
priuata ſcriptura nec aliqua alia probationis
ſpecies ad hoc ſufficiens erit. Quod probatur ex
deciſ. l. 22. Tauri. quæ hodie eſt. l. 6. ti. ſexto. libro
5. in nou. ll. reg. collectione. ibi. *Y paſſare eſcriptura
publica ſobre ello.* Quæ lex, id adeo enixè ac præci-
sè probat, vt nullo pacto ab eiuſdem litera diſce-
di poſſit, vt optimè ibidem conſiderat Tellius
Fern. numero ſexto, qui eidem legi aliquas deci-
dendi rationes aſſignat, quæ apud ipſum videri
poterunt. Sed nihilominùs de his cum caſus con
tigerit, deliberandum erit: videndáque ſunt plu-
ra remedia quæ congerit eleganter atque inge-
niosè Aluarus Vaez., Luſitanus in qq. iuris Em-
phyt. q. 7. n. 19. cum pluribus ſequentibus aduer-
ſus leges dicentes, in aliquo caſu non eſſe admit
tendam probationem, niſi per inſtrumentum pu
blicum, quorum aliqua aduerſus deciſionem d.
l. 22. Tauri, atque ad eius intellectum deſeruire
poterunt.

¶Subſequen-



¶Subſequenter etiam illud reſoluendum ſe of-
14 fert, †vtrum Maioratus inſtitutio requirat ſolen
nitatẽ inſinuationis quando in contractu inter
viuos Maioratus ipſe inſtituitur, ſummámq. quin
gentorum *Solidorum* excedit. Nam quãdo in teſta
mento inſtituitur ſolennitas inſinuationis, in eo
interuenire non debet, cùm id nullo iure cautũ
inueniatur. Qua in re prima facie dicendum
videbatur, in Maioratus inſtitutionę inſinuatio
nis ſolennitatẽ neceſſariã eſſe, cùm Maioratus in
ſtitutio ex contractu facta (vt eſt notiſsimũ,) do
natio ſit, atque in donatione excedente quigen
tos ſolidos inſinuatio pro fama requiratur. l. San
cimus. & l. pen. §. cum ſimil. C. de dona.

¶Sed verius eſt in Maioratib. noſtræ Hiſpaniæ,
etiamſi in contractu inſtituantur, ſolennitatẽ in
ſinuationis neceſſariam non eſſe. In is namque
(vt plurimum) apponi ſolet clauſula, in qua ſuc-
ceſſores perpetuò aſtringuntur, nomen, atque in
ſignia Maioratus inſtitutoris deferre, vt pluſquã
15 notiſsimum eſt: & †in donationibus, quæ ea lege,
ac conditione fiunt, vt donatarius nomen, ſeu in
ſignia donantis deferre debeat, inſinuatio nõ re
quiritur. Hæ námque donationes ſimplices non
ſunt, ſed ob cauſam factę eſſe cenſentur, vt *pro
bat tex. ſingularis qui in hac materia ſummè cõ-
mendandus, atq. menti tenẽdus eſt, in l. hoc iure.
§. fi. ff. de dona. ibi. *Denique Pegaſus putabat, ſi tibi
centum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes te nomen
meum laturum, non eſſe donationem, quia ob rem facta
eſt, & res ſequuta eſt.* Quod per tex. illum gl. atque
communiter Scrib. ibidem annotare ſolẽt, idque
in ſimil. cõſuluit Iacob. Philippus Portius conſi.
81. num. 28. cum ſeq. li. 1. Cùm igitur hæc non ſit
ſimplex ſed ob cauſam facta donatio. conſequẽs
16 eſt, vt in ea inſinuatio neceſſaria non ſit. In †dona
tione namque ob cauſam inſinuatio non requiri
tur. l. Aquilus Regulus vbi gl. verb. *Non meram,*
& Bar. nume. 3. atque communiter Scrib. id no-
tant. ff. dona. Bal. in l. illud. nu. 8. C. de Sacroſan.
Eccleſ. Iaſ. in *l. ſi non ſortem. §. Libertus. nu. 8.* ff.
de condi. indebi. Segura. in l. ab exhæredati ſub-
ſtituto, nume. 91. ff. de leg. 1. hanc profitentur cõ-
munem opi. eſſe Alex. conſi. 113. nu. 31. lib. 6. Socin.
Iuni. conſi. 77. nu. 152. lib. 1. Iulius Clarus. lib. 4.
ſenten. §. donatio. q. 17. ad fi. Ant. Gabriel qui plu
ra refert. li. 3. commu. opin. de donationi. concl. 1.
nume. 62.

¶Nec obſtat, ſi dicatur grauamen hoc nominis,
atque armorum delationis nõ adeò æſtimandum
eſſe, vt valori rei donatæ æquiualens ſit cum iure
Maioratus ſoleant ampliſſima patrimonia dona-
17 ri. Ideóque †Maioratus inſtitutionem ſolùm dicẽ
dam eſſe donationem ob cauſam, vſque ad quan
titatem, in qua poſſit æſtimari grauamen huiuſ-
modi. In reliqua autem quantitate, donationem
meram, atque gratuitam cẽſendam eſſe, & per
conſequẽs, in ea inſinuationem hoc reſpectu re
quiri, prout probatur ex tex. iunctis his, quæ ibi
notant Scrib. in ca. relatum ibi. *Iuxtà ſeruitij meri
tum,* de teſtam. & in l. ſi donatione. C. de colla. vbi
Iaſ. nu. 3. Deci. n. 16. poſt Alex. & cæteros plura in
idem adducunt. Bal. in d. l. illud. num. 8. Iaſ. in l. ex
hoc iure. nu. 53. ff. de iuſti. & iur. & in d. §. libertus.
nu. 8. Anto. de Canario. in tracta. de inſinuatiõe.
2. par. q. 12. nu. 15. Anto. Gabriel. de donat. concl. 1.
nu. 63. & alibi ſæpè Scrib.

¶Ad hoc namq. tripliciter reſpondetur. Primò,
quia hoc nominis, atque armorum grauamen in
æſtimabile eſt, & quanuis patrimonia, quæ iure
Maioratus relinquuntur, maximi valoris eſſe ſo-
leant: non poteſt dici, hoc grauamen eorundem
Maioratuum valori æquiualens non eſſe, cũ hoc,
ex ſucceſſorum voluntate atq; æſtimatione pen-
dere debeat. Plures námq; inuenietur, qui for-
ſan malint Maioratum non conſequi, quàm no-
men, atque inſignia alienæ familiæ deferre, præ-
ſertim, ſi ad id, propriæ familię nomina, atque in-
ſignia relinquere debeãt. Id enim, antiquitùs fa-
ctum fuiſſe, ſacra ſcriptura teſtatur, in ſucceſſio-
ne delata cuidam conſanguineo Booz, qui eidem
propinquior erat. Is námque, cum eidẽ ſucceſſio,
cũ onere ferendi nominis alieni deferretur, re-
ſpõdit, *Cedo iuri propinquitatis, nec enim poſteritatẽ
familiæ meæ delere debeo,* vt habetur. Ruth. c. 4. Qua
ratione, ſimpliciter atq; indiſtinctè dixit Guillel.
Benedict. in repe. c. Rainũtius. de teſta. verb. Rai-
18 nũtius de Clera. nu. 50. in †donatione facta alicui,
cum grauamine nominis alieni ferendi, inſinua-
tionem non requiri. Quod pari ratione in Maio-
ratu etiam dicendum erit, eo præſertim, quod in
eo de familiæ conſeruatione agatur, ex his quæ
dixit Iacobus Philipp. Portius. d. conſi. 81. num. 28.
cum ſeq.

¶Secundò, quia Maioratus inſtitutio, quãuis in-
cidenter in ſucceſſorum vtilitatẽ conuerti ſoleat
principaliter tamen in ipſorum inſtitutorum at-
que totius familiæ, & etiam reipublicę fauorem
introducta eſt: prout ſupra lib. 1. ca. 18. nu. 2. latiùs
oſtenſum eſt. Ideóque, non eſt cur ex inſinuatio-
nis defectu, Maioratus annullare debeamus, cum
id non ſolùm in donatariorũ, ſed in inſtitutorũ,
atque totius familiæ ac reipublicę damnũ ac per
niciem conuerteretur. Quod longè diſtat à men-
te legum, quæ in donationibus inſinuationis ſo-
lennitatem neceſſariam eſſe cenſuerunt.

¶Tertiò, quia vltra grauamen nominis atque ar-
morum, plura alia grauamina Maioratuum ſuc-
ceſſoribus ex Maioratuum natura iniunguntur.
Tenentur namque ſorores dotare, fratres etiam
inopes, atque egentes alere; & plura alia facere,
quæ ſupra lib. 1. ca. 27. nu. 1. cum ſequent. annota-
uimus. Ideóque, nõ mirum, ſi hæc grauamina ef-
ficiant, vt in his Maioratibus inſinuatione opus
non ſit.

¶ Ex quibus infertur, non ſolùm in Maiorati-
bus in quibus nominis, atque armorum grauamẽ
iniunctum eſt, inſinuationem nõ requiri: verum
etiam illam neceſſariam non eſſe in his Maiora-
tibus, in quibus grauamen iſtud appoſitum non
fuit. Vidimus enim plura antiqua Primogenia, in
quibus ex inſtitutorum incuria grauamẽ huiuſ-
modi omiſſum extitit. Cùm enim hoc, quod ſcili-
cet Maioratus nullus ex inſinuationis defectu
pronũtietur, præſertim in Maioratus inſtitutoris
atque totius familiæ, & reipublicæ perniciem
conuerti deberet, pluráque alia grauamina vltrà
armorum & nominis delationem Maioratibus
apponi ſolita ſint, atque ex eorum natura ſi omiſ-
ſa fuerint, comprehendantur: conſequens eſt, vt
hæc non mera donatio, ſed ob cauſam facta cen-
ſenda ſit: ideóque indiſtinctè in Maioratibus di-
cendum eſt, inſinuationem non requiri, ſiue in
eis onus, nomen, atque inſignia deferẽdi appoſi-
tum ſiue omiſſum fuerit. Idque in his Maiorati-
bus, qui ex Regia facultate inſtituũtur, apertiùs
procedit, cum Regiam facultatem vim inſinua-
tionis habere ex pluribus probari poſſit.

y ¶Quod

¶ Quod ex eo etiam comprobatur, ꝙ hæc Primo
genia ex legitima filiorum frequẽter inſtitui ſo-
19 leant. In † aſſignatione autẽ legitimę facta à patre
filio, inſinuatio nõ requiritur, vt dixit Specul. ti-
tul. de dona. verſ. Quid ſi pater. Cuius dictum re-
fert & ſequitur Bal. in l. illud. C. de Sacroſan. Ec-
cle. num. 7. verſ. Tertio quæritur. Xuar. in repet. l.
quoniam in priorib. C. de inoffic. teſta. in princ.
leg. nu. 8. Iaſ. in l. frater à fratre in lectura. nu. 44.
verſ. Septimò prædicta regula limitatur. ff. de cõ-
di. indebi. Anton. Gabriel. lib. 3. commu. opi. de do
natio. conclu. 1. nu. 72.
¶ Sed quanuis hoc vltimum frequenter ad ſuſti-
nẽdos Maioratus abſq; inſinuatione factos, atq;
etiam tertij & quinti meliorationes, in quib. in-
ſinuatio non interuenit, adduci ſoleat: mihi autẽ
vrgere non videtur, cùm ſemper Maioratus non
ex ſola legitima filiorum, ſed ex aliis bonis vltra
legitimam fieri ſoleant. Et quanuis in legitima
inſinuatio non requiratur, in exceſſu tamen legi-
timæ neceſſaria eſt, vt præfati Docto. aduertunt.
Ideóque meliùs hæc concluſio ex præcedẽtibus
fundamentis, quę præciſè vrgent, atque neceſſa-
riò aſtringunt probanda erit.
20 ¶ Illud autem animaduertendum eſt, ꝙ † ſi fructus
Primogenij vniuſcuiuſque anni ſummam quin-
gentorum aureorum non excedant, proculdubio
Maioratus etiam ex donatione factus, inſinuatio-
nem non requiret. Conſiderant námque iura, ꝙ
quanuis valor eiuſdem Maioratus quingentos
*Solidos* excedat, poterit contingere, quòd forſan
nec vno anno ſucceſſor fructibus eiuſdem Maio-
ratus fruetur. Ideóque in hac re, fauorabiliorem
ſententiã elegerũt, quod probat tex. qui in id eſt
ſingularis in l. Sancimus. §. fin. C. de dona. Ex cu-
ius tex. deciſione in caſu de quo agimus, hæc ex-
tra diſputationis aleam verſabuntur.
¶ Ea verò quæ prædiximus in Maioratu ex cõtra-
21 ctu irreuocabili inſtituto, intelligenda ſunt. Si † e-
nim Maioratus reuocabilis ſit, in eo inſinuatio
neceſſaria non erit. Cùm is Maioratus quáuis in
cõtractu inſtitutus ſit, vicẽ tamen vltimæ volun-
tatis obtineat: prout ſupra lib. 1. cap. 12. oſtenſum
22 eſt. Quod † ea ratione in donatione cauſa mortis
deciſum fuit ex leg. fin. C. de dona. cau. mort. Id-
que per illum tex. dixit glo. in l. ſi quis pro redem-
ptione. verb. *Ad refectionem*. C. de dona. vbi Bar. &
commu. Scrib. id notant. Guido Papæ. deciſ. 610.
& deciſ. 321. num. 3. Anto. Rubeus conſ. 59. num. 1.
Ant. de Canario in tra. de inſinuatione. 2. part. q.
7. nu. 7. Ant. Gab. lib. 3. de donat. concl. 1. n. 70. quæ
omnia ſummè notanda ſunt: frequenter namque
in forenſibus controuerſiis contingere ſolent.
23 ¶ Præterea, illud etiam reſoluendũ ſe offert, † quæ
ſcilicet ſolennitas in Maioratu ex codicillis inſti-
tuto neceſſaria ſit. Quanuis enim ex iuris cõmu-
nis diſpoſitione, quæſtio hęc propè nullam dubi-
tationem præ ſe ferret, cùm plenè id diſpoſitum
eſſet, ex deciſ. tex. in l. fin. C. de codicil. & in l. 1. ti.
12. part. 6. Hodie tamen, ſtante deciſ. l. 3. Taur. quæ
eſt. l. 2. titul. 4. lib. 5. in nou. ll. reg. collectione, ſatis
dubia eſt. Ex ea námque lege diſponitur in codi-
cillis eandem ſolennitatẽ; quæ in teſtamento ne-
ceſſariam eſſe: & quáuis ſi lex illa id abſolutè di-
ſpoſuiſſet, hoc etiam abſq; dubitatione procede-
ret, cum ex legibus Regiis ſatis cõſtet, quæ ſolen-
nitas in teſtamento interuenire debeat dubiũ ta-
mẽ reſultat ex eo, ꝙ d. l. Taurinenſis non ſimpli-
citer, & abſolutè diſponat, eandem ſolennitatem
in teſtamentis & codicillis neceſſariã eſſe: ſed id
dicat, referens ſe ad l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. quæ ho
die eſt. l. 1. tit. 4. lib. 5. in nou. ll. reg. collectione. vt
probatur ex ea. l. 3. Taur. ibi. *Y en los codicillos inter
uenga la meſma ſolennidad que ſe requiere en el teſta
mento nuncupatiuo o abierto, cõforme a la dicha ley del
ordenamiento*. Quæ lex ordinamẽti ſolũ de nume-
ro teſtium, non autem de qualitate eorum diſpo
ſuerat. Quod etiã apertius apparet ex principio
eiuſdem legis Tauri. ibi. *Que la ſolennidad de la ley
del ordenamiento del ſennor Rey don Alonſo, que diſpo
ne quantos teſtigos ſon meneſter en el teſtamento, &c.*
24 † Ex quo plures ex Hiſpanis Scri. exiſtimare ſo-
lent, quòd quanuis quo ad numerũ teſtiũ hodie
exæquata ſit ſolẽnitas teſtamenti atq. codicillo-
rũ: quoad qualitates tamen eorũ nihil innouatũ
ſit, ſed iura cõmunia immutata remaneãt. Quod
enim non mutatur quare ſtare prohibetur? l. San
cimus. cum ſimili. C. de teſtam. Ex quo inferunt
hodie, ſicut & olim, in codicillis teſtes fœminas
ſufficere, nec maſculos ſicut in teſtamento requi
ri. Nec etiã neceſſarias eſſe alias qualitates quæ
in teſtib. in teſtamẽto adhibitis requiri ſolẽt. Idq.
verũ eſſe profitentur Ioa. Lup. in d. l. 3. Tauri. nu.
34. & Ciſuẽ. nu. 12. & Anto. Gome. nu. 71. Et Burg.
de Pace. nu. 1349. cum ſeq.
¶ Sed his non obſtantibus, contraria opinio mi-
hi ſemper verior viſa fuit. Quod probatur ex d. l.
3. Tauri. quæ in codicillis, & teſtamento diſpo-
nit eandem ſolẽnitatem neceſſariã eſſe. Quę ver-
ba tam ad numerum, quàm ad qualitatem teſtiũ
neceſſariò referenda ſunt quãuis lex ipſa adii-
ciat verba illa. *conforme a la dicha ley del ordenamiẽ
to*: id tamen, præcedentem diſpoſitionem non re
ſtringit, ſed ſolum. l. Taur. ſe refert ad illam legẽ
ordinamẽti, vt intelligatur, quòd ſolennitas, quæ
in codicillis hodie interuenire debet, non eſt il-
la, quæ ex legibus antiquis in teſtamẽto require
batur: ſed ea, quæ ex d. l. ordinamenti denuò ſta-
tuta fuit. Quę iura antiqua in plurib. innouauit.
Et cùm mente eiuſdem legis ordinamẽti cõſtet,
teſtes, qui ex eius diſpoſitione requiruntur in te
ſtamento, debere eſſe maſculos, atque togatos, &
cum aliis qualitatibus, quæ ex legibus antiquis
requirebãtur, etſi lex illa id literaliter nõ decla-
ret: cõſequẽs eſt, vt lex Tauri. quæ in ſolẽnitate
codicillorum ſe refert ad d. l. ordinamenti diſpo-
ſitionem, non ſolùm ad literam, ſed ad mentem
etiam eiuſdem legis ſe velle referre, cẽſenda ſit.
Illud namque dicitur conſtare ex lege, quod ex
mente eiuſdem cõprehẽditur, quanuis in verbis
expreſſum nõ ſit l. 2. vbi per Soc. ff. ſi cer. pet. l. no-
minis, & rei. §. verbum ex l. ff. de verb. ſign. iun-
ctis pluribus aliis, quæ ſupra lib. 1. cap. 4. nu. 21. ad
ducta ſunt.
¶ Nec obſtant verba illa, quæ in prin. d. l. 3. Tauri.
appoſita ſunt, ſcilicet. *La ſolennidad de la ley del or
denamiento del ſennor Rey don Alonſo, que diſpone
quantos teſtigos ſon meneſter en el teſtamẽto*. Ex quib.
verbis præfati Scrib. Hiſpani probare nituntur,
legẽ illã, nihil de qualitate, ſed tãtùm de numero
teſtium voluiſſe diſponere. Illa namque verba de
monſtratiuè, non autem reſtrictiuè, appoſita cen
ſenda ſunt, ad quod ſolum fuit neceſſariũ quod-
cunque eiuſdem legis ſignũ adiicere, nec neceſ-
ſarium fuit omnia verba eiuſdẽ legis referre, id-
que notiſſimũ eſt. Aliàs námq. ſequeretur, ꝙ in
caſu in quo. l. illa ordina. diſponit teſtes debere
eſſe vicinos, & oppidanos loci in quo teſtamẽtũ
fit,



fit, id in codicillis neceſſarium non eſſet, cùm lex
illa Tauri. ſolùm ad numerum ſe referat. Quod
abſurdiſſimum eſſet, nec aliquis ex Hiſpanis Scri
ben. id aſſeruit, imò ipſi contrarium profitentur.
¶ Præterea hoc ipſum comprobatur ex eo, quòd
quando ex vnius legis deciſione duo æquiparata
ſunt, diſpoſitum in vno ſemper in alio diſpoſitũ
eſſe cenſetur, niſi diuerſa ratio aliud ſuadeat. l. 1.
vbi latiſſimè per ſcriben. ff. de lega. 1. l. fin. vbi etiã
per Scriben. C. de colla. Iaſ. in l. 2. §. & harũ. nu. 15.
ff. de verb. oblig. In codicillis autẽ, & in teſtamẽ-
tis eadem ratio verſatur, ne ſcilicet in eis poſſit
aliqua falſitas fabricari, & ſaltim nõ militat ma-
ior ratio in numero teſtium quam in qualitate, vt
notiſſimum eſt. Igitur conſtat, in vtroque caſu
eandem ſolẽnitatem ex legis æquiparatione ſer-
uandam eſſe.
¶ Vlterius idipſum ex eo etiam comprobatur,
quia in codicillis iure antiquo quinque teſtes re-
quirebantur, & ex illa lege ordi. iam in codicil-
lis tres teſtes ſufficiunt ſi loci oppidani ſint, cùm
ea ſolennitas in teſtamẽto ſufficiens ſit. Etſi dice-
remus, ꝙ ſufficiãt fœminę, ſequeretur, quòd tres
fœminæ loci oppidanæ ſufficerent, ad hoc, vt in
codicillis legitimus teſtiũ numerus interueniſſe
dicatur. Quod admodum abſurdum, atque con-
tra mentem conditorum legum illarum futurum
eſſet.
¶ Rurſus idipſum clarius cõſtat ex d. l. ordina. ſe-
cundùm literam, quæ hodie typis mandata eſt in
l. 1. tit. 4. lib. 5. in noua legum reg. collectione. ibi.
*Teniẽdo las otras qualidades, que el derecho requiere*.
Ex quib. cõprehenditur, non ſolùm legem illã de
numero teſtium, ſed de omnibus aliis qualitatib.
diſponere, quæ verba credimus, in d. noua colle-
ctione adiecta fuiſſe, vt ſciamus, tàm quoad nu-
merum, quàm quoad teſtium qualitates, ſolenni-
tatẽ teſtamenti ac codicillorum hodie adæquatã
eſſe, & vt hę vanę ac ſuperflue diſputationes reii-
ciãtur. Ad nihil namq; aliud neceſſariæ fuerunt,
cum idipſum abſq; illorum verborum appoſitio-
ne ex mente dictę legis cõprehenderetur. Quod
ſi dicatur verba illa hodie denuò adiecta, nihil re
ferre, cum tẽpore, quo. d. l. 3. Tauri. cõdita fuit, in
ea lege non extitiſſent, nec relatio ad futura, ſed
tantũ ad præterita fieri poſſit, dicendũ eſt, ea ver-
ba eſſe declaratoria. d. l. ordina. Atq; ideò in legis
Taur. intellectu, ſequendã eſſe declarationẽ, quæ
in d. l. ordi. ad quam ſe refert, facta fuit. Ea námq;
eſt declarationis natura, vt ſemper illud, quod de
claratur verum fuiſſe præſupponat, ideóque tam
præterita, quã futura cõprehẽdit, vt notant Al-
beri. in l. leges. C. de legib. & Scrib. in c. fi. de con-
ſti. & alibi ſæpè. Quod etiam ex natura æquipara-
25 tionis ſeu exęquationis cõprobatur Quãdo † enĩ
duo ſunt æquiparata ſeu exęquata, hæc exæqua-
tio non ſolum extenditur ad præterita, ſed etiam
futura cõprehẽdet, adeò vt quicquid in vno de-
nuò ſtatutum fuerit, in alio etiam intelligendum
atque accipiendum ſit, vt dixit Bald. in l. omnia.
C. de Epiſco. & cleri. nu. 3. Cuius dictum refert &
ſequitur Iaſ. in d. l. 1. ff. de lega. 1. nu. 16.
¶ Vltimo loco idipſum in ſolennitate teſtium
maſculorũ, apertiùs procedit, cùm etiam ante le-
26 gem Taurinenſem verior opinio eſſet, † quòd in
codicillis teſtes maſculi neceſſarij eſſent, nec fœ-
minæ ſufficerent. Quod, quanuis iure communi
inſpecto ſatis probabile eſſet, vt colligitur ex his
quæ adduxit Rapha. Cuma. in d. l. fi. C. de codicil.
& Didac. del Caſtillo in d. l. 3. Tauri. col. 7. cum
ſeq. hodie tamen mihi apertiſſimè probatur ex l.
10. tit. 1. part. 6. Quæ lex loquens in Hermaphro-
dito, inquit. *Eſte atal dezimos, que ſi tira mas a natu-
ra de muger que de varõ, nõ puede ſer teſtigo en teſtamẽ
to, ni en todas las otras mãdas, que ome fizieſſe*. Si igi-
tur Hermaphroditus ex eo, ꝙ in ſexu fœmineo
incaleſcit, non poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto, nec
in aliis vltimis voluntatibus, prout illa l. diſponit:
conſequens eſt, vt à fortiori idipſum in fœminas,
in qua maior ratio verſatur, dicẽdũ ſit. Quæ lex
ad id ſemper ſingularis atque mẽti tenenda mi-
hi viſa eſt, quanuis nullus ad id huculq; illam ci-
tauerit: ſicq; hodie eãdem ſolennitatẽ requiri in
teſtamentis & in codicillis, tam quò ad numerũ
quàm quoad qualitatem teſtium cenſuit Tellius
Fernandez in d. l. 3. Tauri. 4. par. num. 22. nihil ta-
men ex his adducens. Cuius opinio verior mihi
videtur.
27 ¶ Ex quib. conſequitur, † ꝙ quanuis iure cõmuni
teſtes fœminæ in teſtamento inter liberos facto
ſufficerent, nec maſculi requirerẽtur, prout dixit
gloſ. 1. in Auth. quod ſine. C. de teſtam. Cuius opi-
nionem ſequuntur Scrib. ibidẽ prout refert Iaſ.
in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 6. C.
eo. dixitq; cõmunem eſſe Curti. Seni. conſ. 75. col.
7. Ripa. de peſte. 2. par. 2. partis. q. 2. num. 19. Deci.
in l. fœminæ. ff. de regul. iur. num. 31. Gratus conſ.
90. lib. 1. num. 86. Tiraq. de legib. connub. l. 9. nu.
47. Rubeus. conſi. 6. in princ. Hodie tamen ex di-
cta l. 3. Tauri. quæ diſponit ſolennitatem requiſi-
tam ex prædicta. l. ordina. in qualibet vltima vo-
luntate in teſtamento etiam inter liberos facto
neceſſariam fore, dicẽdum eſſe eam ſolennitatẽ,
tàm quoad qualitatem maſculinitatis, quã quò
ad teſtiũ numerum requiri: quod ex his rationi-
bus, quas paulò antè adduximus, præciſè proba-
tur, idque ex pluribus etiam probat Caſtillo in
dict. l. 3. Tauri. in gloſ. verb. *Siete teſtigos*. colum. 7
cuius opin. amplecti videtur tanquam tutiorem
Grego. Lopez. in l. 7. titul. 1. part. 6. in gloſ. verb.
*Dos teſtigos*. Eáq; opinio mihi verior videtur, pręſ-
ſertim attẽta noua litera di. l. ordin. de qua ſupe-
riùs meminimus. Quanuis contrariã opinionem,
imò quòd teſtes fœminæ hodie in teſtamento in-
ter liberos facto ſufficiant, conſtanter defendat
Tellius Fernand. in dicta l. 3. Tauri. 1. part. nu. 15.
qui in hoc plurimum his, quæ in præcedẽti quæ-
ſtione dixerat aduerſatur, idque ipſum exiſtimat
Burgos de Pace. num. 142. cum pluribus ſequen-
tib. ex fragilibus fundamentis, & quibus ea ſupe-
riùs adductis facillimè reſponderi poterit.
¶ Ex eiſdem etiam, in hac parte examinanda ſu-
28 pereſt cõſequenter ea quæſtio, † vtrũ ſcilicet ho-
die in codicillis hæreditas iure Maioratus relin-
qui poſſit. Quanuis enim ante dictam legem ter-
tiam Tauri certiſſimum eſſet in codicillis hære-
ditatem nec dari, nec adimi poſſe. l. hęreditas. C.
de his quib. vt indig. l. 2. C. de codicil. l. 2. titul. 12.
partit. 6. hodie tamen id ſatis dubium eſt, cum ex
ea lege Tauri. teſtamentorum, & codicillorum
ſolẽnitas exęquata ſit. Quę quæſtio præterquàm
quòd præcedentibus adeò contigua & ſucceda-
nea ſit, vt in hac parte iuſtè omitti non poſſet,
ad Maioratus etiam prodeſſe poterit. Ex eius
namque reſolutione comprehendetur vtrum in
codicillis Primogenium ita conſtitui poſſit, vt
ſaltim primus ſucceſſor hæres inſtitutus, Maiora
tum ipſum iure directo cõſequatur, iuxta ea quæ

ſupra lib.1.cap.14.nu.5.tradidimus.

¶ In qua quæſtione, prima facie dicendum videtur, hodie ex dicta l. Taurinenſis deciſ. hęc omnia innouata eſſe, poſſéque hodie in codicillis, ſicut in teſtamento hæreditatem directo dari, atque adimi. Cùm enim ea eſſet præcipua ratio legum diſponentium hæreditatem non poſſe iure directo dari in codicillis, ꝙ in codicillis minor ſolennitas, quàm in teſtamento neceſſaria eſſet, vt plures ex Scribent. in dict. l. 2. C. de codicil. & aliis in locis paſſim aduertũt: cõſequens eſt, vt exæquata ſolennitate teſtamentorum & codicillorum, & ceſſante iam dictarum legum ratione, ſimiliter ceſſet earundem legum diſpoſitio, hæreditáſque hodie in codicillis directo dari, atque adimi poſſit. Idque dixit Iaſ. in l. hac conſultiſſima. n. 10. C. qui teſta. facer. poſſ. vbi ex hac ratione inquit, quod ſi in codicillis cęci requireretur eadem ſolennitas, quæ in eius teſtamento requiritur, illicò ſequeretur, quòd cæcus poſſet in codicillis hæredem directum inſtituere.

¶ Prętereà hoc etiam comprobari poteſt ex eo, ꝙ notant Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in §. cõpendiosè in addi. incipien. ad intellectum, vbi ſingulariter inquit referẽs Dynum idipſum dicentem,
29 quòd † ſi quis coram ſeptẽ teſtibus inſtituat quẽ hæredem, & profiteatur ſe facere codicillum, nihilominùs tamen ea ſcriptura nõ erit codicillus, ſed teſtamentum, valebitque hæredis inſtitutio in ea facta, ac ſi in teſtamento facta fuiſſet. Quod etiam dixit Bald. in l. teſtamentum. C. de teſta. nu. 1. vbi Paul. num. 3. & Salicet. nume. 2. eius opinionem ſequuntur. Idipſum etiã exiſtimat Angel. in l. illud. §. tractari. ff. de teſta. Alex. conſi. 141. nu. 12. lib. 2. idem Alexan. in l. non codicillũ. C. de teſta. nu. 2. vbi Iaſ. num. 1. plura in idem adducit Bald. in l. Imperator. *la primera*. ff. de ſtat. homi. Felin. in cap. ſignificante. num. 6. de reſcriptis. Guillel. Benedict. in repe. capit. Rainutius, verb. *Teſtamentũ*. in 3. num. 5. de teſta. colum. 1. Gregor. Lopius in l. 2. titul. 12. part. 6. in gloſ. verb. *Herederos*. Vbi hanc opinionem eligere videtur. Ex quibus ſtante dicta lege. 3. Tauri poſſe hodie directum hæredem inſtitui in codicillis, atque hæreditatẽ adimi, dixit Gregor. Lopius in dict. gloſ. verbo. *Herederos*. Idque ipſum ſequitur Burgos de Pace in dict. l. 3. Tauri. nu. 1338. cum ſequen. De quo non poſſum in hac parte nõ mirari ex eo, quòd cùm in eadem lege. nu. 1349. cum ſequent. arbitratus fuerit, poſſe hodie fœminas eſſe teſtes in codicillis, nec in eis aliquam aliam teſtamentorum ſolennitatem pręter numerum requiri, in hac quęſtione exiſtimauerit hodie in codicillis poſſe hæreditatem adimi, & dari, ea ſola ratione, quòd in codicillis, & teſtamentis hodie vna, atque eadẽ ſolennitas requiratur. Quas opiniones directo inter ſe pugnare, notiſſimum eſt.

¶ His tamen non obſtantibus, contraria opinio ſemper mihi verior viſa fuit, imò quòd non obſtante diſpoſitione. d. l. Tauri, hodie non poſſit hęreditas dari nec adimi in codicillis. Quod probatur euidentiſſima ratione, nam quòd hæreditas codicillis dari, vel adimi non poſſit, iure communi expreſsè deciſum eſt. Ideóque, ſi expreſsè correctum non fuerit, ius commune ſeruandũ erit, quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? l. Sancimus. C. de teſta. Lex autem Taurinenſis id expreſsè non corrigit, vt ex ea videre licet apertiſſimè: igitur conſequens eſt, vt ex fundamentis quæ in contrarium adducuntur, legum correctio inducenda non ſit. Correctio námque legum nõ eſt per tacitos atque ſubauditos intellectus inducenda. glo. in c. cupientes. §. ſi per viginti. de electio. lib. 6. & alibi ſæpè Scrib.

¶ Quod comprobatur etiam alia ratione. Nam ſi hæc differentia quo ad hæreditatis dationem, & ademptionem inter teſtamentum, & codicillum ſublata eſſet, per conſequẽs dici poſſet, & omnes alias differentias, quæ inter teſtamentum & codicillum paſſim aſſignantur, ſublatas eſſe; cùm hæc inter alias potior ſit, nec poſſit ratio differẽtiæ inter iſtam & cæteras aſſignari, quod abſurdiſſimum eſſet. Non enim credendum eſt, vnico verbo Principem voluiſſe tollere teſtamẽtorum, atque codicillorum differentias tot legibus obſeruatas. l. ſi quando. in principio. cum ſimilib. C. de inofficioſ. teſtament. Nec etiam credendũ eſt leges Regias voluiſſe tollere differẽtias teſtamẽtorum, & codicillorum relinquendo nomina eorum abſque effectu. l. ſi idem cum ſimilib. C. de codic.

¶ Quibus non obſtant ea fundamenta, quæ in contrariũ adducuntur. Et primò, ꝙ hodie ſolennitas teſtamentorum & codicillorum adæquata ſit, atque per conſequens poſſit quis in codicillis hæres directus inſtitui, ſicut & in teſtamẽto olim fieri poterat: cum ratio quare in codicillis hæres inſtitui non poterat eſſet, quia minor erat ſolennitas codicillorum, quàm teſtamentorum. † Nam
30 ſi bene conſideremus, non ea ſola ratione in codicillis hæres inſtitui olim non poterat, quia minor ſolẽnitas requirebatur in codicillis, quàm in teſtamentis, ſed aliis pluribus rationibus id ab antiquis Iuriſconſultis deciſum fuerat. Idque ea præcipua ratione diſpoſitum fuit, ne ſcripturarũ nomina atque effectus cõfunderẽtur. Si enim in codicillis hæres directus inſtitui poſſet, illico codicillus eſſet idem cum teſtamento, cùm nulla maior prærogatiua à iure teſtamẽto tributa fuerit, quàm quòd in eo, & non in alia ſcriptura hæres inſtitui poſſit, vt igitur nomina atque effectus diſpoſitionum conſeruentur, conueniens eſt, vt ipſarum ſubſtantia non confundatur, ſed vnicuique ſcripturę proprius effectus cõſeruetur quod probatur ex tex. in §. fin. Inſtitu. de codicil. cuius veba ſunt. *Codicillis hæreditas, neque dari, neque adimi poteſt, ne confundantur ius codicillorum & teſtamẽtorum.* Id ipſum probat text. in leg. ſi idem. C. de codicil. vbi Bar. & cõmuniter Scriben id notant, pluréſque aliæ rationes paſſim à Iuriſconſultis, atque etiam à Docto. aſsignantur, ex quibus hæres in codicillis inſtitui non poteſt. De quibus in l. quod per manus. ff. de iure codicillo. & in Rub. C. & ff. de codicill. Quod optimè pſequitur Mẽcha. de teſta. creati. lib. 3. §. 25. n. 2. vbi huius deciſionis duodecim rationes aſsignat. Cùm igitur tot rationibus Iuriſconſulti ad hoc diſponendum moti fuerint, conſequens eſt, vt vna ceſſante ceſſare non debeat eorum iurium diſpoſitio, ſed aliis rationib. ſuſtineatur tex. in §. affinitatis. cum ſimilib. Inſtitu. de nupt.

¶ Ex quibus infertur, erroneum eſſe illud, quod dixit Iaſ. quem ſuperiùs citauimus in d. l. hac cõſultiſsima. in princip. nume. 10. C. qui teſta. face. poſſ. vbi inquit, ꝙ ſi verum eſſet, quòd in codicillis cæci eadem ſolennitas, quæ in eius teſtamẽto requiretur, quòd in codicillis poſſet cęcus hæredem directum inſtituere. Hęc namq; conſequentia euiden-



31 tia euidenter falſa eſt. Non † enim ſola ratione minoris ſolennitatis, ſed pluribus etiam aliis rationibus prohibitum erat, ne hæres directus in codicillis inſtitueretur. Ideóque etiã ſi hæc ceſſet prohibitio ipſa ex aliis rationibus ſuſtinebitur.

¶ Quæ etiam comprobatur ex eo, quòd quanuis iure communi inſpecto in codicillis inter liberos factis eadem ſolennitas, quæ in teſtamento inter liberos facto ſufficeret, cùm in vtraque ſcriptura ſolum ius gentium ſeruandum eſſet, duóque teſtes tantùm ſufficerent, nec maior ſolẽnitas in codicillis, quàm in teſtamentis neceſſaria eſſe debeat. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. tex. vbi gl. & cõm. Scri. in Auth. quod ſine. C.
32 eod. His tamen non obſtantibus † in codicillis inter liberos factis nõ poterat parens filios hæredes directos inſtituere. Quod dixit Bal. in l. filii. C. famil. hercíſ. num. 7. Cuius opinionem ſequitur Salicet. ibi nu. 5. Bald. in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 5. C. de teſtam. & in l. humanitatis. nu. 55. C. de impub. Salicet. in Authen. quod ſine. C. eo num. 9. Alex. in l. hac cõſultiſſima. §. ſi quis autem. nu. 7. & 8. C. de teſta. Angel. & Imol. in l. 2. ff. de in iuſt. rup. Corn. conſi. 324. lib. 1. nu. 9. & iterum nu. 12. vbi hanc dixit cõmunẽ opinionem, contra Bar. qui contrarium aſſeruit in locis per eum citatis. Eandem etiam dixit communem opin. Pariſ. conſi. 35. nume. 6. lib. 1. vbi plures idem exiſtimantes refert Mencha. de ſucceſſ. creati. lib. 3. §. 25. num. 7. cum ſequen. Cur. Iuni. conſilio 73. nume. 11. Quod etiam pluribus aliis exemplis ſimilibus comprobari poſſet.

¶ Similiter etiam non obſtat illud, quod vltimo loco pro contraria parte adducebamus ex Ioan. Andr. in addi. ad Specul. §. compendiosè, qui ſolet allegari ab Scribentib. ſuperiùs citatis ad hoc ꝙ qui coram ſeptem teſtibus inſtituit hæredem vniuerſalem, dicens, ſe facere codicillum, non cenſetur codicillum: ſed teſtamẽtum facere. Nam quanuis hæc opinio vera eſſet (de cuius veritate ſtatim tractabimus), non poſſet dici hodie ex dicta l. 3. Tauri, poſſe quem hæredem inſtitui in codicillis, ſeu in eiſdem hæreditatem adimi. Cùm enim hęredis inſtitutio in hoc caſu ſuſtineatur ex eo quòd hæc ſcriptura non cenſeatur eſſe codicillus ſed teſtamentum, atque præſumatur teſtantem erraſſe in eius appellatione ac denominatione, non poteſt dici quòd in hoc caſu hæreditas detur in codicillis ſed in teſtamento, cùm hæc ſcriptura ex iuris præſumptione non codicillus: ſed teſtamentum ſit. Ideóque non ſolùm ex hac Scribentium ſententia non comprehenditur, quòd in codicillis habentibus ſolennitatem teſtamenti poſſit quis hæres inſtitui, imò ex eorum verbis contrarium apertiſſimè colligitur. Si enim oſtenderetur teſtatorem non erraſſe in codicilli appellatione, omnes proculdubiò contrarium cenſuiſſent, quod ex eorum dictis appertiſſimè colligitur.

¶ Ex quo infertur, in hoc Hiſpanos Scrib. qui præfatam opinionem, quòd ſcilicet hodie in codicillis hæreditas dari atque adimi poſſit, probarunt æqui uocè loquutos fuiſſe. Quanuis enim opinio Ioan. And. & illorum, qui illam ſequuntur vera eſſet, (cuius contrarium ſtatim oſtendemus) non poſſet dici, quòd hodie hæreditas poſſit dari, vel adimi in codicillis cum ex eadem opinione contrarium potiùs probetur, potiſſimáque ratio illorum qui illam ſequuntur, ſit, quòd ſcriptura quæ habet ſoennitatem teſtamenti, atque hæredis inſtitutionem teſtamentum, non autem codicillus, cenſenda ſit.

¶ Similiter etiam non poteſt dici ex l. 3. Tauri. quo ad hoc, aliquid innouatum eſſe, cum ante eius deciſionem ex præfata Scribentium ſententia dici poſſet, hæreditatem poſſe dari & adimi in ſcriptura habente ſolennitatem teſtamenti: quanuis eam teſtator codicillum appellaſſet. Imò (ſi rectè ſentio) ea opinio probabilior erat ante d. legis Taurinenſis deciſionẽ. Is namque qui hæredem inſtituebat ante d. l. Tauri. adiiciens ſolennitatem teſtamenti videbatur erraſſe in appellatione codicilli, cùm ea ſolennitas, nõ in codicillis, ſed in teſtamento neceſſaria eſſet. Quod hodie dici non poſſet, cùm eadem ſolennitas in codicillis quæ in teſtamentis neceſſaria ſit. Itaque, olim ex duobus colligebatur error. Primò, ex hæredis inſtitutione. Secundò, ex ſolennitatis teſtamenti adiectione. Quorum vnum, & etiam vrgentiùs hodie ceſſare compertiſſimum eſt.

¶ Sed, vt vlterius nulla ſuperſit dubitandi occaſio, nec deinceps vltima hæc ſcribentium ſententia quæ Ioanni Andreæ attribui ſolet prudẽtes viros fallere poſſit, ego proculdubiò illam erroneã, atque contra omnia iuris Principia eſſe monſtrabo. Ad quod probandum in primis ſciendum eſt, propè omnes Scribentes, qui hanc vltimam opinionem probarunt, ſumpſiſſe eiuſdem præcipuum fundamentum ex dicto Ioan. Andr. in additio. ad Specul. vbi illum ſupra citauimus, quem dicunt referre ad hoc Dynum, in quadam diſputatione, quãuis verè ipſe non referat Dynum, ſed Pileum. Sed ſi bene verba Ioan. Andr. conſiderentur non ſolùm non meretur pro hac opinione citari, imò potius rectè conſiderantibus, contrariam ſententiam probat. Inquit enim quòd is, qui coram ſeptem teſtibus hæredes inſtituerat in fine eiuſdem diſpoſitionis dixit, quòd volebat ipſam valere iure codicillorum, & ſi ſic non valeret, voluit quòd valeret iure teſtamenti, & omni iure, quo melius poterat. En igitur qualiter Ioan. Andr. potiùs contrariam opinionem probat, cùm totum ſuæ opinionis fundamentum faciat in illis verbis: & ſi ſic valere non poterit, valeat teſtamenti. Quibus verbis deficientibus, proculdubiò ipſe contrariam opinionẽ probaſſet. Idque ex eius verbis adeò clarum eſt, vt non immeritò vnuſquiſque mirari poſſit, tot grauiſſimos viros in eius ſententiæ relatione tanto errore lapſos fuiſſe. Ex eadémque ratione apparet, quàm parui æſtimanda ſunt ea, quæ Scriben. ad hoc dicto Ioan. Andr. deducere ſolent. ¶ Item ſi benè conſiderentur verba omnium Scriben. qui hanc opinionem ſequuti fuerunt, nullus erit, qui vel in ea varius non ſit, ſeu de eadem opinione non dubitet. Nam Bald. qui illam ſequitur in d. l. teſtamentum. C. de teſtamen. ipſemet in l. fin. C. famil. herſci. numero 7. plura eidem directo contraria profitetur. Quod etiam de Salicet. dici poteſt: ipſe namque in dicta. l. filiis. numero 5. aduerſatur his, quæ dixit in d. l. teſtamentum. Item Paul. non ſatis in hac opinione firmus eſt: vt conſtat ex his: quæ dixit in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. nu. 4. & in l. fina. C. de codicil. numero 2. Alexand. etiam in dict. l. codicillum. numero 2. Non ſolùm præfatam opinionem non ſequitur, imò videtur illam improbare, cùm illam procedere intelligat, ſolùm, quando hæredes inſtituti ſunt illi, qui ſuccedere debebant ab inteſtato, non aliàs. Item Gregorius Lopius in d. l. 2. titul. 12. part. 6. in gloſſ. ver. *herederos*:

quanuis in medio dictæ gloſſ. videatur prædictam opinionem probare, in fine tamen contrariam eligere videtur. Cæteri autem omnes qui prædictam opinionem ſequuti fuerunt, attendendi non ſunt, hi enim rationes non præſcrutantes opinionem Ioannis Andreæ malè relatam, atque intellectam, & eorum qui illam probarunt, ſequuntur.
33 Quod † vitium noſtris Iuriſconſultis frequenter contingere ſolet: vt plurimum, namque iura ac rationes, nec diſcurrentes, neque conſiderantes, more auium ſequuntur volatũ anterioris, vt optimè dixit Deci.conſ.499.nu.12.

¶ Quidquid autem ſit præfata opinio eſt contra
34 plura iura & rationes. Et primo † eſt contra tex.in d.l.non codicillum.C.de teſta. ſecundùm communem eiuſdem legis intellectum glo.& Docto.ibidem. Nam ille tex.inquit, quòd ſi quis ſimpliciter fecerit aliquam diſpoſitionem in qua hæredem inſtituerit, is cenſetur non codicillum, ſed teſtamentum facere: igitur à contrario ſenſu, ſi quis declarauerit ſe facere codicillum quanuis hæredem in illo inſtituat, nihilominùs codicillum, non autem teſtamentum facere cenſendus erit. Quod colligitur ex mente gloſ. ibidem verb. *non codicillum*, idque omnes ſcriben.ibi non obſcurè cenſuerunt: idipſum etiam expreſſiùs colligitur ex Bald.in l.filij.C.famil.herciſ.nu.7.vbi inquit. *Benè tamen confiteor, quòd, indubio vbi reperitur inſtitutio non præſumitur codicillus, ſed teſtamentum.* l.non codicillum.C.de teſta. Sed ſi Tabellio dicit, quòd voluit codicillari, tunc hæredis inſtitutio non facit teſtamentum, etiam inter liberos. En igitur, qualiter hæredis inſtitutio non eſt ſufficiens ad hoc, vt codicillus tranſeat in teſtamentum, ſed ſolùm ad oſtendendum in caſu dubio, quòd diſpoſitio ſimpliciter facta, non ſit codicillus ſed teſtamentum. Quod etiam dixit idem Salicet. in d.l.filij.nu.4.Curt.Iuni.conſi.73.nu. 11. Bart. in l.1.§.ſi quis ita.nu.5. ff.de verb.oblig.vbi id omnes Scrib. notant, & eſt communis, ac verus intellectus ad tex. in d. l. non codicillum, à quo nemo vnquam diſcrepauit.

¶ Idipſum etiam probatur ex tex.in l. illud.§.tractari.ff.de iure codicillo.vbi.Bart. in ſummario ex illo tex.deducit in caſu dubij, inſtituentem hæredem cenſeri teſtamentum, non codicillum facere, ſatis apertè intelligens contrarium dicendum eſſe in illo, qui expreſsè codicillum, non teſtamentum facere profeſſus fuerit. Quod etiam probatur ex tex.in l.1.ff.eodem.& in l.fin. C. de codicillis, vbi is, qui fecit teſtamentum, nec adiecit clauſulam codicillarem, non cenſetur voluiſſe eam diſpoſitionem valere iure codicilli, quanuis habeat ſolennitatem codicilli, & in ſolennitate teſtamenti deficiat, de quo ſupra lib.1.cap.12.nume. 41. latiſſimè tractauimus. Quod pari ratione in codicillis reſpectu teſtamenti dici poterit: cùm de vno ad aliud ratio diuerſitatis aſſignari nequeat.

¶ Quæ omnia clariùs hodie procedunt, cùm ex deciſione d.l. 3. Tauri, ſolennitas teſtamenti & codicillorum vna atque eadem ſit, nec poſsit iam aſsignari alia ratio, vt codicillus teſtamentum eſſe cenſeatur, quàm hæredis inſtitutio. Quæ ad hoc nullius effectus eſt, quando diſponens, codicillum expreſsè facere voluiſſe profeſſus fuit, vt ſuperiùs annotauimus, imò etiam ſi allegaretur ſolennitatis vnitas, non ſufficeret, cùm (vt ſuperiùs oſtendimus) hoc etiam quando ſimpliciter diſpoſitio ſit, non autem quando expreſſo nomine codicillorum facta fuit, procedat, vt paulò ante oſtenſum eſt.

¶ Vltimo autem loco pro huius opinionis comprobatione conſiderandum eſt, quòd quanuis lex illa Tauri, æquauerit ſolennitatem codicillorum & teſtamentorum, non tamen nomina atq. differẽtias earum diſpoſitionum tollere voluit, imò ea omnia, quo ad alia immutata relinquere voluiſſe cenſenda eſt. Quod probatur ex eadem l. ibi *Y en los codicillos interuenga la miſma ſolennidad, que en el teſtamẽto nuncupatiuo.* Et iterùm. *Los quales teſtamentos y codicillos.* En igitur qualiter l. illa ſemper conſeruat nomina teſtamentorum & codicillorum. Ideóque cenſetur etiam differentias, atque effectus eorum cõſeruaſſe. l.ſi idem. C.de codicil. l. namque abhorret nomina, quæ abſque effectu relinquuntur. l. ex facto. §.fina. ff.de vulga.tex.in l.propter.§.neptis.cum ſimilib.ff.ad Syll. Quod in correctoriis potiùs dicendum eſt, in quibus innouatum non cenſetur, quod expreſsè mutatum non eſt. l.ſancimus. C. de teſtam. Ideóque hæc opinio verior, atque in conſulendo, ac iudicando ſemper ſequenda mihi videtur: quanuis non inficiemur, quòd cum hodie ex legibus Regiis hæredis inſtitutio, ad legatorum ſeu fideicommiſſorum confirmationem, atque etiam ad alia non requiratur, atque æquata ſit teſtamentorum atque codicillorum ſolennitas, iuſtè poſſent lege Regia omnes teſtamentorum, atque codicillorum differentiæ tam in nomine quàm in effectu penitùs aboleri, ſed non exiſtente lege noua id expreſsè diſponẽte iura communia præcisè ſeruanda erunt.

¶ Hæc tamen omnia dupliciter intelligenda ſunt. Primò, niſi is, qui hæredem in codicillis inſtitue-
35 rit, errauerit in codicilli appellatione. Is † namque qui volens teſtamentum facere, erranter illud codicillum appellauit, nihilominùs teſtamentum facere cẽſendus erit. l.Imperator la. 1. ff.de ſta.homi.l.errore, vbi per Scrib.C.de ſta.l.Plautius cum
36 ſimilib.ff.de aur.& arg.lega. Hic † autem error in dubio non præſumitur, ſed aliunde clarè & præcisè probandus eſt, vt dixit Angel. in d.l.errore in princip.poſt Balb.ibidem. Bald. in d.l.Imperator, in princ.Dec.qui plura refert in l.ſi librarius.ff.de regul.iur.nu.3.vbi Cagnol.nu.8.plura in idem ad-
37 ducit. Dicitur † autem conſtare de errore: quando probatur contrarium eius, quod dictum fuit, vt dixit Bartol. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. Soci. conſ.25.nu.3.lib.4.Matthæus de Afflict.deciſ.44. nu.3.Pariſ. conſil. 89. nu. 37. lib. 1. In caſu autem de quo agimus, error ex hæredis inſtitutione non colligitur, cùm hæredis inſtitutio operetur actus dubij declarationem, non autem actus ac diſpoſitionis clarè, atque expreſsè correctionem, vt ſuperius dictum & probatum eſt.

¶ Secundò ea quæ prædiximus, quòd hæreditas in codicillis, etiam teſtamentorum ſolennitatem habentibus dari non poſſit, intelligenda ſunt, vt ex codicillis quis poſſit iure directo hæreditatem conſequi, † ſed ſi antea in teſtamento præceſſerat
38 hæredis inſtitutio, ſecunda inſtitutio facta in codicillis obliquatur, valétque iure fideicommiſſi. Quod probatur ex tex.in l.2.§.fina.ibi. *Sed ex fideicommiſſo petitur.* ff.de iur.codicil.vbi Bart.& communiter Scriben. id notant. l.Scæuola. vbi etiam per Scrib.ff.ad Trebel. Bart. in l.1. numer.2. ff.de iur.codi.Scriben.in l.verbis ciuilibus. ff.de vulga. Quod hodie iure Regio indiſtinctè procedere videtur



vi letur, ſiue præceſſerit hæredis inſtitutio facta in teſtamento, ſiue non cùm ex l.1. tit.2.lib.5.ordin. quę hodie eſt l.1.ti.4.lib.5.in nou.ll.Reg.collectione, ad legatorum ſeu fideicommiſſorum cõfirma-
39 tionem hæredis inſtitutio nõ requiratur, † poſſitque valere codicillus, etiamſi teſtamentum, atque hæredis inſtitutio nõ præcedãt, vt ex pluribus probat Burg.de Pace in dict.l.3.Taur.n. 631. cum ſeq.

¶ Ex quibus omnibus ſupereſt principalis quæſtionis reſolutio, quòd ſcilicet in Maioratibus in codicillis inſtitutis, etiam hodie non poſſit quis hæres directus effici, niſi conſtet eiuſdem inſtitutorẽ in codicillorũ appellatione erraſſe, errórq; euidenter probetur. Semper tamen, atque indiſtinctè iure fideicommiſſi hæredis inſtitutio ſuſtinetur. Quod perpetuò menti commendandum erit.

¶ Conſequenter autem hîc etiam tractandum eſſet de ſolennitate, quæ in Primogenio reuocabili in contractu inſtituto interuenire debet, & an ea debeat eſſe ſolennitas contractus, an teſtamenti, & de ſolennitate authoritatis tutoris, vel curatoris, quæ interuenire debet, quando Maioratus à minore inſtituitur, & de licentia parentis, quæ in Maioratu à filiofamilias inſtituto requiritur, & de ſolennitate licentiæ mariti, quando ab vxore Maioratus inſtituitur: ſed quia hęc & plura alia ad huius capitis materiam ſpectantia, ſupra lib.1.c.12.nu.33. & nu.38. cum ſeq. & etiam c. ſequenti tractantur, ac reſoluuntur, ad ea, quæ ibidem dicũtur lectores remittimus.

40 ¶ Illud † tamen, Maioratuum inſtitutoribus conſulimus, vt in Primogeniorum inſtitutione in his quæ eorum ſolennitatem contingunt, ſemper tutiores opiniones ſequantur, longè enim melius futurum erit ſolennitatem non neceſſariam in Maioratus inſtitutione adhibere, quàm neceſſariam omittere. Non enim ea, quæ ſuperabundant, ſed ea, quæ deficiunt ſcripturas vitiare ſolent. l.teſtamentum.C.de teſta.l.quæ dubitationis, cum ſimil. ff.de reg.iur. Ea verò, quæ in hoc capite diximus, & etiam in ſequentibus dicemus, notanda erunt ad ſuſtinenda Primogenia in quibus huiuſmodi
41 ſolennitates defecerint. Aliter † namque ante inſtitutionem Maioratus, vel in ipſa inſtitutione, aliter autem quando iam res in controuerſiam deuenit, nec poteſt ſolennitatis defectus ſuppleri, conſulendum eſt. Plura namque ante factum cõſulimus quorum contrarium poſt factum ſuſtinemus, vt eleganter aduertit Ioan. Andr. in c.nihil.col.4.de electio. Cuius dictum refert, & ſequitur Abb.ibidem.num.7.quaſi ad fin.vbi inquit eſſe tenendum menti hunc modum conſulendi.

---

*SVMMARIA.*

1 *Edictum inſtituendorum Primogeniorum prohibitorium eſt.*
2 *Primogenium inſtituere non poteſt is qui nec poteſt contrahere, neque teſtari.*
3 *Vxor vtrum abſque licentia mariti poſsit Primogenium inſtituere.*
4 *Vxor non poteſt facere donationem cauſa mortis abſque viri licentia.*
5 *Vxor vtrum poßit Primogenium reuocare abſque viri licentia.*
6 *Minor vtrum poßit abſque authoritate tutoris, vel curatoris Primogenium inſtituere.*
7 *Adultus etiam curatorem habens poteſt abſque eius authoritate teſtari.*
8 *Minor non poterit Primogenium ex contractu abſque authoritate tutoris, ſeu curatoris, inſtituere.*
9 *Minor non poteſt facere donationem cauſa mortis abſque authoritate tutoris, vel curatoris.*
10 *Infans, ſeu pupillus proximus infantiæ non poteſt facere Primogenium etiam cum tutoris authoritate.*
11 *Minor vtrum aduerſus Maioratus inſtitutionem reſtitui poßit.*
12 *Filiusfamiliàs vtrum valeat Primogenium inſtituere.*
13 *Filiusfamiliàs iure communi teſtari non poterat: iure autem Regio ſic.*
14 *Filiusfamiliàs obligatur ex omnibus contractibus: præterquàm ex mutuo & voto.*
15 *Filiusfamiliàs poteſt Maioratum inſtituere ex bonis caſtrenſibus abſque parentis licentia.*
16 *Et etiam ex aduentitiis, in quibus parenti vſusfructus non quæritur.*
17 *Filiusfamiliàs poteſt donare inter viuos ea bona, in quibus parenti vſusfructus non quæritur, abſque eius licentia.*
18 *Filiusfamiliàs vtrum poßit bona in quibus ad patrem non pertinet vſusfructus cauſa mortis donare abſque eius licentia.*
19 *Filiusfamiliàs qui poteſt teſtari: à fortiori poterit donationem cauſa mortis facere.*
20 *Filiusfamiliàs non poterit Primogenium facere de bonis: in quibus ad parentes pertinet vſusfructus abſque eius licentia.*
21 *Filiusfamiliàs non poteſt facere Primogenium: niſi ex tertio bonorum abſque Regia facultate, ſeu de parentis licentia.*
22 *Filiusfamiliàs, vtrum poßit Primogenium inſtituere in vita parentis ex vſufructu, & proprietate tertij: an ex ſola proprietate abſque vſufructu.*
23 *Licentia conceſſa à lege vel ſtatuto filiofamiliàs, vt teſtari poßit intelligenda eſt abſque præiudicio parentis, quoad vſumfructum.*
24 *Filiofamiliàs mortuo, pater non amittit vſumfructum in bonis eiuſdem ſibi pertinentem: imo fruetur illo per totum tempus vitæ ſuæ.*

25 *Filiusfamiliàs coniugatus poterit Maioratum inſtituere ex tertio bonorum in proprietate, & vſufructu.*

26 *Filiusfamiliàs poterit Maioratum reuocare abſque parentis licentia: etiam vbi licentia eiuſdem in Maioratus inſtitutione neceſſaria eſſet.*

27 *Mente captus, furioſus, vel phreneticus, vtrum valeant Primogenium inſtituere.*

28 *Furioſus, mente captus, vel phreneticus, nec contractum, nec vltimam voluntatem facere poſſunt.*

29 *Furioſus, mente captus, vel phreneticus habentes dilucida interualla tempore ſanæ mentis Primogenium inſtituere poſſunt.*

30 *Primogenium à furioſo inſtitutum: vtrum tempore furoris, ſeu ſanæ mentis inſtitutum cenſendum ſit.*

31 *Curator furioſi: vtrum eius nomine Primogenium inſtituere poßit.*

32 *Prodigus, cui bonis interdictum eſt: vtrum poßit Primogenium inſtituere.*

33 *Prodigus, cui bonis interdictum eſt: nec poteſt contrahere, nec vltimam voluntatem facere.*

34 *Prodigus cum authoritate curatoris: vtrum poßit Primogenium inſtituere.*

35 *Prodigus cum authoritate curatoris poteſt omnes contractus facere.*

36 *Prodigus cum authoritate curatoris non poteſt vltimam voluntatem facere.*

37 *L. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtitu. mino. declaratur.*

38 *Monachus vtrum poßit Primogenium inſtituere.*

39 *Monachus ante ingreſſum monaſterij de bonis ſuis liberè diſponere valet.*

40 *Primogenium factum ante ingreſſum monaſterij, vtrum ingreſſu monaſterij reuocetur.*

41 *Monaſterium habetur loco filij.*

42 *Monaſterium incapax non rumpit diſpoſitionem præcedentem.*

43 *Ius ſuccedendi, & ius rumpendi ſe habent tanquàm connexa in actu, & priuatione.*

44 *Teſtamentum factum ab eo, qui non cogitabat de ingreſſu: vtrum ingreſſu monaſterij reuocetur.*

45 *Monaſterium non habetur loco filij: niſi in caſibus à iure expreßis.*

46 *Text. in Auth. nunc autem. C. de Epiſcopis & clericis declaratur.*

47 *Portio, vtrum ſit præſtanda monaſterio, quando monachus fecit teſtamentum ante ingreſſum, quod ex ingreſſu non reuocatur.*

48 *Teſtamentum, quod reuocatur ex ingreſſu monaſterij, facta expreſſa bonorum dedicatione eidem monaſterio, vtrum reuocetur quo ad omnia, ſeu ſolum quo ad inſtitutionem.*

49 *Teſtamentum factum à monacho cogitante de ingreſſu: non reuocatur ex ingreſſu monaſterij, ſiue aliquid fuerit relictum monaſterio, ſiue non.*

50 *Primogenium in contractu inſtitutum, vtrum ex ingreſſu monaſterij reuocetur.*

51 *Donatio nunquam ex ingreſſu monaſterij reuocatur.*

52 *Primogenium inſtitutum à monacho, durante anno profeßionis. vtrum ex profeßione ſubſequuta reuocetur.*

53 *Monachus nouitius quo ad bonorum ſuorum diſpoſitionem tanquam laicus cenſendus eſt.*

54 *Monachus deſcendentes, ſeu aſcendentes non habens, poſt factam profeßionem, non poteſt Primogenium inſtituere.*

55 *Monachus profeſſus liberos habens: vtrum poßit inter eoſdem Primogenium inſtituere.*

56 *Tex. in Auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccle. & tex. in c. ſi qua mulier. 19. q. 3. & l. 17. tit. 1. part. 6. declarantur.*

57 *Monachus profeſſus liberos habens: vtrum poßit ex tertio Primogenium inſtituere.*

58 *Monachus profeſſus, qui inter liberos teſtatur, tenetur eiſdem legitimam abſque diminutione relinquere.*

59 *Monachus profeſſus, qui inter liberos teſtatur, tenetur monaſterio relinquere omne illud, quod relicta filiis legitima ex bonis ſuis ſupererit.*

60 *Monachus profeſſus liberos habens, non poteſt, nec tenetur monaſterio aliquid aliud præter quintum relinquere.*

61 *Monachus profeſſus poteſt in vno ex liberis Primogenium ex tertio inſtituere.*

62 *Monachus profeſſus liberos habens, non poteſt ex quinta bonorum parte Primogenium inſtituere.*

63 *Monachus profeſſus non poteſt ex Regia facultate Primogenium inſtituere.*

64 *Monachus profeſſus aſcendentes habens, poteſt inter eoſdem, & monaſterium bona ſua diuidere.*

65 *Monachus profeſſus aſcendentes habens non poteſt ex tertia bonorum portione Primogenium inſtituere.*

66 *Monachus profeſſus aſcendentes habens: vtrum ex Regia facultate poßit Primogenium inſtituere.*





67 *Monachus ex licentia Papæ, vtrum poßit Primogenium inſtituere.*

68 *Monachis profeßis conſulitur, vt in caſibus, quibus poſſunt Primogenium inſtituere, illud non ex ſola familiæ conſeruatione, ſed ex alia cauſa honeſta, ac religioſa faciant.*

69 *Milites, & Cõmendatarij Sancti Iacobi, Calatranæ & Alcantaræ, vtrum poßint ex propriis bonis, vel ex fructibus Commendarum Primogenia inſtituere.*

## *Quis poßit Primogenium inſtituere.*

## CAPVT IX.

VISIS Primogeniorum differẽtiis,
atque eorũ ſolennitatibus, ſubſe-
quenter reſoluendũ ſupereſt, quæ
perſonæ valeant Primogenium in
ſtituere. In qua quæſtione, dicen-
dum erit Primogeniũ inſtituere poſſe omnes eas
perſonas, quæ poſſunt, vel contrahere, vel teſta-
1 mentum facere. † Primogenia nãque inſtituendi
edictum prohibitorium eſt. Ideoque omnes, qui
non inueniuntur prohibiti, cenſentur ea inſtitue
re permiſſi, vt in ſimili in teſtamento dixit Iuriſ
conſultus in l. ſi quæramus vbi gloſ. Bart. & com
muniter Scri. ff. de teſt. tex. in princip. Inſt. quib.
non eſt permiſ. facere teſt. l. ab ea cum ſimilib. ff.
de prob. Bar. in Auth. de teſti. in princip. n. 3. col-
la. 7. Ideoque de hoc recurrendũ eſt ad eas leges,
quæ ex cauſis ſpecialibus aliquos prohibent, ſiue
2 teſtari, ſiue cõtrahere. Qui † enim cõtrahere nõ po
teſt, nec Maioratũ ex cõtractu facere poterit. Qui
verò teſtari prohibitus eſt, cẽſebitur etiã ꝓhibi-
tꝰ Maioratũ ex teſtamẽto inſtituere. Quæ regula
infallibilis eſt, ſufficerétq. ad huiꝰ materiæ reſo-
lutionẽ, ne aliàs longiùs quàm deceret materia
huius libri protraheretur. Sed quia inter quæſtio
nes, quæ circa hęc agitari ſolent, quædã ſunt fre
quentiores, atque in Primogeniorũ inſtitutione
neceſſariæ: ſcripturæque Primogeniorum diuer
ſas quoad hæc regulas obſeruare ſolent, vt ſupra
lib. 1. c. 12. latiùs oſtendimus: aliquas ex eiſdem in
hoc capite tractabimus, ac reſoluemus, vt ex ea-
rum deciſione cæterarum vera, atque perfecta re
ſolutio comprehendi poſſit.
¶ Primo autem loco, ea quæſtio examinanda ſe
3 offert, † an ſcilicet vxor abſque licẽtia mariti poſ
ſit Primogenium inſtituere. Et ſiquidem vxor ex
teſtamento, vel alia vltima voluntate Primoge-
nium inſtituerit, res ipſa abſque cõtrouerſia erit
cùm nullo iure vxor prohibeatur teſtamentum,
ſeu quamlibet aliam vltimam voluntatem face-
re, abſque mariti licentia. Si verò illud ex contra
ctu inter viuos inſtituerit, neceſſarium erit, vt li
centia viri præcedente illud inſtituat, aliàs Primo
genium ipſum nullũ erit. Cùm ex deciſ. l. 55. Tau-
ri, quæ eſt l. 2. ti. 3. li. 5. in noua. ll. Reg. collect. vxor
non poſſit abſque viri licentia contrahere. Quã-
uis enim quoad effectus cõtractus iſte Primoge
nij ſi reuocabilis ſit, vltimæ voluntatis quodam
modo naturam obtineat, quoad ordinationẽ au-
tem, contractus naturam ſequitur, ſicut de dona
tione cauſa mortis ſupra. lib. 1. c. 12. nu. 16. dictum
eſt. Ideóque in eius ordinatione ea ſolẽnitas, quę
in contractu requiritur, neceſſaria erit. Quod in
donatione cauſa mortis ſic opinatur Bal. in c. Im
perialem in princip. nu. 18. de prohibit. feud. alie.
4 per Frederi. vbi † eleganter inquit vxorẽ non poſ
ſe facere donationẽ cauſa mortis abſque viri li-
cẽtia. Cuiꝰ dictũ ſequit̃ Anchar. cõſil. 384. ꝑ tot.
cõſiliũ vbi ſingulariter proſequit̃ materiã Ab. cõ
ſil. 40. n. 2. & 3. lib. 2. Alex. in l. 2. in princip. n. 7. &
8. ff. de verb. obliga. Idem Alex. in l. 2. n. 13. ff. de le
ga. 1. Hancque dixit eſſe comm. opi. Ripa. ibidem
n. 10. Iaſ. ſibi contrarius in §. 1. Inſtit. de actio. col.
4. n. 29. Guillel. Benedict. in rep. c. Rainutius. de
teſta. ver. teſtamentum el. 4. nu. 35. D. Didacus de
Couarr. qui hoc deducit ad intellectũ dictæ. l. 55.
Tauri. in Rub. de teſt. 3. par. nu. 12. Tira. qui plura
refert in rep. l. ſi vnquam verb. donatione largi-
tus. n. 199. C. de reuocan. dona. Idque in Maioratũ
longè potiori ratione dicendum erit: ſicque ſem
per obſeruatum vidimus.
5 ¶ Ex quibus etiam comprehendi poteſt, † vtrum
vxor poſſit reuocare contractũ Primogenij abſ-
que licentia viri. Nam ſi id vult facere ex alio cõ
tractu, id abſque viri licentia facere nõ poterit,
cũ abſq. ea nõ poſſit, nec cõtractũ nec diſtractũ fa
cere. Si verò id facere velit ex teſtamẽto, vel vlti
ma volũtate, quod facere poteſt, nõ erit ad hãc re
uocationem facienda neceſſaria viri licẽtia, cùm
ea in vltima voluntate, non requiratur, idq. ve-
riſſimum eſt, atque cõprobari poteſt ex his quæ
infra iſto c. n. 26. dicemus.
6 ¶ Subſequenter etiam reſoluendum erit, † vtrum
minor poſſit abſque authoritate tutoris vel cura
toris Maioratum inſtituere. Et ſiquidem maior
ſit ætatis 14. annorum ſi maſculus ſit, & 12. anno-
rum, ſi ſit fœmina poterit proculdubiò inſtituere
Maioratum ex teſtamento vel vltima volũtate,
7 etiã abſque curatoris authoritate. Adultus † nam-
que etiam curatorem habens poteſt abſque eius
authoritate teſtari. l. Aurelio. §. Caius, ff. de liber.
lega. vbi gloſ. ver. *intra legitimam*, & communiter
Scrib. l. cum pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. l. ſi fra
ter. vbi. Iaſ. nu. 2. & 3. C. qui teſtam. face. poſſunt. l.
1. §. fuit quæſitum, vbi gloſ. & communiter Scri.
ff. ad Trebell. Quod latiſſimè proſequitur Tiraq.
in l. ſi vnquam verbo. donationem largitus. num.
204. C. de reuocan. dona. Si verò minoris ætatis
ſit, non poterit Primogenium ex vltima volunta
te inſtituere, cùm ea ætas ad condendum teſta-
mentum vel vltimam voluntatẽ iure ſtatuta ſit.
d. l. ſi frater. C. qui teſtamenta fac. poſſ. tex. in §. 2.
Inſti. eod.
8 ¶ Si † verò ex contractu minor Primogenium in-
ſtituere velit, illud non poterit facere abſque au
thoritate tutoris, vel curatoris, cum, (vt prædixi-
mus) quo ad ordinationem, Maioratus ipſe con-
tractus naturam ſequatur, nec poſſit minor abſ-
que authoritate tutoris vel curatoris cõtrahere.
l. ſi curatorem habens minor. cum ſimili. C. de in
integr. reſti. mino. Quod in donatione cauſa mor
tis exiſtimat Bal. quanuis dubius. in c. 1. §. item te-
ſtamenta. nu. 16. de pac. iura. firm. in vſib. feu. vbi
9 elegãter inquit † quod in donatione cauſa mortis
facta à minore, requiritur authoritas tutoris, vel
curatoris, vel ſaltim iuramẽtum, quod illam ſup
plere

plere ſolet. Cuius dictum refert, & ſequitur Guil
lel. Benedict. in rep. c. Rainutius. de teſtam. verb.
teſtamentum. el. 4. nu. 35. Alex in l. 2. ff. de lega. 1.
nu. 15. vbi Ripa. nu. 10. hanc opi. ſequitur: illam-
que communem eſſe profitetur Fran. Cremēſis
ſing. 117. Tiraq. poſt leges connub. gl. 15. n. 83. Quæ
opinio proculdubiò: ex his, quæ ſuperius adduxi
mus vera eſt: quanuis inaduertenter contrariam
opinionem probent Ioa. de Ana. in c. quia in om
nibus. de vſur. nu. 12. col. 16. Anto. Rub. conſil. 27.
nu. 11. Bal. Alex. Alciat. & alij, quos refert, & ſequi
tur Tiraquel. in l. ſi vnquã verb. donatione largi
tus. nu. 204. de reuo. dona. Quod à fortiori in Ma
10 ioratu dicēdum erit. Infans † autem Primogeniũ
etiam cum tutoris authoritate facere non pote-
rit: nec etiam pupillus infantiæ proximus. Hi ná-
que, nullum contractũ etiam cum authoritate tu
toris facere poſſunt, cùm furioſis æquiparentur.
tex. in §. pupillus Inſti. de inutil. ſtip. l. 1. §. adipiſci
mur. ff. de acquir. poſſe. vbi per Scri. l. in negotiis.
ff. de regul. iur. vbi Deci. num. 6. plura in idem ad-
ducit. Nec etiam poterit ſolus tutor eorũ nomi-
ne Primogenium inſtituere, ex eiſdem rationib.
quibus infra iſto. c. n. 31. reſoluemus, curatorē ex
bonis furioſi non poſſe Primogenium facere, cũ
(vt prædiximus) æquiparatio, de infante ad furio
11 ſum procedat. † Vtrum autē poſſit minor aduer-
ſus Maioratus inſtitutionem reſtitui, vel non ſu
pra iſto lib. c. 3. n. 28. reſoluimus.
¶Eadem etiam ratione reſolui poterit ea quæ-
12 ſtio, † vtrum ſcilicet Maioratus à filiofamilias abſ
que parentis authoritate inſtitui poſſit. Nã ſi ip-
ſe filiusfamilias Primogenium ex teſtamēto, vel
qualibet alia vltima voluntate inſtituere velit, id
proculdubiò facere poterit abſque parentis au-
13 thoritate. Quanuis † enim ex iuris communis diſ-
poſitione teſtari non poſſit, etiam de parentis cō
ſenſu, niſi in Caſtrēſibus, vel quaſi. l. qui in pote-
ſtate. ff. de teſta. l. nemo. C. qui teſta. facere poſ-
ſunt. l. 13. in prin. tit. 1. part. 6. hodie tamen ex iure
Regio nouiſſimo ſimpliciter licentia teſtãdi ſibi
conceſſa eſt, ex deciſ. l. 5. Tau. quæ eſt. l. 4. ti. 4. lib.
5. in nou. ll. Reg. collect. Si verò ex cōtractu filius
familiàs Primogeniũ inſtituere velit, videtur di-
cēdum, id etiam abſque authoritate parētis face
14 re poſſe. Filiusfamilas † nãque poteſt omnes con-
tractus facere abſque licētia, ſeu authoritate pa-
rentis ex omnibusq; efficaciter obligari, præter
quam ex mutuo, & voto, l. tam ex contractib. cũ
ſimilib. ff. de iudi. l. filiusfamilias. la. 2. ff. de actio.
& obliga.
¶Sed quanuis ea, quæ de Primogenio à filiofami
liàs ex teſtamento inſtituto diximus, vera ſint, ea
tamen quæ diximus de Primogenio ex contractu
inſtituto dubia videntur. Ideoq. in hac quæſtio-
ne (vt in ea vera reſolutio habeatur) ſic diſtinguē
15 dũ erit. Aut † enim filius vult inſtituere Primogē
nium per viã cōtractus, de bonis Caſtrenſib. vel
quaſi, & tunc proculdubio poterit ex eis abſque
parentis licentia, vel conſenſu, Maioratum inſti-
tuere. Qđ probat expreſsè tex. in l. ſi filiusfamili-
as. §. fina. ff. de dona. l. nemo. vbi per Scri. C. qui te
ſta. facer. poſſ. & eſt communis, ac textualis opi. à
qua nemo vnquam diſcrepauit.
16 ¶Aut † filiusfamilias vult Maioratũ inſtituere ex
bonis aduētitiis, in quibus pater nō habet vſum
fructum, & poterit etiam abſque eius licētia, vel
conſenſu ex eiſdem Primogeniũ inſtituere. tex.
expreſſius in Auth. vt liceat. matri, & auiæ in pri.
17 colla. 8. vbi † probatur filiusfamiliàs poſſe donare
inter viuos ea bona, in quibus patri non cōpetit
vſusfructus abſque eiuſdem conſenſu. Per quem
text. id voluit Bart. ibi, & Cuma. in l. tam is. §. 1. ff.
de dona. cau. mortis. Rom. conſil. 512. Iaſ. in l. ſeni-
um. C. de teſta. nu. 8. & 9. poſt Paul. ibidem. Hanc
que aſſerit eſſe communem opi. Aymon Craue.
cōſi. 92. nu. 1. & per totum conſilium. D. Dida. de
Couarru. in Rub. de teſta. par. 3. num. 9.
18 ¶Nec † obſtat ſi dicatur filiufamilias nō poſſe do-
nare cauſa mortis etiã ea bona aduentitia, in qui
bus pater non habet vſumfructum abſque parē-
tis conſenſu, vt dixit Alex. in l. pē. n. 2. C. qui teſt.
face. poſſunt. Cuius opin. veriorem eſſe cēſet. D.
Dida. de Couarr. in d. Rub. de teſta. 3. par. n. 8. Nã
quanuis hæc opi. vera eſſet, non ideò in Primoge
niis idem dicendum erit, quæ in ordinatione om
ninò contractibus inter viuos, nō donationi cau
ſa mortis æquiparantur. vt ſupra li. 1. c. 12. n. 17. di-
ctum & probatum eſt. Quod præſertim dicendũ
erit ex eo, quòd hæc opi. hodie vera non ſit, attē
19 ta deciſ. d. l. 5. Tau. cũ † ex ea filiusfamilias poſſit
abſque parentis cōſenſu teſtari, & à fortiori poſ-
ſit abſque eius conſenſu donationem cauſa mor
tis facere, vt cenſuit Bal. in rep. l. 1. C. de Sac. S. Ec
cle. n. 10. Guillel. Benedict. in rep. c. Rainutius, de
teſta. verb. matrem inſuper Clerã. nu. 26. Tellius
Fernand. in d. l. 5. Tauri. n. 20.
20 ¶Aut † filiusfamilias vult Maioratum inſtituere
per viam contractus ex bonis, in quibus ad parē
tem pertinet vſusfructus, & proculdubio illum
facere non poterit abſque parentis cōſenſu, cùm
filiusfamilias non poſſit cōtractum facere de re
bus in quibus parenti competit vſusfructus, abſ
que eiuſdem conſenſu, l. fina. §. filiis autem. C. de
bonis quæ liber. vbi Bart. & communiter Scrib.
gloſ. ordina. in l. filiusfamilias. §. fin. in gloſ. vlt. ff.
de dona. vbi etiam per Scrib. Aymon Craue. d.
conſ. 92. nu. 2. cum ſequen.
21 ¶ Id tamen aduertendum eſt, † filiumfami-
liàs non poſſe Primogenium inſtituere ex contra
ctu, nec vltima voluntate, niſi ex tertio bonorũ.
Cùm in ceteris bonis cuiuſcũque qualitatis ſint,
parentes ſint eidem heredes neceſſarii. l. 6. in legi
bus Tauri. quæ eſt l. 1. tit. 8. lib. 5. in nou. ll. Reg. col
lect. niſi ad id habeat Regiam facultatem, vt ſu-
pra iſto lib. c. 1. nu. 28. diximus, vel ipſorum paren
tum licentiam, vt ſupra iſto lib. c. 3. nu. 49. etiam
reſoluimus.
¶Ceſſante autem Regia facultate, ſine parentũ
licentia, nedum non poterit filiusfamilias, niſi de
22 ſolo tertio bonorum Maioratum inſtituere: † imò
quod plus eſt, ſi parenti in bonis eiuſdē filiifami-
lias vſusfructus competebat, non poterit filius-
familias viuente patre, Maioratum, niſi de nuda
proprietate tertij abſq. vſufructu inſtituere, quã
uis mortuo parente vſusfructus cōſolidari debe-
23 at proprietati. Licentia † nãque filio ad teſtandũ
conceſſa ex d. l. 5. Tauri. abſq. præiudicio vſusfru
ctus parenti in bonis filij competentis intelligē-
da eſt. Quod probatur ex eleganti doctrina Bal-
di in l. ſi quæramus in fin. ff. de teſtam. vbi ſingula
riter inquit, quòd ſi ſtatuto caueatur, ꝙ filius-
familiàs poſſit teſtari, id intelligendum erit, dum
modò id fiat abſque præiudicio patris reſpectu iu
ris, qđ habet in bonis filii. Idq. etiã ſequit Imol. in
c. quia ingredietib⁹. n. 28. de teſt. Guillel. Benedi.
ĩ c. Rainutius. ver. matrē inſup Clerã. n. 24. de te-
ſta. Pinel. qui plura refert in l. 1. C. de bo. mater. 1.
par. n. 44.



par. n. 44. Si autē filius poſſet teſtari de tertia par
te bonorum ſuorum, quo ad proprietatē, & vſu-
fructum, clariſſimè pater damnificaretur in vſu-
24 fructu eiuſdem tertiæ partis. Quod † etiã mortuo
filio pater per totum tempus vitæ ſuę frui debet.
l. ſi quis, vel ſi qua verſi. Sin verò defuncta perſo
na. C. ad Trebellianum per quem text. communi
ter Scr. id not. l. fin. C. de cōia de ſucceſſio. Pinel.
qui plura refert in l. 1. C. de bon. mater. 1. par. n. 39.
Mencha. qu latè proſequitur materiam de ſucceſ
ſio. progreſſ. lib. 1. §. 1. n. 39. Ex quo patet licentiam
à d. l. Regia conceſſam filio ad teſtandum de ter-
tia parte bonorum, non eſſe extēdendã ad vſum-
fructum in ea ad partem pertinentem, ſed ſolum
ad nudam eiuſdem tertiæ partis proprietatem.
Quod ex pluribus nimis ingenioſè atq. ſatis eru-
ditè (vt aſſolet) probat Peralta, qui in id omninò
videndus erit in Rub. ff. de hæredib. inſtitu. n. 181.
vbi latiſſimè proſequitur materiam. Quam etiam
opinionem eo non citato, veriorē exiſtimat Tel-
lius Farnand. in d. l. 5. Tauri. nu. 3. cum ſeque. vbi.
plura in eius opinionis comprobationē adducit.
Quorum opi. verior ac iuris principiis magis cō-
ueniens mihi videtur: quanuis contrariã cōſtan-
ter defendat Ant. Gometius. in l. 6. Tauri. n. 13. cũ
ſeque. Cuius fundamentis reſpondet Tellius Fer
nand. d. l. 5. Tauri. & quanuis contrarium etiã opi
netur Mencha. de ſucceſ. progreſſ. d. lib. 1. §. 1. nu.
31. de hoc tamen cùm caſus contigerit, maturiùs
penſandum, ac deliberandum erit.
25 ¶De † filio autem coniugato poſt benedictiones
nuptiales acceptas, dubitandũ non eſt, quin poſ-
ſit ex tertia parte bonorum, tã in vſufructu, quã
in proprietate Maioratũ inſtituere, cùm ex. l. 48.
Tauri. quæ eſt l. 9. ti. 1. lib. 5. in noua. ll. Reg. colle-
ctione. Ex matrimonio, & nuptialib. benedictio
nib. pater amittat vſumfructum bonorum filij,
ipſiq́ue filio ea bona, tam in vſufructu, quàm in
proprietate ſtatim acquirantur.
¶ Similiter etiam circa iſta prætermittendum
non erit, quòd quanuis filiusfamilias non poſſit
facere Maioratũ ex cōtractu de bonis aduētitiis;
in quibus ad parentem pertinet vſusfructus abſ-
26 que eius conſenſu: † poterit tamen eundē Maio-
ratum reuocare, ſi reuocabilis ſit abſque parētis
conſenſu. Quod ſic cenſuerunt Dynus, Cinus, Sa
licet. & cæteri in l. ne fratris. C. de don. cauſ. mor
Rapha. Fulgo. & Corn. in l. ſenum. C. qui teſta. fa
ce. poſſ. Tiraq. de legib. cōnub. & iur. marital. gl.
3. in verb. contractor in 6. q. idem Tiraq. de Pri-
moge. 68. quæſt. 4. n. 4.
27 ¶Ex † eiſdem etiam rationibus comprehendi po
terit, vtrũ furioſus, mente captus, vel phrenetic⁹
28 valeant Primogeniũ inſtituere. Cùm † enim fu-
rioſus mente captus, ſeu phreneticus, nec contra
ctum, nec vltimam voluntatem facere poſſint. l.
furioſum. C. qui teſtamenta face. poſſ. Iaſ. Dec. &
coiter Scri. id not. Tex. in. l. in negotiis contrahē-
dis. ff. de reg. iu. vbi Deci. & Cagnol. plura in idē
adducunt. l. 1. ti. 13. part. 6. Conſequēs eſt, vt nec in
vltima voluntate nec in contractu valeãt Primo
29 geniũ inſtituere, niſi † furioſus, mente captus, vel
phreneticus habeãt dilucida interualla: tũc enim
tempore ſanæ mentis, ſiue in vltima volũtate, ſi
ue in cōtractu Primogenium inſtituere poterũt,
cum eo tempore valeant contractũ, ſeu vltimam
voluntatem facere. d. l. furioſum, vbi cōmuniter
Scri. id notant. l. cum furioſus. vbi etiam per Scr.
ff. de iudi. Quod, probato ſanæ mentis interuallo
30 tempore inſtitutionis Primogenij, verũ eſt. Si † ve
rò de furore antecedenti continuato cōſtet, nec
dilucidum interuallũ tempore inſtitutionis. Pri-
mogenij probetur, non ſana mēs, ſed furor in du
bio præſumēdus erit, cùm furor ipſe durare præ
ſumatur. tex. in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inte
ſta. per quem tex. gloſ. ibi. verb. *Compotē*. Ant. Ab.
& communiter Scri. id notant gloſ. in c. indicas
Hermannum. 3. q. 9. Quas ſequũtur Bal. Alex. Iaſ.
& cęteri in d. l. furioſum. Xuar. allega. 1. pag. 10.
Boer. deciſ. 23. nu. 89. Carol. Ruinus. conſ. 67. n. 9.
lib. 1. Bertr. conſ. 48. li. 1. n. 24. Iacob. de ſanct. Ge-
orgi. in l. nec codicillos. n. 3. C. de codi. Quod pro-
cedit, niſi Primogenium ipſum rectè actanquam
ab homine ſanæ mentis, non autem furioſo factũ
fuerit. Tunc namque, non in interuallo furoris,
ſed potius ſanæ mentis factum fuiſſe præſumen-
dũ eſt, prout ex pluribus probat Iaſ. qui plura re-
fert in d. l. furioſum. nu. 3. Deci. in d. l. in negotiis
num. 2. & alibi ſæpe Scrib.
31 ¶Curator † autem furioſi Primogenium ex bonis
eiuſdem facere non poterit. Quanuis enim poſſit
omnes cōtractus nomine furioſi facere. l. 2. C. de
cura. furio. iunctis pluribus aliis, quæ ſup. iſto li.
c. 7. nu. 46. adducta ſunt: nō tamen poterit Primo
genium inſtituere, cùm Maioratus inſtitutio do
natio ſit, curatores autem donationem facere nō
poſſunt. l. non omni. C. de adminiſtra. tuto. l. lex,
quæ tutores. ff. eodem. quæ iura, quanuis loquan
tur in tutorib. minorum, in curatoribus furioſo-
rum ſeruanda ſunt. d. l. 2. C. de cur. furio. Quod ex
eo præſertim cōprobatur, quòd Primogenia ex
aliorum filiorũm legitima frequenter inſtitui ſo
leant. Quod curator etiam facere nō poterit, nec
iuſtum eſſet, quòd eidem licētia à Principe ad id
efficiendum concederetur. Idq. veriſſimum mihi
videtur, niſi Maioratu iam ab eo, qui ſanæ mētis
erat inſtituto, eidem furor ſuperuenerit. Nec fa-
cultas ad illum inſtituendũ ab eo impetrata fue-
rit. Tunc namque, conſtito de furioſi voluntate,
*forſan poſſet iuſtè à curatore furioſi peti*, atque
impetrari, vt Maioratus ante furorē factus con-
firmaretur, vt ſup. iſto lib. d. c. 7. n. 46. oſtenſum
eſt.
¶Similiter etiam ex ſuperiùs adductis compre-
32 hendi poterit, † vtrũ prodigus cui iã bonis inter-
33 dictum eſt, poſſit Primogeniũ inſtituere. † Cùm
enim ipſe poſt interdictionem, nec poſſit contra
here, nec vltimam voluntatem facere. l. is, cui bo
nis vbi latiſſimè per Scrib. ff. de verb. obliga. l. is,
cui. ff. de teſta. tex. in §. itē prodigus. Inſt. quib. nō
eſt permiſ. face. teſta. l. 13. ti. 1. par. 6. conſequēs eſt,
vt nec poſſit Primogenium ex contractu, neque
ex vltima voluntate inſtituere.
¶Quod quando ipſe prodigus abſque curatoris
authoritate Primogeniũ inſtituit, planè, & abſ-
34 que cōtrouerſia *procedit*: ſed † quando Primoge-
niũ ex contractu, curatoris authoritate interue-
niente à prodigo inſtituitur, videtur dicendũ id
à prodigo cum authoritate curatoris fieri poſſe:
præſertim facultate Regia præcedente, qua Prin
cipi narratum fuerit, eum eſſe prodigum, eidém-
que bonis interdictum eſſe, vel ſi facultas Regia
neceſſaria non ſit, interuenire iudicis decreto
35 atque cauſæ cognitione. Prodigus † namque cum
authoritate curatoris omnes cōtractus facere po
teſt, vt in d. l. is, cui. ff. de verb. oblig. omnes Scri.
aduertunt, & eſt ſimilis pupillo curatorē haben-
ti. l. ſi curatorem habens mino. ibi. *Cũ non ab ſimi-*
*lis*

*lis ei habeatur minor curatorem habens, cui à Prætore,
curatore dato bonis interdictum eſt*.C.de in integ.re
ſtitu.mino.vbi gl.& communiter Scrib.id notāt
Qui minor curatorem habens,cum authoritate
eiuſdem,Primogeniū inſtituere poteſt, vt ſupra
iſto.c.n.7.reſoluimus.In quo prodigus diſſimilis
eſt furioſo,qui pupillo,ſeu minori adulto non æ-
quiparatur.l.in negotiis.cum ſimilib.ff.de regul.
iur.Ideóque non mirum ſi curator furioſi Primo
genium inſtituere non poſſit:prodigus autem cū
authoritate curatoris ſic.
¶Quæ omnia in primogenio ex contractu inſti-
36 tuto,(vt prædiximus) procedunt.Ex† teſtamen-
to autem prodigus Primogenium inſtituere nō
poteſt,quanuis adultus curatorē habens illud ex
teſtamento inſtituere poſſit,vt ſupra iſto c.nu.6.
37 demōſtrauimus.Ea † namque æquiparatio, quæ
in d.l.ſi curatorem habens,dicitur eſſe inter pro
digū,& minorē curatorē habētem, ſolū in actib.
viuentium,non autē in vltimis voluntatibus in-
telligēda eſt.l.is,cui.ff.de teſta.Bar.in d.l.ſi cura
torē.1.oppoſi.Iaſ.in d.l.is,cui.ff.de ver.oblig.n.8.
¶Conſequenter etiam ea quæſtio reſoluenda e-
38 rit,vtrum† ſcilicet monachus valeat Primogeniū
inſtituere.In qua quæſtione tres caſus cōſideran
di ſunt.Aut enim monachus fecit Primogenium
antequā monaſterium ingrederetur,vel poſt in-
greſſum monaſterij,& ante profeſſionem,vel de
mum iam facta profeſſione.
¶In primo caſu,quādo ſcilicet monachus ante-
quam monaſterium ingrederetur,Primogenium
inſtituit,dicendum eſt Primogenium ipſum,ſiue
in contractu,ſiue in teſtamento inſtitutū, mero
39 iure valere,†cum monachus ante ingreſſum mo
naſterij de bonis ſuis liberè,ſiue ex contractu,ſi-
ue ex teſtamēto diſponere valeat.tex.in Auth.de
monach.§.ſi quis autem verſi.Illud quoq; coll.1.
40 ¶Sed dubium,& non mediocre verſari ſolet,†v-
trū,quanuis Primogeniū hoc ante ingreſſum fa-
ctum mero iure valeat reuocetur tamen ingreſſu
41 monaſterii,† cùm monaſterium habeatur loco fi
lii.tex.in Auth.de Sanctiſſ.Epiſcop.§.ſed & hoc
præſenti colla.9.& in Auth,niſi rogati.C. ad Tre
bell.& in c.præſentia vbi Auguſti. Boroius. nu.
475.plura in idem adducit. de proba. Tiraquel.
qui etiam plura refert.in rep.l.ſi vnquam ver.ſuſ
ceperit liberos nu.36.cum ſequen.C.de reuo. do
na.Filii autem agnatione reuocatur teſtamentū
præcedens.l.1.cum ſimilib.ff.de iniuſt.rupt.ſicut
& donatio.l.ſi vnquam.C.de reuocan.dona.
¶Quod dubium in monacho, qui monaſterium
ſucceſſionis capax ingreſſus fuit, accipiēdū erit,
nō autem in eo,qui monaſterium incapax ingreſ
42 ſus eſt.Monaſteriū †nāq; quod ſucceſſiōis capax
nō eſt,nō poteſt Primogenium præcedens irritū
efficere,ſiue ex teſtamento, ſiue ex cōtractu fa-
43 ctū fuerit.Ius†namq.ſuccedendi, & ius rūpendi
ſunt connexa,& tanquam connexa ſe habent in
actu,& priuatione,ita vt qui non pōt ſuccedere,
nec ēt poſſit rūpere.l.ſuus hæres.C.de rep. hære.
l.ſi poſt mortē.§.liberi.ff.de bon.poſ.contra tab.
Tiraq.qui plura refert in huius regulæ compro-
bationem de Primogenitura.q.53.n.13.cū plurib.
ſequen.Sicq.monaſterium incapax non rūpere
diſpoſitionē præcedentē,cenſuerunt Auguſt.Be
roius. in d. c.in præſentia nu. 400. poſt Felin.ibi
nu.54.& Abb.n.50.& Iul.Clar.lib.3.ſenten. §.te-
ſtamentum.quæſt.28.verſi.ſed retenta.

¶In hac autem quæſtione diſtinguendum erit.
Aut enim Primogenium inſtitutum fuit à mona
cho ante religionis ingreſſum ex vltima volunta
te,aut ex contractu.Si ex vltima voluntate inſti-
tutum fuit,ſubdiſtinguendum eſt.Nam aut tem
pore,quo illud inſtituit,non cogitabat de ingreſ
ſu monaſterii:aut cogitans de ingreſſu illud inſti
tuit.Si non cogitabat de ingreſſu,dicendum eſt,
Primogenium ex ingreſſu monaſterii nullum ef
44 fici.Quando†enim teſtator fecit teſtamentum
nō cogitās de ingreſſu, poſteaq. monaſterium in
greſſus eſt,per ingreſſum rūpitur ipſum teſtamē
tum:prout dixit Bar.poſt Odoffre.& Iacob.Butri
ga.ibidē in Auth.ſi qua mulier.n.7.C.ſacr.ſanct.
Eccle.cuius opi.ſequūtur.Bal.& Pau.quos refert
Iaſ.nu.21. dicens,ꝙ ab hac opi.Bar.non eſt rece-
dendum in iudicando,& conſulendo.Eamque di
xit communem eſſe Imol.in c.1.de teſta.n.11.Ioa.
Dilectus.de arte teſtam.nu.5.Iulius Clar. d. li.3.
ſenten.§.teſtamentum.q.28.ver.ſed retenta.
¶Hæc autem Bar.opi.quanuis communis ſit dua
bus tamen rationibus ſtare non poteſt. Prima,
quia ingreſſus monaſteriū, tūc videtur ſe, & ſua
eidem dicaſſe,cùm prius teſtatus nō fuit. Tex.in
Auth.nūc autem.C.de Epiſ.& cler.& ibi *Si priùs
teſtatus non ſit*.Qui tex.atq. alia iura, quæ de hoc
loquuntur nullam diſtinctionem faciunt,an ſci-
licet à cogitāte de ingreſſu,teſtamentum factum
fuerit,vel non.Secunda,quia quanuis hoc ceſſa
ret,& monachus ingrediendo monaſterium cen
ſeretur voluntatem contrariā teſtamēto demon-
ſtrare ex contrària voluntate ēt expreſſa teſtamē
tū priùs factū non reuocatur: niſi alia diſpoſitio
contrarii facta fuerit.Tex.in §.ex eo autē ſolo In
ſti. quib.mo.teſta.infir.tex.in l.ſancimus,cum ſi-
milib.C.de teſta.ad quas rationes nō pōt cōgrua
reſponſio aſsignari.Ideóque hanc Bar.opi.reprò
bat Anto.in d.c.in pręſentia.cuius opi.aduerſus
Bar.ſequuntur ibidem Abb.nu.52.& Fel. n.54.at
que Deci.n.61.ſi.ver. Quanuis ipſe Deci. prius.
Bar.opi.defendit,& Aug.Beroius.n.516 cum ſeq.
¶Nec obſtat, ſi dicatur monaſterium loco filii
haberi,ideóque teſtamentū ex monaſterii ingreſ
ſu in hoc caſu ſicut agnatione poſthumi irritū
45 cēſeri.Nam† monaſterium non habetur loco fi-
lii,niſi in caſibus à iure expreſsis,vt Scribē.quos
ſupra.nu.40.citauimus,reſoluunt.Et in hoc caſu
non ſolum non eſt expreſſum,quòd loco filii ha-
beatur:imò contrarium,vt apparet,ex deciſ.tex.
in d.Auth.nunc autem.
¶Sed cùm pluries quæſtio hæc mihi contigiſſet,
46 ſemper hac diſtinctiōe illa reſolui:aut†enim quā
do monachus fecit profeſſionē omnia bona ſua
expreſſè contulit monaſterio,& tunc cenſebitur
ex hoc primum teſtamentum reuocatum, ſicut
oīa bona ſua expreſſè alteri donaſſet, vel ea alie-
naſſet.Aut fecit profeſsionē ſimpliciter,in cuius
conſequentiā cenſetur tacitè bona ſuo monaſte
rio dicare,& tūc ex hac tacita,& præſumpta bo
norum tranſlatione in monaſterium facta,nō eſt
cenſenda prima diſpoſitio teſtamēti expreſſa, re
uocata,ex tex.in d.Aut.nunc autem. Qui ſic eſt
intelligēdus.C.de epiſco.& cleri. quæ diſtinctio
colligitur ex Anto.in c.in præſenti,& Abba. ibi
dem.nu.52.& Deci. n.61.& Aug.Beroio. nu. 517.
cum ſequen.Idque ipſum ſequitur Iulius Clar.
d.quæſt.28.verſ.ſed retenta.
¶Quòd vltimum pręſertim procedit quando ſta-
tim



tim poſt factū teſtamētū monaſterij ingreſſus cō-
tingit,tūc námq; teſtamētum nō annullatur, vel
ex eo ꝙ ex tēporis breuitate monachus ipſe de
ingreſſu cogitaſſe cenſendus ſit,vel ꝙ ex eadem
tēporis breuitate teſtamēti mutatio nō pręſuma-
tur.Idq; verū eſſe cenſent.Bal.Fulg.& cōmuniter
Scrib.in d.Auth.ſi qua mulier. Guil.Bene.in ca.
Rainutius de teſta.ver.in eo.teſtamēto relinquēs
el.2.n.24. Ber.in d.c.in pręſentia de broba.n.517.
47 ¶In†hac autē re animaduertēdū eſt,in his caſib.
in quibus diximus teſtamētū non reuocari,facta
profeſſione,etiam portionē aliquā legitimā mo-
naſterio præſtādā non eſſe.Ab ea námq; ex teſta-
mento præcedēti monaſteriū excluſum eſſe cen-
ſendū eſt, vt ex pluribus probat Aug.Beroius in
d.c.in pſentia.n.519.cū ſeq.Cuius opinio ſequen-
da eſt,aduerſus Anto.ibi.&D.Dida.de Couar.in
d.c.2.de teſt.n.5.ad fi.qui cēſuerūt in his caſib.le-
gitimam portionē monaſterio eſſe præſtandam.
48 ¶ Similiter etiā animaduertēdū erit, † ꝙ quando
teſtamētū reuocatur ex expreſſa bonorū dicatio-
ne facta à monacho,ipſi monaſterio,non ſolū re-
uocatur,teſtamētū ipſū quoad inſtitutionē,ſed ēt
quoad omnia.Cū enim teſtamētū hoc nō reuoce
tur poſthumi agnatione,ex eo ꝙ monaſteriū fa-
cto teſtamēto,loco filij non habeatur: ſed ex ex-
preſſa bonorum donatione poſt teſtamētū,facta,
prout ſuperius oſtendimus atq; optimè conſide-
rat Aug.Bero.in d.c.in præſentia paulò ante.nu.
516. conſequens eſt, vt in hac ſpecie nō ſit ſeruā-
da diſpoſitio tex.in Auth.ex cauſa.C.de libe.pręte-
teri.ſed quo ad omnia teſtamētū reuocatū cēſen
dū ſit.Idq; verū mihi videtur,quāuis Iulius Clar.
d.q.28.verſ.Sed retēta,ad fi.cenſeat hoc caſu te-
ſtamētū ſolum quo ad inſtitutionē reuocari, cæ-
tera autem firma manere. Cuius doctiſſimi viri
opinionem in hac parte ꝓbare non poſſum, quæ
omnia quando monachus Primogeniū inſtituit
ex vltima voluntate, non cogitans de ingreſſu,
vera ſunt.
49 ¶Si†verò monachus tēpore inſtitutionis Primo-
genij ex vltima volūtate inſtituti,cogitabat de in
greſſu,dicēdū eſt teſtamentum ex ingreſſu ſubſe-
quuto nō reuocari, ſiue aliquid monaſterio reli-
ctū fuerit,ſiue non. Quod ſic opinatur Bart.in d.
Auth.ſi qua mulier.C.de Sacr.Sanct.Eccl.n.8.Cu
ius opi.ſeq.Bal.Paul.& plures ex Scrib.ibidē.Eā-
q; dixit veriorē Imol. in l.1.n.12.ff.de teſt.Abb.n.
52.Deci.n.61.Auguſt.Beroius.n.522.in c.in pręſen
tia de ꝓba. Eámq; dixit cōmunē Ripa.in l.ſi vn-
quā.q.35.n. 94. Atq; Iulius Clar.d.q.28.verſ.Aut
verò,& D. Dida.de Couarr.in d.c.2. de teſta.n.5.
Eáq; proculdubio vera opinio,atq; cōmunis eſt,
& hæc quando Primogeniū ex vltima voluntate
inſtitutum fuit,ſic proculdubiò tenenda ſunt.
50 ¶Si autē†Maioratus ex contractu inſtitutus fuit,
dicēdū erit,ꝙ ſiue à cogitante de ingreſſu,vel ab
illo,qui de ingreſſu non cogitabat,inſtitutus fue
51 rit,ex ingreſſu monaſterij nō reuocabitur.† Di-
ſpoſitio nāq; legis,ſi vnquā.C.de reuocan.dona.
quę inquit,ex ſuperueniētia filiorū donationem
non reuocari:in monaſterio nō procedit,vt not.
Alber.in l.ſi vnquā.C.de reuocā.dona.co.fi.verſ.
Itē quęro ſi aliquis. Cuius opi. ſequutus fuit Ri-
pa.ibid.q.34.n.92.cū ſeq.atq; Tiraq.qui plura re-
fert in eadē.l.verb.*Suſceperit liberos*.nu.37.cū ſeq.
Sed quāuis hæc opinio quo ad alias donationes
vera ſit,mihi autē id exactiùs cōſideranti,quoad
Primogenia diſtinguendū videtur.Nam aut Pri-

mogeniū irreuocabile eſt,& tūc dicēdū eſt idem,
quod nūc in donatione dicebamus,ꝙ, ſcilicet in
hac ſpecie diſpoſitio d.l.ſi vnquā nō procedat. Si
verò reuocabile ſit,dicendū erit idē,quod ſupe-
riùs in teſtamento,ſeu alia vltima volūtate dictū
fuit,cùm Primogeniū reuocabile, etiā in cōtra-
ctu inſtitutū,quo ad effectus vim vltimæ volūta-
tis obtinet,vt ſupra lib.1.c.12.nu.23.oſtenſum eſt.
Et hæc de primo caſu, quando ſcilicet ante in-
greſſum monaſterij Primogeniū inſtitutum fuit,
dixiſſe ſufficiat.
52 ¶In 2.caſu,† ſcilicet quando Primogeniū à mona-
cho ante profeſſionē inſtitutū fuit,dicendū erit,
ꝓ omnia in eo reſoluēdū eſſe, prout reſoluimus
in monacho,ꝗ ante ingreſſum monaſterij Primo
geniū inſtituit, quādo cogitans de ingreſſu illud
53 fecit.Monachus† nāq; nouitius intra annū ꝓba-
tionis tāquā laicus cenſendus eſt,nec dicitur mo
naſteriū ingreſſus is ꝗ nondū fecit profeſſionem.
Bart.in d.Auth.ſi qua mulier.nu. 20. C.de Sacr.
San.Eccleſ.Vbi id etiam cæteri Scrib.not.Fulgō.
Paul.Alex.& Corn.in l.ſi quis hæredē.C.de inſt.
& ſubſt.tex.in c.religioſo,de ſenten.excom.lib.6
& in c.non ſolū,& in c.conſtitutionem,de regul.
eo.lib.Aug.Beroius in dict.c.in præſentia de pro
ba.n.552.Tiraq.qui plura refert de retract.Lignā
gier.§.1.glo.8.n.34.cum ſequen.Quod in caſu,de
quo agimus verum eſſe cenſuit Iulius Clar.lib.3.
ſenten.§.teſtamentum,q.28.verſ.dixi.
54 ¶In tertio caſu,† ſcilicet quando Primogeniū ſit
à monacho,poſt factam profeſſionem,dicendum
eſt,hoc tempore monachum deſcendentes, ſeu
aſcendentes non habentem,Primogenium inſti-
tuere non poſſe. Monachus namque poſt factam
profeſſionem,nec poteſt teſtamentum condere,
nec aliquo alio pacto de ſuis bonis diſponere.
tex.in Auth.ingreſſi.C.de Sacr.San.Eccle.quę eſt
canonizata in c.quia ingredientib.19.q.3. Ideóq;
nec Primogenium inſtituere poterit, cùm ex re-
gula,quā in principio huius capitis præmiſimus,
is,qui non poteſt contrahere, vel vltimam volū-
tatem facere,nec poſſit etiam Primogenium in-
ſtituere.
55 ¶Dubiū † autem verſabitur in eo monacho, qui
filios, vel alios deſcendentes habet.Is nāque ex
teſtamento, vel alio quocūque genere ſcripturæ
poterit inter eoſdem filios de bonis ſuis diſponē
re.tex.in Auth.ſi qua mulier.C.de Sacr.S.Eccl.&
in cap.ſi qua mulier.19.q.3.cum quibus cōcord.l.
17.tit.1.part.6.Et quanuis ex ea regula,quam pręe-
miſimus,videretur dicendū,hunc monachum fi-
lios habētem,poſſe in vno ex filiis ſuis Primoge-
nium, ſiue ex diſpoſitione legum Regiarum, ſi-
ue ex facultate Regia ante ingreſſum obtenta,in
ſtituere,cùm poſſit inter eos bona ſua,ſiue ex vl-
tima voluntate, ſiue ex contractu diuidere: hæc
tamē res maximā difficultatē habet ex eo quòd
56 ex deciſ.tex.in dict.Auth.ſi qua mulier:†pater qui
profeſſionem in monaſterio ſucceſſionis capacē
fecit, non poſsit aliquid minus legitima filiis re-
linquere, nec etiā aliquid plus ipſa legitima, niſi
tantūdem etiam monaſterio relinquerit. Tātùm
enim habere debet monaſterium, quantū filius,
cui plus ex hæreditate paterna relictum fuit.
57 Quod etiam d.l.17.partitarum diſponit.† Ideóq;
patrem monachum, qui poſt factam profeſsionē
teſtamentum, vel diuiſionem bonorum inter fi-
lios fecerit,non poſſe meliorationem tertij inter
eoſdem filios facere, dixit Grego. Lopius in d.l.

17.tit.1.part.6.in glo.in verb. *Vno dellos*. Idq́; ea ratione: quia hoc eſſet lædere monaſteriũ, cui non poſſet pater ex melioratione aliud tertiũ aſſignare. Quod etiam in Maioratu ex Regia facultate inſtituto, pari ratione dici poſſet: cùm facultas legis ac Principis çquiparétur. tex. in Auth. de cõſulib. ad fi. colla. 5. iunctis his, quæ ſupra lib. 1. c. 1. nu. 20. latiùs adducta ſunt.

¶ Sed hæc omnia exactiùs cõſiderãda, atque expendẽda ſunt. Ideóq; pro huius quæſtionis reſolutione tres caſus cõſiderandi erũt. Primus quãdo monachus voluerit ex tertia bonorum portione Primogenium inſtituere. Secundus, quãdo illud inſtituere voluerit, ex quinta bonorũ ſuorum parte. Tertius, quando illud facere vult etiam ex legitima filiorum, præcedente Regia facultate.

¶ In primo caſu dicendum erit, ex tertia bonorũ portione monachum, qui iam profeſſionẽ fecit, poſſe Primogeniũ inſtituere in vno ex filiis ſuis, quem ab hoc eligere maluerit: quanuis cõtrariũ exiſtimauerit Grego. Lopius, quem ſuperiùs cita-
58 uimus, qui in hac parte apertiſſimè labitur.† Ad quod probandum præſupponimus, ex deciſ. text. in d. Auth. ſi qua mulier, & ex d. l. 17. partitarum parentem monachum, qui poſt ingreſſum monaſterij vult inter liberos teſtari, aſtrictũ eſſe filiis legitimã abſque diminutione relinquere. Quod probat text. in d. Auth. ſi qua mulier. ibi. *Legitima nulli diminuta*. Vbi communiter Scrib. id notant.

59 ¶ Similiter etiã† præſupponimus, parẽtem monachum teneri omne illud, quod legitima filiis relicta ſupereſt, monaſterio deferre. d. Auth. ſi qua mulier. ibi. *Et quod is non dederit, monaſterio cõpetet*. Idq́; clariùs probat. d. l. 17. partitarum. ibi. *Dexãdo a cada vno de ellos ſu legitima parte, y no mas*. Cum enim omnia bona ingredientis monaſteriũ, efficiantur eiuſdem monaſterij, iuxta tex. in d. Auth. ingreſsi, cõſequẽs eſt, vt omne illud, quod legitima filiis relicta ſupererit, monaſterio cõpetat: nec pater poterit plus legitima filiis relinquere, niſi tãtundẽ ipſi monaſterio relinquendo, quantũ filio, ad quem plus ex bonis eiuſdem peruenit, relictũ fuit, ex deciſ. tex. in dict. Auth. ſi qua mulier, vbi id apertiſsimè deciſum eſt.

60 ¶ His igitur præmiſsis† ex eiſdẽ conſequitur neceſſariò, ꝙ cùm hodiè legitima filiorũ ex legibus fori, & Tauri ſint omnia bona parentis, excepto quinto, pater monachus nõ tenebitur, nec poterit monaſterio quidpiã aliud præter quintum bonorũ relinquere, cætera autem bona tenebitur inter filios diſtribuere.

61 ¶ Similiter etiã infertur, † ꝙ relicta à parẽte monaſterio quinta bonorũ portione, ex cæteris bonis, quæ reſpectu extraneorũ ſunt filiorũ legitima, poterit ipſe parẽs vni ex filiis iure Maioratus tertiã reliquorũ bonorũ partẽ relinquere, abſq; eo, ꝙ ex hoc monaſteriũ cõqueri poſsit, nec portionẽ aliquã ex hac tertia parte petere. Cũ enim monaſterio quintũ iã à parẽte relictũ fuerit, nihil aliud ex bonis parẽtis prętẽdere poterit, vt ſuperiùs oſtẽdimus, nec etiã filij cõqueri poterũt, legitimã ſibi diminutã eſſe, cũ tertiũ reſpectu filiorũ legitima non ſit ex lege 27. Tauri. & cùm etiam nihil aliud pater teneatur filiis relinquere; niſi legitimam, poſſitque tertium vni ex eiſdem, cui voluerit aſſignare.

62 ¶ In ſecundo caſu† dicendũ erit, parentem monachũ non poſſe vltra tertiũ ex quinta bonorũ ſuorum parte Primogeniũ inſtituere. Cùm enim hæc quinta pars nõ ſit legitima filiorũ, & omne illud, quod nõ eſt legitima, ad monaſterium pertineat: conſequẽs eſt, vt ex hac quinta parte pater Primogenium inſtituere non poſſit: cùm hoc in monaſterij præiudicium conuerteretur.

¶ Nec etiã hoc parens facere poſſet relinquendo monaſterio tantã portionẽ, quãtã filio, cui quintũ iure Maioratus prælegauit, relinquit. Si enim hoc verũ eſſet, ſequeretur ꝙ poſſet pater monachus vni filio legitimã atq; tertiã & quintã bonorũ ſuorũ portionẽ relinquere, & monaſterio tãtũdem prælegare, ex filiorúmq; legitima totã monaſterij portionem deducere. Quod ex d Auth. ſi qua mulier, & ex. d. l. 17. partitarũ, ſeu aliquo iure permiſſum nõ eſt, ſiquidẽ omnis poteſtas cõceſſa à lege parẽti monacho ad teſtandũ, abſq; prçiudicio legitimç filiorũ intelligenda eſt, vt prædicta iura diſponũt, & ibidẽ cõmuniter Scrib. reſoluũt. Atq; optimè cõſiderat Greg. Lopius in d. l. 17. parti. in gloſ. in verb. *Vno dellos*. Idq́; notiſſimum eſt.

63 ¶ In† tertio caſu, quãdo, ſcilicet parẽs monachus vult inſtituere Primogeniũ ex legitima filiorum, relictis eiſdem cõpetentibus alimentis, ex Regia facultate, videtur dicẽdũ, hoc ſibi licere, dũmodò quintam bonorum portionem monaſterio relinquat. Cùm enim monaſterio ſuã portionem pater monachus reliquerit ex hac Primogenij inſtitutione, ſoli filij poſſent præiudicari, quorũ præiudiciũ cõſiderabile nõ eſt, cùm id ex Regia facultate parenti permiſſum ſit, dũmodò filiis alimẽta relinquãtur. Quod ex his, quç ſupra in primo caſu diximus cõprobari poteſt. Si enim pater monachus poteſt ex tertio bonorũ Primogenium inſtituere ex legis facultate, ſimiliter etiã ex facultate Principis idipſum facere poterit, cùm Princeps ſit lex viua, & facultas legis, & Principis, vt ſuperiùs diximus, æquiparentur.

¶ Sed his non obſtantibus contrariũ probabilius videtur, ſiquidẽ hæc Regia facultas ex ingreſſu monaſterij expirauit, ſicut aliàs morte expirare ſolet. Monachus nãq; quo ad effectũ teſtãdi, ſeu cõtrahendi pro mortuo habetur. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cler. tex. in Auth. ingreſſi. C. de Epiſc. & cler. & in ca. in prçſentia de proba. vbi id omnes Scrib. annotare ſolẽt. Ideóq; poſt factam profeſſionem, nõ poterit vti Regia facultate, ſed ſolũ facultate ſibi cõceſſa, ex deciſ. tex. in d. Auth. ſi qua mulier, & in d. l 17. partitarũ. Ex quarũ legũ deciſione prçcisè tenetur filiis legitimã integrã & abſq; aliqua diminutione relinquere. Et cũ ea iura ad conſeruandum filijs integram legitimam parẽti monacho, aduerſus cõmunes iuris regulas teſtandi licentiam cõceſſerint, nõ debent cõtrariũ effectũ operari, vt ſcilicet, ex eiſdẽ filiis legitima legibus Regiis debita, minuatur. Ex quibus rationibus patebit etiam reſponſio ad ea, quæ in contrarium adducta ſunt, quæ parùm, aut nihil pro contraria opinione vrgent.

64 ¶ Illud autem prætermittendũ nõ eſt, † ꝙ ſicut pater, qui profeſſionem fecit, poteſt inter filios bona ſua diuidere ſeruato ordine, de quo in dicta Auth. ſi qua mulier, & in d. l. 17. partit. ſimiliter idipſum poterit facere filius reſpectu parentum, ſeu aliorũ aſcendentiũ: & ſi id non fecerit, aſcẽdentes debent obtinere integram legitimã. Quãuis enim dict. Auth. ſi qua mulier de deſcendẽtibus ſolùm loquatur, ad aſcendentes tamen ex rationis paritate extendẽda erit, cũ eis, ſicut & deſcẽdẽtibus legitima debeatur. Quod ſic reſoluũt Alberi.



Alber. nu. 2. Bart. nu. 18. cum ſeq. & communiter Scrib. in d. Auth. ſi qua mulier. vbi Paul. n. 5. hanc dixit communem opi. Innoc. Ioan. Andr. & cçteri, in c. in præſentia. de proba. vbi Abb. num. 53. & Auguſt. Beroius. nu. 523. hanc opi. cõmunem eſſe profitentur. Grego. Lopez, qui hanc dixit eſſe cõmunem opi. Legiſtarũ, & Canoniſt. in d. l. 17. tit. 1. part. 6. in glo. in verb. *Deſcendieſſen*. Quod & Docto. in pluribus aliis locis annotare ſolẽt, reiecta opi. Azo. qui cõtrariũ cẽſuit, quẽ plures ſequũtur

65 ¶ Ex quo infertur, † ꝙ cùm hodie, legitima aſcendentium ſit omne patrimonium deſcendẽtis, de cuius hçreditate agitur, excepto tertio, quod nullo reſpectu legitima dici poteſt, ꝙ hodiè filius habens aſcendẽtes, & nõ deſcendẽtes, quãuis poſſit inter eos, ſicut inter liberos teſtari, non tamẽ poſſit Primogenium ex reliqua bonorũ ſuorum parte inſtituere, cũ ex legitimã nõ poſſit aliquid parentibus diminuere, ac etiam aſtrictus ſit reliqua bona monaſterio relinquere. Quod præſertim procedit, ſi ſequamur quandã diſtinctionẽ, quam inter prædictas contrarias opin. aſſignauit Iaſ. in d. Auth. ſi qua mulier. n. 33. cum ſeq. Quòd, ſcilicet filius monachus filios nõ habẽs nõ poſſit teſtari, etiamſi aſcendentes habeat, poſſint tamẽ aſcendentes legitimam obtinere, atque illam à monaſterio petere. Quæ opin. mihi probabilis ſemper viſa fuit.

66 ¶ Similiter etiam† ex Regia facultate monachus profeſſus aſcendentes habens, nõ poterit Primogeniũ inſtituere. Cùm enim id monacho deſcẽdentes habenti non liceat (vt ſupra iſto cap. nu. 62. oſtenſum eſt) à fortiori idipſum in monacho aſcendentes habenti dicendum erit.

67 ¶ Sed & illud etiam ſciendum erit, † monachum ex licentia Papç de bonis propriis, etiã poſt profeſſionem teſtari poſſe, vt dixit Bal. in l. final. nu. 24. C. vnde cogna. Idem Bal. in Auth. niſi rogati. nu. 23. C. ad Trebel. Iaſ. qui plura refert in Auth. ingreſsi. C. de Sacr. S. Eccl. nu. 11. Steph. de literis gratiæ, & iuſtitiç. fol. 188. col. 1. D. Did. Couarr. in c. 2. de teſta. n. 10. Ea tamen licentia nõ adeò protrahenda erit, vt eius virtute monachus poſsit ex bonis ſuis Primogenium inſtituere. Licẽtia nãque monacho ſeu Prælato à Romano Pontifice ad teſtandum conceſſa, intelligẽda eſt, dummodò ad pias cauſas non autem ad profanas teſtetur, prout infra ca. ſequen. n. 30. latiùs annotabimus.

68 Qua ratione† monachis etiam conſulendum erit, vt in omnibus caſibus, in quibus monacho iam profeſſo Primogenium inſtituere conceditur, illud non ex ſola familiæ conſeruatione, quæ à monachis aliena eſſe debet, ſed ex alia iuſta, atque honeſta cauſa, & quæ religionis ſpecimen præ ſe ferat ad illud inſtituendum moueantur.

69 ¶ Hinc etiam decidi poterit, † vtrũ milites. S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcãtarç ex bonis patrimonialibus valeãt Primogeniũ inſtituere. Quãuis enim quodammodò religioſi eſſe cenſeantur, atque ex eo in eis idipſum, quod in monachis diximus, prima facie dicendũ videatur: nulli tamen dubiũ eſt, niſi ꝙ Primogeniũ ex bonis patrimonialibus inſtituere poſſint: cùm ſiue ex religionum ſuarũ ſtatutis, Apoſtolica authoritate firmatis, ſiue ex antiquiſſima obſeruatione eiſdem permiſſum ſit de bonis ſuis liberè, & in vita, & in morte diſponere. Nec obſtat eis profeſſio ſolennis, quam in eiſdem religionibus faciunt, ex qua videtur eis (prout aliis monachis) prohibita bonorum ſuorũ diſpoſitio, niſi inter deſcendentes, ſeu aſcẽdẽtes: prout paulò antè in aliis monachis reſoluimus. Cùm enim ea profeſſio, ſecundum earundem religionũ ſtatuta, atq; obſeruationes facta eſſe cẽſeatur, nõ poteſt in plus illos obligare, q̃ ſtatuta, ſeu obſeruationes ipſius religionis eos aſtringũt.

¶ Ex quibus conſtat, nullo pacto ſuſtineri poſſe illud, quod nimis rigidè dixit Marti. Nauarrus, vir alioqui doctiſſimus, in c. fi. 16. q. 1. in 3. q. n. 31. Quod ſcilicet, quãuis clerici, atq; Prælati ſeculares, poſsint ex bonis patrimonialib. ſeu quaſi patrimonialib. Primogenia inſtituere: milites autẽ, ſeu Cõmendatarij prędictarũ religionũ, ſi in eis ꝓfeſsi fuerint, nõ poſsint etiã ex bonis patrimonialibus Primogenia inſtituere. Cũ enim ꝓfeſsio iuxta regulç dictorũ militũ conſtitutiones atque obſeruationes intelligẽda ſit, ex eiſq; milites prçdicti poſsint de magiſtrorũ cõſenſu bona poſsidere, atque de eis, prout ſibi libuerit in vita, ſeu in morte diſponere: conſequens eſt, vt nõ tãquã alij monachi, qui nec in vita, nec in morte de bonis ſuis diſponere poſſunt, cẽſendi ſint: ſed eis ſit libera bonorum ſuorum diſpoſitio cõcedẽda, ſiue ex Primogenio, ſiue ex quacunq; alia diſpoſitione: prout ex cõmuni obſeruatione, ac regulç ſuç cõſtitutionibus eiſdem liberè cõceſſa eſt. Quod poſtquam his militibus licentia cõtrahendi matrimonium cõceſſa fuit, apertiùs procedit: abſurdum namq; foret, ꝙ poſſent filios legitimos procreare, & eis nõ liceret aliquid propriis filiis, nec in vita, nec in morte, ſiue iure Primogenij, ſiue alias relinquere.

¶ Hoc autem, quo ad bona patrimonialia prædictorũ militum clariſsimum eſt. Si verò de Commendarũ ſuarũ redditibus agamus, videtur dicẽdũ ea tãquã beneficia Eccleſiaſtica cẽſenda eſſe. Ideoq; de eis nõ poſſe Commẽdatariũ ex vltima volũtate diſponere. Nec etiã illa in vita, niſi in pios vſus erogare, prout de bonis Prælatorũ, ſeu clericorum in c. ſeq. dicemus. Quod ſic præfatus Martin. Nauarrus in d. c. fina. 16. q. 1. in 3. q. nu. 29. cum ſeq. reſoluit.

¶ Sed verius eſt, quo ad ius fori validas eſſe dictorũ militũ, ſeu Cõmendatariorũ diſpoſitiones, cũ eis, ſiue ex regulæ ſuæ conſtitutionibus, ſiue antiquiſsima obſeruatione, tã in vita, quã in morte de bonis ſuis liberè diſponere permiſſum ſit, ſicq́; obſeruari ſolitũ eſt. Quod autẽ ad ius poli attinet, ſi Commendas horũ militum, tanquã Eccleſiaſtica beneficia cẽſeamus (prout plures cẽſuerũt) Nauarri ſentẽtiã libẽter amplecteremur, ex his quç infra c. ſeq. de bonis Prçlatorum, atq; clericorũ latiùs dicemus. Sed cùm ea opinio dubia ſit, de hac etiam deliberandum erit.

¶ Cõſequenter autẽ hìc tractandũ foret, vtrum deportatus, aut bãnitus, vel etiã is, qui crimẽ lçſç Maieſtatis, diuinç, vel humanç cõmiſit, vel vſurarius manifeſtus, ſeu cæteri, qui nec teſtari, nec cõtrahere poſſunt, Primogeniũ inſtituere valeãt. Sed quia hæc omnia per Scrib. latiſsimè in locis ordinariis traduntur, nec in primogenio aliquid ſpecialiter circa illa mihi occurrit, veráq; reſolutio, quo ad Primogenia ex d. Scrib. ibidẽ cõprehẽdi poterit, ea omnia in hac parte breuitati ſtudẽtes, cõſultò prętermittimus. Quid autẽ de Prçlatis, ac clericis ſecularibus Primogenia inſtituẽtibus dicendũ ſit, in cap. ſeq. dicemus, cùm id ad bona, ex quibus Primogenia inſtitui poſſunt potiùs quàm ad perſonas pertineat.

## SVMMARIA.

1 Ius Primogenituræ extra Hiſpaniam in pluribus Prouinciis: tàm ex bonis mobilibus, quàm immobilibus conſtare ſolet.

2 Ius Primogenituræ in Hiſpania ex ſolis bonis immobilibus conſtat.

3 Feuda, ſeu Emphyteoſis ex ſolis bonis immobilibus: non autem ex mobilibus conſtare poſſunt.

4 Primogenia in Hiſpania, ex pecunia, & bonis mobilibus inſtituuntur, ea lege, vt vendantur, & ex eis bona immobilia comparentur.

5 Maioratus ex annuis redditibus, redimibilibus, quo pacto in Hiſpania inſtituantur.

6 Annui reditus redimibiles, vtrum inter mobilia, vel immobilia connumerentur.

7 Ex gemmis, & aliis rebus pretioſis, aureis, vel argenteis, atque ex enſibus, & armis, & aliis id genus, Hiſpanorum Primogenia inſtitui poſſunt.

8 Res mobiles pretioſæ, loco immobilium habentur.

9 Primogenium vtrum in contractu ex vniuerſis bonis, tam præſentibus, quam futuris inſtitui valeat.

10 Donatio omnium bonorum præſentium, atque futurorum non valet.

11 Etiamſi ipſa donatio iurata ſit.

12 Donatio omnium bonorum præſentium hodie non valet: quamuis iure communi fieri poſſet.

13 Primogenium reuocabile, ex omnibus bonis tàm præſentibus, quam futuris inſtitui poteſt.

14 Donatio cauſa mortis ex bonis præſentibus, atque futuris fieri poteſt.

15 Primogenium irreuocabile ex Regia facultate inſtitutum, ex bonis præſentibus, & futuris fieri poteſt.

16 Primogenium irreuocabile abſque Regia facultate inſtitutum, ex omnibus bonis non valet.

17 Primogenium ex cauſa oneroſa ex omnibus bonis inſtitutum, validum eſt.

18 Donatio omnium bonorum, ex cauſa matrimonij valida eſt.

19 Maioratus irreuocabilis abſque facultate: vtrum fieri poßit, ex omnibus bonis reſeruato vſufructu.

20 Donatio omnium bonorum, reſeruato vſufructu, vtrum valida ſit.

21 Fructus, qui in reſeruatione vſusfructus comprehenduntur, in donatione omnium bonorum non veniunt.

22 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, etiam hodie reſeruato vſufructu valida eſt.

23 L. 69 Tauri, quæ hodie eſt. l. 8. tit. 10. lib. 5. ordi. declaratur.

24 Reſeruatio vſusfructus ad hoc, vt de eo poßit in vita diſponi, non validat omnium bonorum donationem.

25 Reſeruatio modici vſusfructus, vel alterius modicæ quantitatis, non validat omnium bonorum donationem.

26 Epiſcopus, ſeu alius Prælatus ſecularis, vtrùm poßit ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis Primogenium inſtituere.

27 Prælatus poteſt de bonis patrimonialibus, ſeu aliunde, non autem ex Eccleſiaſtica dignitate quæſitis Primogenium inſtituere.

28 Prælatus monachus non poteſt ex patrimonialibus, vel ex his, quæ non intuitu dignitatis acquiſiuit, diſponere, niſi ex licentia Papæ.

29 Maioratus non poteſt à Prælato ſeculari inſtitui ex teſtamento, abſque licentia Papæ.

30 Prælatus ex licentia à Romano Pontifice, eidem ad teſtandum conceſſa, vtrum poßit ex teſtamento Primogenium inſtituere.

31 Prælatus non poteſt Primogenium reuocabile, etiam ex contractu inſtituere.

32 Primogenium à Prælato in bona valetudine exiſtenti, ex contractu irreuocabili inſtitutum, iure fori validum eſt.

33 Prælatus poteſt liberè fructus ſuæ dignitatis, quo ad ius fori donare.

34 Bonorum donatio ſeu commutatio non eſt prohibita Epiſcopis, niſi ex vltima voluntate.

35 Primogenium irreuocabile, à Prælato ægrotante inſtitutum, vtrum validum ſit: ſi ex ea ægritudine mortuus fuit.

36 Clerici infirmi non poſſunt donare cauſa eleemoſynæ, niſi pauca & moderata.

37 Clerici infirmi vſuariis æquiparantur.

38 Teſtari non valens: ſi in graui infirmitate conſtitutus donet, videtur id facere in fraudem teſtamenti.

39 Fraudem facere videtur, qui colore quæſito, in effectu actum prohibitum facit.

40 Primogenium irreuocabile inſtitutum à Prælato ægrotante, validum eſt: niſi aliunde fraus probetur.

41 Donatio inter viuos dicitur illa quæ fit ab eo, qui in mortis articulo conſtitutus eſt.

42 Tex. in c. ad hæc, de teſtam. declaratur.

43 Prælatus non omninò vſufructuario nec vſuario æquiparatur.

44 L. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ. ff. ſolu. matri. & aliæ leges ſimiles declarantur.

45 Text. in c. fina. num. 16. q. 1. declaratur.





46 Prælatus id, quod ſibi vltra congruam ſuſtentationem ex redditibus Epiſcopatus ſupereſt, in profanos vſus conſumens, peccat mortaliter.

47 Prælatus Primogenium ex fructibus Epiſcopatus inſtituens: etiam in caſibus, in quibus concluſum eſt, id ſibi in foro contentioſo licere, peccat mortaliter.

48 Niſi illud ex cauſa pia, vel religioſa, principaliter inſtituerit.

49 Vel niſi poſt congruam eleemoſynarum erogationem, aliquid conſanguineis egentibus iure Maioratus donauerit.

50 Vel niſi Primogenium inſtituat ex fructibus Epiſcopatus, qui ſibi ad ſuſtentationem familiæ neceſſarij erant, quos genium ſuum fraudando in id conſumere noluit.

51 Vel niſi id faciat ex fructibus, ac ſtipendiis officiorum, quæ à principibus ſecularibus accepit.

52 Vtrum Prælatus, vel donatarij in ſubſidium teneantur reſtituere ea, quæ ſibi Prælatus extra cauſam piam donauit.

53 Vtrùm clericus ex bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ poßit Primogenium inſtituere.

54 Clericus poteſt ex generali Hiſpaniæ conſuetudine bona ſua donare, atque ex teſtamento relinquere, eique ab inteſtato à conſanguineis ſucceditur.

55 Conſuetudo permittens clericos teſtari, vtrum valida ſit.

56 Conſuetudo Hiſpaniæ non excuſat in foro conſcientiæ clericum ad profanos vſus teſtantem.

57 Conſuetudo permittens clericos teſtari, quo ad forum exterius indiſtinctè ſeruanda eſt.

58 Clerici ex redditibus Eccleſiaſticis, abſque peccato non poſſunt Primogenium inſtituere.

59 Maritus, vel vxor non poſſunt ex bonis ſibi à priori marito, vel vxore donatis, vel legatis, ſeu aliter ex cauſa lucratiua acquiſitis, Primogenium inſtituere.

60 Tex. in Authen. lucrum C. de ſecund. nupt. declaratur.

61 Regia facultas non eſt ſufficiens ad hoc, vt maritus, vel vxor poßint ex lucris ex primo matrimonio acquiſitis Primogenium inſtituere.

62 Vxor quæ ſecundas nuptias contraxit, non poteſt Primogenium inſtituere ex arris, ſeu aliis lucris conſtante matrimonio acquiſitis.

63 Primogenium inſtitutum ex arris, ſeu lucris priori matrimonio conſtante acquiſitis: tanquàm de re aliena validum eſt, quo ad æſtimationem.

64 Vxor, quæ ſecundas nuptias non contraxit, vtrum ex arris, ſeu donatione, propter nuptias valeat Primogenium inſtituere.

65 Maritus ſolus abſque vxoris conſenſu, vtrum poßit Primogenium in perſona filij communis, ex bonis cõſtante matrimonio acquiſitis, inſtituere.

66 Maritus, vtrum ex bonis conſtante matrimonio acquiſitis poßit donationem facere.

67 L. 4. titul. 4. lib. 5. ordina quæ hodie eſt. l. 5. titul. 9. lib. 5. in noua. ll. Reg. collectione declaratur.

68 Damnatus ad mortem: vtrum valeat Primogenium inſtituere.

69 L. 1. C. de bonis damna. ex tex. in Auth. bona damnatorum. eod. tit. declarantur.

70 Primogenium, vtrum ex re aliena inſtitui valeat.

71 Ex bonis feudalibus cenſualibus, ſeu emphyteoticis, vtrum poßit à parente Primogenium inſtitui.

72 Primogenium de omnibus bonis inſtitutum: vtrùm bona feudalia, cenſualia, vel emphyteotica comprehendat.

73 Prælegata vtrùm in generali Primogenio comprehendantur.

74 Facultatem habens ad inſtituendum Primogenium, vtrum eo inſtituto, poßit aliud ex legum Regiarum facultate inſtituere.

75 Priuilegium, ac ius commune: vtrùm confundantur, vel vtroque ſimul quis vti poßit.

76 Facultas Regia ſemper ita interpretanda eſt, vt aliquid operetur.

77 Facultas Regia poſtquam aliquid operata eſt, reſtringi debet, vt minus lædat.

78 L. fina. C. de repud. hæredi. declaratur.

79 Primogenium: vtrùm inſtitui poßit ex bonis in alio Regno exiſtentibus.

80 Primogenium: vtrùm valeat ex legitima filii clerici religioſi, vel monialis inſtitui, relictis eiſdem competentibus alimentis.

81 Statutum excludens fœminas propter maſculos, vtrùm excludat monialem.

82 Lex principis facta, ob bonum publicum, quæ genericè diſponit, nec de clericis aliquam mentionem facit indiſtinctè: tam clericos, quàm laicos comprehendit, niſi clericis præiudicialis ſit.

83 Primogenium ex facultate Regia, vtrum ex legitima filiorum naſciturorum inſtitui valeat.

84 Exhæredatio filiorum ad poſthumos non extenditur.

85 Verbum filiorum, in materia odioſa comprehendit poſthumos, vbi in alia parte teſtamenti verbum filiorum, ad poſthumos relatum inuenitur.

## *Ex quibus bonis poßit Maioratus inſtitui.*

### CAPVT X.

HACTENVS oſtenſum eſt, quæ per-
ſonæ valeant Primogenium inſti-
tuere, nunc autem reſoluendum
ſupereſt, ex quibus bonis poſſint
Primogenia conſtitui. Qua in re,
illud in primis ſciendũ eſt, ꝙ† quanuis in quibuſ
dam Prouinciis extra Hiſpaniam, ius Primoge-
nituræ, tam ex bonis mobilibus, quàm immobili
bus conſtare ſoleat, prout oſtẽdit Io. Licerier de
Primoge. lib. 2. q. 8. nu. 1. Idque ex eo, quòd ea bo-
na, quæ filio Maiori natu præ cæteris fratrib. in
eiſdem prouinciis, præcipua deferuntur eidem
libera, nec vinculo, nec reſtitutioni ſubiecta, fre
quentiùs præſtanda ſint, vt in Hebræorũ Primo-
genitis, & in iure præcipui, quod in Gallia filiis
Primogenitis cõpetit, & aliis id genus Primoge-
nitis, in quamplurimis Prouinciis obſeruari ſoli
2 tum eſt. †In Hiſpaniarum autem Primogeniis q̃
ex ſui natura perpetua eſſe debent, nec filiis Pri-
mogenitis libera, ſed reſtitutioni ſubiecta, atq.
inalienabilia deferũtur, illud antiquiſſima cõſue
tudine obſeruatum eſt, vt ex bonis immobilib.
non autem ex rebus mobilibus inſtituantur.
3 ¶Quod † in feudis expreſsè deciſum eſt. Cùm. n.
ex feudorũ natura bona feudalia ad filios maſcu
los perpetuò deferri debeant, non niſi ex bonis
immobilibus, vel æquipollentibus feudum con-
ſtare poteſt. Non enim in bonis mobilibus poſſet
perpetuũ effici, tex. in c. 1. §. fi. de feud. cog. Idque
omnes feudiſtę in proœmio feudorum, atq; alibi
annotare ſolent. Quos nũcupatim refert Curt.
Iun. in tracta. feudorũ. part. 1. q. 6. vbi inter alia, q̃
inquit eſſe de natura feudi, adiicit, quòd debet eſ
ſe perpetuũ, atq. ex *re immobili, vel æquipollẽti*
conſtare. Cuius opinionẽ ſequitur Carol. Molin.
in conſuetudinib. Pariſien. tit. 1. in prin. n. 52. atq.
Iulius Clar. lib. 4. ſenten. §. feudũ. q. 4. quod etiam
in emphyteoſi deciſũ eſt. tex. in auth. de alie. &
emphy. §. licẽtiam. coll. 9. Bal. in l. 1. in fi. C. de iur.
emphy. vbi communiter Scrib. Idque ex rationis
paritate in primogeniis dici poterit. Cùm enim
ea perpetua etiam ex ſui natura eſſe debeant, cõ
ſequẽs eſt, vt non niſi ex bonis immobilibus cõ-
ſtare valeãt. Aliter nãq. perpetua effici nõ poſſet.
4 ¶Qua ratione, †Hiſpanorũ Primogenia, neque
ex pecunia, neque ex cæteris rebus mobilibus in
ſtitui ſolent: niſi ea lege, vt pecunia in emptio-
nem reddituũ, vel prædiorũ, ſeu aliarum rerũ im
mobilium cõuertatur, vel bona immobilia ven-
dantur, vt ex eorũ pretio alia immobilia cõparen
tur, quæ bona in eiuſdẽ Maioratus ſucceſſores
5 perpetuò deferri debeant. Quod†etiam quando
ex annuis redditibus redimibilib. Maioratus in-
6 ſtituitur, ab inſtitutorib. pręcipi ſolitũ eſt: † quã-
uis enim annui redditus huiuſmodi iuxta verio-
rẽ ſententiam inter bona immobilia computari
ſoleant, conſiderato pręſenti ſtatu ante redẽptio
nem, vt in l. ſciendum. ff. qui ſatidare cogãtur.
Iaſſ. n. 23. & cæteri Scrib. reſoluũt, atq. optimè de-
clarant Carol. Rui. conſ. 82. nu. 3. lib. 2. & Tira-
quel. de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 14. nu. 120. Conſide
rato tamen redemptionis tẽpore ea pecunia quę
ex redẽptione acquiritur, nulli dubiũ quin res
mobilis, nõ autem immobilis cenſenda ſit. Ideó-
que ſemper à Maioratuum inſtitutorib. qui ex
huiuſmodi annuis redditib. Primogenia inſtituũt
præcipi ſolet, vt pecunia ex redemptione proue-
niens apud idoneas perſonas ex iudicis præcep-
to deponatur atque ex eiuſdem authoritate, ſi-
ue in prædiorum, ſiue in aliorum bonorũ immo-
bilium emptionem conuertatur, addentes inſu-
per, vt redẽptio, quæ aliter facta fuerit, nulla ſit,
quòd annuorum reddituum debitoribus nuntia
re *ſolet, ne aliter* redemptionem facere valeant.
Idque ſæpiùs in Maioratuum inſtitutionibus, ſic
eſſe ſpecificè prouidendum conſuluimus.
7 ¶Ex† gemmis autẽ, & margaritis, ſeu aliis rebus
mobilibus aureis, vel argenteis precioſis, ſiue ex
enſibus, aut armis antiquis magnæ æſtimationis
atq. id genus aliis reb. quæ præter alia bona im-
mobilia Primogenitis relinquuntur, ſolent etiã
Primogenia cõſtare, quorum alienationem Pri-
mogeniorum inſtitutores plurib. vinculis prohi
bent, vt ex earum rerum in familia cõſeruatione
eiuſdem honor, atque decus facilius cõſeruetur,
maneántq; perpetuò antiquiſsimæ nobilitatis, at
que diuitiarũ eiuſdem familiæ veſtigia. Quorum
Primogeniorum leges, tàm in his reb. quàm in
8 immobilib. ſeruandæ erunt. Res† namq. mobiles
pretioſæ loco immobilium habẽtur. l. lex, quæ tu
tores. C. de admi. tuto. vbi Scrib. id notant, gl. or-
di in c. tua, in ver. *Tractatus*. De his q̃ fiunt à præ-
la. Quam ibidem Scrib. ſequuntur, cui eſt gl. con
ſimil. in c. 1. in gl. verb. *Abſtinentes*. de cleri. ægro.
lib. 6. Quas refert & ſequitur plura in idem addu
cens Tiraq. de retract. Lignagier. §. 1. gl. 7. n. 100.
cum ſeq. vbi hoc intelligendum eſſe inquit, quã
do in vtróq. eadem ratio, prout in caſu, de quo
agimus, concurrit, inibíque in pluribus chartis
præcedentibus, ac ſequentib. latiſſimè diſcutit.
Quæ bona, etſi mobilia videantur, inter immobi
lia tamen computantur, plura ſingularia, atque
*frequentia in idem adducens*, quæ vnuſquiſque
apud ipſum videre poterit. Idq. frequentiſſimè
obſeruari ſolet, quãuis nõ diffiteamur ex ſtricto
iuris rigore, poſſe ex bonis mobilibus, Primoge-
nia etiam inſtitui, prout oſtendit Anto. Gomet. in
l. 45. Taur. nu. 111. verſi. Præterea & 2. ſed eo caſu,
non aliter Maioratus conſeruari poterit, quam ſi
ex bonis mobilibus, immobilia comparentur.
9 ¶Sed controuerti ſolet: † vtrũ Primogeniũ in con
tractu ex vniuerſis bonis tã præſentib. quã futu-
ris inſtitui poſſit. In teſtamento nãq. ex vniuer-
ſis bonis, Primogeniũ inſtitui poſſe, apud oẽs a-
deò abſolutum eſt, vt diſputatione non egeat. In
qua quæſtione dicendum videtur, Maioratum
ex vniuerſis bonis ex cõtractu fieri nõ poſſe, cùm
10 talis Maioratus vim donationis obtineat, † quæ
ſi ex vniuerſis bonis fiat, nulla eſt ex eo, ꝙ adi-
mat facultatẽ teſtandi. l. ſtipulatio hoc modo cõ
cepta, vbi cõmuniter Scrib. id not. ff. de ver. obli.
l. fi. vbi etiã Scrib. id latiſſimè expendunt. C. de
11 pact. Etiamſi† ipſa donatio iurata ſit: prout exiſti
mat Bar. in d. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. n. 3.
Cuius opi. aſſerit communẽ eſſe Deci. in l. pactũ,
quod tali. nu. 1. cum ſeq. C. de pact. Ripa. lib. 3. reſ
ponſorum. c. 14. nu. 2. Iul. Clar. lib. 4. ſententiarũ.
12 §. donatio. q. 20. Et alibi ſæpè, † quod nedum in
donatione, quæ vniuerſa bona præſentia, & fu-
tura comprehendit, procedit: ſed & in ea, quæ ex
ſolis bonis præſentibus fit, verum eſt, prout ex
l. 69. Tauri, quæ *hodie* eſt. l. 8. titu. 10. libr. 5. in
noua



noua legum Regni collectione, deciſum eſt: quã
uis iure communi inſpecto, donatio omnium bo
norum præſentium valida ſit, cùm poſſit dona-
tor de bonis futuris teſtari. Quam opinionẽ aſſe
rit cõmunẽ eſſe Alex. in l. fi. C. de pact. n. 3. Carol.
Ruin. conſ. 178. nu. 3. lib. 1. Iul. Clar. lib. 4. ſenten. §.
donatio. q. 19.
¶Pro huius autem quæſtionis reſolutione, quæ
frequens, & aſſidua eſt, ſubdiſtinguendum erit.
Nam aut Primogeniũ ſimpliciter inſtituitur, aut
ea lege, vt reuocari non poſſit.
13 ¶Si † Primogenium ſimpliciter inſtituatur, dicẽ
dum eſt proculdubio Primogenium huiuſmodi
ex omnibus bonis tam præſentib. quam futuris
inſtitui poſſe. Cùm enim ea ratione prohibita ſit
vniuerſorum bonorum donatio, quòd ex ea libe
ra facultas teſtandi adimatur, eáque ratio in Ma
ioratu ſimpliciter inſtituto deficiat: cùm naturã
vltimæ voluntatis obſeruet, atque vſq. ad mortẽ
liceat inſtitutori illum reuocare, & de bonis ex
eodem Maioratu relictis, prout ſibi libuerit teſta-
ri, vel aliter diſponere: conſequens eſt, vt non
minùs ex hoc Primogenio, quam ex teſtamento,
vel alia vltima volũtate poſſit quis vniuerſa bo-
14 na relinquere. Quod† in donationẽ cauſa mortis
ſic reſoluunt Bal. in l. fi. n. 19. C. de pactis. Didacus
*del Caſtillo* in l. 69. Tauri. in gl. verbo. donation.
Atque Iul. Clar. li. 4. ſenten. §. donatio. q. 19. verſi.
Sed quid ſi quis. Quanuis contrarium, & malè cẽ
ſeat Anton. Gometius in d. l. 69. Tauri, nu. 3. Qua
ratione idipſum in Maioratibus dicendũ videtur
Idque adeò notum eſt, vt vlteriori cõprobatione
non indigeat.
¶Si verò Primogenium ea lege fiat, vt reuocari
non poſſit, ſubdiſtinguẽdum erit. Nam, aut fit ex
15 Regia facultate, aut ſine ea: Si† ex Regia facultate
fiat, dicendũ erit huiuſmodi Primogenium ex
Regia facultate inſtitutum: etſi ea lege fiat, vt re
uocari non poſſit, validum eſſe. Cùm ex Regiis
facultatibus concedi ſoleat. Maioratuum inſtitu
torib. vt illud ſiue ex cõtractu, ſiue ex vltima vo-
luntate, ex omnibus bonis, tam præſentib. quam
futuris, vel ex certa ipſorum parte inſtituere va-
leant, vt ex earũ facultatũ verbis manifeſtè com
prehẽditur. Ideóque nulli dubium: quin ex eiſ-
dem facultatibus Maioratuũ inſtitutores poſſint
Primogenia ex omnibus bonis inſtituere. Quan
uis enim id iure prohibitum ſit, Princeps tamen
poteſt iurib. contrarium diſponentib. derogare.
Quod videtur facere, cencedẽdo facultatem Ma
ioratuum inſtitutorib. vt in contractu Primoge-
nia ex vniuerſis bonis inſtituere valeant cũ om-
nibus vinculis, & cõditionib. quæ ſibi placuerit.
Nec eſt neceſſarium iurium contrarium diſponẽ
tium ſpecialem derogationem facere. l. quidam
conſulebant. ff. de re iudica. l. idem Vlpianus. §. fi.
ff. de excuſa. tuto. Et vtrobíque per Scrib.
16 ¶Si verò† Primogeniũ abſque Regia facultate
fiat, ea lege adiecta, vt reuocari non poſsit, dicẽ
dum erit huiuſmodi Maioratum nõ poſſe ex vni
uerſis bonis etiam pręſentib. inſtitui. Cùm enim
ex hoc Primogenio libera teſtamẽti facultas au
feratur: cõſequẽs eſt, vt iure ſubſiſtere nõ valeat.
¶Hoc tamen intelligendum eſt, quando Primo-
17 genium ſtat in terminis donationis: ſecùs† autẽ,
quando ex cauſa oneroſa matrimonij, vel tranſa
ctionis, vel alia ſimili factum fuit. Tunc nãque
ex vniuerſis bonis fieri poterit: quãuis enim do-
natio gratuita omniũ bonorũ iure prohibita ſit;
nullo tamẽ iure, quis ex contractu oneroſo pro
hibetur vniuerſa bona ſua, à ſe abdicare, vel etiã
alio quocunque modo alienare. Quod in Maiora
tus inſtitutione verum eſſe cẽſuit Menchaca de
ſucceſſ. creati. lib. 1. §. 1. nu. 32. ad fin. Qua ratione
defendi poteſt, quod dixit Boeri. deciſ. 353. nu. 10.
18 allegans ad id Oldrad. quòd† ſcilicet, donatio om
nium bonorum ex cauſa matrimonij valida ſit: a-
liàs namque non facilè eius opinio ſuſtineri
poſſet.
19 ¶Sed dubitari poteſt: † vtrùm Maioratus, irreuo-
cabilis, abſq. Regia facultate ex vniuerſis bonis,
tam præſentib. quàm futuris inſtitutus reſeruato
vſufructu, validus ſit. In qua quæſtione dicendũ
20 eſt, quòd ſic, quanuis † enim donatio omnium
bonorum præſentium, atque futurorum fieri nõ
poſsit: ea tamẽ donatio vſufructu reſeruato iu-
re permiſſa eſt, vt dixit Paul. Caſtren. Quem mi-
ror, quòd Scribentes ad hoc communiter allegã
re nõ ſoleant: cùm ſit præcipuus huius opinionis
author, qui illam meliùs declarat. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta. nu. 3. ff. de verbor. obliga. v-
bi Rapha. Cuma. & Alex. nu. 18. atque Iaſ. nu. 10.
atque cæteri Scrib. communiter idipſum profitẽ
tur. Iacobi. de S. Georg. in l. fi. C. de pact. nu. 39.
vbi Andre. Alcia. idipſum annotauit. Fran. de A-
retin. conſi. 54. num. 3. Roma. conſi. 26. Abb. conſ.
102. num. 2. lib. 2. vbi hanc opinionem communẽ
eſſe profitetur Soci. conſi. 126. nume. 8. lib. 3.
Idque ipſum videtur ſentire Bar. conſi. 76. num.
1. Idque etiam ſentit Alex conſi. 13. num. 17. lib. 3.
Bellamera, conſi. 17. Iaſſ. conſi. 211. num. 1. lib. 2.
Aymon. Craue. cõſ. 222. nu. 2. D. Dida. de Couar.
qui aliquã ex his refert. lib. 3. reſolutio. c. 12. num.
1. atque nu. 4. Iul. Clar. lib. 4. ſenten. §. donatio. q.
19. ad fi. vbi hanc eſſe communem opinionem
teſtatur.
¶Ab hac autem communi opi. diſceſſit Paul. ſibi
contrarius in l. fin. C. de pact. nu. 10. Quem ſequũ
tur ibidẽ Ceci. n. 32. Curti. Iun. n. 58. Purpuratus.
n. 152. & plures alij, quos refert. D. Dida. de Couar
ru. d. c. 12. n. 2. Qui omnes mouentur duabus ratio
nibus ſatis apparentibus. Dicunt enim, quòd hęc
donatio, etiam ſi reſeruato vſufructu fiat, ſemper
tollit liberam teſtandi facultatem. Primò, quia de
iure vſusfructus donator teſtari non poteſt: cũ
id eius morte finiatur. Secundò, quia nec etiam
de fructib. quos percipere debet, teſtari poteſt:
cùm hi ſub nomine bonorum futurorũ in dona-
tione ipſa comprehendãtur. Quib. rationib. cen-
ſent donationem huiuſmodi liberam teſtandi fa
cultatem auferentem, validam non eſſe.
¶Sed ſi benè conſideretur, hæ rationes nullo pa-
cto ſubſiſtere poſſunt. Siquidem prima ratio defi
cit ex eo, quòd is, qui ſibi reſeruat vſumfructũ
eo inſtanti, quo donationẽ facit, inuenitur domi
nus illius iuris vſusfructus, quod reſeruauit, il-
lúdque illicò vendere poteſt, atque de pretio te-
ſtari. Eſt namq. ius vſusfructus æſtimabile de per
ſe, vendíque, atq. æſtimari poteſt: quanuis mor-
te finiatur: prout ſupra lib. 1. c. 19. num. 42. aper
tiſſimè demonſtrabimus. Imò etiam ſi donator
non diſponat illicò de illo iure vſusfructus, put
diſponere poteſt ante factam donationẽ, vel ſi-
mul cum ipſa donatione non eſt præſumendum,
quòd illicò mori debet: ſed potius ex plurium iu-
rium præſumptione, donatio ſuſtinenda. Quæ
quidem iura nunquàm cenſuerunt aliquẽ illicò
moriturum: ſed latiſſimam annorum metam vi-

tæ conſtituerunt.l.fi.C.de ſacro San.Eccleſ.l.hæreditatum,cum ſimil.ff.ad l.Falcid. Ideóque hæc infauſta pręſumptio,atq. iuris diſpoſitioni adeò contraria,nullo pacto admittenda erit.

¶Similiter etiam ſecunda ratio reiicitur ex eo, quòd is,qui vſumfructum ſibi reſeruauit,non ſolum cēſendus eſt,ſibi ius vſusfructus reſeruaſſe: ſed etiam commoditates,atque fructus in poſterum percipiēdos.In iure namque vſusfructus cō-
21 moditas ineſt.l. 1. ff.de vſufruct. Sicque† hi fructus,qui in reſeruatione cōprehenduntur,in donatione generali venire non poſſunt:prout dixit Paul.qui optimè id declarat in d.l.ſtipulatio,hoc modo concepta.n.3.& Areti.d.conſi.54.nu.3. & prope omnes Scrib.quos ſupra pro opi.cōmuni citauimus.

22 ¶Ex † quibus rationib. ſic intellectis,dubia efficitur quędam noua opi.quam Reuerendiſſimus Dominus Didacus de Couarr.vir alioqui doctiſſimus,atque mihi obſeruatiſſimus defendit in d. c.12.nu.4.dicens, ꝙ quanuis communis opinio quā ſuperiùs probauimus,iure cōmuni inſpecto
23 ſeruanda ſit,† inſpecta tamen deciſione.dicta.l. 69.Tauri,qua cautum eſt nō valere donationem omnium bonorum etiam ſi de ſolis bonis præſētibus,non autem futuris facta ſit, hodie cōmunem opi.nullo pacto admitteddā eſſe:ſed potius eſſe ſequendam opi.Paul.in d.l.fi. C.de pact. & illorum,qui illam ſequuntur.Quod probat trib. rationibus,quas ſimul referemus, atque diluemus.

¶Prima ratio eſt quia eo inſtanti,quo quis donat omnia bona ſua retento vſufructu,neceſſariò donat omnia bona præſentia:quia vſusfructus formalis,qui reſeruatur,non poteſt pertinere donāti vſque quo tranſlatio dominij in donatariū facta fuerit. Tūc namque vſusfructus cauſalis in formalem trāsfertur ex quo ſit, vt tēpore tranſlationis dominii ipſe donans abſque aliquibus bonis inueniatur,ſicq.donatio valere nō debeat. cùm ſit donatio bonorum præſentium,quæ ex l. Tauri,fieri non poteſt.

¶Hæc autem ratio fragilis eſt,cum vno atque eodem contextu donatio fiat,& bonorum donatorum dominium in donatarium transferatur:atque breui manu donanti vſusfructus formalis cōpetat,in quo ex iuris diſpoſitione nihil prius:nec poſterius cōſiderari pōt,ex his,quæ notant Scri. in l.ſingulari.& in l.certi condictio. §.ſi nūmos. ff.ſi cert.peta.& alibi ſæpè.Qua ratione,& etiam alia quę ab ipſo Domino.D.de Couarru.adducitur,ipſe hanc primam rationem reiicit,& meritò ab omnibus reiicienda erit.

¶Secunda ratio eſt quia,vt ipſe inquit , omnes, DD.de hac re loquentes præſupponūt,quòd qui donat omnia bona pręſentia,& futura,reſeruato vſufructu,donat omnia bona præſētia , cùm ipſi non defendant communem opinionem,ex eo,ꝙ ius vſusfructus cēſeatur eſſe in bonis noſtris,& videatur retinere aliquid pręſens ex bonis ſuis, qui retinet vſumfructum,ſed ex eo , quòd poteſt teſtari de fructibus,quos ſuperlucrabitur.

¶Hæc autem ratio,ſi bene conſideretur ſumpta de per ſe,non eſt propriè ratio,ſed potius argumētum ab authoritate.Nil enim mihi refert ſcire,quid in hoc ſentiant Scrib.Si id,quod ipſi ſentiunt ꝓbabile,ſeu iuridicū non ſit. Quod autem hoc ꝓbabile nō ſit,nulli id,vel leuiſſimè inſpiciēti non conſtabit.Non enim poteſt iure probari, quòd qui reſeruat vſumfructum , donet omnia bona præſentia,cùm iura in bonis noſtris eſſe dicantur.l.pretia rerum. ff. ad l.Falcid. Atque ſub appellatione bonorum comprehendantur.l.Princeps bona,vbi glo.& communiter Scri.id notāt. ff.de verb.ſig.l.bonorum.cum ſimilib.ff. eo. Sed re vera Scrib.hoc non dicunt,vt apud ipſos videri poterit,nec ad eos attinebat neceſſariò id dicere cū iure communi donatio bonorum pręſentiū valida eſſet,vt ſuperius annotauimus.Illa autem quæ iure improbabatur erat donatio bonorum præſentium,& futurorum: ideóq. ad hoc, vt donatio reſeruato vſufructu iure communi valida eſſet, ſolum tenebantur probare,quòd non erat donatio omnium bonorum,etiam futurorū, ſicque ſolū probabant id ex eo,quòd fructus percipiendi ſub ea donatione nō cōprehendebantur, atq.omittebāt aliud,ſcilicet, vtrum donās reſeruato vſufructu donare videretur bona ꝑſentia, tanquā ſuperfluum ad illud,de quo ab eis ſermo agebatur,non autem ex eo,quòd id omiſerunt, dici pōt , quòd præſuppoſuerunt quòd donatio omnium bonorum reſeruato vſufructu ſit bonorum præſentium,& quāuis illud præſupponant, nihil ad nos,cum id probabile non ſit.

¶Tertia ratio eſt,quia etiā ſi vſusfructus in bonis præſentibus eſſe cenſeatur,non tamen eſt tale ius,de quo ipſe donans pōt teſtari. Si enim ſtatim moriatur inteſtabilis remanet:cùm vſusfructus morte finiatur,quod ius non permittit.

¶Cui rationi reſpondetur, prout ſuperiùs dicebamus,quòd poteſt donās teſtari de hoc iure vſusfructus diſponendo ſtatim de illo, & teſtādo de pretio vel quòd veriſimiliter præſumendum ſit,quòd donās viuere debet per tātum tempus, quòd ex vſufructu poſſit ſuperlucrari aliquā quātitatem,ex qua poſſit tēpore mortis teſtari. Quæ præſumptio iuridica,atque rationabilis eſt,vt ſuperiùs annotauimus.Ex quibus opinio iſta mihi verior,atque probabilior videtur. Sícque illam etiam ſtante d.l.69.Tauri,interdum apud ſuprema tribunalia receptā vidimus. Quod vltimum etiam.D.Did.de Couar.in d.c.12.n.4. profitetur.

¶Hæc autem opinio reſtringenda erit:niſi donās omnia bona,reſeruet ſibi vſumfructum non ſimpliciter:ſed hoc adiecto,vt ſcilicet,de illo poſſit
24 in vita,non autem in morte diſponere.†Hæc nāque vſusfructus reſeruatio,quæ limitatè ad diſponendū de illo in vita facta eſt, non ſufficit ad hoc,vt donatio omnium bonorū valida ſit, cùm teſtamenti factionem excludat,quod iura ciuilia improbarunt.Sícq. viſum fuit.Bar.in d. conſ.76. n.1.atque Alex.in d.conſ.13.n.17.li.3.atque Deci. conſ.30.atque.D.Dida.de Couarru.in d.c.12.n.3.

¶Similiter etiam, limitāda erit:niſi vſusfructus reſeruatio adeò modica ſit,vt veriſimiliter non ſufficiat ad alimenta donantis,& ad hoc , vt etiā ſibi poſſit,ex eis aliquid vltra alimēta ſupereſſe, ex quib.teſtari valeat:æſtimando vſumfructum,
25 prout communiter æſtimari ſolet. † Reſeruatio nāq.alicuius quantitatis,de qua donans teſtari poſſit,non ſufficit,ad hoc,vt donatio omniū bonorū valeat , ſi ea quātitas modica ſit, vt dixit Paul.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.n.3. Vbi Alex.n.18.Are.d.cōſ.64.n.3.D.Dida.de Couar.d. c.12.n.3.& cōmuniter Scrib.quos ſuperiùs retulimus. Quod arbitrio iudicantis committendū erit:quanuis Iul.Clar.lib.4.ſent.verb.donatio.q. 19.ver.2.principaliter , dixerit,ꝙ illud,quod reſeruatur,debet ſaltim excedere vigeſimampartē illius patrimonij,quod donatur.Id namque iure mihi non probatur.



26 ¶Sed controuerti etiam ſolet, † vtrū Epiſcopus vel quiuis alius ſecularis prælatus (de regularib. nāque in capit.præce.ſatis copioſè diximus) poſſit de bonis intuitu Eccleſię acquiſitis Primogenium inſtituere.

27 ¶Qua in re,in primis præmittēdum eſt,†Epiſcopum, vel quemcunque alium Pręlatum poſſe de bonis patrimonialibus,atque aliunde: non autē contemplatione Eccleſiæ acquiſitis,ex contractu ſeu vltima voluntate,prout ſibi libuerit diſponere,atque ex eis Primogenium inſtituere. Quod probatur ex text.in c.ſint manifeſtæ.ibi.*Sicut voluerit*.12.q.1.& in.c.quia nos de teſta.& in c. fixū. 12.q.5.tex.in Auth. Licētiam.C.de Epiſc.& cleri. & eſt communis reſolutio tam reſpectu bonorū patrimonialium:quàm eorum qui ex Prælati induſtria,vel artificio,ab ipſo quæſita ſiīt:prout ex pluribus probant.D.Dida.de Couarru.in c.1. de teſta.n.3.& 11.& Iul.Clar.li.3.ſenten.§. teſtamentum.q.27.verſ.circa bona.cum ſequen.Atq.Martinus Nauarrus ab Azpilcueta,vir literarum pręſtantia,atque religionis exemplo clariſſimus in tracta.quem fecit ſuper c.fina.16.q.1.in 1.q.principa.nu.7.& 8.

28 ¶Quod intelligendum eſt, †niſi Prælatus monachus fuerit. Is namque etiam ex patrimonialib. vel aliis non Eccleſiæ intuitu acquiſitis,abſq. licentia Papæ teſtari non poterit: cùm ſecundum magis communem ſententiā monachus paupertatis voto,quo ad hoc,ex Epiſcopatu non liberetur. Abb.& communiter Scriben.in d.c.1.de teſt. Bal.& Paul.in Auth. licentiam.C.de Epiſ.& cleri.Iaſ.in Auth.Ingreſſi.C.de Sacr.S.Eccle.n.7.cū ſequen.ſicque in ſpecie reſoluit.D.Dida. de Couarru.in d.c.1.de teſta.nu.18.ad fin.

¶Hoc igitur præſuppoſito in principali quæſtione,vt in illa vera reſolutio habeatur, duo caſus diuerſi conſiderandi ſunt.Primus, quando Maioratus à Prælato ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis in teſtamento inſtituitur. Secundus, quando ipſemet Maioratus inſtituitur in contractu.

29 ¶In primo caſu,†quando , ſcilicet Maioratus in teſtamento inſtituitur,dicendum erit:huiuſmodi Maioratum non valere: cùm Prælatus ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis teſtari non valeat abſq.licentia Papę.tex.in c.1.de teſt.& in c. quia nos,eod.ti.& in d.Auth.licentiam.C.de Epiſ. & cleri.& in c.Epiſcopus.12.q.2. idque notiſſimum eſt.

30 ¶Imò†quanuis Epiſcopo ſimpliciter cōceſſa fuiſſet à Romano Pontifice licētia teſtandi,ex ea nō poſſet Primogenium inſtituere. Ea namque licētia intelligenda eſt, vt ad pias cauſas:non autem ad profanos vſus teſtari poſſit.Ita vt magis videatur prorogata facultas,quā Prælatus in vita ſua habebat de rebus ſuis diſponēdi,quam mutatus motus diſponēdi à Canonibus inſtitutus. Quod ſic reſoluit Nauarrus in d.c.fi.16.q.1.in 3.q.nu.17. & in Manuali confeſſorum.c.25.n.129. & ante eū id ipſum prædixerat Andr.Barb.de pręſtā.Cardi. 1.par.q.4.n.7.niſi licentia Papæ ad Primogenium inſtituendum,vel ad teſtandū etiam ad profanos vſus conceſſa ſit.Tūc namque quanuis quo ad forum exterius ea licentia valeat,vt optimè cōſiderat.D.Did.de Couar.d.c.cū inoffic.de teſt.n.7.Si tamen ſine magna cauſa cōceſſa fuerit,quoad forum interius attinet,recurrendū eſt ad quæſtionem:vtrum tutus ſit is,cum quo Papa diſpenſat nō interueniente iuſta cauſa diſpēſandi. De qua plura tradit ipſe.D.Dida.de Couarru.de ſponſa. 1.par.c.7.§.9.num.8.

¶ In ſecundo caſu,quando,ſcilicet, Prælatus de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis ex cōtractu Primogenium inſtituit,ſubdiſtinguendum eſt.Nam aut Prælatus ita Primogenium inſtituit, vt reuocari poſſit. Aut eo pacto,vt reuocari non valeat.

31 ¶ Si† ita Primogenium Prælatus inſtituit,vt reuocari poſſit,dicēdum erit,tale Primogenium validum non eſſe.Cùm enim ex regula , quam ſupra lib.1.c.12.tradidimus Primogenium hoc non cōtractus,ſed potiùs vltimæ volūtatis naturā, quo ad effectū obſeruet:conſequens eſt,vt is , qui nō poteſt vltimam voluntatem facere,nec etiā poſſit hoc Primogenium inſtituere: cum in effectu tāquàm vltima voluntas cenſendum ſit.Quod ex his,quæ in ca.præcedēti tradidimus,apertiùs efficietur.

¶ Si verò Prælatus ea lege Primogenium inſtituit,vt reuocari non poſſit, iterùm ſubdiſtinguēdum eſt.Nam aut illud fecit ſanus exiſtēs, aut iā in ægritudine,ex qua mortuus fuit, conſtitutus.

32 † Si illud fecit Prælatus in bona valetudine cōſtitutus,abſolutiſſimum eſt, quòd hæc Primogenij inſtitutio valida ſit , cū ea vim donationis inter viuos irreuocabilis obtineat,quam ex bonis ſuæ dignitatis Epiſcopus facere non prohibetur:quā-
33 uis de eis teſtari prohibitus ſit.Imò†illā ex communi Scrib.ſententia de fructibus ſuædignitatis facere poteſt.Cum citra teſtamētum,quo ad omnia alia Prælatus vſufructuario ęquiparetur,qui poteſt fructus,quos percepit,liberè donare, atq. de eis,prout ſibi libuerit, diſponere.gl.ordi.in c. præſenti.verb.*Reſeruari*.de offi.ord. lib.6. Quam ibi communiter Scrib.ſequuntur Ab.poſt Ant. & Imol.ibidem in c.cęterum,de dona.n.4.vbi inquit quòd Prælatus poteſt donare fructus ſui beneficij,quos facit ſuos.Idipſum etiam apertiùs dixit idem Abb.in c.ad hæc,de teſta. n. 3. Quorum opi.ſequutus fuit Philip.Corn.conſ.314. n.2.li.3. vbi inquit hanc eſſe cōmunem opi. & quod illā obſeruat conſuetudo,neque ab ea recedendū eſſe in deciſiuis Bello.conſ.3.n.50.vbi inquit,quòd conſuetudo generalis approbat opi.gl.in d.c.pręſenti.Idipſum etiam profitetur Iul.Clar.lib.3.ſenten.§.teſtamen.q.27.verſ.Quartò videndum eſt,
34 quæ opi.proculdubiò vera videtur:cùm,†quo ad forū exterius attinet,nullo iure prohibita ſit Epiſcopis bonorum ſuorum donatio,atque commutatio:niſi ex vltima voluntate.Imò fructuum collectorum ipſe Pręlatus dominiū acquirit : ita vt ex eis poſſit iure fori quicquid voluerit facere. Nec iudex alius præter Deum poterit de his ſibi rationem exigere:aliàs totus mundus, litibus inuolueretur.Sicque intelligenda ſunt, quæ latiùs explicat Domi.de Soto.de iuſt.& iu.li.10.q.4.art. 2.3.& 4.qui in id omnino videndus erit. Sicque quotidie in forēſibus cōtrouerſiis obſeruari ſolitū eſt.Nunquā enim vidimus ab eccleſia vel pauperibus peti id,quod à Prælatis in vſus profanos in vita conſumptum eſt,& in his,quæ ab eiſdem Prælatis,cōſanguineis ſuis,vel aliis in vita donata fuerunt:ſemper enim vidimus contra camerā Apoſtolicam pronuntiatum,quoties hæc in controuerſiam deducta ſunt.

35 ¶Si †verò Prælatus iā in ęgritudine,ex qua mortuus fuit ,

tuus fuit, conſtitutus Primogeniumirreuocabile
inſtituerit, dicendum erit, articulum iſtum ſatis
dubium, atque quaſi inextricabilem eſſe. Plures
nãque cenſuerunt, huiuſmodi Primogeniũ etiã
ex donatione irreuocabili inſtitutum validũ nõ
eſſe, quaſi in fraudem vltimæ voluntatis factum
eſſe cenſendumſit. Quod ex pluribus probare ni
tuntur.

¶ Primo ex tex.in ca.ad hæc de teſta.vbi diſpo-
36 ſitũ eſt, quòd † clerici infirmi nõ poſſunt donare
etiam cauſa eleemoſynæ: niſi pauca, atque mode
rata, vt probatur ex eod.tex.ibi. *Viuentes tamẽ: & ſui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipſis: non ratione teſtamẽti: ſed eleemoſynæ intuitu erogari in ægritudine conſtituti.*

¶ Secundò ex opinione gloſ. quam ſuperius com
munẽ eſſe diximus in c.preſenti. de offi.ordi.ver.
37 *Reſeruari.* Quæ dixit † clericos in ægritudinecõſti
tutos, quoad diſponẽdum de bonis ſuis vſuariis
æquiparari, qui nullam habent bonorum, in qui-
bus vſum habent, diſpoſitionem: ſed ſolùm ſibi
neceſſaria ex eis aſſumere poſſunt. Quod etiam
gloſſ.in ca.fina.de pecul.cler.& in c.quia nos. de
teſta.ſimpliciter dixerunt. Sed prædictam diſtin
ctionem plures ex Scrib.ſequuntur: prout ſupe-
rius oſtendimus, & videri poteſt, ex his, quæ ad-
duxit. D.Didacus Couarru.in c.cum in officiis.
de teſta.nu.1.

38 ¶ Tertiò, ex eo, quòd † is, qui non poteſt de bonis
intuitu Eccleſiæ quæſitis teſtari: ſi ea, in ægritudi
ne magna conſtitutus donet, inter viuos, cẽſetur
id in fraudem teſtamẽti facere, nec ſolùm inter
viuos: ſed potiùs cauſa mortis, ſeu ex vltima vo-
luntate donare. Quod probatur ex text.in l.filiæ
meę emancipatæ, & ęgræ.ff.ſolu.matri. vbi deci-
ditur, quòd ſi pater ſtipulatus fuit dotem à filiain
caſum mortis, & non in caſum repudij, maritúſ-
que filiæ in ægritudine conſtitutæ libellum repu
dij dedit, vt patrem fraudaret: nihilominùs mor-
tua filia, ex ægritudine, pater dotem cõſequetur.
ac ſi matrimonium, non repudio: ſed morte ſolu
tum fuiſſet. Quem text.in ſimili citat Bal.in Aut.
niſi rogati. C.ad Trebel.nu.24.

¶ Quartò idipſum probatur ex pluribus aliis
39 iuribus, quæ in id tẽdunt, quòd † quando non po
teſt fieri aliqua diſpoſitio, & alia, quæ fieri poteſt
aliquo colore quæſito, in eius locum ſubroga-
tur, valida non ſit: quaſi id in fraudem primæ
diſpoſitionis, quæ fieri non poterat, factum eſ-
ſe cenſeatur. Quod probatur ex tex.in l.Sulpi-
tius.ff.de dona.inter virum & vxor. & in l. ſi fi-
lia.ff.de diuo.& in l.ſi cum mulier.ff.rerũ amota.
in l.cum ratio.§.fraudis autem.ff.de iure fiſci. &
in l.qui pœna.§.1.ff.de manumiſ.glo.in cap. Rai-
nutius. verbo. *Deducendas.* de teſtam.latè Boeri.
deciſ.287. Ex quibus donationem inter viuos fa-
ctam à clerico, maxima ægritudine laborante va
lidam nõ eſſe dixit D.Franciſcus Sarmientus Ro
tæ, auditor meritiſſimus, atque literarũ præſtãtia
præclarus, de redditi.eccleſiaſticis.4.par.c.4.n.6.

¶ Sed quanuis articulus hic ſatis dubius ſit, mihi
tamen cõtraria ſentẽtia probabilior videtur imò
40 quòd † Primogenium à Prælato in magna ægritu
dine conſtituto ex donatione inter viuos irreuo
cabili inſtitutũ, in cuius inſtitutione nulla fraus
ex his, quas inferiùs dicemus, interuenerit, vali-
dũ ac firmũ cenſendũ ſit, nec ex eo, quòd in ægri
tudine factum fuerit, infirmari poſſit. Quòd pro-
batur ex his, quæ in donatione facta à Prælato in
vita ſuperius adducta ſunt. Si enim apud omnes
abſolutum eſt, prælatũ poſſe facere liberè de bo-
nis ab ipſo intuitu Eccleſiæ acquiſitis, quãcunq.
donationem inter viuos, nec aliam diſpoſitionẽ
quam vltimam voluntatem ſibi prohibitam eſſe,
conſequens eſt, vt idipſum facere poſſit: etſi in ę-
41 gritudine conſtitutus ſit. Non † enim deſinit eſſe
donatio inter viuos illa, quæ ab ægrotante, atque
morti etiã proximo facta eſt. vt probatur ex tex.
ſingul.in l.Seia.§.pater.ff.de don.cau.mortis.ibi
*Eũ autẽ, qui abſolutè donaret, non tam mortis cauſa, quàm morientẽ donare.* Per quem text. dixit Barto.
in proprio loco, quòd infirmus non præſumitur
cauſa mortis, ſed potiùs inter viuos donare: niſi
de reddendo conueniat, vel mortis mentio fiat.
Quẽ ibi cõmuniter Scri.ſequuntur. Idipſum etiã
ſeq. Ale.in l.quæ dotis.n.6.ff.ſolu.matri. Guillel.
Benedi. qui plura refert in repe.c.Rainutius. de
teſta.verb.teſtamentum.col.4.n.22.cum ſequen.

¶ Quod optima ratione cõprobari poteſt. Cùm
enim etſi Prælatus ex infirmitateconualeſcat, do
natio ipſa nõ reuocetur, ſed apud donatariũ res
donata remanere debeat: cõſequens eſt, vt nulla
alia fraude: quàm infirmitate probata, hoc non
in fraudem teſtamenti factum eſſe dicẽdum ſit:
cùm poſſit Prælatus conualeſcere, & res donata
apud donatarium remanere debeat: prout in ſi-
mili aliàs in matrimonio ab exiſtenti in articulo
mortis contracto, ſeu in profeſſione eodem tem
pore facta ſupra iſto libr.c.5.n.27.cum ſeq. oſtẽ-
ſum eſt. Idque apud ſuprema tribunalia ſic inter
dum receptum, atque intellectum vidimus: quã-
uis enim camera Apoſtolica ſæpius infringere ſi
miles donationes à Prælatis ægrotãtibus factas,
curauerit: nunquam hucuſque in eius fauorem
pronũtiatum fuiſſe audiuimus. Tametſi propter
opinionum varietatem prope ſemper lites huiuſ
modi concordia componi ſoleant.

42 ¶ Nec † obſtat tex.in d.c.ad hæc.de teſta. Nam im
poſſibile eſt, quòd tex. ille intelligendus ſit, de
donatione inter viuos irreuocabili facta paupe-
ribus cauſa eleemoſynæ. Eſſet enim abſurdiſſi-
mum dicere quòd bona intuitu eccleſiæ acquiſi
ta, quæ poteſt clericus viuẽs pauperibus donare,
& quæ pauperibus præſtanda ſunt, non poſſet
ipſe clericus ex donatione inter viuos tempore
mortis inter eoſdem pauperes diſtribuere: cùm
eo tempore id animæ ſuæ magis cõueniens, at-
que neceſſarium ſit, cùm ea bona non poſſint in
cauſam magis piam, atque legitimam conuerti,
vt pote, quæ pauperum eſſe cenſeantur. Nec cre-
dimus Alexandrum tertium virũ religioſiſſimũ
eius Canonis conditorem, eius ſententiæ vnquã
fuiſſe.

¶ Qua ratione plures ex Scrib, neſcientes rectum
intellectum textui in d.c.ad hæc, aſſignare, dixe
runt, loqui non de reb. à clerico intuitu Eccleſię
acquiſitis: ſed de rebusipſius Eccleſiæ. Sicq. illum
text. intellexerunt Abb.ibidem.nu.2.3.& 4. atq.
Barba.ibi.1.notabi. quem intellectũ videtur etiã
probare Martinus Nauarrus, in d.c.fin.16.q.1. in
1.q.princip.nu.86.& 87. Atque etiam Franciſcus
Sarmientus.de redditib.Eccleſiaſticis.2.part.c.7.
nu.3. Atque iterum.4.par.c.4.nu.7. Iſque intelle
ctus non modicum comprobatur ex text.in c.cæ
terum.de dona.iuncta gl.verbo. *Ratum.* vbi proba
tur poſſe beneficiatum de rebus Eccleſię aliquã
quantitatem moderatã inter pauperes erogare.
Cuius Decretalis diſpoſitionẽ, text.in d.c.ad hęc

ad cleri



ad clericũ in ægritudine cõſtitutũ extendit: dum
modò id per viã teſtamẽti ipſe clericus nõ faciat.

¶ Sed quanuis intellectus iſte nõ admittatur, di
ci poteſt, quòd tex.in d.c.ad hæc intelligẽdus ſit;
de erogatione facta à clerico in ægritudine con-
ſtituto, quæ irreuocabilis non ſit: ne prædictum
abſurdum ſequatur, ob quod vitandum licet ver
ba etiam impropriare: prout ex pluribus probat
Feli.in c.cauſámque.de reſcrip.nu.5.

¶ Imò etiamſi nullus ex his intellectibus ad text.
in d.c.ad hæc admitteretur: negari tamen non
poſſet, quòd tex. ille non probat id quod ex eo in-
ferri prætenditur: niſi per argumentum à contra
rio ſenſu. Inquit enim, quòd clerici in ægritudi-
ne conſtituti poſſunt moderatè aliqua in paupe-
res diſtribuere. Ex quo videtur per argumentum
à contrario ſenſu dicendum eſſe, quòd cõſangui
neis, ſeu aliis non pauperibus nõ poſſint bona in
tuitu Eccleſiæ acquiſita inter viuos donare: ſi in
ægritudine conſtituti ſint. Quod argu. à cõtrario
ſenſu eſſet contra omnia iura, atque cõmunes re
ſolutiones, quæ permittũt clericis bona intuitu
Eccleſiæ acquiſita inter viuos donare, cùm dona
tio inter viuos dicatur illa, quæ ab eo, qui ægri-
tudine laborabat facta fuit, vt ſuperiùs oſtẽdim⁹.
Ideóque in hoc caſu argu. à cõtrario ſenſu admit
tendũ non erit gl. cõmuniter recepta in c.ſignifi
caſti.de foro compe. vbi latè per Feli.& Scri.

¶ Nec etiam obſtat opinio gl. in c.præſenti. de
offic.ordi. Nam ea glo. dixit tempore ægritudinis
clericos vſuariis ęquiparari, ex eo quòd de bonis
ſuis diſponere non poſſunt: quòd ſi ex teſtamen-
to, vel vltima volũtate intelligatur verum eſt. Si
verò ad donationem inter viuos ratione eleemo
ſynæ, vel alias factã referatur iure, non procedit
cùm vt ſuperiùs probatum eſt, illud poſſit facere
Prælat⁹, quãuis vſuarius id facere nequeat. Ideó
43 que verior opinio eſt, † quòd prælatus nõ omninò
vſufructuario, nec vſuario æquiparetur. Quãuis
quoad aliqua quandoque vſufructuario: quando
que autẽ vſuario ſimilis ſit, quod verũ eſſe profi-
tetur Anto.de Butrio in c.fi.nu.17. poſt medi. de
cauſ.poſſe.& proprie. D. D. de Couar.in c. cùm
in officiis.de teſta.n.1. atque alibi ſæpè Scri. Qua
ratione de opi. dictæ glo. curandum non eſt.

¶ Similiter etiam non obſtat. d.l.filiæ meæ eman-
cipatæ, & ægræ.ff.ſol.matri. cũ aliis legibus, quas
44 pro cõtraria parte adduximus. Illæ † nãque leges
nihil contra iſtam opinionem ſtringunt. Omnes
namque loquuntur: quando aliunde cõſtat, actũ
in fraudẽ factum fuiſſe. Prout in ſpecie dixit Pa-
riſ.conſ.13.n.68.li.1.& Scri. quos ſupra iſto li. c. 5.
n.27. citauimus. In quo caſu certum, atque abſolu
tum eſt fraudem, ac dolum non debere alicui pa-
trocinari, nec ſuſtinendam eſſe donationem, quę
apertiſſimè in fraudem vltimæ voluntatis facta
fuerit. Nos autem loquimur quãdo de fraude ali-
unde non conſtat. In qua ſpecie ex ſola ægritudi
ne, vt ſuperius oſtendimus, præſumenda non eſt
niſi aliunde fraus ipſa probetur. Idque veriùs vi-
detur, quãuis propter opinionum varietatem cũ
caſus cõtigerit, deliberandum eſſe mihi videatur.

¶ Hæc autem omnia in foro contentioſo proce-
dunt, quanuis enim bona clericorum, atque præ
ſertim Prælatorum, pauperum eſſe cẽſeantur: nõ
tamẽ quo ad dominium, ac proprietatẽ ſua ſunt.
Nec ſi ea Prælati indebitè conſumpſerint, pote-
45 runt pauperes illa vendicare. Sicq. † intelligẽdus
eſt tex.in c.fin.16.q.1. prout illum intelligunt cõ-
muniter. Scri.ibidem, atque illum etiã intellexe-
runt. Cardi.de Turrecrema.in c.videntes.12.q.1.n.
2.& Ab.in ca.ratio nulla de præben.nu.1. & in c.
non eo minus.de immuni.Eccle.nu.6.& Scribe.
quos inferius, vbi de obligatione reſtituendi age
mus, citabimus.

46 ¶ Quo † ad forum autem cõſcientiæ attinet, apud
omnes abſolutiſſimum eſt, Prælatũ id, quod ſibi
vltra congruam ſuſtentationẽ ſupereſt ex reddi-
tibus ſuæ dignitatis in profanos vſus conſumen
tem mortaliter peccare, prout reſoluũt Thomas
& Caieta.22.q.185.art.7. Idem Thom. quotlibeto.
6.art.12. D.Dida. de Couarr. qui plura refert in c.
cũ in officiis.de teſta.n.3. Soto de iuſt.& iur.li.10.
q.4.art.3.& 4. Martinus Nauarrus in d.c.fi.16.q.1.
in 1.q.principa.n. 9. cũ ſeq. atque alibi ſæpè Scri.

47 ¶ Ex quibus infertur † Prælatum Maioratum in-
ſtituentem ex redditibus ſuæ dignitatis etiam in
caſibus, quibus in foro cõtentioſo id ſibi facere
licet, mortaliter peccare, illudque ex ſola familię
atque memoriæ conſeruatione facere non poſſe.
Quod apud omnes ſatis compertum eſt, compro
batúrque ex decreto Conſilij Tridentini ſeſſi.25.
c.1. de reformatione. vbi præcisè inhibetur Epiſ-
copis, ne cõſanguineos, aut familiares ex redditi
b⁹ Epiſcopatuũ ſuorum diuites efficiãt, nec aliter
bona Eccleſiaſtica in profanos vſus conſumant.

48 ¶ Hoc autem primò temperandum videtur: † niſi
Prælatus ipſe Primogenium huiuſmodi ex cauſa
religioſa, ſeu pia principaliter inſtituerit: prout ſi
fundauerit vel conſtruxerit Eccleſiam, vel capel
lam, ſeu hoſpitale, & pro iure patronatus, atque
cura capellæ, vel hoſpitalis aliquid annuum con
ſanguineo, vel alteri atque eius filiis, ac deſcẽdẽ
tib. Primogenitis iure Maioratus reliquerit. Nã
ſi ob huiuſmodi cauſam piam vel aliam ſimilem
principaliter Primogeniũ inſtituerit, nec ex ex-
ceſſu redditũ dolus, vel fraus præſumi poſſit, id
abſque cõſcientiæ diſcrimine fieri poſſe videtur.
Quod ex his, quæ Scrib.in locis ſuperiùs citatis,
adducunt, facilè deduci poterit.

49 ¶ Secundò, hoc etiam limitandum eſt: † quando
Prælatus poſtquam cõgruam redditũum Epiſco
patus partem in pauperes erogauit, atque ſibi ac
familiæ neceſſaria miniſtrauit, ex reſiduo conſan
guineis ſuis aliquid iuxta eorum dignitatem mo
deratè contulerit. Id namque, quanuis ex aliqua
cauſa pia non deriuetur, abſq. conſcientiæ diſcri
mine Prælatus facere poterit, etiamſi illud perpe
tuò duraturum reliquerit. Quod ex pluribus ſic
reſoluit Soto de iuſti.& iur.d.q.4.art.4. qui in id
omninò videndus erit. Ex cuius dictis id etiã iure
Maioratus relinqui poſſe comprehendi videtur:
dummodò id; quod relictum fuerit, moderatum
ſit. Quod quantum ad Maioratus inſtitutionem
attinet admittendum non eſt: niſi quando ex cau
ſa pia principaliter id factũ fuerit. Quãuis enim
non diffiteamur Prælatum poſſe conſanguineis
egẽtibus iuxta eorum dignitatem ſubuenire, nõ
tamen adeò hæc licentia protrahenda eſt, vt Ma
ioratuum etiam inſtitutionem comprehẽdat qui
aſſiduè non tam pro ſubuenienda conſanguineo
rum neceſſitate: quàm pro familiæ conſeruatio-
ne inſtitui ſolent.

50 ¶ Tertiò, hoc etiam limitandum eſt †, niſi Prælat⁹
Maioratũ inſtituat ex his fructibus Epiſcopat⁹,
qui iuxta dignitatẽ ſuam, ſibi pro ſuſtẽtatione p
pria, atq; familię neceſſaria erãt. Et tamẽ ipſe ge-
niũ ſuũ fraudãdo in hoc cõſumere noluit: ſed po

tius

tiùs ad Maioratum inſtituendũ cõſeruare. Ex his
namq;, abſque cõſcientiæ diſcrimine Maioratũ
liberè poterit inſtituere. Qđ ſic reſoluit Tho. 22.
quæ.185.art.7. Ioa. Maior. in 4. ſentẽ. d.24. q.12. D.
Dida. de Coua. in c. cum in officiis de teſt. n.2. So
to de iuſti. & iur. d. q.4. art.3. Nauarrus in d. c. fi. q.
1. n.59. & n.82. Idẽ in Manuali confeſſorũ c.25. n.
127. Quorũ opi. vera atq; probabilis, videtur. hæc
namq. portio, quæ clericis, atq; Prælatis pro ſua
cõgrua ſuſtẽtatione aſſignatur, eorũ propria eſſe
vĩ ita, vt ſi ex illa aliquid adimant, atq. in alios
vſus cõſeruẽt, id eis pro ſuæ volũtatis arbitrio li-
berè facere liceat: tãquã ex aliis, quę ſua induſtria
acquiſierunt, quòd tenẽdũ erit. Tametſi cõtrariã
ſententiã veriorẽ eſſe cenſeat Ab. in repe. c. cùm
eſſes. n.27. de teſta. cuius opi. ſequitur atq; cõſtã-
ter defendit Franciſcus Sarmiento in d. tract. de
reddit. Eccleſiaſt. p.3. c.5.

51 ¶Quartò, hoc etiã limitandum erit, † niſi Maio-
ratus fiat à Prælatis de ſtipẽdiis, ac fructibus of-
ficiorũ, quæ à Principibus ſecularib. acceperũt.
De his namq; ſicut de aliis bonis tẽporalib. ipſi
Prælati liberè diſponere poterunt atq. ex eis Pri-
mogenia abſque cõſciẽtiæ diſcrimine inſtituere.
quod ſic reſoluit Nauar. in d. c. fi. n.78. Idq. verũ,
atque probabile videtur. Tametſi Frãciſcus Sar
mient. d. tract. de reddi. Eccleſiaſt. cõtrariã ſentẽ-
tiã probare tẽtauerit, ex eo ꝙ, Epiſcopus nõ poſ-
ſit tẽpus Eccleſiæ obſequio præſtitutum in alios
vſus cõſumere: quæ ratio cõprehendere non po-
teſt eos Prælatos, qui ex cauſa publica, atque Ro
mani Põtificis licentia, ea munera, atque officia
exercuerunt. De quibus, & nõ de aliis noſter ſer
mo verſatur. Quibus limitationibus poſſent ali-
quæ aliæ etiam coniungi, quæ ab Scri. in prædi-
ctis locis annotare ſolent.

52 ¶ Illud autem animaduertendũ eſt, quòd † quãuis
Prælatus Maioratũ vltra caſus, quos prædiximꝰ
inſtituẽs, mortaliter peccet: nõ tamẽ abſolutũ eſt
vtrũ ipſe Epiſcopus teneatur reſtituere ex aliis
bonis patrimonialib. id quod in Maioratꝰ inſtitu
tione cõſũpſit, vel ſi hoc facere nõ poſſit, in ſub-
ſidiũ eã reſtitutionẽ facere teneãtur eiuſdẽ Ma-
ioratus ſucceſſores. Cuiꝰ articuli reſolutio pen-
det ab ea quæſtione, qua inter canonũ, atq. Theo
logiæ ꝓfeſſores ſatis cõtrouerſum eſt, vtrũ id, qđ
Prælatus ex fructib. Epiſcopatus in ꝓfanos v-
ſus cõſumpſit, teneatur ex bonis patrimonialib.
reſtituere. In quã quæſtione ꝙ Prælatꝰ id reſtitue
re teneatur cẽſuerunt Archi. & Domini. in c. ſta-
tutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſc. li.6. & in prin. 44. diſt. Pe-
ruſi. in c. pñti de offi. ordi. li.6. Io. de Ligniano. in
Cle. gratiæ. de reſ. Ab. in c. cum ſecundũ. de præ.
n.2. Feli. in c. poſtulaſti. nu.6. de reſcri. & in c. de
quarta. n.33. in fi. de præſcriptio. Deci. in c. Epiſco
pus. de præ. n.6. Ant. de Burgos. in c.1. n.28. de ẽpt.
& vẽdi. Alex. de Ales. 3. p. q.36. mẽb.5. Gabri. in 4.
d.15. q.8. Richar. in 4. d.45. ar.3. q.1. Florẽti.3. p. ti.
15. c.1. §.19. Palu. in 4. d.34. q.3. ar. fi. Io. Maior. d.24.
q.17. vbi hãc dixit cõmunẽ opi. Marti. Nauar. qui
hãc etiã cõmunẽ opi. eſſe ꝓfitetur, atq. eã cõſtant
defendit, plures alios in id referẽs in d. c. fi. 16. q.
1. in q.2. vbi ſubiũgit, ꝙ is, q aliquid accepit ab E-
piſcopo, ex redditib. Epiſcopatꝰ ex cauſa lucrati
ua, tenetur illud reſtituere in ſubſidiũ ſi tempore
mortis Epiſcopꝰ nõ relinquit bona patrimonia-
lia, ex quib. id reſtitui poſſit, ꝙ plurimorũ animas
illaquearet, ſi verũ foret. Cui opinioni potiùs aſ-
ſẽtire videtur Gre. Lop. in l.11. ti.5. pa.1. ver. *Quelo
dieſſen in alos pobres*. Cuius legis verba ad hanc e-
tiam opi. ſummè notanda ſunt.

¶Sed quãuis hæc opi. cõis ſit, cõtraria tñ ſẽtẽtia à
plurib. ꝓbabilior exiſtimatur, ex eo ꝙ etſi Epiſco
pus teneatur id qđ ſibi ex fructib. Epiſcopatus
vltra cõgruã ſuſtẽtationẽ ſupererit, in pios vſus
cõuertere, hęc tamẽ obligatio ex lege miſericor-
diæ, vel charitatis: nõ autẽ ex lege iuſtitiæ proce
dit. Proindéq. quãuis ex trãſgreſſione einſdẽ legis
peccetur: nõ tamẽ illã trãſgrediẽs, ad reſt. aſtrictꝰ
erit. Nec à fortiori is, cui ab Epiſcopo aduerſus
legẽ charitatis aliqd donatũ fuit, Cuius opi. au-
thor præcipuꝰ eſt Diuꝰ Thõ. cuiꝰ verba nullũ aliũ
ſenſũ pati vidẽtur in 22. q.185. art.7. vbi Caie. etiã
rectè intellectꝰ illiꝰ opi. ſequitur idẽ Tho. qđ l.6.
art.12. Card. de Tur. in c. ſi priuatũ. 12. q.1. & in c.
nulli. 12. q.5. Hadria. ĩ 4. in materia. de reſt. q.15. Ae
gid. de Bellãera ĩ c. cũ venerabilis. n.46. & 47. de
exceptio. Præpoſi. in ſumma. 44. di. col.5. Sylueſt.
ver. clericus. el.4. q.20. & verbo reſtitutio. el.3. q.
5. Io. Driedonius. deliber. Chriſtia. pag.199. Hãcq;
ſentẽtiã appellat benigniorẽ, dixitq; eã hiſce tẽ-
porib. admittendã eſſe Illuſtriſſimus. D. Dida. de
Couar. in c. cùm in officiis. de teſt. n.3. Eãq; cõſtã
tiſſimè defendit Domi. de Soto. de iuſti. & iur. li.
10. q.4. ar.3. Nouiſſimè etiã illã ingenioſè defẽdit,
atq. copioſiſſimè diſcurrit Illuſtris vir Dñs Fran.
ciſcꝰ Sarmiẽ. in d. tract. de reddi. Eccleſiaſti. p.4.
c.1. cũ ſequen. qui in id oĩo videndus erit. Hæc au
tẽ quæſtio latiſsimè in vtranq. partem diſputari
poſſet, ſed quoniã de his ſatis elegãter, atq. inge
nioſè diſputarũt pręfati viri præſtãtiſsimi. D. Mar
tin. Nauar. ab Azpilcueta, atq. D. Franciſcus Sar
miento, quorũ vterq. duos libros integros ex dia
metro tamen pugnãtes de hac re edidit ad eaquę
ibidẽ dicta ſunt, lectores remittimus: ex quibus
etſi nõ facilè cõprehendi poterit quid in re adeò
ambigua ac difficili dicendũ ſit, ego námque in
publica hac cõtẽtione merito iudiciũ meũ inter
ponere recuſaui. Tametſi ſciã in his dubiis opinio
nib. eũ perfectiꝰ agere, qui tutiorẽ ſequutꝰ alte-
rã quã etiã probabilem eſſe exiſtimat, reiecerit.

53 ¶Similiter etiã cõtrouerti poſſet † vtrum clericus
poſſit ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis Primo
geniũ inſtituere. Qua in re, ſi in foro cõtentioſo
ius reddendũ ſit, nulli dubiũ eſt: niſi quòd quili-
bet clericus, ſiue beneficium habeat, ſiue nõ, poſ
ſit ꝓut ſibi libuerit, ſiue ex cõtractu, ſiue ex vlti
ma voluntate etiam de bonis intuitu Eccleſiæ ac
54 quiſitis Primogeniũ inſtituere: cùm † ipſe clericꝰ
ea bona ex generali Hiſpaniæ cõſuetudine valeat
donare, & ex teſtamẽto relinquere, atq. in eis ab
inteſtato ſibi cõſãguinei ſuccedant: quę cõſuetu-
do hodie approbata eſt ex deci. l.3. ti.8. li.5. in no.
55 leg. re. collecti. iuxta quã cõſuetudinẽ, † ius reddi
tur non ſolum apud iudices ſeculares: ſed etiã a-
pud Eccleſiaſticos, eaq; cõſuetudo valida eſt, ꝓut
teſtãtur Hoſtiẽ. in c. fi. co.2. de peculio clericorũ.
Fab. in §. his verò. Inſti. de rerũ diuiſ. & plures a-
lij, quos refert Illuſtriſſimꝰ. D. Didac. de Couar.
qui latè id proſequitur in d. c. cũ in officiis. de te-
ſtamen. n.9. Franciſ. Sarmien. de redditib. Eccle-
ſiaſt. 4. p. c.1. n.8. Sicq. quotidie intelligi, atq. pra-
cticari ſolet. Sed quis hoc quo ad forũ cõtentio
ſum abſolutiſſimũ ſit, quoad forũ autẽ conſcien-
56 tiæ dubiũ videtur † ſiquidẽ clericus, qui ex cõſue
tudine teſtari poteſt, nõ liberè: ſed ad pias tãtum
cauſas, id facere debet. Satis nãq. operatur cõſue
tudo habilitãdo illum ad teſtandum: cùm alioqui
etiam ad



etiam ad pias cauſas id facere non poſſit. tex. in ca.
ad hæc de teſta. & in c. quia Ioannes. 12. q.5. Non
enim debet cõſuetudo ipſa tot ſpecialia produce-
re, præſertim aduerſus iuſtitiã charitatis, quã cle-
rici præ cæteris exercere tenentur, nec rem adeò
abſonam, atque turpem permittere, vt ſcilicet cle-
rici redditibus Eccleſiaſticis abuti poſſint: cum ea
non conſuetudo, ſed potius corruptela dicẽda eſ-
ſet. Quod ſic ſatis eruditè reſoluit, Nauar. in d. c. fi.
q.3. n.10. vbi etiam ad forum contentioſum id ex-
tendit, ſequendo ſimpliciter opi. illorum, qui cen-
ſuerunt huiuſmodi conſuetudinem validam non
eſſe. Quos nuncupatim refert Illuſtriſ. D. Dida. de
Couar. in d. c. cũ in officiis. n.9. Quæ opinio, quã-
uis quoad forum exterius non admittatur: quoad
forum autem interius proculdubiò procedit: cum
conſuetudo, quæ permitteret clericis redditibus
Eccleſiaſticis abuti, iniuſta, quoad hoc eſſet. Ideo-
que in foro conſcientiæ non excuſaret iuxta ſen-
tentiam gloſ. cõmuniter receptæ. in ca. cum vene-
rabilis. de conſuet.

57 ¶Nec óbſtat † ſi dicatur, quod ſi cõſuetudo hæc
iniuſta foret: nõ ſolũ quoad forũ interius, ſed etiã
quoad forum exterius ſeruanda non eſſet: cũ con-
ſuetudo iniuſta, etiam in foro exteriori ſeruãda nõ
ſit. tex. in c. erit autẽ lex. 4. diſt. & in c. fi. de cõſuet.
Nam hęc cõſuetudo ſimpliciter, ac genericè ſum-
pta iuſta videri poteſt: cum ex ea ſubueniatur con-
ſanguineis clericorum, alioqui forſan egẽtibus, &
aliis, quibus ex teſtamentis eorũdem iuſtè ſubue-
niri poterit. Et quanuis hoc ad Maioratus, vel ad
alios vſus merè profanos vel ẽt abuſus extenſum,
iniuſtum videri poſſit: nõ ideò deficere debet con
ſuetudo generalis, atque lege obſeruari mandata,
cũ vt plurimũ iuſta eſſe poſſit: atque etiã ſi lex ge-
neralis iuſtitiam in eius conſtitutione requirat,
poſtquam tamen facta ac promulgata eſt, nemini
liceat de eius iuſtitia, aut iniuſtitia diſputare. l. pro
ſpexit. ff. qui, & à quibꝰ. text. in c. erit autem lex 4.
diſt. Ideoque, non mirum, ſi cõſuetudo ipſa, quoad
forũ exterius ſeruanda ſit, quoad forũ autem inte-
rius, quoad hoc non excuſet. Simile namque vide-
mus in Prælatis, aut clericis, qui in vita conſan-
guineis, & quibuſcunque aliis perſonis, redditus
Eccleſiaſticos donare poſſunt: tamen in foro con-
ſcientiæ id eiſdem non licet: imò illud faciendo
mortaliter peccant: prout ſuperiùs oſtenſum eſt.

58 Qua ratione, ſimiliter † clericis conſulimus: nè ex
redditibus Eccleſiaſticis Primogenia ad ſolam fa-
miliæ perpetuam conſeruationem inſtituant: niſi
in caſibus, quibus ſuperius in prælatis id fieri poſ-
ſe, reſoluimus: cùm id etiam ſtante generali Hiſpa
niæ conſuetudine, citra conſcientiæ diſcrimẽ fieri
non poſſit. Nec quoad forum conſcientiæ attinet,
quoad hoc inter ſimplicem clericum & Prælatum
aſſignari valeat aliqua differentiæ ratio.

59 ¶Sed dubitari etiã ſolet, † vtrũ ex bonis quę ma-
ritus, vel vxor tranſeuntes ad ſecunda vota acqui-
ſierunt ex donatione, vel legato, ſibi à priori ma-
rito, vel vxore facto, poſſint Primogenium inſti-
tuere, ſi eis liberi ex primo matrimonio ſuperſint.
In qua quæſtione pręmittendũ eſt, vxorẽ tranſeun
tem ad ſecũdas nuptias teneri reſeruare filiis pri-
mi matrimonij omnia ea, quæ ex legato, vel do-
natione primi mariti ſuperlucrata fuit. l. fœminæ.
C. de ſecun. nup. Quod gl. in ea d. l. ver. *poſſeßione*,
ad maritum ſecundo contrahentem extendit. Cu-
iꝰ glo. opi. eſt cõprobata ex dec. l.15. in ll. Tau. quę
hodie eſt. l.4. ti.1. li.5. in nou. ll. reg. collec. Hoc au-
tem non habet locũ in bonis co ſtante matrimo-
nio acquiſitis. Ea nanque nec vir, nec vxor ad ſe-
cundas nuptias tranſeuntes tenentur filijs primi
matrimonij reſeruare ex deciſ. l.14. Tauri. quę ho-
die eſt. l.6. ti.9. li.5. in ead. nou. ll. regni collect. plu-
ra autem circa intellectum tex. in d. l. fœminæ ad-
duxit elegãter & copioſè Ant. Gabr. li.3. tit. de ſe-
cun. nup. conclu.2. per totam concluſionem.

60 ¶Hoc igitur ſuppoſito in hac quæſtione dicen-
dum eſt, † maritum, vel vxorẽ non poſſe de huiuſ-
modi bonis à priori marito, vel vxore ſibi dona-
tis, vel legatis, ſeu aliter ex cauſa lucratiua ab illo
acquiſitis, Primogeniũ inſtituere. Quãuis enim ex
d. l. fœminæ conceſſa fuiſſet facultas vxori eligẽdi
vnum ex filijs ad prælegandũ ei lucra à primo ma
rito, ex cauſa lucratiua acquiſita, ea tamẽ facultas
ablata fuit eidem ex deci. tex. in Auth. de nup. §. ve
nient. coll.4. ibi. *Nõ enim permittimus parentib. nõ
rectè introductã electionẽ*. Et ex text. in Auth. lucrũ
C. de ſecũ. nup. cuius verba ſunt. *Lucrũ hoc æquali-
ter inter liberos lege diſtribuitur, nõ arbitrio parẽtis
permittitur*. Per quę iura, correcta fuit. d. l. fœmi-
næ, quoad hãc electionem, atq; prælegandi pote-
ſtatẽ prout communiter Scrib. ibidẽ, atq; in iurib.
præallegatis aduertunt. Ideóque nulli dubiũ: niſi
quod vxor, vel maritus, qui ad ſecũda vota trãſie-
rũt, non poſſint ex huiuſmodi bonis, ſi liberos ex
primo matrimonio habeãt, Primogeniũ inſtituere

61 ¶Quod † nõ ſolũ procedit in Primogenio ex ter
tia & quinta bonorũ portione authoritate legum
Regiarum facto: ſed etiã in eo Primogenio, quod
ex regia facultate inſtitutũ fuit: quãuis enim ex ea
facultate parẽtibus concedatur, vt Primogenia ex
omnibus bonis ſuis inſtituere poſſint, relictis filiis
competentibus alimẽtis, verba tamen facultatum
intelligenda ſunt, de his bonis, de quibus parẽtes
poſſunt liberè diſponere, vel ex eorũ diſpoſitione
capi debent, nõ autẽ de bonis, quæ ex legis diſpo-
ſitione, abſque parentis miniſterio à lege filiis aſſi
gnata ſunt, & de quibus pater non poteſt ex lege
ſpeciali Primogeniũ inſtituere, vel prælegatũ fa-
cere. Ea namque lex ex generalitate regiarũ facul-
tatũ derogata nõ cenſetur: niſi Principi id narratũ
fuerit, atq; eidẽ legi derogatũ ſit, vel ex certa ſciẽ
tia facultas in contrarium conceſſa fuerit. Sufficit
nãq; quod facultate extẽdantur ad hoc, vt ex legi-
tima filiorũ Primogeniũ fieri poſſit, relictis eiſdẽ
alimentis, abſq; eo, quod adhoc etiã, quod tam à
mente Principis concedentis alienum eſt, extendi
debeãt, cũ clauſula ex certa ſcientia nõ extẽdatur
ad ea, quæ princeps ignorabat. Et quando plura
obſtant, nõ ſufficiat clauſula generalis nõ obſtãte:
ſed cuiſlibet ſpecifica derogatio neceſſaria ſit:
prout ſupra iſto li. c.7. n.27. diximꝰ. Idq; veriſſimũ
eſt. Qua ratione conſulimus his qui liberos haben
tes ſecũdò matrimoniũ contraxerũt, & tã ex bonis
propriis: quã ab vxore ſibi donatis vel aliàs reli-
ctis, volũt Primogeniũ inſtituere, quod impetrent
facultatẽ, vt tam ex bonis propriis quã ex his, quæ
à prima vxore acquiſierũt, poſſint Primogeniũ in
ſtituere. Aliàs namq; Primogenium quoad huiuſ-
modi bona, nullo pacto ſubſiſtere poterit.

62 ¶Ex † quib. infert Rode. Xua. in l.1. ti. *de las arras*.
li.3. for. ll. verſ. Circa hoc quęritur, ꝙ ex arris, quas
vxor, quæ tranſiuit ad ſecũda vota ex primo matri
monio acquiſiuit, non poſſit in perſona vnius filij
ex his, quos ex primo matrimonio procreauit, me
liorationem facere. Idq; etiã repetit in l. quoniã in
prioribus. C. de inoffi. teſta. in 10. limita. ad l. fori.

n.1.cũ ſeq.Quod etiã veriſſimũ mihi videtur.Idẽq. de veſtibus pretioſis, atque lecto quotidiano, atque aliis lucris ſimilibus pari ratione dicẽdũ erit.

63 ¶Verũtamen eſt,quod†ſi Primogeniũ ſiat de his bonis tanquã de re aliena, valebit Primogeniũ ipſum quoad ęſtimationẽ,prout in ſpecie dixit Bal. in d. Aut.lucrũ.C.de ſecun. nup. n.2.quẽ ſequitur Rod.Xua.in d.l.1.tit.*de las arras.* verſicu.circa hoc quæritur circa fin. de quo tamen dicendum erit prout.j.de Primogenio ex re aliena facto dicemus

64 ¶Hæc autẽ omnia procedunt in vxore ſeu viro, qui ſecundas nuptias contraxerunt: ſed†in vxore, quæ ſecundas nuptias nõ cõtraxit, dubitari ſolet: vtrũ ſi ex primo matrimonio filios habeat ex arris ſeu donatione propter nuptias poſſit Primogenium inſtituere. Dubiũ autẽ exoritur ex dec.text. in d.l.1.tit.*de las arras.*lib.3.fori, vbi diſpoſitũ eſt, quod ſi vxor moriatur relictis filiis,poſſit diſponere pro anima ſua,de quarta parte arrarũ, aliæ verò tres partes inter filios illius matrimonij diſtribuãtur:Cũ igitur ea.l.diſpoſitũ ſit,quod arrę ſubducta quarta inter filios diſtribuãtur, cõſequẽs eſt,vt in his arris,idipſum ſeruandũ ſit, quod ſuperius diximus ſeruãdũ eſſe in lucris primi matrimonij, quãdo vxor,vel maritus ſecũdas nuptias contraxerũt. Ideóque de arris ſimpliciter ſumptis, ſiue vxor ſecundò nupſerit,ſiue nõ, nõ poſſe Primogeniũ inſtitui,reſpõdit Rode.Xua. dubius tamẽ in d.l.1.fori. d.verſ.circa hoc quæritur: quãuis primũ caſum de quo ſuperius tractauimus: ſcilicet quãdo vxor ſecundò nupſit: tanquã indubitabilem proponat. Quod etiam ſentire videntur Pala. Rub. in rep. Rub.de dona.inter vir.& vxo.§.27.n.1. atque Gometius Arias.in l.51.Taur.

¶Sed veriùs eſt de his arris ab vxore,quæ ſecũdas nuptias non contraxit, Primogeniũ,etiamſi liberos habeat ex portione à lege ſeu Regia facultate permiſſa,inſtitui poſſe. Leges nãque,quas ſuperius citauimus,hũc caſum non comprehẽdunt: cùm ſolũ in vxore ſecũdas nuptias cõtrahente,loquantur.Lex autem fori,vel ſecundũ ius commune in vxore,quæ ſecũdas nuptias cõtraxit, intelligenda eſt,vel quãuis præcisè loquatur,nõ admittenda: cum hucuſque in his regnis vſu recepta nõ fuerit,nec leges fori aſtringãt: niſi in his, quæ vſu recepta ſunt: prout aduertit Tellius Fern.in l. 19. Tauri.num.12. vbi ſimpliciter reprehendit Rode. Xuar. non tamen diſtinguens inter hanc quæſtionem & præcedentem, nec aduertens ad rationem differentiæ: ſed re vera opinio præfati Roderi. Xuar.in primo caſu admittenda: in ſecundo autem reiicienda erit.

65 ¶Similiter etiã controuerti poteſt:†vtrũ ex bonis cõſtante matrimonio acquiſitis, ſolus maritus valeat abſque vxoris conſenſu cuiꝰ dimidia eorum pars viuente debetur eadem vxore,Primogenium in perſona filij Primogeniti cõmunis inſtituere. Cuius quæſtionis reſolutio pendet ab intellectu. l.4.ti.4.li.5.ord.quæ hodie eſt.l.5.tit.9.li.5.in nou. ll.recollectione quæ permittit marito,vt durante matrimonio poſſit bona in eodẽ matrimonio acquiſita alienare: dũmodo id in fraudẽ vxoris non faciat. Ideóque priuſquam noſtræ quęſtionis deciſionem exordiamur, libet eiuſdem leg. ord.in-
66 tellectũ præponere. Qua in re pręmittendum eſt †quod in caſu. d.l.ord. vel ſimilis ſtatuti plures ex Scrib.cẽſuerunt de bonis communib.conſtãte matrimonio acquiſitis maritum donationem facere poſſe, cuius ſententiæ fuerunt Ancharra. cõſ.102 n.3.& Chaſſane.in conſtit.Burgũ.ti. *le mari conſtãt le mariage.* in verb.*par donations*.& Boer.in conſti.Bituricen.ti.*des couſtumes concernans les mariages.*§.2.verſ.*deſdits biens,& conqueſtes.* Gometius, qui conſtanter id aſſeuerat.in l.51.Tauri.n.73. moti ea pręcipua ratione, quòd alienationis verbum, donationem etiam comprehendat.

¶Contrariam autem ſententiã ſequũtur plures: tam ex exteris,quam ex noſtris Iuriſcõſultis:imò, quod ſtãte ſimili ſtatuto, maritus nõ poſſit donare,quod in ſpecie ſimilis ſtatuti dixit Bal. con.235. lib.2.incip. Statuto trigeſti cauetur. Imol.in l.illæ autem inſtitutiones.ff.de hære. inſtit. Pala.Ruu.in Rub.de don.inter vir.& vxo.§. 66.nu.29.atque in effectu eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe Rode. Xuar.quanuis in ea parum ſibi conſtet in l.1. ti.*de las ganancias*.li.3.for.ll.verſ.vlterius quęro.de quęſtione quotidiana Tellius Fern. in l. 19. Tauri.n.2. cum ſeq.vbi ex iis,& aliis reſoluit maritum ſolum nõ poſſe aſſignare vni ex filiis communibus meliorationem tertij, vel quinti in rebus conſtante matrimonio acquiſitis.

67 ¶Sed quãuis quoad d.l.ordi. intellectum in hac ſpecie doct. in diuerſas ſententias diuiſi fuerint, nos tamen neutram opinionem ſimpliciter ſumptam probare poſſumus.Si enim concedamus maritum ex rebus conſtante matrimonio acquiſitis donationẽ libere facere poſſe, ex hac tam ampla donandi licentia, plura inconuenientia ſtatim percipiemus. Poſſet namque ex ea maritus nimiũ vxori præiudicare donando plura ex bonis communibus,ſiue amicis,ſiue conſanguineis,vel aliis, etſi non donec omnia bona,ſiue maiorem eorum partem. Ex quo fraus præſumi ſolet, vel aliàs ea donatio nimis exceſſiua non ſit.Nec poſſet in hoc caſu dici donationem in vxoris fraudem factam extitiſſe: cum id potius cauſa amicis, ſeu conſanguineis ſubueniendi, quam vxoris fraudãdi factũ fuiſſe cenſendũ ſit. Ideóque hæc opinio nullo pacto ſimpliciter ſumpta admittenda erit, eo præſertim,quod immoderatè,& abſq; cauſa legitima donare ſit perdere, & diſſipare. l. contra iuris. §.1.ff. de pact.l.filiusfamil.cum ſimi. ff.de don.

¶Similiter etiam admittenda nõ eſt ſimpliciter opinio dicentium maritum non poſſe aliquid ex bonis conſtante matrimonio acquiſitis, donare. Nimis namque ex ea opinione reſtringitur mariti authoritas, & poteſtas: cum nedum maritus, qui rerum communium dominiũ habet, ſed tutores, atque cæteri adminiſtratores ex bonis alienis donare poſſint ea quæ à dominis ex eorum qualitate, & conſuetudine donare conuenientia, atque ſolita ſunt.d.l.filiusfamiliàs. ff.de don.l.cũ plures. §.fina. cùm ſimil.ff. de admi.tuto. quam donandi facultatem abſurdiſſimum eſſet marito denegare.

¶Qua ratione,media alia ſentẽtia in d. l.intellectu ſequẽda eſt,quod ſcilicet maritꝰ ex bonis multiplicatis poſſit aliqua moderatè, atq; ex iuſta cauſa donare: veluti filiam communem abſque vxoris conſenſu dotare. Quod ex l.53.Tauri.quæ hodie eſt.l.8.tit.9.li.5.noui ord.deciſum eſt,& ex eiſdem,filiæ communi alimenta præſtare, conſanguineis,amicis,& famulis modica atque conſueta largiri,& alia ſimilia facere.Ex quibus fraus,vel diſſipatio pręſumi non poſſit.Donationes autem exceſſiuas,atque eas, quæ abſque cauſa legitima, ac in patrimonij communis diſſipationem fiunt, facere non valeat:qui eſt verus ac proprius d. l. ord. intellectus.Illúdque amplecti videtur: quamuis dubius,



dubius,ac timidus Rode.Xuar.in d.l.1.tit.*de las ganãcias*.li.3.fori.verſ.vlteriꝰ quęrꝙ.de quęſtio.fi.ver.

¶His igitur ſic ad prædi.l.ord.intellectũ præmiſſis ſupereſt,vt ad noſtræ quæſtionis deciſionẽ deueniamus,in qua dicendum videtur,Maritum poſſe in perſona filij Primogeniti communis Primogenium ex bonis multiplicatis inſtituere. Primò, quia hęc Maioratus inſtitutio,non eſt cẽſenda donatio fraudulẽta,nec ex his,quas.d.l.ord. excludit: imò iuſtiſſima, & quæ fieri ſolita eſt, & voluntati tam vxoris,quam viri veriſimiliter correſpondẽs, Ideóque neceſſariò id virum facere poſſe, ex ſuperiùs adductis dicendum eſt.

¶Secundò quia ex d.l.53. Tauri deciſum eſt parentem poſſe dotare filiam communem ex bonis conſtante matrimonio acquiſitis, quod nulla alia ratione permiſſum eſt:niſi quia vxor ipſa id veriſimiliter ex ipſiſmet bonis feciſſet, & quia in hoc maritus non fraudem aduerſus vxorem committere videatur.Quod etiam pari ratione in maioratus inſtitutione dicendum videtur.

¶Tertiò,quia ꝙ maritus ex bonis conſtante matrimonio acquiſitis Primogenium inſtituere poſſit in perſona filij ipſius,atque vxoris expreſſe deciſum eſt ex diſpoſitione.l.208.ſtyli,vbi probatur,ꝙ ſi marito debeantur plura debita,quæ inter eundẽ & vxorẽ ſunt cõmunia,poteſt à debitoribꝰ pro eis accipere inſolutũ aliquã rẽ immobilẽ ſub hac cõditione,quòd in ea ſolus filiꝰ eius cõmunis maior natu ſuccedere poſſit, nec aliqua pars ex ea vxori, nec cæteris filiis debeatur.Cum igitur hoc lex illa marito ex pecunia conſtante matrimonio acquiſita facere permittat, pari ratione idipſum videtur dicendum in quacunque alia re eodem matrimonio durante quæſita: cum nulla ratio differentiæ de vno caſu ad alium aſſignari poſſit.

¶Nec obſtat ſi dicatur legẽ prædictã eſſe legem ſtyli,quæ non ſtringit ad ſui obſeruantiam:niſi vſu recepta ſit.Nã hoc in prædicta lege ſtyli procedere nõ poteſt cũ ſit declarata,ex d.l.4.ti.5.lib.4.ord. antiqui,quæ eſt l.5.tit.9.li.5. ord.noui,vt probatur ex verbis eiuſdẽ.l.ibi. *Declarãdo las leyes del fuero, y el libro del eſtylo de corte,&c.* Ex quo infertur neceſſariò leges fori,& ſtyli circa hoc diſponentes ſeruandas eſſe:cum prædictæ legis ordi.declaratione: aliàs námque ſuperflua eſſet.d.l.ord.declaratio.

¶Sed quanuis hæc ſtringere videãtur contraria ſententia mihi verior, atque probabilior videtur. Primogenij namque inſtitutio maximæ quantitatis donatio,vt plurimum eſſe ſolet: ideóque non comprehenditur ſub qualitate earũ donationum, quas in intellectu. d. l. ordi. reſoluimus maritum conſtante matrimonio facere poſſe.

¶Nec obſtat,ꝙ diximus ſcilicet huiuſmodi Maioratus inſtitutionem voluntati vxoris conuenire, nec in eius fraudẽ factã dici poſſe: nã vt plurimùm videmus affectiones filiorum non æquè inter maritum,& vxorẽ obſeruari.Imò plùries filium quẽ pater diligit,mater odit,vel ſaltim alium magis diligit. Eſſétque maxima fraus aduerſus ipſam vxorẽ,quòd maritus ſolus ex bonis cõmunibus poſſet ea inuita Maioratum inſtituere in perſona filij, quẽ ipſa odit,vel quòd non inſtituatur in perſona illius,quem ipſa magis diligit,& quòd aduerſus ipſius voluntatem de re ſua diſponatur, & ipſa propriæ voluntatis libertate fraudetur.Quod non credendum eſt,dictam legem ordina.permiſiſſe.

¶Non etiam obſtat.d.l.53.Tauri:caſus nãq; ab illa lege deciſus,ab eo,de quo agimus, nimis aduerſus eſt.Dotare namque filias onus neceſſarium eſt, & quod quaſi debitum conſtante matrimonio contractum ex bonis communib.neceſſariò ſolui debet.Primogenij autem inſtitutio,eſt actus voluntarius,& qui non poteſt ſub nomine rei debitę neque neceſſariæ comprehendi.

¶Similiter etiam nõ obſtat.d.l.208.ſtyli, quia cũ ea non ſit obſeruãda:niſi in eo, in quo vſu recepta fuit,nõ poteſt dici cõfirmata ex d.l.ord.niſi in eo, quod in ea expreſſè declaratur,ſed potiùs eius validitas dicitur ex vſu pendere. Declaratio namque non inducit actus declarati aliàs inualidi, confirmationẽ,vt dixit Bald.in l.1.C.de teſta. manu.n.2. Imò declarans nihil noui agit.l. hæredes palàm.§. ſi quid poſt,vbi per Scrib.ff.de teſta.eo maximè,ꝙ dict.l.ord.potius videtur ſe referre ad aliã legem ſtyli.205.Quæ ſolùm diſponit de caſu ſpeciali, de quo ſuperiùs meminimus.

¶Quibus adiicitur,quod in Regiis facultatibus, quæ ad inſtituenda Primogenia conceduntur,dici ſoleat. *Que de todos vueſtros bienes podays hazer Mayorad.* Quæ verba ad bona communia extendi non poſſunt.Quãuis enim id,quod commune eſt, meum,lato ſumpto vocabulo, dici poſſit: propriè tamen loquendo meum dici nequit:niſi quoad diſpoſitionem partis meę.l.ſerui.electio.§.Labeo.vbi per Scribent.ff. de lega.2. Quod præſertim in Regiis facultatibus,quæ in præiudicium legitimæ filiorum conceduntur, apertiùs procedit,quæ ex regulis communibus,quoad filiorum pręiudicium attinet ſtrictæ interpretandæ ſunt:prout ſupra li.1. cap.18 clariſſimè demonſtrauimus.Quæ etiam ratio ad tertij & quinti meliorationem extendi poteſt,ex deci.l.19.Tau.verbo.*De ſu hazienda.* Quod verbum ad hoc ponderauit ibidem Tellius Ferd. num.2. qui omninò in eo nu.& ſequent. videndus erit, quia plura adducit, quæ ad huius quæſtionis deciſionem conducere poterunt.Ex quibus rationibus hoc veriſſimum mihi apparet.

68 ¶Conſequenter & reſoluenda ſe offert, ea quæſtio, de qua inter Hiſpanos Iuriſconſultos ſatis etiã controuerſum eſt: †vtrum ſcilicet damnatus ad mortem poſſit Primogeniũ inſtituere,ſiue ex Principis,ſiue ex legum Regiarum facultate.Qua in re, vt ratio dubitandi percipiatur, præmittendum
69 eſt †de iure antiquo digeſtorum diſpoſitum fuiſſe quòd omnis ille qui ad mortẽ damnaretur in conſequentiam amitteret bona.l.j.cum ſimil.ff.de bo. dam.Quod temperatum fuit ex text.in Auth. bona.damna.C.eo.vt procedat non exiſtentibus aſcẽdentibus,vel deſcendentibus damnati, vel collateralibus vſque ad tertium gradum, non aliàs, & his exiſtentibus, hæc bona eiſdem reſeruata inter eos æqualiter diuidenda ſunt, ex diſpoſitione tex. in l.ſi deportatus,& in l.quando.C. de bon.damn. Cuius Authen.diſpoſitio non procedit in caſibus, vbi ex diſpoſitione legis venit aliqua bonorũ cõfiſcatio facienda:ſed ſolùm vbi non eſt lex aliqua, quæ bonorum confiſcationem imponat: ſed ex rigore d.l.1.ff.de bonis damna.fiſco bona erant adiicienda.Ideóque, cùm lex pœnam bonorum cõfiſcationis imponit ea exequenda eſt, etiamſi damnatus filios, ac deſcendentes, ſeu aſcendentes vel tranſuerſales habeat:prout dixit Bartol. in d.l.1.ff. de bon.damna.ſic intelligens d.Authen. bona dãnatorum qui intellectus communis eſt: prout dixit Boer.in tractat.de ſeditio. ſeptimo notat. numero tertio. Quod etiam profitetur Greg.Lop. in l.quinta.titu.31.part.7.verb.*Señalados.* Quæ.l.

partitarum id apertiſſimè diſponit: prout ibidem Greg. aduertit: ſicq. quotidie practicari ſolitũ eſt.

¶Vlteriùs etiam præmittendum eſt, quòd quãuis ex iuris communis diſpoſitione damnatus ad mortem inteſtabilis eſſet: hodie tamen ex diſpoſitione legis 4. in ll. Tauri. quæ eſt. l. 3. t. 4. li. 5. in nou. ll. regni collectione. teſtari poteſt de his bonis, quę in confiſcationem venire non debent, nec aliis perſonis applicari. Quod etiam. l. 5. ti. *delas mandas* li. 3. fori. ante diſpoſitum erat.

¶Hoc igitur præſuppoſito, in hac ſpecie ſe offerunt inter Hiſpanos interpretes duæ diuerſæ opiniones. Prima eſt dicentium etiam ſtantibus dictis legibus fori, vel Tauri non poſſe damnatũ ad mortem de his bonis Primogenium inſtituere: cùm ea filiis à lege deferantur, nec illa à parente, ſed à lege capiant. Quam opi. primus probauit, atque ex pluribus defendit Rodericus Xua. in l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. teſt. 10. limi. ad l. fori. n. 4. cũ ſeq. vbi inquit ſe ita de facto conſultum reſpondiſſe cuius opin. ſequitur. D. Dida. de Couarru. in Rub. de teſta part. 3. n. 27.

¶Contrariam autem ſententiã ſequuntur Greg. Lopez in d. l. 5. tit. 3. p. 7. verb. *Senalados*. & Tellius Fernand. in d. l. 4. Tauri. n. 17. vbi latiſſimè id proſequitur: dicentes hodię ſtante d. l. Tauri. poſſe dãnatum ad mortem tertij meliorationem facere, ex eáque lege iam quo ad hoc ceſſare. d. Authẽ. bona damnatorum, diſpoſitionem. Quorum opi. verior, atque probabilior mihi videtur. Si enim contraria ſententia vera eſſet, non poſſet verificari in aliquo dictæ. l. Taurinenſis deciſio: dum dicit. *De ſus bienes*. Cum damnatus ad mortem non poſſit habere alia bona: quam ea, quæ ex indulgentia. d. Authen. bona damnatorum, ſibi deferuntur. Alioqui namque ex d. l. 1. ff. de bon. damn. omnia fiſco adiicienda forent. Nec etiam procedere poſſet eiuſdem. l. exceptio, dum dicit, *Saluo los que ſe ouieren de confiſcar y aplicar a nueſtra camara*: ſi non poſſet teſtari. de aliis, quę fiſco non adiiciuntur, cùm exceptio regulam contrariam firmare debeat. Quod etiam comprobatur ex eo: quia ſi contraria opinio ſequenda eſſet, neceſſariò dicendum foret, quòd is, qui filios non habet: ſed tantùm tranſuerſales vſque ad tertium gradum, ſi hodie ad mortẽ damnetur, non poſſit de bonis, quæ fiſco non adiiciuntur teſtari: ſed ea cognatis ſuis deferenda neceſſariò eſſent. Quod eſſet abſurdiſſimum. Ideóque hęc vltima opinio proculdubiò ſequenda erit.

70 ¶Subſequenter etiam tractandũ ſupereſt, †vtrũ ex re aliena valeat Primogenium inſtitui. Qua in re, dicendum eſt, quòd ſi Primogenium ipſum fiat de re hæredis, valebit: etiam ſi teſtator ignorans rem eſſe ſuam, id fecerit. Si verò Primogenium fiat de re aliena, quæ hæredis non ſit: ſi id inſtitutor ſciens fecit, hæres eius tenetur illam emere, & tradere ſucceſſori Primogenij, vel ſoluere eius æſtimationẽ, vt ex ea bona ipſi Primogenio perpetuò adiicienda ſubrogentur. Si verò ignorans id fecit, Primogenium ipſum vitiatur: niſi in perſona coniuncti, prout cõmuniter fieri ſolet, Primogenium inſtitutum fuerit. Tunc namque ſiue ſcienter, ſiue ignoranter id fiat, res aliena emenda eſt, vel eius æſtimatio Maioratus poſſeſſori ſoluenda, quæ omnia colliguntur deciſ. tex. in §. non ſolum. Inſtitut. de leg. & ex l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. Et ex l. cum alienan. C. de lega. & ex l. nõ dubium. §. fina. ff. de leg. 3. & ex l. prædia. C. de fideicom. & ex l. 10. tit. 9. part. 6. vbi Greg. Lopez plura in idem cõgerit, eáque ad Hiſpanorũ Primogenia deducit.

71 ¶Similiter etiam controuerti poteſt† vtrũ ex bonis feudalibus, cẽſualibus ſeu Emphyteoticis, quæ pater pro ſe, ac filiis ſuis perpetuò accepit, poſſit ipſe Primogenium inſtituere. Qua in re diſtinguẽdum eſt. Nam aut feudum, cenſus, vel Emphyteoſis accepta fuerunt à parente pro ſe, & hæredibus ſuis. Et tunc dicendum erit poſſe illa vni ex filiis prælegare, atque ex eis Primogenium inſtituere, ſiue feudum, ſiue cenſus, atq; Emphyteoſis fuiſſent antiqua, ſiue noua. Quod etiam dicendũ erit: quãdo accepta fuerunt pro ſe atque filiis & hæredibus ſuis ſimul: quanuis hoc vltimum non tam abſque controuerſia: ſicut primum ab Scrib. receptum ſit.

¶Si verò ſolùm pro ſe, & filiis ſuis feudum, ſiue cenſus, aut Emphyteoſis, accepta fuerunt, nulla adiecta hæredum mentione: tunc dicendum erit patrem non poſſe filiis, quibus æquè ius quæſitum fuit, præiudicare: nec ex eis Primogenium in perſona filii maioris natu, vel alterius inſtituere: ſi ea antiqua ſint. Si verò ſint noua, atque ab ipſo parẽte, & ſui contemplatione, & non alicuius filij ſpecificè acquiſita: tunc poterit ea vni filiorum prælegare: cùm ipſe fuerit cauſa acquiſitionis: quanuis hoc vltimum ſatis apud Scribẽt. controuerſum ſit. Quæ diſtinctio, ac reſolutio communis eſt, colligitúrq; ex traditis per Dyn. Bald. & Ang. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de lega. 1. vbi Alex. n. 4. & Iaſ. n. 14. plura in idem adducunt. Idem Iaſ. in l. 2. n. 20. cum ſeq. C. de iure Emphy. Alex. conſ. 8. n. 15. cum ſeq. Dec. conſ. 239. n. 4. cũ ſeq. Bal. in Auth. ſi quas ruinas. C. de Sacroſan. Eccleſ. Bal. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. And. de Yſer. in c. 1. n. 3. de alie. feu. Soc. Iun. conſ. 112. n. 1. li. 2. Sigiſmund. inter conſilia feudalia cõſ. 52. nume. 1. Iulius Clar. li. 4. ſentent. §. feudum. q. 41. cum ſeq. Carol. Ruinus. conſ. 48. n. 2. li. 1. Celſus conſi. 26. n. 14. & 15. 29. 75. 86. & 87. Ant. Gabriel. qui omninò vidẽdus erit commun. opin. lib. 3. concl. 2. vbi latiſſimè proſequitur materiam.

¶Quæ omnia vera ſunt: quando expreſſè Maioratus inſtitutor de huiuſmodi bonis feudalibus, atque Emphyteoticis, ſeu libellariis diſpoſuit, nec verba inueſtituræ repugnant. Quando autem generaliter ex omnibus bonis ſuis Primogenium inſtituit, de hac ſpecie bonorum mentionem nõ faciẽs, apud Scri. ſatis cõtrouerſum eſt: vtrũ tale Primogeniũ vniuerſale bona huiuſmodi cõprehẽdat.

¶De feudis autem, vt ſpecificè de vnaquaq; ſpecie loquamur, dicẽdum eſt, ea regulariter in fideicommiſſarium vniuerſalem nõ tranſire: niſi fideicommiſſarius ipſe, vel Primogenij vniuerſalis ſucceſſor ſit, de comprehenſis in inueſtitura, vel feudum acceptum fuerit, à primo feudatario pro ſe, & hæredibus quibuſcunque. In his nãque caſibus receptum eſt in fideicommiſſariũ vniuerſalem, vel Primogenij vniuerſalis ſucceſſorem, feudũ etiam tranſire. Quod in ſpecie dixit Bart. referens Dynũ: in l. ſi patroni filius. n. 3. ff. ad Trebel. & ibi Alexan. n. 12. & n. 16. allegans in ibi. Bald. Ioan. Andr. Iaſ. in Prælud. feud. n. 46. & 49. Tiraq. de vtroq. retract. titu. de retractu ligna. §. 1. gl. 7. n. 27. D. Ant. de Padilla in l. cùm virum. C. de fideicom. nu. 55. Carol. Ruin. conſ. 48. n. 3. li. 1.

¶De re autem Emphyteoſi, vel cẽſui ſubiecta, diſtinguendum eſt. vtrum ſit Principis, vel priuati. ſeu Eccleſiæ, prout diſtinguunt Bar. n. 4. & Alexã. n. 9. eſt pluribus ſeq. in d. l. ſi patroni. ff. ad Trebel. Quod optimè reſoluit plura in idem adducẽs. D. Ant.



Ant. de Padilla in l. cùm virum, C. de fideicõ. n. 56. Carol. Ruin. conſ. 28. n. 4. & alibi ſæpè. Scrib.

¶Similiter etiam de portionib. prælegatis dubitari ſolet †: vtrum, ſub generali ſeu vniuerſali
73 Primogenio, vel fideicommiſſo comprehẽdantur Qua in re, communis opin. eſt ea, in Primogenio ſeu fideicommiſſo vniuerſali comprehẽdi, niſi in certis caſibus, qui per Scrib. ſpecificè annotari ſolent: prout in ſpecie teſtantur Bar. Bald. Corn. Raphael Cuma. & cõmuniter Scrib. in l. cum virum C. de fideicom. vbi D. Anto. de Padilla. nu. 6. hanc eſſe communem opin. profitetur. Idipſum etiam teſtatur Ripa. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 37. ff. ad Trebe. Bar. & Scrib. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. eo. Cur. Iun. cõſ. 13. n. 3. vbi elegãter proſequitur materiã Caro. Ruin. cõſ. 152. nu. 6. li. 3. qui diſtinguit, an prælegatum præcedat fideicõmiſſum, vel non: quibus plura cumulat Franc. Marzarius in ſuo Epito. de fideicomm. 2. par. quæſt. 3. & alibi ſæpè Scrib. quibus adiiciendum eſt quod de fideicommiſſo fauore agnationis facto dixit Franc. Piſcina de ſtatutis excluden. fœm. n. 52.

74 ¶Sed cõtrouerti poteſt †vtrum is, qui habet Regiam facultatem ad inſtituendum Primogenium poſſit primo Maioratu inſtituto, virtute eiuſdem Regiæ facultatis aliud Primogenium ex tertio & quinto bonorum ſuorũ inſtituere, virtute legum Regiarum. Qua in re prima facie videtur dicen-
75 dum, quòd ſic. Nam †quoties cõcurrunt quoad aliquid, ius commune, & priuilegium non confunduntur, ſed poteſt quis quoad id, vti iure communi, & etiam priuilegio. Quod probatur ex tex. in l. fina. C. de repud. hæred. Per quem text. dixit Bald. ibi. n. 7. referendo Cin. ibidem, quod tempus dilationis conceſſum ex priuilegio cruce ſignatis, non confunditur cum tempore dilationis conuentionalis, ſed poterunt vti dilatione conuentionali, & etiam dilatione priuilegij. Quorum dicta ſequitur Alex. ibidem. n. 12. vbi hanc dixit eſſe communem opi. idipſum etiam dixit Oldra. conſ. 204. Petr. de Ancharra. conſ. 396. Ioan. Calderi. in diſputa. ſua. incip. Sacerdos quidam priuilegiatus.

¶Sed his non obſtantib. Gregor. Lopez qui hãc quęſtionem tetigit in l. 32 tit. 9. par. 6. in glo. verb. *No valdra*. col. 2. contrariam ſententiã eligere videtur. Imò quòd Primogenio virtute Regiæ facultatis inſtituto, non valeat quis aliud Primogenium ex tertio, vel quinto inſtituere. Idque ea ratione: quia non eſt credendum Principem velle filios duplici onere grauare, ſcilicet, Regia, atque legali facultate. l. in naue Sauphei. §. 1. ff. locati. tex. in cap. mandatum de reſcript.

¶Hæc tamẽ quæſtio, quæ iam mihi in quadam opulentiſſima hæreditate decidẽda cõtingit, maturiùs diſcutienda eſt. Ideóque pro eius perfecta reſolutione tres caſus diuerſi cõſiderãdi ſunt. Primus quãdo ſimpliciter primum Primogenium inſtitutum fuit, nec exprimendo, quod inſtituebatur ex Regia facultate, nec ex facultate legum Regiarum. Secũdus quando expreſsè ex legib. Regiis inſtitutum fuit. Tertius, quando expreſſè inſtitutum fuit ex Regia facultate.

¶In Primo caſu dicendũ eſt, non poſſe ſecũdũ Primogentũ ex tertio & quinto inſtitui poſt primum inſtitutum, ex regula generali, quòd quando actus poteſt fieri ex iure communi & priuilegio, ſi ſimpliciter fiat, cenſetur factus ex iure communi. l. 3. cum ſimil. ff. de teſta. milit. cum aliis, quæ ſupra iſto lib. c. 2. n. 17. tradidimus, probantes Primogenium ſimpliciter inſtitutum, quod ex iure communi, & Regia facultate inſtitui poterat, ex legibus Regiis potiùs, quam ex Regia facultate factum cenſendum eſſe. Cùm igitur primum Primogenium ex legibus Regiis factum eſſe cenſendum ſit, conſequens eſt, vt ex eiſdem legibus ſecundum Primogenium non valeat fieri, cum earum legum facultas in primo actu cõſumpta fuerit. l. boues. §. hoc ſermone cum ſimi. ff. de verb. ſigni. Quod etiam à fortiori dicẽdum erit in ſecundo caſu quando expreſſè ex legibus Regiis primũ Primogenium inſtitutum fuit, in vtroque tamen caſu dubitari poterit, vtrum virtute Regiæ facultatis poſſit aliud Primogenium inſtitui, in quo dicẽdum erit: prout diximus iſto lib. c. 4. n. 47. Non tamen dubium eſt quòd ex ea poſſit primus Maioratus augeri.

¶In tertio caſu qñ ſcilicet expreſſè Maioratus inſtitutor profeſſus fuit ſe Regia facultate vti, ſubdiſtinguendum erit. Nam aut bona, ex quibus virtute Regiæ facultatis Primogeniũ inſtitutum fuit, non excedunt tertiam & quintam bonorum inſtituentis portionem, vel illam excedunt. Si tertium, & quintum ea bona non excedant, dicẽdum erit, primo Maioratu virtute Regiæ facultatis inſtituto, poſſe iterum ſecundum ex legibus Regiis inſtitui. Si enim id fieri nõ poſſet, facultas à Principe conceſſa, nihil operaretur: cùm id abſque ea fieri poſſet, atque iure communi conceſſum eſſet. Vt autem aliquid operetur, dicendum erit, vltra illã poſſe Maioratus inſtitutorẽ, ex tertio & quinto alium Maioratum inſtituere, vel primi Maioratus
76 ſucceſſorẽ, ex tertio & quinto meliorare. †Facultas namque Principis ſemper ita interpretanda eſt, vt aliquid operetur vltra ius commune. l. ſi quãdo. ff. de lega. 1. l. 1. ff. ad municip. Bal. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. n. 4. Felin. in c. 1. de reſcrip. n. 4. Carol. Ruin. conſ. 100. n. 7. lib. 1. Quod intelligẽdũ eſt, dummodò cæteris filiis competentia alimẽta ſuperſint. Aliter nãque id nullo pacto fieri poſſet.

¶Si verò bona ex quibus primũ Primogenium ex Regia facultate inſtitutum fuit, valorem tertij & quinti excedant, dicendũ erit, primo Maioratu inſtituto, nõ poſſe tertij & quinti meliorationem
77 fieri: †quãuis enim Regia facultas aliquid operari debeat, vt ſuperius oſtenſum eſt, poſtquam tamen aliquid operata eſt, debet reſtringi, vt minus lædat ius commune, quam ſit poſſibile. l. 2. C. de noxali. Feli. qui plura refert in c. 1. de reſcript. n. 9. verſ. ſecundò declara. atque Decius ibidẽ. n. 4. verſ. ſubiicit Abbas. Quod etiã dixit Curt. Iun. conſ. 5. n. 27. Ideóque non ita facultas interpretanda eſt, vt poſt Maioratum inſtitutum, ex valore tertij & quinti, & ex aliis bonis vltra tertium, & quintum, iterum alius Maioratus ex tertio & quinto inſtitui poſſit.
78 Nec †obſtat ſi dicatur ex deciſ. d. l. fi. C. de repud. hæred. & ex his, quæ ibidem tradunt Scriben. non debere ius commune, cum priuilegio confundi. Nam illud verum eſt: niſi quando ſi aliter fieret enorme præiudicium tertio reſultaret, tũc nãque priuilegium reſtringendum eſt, vt minus ius commune lædat, quàm ſit poſſibile, vt in eadem l. fi. plures ex Scrib. aduertunt. Idque comprehenditur ex his, quæ latiùs adducit Felin. in d. c. 1. de reſcrip. n. 9. & alibi ſæpè Scrib. Cõſtat autẽ, quod enorme damnum filiis ſequeretur, ſi facultas hæc in caſu, de quo agimus, reſtringenda non eſſet. Ideóque in hac ſpecie opinio Gregorij Lupi proculdubiò admittenda erit.

 ¶Con-

partitarum id apertiſſimè diſponit: prout ibidem
Greg.aduertit:ſicq. quotidie practicari ſolitũ eſt.

¶Vlteriùs etiam præmittendum eſt,quòd quã-
uis ex iuris communis diſpoſitione damnatus ad
mortem inteſtabilis eſſet:hodie tamen ex diſpoſi-
tione legis 4.in ll.Tauri.quæ eſt.l.3.t.4.li.5.in nou.
ll.regni collectione.teſtari poteſt de his bonis,quę
in confiſcationem venire non debent, nec aliis
perſonis applicari.Quod etiam.l.5.ti. *delas mandas*
li.3.fori.ante diſpoſitum erat.

¶Hoc igitur præſuppoſito,in hac ſpecie ſe offe-
runt inter Hiſpanos interpretes duæ diuerſæ opi-
niones.Prima eſt dicentium etiam ſtantibus dictis
legibus fori,vel Tauri non poſſe damnatũ ad mor
tem de his bonis Primogenium inſtituere:cùm ea
filiis à lege deferantur,nec illa à parente,ſed à lege
capiant.Quam opi.primus probauit,atque ex plu-
ribus defendit Rodericus Xua.in l.quoniã in prio-
ribus.C.de inoffi.teſt.10.limi.ad l.fori.n.4. cũ ſeq.
vbi inquit ſe ita de facto conſultum reſpondiſſe
cuius opin.ſequitur.D.Dida.de Couarru.in Rub.
de teſta part.3.n.27.

¶Contrariam autem ſententiã ſequuntur Greg.
Lopez in d.l.5.tit.3.p.7.verb. *Senalados.* & Tellius
Fernand.in d.l.4.Tauri.n.17. vbi latiſſimè id pro-
ſequitur:dicentes hodię ſtante d.l.Tauri.poſſe dã-
natum ad mortem tertij meliorationem facere,ex
eáque lege iam quo ad hoc ceſſare.d.Authẽ. bona
damnatorum,diſpoſitionem.Quorum opi.verior,
atque probabilior mihi videtur. Si enim contraria
ſententia vera eſſet,non poſſet verificari in aliquo
dictæ.l.Taurinenſis deciſio:dum dicit. *De ſus bie-
nes.* Cum damnatus ad mortem non poſſit habere
alia bona:quam ea,quæ ex indulgentia.d. Authen.
bona damnatorum,ſibi deferuntur.Alioqui nam-
que ex d.l.1.ff.de bon.damn.omnia fiſco adiicien-
da forent. Nec etiam procedere poſſet eiuſdem.l.
exceptio,dum dicit,*Saluo los que ſe ouieren de con-
fiſcar y aplicar a nueſtra camara*:ſi non poſſet teſta-
ri.de aliis,quę fiſco non adiiciuntur,cùm exceptio
regulam contrariam firmare debeat. Quod etiam
comprobatur ex eo: quia ſi contraria opinio ſe-
quenda eſſet,neceſſariò dicendum foret, quòd is,
qui filios non habet: ſed tantùm tranſuerſales vſ-
que ad tertium gradum, ſi hodie ad mortẽ dam-
netur,non poſſit de bonis,quæ fiſco non adiiciun-
tur teſtari: ſed ea cognatis ſuis deferenda neceſſa-
riò eſſent.Quod eſſet abſurdiſſimum.Ideóque hęc
vltima opinio proculdubiò ſequenda erit.

70 ¶Subſequenter etiam tractandũ ſupereſt,†vtrũ
ex re aliena valeat Primogenium inſtitui. Qua in
re,dicendum eſt,quòd ſi Primogenium ipſum fiat
de re hæredis, valebit: etiam ſi teſtator ignorans
rem eſſe ſuam,id fecerit.Si verò Primogenium fiat
de re aliena, quæ hæredis non ſit: ſi id inſtitutor
ſciens fecit,hæres eius tenetur illam emere,& tra-
dere ſucceſſori Primogenij, vel ſoluere eius æſti-
mationẽ,vt ex ea bona ipſi Primogenio perpetuò
adiicienda ſubrogentur. Si verò ignorans id fecit,
Primogenium ipſum vitiatur:niſi in perſona con-
iuncti,prout cõmuniter fieri ſolet, Primogenium
inſtitutum fuerit.Tunc namque ſiue ſcienter, ſiue
ignoranter id fiat, res aliena emenda eſt, vel eius
æſtimatio Maioratus poſſeſſori ſoluenda,quæ om-
nia colliguntur deciſ.tex.in §.non ſolum. Inſtitut.
de leg.& ex l.vnum ex familia.§. ſi rem.ff.de leg.2.
Et ex l.cum alienan.C.de lega.& ex l.nõ dubium.
§.fina.ff.de leg.3.& ex l.prædia.C. de fideicom. &
ex l.10.tit.9.part.6.vbi Greg.Lopez plura in idem
cõgerit,eáque ad Hiſpanorũ Primogenia deducit.

71 ¶Similiter etiam controuerti poteſt† vtrũ ex bo
nis feudalibus,cẽſualibus ſeu Emphyteoticis, quæ
pater pro ſe,ac filiis ſuis perpetuò accepit, poſſit
ipſe Primogenium inſtituere.Qua in re diſtinguẽ-
dum eſt.Nam aut feudum,cenſus,vel Emphyteo-
ſis accepta fuerunt à parente pro ſe, & hæredibus
ſuis.Et tunc dicendum erit poſſe illa vni ex filiis
prælegare,atque ex eis Primogenium inſtituere,
ſiue feudum,ſiue cenſus,atq; Emphyteoſis fuiſſent
antiqua,ſiue noua.Quod etiam dicendũ erit: quã-
do accepta fuerunt pro ſe atque filiis & hæredibus
ſuis ſimul: quanuis hoc vltimum non tam abſque
controuerſia:ſicut primum ab Scrib.receptum ſit.

¶Si verò ſolùm pro ſe,& filiis ſuis feudum, ſiue
cenſus,aut Emphyteoſis, accepta fuerunt, nulla
adiecta hæredum mentione: tunc dicendum erit
patrem non poſſe filiis,quibus æquè ius quæſitum
fuit,præiudicare:nec ex eis Primogenium in per-
ſona filii maioris natu,vel alterius inſtituere: ſi ea
antiqua ſint.Si verò ſint noua,atque ab ipſo parẽ-
te,& ſui contemplatione, & non alicuius filij ſpe-
cificè acquiſita:tunc poterit ea vni filiorum præ-
legare:cùm ipſe fuerit cauſa acquiſitionis:quanuis
hoc vltimum ſatis apud Scribẽt.controuerſum ſit.
Quæ diſtinctio,ac reſolutio communis eſt, colli-
gitúrq; ex traditis per Dyn.Bald.& Ang.in l.apud
Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de lega.1.vbi Alex.n.4.
& Iaſ.n.14.plura in idem adducunt. Idem Iaſ.in l.
2.n.20.cum ſeq.C.de iure Emphy.Alex. conſ.8.n.
15.cum ſeq.Dec.conſ.239.n.4.cũ ſeq.Bal.in Auth.
ſi quas ruinas.C.de Sacroſan.Eccleſ.Bal.in l.vt iu-
riſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.liber.And.de Yſer.
in c.1.n.3.de alie.feu.Soc.Iun.conſ.112.n.1.li.2.Sigiſ
mund.inter conſilia feudalia cõſ.52.nume.1. Iulius
Clar.li.4.ſentent. §. feudum.q.41.cum ſeq.Carol.
Ruinus.conſ.48.n.2.li.1. Celſus conſi.26.n.14.& 15.
29.75.86.& 87.Ant.Gabriel.qui omninò vidẽdus
erit commun.opin.lib.3.concl.2.vbi latiſſimè pro-
ſequitur materiam.

¶Quæ omnia vera ſunt:quando expreſſè Maio-
ratus inſtitutor de huiuſmodi bonis feudalibus, at
que Emphyteoticis,ſeu libellariis diſpoſuit, nec
verba inueſtituræ repugnant. Quando autem ge-
neraliter ex omnibus bonis ſuis Primogenium in-
ſtituit,de hac ſpecie bonorum mentionem nõ fa-
ciẽs,apud Scri.ſatis cõtrouerſum eſt:vtrũ tale Pri-
mogeniũ vniuerſale bona huiuſmodi cõprehẽdat.

¶De feudis autem,vt ſpecificè de vnaquaq; ſpe
cie loquamur,dicẽdum eſt,ea regulariter in fidei-
commiſſarium vniuerſalem nõ tranſire: niſi fidei-
commiſſarius ipſe,vel Primogenij vniuerſalis ſuc-
ceſſor ſit,de comprehenſis in inueſtitura, vel feu-
dum acceptum fuerit, à primo feudatario pro ſe,
& hæredibus quibuſcunque. In his nãque caſibus
receptum eſt in fideicommiſſariũ vniuerſalem,vel
Primogenij vniuerſalis ſucceſſorem, feudũ etiam
tranſire.Quod in ſpecie dixit Bart.referens Dynũ:
in l.ſi patroni filius.n.3.ff.ad Trebel.& ibi Alexan.
n.12.& n.16.allegans in ibi.Bald.Ioan.Andr. Iaſ.in
Prælud.feud.n.46.& 49.Tiraq. de vtroq. retract.
titu.de retractu ligna.§.1.gl.7.n.27.D.Ant.de Pa-
dilla in l.cùm virum.C.de fideicom.nu.55. Carol.
Ruin.conſ.48.n.3.li.1.

¶De re autem Emphyteoſi, vel cẽſui ſubiecta,
diſtinguendum eſt.vtrum ſit Principis,vel priuati.
ſeu Eccleſiæ,prout diſtinguunt Bar.n.4. & Alexã.
n.9.eſt pluribus ſeq.in d.l.ſi patroni.ff.ad Trebel.
Quod optimè reſoluit plura in idem adducẽs. D.
Ant.



Ant.de Padilla in l.cùm virum,C.de fideicõ.n.56.
Carol.Ruin.conſ.28.n.4.& alibi ſæpè.Scrib.

¶Similiter etiam de portionib. prælegatis du-
73 bitari ſolet †: vtrum, ſub generali ſeu vniuerſali
Primogenio, vel fideicommiſſo comprehẽdantur
Qua in re, communis opin. eſt ea, in Primogenio
ſeu fideicommiſſo vniuerſali comprehẽdi, niſi in
certis caſibus,qui per Scrib.ſpecificè annotari ſo-
lent:prout in ſpecie teſtantur Bar.Bald.Corn.Ra-
phael Cuma. & cõmuniter Scrib. in l. cum virum
C.de fideicom.vbi D.Anto.de Padilla.nu. 6.hanc
eſſe communem opin.profitetur. Idipſum etiam
teſtatur Ripa.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.37.
ff.ad Trebe.Bar.& Scrib.in l.Marcellus.§.quidam
liberis.ff.eo.Cur.Iun.cõſ.13.n.3.vbi elegãter proſe
quitur materiã Caro.Ruin.cõſ.152.nu.6.li.3.qui di
ſtinguit, an prælegatum præcedat fideicõmiſſum,
vel non: quibus plura cumulat Franc. Marzarius
in ſuo Epito.de fideicomm. 2. par.quæſt.3.& alibi
ſæpè Scrib.quibus adiiciendum eſt quod de fidei-
commiſſo fauore agnationis facto dixit Franc. Pi-
ſcina de ſtatutis excluden.fœm.n.52.

74 ¶Sed cõtrouerti poteſt†vtrum is,qui habet Re-
giam facultatem ad inſtituendum Primogenium
poſſit primo Maioratu inſtituto, virtute eiuſdem
Regiæ facultatis aliud Primogenium ex tertio &
quinto bonorum ſuorũ inſtituere, virtute legum
Regiarum. Qua in re prima facie videtur dicen-
75 dum, quòd ſic.Nam†quoties cõcurrunt quoad ali
quid,ius commune, & priuilegium non confun-
duntur,ſed poteſt quis quoad id, vti iure commu-
ni,& etiam priuilegio.Quod probatur ex tex.in l.
fina.C.de repud.hæred.Per quem text. dixit Bald.
ibi.n.7.referendo Cin.ibidem,quod tempus dila-
tionis conceſſum ex priuilegio cruce ſignatis,non
confunditur cum tempore dilationis conuentio-
nalis, ſed poterunt vti dilatione conuentionali, &
etiam dilatione priuilegij. Quorum dicta ſequitur
Alex.ibidem.n. 12.vbi hanc dixit eſſe communem
opi.idipſum etiam dixit Oldra. conſ. 204.Petr.de
Ancharra.conſ.396. Ioan. Calderi. in diſputa.ſua.
incip.Sacerdos quidam priuilegiatus.

¶Sed his non obſtantib.Gregor.Lopez qui hãc
quęſtionem tetigit in l.32 tit.9.par.6. in glo.verb.
*No valdra*.col. 2.contrariam ſententiã eligere vi-
detur. Imò quòd Primogenio virtute Regiæ fa-
cultatis inſtituto, non valeat quis aliud Primoge-
nium ex tertio,vel quinto inſtituere. Idque ea ra-
tione:quia non eſt credendum Principem velle fi-
lios duplici onere grauare, ſcilicet, Regia,atque
legali facultate.l.in naue Sauphei.§.1. ff.locati.tex.
in cap.mandatum de reſcript.

¶Hæc tamẽ quæſtio, quæ iam mihi in quadam
opulentiſſima hæreditate decidẽda cõtingit, ma-
turiùs diſcutienda eſt. Ideóque pro eius perfecta
reſolutione tres caſus diuerſi cõſiderãdi ſunt.Pri-
mus quãdo ſimpliciter primum Primogenium in-
ſtitutum fuit,nec exprimendo,quod inſtituebatur
ex Regia facultate, nec ex facultate legum Re-
giarum.Secũdus quando expreſsè ex legib.Regiis
inſtitutum fuit. Tertius,quando expreſſè inſtitu-
tum fuit ex Regia facultate.

¶In Primo caſu dicendũ eſt, non poſſe ſecũdũ
Primogentũ ex tertio & quinto inſtitui poſt pri-
mum inſtitutum,ex regula generali,quòd quando
actus poteſt fieri ex iure communi & priuilegio,
ſi ſimpliciter fiat,cenſetur factus ex iure commu-
ni.l.3.cum ſimil. ff. de teſta. milit. cum aliis, quæ
ſupra iſto lib.c.2.n.17.tradidimus, probantes Pri-
mogenium ſimpliciter inſtitutum, quod ex iure
communi, & Regia facultate inſtitui poterat, ex
legibus Regiis potiùs, quam ex Regia facultate
factum cenſendum eſſe. Cùm igitur primum Pri-
mogenium ex legibus Regiis factum eſſe cenſen-
dum ſit, conſequens eſt, vt ex eiſdem legibus ſe-
cundum Primogenium non valeat fieri, cum ea-
rum legum facultas in primo actu cõſumpta fue-
rit.l.boues.§.hoc ſermone cum ſimi. ff.de verb.ſi-
gni.Quod etiam à fortiori dicẽdum erit in ſecun-
do caſu quando expreſſè ex legibus Regiis primũ
Primogenium inſtitutum fuit, in vtroque tamen
caſu dubitari poterit, vtrum virtute Regiæ facul-
tatis poſſit aliud Primogenium inſtitui,in quo di-
cẽdum erit:prout diximus iſto lib.c. 4.n.47. Non
tamen dubium eſt quòd ex ea poſſit primus Ma-
ioratus augeri.

¶In tertio caſu qñ ſcilicet expreſſè Maioratus
inſtitutor profeſſus fuit ſe Regia facultate vti,
ſubdiſtinguendum erit. Nam aut bona,ex quibus
virtute Regiæ facultatis Primogeniũ inſtitutum
fuit, non excedunt tertiam & quintam bonorum
inſtituentis portionem,vel illam excedunt. Si ter-
tium,& quintum ea bona non excedant,dicẽdum
erit, primo Maioratu virtute Regiæ facultatis in-
ſtituto,poſſe iterum ſecundum ex legibus Regiis
inſtitui. Si enim id fieri nõ poſſet,facultas à Prin-
cipe conceſſa,nihil operaretur: cùm id abſque ea
fieri poſſet, atque iure communi conceſſum eſſet.
Vt autem aliquid operetur,dicendum erit,vltra il
lã poſſe Maioratus inſtitutorẽ, ex tertio & quinto
alium Maioratum inſtituere, vel primi Maioratus
76 ſucceſſorẽ,ex tertio& quinto meliorare.†Facultas
namque Principis ſemper ita interpretanda eſt,vt
aliquid operetur vltra ius commune.l.ſi quãdo.ff.
de lega.1.l.1.ff.ad municip. Bal.in Auth.habita. C.
ne filius pro patre.n.4.Felin.in c.1.de reſcrip.n.4.
Carol.Ruin.conſ.100.n.7.lib.1. Quod intelligẽdũ
eſt,dummodò cæteris filiis competentia alimẽta
ſuperſint. Aliter nãque id nullo pacto fieri poſſet.

¶Si verò bona ex quibus primũ Primogenium
ex Regia facultate inſtitutum fuit, valorem tertij
& quinti excedant,dicendũ erit, primo Maioratu
inſtituto, nõ poſſe tertij & quinti meliorationem
77 fieri:†quãuis enim Regia facultas aliquid operari
debeat,vt ſuperius oſtenſum eſt,poſtquam tamen
aliquid operata eſt,debet reſtringi, vt minus lædat
ius commune,quam ſit poſſibile.l.2.C.de noxali.
Feli.qui plura refert in c.1.de reſcript.n.9.verſ.ſe-
cundò declara.atque Decius ibidẽ.n.4.verſ.ſubii-
cit Abbas. Quod etiã dixit Curt. Iun.conſ.5.n.27.
Ideóque non ita facultas interpretanda eſt,vt poſt
Maioratum inſtitutum, ex valore tertij & quinti,
& ex aliis bonis vltra tertium, & quintum,iterum
alius Maioratus ex tertio & quinto inſtitui poſſit.
78 Nec †obſtat ſi dicatur ex deciſ.d.l.fi.C.de repud.
hæred.& ex his,quæ ibidem tradunt Scriben.non
debere ius commune, cum priuilegio confundi.
Nam illud verum eſt: niſi quando ſi aliter fieret
enorme præiudicium tertio reſultaret, tũc nãque
priuilegium reſtringendum eſt, vt minus ius com
mune lædat, quàm ſit poſſibile, vt in eadem l.fi.
plures ex Scrib.aduertunt.Idque comprehenditur
ex his,quæ latiùs adducit Felin.in d.c.1.de reſcrip.
n.9.& alibi ſæpè Scrib. Cõſtat autẽ, quod enorme
damnum filiis ſequeretur, ſi facultas hæc in caſu,
de quo agimus,reſtringenda non eſſet.Ideóque in
hac ſpecie opinio Gregorij Lupi proculdubiò ad-
mittenda erit.

79 ¶Conſequenter etiam dubitari ſolet,†vtrum ex Regia facultate, vel ex legum Regiarum diſpoſitione poſſit quis in hoc Regno exiſtens, ex bonis in alio Regno exiſtentibus Primogenium inſtituere. Quæ quæſtio dupliciter proponi poteſt. Primò, vtrum quando in alio Regno poteſt quis liberè de omnibus bonis Primogenium inſtituere abſque Regia facultate poſſit exiſtens in hoc Regno, de bonis in alio Regno ſitis liberè, & abſque Regia facultate Primogenium inſtituere. Secũdò, vtrum quando in alio Regno id non poſſet quis facere abſque Regia facultate, poſſit in hoc Regno exiſtens, Regia facultate à Rege Caſtellæ cõceſſa, vel facultate legum Regiarum, id Primogenium de bonis etiam in alieno Regno exiſtentibus inſtituere.

¶In qua quæſtione dicendũ videtur, quòd ſi hęc bona quæ in alio Regno ſita ſunt, ſint bona mobilia, ea debeant in omnibus tanquam exiſtentia in hoc Regno cenſeri: ita, vt in hoc Regno Primogenium inſtituens nõ valeat ex eis alio pacto, quam de bonis in hoc Regno exiſtentibus diſponere: niſi ea bona mobilia ſint in alio Regno ea deſtinatione, vt perpetuò ibidem manſura ſint. Tunc nãque de eiſdem dicendum erit, vt ſtatim de bonis immobilibus dicemus. Si verò ea bona immobilia ſint, dicendum eſt, quòd debeant omninò legibus alterius regni, in quo ſita ſunt, quoad diſponendi facultatem iudicari, quod ex pluribus ſic ſatis copioſè, & eleganter reſoluunt Ioan. Lecerier de Primogen. li. 2. quæſt. 7. & 8. atque Tiraq. quæſtio. 46. cum pluribus ſequẽtib. vbi latiſſimè materiã proſequuntur. Quorum dicta hîc repetere non libet. Idipſum autem quoad Hiſpanorum Primogenia ſequitur Gregor. Lopez in l. 32. titul. 9. p. 6. in gloſſ. verbo. *No valdra*. colum. duodecima. Quod cum caſus contigerit, ex his, quæ Ioannes Lecerier, & Tiraquel. adducunt facilè reſolui poterit: quibus adiiciẽnda ſunt quæ in id congerit Anton. Gabri. commun. opin. lib. 6. tit. de ſtatutis conclu. 9. num. 1. cum ſequentib.

¶Similiter etiam controuerti poterit, vtrum ex Regia facultate poſſit quis Maioratum ex legitima filij clerici, vel religioſi, vel filiæ monialis inſtituere: relictis eiſdem competentibus alimentis. Quam quæſtionem diſcutere ſolent Scribent. in ſtatuto præferente Primogenitum ſecũdogenito, in qua ſpecie dubitant vtrum ſtatutum hoc comprehendat filium ſecundogenitum clericum, monachum vel filiam monialem: ſimilitérque eam quæſtionem proponunt in ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione parentum propter maſculos: vtrum ſcilicet comprehendat monialem. In qua quæſtione communis reſolutio eſt, quòd ſi ſtatutum factum fuit poſt clericatum, ſeu monachatum, illos non excludat, ſi verò antè factum fuit. ſic: ídque in ſpecie ſic reſoluunt Ioannes Andr. in regula ſine culpa. de regulis iuris. lib. 6. Lapus allegati 101. verſiculo nec obſtat Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitut. numero 25. vbi Felin. numero 78. & 79. & Deci. numero 52. Paul. conſilio 304. incipi. Primum dubium. numero tertio & quarto. li. 1. vbi latiſſimè proſequitur materiam Alexand. conſilio 121. numero quarto. lib. 2. Tiraq. qui (vt aſſolet) propè omnes idipſum tenentes refert. de Primoge. quæſtio 43. numero quinto. cum ſeq. Viuius libro communium opinio. verb. ſtatutum excludens fœminas. numero decimo. Carol. Ruin. conſilio 95. numero 15. libro 1. & alibi ſæpè Scriben. Quod etiam loquens in Hiſpanorum Primogeniis ſentire videtur Gregor. Lop. in l. 32. tit. 9. p. 6. in gloſ. verbo. *No vadlra*. columna ſecunda. vbi inquit, quòd ſi regia facultas ad inſtituendum Maioratum conceſſa fuit, tempore, quo filij minores natu erant clerici, ſeu religioſi vel filiæ erant moniales, non valeat in eorum pręiudicium. Si verò conceſſa fuit, ante clericatum, vel ingreſſum religionis: ſic quanuis poſtremo id cogitandum relinquat, dicens, quòd ex hoc ſubuerterentur plures facultates ad inſtituenda Primogenia cõceſſæ, ſeu ipſa Primogenia. Quod proculdubiò ſic futurum eſſet, ſi opinio hęc ad Hiſpanorum Primogenia adaptari poſſet.

¶Sed his nõ obſtantibus, cõtraria opinio verior mihi videtur: imò quòd facultas regia conceſſa ad Primogenium, etiam ex legitima filiorum inſtituendum relictis eiſdem competentibus alimentis ad filios clericos vel religioſos, & ad filias etiã moniales extendenda ſit: quanuis tempore cõceſſionis facultatis ea qualitas in eis inueniatur. Quod probatur ex eo, quòd hæreditas quantum ad alimenta neceſſaria non eſt, competat filiis, à iure ciuili, & legibus Regiis: prout ſupra iſto lib. capit. 1. numero 14. apertiſſimè demonſtrauimus. Ideóque conſequens eſt, vt à Principe quoad hoc ante delatam ſucceſſionem tolli poſſit, ex communi opi. de qua per Bart. & communiter Scriben. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. in quo non eſt facienda differentia inter clericos ſeu religioſos, vel laicos: cùm omnes ex lege ciuili ius ſuccedendi capiant, atque eodem iure eiſdem id ante delatam ſucceſſionem tolli poſſit. Sicut enim hodie poſſet lex generalis filiorum legitimas minuere, atque ea lex filios: tam clericos, quam laicos, ſeu religioſos comprehenderet, vt ſtatim dicemus, & eſt nouiſſimum, ſimiliter etiam idipſum Princeps ex Regia facultate facere poterit: cum de vno ad aliud congrua differentiæ ratio aſſignari non poſſit.

¶Quod etiam cõprobatur ex eo, quòd lex Principis facta ob bonum publicum quæ generaliter diſponit, nec de clericis aliquam mentionem facit indiſtinctè, tam clericos, quam laicos comprehendit: niſi clericis præiudicialis ſit: prout in ſpecie dixit Abb. in d. cap. Eccleſi. ſanctæ Mariæ. quẽ ſequitur Feli. ibi. numer. 37. cum ſeq. Atque Deci. numero 27. & Scriben. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinitat. Cano per text. ibi in capit. 1. de nou. oper nunt. Quod pari ratione in Regiis facultatibus ad inſtituẽdum Primogenia conceſſis dicendum erit, cum non potiùs in clericorum: quam in laicorum fauorem. ſeu odiũ concedi ſoleant, quod ſufficit ad hoc, vt lex non dicatur clericis præiudicialis, vt Abb. Deci. & Scribent. in d. capi. Eccleſia ſanctæ Mariæ reſoluunt.

¶Nec obſtat ſi dicatur hoc eſſe in præiudicium clericorum, vel religioſorum, quibus Princeps, tãquã nõ ſubditis. non poteſt præiudicare: ſicut paulò antè de ſtatuto dicebamus. præcipuè ſi ſtatutum fiat poſt clericatum, ſeu religionis ingreſſum, ex communi opinione quam ſuperiùs præmiſimus Ea namque communis opin. nullo pacto ad caſum de quo agimus. adaptari poterit, duabus rationibus.

¶Prima quia ea communis opinio in ſtatuto ciuitatis, ſeu alterius inferioris à Principe: non autem in lege facta à Principe intelligenda eſt: imò lex Principis indiſtinctè, atque indifferẽter omnes filios



filios tam clericos: quã religioſos aſtringet: etiam ſi tẽpore promulgationis eiuſdem clerici, ſeu religioſi eſſent. Quod comprehenditur ex his, quæ dixit Paul. Caſtren. d. conſilio. 304. numero quarto lib. 1. quod ſequitur Feli. in d. Eccleſia ſanctæ Mariæ. numero 79. vbi inquit, quòd eſſet ridiculum dicere, quòd ſi hodie fieret lex Imperiales confor mis dicto ſtatuto non ligaret clericos ſeu moniales. Idque comprehenditur ex his, quę notat Abb. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. numero 13. vbi in hac materia diſtinguit, faciens duo membra. Primum, quando lex emanauit à Principe. Secũdum quando emanauit ab inferiore. Et in primo membro inquit indiſtinctè id, quod ſuperius in lege facta à Principe reſoluimus. In ſecundò verò caſu diſtinguit: prout ſuperius diſtinximus, quod aut ſtatutum factum fuit ante clericatum. ſeu religionis ingreſſum, vel non: ſed quando Abb. facit hanc diſtinctionem, iam nõ loquitur in lege Principis: ſed in ſtatutis inferiorum: prout cõſtat ex his, quæ dixit. numero 25. vbi inquit, ſecundum membrum videlicet: quando lex proceſſit ab inferiore. Sub quo membro ponit præfatã diſtinctionem. Quod etiam colligitur ex Decio. numero 50. & ex omnibus Scribent. ibidem. Sícque cum prædicta communis opinio in ſtatutis inferiorum: non autem in lege Principis intelligenda ſit, conſequens eſt, vt non poſſit ad Regias facultates adaptari, cum hæ potiùs ad leges Principis: quam ad ſtatuta inferiorum accedant. Princeps namque qui eas conceſſit, eſt lex viua. text. in Authent. de conſulibus. collat. 4. præſertim cùm facultates iſtæ ob bonum publicum: nõ autem ob priuatam vtilitatem concedi ſoleant: prout ſupra lib. 1. capit. 18. apertiſſimè oſtendimus.

¶Secũda, quia quãuis Regiæ facultates poſt clericatum, ſeu religionis ingreſſum cõcedantur, leges tamen ciuiles, quæ Principi permittũt, vt ante delatam ſucceſſionem poſſit filiorum legitimam minuere, relictis eiſdem competentibus alimẽtis, antiquiſſimæ ſunt, & pluribus annis, ante ipſorum filiorum clericatum, ſeu religionis ingreſſum promulgatæ. Ideóque nulli dubium, quin facultates, earum legum virtute conceſſæ, eos qui tempore cõceſſionis earum, clerici, vel religioſi ſunt, etiam comprehẽdant: ſicut eas comprehẽderent ſtatuta ante clericatum, ſeu monachatum facta. Sícque iſta intelligi, atque practicari ſolent.

¶Vltimo loco controuerti etiam poterit, vtrum virtute Regiæ facultatis poſſit quis Primogenium inſtituere: nedum ex legitima filiorum, qui tempore impetrationis facultatis nati erant: ſed etiam ex legitima naſciturorum. Qua in re, videtur dicẽdum, quòd ea facultas legitimas filiorũ, qui tempore impetrationis eiuſdem nati erant, ſolũ comprehendat, nec ad legitimas naſciturorum extendenda ſit. Quod probatur ex text. in l. ex facto in prin. ibi. *Nec enim aut Principẽ de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt, vt eũ, qui poſteà naſceretur, exhæredaret*. ff. de vulgar. per quẽ tex. notant Scrib. ibidem exhæredationem filiorum poſthumos non comprehendere. Idque etiam notant Barto. in l. Titius. in princ. numero quarto. ff. de libe. & poſthum. reprobata gloſ. ibi. verb. meæ. Quam etiam reprobãt Alexand. numero quinto Iaſ. numer. ſeptimo cum ſequentib. & communiter Scribent. ibidem. Qua ratione in Regia facultate ad Primogenium inſtituendum conceſſa dixit. Gregor. Lop. in l. 32. tit. 9. p. 6. in gl. in verbo *No valdra*. columna ſecũda, quod ea non ſit ad filios naſcituros extendenda, Ibíque conſulit, quod vt plenior ſit facultas, & hæc etiam difficultas vitetur, apponatur in facultatibus, quod Maioratus etiam de legitima filiorum naſciturorum fieri poſſit.

¶Sed his nõ obſtantibus, conſiderato tenore facultatum, quæ communiter concedi ſolent, id verum mihi non videtur. Primò, quia in eiſdem facultatibus conceditur parentibus, vt ex omnibus bonis ſuis, tam præſentibus, quam futuris poſſint Primogenium inſtituere, relinquendo cæteris filiis competentia alimenta, ex quo videtur, quòd non poſſit, harum facultatum tenore conſiderato, dubitari vtrum ex legitima filiorũ Primogenium poſſit inſtitui. Non enim inquit facultas, quòd ex legitima filiorum naſciturorum Maioratus inſtituatur. Quo caſu poſſit dubitari vtrum ſub nomine filiorum in materia exhæredationis poſthumi contineantur, ſed quòd inſtitui poſſit ex omnibus bonis parentis. Quæ conceſſio realis, non autem perſonalis eſt, & omnia tam ad filios natos: quam ad naſcituros pertinentia comprehẽdit. Qui enim omnia dixit, nihil excludere cenſendus eſt. l. Iulianus. cum ſimilib. ff. de leg. 3.

¶Quod comprobatur, ex verbis facultatis ibi. *Que de todos vueſtros bienes que aora teneys, o tuuieredes de aqui adelante*. Ex quib. verbis cõprehenditur in ea facultate non ſolũ cõſiderari ſtatum pręſentem: ſed etiam futurum, ſiue alij filij nati fuerint, ſiue non, cum non in filiorum perſonas, ſed in bona facultas ipſa dirigatur.

¶Secundò, quia in omnibus Regijs facultatibus dici ſolet. *Que podayes hazer Mayoradgo en vno de los hiios, que al preſente teneys, o tuuiere des de aqui adelante*. Et cũ in vna parte facultatis facta ſit mentio de filiis naſcituris, verbum filiorum in alia eiuſdem facultatis parte ſimpliciter appoſitum de filiis naſcituris etiam intelligendum erit: etiamſi id in ea parte adiectum non fuerit: quia quanuis verum ſit, quòd exhæredatio filiorum facta in teſtamẽto non cõprehẽdat poſthumos, hoc intelligendũ eſt, niſi in alia parte teſtamẽti verbũ, filiorũ, ad poſthumos relatum ſit. Tunc namque verbum ipſum alibi ſimpliciter prolatũ filios etiam poſthumos comprehendet. Quod dixit Bartol. in d. l. Titius. in princ. numero quarto. cum ſequentib. vbi Alexand. numero quinto. & Iaſo. numer. ſeptimo, atque communiter Scribent. id notant per text. in l. qui filiabus. ff. de lega. 1. vbi id etiam communiter Scribent. ſequuntur. Idque mihi verum proculdubiò videtur.

*S V M M A R I A.*

1 *Omnes agens in patiente bene diſpoſito operari debet.*
2 *Primogenium vtrum in perſona filij vnici inſtitui valeat.*
3 *Filius vnicus in tertia bonorum portione grauari non poteſt.*

4 *Niſi in vita filius vnicus cum bonorum traditione in tertio melioretur.*
5 *Vel niſi deſcendentes habeat.*
6 *Vel niſi tertij meliorationem repudiauerit: valebit namque grauamen quoad ſubſtitutos.*
7 *Vel niſi filius, vel eius deſcendentes à grauamine per tempus 30. annorum non reclamauerint.*
8 *Vel niſi filius vnicus etiam in quinto melioratus ſit.*
9 *Vel ſi grauamen filius vnicus expreſſè acceptauerit.*
10 *Filio vnico poteſt in tertio grauamen Maioratus apponi ex Regio facultate.*
11 *Vtrum Maioratus inſtitutor, qui ex Regia facultate illum inſtituit, in perſonarum vocatione, teneatur ſeruare ordinem traditum à l.27. Tauri.*
12 *Negatiua, quæ præcedit verbũ, poteſt, inducit neceſſitatẽ pciſam, & tollit poteſtatẽ aliter diſponẽdi.*
13 *Subſtitutio exemplaris, quæ non ſeruato ordine à lege ſtatuto facta fuit, ipſo iure nulla eſt.*
14 *Ordinis omiſſio in quacunque minima parte, actum vitiat.*
15 *Filius ex Regia facultate præſtitus alimentis excluſus, tanquam extraneus cenſendus erit.*
16 *Filius à Regia facultate excluſus quãuis prætereatur, non poteſt paternũ teſtamentũ cõtratabulare.*
17 *Primogenium vtrum in perſona filij legitimati inſtitui valeat.*
18 *Legitimati ex reſcripto Principis nihil differunt à legitimis.*
19 *Legitimatis non poteſt relinqui: niſi tantum quantum vni ex filiis legitimis, cui minime portio relicta eſt.*
20 *Quod etiam in legitimatis ex reſcripto Principis procedit.*
21 *Legitimatus per reſcriptum filiis legitimis exiſtentibus hodie non poteſt parenti ſuccedere: niſi in quinta bonorum portione.*
22 *Filius legitimatus in iure Primogenituræ non ſuccedit: quamuis Maior natu ſit.*
23 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium in iure Primogenituræ ſuccedit.*
24 *Primogenium filiis legitimis, non extantibus in perſona filij legitimati inſtitui poteſt.*
25 *Primogenium filiis legitimis nõ extantibus, in perſona filij naturalis non legitimati inſtitui poteſt.*
26 *Primogenium non poteſt in perſona filij ſpurij à parente inſtitui.*
27 *Spurius paternæ ſucceſſionis incapax eſt.*
28 *Spurius ſicut non poteſt à patre inſtitui: ita, nec ſubſtitui.*
29 *Spurius directè, nec indirectè à patre capere poteſt.*
30 *Spurius non poteſt à parente vocari ad Maioratum ex Regia facultate: etiam poſt filiorum legitimorum vocationem.*
31 *Voluntas Principis cenſetur eſſe talis: qualis de iure eſſe debet.*
32 *Filio ſpurio non poteſt grauamen Maioratus à parente iniungi, in ea parte bonorum ſuorum quam pro alimentis capere poteſt.*
33 *Cognatus poteſt in perſona ſpurij Primogenium filiis legitimis deficientibus inſtituere.*
34 *Facultas conceſſa ad inſtituendum Primogenium in vno ex filiis: vtrum ad nepotes extendatur.*
35 *Verbum filiorum nepotes non comprehendit: vbi gradus, vel affectio conſideratur.*
36 *Fideicommiſſum relictum inter perſonas, inter quas cadit affectio, interpretandum eſt ſecundum ordinem ſcripturæ.*
37 *L. cum quidam, & l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de lega. 2. declaratur.*
38 *L. cum pater. §. à te peto. ff. de lega. 2. & l. hæredes mei. § ſi. ad Trebel. qualiter in Hiſpanorum Primogeniis intelligendæ ſint.*
39 *Filio in cuius perſona Primogenium inſtitutum fuit in vita patris decedente: vtrum Primogenium expiret, ſeu ad deſcendentes protrahatur.*
40 *Facultate conceſſa, vt in filiũ certum, & expreſſè nominatum pater poſſit Primogeniũ inſtituere, vtrũ eo mortuo ex cauſa poſſit pater in perſona nepotis ex eo filio relicti, Primogeniũ inſtituere.*
41 *Filij appellatio facta expreſſo nomine proprio, nepotes non comprehendit.*
42 *Facultate conceſſa, vt pater poſſit Primogenium facere in perſona certi filij, vtrum ex ea pater valeat in perſona alterius filij Primogenium inſtituere.*
43 *Maioratu inſtituto à patre ex Regia facultate in vno ex filiis, qui in eius vita mortuus eſt: vtrum poſſit alium in perſona alterius filij vigore eiuſdem facultatis inſtituere.*
44 *Pater qui virtute Regiæ facultatis inſtituit Maioratum, & illum reuocauit: vtrum poſſit eiuſdem facultatis virtute alium Maioratum inſtituere.*
45 *Licentia conceſſa Epiſcopo ad teſtandum: vtrum expiret, primo condito teſtamento, vel poſſit Epiſcopus primo reuocato alterum facere.*
46 *Facultate conceſſa, vt quis poſſit Primogenium inſtituere in vno ex filiis ſuis: vtrum eius virtute poſſit in perſona poſthumi, vel alterius filij, qui tunc natus non erat, Primogenium inſtituere.*
47 *Vtrum vigore Regiæ facultatis poſſit quis in perſona filij clerici, vel monachi, vel furioſi muti, aut ſurdi Primogenium inſtituere, remiſſiuè.*

48 *Facul-*



48 *Facultatem habens ad inſtituendum Primogenium: vtrum poſſit eius facultate duo Primogenia inſtituere, vel è conuerſo remiſſiuè.*
49 *Primogenium vtrum in perſona filij dignioris inſtituendum ſit remiſſiuè.*
50 *Parens, vtrum vigore Regiæ facultatis poſſit in perſona filij hæretici, vel proditoris, vel inimici Regis, vel exiſtentis apud hoſtes Primogenium inſtituere remiſſiuè.*

## *In cuius perſona poſſit, ac debeat Primogenium inſtitui.*

### CAPVT XI.

1 QVoniam iuxta Philoſophi ſententiam † omne agens debet operari in patiente bene diſpoſito. ſupereſt, vt poſt illa, quæ in capitibus præcedentibus tradidimus in hoc capite diſcutiamus: in cuius perſona Primogenium inſtitui poſſit, ac debeat. Qua in re, præmittendum eſt, quòd omnis ille, qui ex teſtamento, vel contractu capere non poteſt, ſimiliter erit incapax Maioratus ſucceſſionis, ſiue ex contractu, ſiue ex teſtamento. Quæ regula infallibilis eſt. Ideóque cum de hoc dubitari contigerit, ſemper recurrendum erit ad ea, quæ Iuriſconſulti, atque Scrib. in ſimilibus quæſtionibus decidere ſolent. Sed quoniam plura circa hæc in Maioratibus accidunt, quæ paſſim obuia non ſunt, materiam iſtam per aliquot quæſtiones diſcurremus. Ex quarum reſolutione apertiſſimè conſtabit quid in aliis ſimilibus dicendum ſit.

2 ¶Illud autem in primis diſcutiendum ſe offert, vtrum † ſcilicet in perſona filij vnigeniti poſſit à parente Maioratus inſtitũi. Ad cuius quæſtionis reſolutionem duo caſus diuerſi conſiderandi ſunt. Aut enim Maioratus fit à parente, ex tertia bonorum ſuorum parte, ex ſola diſpoſitione legum Regiarum abſque facultate Regia. Aut fit ex tertia bonorum portione, ſeu ex omnibus bonis Regia præcedente facultate.

3 ¶In † primo caſu quando ſcilicet Maioratus ex tertia bonorum portione abſque Regia facultate inſtituitur, dicendũ erit, eius inſtitutionem nullam eſſe. Cùm enim omnia bona parentis ſint filiorum legitima, excepto quinto l.9.tit.5.lib.3.For.leg. Et tertium ſit neceſſariò filiis relinquendum, inter quos ſolùm ex diſpoſitione. d.l.fori. & l.27. Tauri. quæ eſt l.11.tit.6.lib.5. in nou. ll. Regn. collectione, pater poteſt meliorationem tertij facere, cum omnibus vinculis, ac fideicommiſſis, quæ ſibi libuerit, ſequitur neceſſariò, quòd ſi vnicus filius adſit, id pater facere non poſſit. Is namque filius vnicus eiuſdem tertij eſt ſucceſſor neceſſarius, nec pater in relinquendo illi tertium aliquam in eum liberalitatem exercet: cum illud ſibi neceſſariò relinquere teneatur, ſítque eius legitima. Ideóque nec poteſt dici illum in hoc melioraſſe, nec elegiſſe. Nec per conſequens poteſt in ea portione Maioratus, nec reſtitutionis grauamen eiſdem apponere. Quod ſic in ſpecie reſoluunt Palat. Ruu. in d.l.27. Tauri. Gregor. Lopez. in l.8.tit.4. part.5. in gl. verb. *a otro*. columna ſecunda. verſi. nam cùm eſſet vnus filius, & in l.2.tit.15. par.2. in gloſ. verbo. *Maioria*. fina. verb. D. Didac. de Couar. varia. reſol. lib.1.cap.19.num.13. Petrus de Peralt. in l. Titius. §. Lucius num.16.ff. de lega.2. Anton. Gomet. in l.17. Tau.19. idem in l.40. Tauri. nu.55. Tellius Fernan. in l.20. Tau. n.2. Dida. Perez in add. ad Seguram in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. n.88.ff. de lega. 2. Gaſpar Beacius. de non melio. dotis nomine filiabus. c.9. nu.6. D. Ant. de Padilla in l. cum virum. C. de fideicom. n.2. Idque veriſſimum, atque apud omnes Hiſpanos Scriben. abſque controuerſia receptum eſt in Maioria ex tertia bonorum portione inſtituta. In Maioratu autem ex quinta bonorũ portione facto abſolutiſſimum eſt in perſona filij vnici, fieri poſſe.

4 ¶Sed hoc, quod de tertia bonorum portione diximus, plures limitationes admittit. Prima niſi † Maioratus irreuocabilis à parente in perſona filij vnici in vita ex tertio inſtitutus fuerit: cum rerum ipſarum traditione abſque vſusfructus reſeruatione. Tunc namque ex eo, quòd pater honorat filium in tradẽdo eidem tertiam bonorum ipſorum portionem in vita, quam non tenebatur ei vſque ad mortem relinquere, & quam poterat filius ipſe non lucrari patri præmoriendo poteſt pater in eiſdem bonis ſibi grauamen Maioratus, atque reſtitutionis apponere. Quod probatur ex regula generali. l. ab eo. cum ſimi. C. de fideic. atque idipſum ſic in ſimil. reſoluit. Dida. de Segu. in rep. l.1. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſ. col.25. ſecundum impreſſionẽ antiquam verſ. ſed poſſet dicere aliquis, atque Peral. in l. cum pater. §. à filia. ff. de leg.2. n.92. cũ ſeq. idque verum ac probabile mihi videtur, dummodo onus emolumentum non excedat.

5 ¶Secunda niſi † ipſe filius vnicus filios vel alios deſcendentes habeat. Cum enim ex diſpoſitione legum regiarum melioratio tertij fieri poſſit in perſona filiorum, ſeu etiam nepotum, cenſebitur filius honoratus, ſeu melioratus à patre in prælegando ſibi tertium, quod poterat ipſe pater nepoti relinquere. Ideóque poterit parens in eodem tertio filio grauamen Maioratus apponere. Quod ſic in ſpecie reſoluit. D. Dida. de Cou. li.1. varia. reſol. c.19. num.4. Idque proculdubiò verum eſt, tametſi Ant. Gom. in l.17. Tau. n.19. contrariam ſententiã veriorem eſſe profiteatur.

6 ¶Tertia niſi † ipſe filius vnicus prælegatum tertij ex quo Maioratus inſtitutus fuit, repudiauerit. Tunc namque quanuis grauamen Maioratus eidẽ apponi non potuiſſet, valebit tamen quoad ſequẽtes ſubſtitutos, bonáque ipſa perpetuò ab eiſdem iure Maioratus poſſidenda erunt ex deciſ. text. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, cũ lege ſeq. ff. de lega.1. & in l. cum patronus. ff. de lega.2. vbi Paul. id not. Sícque in tertij melioratione vnico filio facta reſoluit Greg. Lopez in l.2.tit.15. part.2. in glo. in verb. *Maioria*. fina. verb.

7 ¶Quarta † niſi filius vnicus à grauamine Maioratus non reclamauerit: ſed per totum tempus vitæ ſuæ tacuerit, & eadem bona filius eius Primogenitus iure Maioratus per tempus 30. annorum poſſederit. Tunc namque ex eius temporis lapſu à grauaminis impugnatione filij excludentur, bonáque ipſa perpetuò Maioratui ſubiecta remanebũt glo. communiter approbata in l. licet. C. de iur. delibe. Xuar. qui id optimè reſoluit in l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. teſtam. 10. amplia. num.24. Gaſpar Beacius, qui idipſum in tertij meliorationem verũ

eſſe

eſſe profitetur.de non melio.ratione dotis filiabus
cap.9.10.
8 ¶Quinta, niſi † pater filio vnico fecerit tertij &
quinti meliorationem iure Maioratus,adiiciens,ꝙ
ſi non conſentiat grauamini Maioratus quoad ter
tiũ,priuetur quinto, & ad alios ſubſtitutos ipſius
quinti prælegatum pertranſeat.Nam tenebitur fi-
lius,aut grauamini Maioratus reſpectu tertij con-
ſentire,aut quintum reiicere.Cũ enim pater reſpe
ctu quinti filium melioret,poteſt hoc grauaminis
genus eidem imponere ex d.l.ab eo.C. de fideicõ.
Idque ſic in tertij melioratione, vnico filio facta
verum eſſe profitetur Gaſpar Beacius.d.c.9.nu.11.
9 ¶Sexta & vltima limitatio erit:†niſi filius vnicus
huiuſmodi grauamen Maioratus quoad tertiã bo-
norum portionem acceptet ante mortem parẽtis,
vel poſt. Tunc namque illud ex poſt facto reiicere
nõ poterit: ſi id fiat eo pacto,quo ſupra iſto li.c.3.
diximus grauamẽ Maioratus in legitima,ex cõſen-
ſu filij validũ eſſe.Et hæc de.1.caſu dixiſſe ſufficiat.
¶In ſecũdo caſu principali:quãdo ſcilicet ex Re-
gia facultate Maioratus ex tertia bonorũ portione
in perſona filij vnici inſtitutus fuit,prima facie di-
cendum videbatur id fieri non poſſe, arguendo de
facultate legis,ad facultatem Principis. Si enim ex
facultate legis id fieri non poteſt, pari ratione ex
facultate Principis id fieri non poterit, ex eo præ-
ſertim,quòd facultas Regia ſecũdùm ius cõmune
ſẽper intelligẽda ſit.l.ex facto.cũ ſimil.ff.de vulga.
10 ¶Sed † verius eſt id ex Regia facultate fieri poſſe:
cum ſimpliciter ex ea concedatur,quòd poſſit fieri
Maioratus in perſona talis filij,vel illius, quem ad
id pater elegerit abſque conſideratione, quòd ſit
vnicus,vel plures alij adſint.
¶Nec obſtat.quod de Maioratu ex tertio virtute
legum Regiarum facto,diximus, id nãque nõ po-
teſt ad caſum de quo agimus,adaptari.Nã quanuis
tertium reſpectu extraneorũ ſit legitima, nec poſ-
ſit dici filius vnicus melioratus, quoad illud:ideó-
que ex diſpoſitione legum Regiarum grauari non
poſſit,hoc non poteſt ad Regiam facultatem ada-
ptari:cum ex eius diſpoſitione:nedũ poſſit filius v-
nicus reſpectu tertij:ſed reſpectu propriæ legitimæ
grauari,vt ex ea Primogenium inſtituatur. Id nã-
que operatur Regia facultas,vt in caſu, in quo le-
gibus Regiis grauamen Maioratus apponi non po
terat,ipſius facultatis virtute toleretur,vt ex verbis
eiuſdem apparet. Ideóque ex diuerſitate rationis
de facultate legis ad facultatem Principis argui nõ
poteſt:ſicq; in ſpecie in Maioratu ex tertio,Regia
facultate præcedente,in perſona filij vnici inſtitu-
to,hoc verum eſſe profitentur Grego.Lop.in l.23.
tit.9.p.6.verb.*Mas de vno*.& Anton.Gom.in l.40.
Tau.n.55.Idque verũ,atque ſic intelligi, & practi-
cari ſolitum eſt.Ideóque ſupra iſto li.c.2.n.11.dixi-
mus quoad tertium melius eſſe,quòd ſemper pa-
rens regia facultate vtatur:ne ſi contrarium faciat,
ex eo hoc in conueniens,& alia quæ ſuperius dixi-
mus incurrantur.
11 ¶Similiter etiam dubitari ſolet †, vtrum quando
Primogenium ex Regia facultate fit,teneatur eiuſ
dem inſtitutor in perſonarum vocatione ſeruare
ordinem præſtitutum à lege 27. Tauri quæ hodie
eſt l.11.ti.7.li.5.in nou.leg. regn. collectione, aliàs
autem Primogenium ipſum nullum cẽſendum ſit,
ſeu poſſit liberè quaſcunque perſonas ad eius ſuc-
ceſſionem vocare. Qua in re,prima facie videtur
dicendum, Maioratus inſtitutorem aſtrictum eſſe
eiuſdem legis ordinem ſeruare,atque ex eius præ-
termiſſione, Primogeniũ nullũ pronũtiandũ eſſe.
Primò,quia ratio quare in tertio nõ poſſunt fie
ri ſubſtitutiones:niſi inter perſonas in ea lege no-
minatas eſt:quia tertium eſt legitima reſpectu ex-
traneorum.Ideóque extantibus filiis, ſeu deſcen-
dentibus,non poteſt in eo apponi grauamen Ma-
ioratus,ſeu reſtitutionis:niſi reſpectu filiorum ſeu
deſcendentium eiſdem exiſtentibus:prout ibidem
commentatores aduertunt. Quod à fortiori in aliis
Primogeniis,in quibus de maiori præiudicio filio-
rum agitur,ſeruandum erit:cùm ea non ſolùm fiãt
de tertio,quod eſt legitima, reſpectu extraneorũ:
ſed etiam vltra tertium de ipſa legitima filiorum
ſimpliciter ſumpta, in qua longè potiori ratione
ordo dictæ legis ſeruandus erit.
¶Secundò quia ordo in d.l. aſſignatus nimis ra-
tionabilis,atque cõueniens eſt. Eſſet namque ſatis
abſurdum,atque iniuſtiſſimum,quòd is, qui Regiã
facultatem ad inſtituendum Maioratum impetra-
uit,poſſet illũ in perſona filij Primogeniti, & deſ-
cendentium eiuſdem inſtituere,& in eorum defe-
ctum aliis filiis.ac deſcendentibus prætermiſſis,ad
eius ſucceſſionem agnatos,vel cognatos tranſuer-
ſales,vel etiã extraneos vocare, aduerſus deciſio-
nes legis cum auus.ff.de cond. & demonſt. & l.cũ
acutiſſimi.cum ſimil.C.de fideicom. Ideóque id
nullatenùs admittendum erit.
¶Tertiò quia quãuis Regia facultas ad Primo-
genium inſtituẽdum atque aduocandũ ad eius ſuc
ceſſionem perſonas,quas ſibi libuerit,parẽti con-
cedatur,ſatis eſt,quòd ea facultas operetur, quòd
ex omnibus bonis pater valeat Primogenium in-
ſtituere,relictis cæteris filiis competentibus alimẽ
tis,aduerſus omnia iura cõmunia,ac Regia,quæ o-
mnibus filiis integram legitimam concedunt,abſ-
que eo,quod vltra id poſſit parens alterare ordinẽ
ad maioratum,ex tertio inſtituendũ à d.l.27.Tau-
ri præſtitutum.Facultas namque Regia ad teſtan-
dum conceſſa intelligenda eſt,ſeruatis regulis,atq;
ordine iuris.l.ſi quando.cum ſimil.C.de inof.teſtã
& poſtquã ea facultas aliquid operata fuit, ſemper
eſt reſtringenda,vt in omnibus aliis ſecundùm ius
commune interpretetur, illúdque minus corrigat
in quantum ſit poſſibile,vt ſupra.c.præced. nu.77.
tradidimus.Sícque verba generalia, atque abſolu-
ta Regiarum facultatũ intelligenda,atque interpre
tanda ſunt: prout ſupra li.1.c.14.n.23.cum ſequen.
annotauimus.
¶Quartò,quia ordo in d.l.27.aſſignatus nõ ſolũ
ſimplex tertij prælegatum, cum aliquibus graua-
minibus:ſed etiam perpetuum fideicõmiſſum, at-
que Primogenium cõprehendit,vt conſtat ex ver-
bis eiuſdem.l.ibi. *Los quales vinculos, y ſubſtitu-
ciones,cora ſe hagan tertio de majoria, ora enel quin-
to,mandamos que valan para ſiempre,o por el tiempo
que el teſtador declarare ſin hazer differẽcia de quar
ta,ni de quinta generacion.*
¶Quintò,quia ordo traditus à d.l.17. Tauri indu-
cit formam ſubſtantialem. Quod patet ex verbis
eiuſdem ibi.*Con tanto que lo hagan entre ſus deſcen-
dientes,&c.*iunctis aliis verbis ibi.*Y que de otra ma
nera no puedan poner grauamen alguno, ni condicion.*
12 quæ verba ſunt,præciſa,& annullatiua actus, quia
quando † negatiua præcedit verbum, poteſt, in-
ducitur neceſſitas præciſa, & tollitur potentia
aliter diſponendi, vt notat gloſſ. quam ibi com-
muniter Scribent. ſequuntur in capitul. primo,
de regul.iur.libro ſexto.Bartol.& Scribent.in l.de
his.ff.de tranſactio.& in l.Gallus. in princ.ff.de li.
& poſth.



& poſthu.& alibi ſæpè Scrib.Ideóq; Maioratus eo
ordine nõ ſeruato inſtitutus,nullus cẽſendus erit.
Quod probatur ex eleganti doctrina Barto.in l.ex
facto nu.29.ff. de vulg.vbi dicit,quod pater poteſt
filio mente capto,vel furioſo,vel aliàs impedito e-
xẽplariter ſubſtituere, & ordo ſubſtituendi in hoc
caſu aſſignatur ex deciſ.tex.in l.humanitatis.C.de
impuberũ,vbi diſponitur quod ſubſtituendi ſunt,
primo loco liberi,& deſcendentes talis furioſi,vel
mente capti,& eis deficientibus hi,quos pater vo-
luerit.Quo ſuppoſito dubitat Bart. an pater poſſit
alterare ordinẽ præfixũ à d.l.& alias perſonas ſub-
13 ſtituere,& decidit ibi nota.quod non,& quod † ſi
præfatus ordo alteretur,ſubſtitutio erit nulla,cu-
ius doctrina veriſſima eſt,illãq; cõmuniter Scri.ſe
quũtur. Idq; cõprobatur ex eo quod forma indu-
14 cta à lege cẽſeatur eſſe ſubſtãtialis. Adeò,† vt omiſ
ſio eius in quacunque minima parte actum vitiare
ſoleat.Bal.in l.humanum.C.de legibus.n.3.c.Piſa-
nis de reſti. ſpol.iunctis aliis quæ ſupra iſto li.c. 7
n.3.tradidimus.
¶In cõtrariũ autẽ plura adduci poſſũt,& primò
quod de facultate legis ad facultatẽ Regiã in caſu,
de quo agimus nullo pacto argumentari poſſit: cũ
l.27 Tauri.nõ ſimpliciter, ſed limitatè parẽti facul
tatẽ inſtituẽdi Maioratũ in tertio cõceſſerit. Facul
tas autẽ regia eã facultatẽ ſimpliciter,atq; abſq; li-
mitatione cõcedat.Ideóq; qui facultate legis vti-
tur,ordinẽ à lege præſtitutũ ſeruare debet.Qui ve
rò regia facultate,minimè:cum in ea nullus ordo
præſtitus inueniatur:etſi Rex voluiſſet,quod in Ma
ioratus ex regia facultate inſtituto aliquis ordo ſer
uaretur,id expreſſiſſet:prout in d. l. Tauri expreſ-
ſum eſt. Cum igitur id in regia facultate expreſ-
ſum non ſit,de eo curandum non erit.
¶Secũdo:quia in d.l.27.Tau.aſſignatur prædictus
ordo ex eo,quod tertiũ, de quo in ea diſponitur,
ſit legitima filiorum.Ideóq;in eo grauamẽ,niſi eo
ordine obſeruato apponi nõ poteſt:prout ibidẽ o-
mnes commentatores aduertũt, quod in bonis ex
quibus Maioratus inſtituitur omnino ceſſat,cũ re-
lictis cæteris filiis alimentis, quæ in locũ legitimæ
ſubrogãtur prout.ĩ.iſto lib.c.15.n.2.dicemus,illud
ex quo Primogeniũ inſtituitur, iã legitima nõ ſit.
Cũ igitur portio, ex qua Maioratus inſtituitur le-
gitima non ſit,conſequens eſt,vt in ea,ordo ex d.l.
27.quoad tertium,quod eſt legitima præſtitutus,
ſeruari non debeat.
15 ¶Tertiò,† quia filius excluſus à Regia facultate aſ-
ſignatis ſibi alimẽtis ſeu dote competẽti, tãquam
extraneus cenſendus eſt.Bar. in l.1.§.ſciendum.n.3.
ff.de ſuis,& legitimis hæredibus.Bal.in l.maximũ
vitium n.22.C.de libe.pret.Tiraq.qui plura refert
de Primog.q.43.n.15.Iac.Phil.Portius.cõſ.13.n. 12.
& conſ.163.n.13.& alibi ſæpè Scrib. Nec eidẽ filio
in poſterum poteſt competere aliud ius ad bona
16 parẽtis,† nec habet ius contratabulãdi, nec dicẽdi
nullum paternum teſtamentũ:etiamſi in eo præ-
tereatur,vt prædicti.dd.aduertũt.Cũ igitur cæteri
filij tanquã extranei cenſendi ſint:conſequens eſt,
vt in Maioratus inſtitutione neceſſario poſt Pri-
mogenitũ,& eius deſcẽdentes vocãdi nõ ſint cum
reſpectu extraneorum nullus ordo in d.l.27.Tau-
ri.aſſignatus inueniatur.
¶Quartò,quia ſi ordo aſſignatus à d.l.27.Tauri.
ſeruandus eſſet in Maioratu ex Regia facultate in-
ſtituto plura abſurda ſequerẽtur.Nã nõ poſſet pa-
rẽs poſt vocationẽ filiorũ ac deſcẽdẽtiũ ad Maio-
ratus ſucceſſionẽ vocare aſcẽdentes legitimos: niſi
vocatis priùs deſcẽdẽtibus illegitimis ſucceſſionis
capacibus, nec agnatos ſeu cognatos trãſuerſales:
niſi priùs vocatis aſcẽdentibus,nec extraneos: niſi
vocatis omnibus agnatis.Nec poſſet etiã filiũ cleri
cum,vel religioſum,nec furioſum,nec mutum, &
ſurdũ,nec filiã propter maſculos à Maioratus ſuc-
ceſſione excludere.Quod abſurdiſſimũ, & veluti
mõſtruum futurũ eſſet.Quibus rationibus,& aliis
quas cõſultò omittimus,ſecundũ hãc vltimã opi-
nionẽ in quadã arduiſſima cauſa paucis retro die-
bus in Valliſoletano cõuentu pronuntiatũ fuit, à
qua ſentẽtia fuit ſupplicatũ,& pendet adhuc lis.I-
deóq;in quæſtione adeò dubia,& ſuper qua lis in-
ter illuſtriſſimos viros pendet.nõ licebit mihi vl-
terius progredi,nec in hac parte meũ iudiciũ in-
terponere:ad hæc autẽ dubia ſummouenda vidi-
mus in quadã Regia facultate poſt licẽtiã datã in-
ſtitutori,vt poſſit Primogenium inſtituere in filio
Primogenito,atque eius deſcẽdẽtibus adiectũ.*Y a
falta dellos en otras qualeſquier perſonas de vueſtros
deſcendientes o tranſuerſales,o eſtranas.*Quorũ ver-
borum adiectio ſatis vtilis Primogeniorum inſti-
tutoribus eſſe poterit.
17 ¶ Sed dubitari etiã ſolet,† vtrũ in perſona filij legi
timati Primogeniũ inſtitui poſſit.Qua in re diſtin
guendũ eſt.Aut enim parens habet alios filios le-
gitimos,aut nõ in primo caſu dicẽdũ eſt Primo-
geniũ in perſona filij legitimati inſtitui non poſſe.
18 Nã † quanuis filij legitimati præſertim ex reſcripto
Principis nihil differãt à legitimis tex.in Aut.qui-
bus mod.natu.efficia.ſui.§.illud tamen.collat.7. &
in Auth.prætereà,& in Auth.itẽ ſi quis. C. de na-
19 tu.liber.l.4.& fi.ti.15.p.4.Nõ † tamen poſſunt pa-
rẽtes talibus filiis legitimatis relinquere:niſi tãtũ,
quãtũ vni ex filiis ex legitimo matrimonio pro-
creatis.cui minima portio relicta eſt.tex.in d.Aut.
quib.mod.natu.efficia.ſui.§.& quoniã variè.col.7.
20 & in l.cõmunium.C.de natu.lib.Quæ † leges quã-
uis in legitimatis per oblationẽ Curiæ loquantur,
in legitimatis etiam ex Principis reſcripto proce-
dũt,vt in ſpecie profitẽtur Ang.in d.§.& quoniam
variè, & Bal.in c.per tuas de maio.& obed.num.2.
Alex.in l.neceſſariis.ff..de acqui.hær.n.10. & 11.idẽ
in l.ſed ſi hac.§.patronũ.n.9 ff.de in ius vocan.& in
l.ex facto.§.ſi quis rogatus.n.57.ff. ad Treb.Iaſ.in
l.vna.C.quãdo nõ petẽ.partes.n.31.Dec.cõſ.393.n.
2.Tiraq.de Primog. q.34 n.50.Portius cõſ. 106. n.
77.Caro.Moli.in cõſue.Pariſ.ti.1.§.8.gl.1.n.46.Id-
que mihi verũ videtur: quanuis de eo valde dubi-
tet & in contrariam ſententiã potius inclinet Xua-
rez in rep.l.quoniam. C. de inoffic.teſta.12.limita.
mita.ad l.fori n.1.& 2.cũ ſeq.dicẽs,quod quãuis le
gitimatus per oblationẽ Curiæ nõ poſſit meliora-
ri.Legitimatus tamẽ per reſcriptũ optimo iure me
liorari poſſit,referens aliquas differentiæ rationes
inter legitimationem per oblationem Curiæ,& il-
lam,quæ ex reſcripto Principis fit:ſed re vera non
poteſt cõgrua ratio differentiæ inter legitimatum
per oblationem Curiæ,& legitimatum per reſcri-
ptum aſſignari:quando vtraque legitimatio extã-
tibus filiis legitimis facta fuit:prout etiam aduer-
tit idem Xuarez in d.limita.12.nu.3.Quod præſer-
tim dicendum eſt extante deciſ.l.12.Tauri.quæ ho
die eſt.l.10.tit.8.li.5.in nou.leg.regn. collectione,
21 qua † cautum eſt, legitimatos per reſcriptũ Prin-
cipis non poſſe ſuccedere parẽtibus: niſi in quinta
bonorum ſuorum portione:ex cuius legis deciſio-
de,res iſta apertior efficitur, de quo etiam latiùs
infra lib.3.dicemus.

¶Hoc

22 ¶Hoc autem magis in ſpecie demõſtratur ex eo,
quod ab Scrib.communiter receptum eſt, †quòd
ſcilicet filius legitimatus per principis reſcriptum
in iure Primogenituræ non ſuccedat: quãuis Ma-
ior natu ſit. Quod in ſpecie profitentur Imola &
Domini. loquẽtes in Regni ſucceſſione.in c. grãdi
de ſupplen.negli.Præla.li.6.Alexã.in l.Gallus.§.&
quid ſi tantum.n.25.ff.de liber. & poſth. & ibi Iaſ.
1.lect.n.92.Deci.conſ.85.nu.8.vbi eleganter proſe
quitur materiam Io. Lecerier de Primog.li.1.q.13.
Tiraq.in eodem tract.q.34.n.48.cum ſeq.Carol.
Moli.in conſuet. Pariſ.tit.1.§.8.glo.1.nu.46.& 47.
Greg.Lopez in l.4.tit.15.par.4.verb.*Todas las bo-
ras.*Quod tñ in legitimato per reſcriptũ,vel obla-
23 tionem Curiæ,vel aliàs:†non autem in legitimato
per ſubſequens matrimonium intelligẽdum erit:
prout ex pluribus cõprobat Tiraquel.d.q.34.n.2.
cum pluribus ſeq.atque alibi latius trademus.

24 ¶In ſecundo caſu†quãdo ſcilicet filij, ſeu deſcen
dentes legitimi non extãt,nulli dubium niſi,quòd
poſſit Primogeniũ in perſona filij legitimati in-
ſtitui: cùm ipſe nihil differat à legitimis, vt ſupe-
rius oſtenſum eſt,neque ſibi obſtet aliquod impe-
dimentum ad hoc, vt eidem poſſit parens omnia
bona ſua,vel maiorem eorum partem iure Maio-
ratus,vel alio quocunque titulo relinquere,ídque
notiſſimum eſt.

25 ¶De†filio autẽ naturali idipſum pari ratione di-
cendum erit:nam etiam ſi legitimatus nõ ſit, filiis
legitimis non extantibus,parens poterit eidẽ om-
nia bona ſua, vel maiorem eorũ partem iure Man
ioratus relinquere.Si verò filij legitimi extẽt, non
poteſt pater eidem aliquid niſi quintum relinque
re.Quod ex l.10.Tauri.quę eſt l.8.tit.8.li.5.in nou.
leg.Reg.collectione.hodie deciſum eſt.

26 ¶De†filio autẽ ſpurio dubitari ſolet:vtrũ in eius
perſona poſſit Primogenium inſtitui,in qua quæ-
ſtione dicendũ erit in perſona filij ſpurij nõ poſſe
ab eius parẽte Primogenium inſtitui.Spurius†nã-
27 que ex nullo genere diſpoſitionis poteſt ad ſucceſ
ſionem bonorum parẽtis admitti:imò eſt incapax
ſucceſſionis eius,ſiue ex donatione,ſiue ex vltima
voluntate,ſiue ex Primogenio,vel quacunque alia
diſpoſitione.text.in Auth.quib.mod.natu.effi.ſui.
§.fina. collatio. 7. & in Authent. ex complexu ibi.
*Omnis paternæ ſucceſſionis indigni.*C.de inceſt.nup.
28 lex.10.tit.13.part.6.l.10.Tauri.Idq; † nẽdum in in-
ſtitutione ſed etiam in ſubſtitutione vulgari:ſeu fi-
deicommiſſaria verum eſt.Sicut enim ſpurius non
poteſt capere à patre ex inſtitutione: ſimiliter e-
tiam nec ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicõmiſ-
ſaria,ab eo capere poterit,glo.ordin.in dicta Au-
thent.quib.mod.natu.effi.ſui.§.fi.text.in l.ſi is,qui
ex bonis.ff.de vulg. vbi communiter Scribent. id
notant Bald.& cæteri in l.eam, quam C.de fideic.
Guillel. Benedict. qui plura refert in repet.capit.
Rainuntius verb.& vxorem.deciſ.5.nu.128.cũ ſeq.
29 Imò † neque directè,nec indirectè,neque per me
diam perſonam alterius, nec aliquo alio colore
quæſito,poteſt pater filio ſpurio,aliquid relinque
re.l.quod conditionis.ff.de donat.cau. mort.l.hac
edictali circa medium.C.de ſecund.nup.l.nec per
ſe. C.de hæred.inſtitut. Bald. in l.1. numero 28.C.
de Sacroſan.Eccleſ.Bartol.& communiter Scrib.
in l.fin.C.de his quib. vt indig.& alibi ſæpè Scrib.

30 ¶Quod† nedũ procedit in Maioratu ex deciſio-
nibus legum Regiarum facto: verùmetiam in eo,
quod ex Regia facultate inſtituitur, etiamſi vo-
catio ſpurij fiat poſt omnium legitimorum deſcẽ
dentium vocationem: quamuis enim verba facul-
tatum generalia ſint,& ex eis Primogeniorum in-
ſtitutoribus concedatur facultas vocandi quaſcũ-
que perſonas, ea verba ad habiles tantùm, atque
capaces, non autem ad perſonas inhabiles, & in-
capaces extendenda ſunt. l. vt gradatim.§. etſi le-
ge.ff.de mune. & hono.l.1. vbi latiſſimè per Scrib.
C.de Sacroſanct.Eccleſ.l.quanuis.ff. de in ius vo-
31 can. Semper†namque voluntas Principis præſumi
tur eſſe talis,qualis de iure eſſe debet.l.ex facto. in
princip.ff.de vulga.l.quoniam.C.de natu. libe.l.ſi
quando cum ſimilibus. C. de inofficio. teſtamen.
Quod in Hiſpanorum Primogeniis loquens ſic re
ſoluit Gregor. Lopez in l. 32. tit. 9. pa. 6.in gloſ.
verb.*No valdra.*col.ſeptima.vbi latiſſimè id pro-
ſequitur.

¶Hæc aũt omnia nedum procedũt in his bonis
quorum ſucceſſionis ſpurius incapax eſt:ſed etiam
in ea parte, quæ ipſi filio ſpurio pro alimentis à
32 parente relinqui poteſt. Quãuis†enim huius por-
tionis ſpurius capax ſit: ea tamen ſpurio libera,&
abſque grauamine relinqui debet, cùm ex præciſa
neceſſitate, atque ex iuris diſpoſitione debeatur,
vt in ſpecie dixit Tellius Fernandez poſt Anton.
Gome.ibidem.in l.10.Tauri.num.decimoquinto.
qui in id omninò videndus erit.

¶Sed & hęc quãdo à patre in perſona filij ſpurij
33 Primogenium inſtituitur,intelligenda ſunt:ſi†ve-
rò ab alio cognato, vel agnato, vel extraneo id
Primogenium inſtituatur, ſiue ex facultate legum
Regiarum,ſiue ex Regia facultate, poteſt eius in-
ſtitutor ſpurium,ſeruato ordine, de quo ſuperiùs
meminimus ad eiuſdem Primogenij ſucceſſionẽ
vocare:quanuis enim ſpurius hęreditatis parentis
incapax ſit, nihilominus tamen ab aliis ex contra-
ctu, vel ex teſtamento liberè capere poteſt. gloſſ.
communiter approbata in Auth.quib.mod.natu.
effi.ſui. verb. *Participiũ.* collat.7.iunctis aliis,quæ
ſ. lib.1.c 13.n.10.tradidimus.

34 ¶Controuerti autem poteſt:vtrũ†cõceſſa facul-
tate, vt quis poſſit in perſona vnius ex filiis ſuis
Primogenium inſtituere, valeat eius virtute Pri-
mogenium in perſona vnius ex nepotibus ſuis fa-
cere. In qua quæſtione videtur dicendum, quòd
35 nõ,ea potiſſima ratione: quia† in omnib. caſibus,
quibus conſideratur gradus, vel affectio:prout in
Maioratuum inſtitutione, vel ſucceſſione conſide
rari ſolet, verbum,filiorum,nepotes non compre-
hendit.l.iubemus.C.ad Trebel. l. Gallus. §. inſti-
tuens.ff.de liber.& poſthum. vbi Bartol. & com-
muniter Scriben.id notant. Barto.in l. liberorum.
columna ſecunda. ff. de verbo.ſigni. Ex quibus &
aliis Gregor.Lopez in l.2.tit.15. par.2.in glo.verb.
*Si dexaſſe hijo, o hija.*Dixit,ex facultate conceſſa ad
inſtituendum Primogenium in vnum ex filiis, nõ
poſſe inſtitui in vnum ex nepotibus.

¶Sed ipſemet Greg.Lopez forſan immemor eo-
rum, quæ dixit in d.l. 2. Iterum eandem quæſtio-
nem diſcutit in l.32. tit. 9. part.6.in gloſ.in verbo.
*No valdra.*columna octaua.verſi.Sed pone,quòd
Rex conceſſit,ibíque ſic diſtinguit,quòd aut filius
extat,& Primogenium non poſſit ex Regia facul-
tate in perſona nepotis inſtitui,aut filius mortuus
eſt,& poſſit: cũ in eo caſu nepos in eius locũ ſub-
intret.Ad quod plura iura, & ratiões adducit,quæ





apud ipſum videri poterunt, quod verum ac pro-
babile mihi videtur quando in facultate,nulla ne-
potis mentio facta fuit.Idque ex iuribus, quæ ſta-
tim adducemus,de quibus Gregorius Lopez non
meminit,apertiſſimè à fortiori probatur. De quo
tamen dicendum erit,prout infra iſto.c.nu.38.fin.
verbis dicemus.

¶In facultatibus autẽ, quæ hodie ad inſtituenda
Primogenia conceduntur adiici frequenter ſolet.
*Que podais hazer el dicho Mayoradgo en los dichos
vueſtro hijo, o hija, nietos, o nietas, que voſotros qui-
ſieredes, y en ſus deſcẽdientes.*Quibus verbis extãti-
bus,quæſtio hæc difficilior videtur: cùm cẽſeatur
cõceſſa expreſſa facultas inſtituẽdi Primogenium
in perſona filij,vel nepotis.Cuius perſonæ electio
in facultate libera inſtitutoris appoſita videtur.
Ideóque poterit quemcunq; ex eis voluerit elige-
re,ſiue proximiorem, ſiue remotiorem.l.cùm qui
dam.ff. de lega.2.l.vnum ex familia. §. ſi de Falci-
dia.ibi.*eodem vel diſpari gradu.*ff.eod. Quod etiam
euenit ex natura alternatiuę, quæ in qualibet par-
te eiuſdem verificatur.l. ſi is qui ducenta.§.vtrùm
ff.de reb.dub.l.qui hæredi.cum ſimilib.ff. de con-
ditio.inſti.

¶Sed verius videtur adhuc in caſu,de quo agi-
mus, non poſſe Primogenium inſtitui in perſona
nepotum:niſi filiis deficientibus. Quod probatur
ex text.in l.hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. vbi
probatur,quòd ſi teſtator relinquat fideicommiſ-
ſum filiis ſuis, vel nepotibus, vel aliis cognatis:
ita, vt inter eos vxor ſua eligat, quos voluerit,
non poterit vxor ipſa eligere nepotes: niſi filiis
deficientibus,nec cognatos, niſi deficientibus ne-
potibus. Per quem text. dicunt Bartol.& Scrib.
36 ibidem, quòd † quando fideicommiſſum relin-
quitur inter perſonas, inter quas cadit affectio,
attendendus eſt ordo ſcripturæ.Quod etiam pro-
batur ex text.in l.cum pater.§.à te peto.ff.de lega.
2.ibi.*Nõ eſſe datam electionem: ſed ordine ſcripturæ
factam ſubſtitutionem reſpondi.* Per quem tex.ibid.
Bart.& com.Scriq.id notant.Idque etiam Bartol.
Paul.Alex.Iaſon,& cæteri Scrib. in l.cùm quidam
C.de verb.ſignifi.verum eſſe profitentur. Quibus
adiicienda ſunt ea, quæ in id ſupra lib.1.c.6. nu.7.
latiùs annotauimus.

37 ¶Nec obſtat tex.in d.l.cum quidã. ff.de leg.2.&
in d. §.ſi de Falcidia, & alia, quæ ſuperius citaui-
mus.Ea† namque procedunt:quãdo electio inter
omnes ex familia genericè,atque inordinatè con-
ceſſa fuit,ſecus autem quãdo per dinumerationẽ
certorum graduum,vel perſonarum,certo ordine
ſeruato.Tunc namque ordo ſcripturę,ac dinume-
rationis graduum ſeruandus erit. Quod in dictis
legibus contrariis cõmuniter Scrib. ſic reſoluunt.
Idque optimè cõſiderat Ripa.in d.l.hæredes mei.
§.fi.ff.ad Trebel.nu.7.

38 ¶Quanuis autẽ hæc in omnibus aliis fideicõmiſ-
ſis vera ſint,in Hiſpanorũ tamẽ Primogeniis ſim-
pliciter ſumpta dubia mihi videntur. Imò exiſti-
mo,quòd mortuo filio Primogenito, vel alio, in
cuius perſona,pater tempore cõceſſionis faculta-
tis volebat Primogeniũ inſtituere, poſſit illud in-
ſtituere in perſona nepotis,qui ex filio Primoge-
nito mortuo ſupererit:etſi plures alij filij eius ex-
tent,abſque eo,quòd ſit neceſſarium mortem om
nium filiorum expectare: prout in caſu.d.l.hære-
des mei.§.fin.& in caſu. d.l.cum pater.§.à te peto,
neceſſariũ erat.Sicut enim in materia, vbi omnes
filij in fideicõmiſſo ſuccedere debent, requiritur
mors omniũ filiorum,vt ad nepotum electionem
peruenire debeat, vt ex dictis iuribus probatur.
Sic etiam,vbi vnus filius ſolus in fideicõmiſſo ſuc-
ceſſurus eſt,ſufficit mors vnius, vt ad nepotẽ eius
tranſitus fieri valeat. Ea namq; affectio, quæ con-
ſiderabatur in filio,quem cæteris parens præferre
volebat,eadem in nepote,qui ex eo filio ſupereſt,
conſideranda eſt,vt ſimiliter is omnibus aliis filiis
præferatur, ex his, quæ infra lib.3.vbi de patruo,
& nepote agendum eſt,latiùs dicemus,&cùm di-
ctorum iurium deciſiones, in mente diſponentis
interpretandæ verſentur: prout ex eiſdem appa-
ret,nulla potior mentis coniectura in caſu, de
quo agimus,deduci poterit: quàm quòd in mate-
ria,in qua vnus ſolus ſuccedere poteſt, exiſtime-
mus,quòd ſicut filius Primogenitus,ſeu alius ma-
gis dilectus,ſi viueret cæteros omnes filios exclu-
deret,ex parentis vocatione, ita nepos ex eo pro-
cedens eoſdem excludat, ne pater cogatur ex Re-
gia facultate lineam ſecundo genitorum, vel fi-
liorum, quos adeò non diligebat, lineæ filij Pri-
mogeniti,vel prædilecti præferre, aduerſus deci-
ſionem text. in l.cùm auus. ff. de condict. & de-
monſtra.& in l.cùm acutiſſimi cum ſimilib. C.de
fideicom.Ideóque, † ea iura in fideicommiſſo, in
quo non vnus, ſed plures ſuccedere debent, in-
telligenda ſunt,in Maioratu autem, vbi vnus tan-
tùm ſucceſſurus eſt, limitanda, vt ſufficiat mors
vnius filij,cuius lineam pater lineis cæterorum fi-
liorũ pręferre volebat,vt poſſit in eius nepote,cę-
teris filiis excluſis,donec eius linea durauerit Pri-
mogenium inſtituere, ídque veriſſimum mihi vi-
detur:éſtque ſingulare, & nouum ad dictarum le-
gum intellectum. Et quanuis nullus ex Scrib. ea
iura ſic limitet,ac intelligat, non ideò intellectus
iſte amplectendus non erit. Non enim mirum vi-
deri debet,quòd Scrib. hũc caſum omiſerint,cùm
hoc genus ſucceſſionis iure Maioratus, non ſatis
perpenderint.

¶Cæterùm,etſi omnia ſuperiùs dicta probabilia
videantur, exiſtimamus tamen in hoc caſu poſ-
ſe parentem Maioratum inſtituere in perſona ne-
potis prætermiſſo filio, cùm ſibi electio libera,
quo ad hoc conceſſa fuerit, nec ex iuribus vulga-
ribus teneatur iuris ordinem ſequi. Nec obſtant.
dict. l. hæredes mei. §. final. & text.in dict. §.à te
peto.Nam iura illa loquuntur in patre relinquen
te hæreditatem filiis ſuis,vel nepotibus,vel cogna
tis,in cuius perſona conſideratur affectio:nos au-
tem loquimur in Rege facultatem concedente, in
quo nulla affectio conſideratur: ſed totum Maio-
ratus inſtitutoris affectioni commiſſum eſt, qui
poterit inter filios & nepotes, quem voluerit eli-
gere, quod ex mente illorum iurium facillimè
comprehenditur. Quod etiam pari ratione dici
poterit, vbi parenti conceſſa fuit licentia, vt Pri-
mogenium in vno ex filiis ſuis inſtituere poſſit.
Cùm enim in hoc caſu ex ſubiectæ materiæ natu-
ra,verbum *filiorum*, nepotes etiam comprehen-
dat,vt ſupra lib.1.cap.6.nume.28.& 29. oſtenſum
fuit,conſequens eſt, vt idem in eo caſu, quod in
præcedenti paulò antè reſoluimus, dicendum ſit.

39 ¶Ex quibus decidi poteſt alia quæſtio,quam di-
ſcutit Grego.Lopez in d.l.32.titu.9.part.6.in glo.
verb.*Non valdra.* colum.9.verſic. Quid tamen ſi
vigore Regiæ licentiæ, † vtrùm ſcilicet, quando
Princeps conceſſit licentiam alicui, vt Maiora-
tum inſtituat in forma ſolita, ſi ipſe in perſona
filij,ac eius deſcendentiũ Maioratum inſtituat, &

filius viuo parente moriatur: vtrùm ſuſtineatur Maioratus in perſona nepotis. In qua quæſtione cõcludit ipſe ex aliquibus fundamentis, quę apud ipſum videri poterunt, quod ſic. Cuius ſentẽtia firmior, ac verior redditur ex his, quæ ſuperius annotauimus. Cùm enim nepos mortuo filio, ſubintret in locum illius, nulli dubiũ: niſi quod ſit aliis filiis in Maiorarus ſucceſſione præferendus: ſicut pater eius ſi viueret, pręferendus eſſet. Quod eo maximè dicendum eſt, quod in Maioratib. non pẽdeat vocatio ſequentis à vocatione præcedentis: ſed quælibet vocatio de per ſe ſubſiſtat, & à principio cenſeantur fieri tot donationes, ſeu ſubſtitutiones, quot perſonæ vocatæ inueniuntur: prout ſupra lib. 1. c. 1. nu. 17. tradidimus.

¶Sed controuerti etiã ſolet, quid dicendum ſit: quando † Princeps dedit licentiam alicui, vt Maio-
40 ratum inſtituat in perſona Petri filij ſui ſpecialiter nominati, vtrùm ſcilicet, eo mortuo, in vita eius poſſit illum inſtituere in perſona nepotis, quẽ ipſe filius Petrus relinquit. Quam quæſtio. tangit Gregorius Lopez. in d. l. 3. tit. 9. part. 6. gl. in verb. *No valdra*. col. 9. verſ. Quid autem, vbi concludit, non poſſe à parente Maioratũ inſtitui in perſona nepotis ex ipſo filio procedentis: quia quamuis verbum, filij in aliis caſibus extendatur ad nepotes, non tamẽ extenditur ad eos, quando filius proprio nomine vocatus eſt. Quod probatur ex text.
41 quem ipſe Grego. in id citat in l. ſi quis ita in principio. ff. de teſt. tute. iuncta gl. verbo. *Si quis filio*. vbi ex ea notat Barto. num. 1. † quòd appellatio filij facta expreſſo nomine proprio non comprehendit alium, quàm filium ſic ſpecialiter nominatum. Ex quibus, & aliis, quæ ipſe Grego. adducit quæ apud ipſum videri poterunt: ſic iſtam quęſtionem reſoluit.

¶Quanuis autem hæc ſtringere videantur, contrarium mihi in hac quæſtione dicendũ videtur. Nam cùm Maioratus diſpoſitio ex ſui natura perpetua eſſe debeat, nõ eſt credendũ Principem cõceſſiſſe parenti facultatem inſtituendi Maioratum in perſona Petri eius filij, ita vt eo mortuo Maioratus ipſe finiretur: ſed vt ad eius deſcendẽtes protraheretur. Ideóq; ea adiectio, vt Maioratũ in perſona Petri filij ſui facere poſſet, non reſtrictiuè ad eius deſcẽdentes: ſed potiùs prælatiuè accipienda erit, eóq; mortuo in perſona nepotis ex ipſo ſuperſtitis fieri poterit: ſicut in eius perſona fieri potuiſſet, cũ nepos ex ſuperius adductis in eius locũ ſubintret. Quod ex his, quæ ſupra, li. 1. c. 4. tradidimus, verũ eſſe apparet quãuis tutius ſit, cùm ſimilis caſus cõtigerit ad primogenium in perſona nepotis inſtituendum nouam facultatem impetrare. Ex facultatibus tamen, quæ hodiè conceduntur ſemper huic caſui prouidetur: cũm nunquàm concedantur ad inſtituendum Primogenium in perſona alicuius filij ſine adiectione deſcendentium.

42 ¶Sed & aliã quæſtionẽ mouet Greg. Lopez. in eadẽ. l. 32. d. gl. verb. *No valdra*. col. 9. † vtrùm, ſcilicet pater habens facultatem ad inſtituẽdum Primogeniũ in perſona vnius filij ſpecificè nominati, poſſit illud inſtituere eo mortuo in perſona alterius ex filiis ſuis. In qua quæſtione decidit, quòd non. Cùm facultas ſit ſpecificè conceſſa ad vnum filium, nec ad alium in ea ſpecificè non nominatũ extendi debeat. Quæ opinio vera, ac probabilis mihi videtur: cùm hic filius nullo iure in locum præmortui ſubintrare cenſendus ſit. Tametſi ex Maioratus natura, atque perpetuitate cõtrarium forſan, probabiliter diſputari poſſet.

¶Id ipſum etiam dicendũ erit in alia quæſtione, quam ipſe Gregorius tetigit in ea. l. 32. in gl. verb. *No valdra*. col. 10. vtrum pater, qui obtinuit facultatem ad inſtituendũ Maioratum in perſona Titij filij ſui, eo mortuo poſſit illũ inſtituere in perſona alterius filij poſteà nati, quem etiam Titium appellauit, in qua quæſtione reſoluit, quod nõ ex iuribus, quæ ipſe allegat. Idq; ipſum mihi verum videtur ex his, quæ in quæſtione præcedenti reſoluimus. Cùm enim filius, qui vocatur nunc Titius non ſit ille, qui in Regia facultate cõtinetur, nil refert, vocetur Titius aut Mæuius, ad hoc, vt ſub ea comprehendi poſſit: niſi ex Maioratus natura, ac perpetuitate, in hac quæſtione, ſicut in præcedenti, contrarium diſputari prætendatur.

43 ¶Sed & ipſe *Gregorius in* d. l. 32. col. 9. verſ. Sed quid ſi Rex, dubitat de alia quæſtione † vtrùm, ſcilicet quando pater habens facultatẽ ad inſtituendum Primogenium in perſona vnius ex filiis ſuis, non ſpecificè nominati, illud inſtituit in perſona vnius ex eis, qui mortuus eſt, viuo parente abſque filijs, poſſit in perſona alterius ex reliquis, vigore eiuſdem facultatis Primogeniũ inſtituere. In qua quęſtione reſoluit, quod ſi filius acceptauit, & habuit Maioriam, & ſic actus fuit perfectus, non poſſit Primogeniũ à parẽte in aliũ filiũ inſtitui: ſi verò filius primò nominatus, non habuit Maioriã nec reſpectu eius fuit diſpoſitio perfecta, nec irreuocabilis, poſſit pater ipſum Primogenium in perſona alterius filij inſtituere, ad quod allegat text. in c. ſi electio, & in c. ſi compromiſſarius, de electi, lib. 6. Quæ opinio mihi vera videtur: dummodò primũ Primogenium irreuocabile fuerit, eiuſque poſſeſſio in vita filio tradita. Aliàs namq; contrariũ dicendũ erit: propter ea, quæ ſtatim dicemus.

44 ¶Sed & iterum quærit Greg. Lopez. retento eodem themate in d. l. 32. in glo. 1. verb. *No valdra*. col. 9. ver. Sed quid ſi Rex. ad fi. † vtrùm ſi Maioratus ſemel in perſona vnius filij ex huiuſmodi facultate inſtitutus reuocetur à parẽte, poſſit iterũ ipſe parens illũ in perſona alterius filij ex huiuſmodi facultate inſtituere. In qua. q. reſpõdet, quòd nõ, ex
45 leg. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. Et ex aliis iuribus, quæ ibidẽ adducit, cuius dicta cõprobari poſſunt, ex his, quæ dixit Deci. cõſi. 512. nu. 2. cum ſeq. vbi inquit † quod ſi Papa cõcedat Epiſcopo licentiam, ad teſtandũ, eiúſq; virtute ſemel teſtetur, primúmque teſtamentum reuocauerit, non poterit virtute eiuſdem licentiæ facere ſecundum teſtamentum, quia licentia ad teſtandum in primo actu conſumitur. Cuius opi. ſequitur Soci, Iuni. conſ. 89. nu. 24. cum ſeq. Quorum dicta ſequutus fuit D. Dida. de Couarru. in c. cum in officiis. nu. 8. de teſta. atque Tiraquel. in d. l. boues. §. hoc ſermone in regula eiuſdem. l. nu. 128.

¶Hoc autem, quod Grego. Lopez. in hac quæſtione reſpondit, & id quod Deci. d. con. 512. & cęteri, qui illum ſequuntur reſponderunt: proculdubiò erroneum eſt, ſiquidem licentia ad inſtituendum Primogenium, quod ex ſui natura reuocabile eſt, vel ad teſtandum conceſſa, non conſumitur ex primo actu reuocabili, niſi is actus morte confirmetur atque ex ea perfectionem accipiat. Imò is, qui illũ fecit poterit, eo reuocato ex eadẽ licentia alium facere, donec actus ex ipſa licentia factus,



factus ſemel effectũ obtineat. Quod ex pluribus iuribus, atque rationibus verum eſſe profitentur Marti. Nauarr. in repe. c. fin. 16. q. 1. in 3. q. principali. nu. 22. cum ſeq. & Tellius Fernãdez. in l. 4. Tau. nu. 6. cũ ſeq. vbi pluribus iuribus & rationibus id probat, quamuis nu. 13. illud cogitandum abſque cauſa rationabili relinquat. Idque ipſum tanquàm verum, ac iuridicum ſequutus fuit Frãciſcus Sarmientus, de redditibus Eccleſiaſticis, par. 4. cap. 4. nu. 3. cum ſeq. Qui adeò enixè id probant, vt nullus in hac quæſtione ſuperſit dubitandi aditus. quorum opinioni libenter aſſentimur. Sícq; ipſemet Grego. Lopez. in eadem. l. 32. glo. ver. *No valdra*. col. 10. verſ. Quid autem ſi quis fecit Maioriã. Iterum mouens in effectu eandem. q. contrarium decidit: imò quòd inciſo, ſeu reuocato primo Maioratu, ex facultate Regia inſtituto, poſſit eiuſdem Maioratus inſtitutor alium virtute primæ licentiæ inſtituere. Quod hodie ex Regiis licẽtiis, quæ ad inſtituenda Primogenia concedi ſolent, apertiùs procedit, cùm ad hæc dubia ſummouenda in eis dici ſoleat, *que lo puedan mudar y reuocar, y hazer de nueuo todas las vezes que quiſierẽ, y por bien*
46 *tuuieren*. ¶Sed & dubitari põt, † vtrùm cõceſſa licentia, vt quis poſſit Primogeniũ in perſona vnius ex filiis inſtituere, poſſit illud inſtituere, nedum in perſona vnius ex filiis, qui tempore cõceſſionis facultatis nati erant: ſed in perſona poſthumi, vel eius, qui poſt cõceſſionẽ facultatis natus fuit. In qua quæſtione dicendũ eſt, quod ſic. In his nãq;, quæ ſucceſſionẽ atq; eius fauorẽ contingunt poſthumus tanquam natus cenſendus eſt. l. 1. §. in quibus verſ. ſciendum. ff. de lega. 3. l. qui in vtero. vbi per Scri. ff. de ſta. homi. l. qui operas. ff. de ope. libert. Tiraq. qui plura refert, de retract. Lignagier. §. 1. glo. 9. nu. 75. cum pluribus ſequen. Sícq; in ſpecie in Regia facultate ad Primogeniũ inſtituendum conceſſa, reſoluit Grego. Lopez. in l. 32. tit. 9. part. 6. in gl. verb. *No valdra*. col. 6. verſ. Sed an comprehendatur & col. 8. verſ. Et an virtute. Quod etiam in Regiis facultatibus prouideri ſolet: dùm in eis dicitur. *que lo podais hazer en vno de los hijos, que teneis al preſente, o tuuieredes de aqui adelante.*

¶Similiter etiam controuerti ſolet, vtrùm † is, qui
47 habet facultatem ad inſtituẽdum Primogenium, poſſit illud inſtituere in perſona filij monachi, ſeu clerici, vel furioſi, muti, aut ſurdi, ſeu ſimiles defectus patientis. Sed quia ſupra lib. 1. cap. 13. vbi de Primogenito clerico religioſo, ſeu furioſo tractabimus, id latiùs diſcuſſimus, ad ibidem dicta lectores remittimus.

48 ¶Vtrùm † autẽ is, qui habet Regiam facultatem ad inſtituendum Primogenium in perſona vnius ex filiis ſuis, poſſit eius facultatis virtute, in perſona duorũ filiorũ duo Primogenia inſtituere, vel è cõuerſo: vtrùm qui habet Regiam facultatem ad inſtituendum plura Primogenia poſſit vnum ſolum inſtituere, ego ſupra iſto lib. cap. 4. annotaui.

49 ¶Sed vtrũ parẽs, qui ex ex Principis, vel legũ Regiarũ facultate Primogeniũ inſtituit, teneatur in perſona filij dignioris illud inſtituere, ſeu poſſit in eius ſucceſſione dignum, ſeu etiam indignum digniori præferre, ego ſupra iſto lib. c. 5. latiſſimè enarraui, vbi quid in hoc tam iure fori quàm poli dicendum ſit, congrua diſtinctione reſolui.

50 ¶Subſequẽter autẽ hîc tractandũ foret, † vtrum parens virtute Regiæ facultatis, poſſit in perſona filij hæretici, vel proditoris, ſeu inimici Regis, vel filij exiſtẽtis apud hoſtes Primogeniũ inſtituere, atq; de aliis quæſtionib. ſimilibus: ſed quia de his plura apud Scrib. in locis ordinariis inueniuntur, & alibi de eis agendũ erit, ea hîc breuitate ſtudẽs, cõſultò pretermitto Circa hæc autẽ videri poterunt, quæ de filio hæretico, ſeu proditore dixit Greg. Lopez. in l. 2. tit. 15. part. 2. in glo. verb. *Siendo hombre para ello*. col. 2. verſ. ſed pone, quod tẽpore delationis Maiorię. Et de inimico Regis dixit idẽ Greg. in l. 32. tit. 9. par. 6. gl. ver. *No valdra*. col. 6. & de exiſtẽte apud hoſtes dixit in ea. gl. verb. *No valdra*. col. 8. Quãuis enim hæc ipſe nõ omninò reſoluat, ex his tamen, quæ adducit, poterũt quędã veluti veritatis ac reſolutionis veſtigia cõprehendi,

*SVMMARIA.*

1 *Inſtituens Primogenium proſpicere debet: ne conditiones turpes, & iniuſtas apponat, & honeſtas omittat.*
2 *Leges, quæ in Primogeniorum inſtitutione apponuntur: vtrùm veræ conditiones ſint, an modũ tantum inducant.*
3 *Leges, ſeu conditiones appoſitæ in Maioratu ſimpliciter ſumpto, modum tantum, non conditionem inducunt.*
4 *Conditio ſuſpendit effectum diſpoſitionis in tempus conditionis impletæ: modus verò non: ſed obligat poſt diſpoſitionem perfectam ad eius implementum.*
5 *Conditio adiecta donatario, vt aliquid faciat, quod veniat implendum in futurum, modus reputatur, & non conditio.*
6 *Inſtitutio Maioratus ſimpliciter ſumpta, nec eſt conditionalis, nec pura, reſoluenda tamen ſub conditione.*
7 *Conditiones, aut modi appoſiti in inſtitutione Primogenij, ipſum Primogenium non reſoluunt.*
8 *Leges, ſeu conditiones Maioratus ſi non ſeruentur, non reſoluitur inſtitutio ipſius Maioratus: ſed ſucceſſores ad earum implementum aſtringendi ſunt.*
9 *Præceptum teſtantis in dubio præſumitur oppoſitum per viam modi, non autem conditionis.*
10 *Niſi cauſa aliud requirat, vel natura verborum aliud ſuadeat.*
11 *Leges, ſeu conditiones. quæ communiter in Maioratibus apponuntur, cenſentur modi: niſi alia adiungantur: quæ potiùs ad conditionem, quàm ad modum referri debeant.*
12 *In vocationibus Maioratus primus cenſetur vocatus purè: ſequentes verò ſub conditione.*

13 *In grauaminibus Maioratus onera,& grauamina ad modũ non ad conditionem referenda ſunt.*
14 *Grauamina Maioratus non ſuſpendunt vocationes: ſed poſt poſſeſsionem in vocatos tranſlatam adimplenda ſunt.*
15 *Niſi ex diſpoſitione inſtitutoris ante poſſeſsionis apprehenſionem implendum ſit.*
16 *Quo caſu, licet ex diſpoſitione legis poſſeſsio Maioratus transferatur in vocatum, tamẽ apprehenſio ſuſpenditur, donec à ſucceſſore adimpleatur.*
17 *Si inſtitutor Maioratus dixerit, quòd non tranſeat dominium nec poſſeſsio in vocatum, donec impleat, quod ſibi iniunctum fuerit, nec dominium, nec poſſeſsio ciuiliſsima in eum tranſibit.*
18 *Diſpoſitio, quòd ſucceſſor non cenſeatur vocatus: niſi onus impleat, conditionalis eſt.*
19 *Quando diſpoſitio eſt pura, reſoluenda tamen ſub conditione, poſſeſſor lucratur fructus medij temporis. Si verò ſit conditionalis, eos reſtituere tenetur.*
20 *Succeſſor maioratus grauatus aliquid adimplere, & non aliàs, vocatus in caſu contrauentionis nunquam cenſetur vocatus, & fructus reſtituet.*
21 *Conditio viduæ impoſita, ſi non nupſerit, hæreditatem ei traditam cum cautione Mutiana ſi nupſerit, reſtituet cum fructibus.*
22 *Idem erit, in quolibet alio, cui legatum, vel hæreditas relicta ſub conditione tradita ſit dicta cautione Mutiana.*
23 *Licet cautio Mutiana non detur, niſi in diſpoſitione conditionali, etiam cauendum eſt in diſpoſitione modali, de modo implendo, & vtroque caſu res eſt cum fructibus reſtituenda.*
24 *In diſpoſitione conditionali datur actio ex cautione Mutiana. In modali verò ſine ea agi poteſt.*
25 *Quando vera conditio in diſpoſitione appoſita eſt: an ſucceſſor Maioratus teneatur ante apprehenſionem poſſeſsionis cauere de conditionis implemento, & de re cum fructibus reſtituenda.*
26 *Cautio Mutiana non habet locum in contractibus.*
27 *Cautio Mutiana habet locum in donationibus cauſa mortis.*
28 *Si Maioratus fiat ea lege, vt non poſsit reuocari, licèt in eo non habeat locum cautio Mutiana, tamen cauendum eſt cautione modali de rigore iuris.*
29 *In Maioratu non eſt præſtanda cautio Mutiana: quando præſtita fuit cautio de re Maioratus conſeruanda, ac reſtituenda.*
30 *Succeſſor Maioratus nullum ius habet: niſi ab eo inſtanti quo ſibi dies ſucceſsionis ceſsit, & ideo fructus præteriti ad eum non pertinent.*
31 *Clauſula, quòd ſi ſucceſſor non impleuerit conditiones, tranſeat ſucceſsio in ſequentem, ac ſi primus fuiſſet mortuus: an ſit ademptio ſucceſsionis in pœnam facta.*
32 *Ademptio legati, vel inſtitutionis in pœnam facta, non valet: ſi pœna ex cauſa iniuſta procedat: ſi autem ex cauſa honeſta, valet.*
33 *Pœna diſtinguitur à conditione, vel modo ex veriſimili voluntate teſtatoris.*
34 *Conditiones iuſtæ, & honeſtæ quæcunque ſint, à ſucceſſoribus Maioratus ſeruandæ ſunt, & non ſeruantes à ſucceſsione priuandi.*
35 *Conditiones impoſsibiles, turpes, & inhoneſtæ in Primogeniis appoſitæ implendæ non ſunt.*
36 *Conditiones impoſsibiles à natura, vel de iure, reiiciuntur ab inſtitutione, legato, ſeu fideicommiſſo, & remanet pura diſpoſitio.*
37 *Conditiones impoſsibiles de facto vitiant inſtitutionem, legatum, ſeu fideicommiſſum.*
38 *Conditiones impoſsibiles de natura, vel de iure, ſeu de facto in contractibus appoſitæ vitiant contractum.*
39 *In Primogeniis factis in teſtamento, ſeu in contractu reuocabili, conditiones impoſsibiles à natura vel à iure appoſitæ reiiciuntur.*
40 *In Primogeniis in contractu irreuocabili factis, conditiones impoſsibiles vitiant diſpoſitionem.*
41 *In Primogeniis conditiones, & grauamina, potiùs ad modũ, quàm ad conditionem referenda ſunt.*
42 *Modus impoſsibilis diſpoſitionem in contractu, ſeu in teſtamento factam non vitiat.*
43 *Vera cõditio turpis in Primogenio adiecta vni vocato non vitiat Primogenium, niſi ſolam illam vocationem: niſi omnibus vocationibus in infinitum adiecta ſit.*
44 *Inſtitutor Primogenij, an poſsit aſtringere ſucceſſores, vt iureiurando promittant, ſe conditiones ſeruaturos: an hoc tanquam turpe reiiciatur.*
45 *Conditio iuramenti relata ad res præteritas, vel præſentes adimplenda eſt: ad futuras verò tanquã turpis reiicienda.*
46 *Veræ conditiones appoſitæ in Primogeniis in vltima voluntate factis implendæ ſunt, reiecta conditione iuriſiurandi.*
47 *Si leges Primogenij modum, & non veram conditionem inducant, ſucceſſor tenetur adimplere conditionem iuramenti de modo implendo.*
48 *In Maioratu in contractu reuocabili facto, præceptum de iuramento, reiicitur à coditione, in modo verò implendum eſt.*





49 *Conditio iuramenti non reiicitur à Maioratu facto in contractu irreuocabili: etiam quo ad veras, & proprias conditiones.*
50 *Præceptum iuriſiurandi de iure Regio laicos, & minores. 25. annis non ligat.*
51 *Filiæ, fœminæ, & maſculi, & fœminæ, quæ ab eis in perpetuum deſcenderint, poſſunt ab inſtitutore Primogenij propter maſculos remotioris gradus excludi, præſertim dotibus competentibus relictis.*
52 *Tutiorem opinionem eſſe in Primogeniis filias in perpetuum propter alios tranſuerſales non excludere.*
53 *In Primogenio facto ex facultate legis Regni in tertio bonorum, filiæ propter maſculos trãſuerſales, non poſſunt excludi.*
54 *Monachus, Religioſus, clericus, vel monialis à ſucceſsione Primogenij poſſunt excludi.*
55 *A ſucceſsione Primogenij facti de tertio bonorum iure Regni, non poſſunt excludi prædicti.*
56 *Inſtitutor Primogenij an poſsit ſtatuere, quòd ſi ſucceſſor crimen læſæ Maieſtatis, vel ſodomiæ commiſerit præambula hora tranſeat ad ſucceſſorem Primogenium: ita, vt fiſcus à confiſcatione excludatur.*
57 *In Primogenio ex Regia facultate inſtituto, non poteſt apponi clauſula, quòd ſi committant prædicta delicta tranſeat ad ſucceſſorem, vt fiſcus excludatur.*
58 *Si Primogenium ex lege Regia fiat, dicta clauſula apponi poteſt, & excludetur fiſcus.*

## *De legibus, ac conditionibus, quæ in Primogeniorum inſtitutione apponi ſolent.*

## CAP. XII.

SVPEREST, vt de legibus, ac
conditionibus, quę in Primogenio-
rum inſtitutione adiici ſolent, diſcu
tiamus, cùm ex illarum appoſitio-
ne, ſeu omiſsione conſtet ipſorum
1 Primogeniorum ſubſtantia. Qua in re, illud † po-
tiſsimum Primogenia inſtituere volentes proſpi-
cere debent, nè vel eas cõditiones apponant, quas
turpes, aut iniuſtas ſibi eſſe conſtiterit, nec eas o-
mittant, quæ honeſtæ ſunt, & ex quarum omiſsio
ne ipſa Maioratus inſtitutio corruat, ſeu inutilis
efficiatur. Ideóque vt vnicuique Primogeniũ inſti
tuere volenti deinceps, qualiter hæc legitimè ex-
pleri valeant, cõpertum ſit, ex ampliſsimo condi-
tionum tractatu, ea præſertim in hac parte dedu-
cemus, quæ de conditionibus iuſtis, honeſtis, atq;
poſsibilibus obſeruandis. De turpibus autem, ſeu
inhoneſtis, aut impoſsibilibus reiiciendis ſcriptũ
eſt, cætera aliis locis reſeruantes.
2 ¶Sed antequàm vlterius progrediamur, illud in
primis pro huius materiæ introductione diſcutiẽ
dum ſe offert, vtrùm, ſcilicet † hæ leges, ſeu cõdi-
tiones, quæ in Primogenitorũ inſtitutione appo-
ni ſolent, veræ atque propriæ conditiones ſint: an
verò modum tantùm, non autẽ conditionem in-
ducant: quæ inueſtigatio ſummè vtilis erit ad plu-
ra, quæ in hoc capite dicentur, & Scrib. in variis
locis dicere ſolent. In qua quæſtione, vt in ea vera
reſolutio habeatur, duo caſus principales cõſide-
rãdi ſunt. Aut enim agimus de ipſa Maioratus in-
ſtitutione ſimpliciter, atque abſolutè ſumpta. Aut
de vocationibus, aut ſubſtitutionibus particulari-
bus, quæ in ipſo Maioratu continentur.
3 ¶In primo caſu, † quãdo, ſcilicet, de Maioratus in-
ſtitutione ſimpliciter ſumpta agimus, dicendum
erit, quod leges, ſeu cõditiones, quę reſpectu ipſius
Maioratus inſtitutionis apponuntur, non efficiũt
ipſam Maioratus inſtitutionem conditionalẽ: ſed
4 † ſolum modum inducunt. Quod patet ex eo, quia
conditio ſuſpendit effectum diſpoſitionis in tem-
pus ipſius cõditionis impletæ. Modus autem non
impedit, nec etiam ſuſpendit perfectionẽ diſpoſi-
tionis, ſed obligat poſt diſpoſitionem perfectam
ad implendum in futurũ illud, quod in vim modi
præcipitur. Quæ differẽtia inter modum & con-
ditionem, comprehenditur ex doctrina Bar. com-
muniter ſequuta, in l. quibus diebus. §. Termilius.
nu. 1. ff. de condi. & demonſtra. & ex l. Plautius. ff.
eod. Et ex Scrib. cõmuniter in l. 2. C. de dona. quæ
ſub modo, Pariſius, qui plura refert, conſil. 19. nu.
250. lib. 2. & alibi ſæpe. Idque adeò verum eſt, vt
ſi is † qui facit aliquam donationem, vel aliam di-
5 ſpoſitionem adiiciat, quod illã facit ſub hac condi
tione, quod, ſcilicet donatarius faciat aliquid, quod
venit implendum in futurum: nihilominùs tamen
illud, quod ſub nomine cõditionis adiicitur tan-
quàm modus, non autem tanquàm conditio iudi
candum erit. l. Mæuia. ff. de manu. teſta. l. Caius. ff.
de manu. l. debitori. C. de pact. vbi latè per Dec. &
Alciat. Tiraq. qui plura refert, de retrac. cõuentio.
§. 2. gl. 1. num. 76. Quib. adiiciẽda ſunt ea, quæ infra
iſto lib. c. 15. num. 30. in id latiùs adducemus. Quæ
omnia Maioratuum inſtitutioni ſimpliciter ſum-
ptæ conueniunt. Quãuis enim Maioratuũ inſtitu-
tores frequenter dicere ſoleant, quòd Maioratus
inſtituunt cum vinculis, ac conditionibus, quas
ibidem adiiciunt: nihilominùs tamẽ id potius ad
modum, quàm ad conditionem referendum erit.
cùm ea omnia in futurum implenda ſint, nec di-
ſpoſitionem Maioratus ſuſpendant.
6 ¶Quod adeò verũ eſt, vt † Maioratus inſtitutio non
ſolùm hoc reſpectu dici non valeat cõditionalis:
ſed nec etiã dici poſsit pura, reſoluẽda tamen ſub
cõditione, iuxta tradita, in l. 2. 3. & 4. ff. de in diem
adiecti. & in l. ſi res. ff. de contrahen. empti. iunctis
plurib. aliis, quæ cumulat Tiraq. de retract. cõuen
7 tio. §. 2. glo. 1. nu. 74. Conditiones † namque, ſeu ve
riùs modi, leges, aut pacta, quę in primogeniis ap-
ponũtur, ipſum Primogeniũ non reſoluũt. Abſur-
dum namq; eſſet, quòd ſucceſſore alienãte, vel ali-
quid aliud nõ implente, Maioratus ipſe reſoluere-
tur, bonáq; libera efficerentur. Imò hæc interpre-
tatio menti, ac verbis inſtitutorũ contraria foret.
8 Ex quibus infertur, quòd † ſi leges, vel conditio-
nes Maioratuum, à ſucceſſoribus non ſeruentur,
ipſius Maioratus inſtitutio non reſoluatur, ſed

potiùs ſucceſſores ad implementum aſtringendi
ſint. Ea namque eſt natura conditionis, vt ea defi-
ciente actus reſoluatur, modus autem actum non
reſoluit, ſed ad implendum ipſum modum aſtrin
git, prout infra iſto lib.cap.15. nu.28. latiùs oſten-
demus.

9 ¶Quibus adiicitur, quòd † in dubio prȩſumendũ
eſt præceptum teſtantis appoſitum fuiſſe per viã
modi, non autem per viam conditionis, vt arbitra
tur Bart.in l.cum motu. C.de tranſactionib.nu.2.
poſt Cinum.4.oppoſitio. Quem ſequuntur ibi.
Bal.Ange.Raph.Fulgo.Paul. & cõmuniter Scrib.
prout teſtantur ibidem Alex.nu.8.Iaſ.nu.8.& De
ci.nu.7.& ſequitur illam Iaſ.nu.2. & Iacob. nu.7.
& D.Anto.de Padilla, qui hanc etiam cõmunem
opi.eſſe profitetur.nu.8.Eámque opi. dixit etiam
communem eſſe Alexan.conſ.10.nu.4.li.1.Eámq;
ſequitur Pariſ.conſ.19.nu.249.Atque Gratus con-
ſil.81.nu.77.lib.2.& conſil. 108.nu.4.eo.lib.quam
cõmunem opin.deducunt ex tex. in l.quæro.§.in-
10 ter locatorem.ff.locati. ¶Idq; verum eſt, niſi † cau-
ſa requiratur ad originem rei, adeò vt abſque illa,
actio dari non poteſt, vel natura verborum aliud
ſuadeat ex tex. qui ſic eſt intelligẽdus in l.à teſta-
tore.ff.de condi.& demonſtra. vbi ex his rationi-
bus actus potius conditionalis, quàm modalis eſ-
ſe iudicatur. Quem text. ſic intel[...]exerunt Alex. in
d.l.cum mota.nu.8.& Iaſ.nu.20.& Curt. nu.16.&
D. Anto. de Padilla. nu.8.cum ſeq. & Pariſ.conſ.
19.nu.254.

11 ¶Sed hæc de legibus, ac conditionibus, quæ fre-
quenter in Maioratibus apponi ſolent, intelligen-
da ſunt. Cuius generis ſunt alienationis prohibi-
tio, ſuccedendi ordo, nominis, atque armorum
delationis grauamen, atque cætera omnia graua-
mina, vincula, atque conditiones, quæ ipſius Ma-
ioratus conſeruationem, atque perpetuitatem cõ-
tingunt. Quamuis enim in his Maioratus inſtitu-
tor verbo, conditionis, vtatur: nihilominùs † tamẽ
ea omnia potiùs ad modum, quàm ad conditio-
nem referenda ſunt, cùm omnia in futurum, non
autem ante Maioratus perfectionem (vt prædixi-
mus) conferantur. ¶Quòd ſi vltra hæc, in ipſa Ma-
ioratus inſtitutione aliqua alia adiungantur, quæ
potiùs ad proprias conditiones, quàm ad modum
referenda ſint, veluti ſi teſtator Maioratum effi-
ciat certa conditione exiſtente, non aliàs, vel ali-
qua bona ſub aliqua conditione, & non aliter Ma-
ioratui ſubiiciat, contrarium dicendum erit. Cùm
enim hæc ad perfectionem, ſeu eſſentiam actus
neceſſaria ſint, actúmque ipſum in earum euentũ
ſuſpendat, nulli dubium, niſi quòd veræ ac pro-
priæ conditiones cenſendæ ſint. Quod ex his re-
gulis, quas ſuperiùs præmiſimus, probatur. Sed
hæc raro in Maioratuum inſtitutione contingere
ſolent.

¶In ſecundo caſu, quando, ſcilicet de vocationi-
bus, aut ſubſtitutionibus particularibus agitur,
ſubdiſtinguendum eſt. Aut enim agimus de ipſis
perſonis vocatis, ſeu ſubſtitutis, aut de grauamini
bus & oneribus, quȩ ipſiſmet perſonis vocatis ap-
ponuntur.

12 ¶Si de ipſis perſonis vocatis, aut ſubſtitutis aga
mus dicendum erit, primum vocatum propè ſem
per ſimpliciter, atq; purè vocari ſolitum eſſe, niſi
aliquãdo ex ſpeciali Maioratus inſtitutoris diſpo-
ſitione ſub aliqua conditione etiam primus voce
tur: quod raro contingit. Sequentes autem ſuc-
ceſſores ſemper ſub conditione vocantur, veluti
primo moriente, vel abſque liberis decedente
vel ſub aliis ſimilibus conditionibus. Quæ omnes
veræ, atque propriæ conditiones ſunt, cum voca-
tionem in earum euentum ſuſpendant. Atque re-
quiratur earum verificatio, priuſquàm ſubſtitu-
tio, ſeu vocatio effectum obtineat. Idque veriſſi-
mum eſt.

13 ¶Si verò de grauaminibus, † & oneribus eiſdem
ſubſtitutis, ſeu vocatis iniũctis agamus, dicendum,
erit propè ſemper ea onera, & grauamina ad mo-
dum, non autem ad conditionem, referenda eſſe:
14 cùm † ea vocationem, ſeu ſubſtitutionem non ſu-
ſpendant, ſed potiùs in futurum poſt ipſam voca-
tionem perfectam, & dominium, ac poſſeſſionem
in vocatos tranſlatã adimplenda ſint, prout ſupe-
riùs oſtenſum eſt.

15 ¶Hoc autem dupliciter limitari poteſt. Primò,
ſi ex diſpoſitione Maioratus inſtitutoris, grauamẽ
ipſum ante poſſeſſionis apprehenſionem implen-
dum ſit: prout pluries à Maioratuum inſtitutori-
bus factum vidimus, qui præcipere ſolent ſucceſ-
ſoribus, vt antequàm rerum Maioratus poſſeſſio-
nem capiant, iurent ſe adimpleturos omnes con-
ditiones, in ipſius Maioratus inſtitutione conten-
16 tas, vel quòd aliquid aliud adimpleant. Nam in
hoc caſu, quamuis † dominium ac poſſeſſio ciuiliſ-
ſima in vocatum mortuo vltimo poſſeſſore per-
tranſeant, ex miniſterio legum Regiarum eo mo-
mento quo mortuus fuit, cùm ſucceſſio non poſ-
ſit eſſe, in pendenti, de quo infra libr. 3. dicemus,
nihilominùs tamen apprehenſio actualis poſſeſ-
ſionis ſuſpendenda erit, donec ſucceſſor iuraue-
rit, vel adimpleuerit illud, quòd à Maioratus inſti
tutore ſibi iniunctum fuit. Quo ad hoc namque,
illa eſt propria conditio, vtpotè, quæ actum appre
henſionis actualis poſſeſſionis ſuſpendat. l. mu-
lier.§.1.vbi per Scrib.ff.de condi.inſti.l.3.§. ſi quis
ita.ff.de hæredi.inſti.Pariſius conſi.19.numer.258.
lib.2. Idque probatur ex his, quæ ſuperiùs addu-
cta ſunt. Quod autem ad ipſam ſucceſſionem at-
tinet: ſi ex poſtfacto Maioratus ſucceſſor id non
impleuerit, dicendum erit, prout infra in ſequenti
limitatione dicemus.

17 ¶Imò quod plus eſt, ſi conditio hæc non ſolum
apprehenſioni poſſeſſionis, imò ipſi ſucceſſioni
appoſita ſit, veluti † ſi inſtitutor dixerit, quod non
trãſeant in vocatum, dominium, nec poſſeſſio, nec
ipſa ſucceſſio, donec adimpleat id, quod ſibi in-
iunctum eſt, etiam ipſum dominium, atque poſ-
ſeſſio ciuiliſſima, in hoc caſu, in vocatum non per-
tranſibit: cum conditio ipſa ſucceſſionem, atque
dominij tranſlationem in euentum conditionis
ſuſpendat, & in vocatum ſub conditione domi-
nium, atque poſſeſſio non pertranſeant ex mini-
ſterio legum Regiarum: prout ex pluribus pro-
bat Grego.Lopius in l.7.tit.4.part.5.verb. *Poſſeſ-
ſion.* vtrum autem prædicta iuriſiurandi conditio
à Maioratus inſtitutore eiuſdem Maioratus ſuc-
ceſſoribus apponi poſſit, infra iſto. cap.nume.44.
dicemus.

18 ¶Secundò limitatur, † niſi Maioratus inſtitutor
in ipſo grauamine diſponat, quodſi ſucceſſor illud
nõ adimpleuerit, cẽſeatur non vocatus, ſeu prȩteri
tus adiiciens, quòd non intendit vocare, nec vo-
cat ad eius Maioratus ſucceſſionem, niſi eos tan-
tum, qui grauamina ſibi iniuncta, prȩciſè adim-
pleuerint. Quod in pluribus huius Regni Maio-
ratibus diſpoſitum, atque præceptum vidimus.
Tunc namque, vel erit pura vocatio, reſoluenda
tamen



tamen ſub conditione, ex eo, quòd in eius defectũ
cenſetur poſſeſſor nõ vocatus, vel quod verius eſt,
cenſebitur vocatio ipſa conditionalis ex eo, quòd
non vocatur, niſi ille, qui conditiones ipſas adim-
pleuerit, iuxta diſtinctionem Iuriſconſulti in l.2.
cũ ſeq.ff.de in diem adiecti. Iunctis his, quæ ſupra
iſto cap.nu.16.cum ſeq.tradidimus. Sícque in ſpe-
cie in ſimilib. vocationibus, ſeu ſubſtitutionibus,
reſoluit Pariſius, conſil.19.nu.63. & quaſi per totũ
conſil.lib.2.

19 ¶Quȩ omnia ſummè notãda atque aduertenda
ſunt: eſſe namque poterunt maximi effectus ad in
telligendum, quis lucrabitur fructus interim per-
ceptos, & ad alios quàmplures effectus. Nã † ſi vo-
catio ſit pura, reſoluenda tamen ſub conditione,
poſſeſſor Maioratus lucrabitur fructus medij tem
poris, etſi ex non adimplemento conditionis voca
tio reſoluatur. Si verò ſit vocatio ipſa conditiona
lis, non lucrabitur fructus medij temporis, ſed om
nes fructus perceptos reſtituere tenebitur. Hæc
nãque diſtinctio cõmuniter recepta eſt, quòd, ſcili
cet, ſi diſpoſitio pura ſit, ſed reſoluenda ſub condi-
tione, poſſeſſor faciat fructus ſuos, cùm interim
dominus ſit. Si verò conditionalis, eos reſtituere
teneatur, cùm nullo tempore dominus fuerit, nec
eos acquirere potuerit.l.2.& l.4.ff.de in diem ad-
iectio l.neceſſario.§.quòd ſi pendente.ff.de peri.&
cõmo.rei vendi.l.omnia.§.1.ff.de lega.2. Tiraquel.
qui id optimè explicat, de retract. conuentio. §.2.
glo.1.n.73.

¶Quæ differentia inter diſpoſitionem conditio
nalem, & puram, ſed conditione tamen reſoluen-
dam, quo ad fructuũ acquiſitionem vera eſt, quã-
uis contrarium, imò, quòd etiam in diſpoſitione
pura ſub conditione reſoluta fructus veniant re-
ſtituendi, veriùs eſſe profitetur glo.in l.2.verb. *Lu
crari.*ff.de in diem adiecti. Quæ in effectu ſentit,
quòd ex diſpoſitione pura, reſoluẽda tamẽ ſub cõ
ditione, fructus interim fiant accipientis, ex poſt-
facto tamen, adueniente caſu reſolutionis, ſint ẽ-
tiam fructus cum ipſa re principali reſtituendi,
quam ibi Scrib. ſequũtur. Idque ipſum verum eſſe
exiſtimant Ioã.Andr.& Abb.nu.6.& cȩteri Scrib.
in cap.illos vos, de pigno. Quorum opin.communẽ
eſſe aſſerit, atque ex pluribus comprobat Coraſius
lib.3.Miſcellanearum.cap.9. Hæc namque opinio
falſa eſt, prout optimè probant Tiraquel.in l.ſi vn
quàm.C.de reuocan.dona.verb.reuertatur.nume.
283.qui plures idipſum aſſerentes refert, & D.Di-
da.de Couarru.lib.3.reſolu.cap.9.nu. 1.atque Fer-
nand.Menchaca cõtrouer.frequentium.lib.3. cap.
49.num.1.Quod optimè probat tex. qui ſic abſq;
cauillatione gloſſæ intelligendus eſt.in d.l. 2.ff.de
in diem adiecti.

20 ¶Quamuis autem hæc differentia inter diſpoſi-
tionem conditionalem & purã ſed ſub conditio-
ne reſoluendam, vera ſit: ad caſum tamen, de quo
agimus, nihil attinet † cùm Maioratus ſucceſſor ſub
conditionibus prædictis, & non aliàs vocatus, in
caſu contrauentionis ab initio nunquam vocatus
cenſendus ſit, eáque diſpoſitio iuxta diſtinctionẽ.
d.l.2.ff.de in diem adiecti.non pura, & ſub condi-
tione reſoluenda: ſed propriè conditionalis, à prin
cipio cenſenda ſit. Quod dixit Angel. conſil. 165.
incipi. in Dei nomine. Ex iſto dubio, vbi elegan-
ter inquit, quòd ſi teſtator hæredem inſtituit ſub
conditione, ſi non alienauerit, & in caſu contrauẽ-
tionis vocauit alium quod ſi fecerit contra condi-
tionem, ipſo iure deſinet eſſe hæres à principio, &
in alium hæreditas transfundetur. Idipſum etiam
ex pluribus probat Bartholomæus Soci.in d.l.Mu
tianæ.col.fina.ff.de condi.& demonſtra.vbi inquit
hæredem, qui fecit contra conditionem non pri-
uari hæreditate ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex
legis diſpoſitione, quia teſtator in eum caſum nõ
videtur adimere hȩreditatem, ſed veriùs cenſen-
dus eſt illam non dediſſe. Cuius dicta ſequitur, at-
que ingenioſè probat Emanuel Acoſta in ſelectis
circa conditiones.lib.2.cap.6.nu.5, & 6.& Paul.Pa
riſ.conſ.19.nu.63.cum aliis.li.2. Idque verum mihi
videtur, tametſi Petrus de Neapolis. Bart. Alberi.
Cuma.& alij ab Emanuele Acoſta. relati contra-
riam opinionem ſequantur. Quorum ſententia iu
ris principiis apertiſſimè aduerſatur.

21 ¶Sed idipſum clarius probatur ex deciſ. text. in
Auth.cui relictũ. C.de indicta viduita. tollen. ibi.
*Ac ſi ei relictum, vel ordinatum nõ eſſet.* Vbi proba
tur, quòd † vidua, cui à merito ſubcõditione nõ nu
bendi hæreditas relicta eſt, eáque ſibi fuit præſti-
ta cautione Mutiana tradita, ſi poſteà nubat, tene-
nebitur eam reſtituere cum fructibus, tàm percep
tis, quàm percipiendis, quia ex non implemento
conditionis cenſetur retrò hæredem nõ fuiſſe. Per
quem tex.id notant ibidem Bal.Paul.& communi
22 ter Scri.vbi Iaſ.num.7.id optimè declarat † Quod
etiam in quolibet alio, cui legatum, vel hæreditas
ſub conditione relicta eſt, traditáque ſibi prȩſtita
Mutiana cautione dicendum erit. Is namq; nõ im
pleta conditione, tenetur rem cũ fructib.reſtitue-
re. Idq; Bar.in d.l.Mutianæ.n.7.ff. de condi.& de-
monſtra.ſentire videtur, atque palam profitentur
Soci. col. fina. & cæteri Scrib. ibidem, atque in d.
Auth.cui relictum.

23 ¶Quæ omnia, quo ad cautionis præſtationẽ, &
fructuum reſtitutionem nõ ſolùm in vera, ac pro
pria conditione procedunt, ſed etiam in modo lo
cũ habẽt † Quãuis.n.propriè loquendo, cautio Mu
tiana in diſpoſitionib. ſub modo factis nõ detur,
ſed ſolũ in *diſpoſitionib. factis ſub cõditione* (pro
ut in d.l.Mutianæ omnes Scri.aduertũt): cõmunis
tñ reſolutio eſt, quòd in diſpoſitione modali ſit
cauendũ de modo implẽdo, ſicut in cõditionali,
de cõditione implẽda, & in vtroq; caſu, modo, vel
cõditione nõ impletis, res ſit cũ fructib. reſtituen
24 da: differentia autem inter has duas cautiones ea
eſt, quod † in diſpoſitione cõditionali ex cautione
datur agere volẽti, actio, quȩ ex rigore iuris ſuſpẽ
ſa erat, vſque in euentum cõditionis. Ideóq; Mu-
tius introduxit Mutianam cautionem, vt cõditio,
præſtita ipſa cautione, pro impleta haberetur, de-
dítq; cauẽti actionẽ ad rẽ exigendã. In diſpoſitio-
ne autem modali, nõ datur actio ex cautione, imò
abſq; ea agi poteſt, cùm modus non ſuſpendat per
fectionem diſpoſitionis, nec actionis, ſed ex prȩdi
cta cautione detur agenti replicatio, ſi excipiatur,
quod obſtat ei, quod res ſub modo ſibi relicta eſt,
& quod debet ante omnia modum implere, vt i-
pſe poſſit dicere, quod debet rem obtinere præſti
ta cautione de modo implendo, quæ diuerſa eſt, à
cautione Mutiana, prout optimè declarant Bar.in
l.quib.diebus.§.Termilius.ff.de condi.& demon-
ſtra.& Paul.nu.5.& Bart.Soci.col. 4. verſic. Circa
tertiam quæſtionem. Iaſ.in l.1.C.de pact.numer.3.
Idque etiam in d.l.Mutianæ, & in plurib.aliis lo-
cis Scrib.annotare ſolent.

25 ¶Ex quib.nouiſſimè infertur, quòd prȩter cau-
tionem de re Maioratus reſtituenda, quã ſucceſ-
ſor Maioratus præſtare tenȩtur, prout diximus ſu

pra li.1.c.15.nu.1.cum ſequen. Similiter† antequàm poſſeſſionem rerum Maioratus apprehẽdat, teneatur præfatam cautionem præſtare, ſiue de conditione, ſiue de modo hac lege appoſitis implendis, vel de rebus Maioratus in caſum contrauentionis cum fructibus reſtituendis, iuxta ſupradicta tractemus: non enim in eum aliter dominium, atq; poſſeſſio tranſire poſſent, quando vera, ac propria conditio appoſita fuiſſet, cum id conditionis effectus impediat, quod eſſet nouũ, ac ſubtile ſi verum foret, aſtringerétq; pręciſius Maioratuum poſſeſſores ad eorum conditiones obſeruandas, ſi ſcirent non ſolùm ipſos eſſe bonis Maioratus priuandos ſed etiã ad fructuum perceptorum reſtitutionem compellendos. Idque vltra ſuperius adducta apertiſſimè probat tex. in l.3.§.ſi quis ita. ff. de addi. lega. ibi. *Hæres igitur debebit doli exceptione appoſita proſpicere ſibi cautione, à Titio de fundo non alienando*. Per quem tex. dixit gloſ. ibid. verbo. *Cautione*. Quã communiter Scrib. ſequuntur. Quòd ſi fũdus relinquatur alicui cum prohibitione de nõ alienãdo, is, cuius fauore prohibitio appoſita eſt, vel cui ex alienatione damnum ſequi poteſt, petere poterit cautionem Mutianam de conditione prohibitionis alienationis obſeruanda. Qui tex. expreſſè dubium hoc decidere videtur.

26 ¶Nec *Maioratuum* poſſeſſores hanc cautionem euitare poſſent ex eo, quòd Maioratus in contractu inſtitutus ſit, & quòd iuxta communẽ ſentẽtiã cautio Mutiana locum non habeat in contractib. vt dixit Bar. communiter ſequutus in d.l. Mutianę. nu.4. ff. de cond. & demonſtr. poſt gl.1. ibid. Scrib. in l. final. C. de pact. vbi Alex. nu.9. Deci. n.34. Curtius Iuni. nu.62. hanc communem opinionem eſſe profitentur. Idem Alexan. in l. ſiue apud acta. C. de tranſacti. nu.7. vbi etiam Iaſ. nu.5. atque Anton. de Padilla. nu.15. & cæteri Scrib. idipſum communiter reſoluunt plures in idem citantes, qui apud ipſos videri poterunt.

27 ¶ Hęc nãque obiectio facilè diluitur. Nã ſi Maioratus reuocari poſſint nulli dubiũ, niſi quod in eis habeat locũ cautio Mutiana, cùm etiã ſi in cõtractu facti ſint ſequantur *vltimæ volũtatis naturam*: prout ſupra lib.1.c.12.n.8. latius annotauimus Qua ratione communiter receptum eſt, † in donatione cauſa mortis cautionem Mutianam interponi poſſe. Idq; probat. tex. clarus in Auth. de nup. §. quæ verò nunc verſ. præfatæ autem colla. 4. Per quem tex. id dixit Bal. in Auth. cui relictum. C. de indicta vidui. tollen. nu.21. quem ibi Scrib. ſequuntur Socin. in d.l. Mutianæ. n.6. Iaſ. in d.l. ſiue apud acta. C. de tranſact. n.19. vbi D. Anto. de Padilla. n.18. plura in idẽ adducit Curt. Iun. in l.1. C. de pact. nu.65. Emanuel Acoſta in rep. l. cũ tale. §. ſi arbitratu. ff. de condi. & demõſtra. amplia. nu.4. & 5. & alibi ſæpe Scrib.

28 ¶Si verò† Maioratus ea lege fiat, vt reuocari non valeat, quãuis in eo cautio Mutiana locum nõ habeat, cùm Maioratus iſte vim contractus, non autem vltimæ voluntatis obtineat: nihilominus tamen in eo interponi debet cautio modalis, de qua per Bar. & Scrib. in d.l. quib. dieb. §. Termilius. ff. de condi. & demonſtra. & in l. in omnibus. ff. de iudi. De qua etiam ego ſuperius memini. Quæ cautio tam in contractib. bonæ fidei: quàm in contractibus ſtricti iuris pręſtanda erit, vt in ſpecie dixit Bar. in d.§. Termilius. n.15. per tex. qui ad id ſolet communiter allegari in l. Inſulam. in fi. ff. loca. Quod etiam ſequuntur Soci. in d.l. Mutianæ. nu.6. Bart. n.12. & Iaſ. n.21. in d.l. ſiue apud acta. n.21. vbi D. Anto. de Padilla. n.28. plura in idẽ adducit. Cur. Iunior in l.1. C. de pact. num.58. & alibi ſæpè Scri.

29 ¶Sed quamuis hæc omnia ex ſtricto iuris rigore procedant, & vera mihi videãtur, nũquam tamen illa vidi in forenſibus cõtrouerſiis deducta, nec admiſſa. Nec exiſtimarẽ† quod præſtita ſatiſdatione de re Maioratus cõſeruanda, ac reſtituẽda, de qua ſupra libr.1.c.15. dictum eſt, admitterentur. Cuius rei inter alias duę rationes potiſſimæ mihi occur*runt*.

¶Prima, quod in eiſdẽ Maioratib. ſemper dici ſoleat, quod ſi poſſeſſor leges, ſeu conditiones ipſius Maioratus non adimpleuerit, ſtatim Maioratus ipſe tranſeat in ſequentem, & cum huius clauſulæ virtute eo ipſo, quòd conditio, ſeu modus impletus nõ fuerit, cedat ipſius Maioratus dies, & videatur ſequenti ſucceſſori cõſultũ ex ſatiſdatione quę præſtari debet de re adueniente die ſubſtitutionis reſtituenda, videtur, quodam modò ſuperflua cautio, quæ de adimplẽdis modis, ſeu cõditionib. præſtatur, cùm cautio ſupradicta idem in effectu contineat, nec ſit ſuperfluis cautionib. vtendum. l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt legatorum ſeu fideicom. nomi. cauea.

30 ¶Secunda, quia ſi dicatur, quòd hæc cautio neceſſaria eſt propter fructus, quos *Maioratus* poſſeſſor ex non implemento modi, ſeu conditionis reſtituere tenetur, hoc etiam neceſſarium non videtur. Nam quamuis id in fideicommiſſis, vel aliis hęreditatib. ſub conditione relictis procedat, in Maioratibus tamen perpetuis procedere poſſe nõ videtur. Cũ. n. † ſequẽs ſucceſſor nõ habeat aliquod ius ad Maioratus ſucceſſionem, niſi ex eo inſtanti, quo dies eiuſdem ſucceſſionis ceſſit: conſequens, eſt, vt non fructus, præteriti temporis, ſed ſola bona ipſa Maioratus ſint ſibi reſtituenda, cùm ad fructus petendos nullũ ius ſibi competere valeat, ad quam bonorum Maioratus reſtitutionem ſufficit cautio ſupradicta. Quòd ſi dixerimus fructus hęredi, Maioratus inſtitutoris reſtituendos eſſe, adhuc id iure ſubſiſtere non videtur, cùm non fauore hęredis, ſed fauore *totius familiæ* conditiones appoſitæ fuerint. Nec ſit conſiderabilis ratio, quare id, quod aufertur à poſſeſſore, qui conditiones non ſeruauit, ſit præſtandum hæredi, cuius fauore, conditiones appoſitæ non ſunt. Quibus adiicitur, conditiones huiuſmodi, potiùs commitatorias, quam prædicti effectus inductorias cẽſendas eſſe. Ideóque non ſunt adeò ſtrictè, prout aliæ, quæ in ipſa principali diſpoſitione apponuntur, interpretandæ. Ex quibus rationibus videtur huiuſmodi cautionem neceſſariam non eſſe.

¶Hæc ſunt, quæ mihi in hoc articulo dicenda occurrerunt ad communem huius rei obſeruationem tuendam, atque conſeruandam, & ne tot nouitates in Maioratuum ſucceſſione introducamus, quæ nedum hucũſque à noſtris Iuriſconſultis adductę, ſed nec etiam excogitatę fuerũt: ſed ſi liberè ſententia noſtra dicenda ſit, hęc non adeò exactè illa, quæ ſuperiùs annotauimus, diluunt, vt ab eis omninò diſcedendum mihi videatur. Ideóque cùm ſimilis caſus contigerit, de eis deliberandum erit.

31 ¶Illud aũt prętermittendũ nõ erit, quod propè in omnibus Maioratib. adiici ſolet, vt pręditimus, quod ſi Maioratus poſſeſſor eiuſdẽ cõditiones nõ adimpleuerit, Maioratus ſucceſſio tranſeat in ſequentem ſucceſſorem, ac ſi primus ſucceſſor mortuus



tuus fuiſſet. Quæ videtur quædam ſucceſſionis ademptio & in alium tranſlatio in pœnam facta, eáque pœnę appoſitio, cum iuſta atque conſeruationi ipſorum Maioratuum conueniens ſit, proculdubiò ad vnguem ſeruanda erit l.1. & 2. ff. de his, quæ pœn. nomine. l. vna. C. eod. tit. vbi † probatur, adẽ-
32 ptionem vel tranſlationem legati, vel inſtitutionis vel quidpiam aliud in pœnam adiectum, non valere ſi pœna ex cauſa iniuſta, ac turpi procederet. Si vero ex cauſa honeſta procedat, validum eſſe. Quod ibidem communiter Scrib. profitentur, probactúrque ex l. mulcta & ex l. in teſtamento. la.1. ff. de condi. & demõſtra. & ex l.1. §. itẽ ſi ita. ff. ad leg. Falcid. & ex l. ſi pœnam. ff. quando dies lega. ced. Quod etiam ex pluribus legibus. ff. de adimen. lega. deduci poterit. Ideóque in caſu de quo agimus leges de ademptione, & tranſlatione legatorum, vel de quibuſcunq; aliis rebus, quæ ſub pœna pręcipiuntur, loquentes ad Hiſpanorum Primogenia hac diſtinctione præmiſſa, deduci poterunt, quòd optimè in Primogeniis loquens conſiderat Pariſ. d. conſ.19. n.134. li.2. vbi latiſſimè proſequitur materiam.

¶ In hoc tamen conſiderandum eſt, difficile eſſe
33 conditionem à pœna diſcernere: cũ propè ſimilibus verbis apponi ſoleant. Sed obſeruandũ erit † quod pœna à conditione, vel modo ex veriſimili Maioratꝰ inſtitutoris volũtate diſtinguitur: prout inquit Iuriſcõſultus in l.2. ff. de his, quæ pęn. nom. Idque ex rei qualitate, atq; verborum cõceptione comprehenditur prout optimè declarant Paul. Caſtr. in l. vna. C. de his, quæ pœn. nom. n.8. Imol. in l. Titia. col.3. ff. de verb. oblig. atq; omniũ latiſſimè Emanuel. Acoſta. in. d. rep. l. cũ tale §. ſi quis arbitratu ff. de condi. & demonſt. amplia. vlt. nu.37. Quæ omnia ſatis notanda ſunt non. n. ſic ad Hiſpanorum Primogenia deducta alibi inueuientur.

¶His igitur ſic pręmiſſis, vt ad cõditiones impoſ-
34 ſibiles turpes, ac inhoneſtas, & ad eas, quæ poſſibiles, iuſtæ, & honeſtæ ſunt, tranſitum faciamus, ſciendum eſt † leges, ſeu conditiones poſſibiles, iuſtas, atque honeſtas, proculdubiò à Maioratuũ ſucceſſoribus præciſè ſeruandas eſſe, ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatib. appoſitæ fuerint, ſiue conditiones ipſæ poteſtatiuę, caſuales ſiue mixtæ ſint. Aliàs autem illas non ſeruantes, Maioratuũ ſucceſſione priuandos eſſe. l. Mæuius. & l. qui hæredi. & per totum. ff. de condi. & demonſt. l.1. & per tot. tit. ff. de condi inſti. l. facta. §. in danda. cum ſimilib. ff. de condi. & demonſtra. Iunctis pluribus aliis, quæ inferiùs citabimus. Idque veriſſimum, atque apud omnes indubitatiſſimum eſt.

¶ Similiter etiam ſciendum eſt, leges, ſeu † cõdi-
35 tiones impoſſibiles in Primogeniis appoſitas, ad implendas non eſſe. l. obtinuit. ff. de condi. & demonſtr. l.1. cum ſimilib. ff. de condi. inſti. Sub quo conditionum genere turpes, atque inhoneſtæ comprehenduntur. Sunt namque impoſſibilium cõditionum quatuor genera. Quædam. n. ſunt impoſſibiles natura, vt ſi dicatur inſtituo te: ſi cęlum digito tetigeris. Quædam ſunt impoſſibiles de iure: veluti omnes conditiones turpes, ſeu contra ius, atq; illæ quæ ſunt contra pietatem, vel honeſtatem, ſeu bonos mores. Quædã ſunt impoſſibiles de facto: veluti ſi quis aliquem hæredem inſtituerit, ſi montem aureum Titio dederit intelligendo de monte artificiali: aliàs autem eſſet impoſſibilis natura Quædam autem ſunt impoſſibiles ratione perplexitatis. Quarum conditionum exempla appoſita ſunt in §. ſi impoſſibilis, Inſti. de inu. ſtipu. & in l. conditiones, quæ contra bonos mores. ff. de cond. inſti. & in l. conditiones, quæ contra ędicta. ff. eod. glo.1. in d.§. ſi impoſſibilis Inſti, de hæredib. Inſti-
36 tuẽ. l. ſi Titius. ff. de cõdi. inſti. l.3.4. & 5. ti.4. part.6.

¶ In his autem conditionib. multũ intereſt, vtrũ in vltima voluntate, aut in cõtractu appoſitæ fuerint. Si † enim in vltima voluntate apponantur cõditiones illæ quæ à natura, ſeu de iure impoſſibiles ſunt, reiiciuntur de inſtitutione legato, ſeu fideicommiſſo. Inſtitutio autem, legatum, ſeu fideicommiſſum vltimæ voluntatis fauore, pura remanebũt. Tex in §. impoſſibilis Inſti. de hæredib. in-
37 ſti. l. obtinuit. ff. de condit. & demonſtr. d.l.3. ti.4. part.6. Si † autem conditiones ſint impoſſibiles de facto. ſeu ratione perplexitatis vitiant inſtitutionem, legatum, ſeu fideicõmiſſum. d.l. Si Titius. ff. de condi. inſti. Bart. Imol. & communiter Scrib. in d.l.1. ff. de cond. inſt. glo. ordi. cõmuniter ſequuta in d.§. impoſſibilis. l.4. & 5. ti.4. par.6. Quod proculdubio in hoc Regno ſeruandum erit. Quamuis contrarium in conditione impoſſibili de facto, imò quod non vitiet inſtitutionẽ: ſed ipſa conditio ab inſtitutione reiicienda ſit, ex pluribus ingenioſè probare conetur Emmanuel Acoſta in ſelectis conditio. lib.1. cap.8. nu.9. qui plures idipſum exiſtimantes refert.

38 ¶ Si verò † præfatæ conditiones impoſſibiles, ſiue de iure, vel natura, ſiue de facto, ſeu ratione perplexitatis in contractib. appoſitæ fuerint indiſtinctè contractum ipſum ſeu ſtipulationem, in qua interpoſitæ fuerint, vitiabũt. tex. in d.§. ſi impoſſibilis Inſti. de inutili. ſtipula. l. non ſolùm. ff. de acti. & obli. ex l. ſi ſub impoſſibili. ff. de fideiuſſo. l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. l. impoſſibilis. ff. de verb. obliga. & vtrobique per Scrib.

39 ¶Quæ omnia ad Hiſpanorum Primogenia facilè deduci poterũt. Si † enim in vltima volũtate Primogenia ipſa inſtituta ſint, dicendum erit conditiones impoſſibiles à iure, ſeu à natura in eiſdem appoſitas, ab eis reiiciendas eſſe. Primogenia autẽ ſuſtinenda: conditiones autem impoſſibiles de facto, ſeu ratione perplexitatis ipſam Maioratus in-
40 ſtitutionem vitiare: ſi verò in contractu inſtituta ſint, diſtinguendũ eſſe. Nam † ſi cõtractus irreuocabilis fuerit, Primogenium ipſum ex harum impoſſibiliũ conditionũ adiectione indiſtinctè vitiabitur. Si verò reuocabilis fuerit, idẽ quod in vltima voluntate in eo Primogenio ſeruandũ erit. Cũ eo caſu vltimæ voluntatis naturã obſeruet. Quod etiã in donatione cauſa mortis deciſũ eſt. Ea nãq; cum quo ad effectus, vltimæ voluntatis naturam ſequatur, quanuis quoad ordinationem contractus ſit, ex adiectione conditionum, quæ iure, aut natura impoſſibiles ſunt, nõ vitiatur: ſed ab ea præfatæ conditiones, ſicuti ab vltima voluntate reiiciuntur. l. quæ ſub conditione in princi. verſi. Et in mortis. ff. de condi. inſt. Per quem tex. id communiter receptum eſſe aſſerit Emmanuel Acoſta in ſelect. condi lib.1. c.8. n.3. Quod eſſet ſatis notabile verbum, ſi verũ foret, ex eoq; ſubuerterentur plura Primogenia, quæ ſub conditionibus impoſſibilibus de iure, & de facto, de quibus ſtatim dicemus in contractibus, ſeu in vltima voluntate interdum inſtitui ſolent.

¶ Sed hæc omnia maturiùs conſideranda ſunt. In primis autẽ animaduertendũ eſt, quod ſi Primogenium inſtitutum fuerit ſub conditione impoſſibili, ipſi principali inſtitutioni adiecta, quæ propriè

propriè conditio ſit, atq; eius perfectionem ſuſpendat, omnia, quę prædiximus ſeruanda erunt, diſtinguendo vltimam voluntatē à contractu: prout paulò antè diſtinguebamus. Quod tamen raro cōtinget: cum aſſiduè Primogenia ſimpliciter, atque purè, & ſine adiectione cōditionis, quæ in eius defectum totam maioratus inſtitutionem reſoluat, inſtitui ſoleant.

41 ¶Similiter etiam conſiderandum eſt† quòd conditiones, & grauamina, quæ perſonis vocatis à Primogeniorum inſtitutoribus apponi ſolent, vt plurimum potiùs ad modum, quam ad conditionem
42 referēda ſunt. In qua ſpecie verum eſt† modū impoſſibilem diſpoſitionem non vitiare: ſiue ipſa diſpoſitio vim contractus, ſiue vltimæ voluntatis obtineat. Nam quamuis cōditio impoſſibilis contractus vitiare ſoleat: modus autem impoſſibilis contractus non vitiat, ſed ab ipſis contractib. reiiciendus erit. Quod nō obſcurè cenſuit Accurſius communiter ſequutus in l. cum donationis. C. de tranſacti. gl. fina. Cuius gl. opi. ſequuntur ibi. Paul. nu. 5. Alex. n. 3. Iaſ. n. 5. & plures alij, quos refert ibidē. D. Anto. de Padilla. n. 8. Eāq; etiam ſequuntur. Ludo. Roma. n. 11. Alex. n. 2. Iaſ. n. 3. & 4. Zaſius. n. 9. & communiter Scrib. in d. l. impoſſibilis. ff. de verb. obliga. D. Dida. de Couarru. in c. cum tibi. de teſt. nu. 13. Quod ab omnibus communiter receptum eſt. Ideóq; in omnibus legibus, ac conditionibus. quæ in primogeniis apponuntur, quas potius ad modum, quam ad conditionem referendas eſſe reſoluimus, dicendum erit, eas, Primogeniorum inſtitutionem non vitiare: ſed ab ipſis Primogeniis eſſe indiſtinctè reiiciendas, ſiue in contractu, ſiue in vltima volūtate Primogenia ipſa inſtituta ſint. Quæ conſideratio propè omnes leges, quæ in Primogeniis apponi ſolent, comprehendit, cum omnes potiùs in vim modi, quam conditionis, vt plurimum apponi ſoleant.

43 ¶Vltimo loco etiam conſiderandū eſt, quòd ēt ſi huiuſmodi grauamina, veræ, ac propriæ conditiones eſſe dicantur, vocationéſq; ipſas in eorum euentum ſuſpendant: iuxta ea, quæ ſupra in prin. huius capitis tradidimus, in eis ſeruanda erunt ea, quæ prin. huius capitis dicta ſunt.† Nec tunc ex adiectione conditionis turpis vni vocationi adiectæ, totus Maioratus: ſed ipſa ſolùm vocatio vitiabitur. Cùm. n. quælibet vocatio, tanquàm donatio ſeu ſubſtitutio diuerſa, ac ſeparata accipienda ſit: prout ſupra. lib. 1. c. 1. n. 17. oſtēdimus: conſequēs eſt, vt ex vnius conditionis impoſſibilis adiectione non totus Maioratus: ſed ſola vocatio, cui adiecta eſt, vitiari debeat: niſi cōditiones omnibus vocationibus in infinitū adiectæ ſint. Tūc. n. regulæ, quas præmiſimus, quo ad omnia ſeruandæ erunt.

44 ¶Ex his autem, quæ ſuperiùs ſoluimus, plures quæſtiones aſſiduæ, atque vtiliſſimæ decidi poterunt. In primis igitur ea quæſtio ſe offert tractanda, ac reſoluēda† vtrum ſcilicet, Primogenij inſtitutor valeat ſucceſſores aſtringere, vt iureiurando promittant ſe omnes leges, ac conditiones in ipſo Primogenio appoſitas ſeruaturos, vel ea cōditio: tanquam turpis, ſeu inhoneſta ſit ab ipſo Maiora-
45 tu reiicienda.† Qua in re, prima facie dicendum videtur, quòd ſi iuramēti conditio, ad res pręteritas vel pręſentes referatur, ea cōditio adimplēda ſit: ſi verò ad futuras, remittenda. Cùm ea conditio in his quæ in futurum adimplenda ſunt adiecta, turpis, atq; inhoneſta, & per conſequens impoſſibilis ee iure exiſtimetur. l. quæ ſub conditione, in prin. ff. de condi. inſti. l. hæc ſcriptura. ff. de condi. & demonſtra. l. 6. ti. 4. par. 6. Ex quo dicendum videtur quod cū in Maioratibus, ea quæ ſucceſſorib. ſub iuramēto iniunguntur, propè ſemper in futurum adimplenda ſint, hæc iuriſiurandi conditio ab eiſdem Primogiis reiicienda ſit: quamuis abſque iuriſiurandi religione, ſucceſſores ea adimplere teneantur: prout in prædictis legibus deciſum eſt.

¶Sed hæc etiam exactiùs animaduerti debent. Ideóq; pro huius articuli reſolutione duo caſus diuerſi conſiderandi ſunt. Nam aut Maioratus inſtituitur in vltima voluntate, aut in contractu.

46 ¶In primo caſu, quando ſcilicet, in vltima volūtate Primogenium inſtituitur, diſtinguendū eſt. Nam aut leges Maioratus veram, ac propriam cōditionem inducunt: aut modum. † Si verā conditionem inducant, dicendum eſt iuriſiurandi conditionem remittendam eſſe, ſucceſſorémq; Maioratus abſq; iuramento ad implementum conditionis aſtrictum eſſe: prout in prædictis legib. diſponitur.

47 ¶Si verò† leges Maioratus non verā, ac propriā conditionem, ſed modum tantum inducāt, dicendum erit: Maioratus ſucceſſorem teneri de modo implendo iuramentum interponere: etiamſi modus ipſe in futurum implendus ſit. Quamuis enim iuramentum de conditione implenda reiiciatur: Iuramentum autem, de modo implendo, nō reiicitur: prout in ſpecie dixit Bar. in d. l. quæ ſub conditione in prin. ff. de condi. inſt. n. 1. verſ. Item aduerte, quod etiam eſt de mente Scrib. ibidē, probatúrq; ex tex. in Auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen. vbi de modo implendo, iuramentum præſtari permiſſum eſt. Quod ibidem communiter Scrib. aduertunt. Ratio autem differētiæ inter modum, & conditionem hæc eſt: quia implementum conditionis dependet ex voluntate implere debentis. Non. n. poteſt ad cōditionem implendā compelli: cùm non habeat aliquod ius ad id, quod ſibi relictum eſt, niſi impleta conditione, & in cōditionis euentum diſpoſitionis effectus ſuſpendatur. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. Implementum autem modi, nō eſt volūtariū: ſed neceſſarium: cùm poſſit quis ad modi implementum adſtringi. l. 1. C. de dona. quæ ſub mo. Iaſ. in l. ſi quis cū debitore. n. 4. ff. de iur. iuran. Ideóq; ſuccedit regula, quod quāuis in volūtariis nō poſſit quis iuramento pręcedēte ad implementum aſtringi. In his autem quæ neceſſaria ſunt, iuramento aſtringi poſſit. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad Eccl. confu. Bart. in e. l. quæ ſub conditione. in prin. ff. de cond. inſti. nu. 1. Quem ibidem in hoc communiter Scrib. ſequuntur. Quod reſpectu Maioratuum menti tenēdum erit: cum propè omnia, quæ Maioratuum ſucceſſoribus iniūguntur: potiùs vim modi, quàm cōditionis habere, vt prædiximus, compertum ſit.

48 ¶In ſecundo caſu, quando ſcilicet Maioratus in cōtractu inſtituitur, diſtinguendum etiam eſt. Nā aut Maioratus reuocabilis eſt, aut ea lege inſtitutus fuit, vt reuocari non poſſit. † Si Maioratus reuocabilis ſit, dicendum erit Iuriſiurandi præceptum ex conditione reiiciendum, in modo autem admittendum: prout ante in vltima voluntate dicebamus cum Maioratus iſte, quoad omnia vim vltimæ voluntatis obtineat, quod in donatione cauſa mortis in d. l. quæ ſub conditione in principio. ff. de condi. inſti. deciſum eſt. ibi. Et in mortis cauſa donationibus dicendum eſt hoc edicto locū eſſe.

¶ Si



49 ¶Si † verò Maioratus irreuocabilis ſit, dicēdum eſt ex Maioratu in contractu inſtituto iuriſiurandi præceptum, etiam quoad veras, & proprias cōditiones reiiciendum non eſſe. Nam quanuis communiter dici ſoleat iuramentum de conditione implenda ex contractibus: ſicut ex vltimis voluntatibus reiiciendum eſſe: prout dixit glo. in d. l. quę ſub conditione in princip. verb. *Interuenit.* Quam ſequūtur Bar. ibidem 1. oppoſi. ante. num. 1. Alberi. Rapha. Cuma. num. 1. & communiter Scrib. Alex. in l. ſi quis cum debitore. nu. 2. ff. de iur. iuran. vbi Iaſ. ante. num. 1. hanc communem opi. eſſe profitetur. Quod etiam repetit idem Iaſ. in l. impoſſibilis. nu. 1. ff. de verb. obliga. atque alibi ſæpe Scribē. mihi autē cōtraria opinio, imò, quod ex contractib. iuriſiurandi conditio nō reiiciatur, verior videtur, cum id in contractibus iure cautum non ſit: ſed potiùs ad relicta reſtringatur, atq; ſi hoc ad cōtractus referendū eſſet, conditio non reiiceretur, ſed contractus ipſe ex regulis, quas præmiſimus vitiaretur. Quam opi. ex his, atque aliis probant Iacob. Butriga. Alberi. atque Rapha. Fulgor. in d. l. ſi quis cum debitore. ff. de iur. iuran. Idem Raphael Fulg. vbi id pulchrè proſequitur in d. l. quæ ſub cōditione. n. 3. Iacob. Butriga. Bald. Salic. & Pau. in l. ſi cum patruo. C. communia vtriuſque iudi. Deci. in l. certi conditio. §. quoniam. nu. 5. ff. ſi cert. peta. Eámque conſtanter defendit Emmanuel Acoſta in repe. l. cum tale §. ſi arbitratu. ff. de conditio. & demonſtr. 2. limita. n. 4. Grego. Lopez. in l. 6. titu. 4. par. 6. in gloſ. verb. *Por no pueſta.*

50 ¶ Sed quanuis hæc, quæ de præcepto iuriſiurandi quoad contractus: & etiam quoad vltimas voluntates reſpectu modi diximus, iure cōmuni conſiderato vera ſint. Conſiderata autem legum Regiarum diſpoſitione, quibus cautum eſt, quòd laici non valeant ſe ſub iuriſiurandi religione ad aliquid obligari, ſeu aſtringi, ne ex cauſa iuramenti poſſit iudex Eccleſiaſticus de cauſis laicorum cognoſcere: prout diſpoſitum eſt in l. 11. tit. 1. libr. 4. in noua legum Regn. collectione, hodie parum proderit hæc inueſtigatio: cùm ſi iuramentum in obligatione interponeretur, obligatio ipſa nullius momenti futura eſſet. Idque optimè conſiderat Grego. Lopez. in d. l. 6. in gloſſ. verb. *Por no pueſta.* Prodeſſe tamen poſſet in caſu, quo iuramentum præſtare debens perſona Eccleſiaſtica eſſet, ſeu quando eſſet minor vel alia perſona, quæ abſque iuramento obligari non poſſet. Cum his caſib. poſſit etiam in hoc Regno iuramentum in contractu interponi. l. 12. dicto titul. 1. libr. 4. noui ordina. Quod etiā optimè conſiderat Gregor. in d. l. 6. gl. verbo *Por no pueſta*, & hæc de hac quæſtione dixiſſe ſufficiat.

51 ¶ Similiter etiam controuerti poteſt, vtrū † pater valeat eam legem, ſeu conditionem Primogenij inſtitutioni adiicere, vt filiæ ſuæ, atque omnes aliæ fœminæ, quæ ab eo in perpetuum deſcenderint, & maſculi etiam ab illis deſcendentes, ab eius ſucceſſione propter maſculos remotioris lineæ, ac gradus excludātur. Nam, quod maſculus eiuſdem lineæ ac gradus, fœminam excludat, non dubitandum eſt, quòd lege Maioratus diſponi poſſit, cum id legibus etiam Regiis diſpoſitum ſit, ſitque proculdubio iuſtiſſimum, atque rationi conueniens, vt apud omnes Iuriſconſultos indifferenter probatum eſt. In qua quæſtione dicendum videtur: eā conditionem, à Primogenij inſtitutore iuſtè apponi non poſſe. Cum ex huius conditionis adiectione violetur æqualitas illa, quam leges inter maſculos, & fœminas, quoad ſucceſſionem ſeruandam eſſe ſanxerunt, videantúrque naturæ incuſatores hi, qui ſimiles conditiones ſuis Maioratibus imponunt: quaſi natura non fœminas, ſed maſculos tantum producere debuiſſet. l. maximum vitium. C. de libe. præte. tex. in Auth. De Trien. & ſemiſſe. §. ſin autem confuſa. colla. 1. l. lege. C. de legi hęre. Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legi. hæred. l. 3. titu. 13. par. 6. Ideóque plures ex Scrib. dicere ſolent ſtatuta fœminas propter maſculos excludentia, iniqua atque irrationabilia cenſenda eſſe: prout opinatur Bald. in l. quicunque. num. 11. C. de ſeru. fugi. & in l. certum. nu. 2. C. vnde legi. & in l. ſi defunctus. nu. 8. C. de ſuis, & legi. hære. Deci. conſi. 218. nu. 11. Soci. Seni conſil. 113. nu. 8. libr. 1. Corn. conſi. 186. nu. 11. lib. 3, Alciat. conſi. 98. nu. 14. & conſ. 134. nu. 7. & 9. cum ſequen. & conſ. 529. nu. 15. Gratus conſ. 64. nu. 42. lib. 2. & conſ. 126, nu, 17. & 18. lib. 2. Aymō Craue. conſi. 180. num. 1. & nu. 3 & conſi. 208. nu. 3. & 4. Soc. Iun. qui hanc communem opi. eſſe profitetur. conſi. 1. nu. 46. & nu. 108. li. 1. Quod etiā profitetur Burgos de Pace in Procœmio legum Tauri. nu. 44. atque frater Dominicus de Soto. de iuſti. & iure. lib. 2. quæ. 6. arti 2. col. 5. & 6. vbi inquit iuſtiſſimum eſſe, quod in Primogeniorum ſucceſſione filij maſculi, filiis fœminis præferantur: ſed quod inter viros Chriſtianos non adeò longè filiæ à ſucceſſione Primogeniorum eiici debent, vt neque deficiētibus filiis admittantur. Hac enim ratione vt ipſe, inquit longiùs ſolent abalienari Primogenituræ, quàm ſi mulieres ſuccederent.

¶ Contrariam autem ſententiam: imò, quòd fœminæ, atque eius deſcendentes iuſtè poſſint à ſucceſſione Primogeniorum: etiam propter maſculos remotiores excludi: & ſimiliter, quòd ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos fauorabilia, atque etiam rationabilia cēſenda ſint, ex eo, quòd propter maſculos conſeruetur agnatio, quæ alioqui ex fœminarum ſucceſſione ſupprimeretur, atque penitùs aboleretur, & cuius conſeruatio reipublicæ nimis conueniens eſt, præſertim ſi fœminæ, quæ à ſucceſſione Primogeniorum excludunduntur competenter dotentur, vel alantur veriorem eſſe cēſuerūt, quàm plures, tā ex exteris, quàm ex Hiſpanis Iuriſconſultis, quos ſupra. lib. 1. capit. 18. num. 4, nuncupatim citauimus vbi oſtendimus hanc eſſe communem opin. Eámque potiùs quàm primam ſequendam eſſe dixit Viuius li. commu. opin. verbo. Statutum excludens fœminas propter maſculos. num. 2. Ex pluribus rationibus, quę apud ipſum videri poterunt.

¶ In his autem mihi diſtinguendum eſſe videtur, nam aut excluditur filia ſeu deſcendens Maioratus inſtitutoris propter maſculos, qui quāuis reſpectu vltimi Maioratus poſſeſſoris tranſuerſalęs ſint, à primo tamen Maioratus inſtitutore deſcendunt. & in hoc caſu dicendum erit huiuſmodi excluſionem validam eſſe, poſſéque fieri abſque conſcientiæ diſcrimine, etiamſi fœmina ſit filia vltimi Maioratus poſſeſſoris, cùm omnes à primo inſtitutore deſcendant, in qua ſpecie procedit abſque dubio ſecunda opinio, de qua paulò antè meminimus.

52 ¶ Aut excluditur fœmina filia, ſeu deſcendens primi inſtitutoris propter maſculos, qui ab ipſo primo inſtitutore non deſcendunt, & quanuis etiam in hoc caſu præfata ſecunda opinio iuris rigore conſiderato verior eſſe appareat propter ag

nationis

nationis conſeruationem, in qua fauor publicus verſatur: dummodò in caſu excluſionis fœminis dotes competentes aſſignentur,† mihi autē prima opinio æquior ac tutior videtur. Nimis namque rigidum, atque abſonum eſt, quod is qui habet Regiam facultatem ad Maioratum inſtituēdum eiuſdem facultatis virtute poſt filiorum maſculorum vocationem in eorum defectum filiis fœminis excluſis proprios fratres ſeu agnatos tranſuerſales ad Maioratus ſucceſſionem vocet. Quod longè potiori ratione in Hiſpanorum Primogeniis dici poteſt: cum ea Primogenia ad Regni inſtar inſtituta ſint. Atque leges Regiæ filiam à Regni ſucceſſione propter maſculos non excludant. Et quanuis id ex Regia facultate iuris rigore conſiderato fieri poſſet, mea ſententia nullo pacto efficiendum eſſet. Sed conuenientius foret filia admiſſa ad nominis, atque armorum perpetuā delationem grauiſſimis vinculis eiuſdē fœminę deſcēdētes aſtringere, vt ex hoc, inſtitutoris familia perpetuò conſeruetur: quamuis agnatio ſupprimatur: prout regum extraneorum, ac Hiſpanorum, atque multorū procerum & optimatum memoria, hucuſque per fœminas etiam conſeruata fuit, & in poſterum conſeruabitur. Si enim in Regni ſucceſſione is ordo familiæ Regiæ conſeruationi ac memoriæ conueniēs viſus fuit: nemo debet diiudicare proprię domus, ac familiæ conſeruationi, cuius memoria non tanti æſtimanda eſt, idipſum non ſufficere. Ideóque hæc ſententia mihi potiùs in Maioratuum inſtitutione ſequenda videtur.

53 ¶ In hac autem re animaduertendum eſt,† quòd quāuis is, qui ex Regia facultate Primogenium inſtituit filias fœminas propter maſculos tranſuerſales à Maioratus ſucceſſione excludere poſſit; is tamen qui ex legum Regiarum facultate ex tertia bonorum ſuorum portione, Primogenium inſtituit, nullo pacto poterit ab eius ſucceſſione filias fœminas propter maſculos agnatos tranſuerſales excludere. Cùm enim in tertij prælegato ex l. 27. Tauri, parenti conceſſa ſit facultas faciendi quaſcunque vocationes, ac ſubſtitutiones, dummodò priùs teneatur vocare deſcendentes, & eis deficiētib. trāſuerſales, ísq; ordo adeò pręcisè debeat obſeruari, vt illud, quod in contrarium factū fuerit, nullum futurum ſit: conſequens eſt, vt eo ordine, tam in fœminis, quam in maſculis præpoſterato, Maioratus ſubſiſtere non poſſit, cùm verbum, deſcendentes, tam maſculos, quàm fœminas còprehendat. Quod in ſpecie in eadem. l. verum eſſe cenſuit Arias Gomez. nu. 59. quem refert & ſequitur Tellius Fernundez ibidem. num. 16. Quod verum, atque probabile mihi videtur.

54 ¶ Sed dubitari etiam ſolet, vtrum † Maioratus ea lege, vel conditione inſtitui poſſit, vt in eo monachus, religioſus, ſeu clericus, vel monialis ſuccedere non poſſit, vel ea conditio tāquàm turpis, & religioni contraria potiùs ab ipſo Maioratu reiiciēda ſit. In qua quęſtione dicendum eſt, eam conditionem in Maioratus inſtitutione licitè apponi poſſe, cum non in odium religionis, ſed potiùs ob familiæ conſeruationem propoſita cenſenda ſit, & etiam quamuis à religione quodammodò amouere videatur, ad matrimonium tamen, ac familiæ propagationem alliciat, nec legibus prohibitum ſit, vt quis de bonis ſuis ita diſponere poſſit, vt monaſterium in eis non ſuccedat. Imò id iure concedendum eſt, cùm Primogeniorum ſucceſſio, nec clericis, nec monachis, vt notiſſimum eſt conueniat. Quibus rationibus conditionem huiuſmodi in Hiſpanorum Primogeniis apponi poſſe, atque ſeruandam eſſe dixit Pala, Ruui, in Rep. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 16. nu. 4. & 14. Quod etiam latius, atq; nimís ingenioſè, vt aſſolet, proſequitur, & probat. D. Didac. de Couarru. lib. 1. reſolu. c. 19. n. 11. cum plurib. præceden. Eorúmque opi. ſequitur Franciſ. Marzarius ſuo Epito. fideicom. qu. 31. Idque verum atque frequenter in Primogeniorū

55 inſtitutione obſeruari ſolitum eſt. Quod in Maioratu ex Regia facultate inſtituto intelligendum erit: parentes † námque ex tertio Primogeniū inſtituentes, non poterunt filios clericos religioſos, vel furioſos, vel mutos, & ſurdos, ſeu etiam filias moniales excludere, cùm neceſſariò teneantur ordinem à l. 27. Tauri præſtitutum obſeruare: eáque lex id non permittat, prout in pręcedenti quęſtione in fœminarum excluſione, dictum & probatum eſt.

56 ¶ Similiter etiā ſolet dubitari,† vtrum in Primogeniorum inſtitutione ea clauſula, ſeu cōditio apponi poſſit, quòd ſcilicet ſi eiuſdē Maioratus ſucceſſor commiſerit delictum aliquod ex his, quæ in facultatibus excluduntur: veluti crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, vel ſodomiæ: hora præambula delicti, vel cū delictum cōmitteretur tentauerit, bona in ſequentem ſucceſſorem pertrāſeant, vt fiſcus ab eius Maioratus confiſcàtione excludatur. In qua quæſtione dicendum videtur id à Maioratus inſtitutore licitè fieri poſſe. Cum non in fraudem fiſci, ſed potiùs ex cauſa conſeruationis familiæ factum eſſe cenſendum ſit. Quod dixit Bal. in l. parentes. nu. 1. C. de teſti. vbi eleganter inquit, non poſſe dici lædi fiſcum ex eo quòd quis de bonis ſuis ſic diſponat, vt non valeant in fiſcum ex confiſcatione deuenire, ibíque aſſignat rationem ſcilicet quia pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiam cōtinet. l. ſeruus ea lege. ff. de ſeru. exportan. Quod etiam repetit in l. milites. nu. 7. C. de teſta milit. Idipſum etiam cenſuerunt Alciatus n. 4. & Carol. Rui. notab. 4. in l. filiusfamiliàs §. Diui. ff. de lega. 1. atque Soci. Iuni. conſi. 34. nu. 7. & 8. lib. 3. & conſi. 49. lib. 3. Roland. à Valle conſi. 56. nu. 11. lib. 1. Natta. conſi. 528. nu. 11. & 20. Boſſius in ſua practica. tit. de bonorum publica. nu. 30. & nu. 41. Franc. Marzarius. in ſuo Epito. fideicom. q. 47. Idque etiam ſatis apertè comprehenditur ex Dyno & Alberico in l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſio. & ex Bal. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſti.

57 ¶ In hac autem quæſtione mihi videtur diſtinguendum eſſe, aut enim Maioratus ex Regia facultate inſtitutus fuit: aut inſtitutus fuit abſque Regia facultate. In primo caſu† dicendum eſt, clauſulam huiuſmodi in Maioratus inſtitutione, apponi non poſſe. Cum enim in Regiis facultatibus expreſſè diſponatur, quòd bona Maioratus, non niſi ex dictis tribus criminibus fiſco adiici valeant, & quòd ex illis criminibus publicari poſſint, & Maioratus inſtitutor eius virtute Primogenium inſtituerit: conſequens eſt, vt ſub eiſdem legibus, ac cōditionibus Primogenium inſtituere teneatur. Nec aliquid eiſdem aduerſum diſponere poſſit. Conſtat autē, quod ſi prædicta clauſula in huiuſmodi Maioratibus apponeretur; bona Maioratus nullo pacto, etiam ex dictis criminibus fiſco adiici poſſent, nec exceptioni Regiæ facultatis vnquàm locus eſſet. Igitur dicendum eſt, eam clauſulam in Primogeniis ex Regia facultate inſtitutis apponi

non



non poſſe, nec appoſitam ſeruandam eſſe: cum in fraudem Fiſci, & Regiæ facultatis appoſita cēſenda ſit. Quod comprobari poteſt ex his quæ dixit Ripa in dict. l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 42. ff. de leg. 1. vbi per illum. tex. in illis verbis. *Nec fiſco fraudi eſſe*. Inquit, quod quando conſtaret, quòd teſtator in fraudem fiſci prohibitionem feciſſet, quòd tunc bona prohibita alienari, venirent in fiſcum propter fraudem. Idque adeò rationi cōueniens eſt, vt vlteriori comprobatione non egeat: quanuis nihilominùs ſemper in Maioratuū inſtitutionibus, quæ ex regia facultatę fiunt, ea cauſula apponi ſoleat. Quam nos etiam ex eorū inſtitutione non reiiciemus: cùm damnum afferre non poſſit.

58 ¶ In ſecundo caſu:† quando ſcilicet, Primogenium abſque Regia facultate ex ſola legum Regiarum facultate inſtituitur, dicendum eſt, eam clauſulam apponi poſſe: cum in bonis ſuis vnuſquiſque eam legem apponere poſſit, vt illa in fiſcum non deueniant, vt ſuperiùs oſtendimus. Nec militet ratio exceptionis Regiæ facultatis de qua in caſu præcedenti mentionem fecimus. Quod præſertim dicendum erit: ſi ſequamur eam opin. quòd ſcilicet, bona abſque Regia facultate expreſſè prohibita, alienari non poſſint: etiam non appoſita prædicta clauſula ex criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & etiā Sodomiæ, fiſco adiici. Quam infra lib. 4. latiſſimè examinabimus. Tunc nanque idem à fortiori iā in caſu, de quo agimus, neceſſario dicendum foret.

¶ Similiter etiam controuerti poſſet: vtrùm in Maioratibus apponi poſſit clauſula, quòd bona eorundem Maioratuum non valeant: etiam ex cauſa dotis, vel alimentorum, vel aliis ſimilibus alienari: ſed quia de his ſuis locis dicemus, ideò ad alia, quæ his, quæ prædiximus, contingua ſunt dicenda, tranſitum faciemus.

---

*SVMMARIA.*

1 *Conditio adiecta in Primogenio, vt ſucceſſor teneatur contrahere matrimonium cum perſona talis familiæ, vel cum perſona certa: aliàs ſucceſſione priuetur, ſeruanda eſt.*

2 *Metu non poteſt quis aſtringi ad matrimonium contrahendum.*

3 *Conditio contrahendi matrimonium cum certo genere perſonarum valet.*

4 *Præceptum contrahendi cum certa perſona per viam modi implendum eſt.*

5 *Præceptum de contrahendo cum certa perſona: ſi honeſtè impleri non poteſt, à Primogenio reijcitur.*

6 *Præceptum de contrahendo cum conſanguinea intra quartum gradum ſub pœna priuationis Maioratus, an valeat.*

7 *Præceptum de contrahendo cum conſanguinea intra quartum gradum ſimpliciter factum in Primogenio inſtituto in vltima voluntate, vel in contractu reuocabili reijcitur, tanquam impoſſibile, etiamſi ſequatur diſpenſatio Pontificis.*

8 *Conditio de ducendo conſanguineam in tertio, vel quarto gradu præcedente Pontificis diſpenſatione ſeruanda eſt.*

9 *Valet matrimonium inter conſanguineos in tertio gradu, ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit.*

10 *L. 14. tit. 4. part. 6. declaratur.*

11 *Impoſſibile de facto reputatur, quod Princeps facilè non ſolet concedere.*

12 *Præceptum de contrahendo cum conſanguinea in ſecūdo gradu ab inſtitutione Primogenij reijcitur*

13 *De nuptiis cum viro, quem mulier odio habuit, vel libere non elegit, triſtis expectatur euentus.*

14 *Conditio, quòd ſucceſſor Primogenij contrahat cum aliqua, ea recuſante habetur pro impleta.*

15 *Si mulier, cum qua aſtrictus eſt contrahere ſucceſſor Primogenij, ſe celauerit, ne requiratur, habetur conditio pro impleta.*

16 *Succeſſor Primogenij iuſſus contrahere cum aliqua, ſi cum alia contrahat poſt delatam ſucceſſionem, & ea defuncta, cum illa, cum qua iuſſus fuerat, contrahat, non paret conditioni. Si verò tēpore ſucceſſionis ſit defuncta, impletur conditio.*

17 *Si mulier, cum qua ſucceſſor Maioratus contrahere aſtrictus eſt, cum alia contrahat, conditio habetur pro impleta.*

18 *Succeſſore Maioratus requiſito à ſequenti: vt contrahat, cum qua iuſſus eſt, & nolente, defertur ſucceſſio ſequenti, nec primus poterit voluntatem mutare.*

19 *In Maioratu inſtituto in contractu irreuocabili, conditio non habetur pro impleta, ſi impedimento mulieris, cum qua debet contrahere ſucceſſor conditio deficiat.*

20 *Si Matrimonium impediatur, non à muliere, cui ſucceſſor iuſſus ſit contrahere, ſed ab alio tertio, cōditio non habetur pro impleta: ſed aget ſucceſſor ad intereſſe.*

21 *Niſi tertius non ſit ſoluendo.*

22 *Vel niſi iuſtè à parente, vel ab alio tertio impedimentum illatum fuerit.*

23 *Conditio, quòd quis accipiat, aliquam, ſi ipſe, vel mulier ante matrimonium moriantur: pro defecta habetur.*

24 *In Maioratu præceptum de contrahendo in vim modi, morte mulieris habetur pro impleto.*

25 *L. legatum. C. de condi. inſer. & l. 14. tit. 4. part. 6. declarantur.*

C 26 *Præceptum*

26 *Præceptum de contrahendo in Maioratu etiam in vim conditionis appoſitum, muliere moriente, habetur pro impleto.*
27 *An in Maioratu habeatur præceptum pro impleto, tertio iniuſtè impediente matrimonium.*
28 *Succeſſor Maioratus prohibitus cum aliqua contrahere tenetur conditionem adimplere, alias ſucceſſione priuabitur.*
29 *Niſi mulier tempore matrimonij probatiſſimi generis, & opinionis reputetur, & defectus, qui poſteà compertus fuit, iuſtè potuit ignorari.*
30 *Ignorantia probabili, & iuſta, & præcepto in vim modi adiecto.*
31 *Reputatio nobilitatis, & generis ad minus debet eſſe per decennium.*
32 *Niſi cauſetur quaſi poſſeſſio ex actibus ex minore tempore.*
33 *In ſucceſſore Maioratus minore, vel muliere cum aliqua contrahere prohibitis, facilius ignorantia toleretur.*
34 *Iudicialis, & nimia inquiſitio generis mulierum, quo ad hoc reprobatur.*
35 *Præceptum ſucceſſori Maioratus iniunctum, vt non poſſit contrahere, niſi arbitrio, vel conſenſu parentum, vel aliorum reijcitur.*
36 *Præceptum ſucceſſori iniunctum de contrahendo conſilio parentum, vel aliorum adimplēdum eſt*
37 *Etiamſi ob requiſitionem conſilij matrimonium per aliquod tempus differatur.*
38 *Niſi in caſibus, vbi quis tenetur conſilium & requirere & ſequi.*
39 *Vel ſi periculum verſaretur in requiſitione conſilij.*
40 *Moriente eo, cuius arbitrio nuptiæ commiſſæ ſunt conditio pro defecta habetur.*
41 *In Maioratu ſi moritur, qui requirendus erat pro conſilio contrahendo ſucceſſor liber remanet.*

## *De conditionibus, quæ in Primogeniis circa matrimonia ſucceſſorum apponuntur.*

### CAPVT XIII.

VT autem conditionum materiam,
quā in capite præcedenti enarrare
cœpimus in hoc & ſequenti proſe
quamur, ſupereſt, vt de eis cōditio
nibus agamus, quæ in Primogeniis
circa ſucceſſorū matrimonia apponi ſolita ſunt.
Vidimus nanque lites innumeras ſuper harum
1 conditionem intellectu, atque interpretatione. In
primis autem illa celebris, atque ardua quæſtio
tractāda ſe offert, †vtrùm ſcilicet in Primogeniis
adiici valeat ea conditio, vt ſucceſſor contrahere
teneatur matrimoniū cum perſona talis familiæ
vel cum perſona certa, atque definita, aliàs Primo
2 genij ſucceſſione priuetur. In qua quæſtione di-
cendum eſt, huiuſmodi cōditionem validam eſſe:
nam†quanuis metu pœnæ non poſſit quis ad ma
trimonium contrahendum aſtringi. l. Titia. ff. ſo-
lut. matrim. cap. Gemma. de ſponſal. ſpe tamen
præmij optimo iure poteſt ad matrimonium al-
licit, atque inuitari. l. Titio cētum. §. Titio centū.
e l. 1. ff. de conditionibus, & demonſtra. Per quem
3 tex. in ſpecie cenſuerunt Bar. & cōmuniter Scri-
ben. ibidem, †valere conditionem cōtrahendi cū
certo genere perſonarum: quia ex hoc non cenſe-
tur adempta facultas contrahendi, licet ex parte
reſtringatur. Quod etiam dixit Oldradus conſi.
16. 1. q. Felin. in ca. 1. nu. 23. de ſponſal. Guilliel. Be
nedict. in repet. cap. Rainuntius. verbo. cuidā Pe-
tro tradiderunt. nu. 1. vſq; ad 12. de teſta. Pala. Ru-
ui. in rep. ca. per veſtras, de dona. inter vir. & vxo-
rem. 3. notab. §. 11. num. 1. cum ſequen. Rodericus
Xuarez in l. 1. titul. *De los caſamientos.* lib. 3. forib.
verſic. Quæro, primo. Scriben. communiter in l. 1
C. de inſtit. & ſubſti. D. Dida. de Couarr. in Epi.
ſuper. 4. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 6. cum ſeq. Emma-
nuel Acoſt. in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ff. de con-
dit. & demonſtr. 6. limita. num. 1. cum ſequenti
Alciat. in d. l. Titia. in prin. ff. de verb. oblig. So-
cinus Iunior in l. ſtipulatio hoc modo concepta
nu. 28. ff. eodem. Idque cōprobatur ex eo, quod
habetur Gen. 1. c. 28. vbi Iſaac præcepit Iacob fi-
lio ſuo, vt acciperet vxorem de filiabus Laban.
4 ¶Quod † nedum in præcepto contrahendi cū
certa perſona per viam conditionis adiecto: ſed
etiam in eo, quod per viam modi adiectum eſt,
procedit Oldrad. dict. conſi. 16. Aretin. in l. ſi ita
ſtipulatus fuero te ſiſti. §. ſi tibi nupſero. ff. de
verb. obligationib Pala. Ruui. in dict. ca. per ve-
ſtras. 3. notab. §. 21. num. 3. Illuſtriſſimo Domino
Dida. de Couar. in Epito. ſuper. 4. ca. 3. §. 3. num.
7. & 8. Quod ad Maioratus menti tenendum eſt
quibus hæ, atque ſimiles leges in vim modi ap-
poni ſolitæ ſunt.
5 ¶Hæc tamen intelligenda ſunt: †dūmodò præ
ceptum hoc honeſtè impleri poſſit, aliàs condi-
tio ipſa impoſſibilis de iure, atq; inhoneſta eſſe
iudicatur. l. cum ita legatum. §. videamus. ff. de
cond. & demonſt. vbi conditio iſta reiicitur: ſi-
cut illa, quę ad perpetuam viduitatem aſtringit
l. 2. C. de indicta vidui ta, tollend. Imò ridigior
videtur hæc conditio, quàm illa, qua ſimpliciter
non contrahendi præceptum appoſitum eſt, vt
optimè Iuriſconſultus in dict. l. cum ita legatum
conſiderat. & in l. hoc modo. ff. eodem titul. Id-
que declarant Oldrad. conſi. 16. Fu lgo. conſi. 61
Alcia. con. 53. nu. 17.
6 ¶Ex quibus decidi poteſt aſſidua quæſtio: †v-
trum ſcilicet conditio de contrahendo cum cō
ſanguinea intra quartum gradum cōiuncta Ma-
ioratus ſucceſſori adiecta neceſſariò adimplēda
ſit. Videtur nanque non poſſe conſanguineum,
conſanguineam propinquam honeſtè in vxorē
accipere. Ideóque ex deciſio. dict. l. cum ita eam
conditionem eſſe reiiciendam. Quod dixit. gl.
in l. 2. C. de inſtitutio. & ſubſt. vbi communiter.
Scrib. id notant. & in l. vter ex fratribus, verbo.
*Conſobrinam.* ff. de condi. inſt. vbi Bartol. Alberic
& Cuma. Sigiſmūdus conſ. 16. nu. 1. quaſi per to-
tū cōſiliū, idq; apertius probat. l. 14. ti. 4. part 6.

¶In



7 ¶In hac autem quęſtione mihi diſtinguendū vi-
detur. Nam aut Maioratus ſucceſſori factum fuit
præceptum ſimpliciter de contrahendo cum cō-
ſanguinea. Aut factum fuit ſibi præceptum de cō
trahendo cum ea, præcedente Romani Pontifi-
cis diſpenſatione.
¶In primo caſū dicendum eſt, præceptū†hoc ſim
pliciter factū, impoſſibile de iure iudicandū fore
atq; idcircò ex Maioratus inſtitutione, reiiciendū
eſſe. Cum enim inter eas perſonas matrimonium
eſſe nōn valeat, ea conditio veluti impoſſibilis de
iure reiiciēda erit. l. continuus. §. cū quis. ff. de ver
bor. oblig. idque ex l. 14. tit. 4. part. 6. apertiſſimè
probatur. Nec oberit quòd ex diſpenſatione Ro
mani Pontiſicis ea conditio purificari valeat: cō-
ditio námque ſecundū tēpus præſens accipienda
erit prout in d. §. cū quis deciſum eſt quod Scrib.
ibidem notāt, ídque ſic reſoluit Acoſta in ſelectis
cōditio. lib. 1. c. 8. nu. 14. ſed quanuis vir iſte doctiſ
ſimus hoc conſtanter profiteatur, eius opinio mi-
hi vera non videtur, imò eius ſemper fui ſentētię,
vt inter hunc caſum & ſequentē nulla differentia
aſſignari valeat. Is námque qui cōſanguineę præ-
ceptum iniunxit, vt conſanguineo nubat, id ne-
ceſſariò præſupponit, vt ad hoc Romani Ponti-
ficis diſpenſatio interueniat. Nec abſque illa ma-
trimoniū contrahatur, cū ea conditio à iure inſit.
Et etiam ex natura actus proueniat, adeò vt etiā
ſi omittatur pro expreſſa habenda ſit l. 1. & l. con-
ditiones extrinſecus. ff. de cond. & demon. l. con-
tinuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. idque veriſſimū
eſt. Non enim pōt in rectū ſenſum cadere quòd
diuerſum ſit dicere, nubat Titia Seio conſangui-
neo ſimpliciter, vel hoc adiecto, vt id fiat præce-
dente Romani Pōtificis diſpenſatione, cùm neq;
aliter inter eos matrimoniū contrahi poſſit. Nec
veriſimile ſit de matrimonio abſque diſpenſatio-
ne contracto, Maioratus inſtitutorē ſenſiſſe, eiúſ-
que diſpoſitio à iure & veriſimilitudine interpre-
tationē accipere debeat. Quibus non obſtat text.
in d. §. cum quis. nā vel tex. ille loquitur in alia ma
teria in qua conditio non ineſt à lege, vel ex na-
tura actus, vel intelligendus eſt quando diſpenſa-
tio difficillime à Principe impetrari poſſet. Atq;
ex eo merito impoſſibilis reputaretur, prout ex.
dict. tex. cōprehenditur ibi. *Et id quod nunc impoſ-
ſibile eſt, poſteà eſt poſſibile fieri:* idq; gl. ibi verbo,
*Sunt*, & cōmuniter Scribentes ibidē, & in l. apud
Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. 1. annotare ſolent.
8 ¶In ſecundo caſu ſubdiſtinguendum erit, nam
aut conſanguinitatis impedimentum intra tertiū
vel quartū gradum ſubſiſtit, aut intra ſecundum
gradum verſatur. Si impedimentum† ipſum ſolū
tertij, vel quarti gradus cōſanguinitatis eſſe inue
niatur, dicendū eſt, conditionē obſeruādam eſſe.
Non autem ex ipſo Maioratu reiiciendam, cum
ea impoſſibilis à iure non ſit, præcedente ſummi
Pōtificis diſpenſatione. Nec etiam de facto, cum
id ſummi Pontifices aſſiduè facere ſoleant: ideó-
que id impoſſibile nō iudicatur ex deciſione tex.
in d. §. conſtat. vbi Iaſ. nu. 13. cum ſequentibus, &
cōimnniter Scrib. id notāt tex. in l. intercidit. ff. de
cond. & demon. & in l. quidā relegatus, vbi Soci.
ff. de reb. dub. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua
9 quotid. & æſti. Decius & Cagno. in l. ea quæ raro.
ff. de reg. iu. & Soci. Iunio. cō. 51. nu. 10. li. 1. Acoſta
in d. c. 8. nu. 14. & alibi ſæpè Scri. quibus adiicitur
10 illud, quod dixit illuſtriſſi. Domin. Dida. de Co-
uarr. de ſponſa. 2. part. c. 3 in prin. vbi inquit, † va-
lere matrimoniū inter conſanguineos tertio cō-
ſanguinitatis gradu coniunctos, adiecta condi-
tione, ſi Papa dipenſauerit, ſicque †limitanda eſt.
de l. 14. part.
11 ¶Si verò impedimentum in ſecundo conſangui
nitatis gradu verſetur, videtur dicendum eā con-
ditionem reiiciendam eſſe, cō eius gradus diſpē-
ſatio difficillime impetretur, atque idcircò †im-
poſſibilis cenſenda ſit ex deciſ. tex. in d. §. cōſtat.
Sed adhuc dicendum erit, non eſſe eam cōditio-
nem reiiciendā. Sed potius admittendā, cùm ea
cōditio ad actum validè efficiendū neceſſaria ſit.
Nec iuris, ſed potius facti impoſſibilitatē, ſeu ve-
rius difficultatem contineat, prout optimè expli
cauit illuſtriſſimus D. Didacus de Couarru. in E-
pitome de ſponſali. 2. parte. c. 3. in prin. nu. 8. Atq;
Emmanuel Acoſt. in d. ca. 8. nu. 14. Ideoque ipſe
Emmanuel Acoſta reſoluit eam conditionem ex
inſtitutione reiiciendam non eſſe: ſed potiùs ſu-
ſtinendam, vt inſtitutio valida ſit.
¶Nec obſtat ſi dicatur conditionem impoſſibilē
de facto, diſpoſitionem vitiare ex deciſ. text. in l.
cùm hæres. §. 1. ff. de ſtat. libe. cum ſimilibus. Nam
ideò in ea lege diſpoſitio vitiatur: quia ex condi-
tionis difficillimę adiectione comprehēditur, di-
ſponentem nil agere voluiſſe, vt Iuriſconſultus in
eadē lege conſiderat ibi: *Quia nec animus dandæ li
bertatis eſt.* In caſu autē de quo agimus ex huius
conditionis adiectione: nedū animus non inſti-
tuendi, non comprehenditur. Imò enixior volū-
tas inſtituendi demonſtratur: cùm ad hoc vt cō-
ditio inſtitutioni adiecta valeat, Maioratus inſti-
tutor adiiciat eamqualitatem, quòd ſcilicet prius
diſpenſatio à ſummo Pontifice ad contrahēdum
matrimonium impetretur. Ideóque, abſurdū eſ-
ſet dicere, quod ex hac adiectione quæ ad hoc vt
diſpoſitio, quæ alioqui nō valeret, valida ſit, adie
cta fuit: diſpoſitio ipſa ſubuertatur: prout optimè
conſiderat Bal. in l. 1. nu. 18. C. de inſti. & ſubſt. di-
cens, cōditionem adiectā in inſtitutione filij ſpu-
rij: ſi Princeps eū legitimauerit, non eſſe ex inſti-
tutione reiiciendam: quaſi impoſſibilem: quia ea
reiecta periret inſtitutio. Quo etiā dixit Bar. Soci.
in d. l. quidā relegatus. ff. de reb. dub. nu. 11. Idque
optimè cōprobat Emmanuel Acoſt. d. c. 8. nu. 14.
12 ¶Sd quanuis hæc omnia ingenioſè dicta ſint,
forſánque Pontificū deciſionibus, quæ eo tēpore
vigebāt cōſideratis, procedere poſſent. Hodie ta-
men †nullo pacto admittenda erunt ſtante deci-
ſione Sacri Cōſilij Tridentini, ſeſſione. 24. De re-
formatione matrimonij. c. 5. ibi. In ſecundo gra-
du nunquā diſpenſetur: niſi inter magnos Prin-
cipes, atque ob publicam cauſam. Cùm enim
hodie iam ex dicto Canone præcluſa ſit Ponti-
ficibus via diſpenſandi in ſecundo gradu, condi-
tio prædicta, nedum de facto, ſed etiā de iure im
poſſibilis iudicanda erit. Ideóque neceſſariò erit
13 ex inſtitutione reiicienda. Propter quæ dubia vi-
tanda conſulimus Maioratuum inſtitutionibus
ne ſimiles conditiones contrahendi cum conſan
guineis in ſuis Maioratibus apponant. Nec etiam
ſucceſſores ad contrahendum: cum non conſan-
guineis aſtringant. Cùm quamuis hoc vltimum
iure, abſque controuerſia, permiſſum ſit. Nega-
ri non poſſit, quin hæc conditio ſit libertatis re-
ſtrictiua, quæ in matrimonio præſertim, non re-
ſtricta. ſed abſoluta interuenire debet, expe-
rientiáque ſatis compertum ſit, eas † nuptias tri-
ſtiſſimum euentum expectare, quæ cum eo

viro celebrantur, quem mulier, vel odio habet vel non ex libera voluntate elegit, vt colligitur ex tex. in cap. 2. & in cap. cùm locum. & in ca. requiſiuit de deſponſal. in quibus iuribus gl. & Doctores id aduertunt, aduertítque glo. in ca. 1. & in c de illis. el. 1. de deſponſa. impub. Ioã. de Neuiza, qui plura refert in ſua Sylua nupti. lib. 2. num. 114. Aymon. Craue. conſ. 190. nu. 4.

14 ¶Hoc autem obſeruandum erit, quòd †ſi Maioratus ſucceſſor paratus ſit cõtrahere cũ ea vxore quam ſibi eiuſdem Maioratus inſtitutor accipiẽdam præcepit, eáque illius nuptias recuſet, ſeu alij nubat conditio habebitur pro impleta l. 1. C. de inſti. & ſubſti. ibi. *Aut Anthylli filio recuſante matrimonium impeditum ſit.* Per quem tex. dicunt Bart. Bal. Paul. Alex. Iaſ. Deci. & cõmuniter Scri. ibidem quòd conditio mixta, cuius implementũ pendet ex voluntate alterius, ex inſtitutis, veluti conditio contrahendi habetur pro impleta: quãdo impeditur ex facto illius tertij ex cuius etiam voluntate pendet eius implementum ex l. 14. tit. 4. part. 6. Quod etiam Scrib. per tex. in d. l. 1. paſſim annotare ſolent. Quos recenſere non libet, cùm legum deciſiones ad id clariſſimas habeamus. Ideóque is, qui ex Maioratus inſtitutoris præcepto aliquam mulierem accipere aſtrictus eſt, ſolet requirere illam, vt cum illo contrahat: illa autem id facere recuſante liberè cum qua voluerit abſque pœna priuationis Maioratus contrahere poterit. Quod pluries & conſului, & obſeruatum ab aliis vidi.

15 ¶Quod ſi ea †cum qua Maioratus ſucceſſor cõtrahere aſtrictus eſt, data opera ſe celauerit, vt requiſitio ſibi non fiat, ac conditionis ad implemẽtum impediatur, tunc etiam dicetur per eam ſtetiſſe, quominùs matrimonium cõtraheretur, poterítque Maioratus ſucceſſor impunè cum qua voluerit contrahere. Idque comprehenditur ex his, quæ dixit. Cum. in l. 3. ff. de cond. inſtit. ſequitúrque expreſſè Emmanuel Acoſta. in rep. l. cum tale. §. ſi arbitratu. ff. de cond & demon. 6. limita. nu. 15. Quod mihi probabile videtur: hoc tamen obſeruato, vt priùs Maioratus ſucceſſor prædictam teſtationem ex præcepto iudicis apud domũ illius mulieris, cum qua cõtrahere iuſſus erat faciat, eiúſq. familiaribus, atque cõſanguineis inſinuet: ita vt eius latitatio apertior efficiatur. iuxta tradita in l. 4. §. Prætor ait. ff. de dãno. infecto.

16 ¶Si verò †Maioratus ſucceſſor, qui Seiã accipere iuſſus fuerat cum alia contraxerit, poſteáque prima vxore defuncta Seiam accipere velit, conditioni parere non videbitur: imò ea ex voluntate inſtitutoris defecta cenſenda erit. l. hæc conditio. in princ. ff. de conditio. & demonſtra. l. hoc genus, vbi gl. ff. eod. & vtrobíque per Scrib. Emmanuel Acoſt. in d. l. cum tale. §. ſi arbitratu. ff. de condi. & demonſtra. limita. 6. nu. 3. Quod probabile mihi videtur: dummodo tempore delatę ſucceſſionis, vel poſt illam delatam, cum alia aduerſus inſtitutoris Maioratus voluntatem cõtrahat, non enim à Maioratus ſucceſſione excludendus erit, ex eo, quòd antea cum alia contraxerit: ſi tempore delatæ ſucceſſionis iam prima mulier defuncta ſit: cùm conditiones ſemper tempus mortis præcedentis poſſeſſoris, atque delatæ ſucceſſionis reſpiciant. l. interuenit. ff. de legat. præſtan. ibi. *Et placet ſufficere in ea neceſſitudine tunc eſſe cùm dies legati ceßit.* Idque etiam Soci. & cæteri. Scrib. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. communiter annotare ſolent. Quod præſertim in Maioratus ſucceſſione dicendum erit. Cuius ſucceſſio in pendenti eſſe non põt: ſed illicò in ſequentem tranſire debet. l. fi. cum ſimilib. ff. cõmunia præd. iunctis his quæ ſupra. lib. 1. cap. 13. nu. 36. & 37. citauimus: & infra lib. 3. ca. 20. latiſſimè dicemus.

17 ¶Quòd ſi †poſt delatam ſucceſſionem Seia quã Maioratus ſucceſſor accipere aſtrictus erat cum alio contrahat conditio pro impleta habebitur ex deciſ. tex. in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſti. adeò, vt priori marito defuncto maioratus ſucceſſor eam accipere nõ teneatur. Cùm Maioratus inſtitutor de primis nuptiis ſenſiſſe cenſendus ſit. Quod Bal. in d. l. 1. nu. 32. palam profitetur. Idque ſequutus fuit Imola. in l. in teſtamento. la. 2. ad fin. ff. de cond. & demon. vbi Soci. nu. 11. idipſum ſequitur. Idque in hac ſpecie verum eſſe profitetur Emmanuel Acoſta. in d. rep. l. cum tale. §. ſi arbitratu. 6. limita. nu. 4.

18 ¶Si verò †Maioratus ſucceſſor à ſequenti requiſitus, reſpondeat ſe nolle Seiam vxorem ducere, ſtatim ſequenti ſucceſſori Maioratus ſucceſſio defertur: adeò vt ſi primus ſucceſſor mutata priori voluntate velit Seiam accipere, à ſequenti ſucceſſore Maioratus ſucceſſio auocanda non ſit. Quod probari videtur ex tex. in l. pater Seuerinã. in pr. ff. de cond. & demonſt. vbi conditio: ſi non nupſerit, interpretatur, id eſt, ſi nubere noluerit. Idque clariùs explicat Aret. conſi. 67. nu. 5. Ex quo text. clarè ſumitur, atque in ſpecie, de qua agimus ingenioſè probat alia in idem adducẽs Emmanel Acoſt. d. l. 6. limita. nu. 9. Cuius opinioni libenter aſſentimur: ne Maioratus ſucceſſio in pendenti aduerſus communes iuris regulas eſſe dicatur.

19 ¶Quæ omnia in diſpoſitione Maioratus ex vltima voluntate inſtituti procedunt. In Maioratu autem †ex contractu irreuocabili inſtituto, cõditio non habebitur pro impleta, etiãſi ex impedimẽto illius mulieris cũ qua Maioratus ſucceſſor cõtrahere aſtrictus erat, deficiat. Id námq; quod extraordinario quodã iure in vltimis voluntatib. ex deciſ. tex. in d. l. 1. C. de inſt. & ſubſt. introductũ eſt, non eſt facilè ad cõtractus protrahendũ. Idq; in eadẽ. l. cõmuniter Scri. cenſuerunt: prout ibidẽ teſtantur Alex. nu. 10. Corneus. nu. 4. col. pen. & fin. Iaſ. nu. 6. Soci. in l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſt. nu. 10. & Aret. conſ. 121. colum. 2. num. 3. Greg. Lopez in l. 14. tit. 4. part. 6. in gl. verbo. *E no ſe le embargara.* Atq; Emmanuel Acoſta in d. l. cũ tale. §. ſi quis arbitratu. limita. 3. nu. 18. tametſi plures ex Scrib. quos ipſe nuncupatim refert, in contrariam ſententiam inclinẽt. Quorũ opi. aduerſus communem non modicam ęquitatem præ ſe fert forſánque in Primogeniorũ in contractu inſtitutorum ſucceſſione, ex diſponentis præſumpta voluntate, admitteretur ex his, quæ infra iſto. c. nu. 26. cum ſeq. dicemus. Quãuis communis opi. iuris rigore conſiderato, probabilior eſſe appareat.

20 ¶Sed †ſi non ab ipſa muliere, cũ qua Maioratus ſucceſſor cõtrahere aſtrictus eſt, ſed ab alio tertio matrimoniũ impeditũ ſit, conditio pro defecta, non autẽ pro impleta habenda erit. Quoties namq; cõditio mixta deficit ex tertij impedimẽto, conditio ipſa pro defecta, nõ aũt pro impleta habẽda eſt. Sed Maioratus ſucceſſori præſtãda eſt actio ad intereſſe aduerſus tertiũ impedientem. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad leg. Aquil. gl. ord. verb. *Manifeſtum.* in dict. l. 1. C. de inſti. & ſubſt. vbi Bart. Paul. Alex. Iaſ. Deci. & cõmuniter Scrib.



Scrib. id notant, ídque ab Scrib. in l. iure ciuili. ff. de cond. & demonſt. & in l. in iure ciuili. ff. de regulis iuris, communiter annotari ſolitum eſt. De quo tamen dicendum erit: prout infra iſto cap. nu. 27. dicemus.

21 ¶Hoc autem intelligendũ eſt quãdo †is tertius, qui matrimonio contrahendo impedimentũ intulit, ſoluendo eſt. Si verò is ſoluendo non ſit, cõditio non pro defecta, ſed pro impleta neceſſariò habenda erit. Aliàs námque Maioratus ſucceſſor abſque culpa ſua omni Maioratus emolumento priuaretur, quod nimis abſurdum futurũ eſſet. l. Titio centum. §. fin. ff. de condi. & demonſt. l. fin. in pr. ff. de eo, per quem factum erit. Per quæ iura id in ſpecie not. glo. verb. *Manifeſtum.* in d. l. 1. C. de inſtitutio. & ſubſti. Quam ibidem Bart. num. 1. Paul. nu. 5. Alex. nu. 3. Corn. nu. 4. Deci. nu. 11. & cõmuniter Scrib. ſequuntur, ídque etiam communiter Scrib. in l. in teſtamento. la. 2. ff. de condi. & demonſt. annotare ſolent.

22 ¶Similiter etiam hoc intelligendum eſt: †quando impedimentum à tertio iniuſtè illarũ fuit: ſecus autem ſi iuſtè. Cùm enim contra eum, qui iuſtè impedimentum intulit, nulla actio ad intereſſe dari poſſit: conſequens eſt, vt conditio potiori ratione pro impleta habenda ſit: quam vbi naſcitur actio, & iis, contra quem naſcitur, ſoluendo non eſt. Quod probatur ex tex. in l. ſi Titius ſtatuas. ff. de cond. & demonſt. Per quem tex. id notant Bar. nu. 1. Bal. 9. Paul. nu. 5. Cor. nu. 4. Alexan. nu. 3. Iaſ. nu. 9. Deci. nu. 11. & cõmuniter Scrib. in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. gloſ. & Scriben. in d. l. in teſtamento. ff. de cond. & demon. & in d. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad leg. Aquil. Idque magis in ſpecie dixit. Bald. in d. l. 1. nu. 9. vbi inquit, quòd ſi filięfamilias aliquid relictum fuerit: ſi Titio nubat, ipſáque parata ſit Titio nubere: à parente tamen impediatur, filia debeat conſequi relictum: ac ſi conditio verè impleta fuiſſet, ex eo, quòd indecens eſſet ſibi abſque parentis voluntate nubere, parénſque honeſtè prætendere poſſet ſuo arbitrio, filiam matrimonio collocare. Quod etiam not. Bertrand. conſi. 148. nu. 10. lib. 1. Cuius dictum refert & ſequitur. D. Didac. de Couar. in Epitom. ſuper. 4. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 2. Idque verum ac probabile mihi videtur.

23 ¶Si †verò mulier, cum qua Maioratus ſucceſſor contrahere iuſſus erat, vel ipſe Maioratus ſucceſſor ante contractum matrimonium moriatur, dicendum videtur, conditionem non pro impleta, ſed pro defecta habendam eſſe, ipſúmque à Maioratus ſucceſſione excludendum. Quod probatur ex tex. in l. legatum. C. de cond. inſer. ibi. *Cùm mortuo filio priuſquàm matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi exiſtimas.* Per quem tex. dixerunt communiter Scrib. ibidẽ, quòd ſi cõditio mixta deficiat morte illius in cuius perſona debet impleri, deficit etiam legatũ. Quod etiã gl. & Scrib. cõmuniter in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſt. & in d. l. in teſtamento. ff. de con. & demonſt. verum eſſe profitentur, ídque apertiſſimè diſponit. l. 14. tit. 4. par. 6. ibi. *Si acaeſciſſe, que la muger ſe muera o aquel conquien la mandaua caſar ante que ſe cumpla la condicion eſtonce non vale el eſtableſcimiento ola manda, que aßi fuſſe fecha.* Quod eſſet notabile: ſi verum foret, ex eóque plures Maioratuum ſucceſſores abſque culpa ſua à Maioratuum ſucceſſione excluderentur.

24 ¶Sed hæc etiam in Maioratuum ſucceſſoribus exactiùs conſideranda ſunt: †cum enim contrahendi præceptum, vt plurimùm in Maioratuum inſtitutione non propriam, nec veram conditionem: ſed modum tantum inducat, dicendum eſt, ex morte illius perſonæ, cum qua matrimonium contrahendum erat, modum ipſum non defectũ, ſed adimpletum cenſendum eſſe. Quanuis enim verum ſit, quòd conditio caſu fortuito deficiens, pro impleta habenda non ſit, vt in prędictis iuribus probatur. Modus tamen cuius implemẽtum caſu fortuito defecit, pro impleto habendus eſt.

25 Nec in hoc caſu ex non implemento, Maioratus ſucceſſor, eiuſdem Maioratus ſucceſſione priuandus erit. †Sícque dicta lex legatum. & d. l. 14. partitarum intelligendæ ſunt. Idque probatur ex l. ſi Titio. vbi Bart. & Scriben. id not. ff. de leg. 1. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de lega. 3. l. ſi quis eum. ff. de cõdi. & demon. cum ſimilibus. Sícque illam legẽ legatum intelligendam eſſe profitentur gloſ. verb. *Manifeſtum*, & Bartol. nume. 1. Bald. nume. 7. Paul. nume. 6. Corn. nume. 4. Alexand. nume. 5. Iaſ. nume. 9. & communiter Scribent. in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſti. & in d. l. legatum vbi rationem differentiæ inter modum, & conditionem aſſignant.

26 ¶Imò †quanuis contrahendi præceptum: nedũ in vim modi: ſed conditionis in Maioratus inſtitutione appoſitum eſſet, adhuc exiſtimarem, dicendum eſſe, ex morte mulieris, cum qua Maioratus ſucceſſor contrahere aſtrictus erat, non eſſe eundem ſucceſſorem priuandum Maioratus ſucceſſione. Cùm vt plurimum ſoleant Maioratuum inſtitutores ad eorundem ſucceſſionem agnatos, vel cognatos maſculos proximiores vocare, pro agnationis, ſeu propriæ familiæ conſeruatione, vt eſt notiſſimum. Et quanuis eis contrahendi cum aliqua muliere propriæ familiæ præceptum iniungant, non id ea mente veriſimiliter efficiunt, vt ea muliere deficiente, non eſſent eidem agnato, vel cognato maſculo proximiori Maioratus ſucceſſionem relicturi: ſed vt ea muliere extante, vtriſque conferatur. Ea verò deficiente, nihilominùs agnatus, vel cognatus maſculus proximior ſuccedat: aliàs namque proximior ſucceſſor atque primo loco vocatus, Maioratus ſucceſſione abſque culpa ſua priuaretur, & ſucceſſio Maioratus ad remotiorem cognatum, vel agnatum aduerſus eiuſdem inſtitutoris voluntatẽ deuolueretur. Quod nullo pacto in rectum ſenſum cadere poſſet: & quanuis ratio hæc adeò vrgens ſit, vt ea ſola ad hoc conſtanter aſſerendum ſufficeret, comprobatur ex eo, quòd defectus conditionis nunquam vitiat diſpoſitionem: quando veriſimiliter diſponẽs, legatum eſſet etiam defecta conditione relicturus: quæ regula comprehenditur ex text. in l. cum tale. §. falſam cauſam. ff. de condi. & demonſtra. ibi, *Si probetur aliàs legaturũ non fuiſſe.* Idque in ſpecie dixit gloſ. in l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de condi. inſti. verbo. *defectus.* ibi. *vel hic erat aliàs relicturus.* gloſ. conſimilis in d. l. 1. C. de inſt. & ſubſt. verb. *Manifeſtum.* Quod ex dictis gloſſis ſequuntur Ang. & Rapha. Fulgo. in d. l. 1. Quorum dicta ſequuntur ibidem Corn. nu. 3. Alex. nu. 1. Iaſ. num. 7. & communiter Scrib. Idque veriſſimum mihi videtur, ex inſtitutoris Maioratus voluntate, quæ primum locũ in omnium diſpoſitionum interpretatione, obtinere debet. l. in conditionibus cum ſimilib. ff. de condit. & demonſtra. Ex quo ceſſat apertiſſimè

difficultas, quæ ex dict.l.legatum, in Maioratuũ ſucceſſione cõtingere poteſt.† Quod etiam ad id quod ſuperiùs diximus de impedimẽto, à tertio, ne matrimonium contraheretur illato, ſatis con-
27 ducere poterit. Ex eadémq; ratione videtur probabiliter dici poſſe quòd quamuis impediens, iniuſtè impedimentum inferat, atque ſoluendo ſit, conditio pro impleta habenda ſit, vel defectus conditionis non ſit conſiderandus: ne Maioratus ſucceſſio, ad alium aduerſus inſtitutoris voluntatem pertranſeat, auferatúrque ab illo, cui veriſimiliter in eum caſum Maioratus inſtitutor eius ſucceſſionem fuiſſet relicturus. Quod tanquam ſummè notabile, perpetuò memoriæ commendandum erit. Et hæc de hac quæſtione, quæ frequens, & aſſidua eſt, dixiſſe ſufficiat.

28 ¶Sed controuerti etiã ſolet quid dicendum ſit: quando†Maioratus inſtitutor ſucceſſoribus inhibuit: ne cum quadam perſona certa, ac diffinita, vel cum perſonis alicuius familiæ, vel certi generis, ſeu qualitatis matrimonium contrahant. In qua quæſtione, dicendum eſt, huiuſmodi præceptum præciſè ſeruandum eſſe: aliàs autem ſucceſſores Maioratus ſucceſſione priuandos. Quod probatur ex tex.in l.hoc modo.ff.de condi.& demonſtratio.& in.l. hoc genus.ff.eod. Non enim ex hoc præcepto dicitur induci viduitas. Cum Maioratus ſucceſſor honeſtè cum aliis contrahere poſſit.l.cum ita legatum.in princip.ff.de cond. & demon. Facítque illud, quod habetur Gene.28. vbi Iſaac præcepit filio ſuo Iacob, vt non acciperet vxorem de genere Chanaan. Idque apud omnes Scribent.compertiſſimum eſt: adeò, vt nulla quo ad hoc ſupereſſe poſſit dubitandi occaſio: quod iunctis his, quæ ſtatim dicentur, ſummè notandum erit, ad plures Maioratus, quibus cautum eſt, quòd ſucceſſores contrahere debeant cũ perſonis generis vndiquaque probatiſſimi, vel nobilibus, nec contrahere poſſint cum perſonis, quæ ex genere Iudæorum, vel Sarracenorum, vel etiã conuerſorum deſcendant. Super quorum Maioratuum ſucceſſione plures lites exortas fuiſſe ſatis compertum eſt.

29 ¶In hac autẽ re ſciendum eſt, †quòd ſi mulier, cum qua Maioratus ſucceſſor in caſu, de quo agimus, cõtraxit, cõmuniter probatiſſimi, ſeu nobilis generis tempore contractus matrimonij habita ſit, ſeu probabiliter aliàs eius defectus ignorari potuit, temporéque contractus matrimonij ad id ſciendum ſucceſſor ipſe debitam diligentiam adhibuit: poſteà autem compertum ſit eam mulierẽ verè ex genere Iudęorum, Sarracenorum, vel cõuerſorum procedere, vel ignobilem, atque plebeiam eſſe: dicendum erit ſucceſſorem non eſſe Maioratus ſucceſſione priuandum: Quod probatur ex tex.in l.ſi quis patrem.ff.ad Maced.vbi diſponitur, quòd ſi quis pecuniam mutuam dedit filiofamilias, qui communi æſtimatione ſui iuris habebatur, habebit actionem aduerſus illum, ac ſi verè ſui iuris extitiſſet. Ceſſátq; in ea ſpecie Macedonianum ſenatuſconſultum. Quanuis enim is, qui cum alio contrahit, teneatur diligenter illius cõditiones, atque qualitates inquirere.l. qui cum alio.ff.de regulis iuris.

30 ¶Illud tamẽ†fallit ex illius text.deciſione quando ignorantia eſſet multum probabilis, & iuſta. Ex ea námque contrahens excuſaretur. Facit tex. in l.miles.§.mulier.ff.ad leg.Iul.de adulter.l. Barbarius Philippus.ff.de offic.Præt. Per quæ iura id in ſpecie dixit Alexan. conſi.60.num.2. lib.5. Iaſ. in l.eſt receptum nu.9. ff. de iuriſdictione omni. Iudi.Deci.in l.ſi emancipati.nu.4.C.de colla.glo. ordina.in l.qui cum alio.ff.de regul.iur.vbi Deci. nu.3. Et Cagnol.nu.15.idipſum profitẽtur. Quod eo præcipue aſſerendum erit, quòd huiuſmodi præcepta in vim modi potius, quàm conditionis à Maioratuum inſtitutoribus iniungi ſoleant. Iniuſtiſſimum námque eſſet, vt Maioratus ſucceſſor rerum ipſius Maioratus dominio, quod iã acquiſierat abſque culpa ſua priuaretur. In propria autẽm, ac vera conditione forſan hoc non tam clarè procederet: cùm ea formam inducat, ſítque ſpecificè, non autem per æquipollens adimplenda.l.Mæuius & l.qui hæred.ff.de condi. & demõſtra.tex.in Authen.matri, & auiæ, vbi Bal. & communiter Scribent.id not.C.quando mulier tutel. offic.fung.poſſit.

31 ¶Hoc autem intelligendũ eſt† quãdo quis fuit in hac communi reputatione nobilitatis, vel generis puritatis per decẽnium. Reputatio namque minoris temporis ad id non ſufficiet: prout dixit Bald.in l.2.nu.5.C.ſi aduerſus rem iudi. vbi ſic limitat, & intelligit.d.l. ſi quis patrem. & alia iura. quæ ſuperius adduximus. Idem Bald.in l.ſi poſt mortem in fin.prin.ff.de adoptio.Iaſ. in d.l.eſt receptum nu.10.

32 ¶Sed quãuis hæc limitatio à pluribus probetur: Deci.tamen in d.l.emancipati.nu.4. contra illam inſiſtit: dicens, †quòd ſi quis in quaſi poſſeſſione, ac communi reputatione ſui iuris exiſtat, ex aliquo actu ex illis, ad quos non facilè is, qui eſt filiusfamiliàs, ſolet admitti, ex quibus quaſi poſſeſſio acquiritur, habebit locũ reg. d. l. ſi quis patrẽ. ff.ad Maced. Abſque eo, quòd tempus decem annorum trãſactum ſit, quod ex pluribus, quæ apud ipſum videri poterunt, comprobat. Idque probabile mihi videtur: dũmodò actus, ex quibus quaſi poſſeſſio ac communis reputatio acquiſita eſt, ſint ex his, quæ à communiter accidentibus eius naturæ ſunt, vt ex eis poſſet Maioratus poſſeſſor ſeu ſucceſſor probabilem ignorantiam contrariæ qualitatis oſtendere.

33 ¶Illud autẽ animaduertendum eſt, † in minore hoc facilius admittendum eſſe. Is námque potiori ratione, ab huiuſmodi negligentia excuſandus erit. Quod in d.l.ſi quis patrem apertiſſimè probatur.ibi. *Sed minori cauſa cognita à Prætore ſuccurrendum*. Idque ipſum in muliere, quæ in Maioratu ſucceſſit, dicendum videtur ex deciſ.tex.in l. fin.ff.qui per tuto ibi. *Quòd eiuſmodi facta diiudicare, atque extimare virilis animi eſt*. Quãuis id in muliere non tã clarè procedat: prout optimè cõſiderat Cagno.in d.l.qui cum alio nu.20. Quæ omnia cum caſus contigerit, exactiùs examinanda erunt: propter Maioratus inſtitutoris enixam voluntatem, qui ex prædicta clauſula voluiſſe credẽdus eſt: ne Maioratus ſucceſſio ad perſonas generis infecti deuolueretur. Cuius voluntati omnia quæ prædiximus, aduerſari conſtat: quanuis ex ęquitate admittenda videantur.

34 ¶Vidimus autẽ aliquos ex ſucceſſoribus Maioratuum, quibus prædicta clauſula adiecta erat, ante contractum matrimonium de genere mulierum cum quibus contrahere volebant, iudicialiter inquirere: & de qualitatibus illarum ampliſſimas probationes ad perpetuam rei memoriã coram iudice illius loci, à quo mulieris origo pendebat facere. Sed quanuis † forſan id vtile eſſe poſſit huiuſmodi nimiam, vel extraordinariã diligentiam non probamus, ne ex ea vel dolus pręſumatur, vel ſucceſſoribus occaſio litium præſtetur: præſertim cùm ad hoc, vt huiuſmodi probationes iudiciales validæ eſſent, debuiſſent citato proximiori ſucceſſore fieri. Conueniẽs tamẽ erit, vt extra iudicium Maioratus ſucceſſor diligẽtem inquiſitionem qualitatũ mulieris faciat. Ita vt vel ipſe non circumueniatur, vel quanuis hoc ſibi acciderit, poſſit de huiuſmodi diligẽtiis, quando id in iudicium deductũ fuerit, iudicialiter conſtare,

35 ¶Sed dubitari etiã ſolet vtrum Maioratus inſtiſtitutor poſſit Maioratus inſtitutioni eam legem, ſeu conditionem adiicere, vt ſucceſſores teneantur matrimonium contrahere arbitrio parentum vel fratrum vel tutorum ſuorum, vel de eorũ, vel alterius conſilio: aliàs Maioratus ſucceſſione priuentur. Quam clauſulam ſæpiùs in Hiſpanorum Primogeniis appoſitam vidimus. In qua quæſtione iuxta communes ac receptiſſimas. Iuriſconſultorum ſententias, & quæ frequenter in forenſib. controuerſiis admitti ſolent, diſtinguendum eſt. Aut enim Maioratus inſtitutor præcepit, vt ſucceſſores matrimonium non poſſent contrahere: niſi de arbitrio, voluntate, ſeu conſenſu parẽtum, vel aliorum, vel de eorum conſilio.

¶In primo caſu dicendũ † eſt huiuſmodi conditionem tanquam matrimonij impeditiuam, & libertati eiuſdem matrimonij contrariam, ex ipſo Maioratu reiiciendã eſſe, iuxta diſtinctiones, quas in capite præcedenti tradidimus. Quod probatur ex tex.in l.cum tale.§.ſi arbitratu.ff.de cõditio. & demonſtr.& in l.filiæ meæ.ff.eod.& in l.turpia.ff. de lega.1. Idque verum eſt, ſiue conditio ad arbitrium boni viri, ſiue ad liberam voluntatem referatur, ſiue etiam in arbitrium parẽtis, ſiue alterius conditio ipſa appoſita fuerit: prout Doctores cõmuniter in prædictis locis teſtantur, & ſatis elegãter, atque ingenioſè ex pluribus probat Emmanuel Acoſta in rep.d.l.cum tale.§. ſi arbitratu vltima amplia.n.2.cum ſeq.& n.13.cum ſeq.vbi circa hæc, & alia, quæ hic adduci poſſent materiam iſtam copioſiſſimè narrauit.

36 ¶In ſecundo caſu dicendũ † eſt, conſilij conditionem neceſſariò adimplendam eſſe: aliàs ſucceſſorem Maioratus ſucceſſione priuandum. Cùm enim conſilij præceptum honeſtum ſit, nec neceſſariò à Maioratus ſucceſſore ſequi debeat: ſed cõſilio ſolum requiſito cum qua voluerit liberè cõtrahere, poſſit: conſequẽs eſt, vt ex ipſa Maioratus inſtitutione reiiciendum non ſit. Quod in ſpecie dixit Cinus.in d.l.cum tale.§.ſi arbitratu.ff.de cõdi.& demonſt.& poſt antiquos etiam cenſuerunt Paul.in d.l.turpia.§.ſi Titiæ.n.3.ff.de lega.1.& Alex.in princ.eiuſdem leg.nu. 7. & Iaſ.ibidem nu. 4.Ioan.de Ana.conſi.15.num.2.3.& 4.Felin. in ca. ex part.de conſti.col.2.num.1.Pala.Ruui. in repe. ca.per veſtras.§.52.nu.8. Roderi.Xuarez.in l.2 .tit. *De los caſamientos*.li.3.Foro.ll.fo.69.ver. Sed tenementi.Deci.in ca.ſi pro debilitate.de officio.del. nu.9.Gulliel.Bened.in rep.c.Rainuntius de teſta. ver.qui cum alia matrimonium contrahens.n.88. Aymon Craue.qui optimè loquitur in propoſito conſil.1.num.3.vbi hanc communem opinionem eſſe profitetur.

37 ¶Cui † cõmuni opinioni non obſtat, quòd ſaltim per aliquod tempus ex hac obligatione conſilij requirendi, poſſet matrimonium impediri. Nã quanuis conditio matrimonij impeditiua: tanquã turpis, & impeditiua matrimonij à iure reiiciatur. Non tamen reiicitur illa, per quam matrimonium ipſum per aliquod tempus differtur. l.cum tale.§.Mæuiæ.ff.de con.& demon.l.ſed ſi hoc.§.ſi. ff.eod.l.Theopompus, vbi prædicta concluſio apertiùs probatur.ff.de dote præleg. Præſertim cũ hæc dilatio inducta ſit ob petẽdum conſilium ad hoc, vt matrimonium melius contrahatur. Quod nedum non eſt contrarium matrimonio: ſed eidẽ cõueniens.l.in viduæ.& l.copulãdis.C.de nuptiis Quæ opinio tanquam communis, & ſatis probabilis ſequenda erit: quanuis contrariam opi.imò, quòd hæc conditio, etiam tanquam turpis, & inhoneſta, libertatíſque matrimonij impeditiua reiicienda ſit, conſtanter defendat Emmanuel Acoſta: in rep.d.l.cum tale, ſi arbitratu. Vbi alios idẽ ſentientes refert. Cuius fundamenta cùm caſus contigerit, conſideranda ſunt, quanuis ex eis non ſit à communi opi.recedendum.

38 ¶Hæc tamen†cõmunis opinio.proculdubiò limitanda eſt in omnibus caſibus, in quibus nõ ſolùm quis tenetur conſilium requirere: ſed illud etiam ſequi: in illis námque conditio iſta reiicitur: qui caſus comprehendi poterunt ex his, quæ notant Bart.in l.1.ſi plures.ff.de exercito.& Abb. in d.cap.ex parte de conſt. & in capit.cum de veteri de electio, & alibi ſæpè Scriben. Sícque hanc communem reſolutionẽ limitauit. Roderi. Xuarex in lectura.d.l.2.ti.*De los caſamientos*.lib.3. Fori.dicto.fol.69.colum.2.

39 ¶Similiter etiã † limitari poſſet vbicunque magnum periculum verſaretur in cõſilij requiſitione, adeò vt ex hoc non ſolum videatur matrimonij libertas per tẽpus impedita. ſed veriùs omninò ſublata: tunc námque ea conditio ex inſtitutione reiicienda erit. Quod dixit Abb.in d.cap.ex parte.nu.4.de conſti. Cuius dictum refert, & ſequitur Feli.ibidem num.1.colum.3.verſic.recipit prędicta concluſio, vbi plura in huius dicti comprobationem adducit, quæ apud ipſum videri poterunt. Quæ limitatio in Maioratibus præſertim admittenda erit, ex his, quæ in ſequenti quæſtione dicemus. Ita tamen, vt non temerè, & ex quacunque periculi ſuſpicione, & quæ facilè ceſſare, vel amoueri poſſit, à regula, quæ ex communi opinione comprehenditur, recedatur.

40 ¶Sed dubitari ſolet, vtrum†mortua ea perſona cuius conſilium Maioratus poſſeſſor in matrimonio contrahendo requirere tenetur, ipſe Maioratus ſucceſſor, à conſilio requirendo liber remamaneat: an ex eo, ipſius vocatio ceſſet Maioratúſque ſucceſſio ad ſequentem vocatum tranſire debeat. Qua in re, prima facie faciendum videtur, in caſu de quo agimus vocationem ceſſare, Maioratúſque ſucceſſionem in ſequentem vocatum trãſire. Quod probatur ex tex.in l.cum tale. §. ſi arbitratu.ff.de cond.& demõ.vbi diſponitur, quòd ſi decedat perſona, cuius arbitratui nuptiæ commiſſæ ſunt, legatum non ceſſat: quia conditio pro nihilo eſt, ex quo text.probatur quòd ſi conditio valida eſſet, mortuo Titio defecta cenſeretur. Idque ex illo tex.deduxit primus Alex.in d.l.turpia in pr.ff.de le.1.nu.7.vbi ex hoc inquit quòd mortuo illo, cuius conſilio nuptiæ commiſſæ ſint, cõditio defecta cenſenda erit. Cuius dictum ſequitur, eo tamen tacito Felin.in d.c.ex part.nu.1.col. 2.vbi Deci.nu.4.ad fin.ídque ſequitur etiam Roderic.Xuar.d.fol.69.col.1.

41 ¶Sed quãuis † hæc opi. ſimpliciter ſumpta vera ſit

ſit, in Hiſpanorum tamen Primogeniis admitti non poteſt, ex rationibus, quas ſupra iſto. c. num. 36. adduximus, reſpondentes ad text. in l. legatum. C. de condi. incer. vbi probatur, quòd conditio mixta defecit morte illius in cuius perſona implenda erat. Non enim illa, nec iſta regula in his Primogeniis procedere poterunt: cum in eis hæ leges, ſeu præcepta potiùs in vim modi, quàm conditionis apponantur. Et etiam veriſimiliter Primogenij inſtitutor eius ſucceſſionem, eidem ſucceſſori in caſu de quo agimus, eſſet relicturus.

*SVMMARIA.*

1 *In Hiſpania ex antiqua conſuetudine, Primogeniti Maioratnum ſucceſſores inſignia propriæ familiæ deferunt.*
2 *In Gallia ſoli primogeniti familiæ arma, ſimplicia deferunt.*
3 *Primogenitus nomine inſtitutoris nominandus eſt.*
4 *Reges Hiſpaniæ armorum delationem ſeruant, & nullo cognomine nominantur.*
5 *Ex nomine & inſignijs, memoria agnationis, & cognationis conſeruatur.*
6 *Armorum delatio memoriam teſtatoris conſeruat.*
7 *Ex conditione à teſtatore adiecta, vt ſucceſſores nomen, & arma propriæ familiæ deferant, cenſentur bona Maioratui ſubiecta: etſi aliter id non expreſſerit.*
8 *Vtrum ex conditione delationis armorum, fœminæ proximiores, propter maſculos remotiores cenſeantur excluſæ.*
9 *In Hiſpania ex conditione armorum delationis, coniectura agnationis non inducitur.*
10 *Conditiones nominis, & armorum delationis præciſè ſunt à ſucceſſoribus Maioratuum ſeruandæ.*
11 *Vtrum, ante implementum conditionis nominis & armorum delationis dominium, & poſſeſſio transferantur.*
12 *In Primogeniis Hiſpaniæ ante implementum conditionis dilationis nominis, & armorum dominium, & poſſeſſio transfertur: niſi contrarium expreſſerit inſtitutor.*
13 *Succeſſor Maioratus qualiter ad delationem nominis, & armorum aſtringendus ſit.*
14 *Auth. hoc amplius. C. de fideicom. declaratur.*
15 *Adiecto grauamine hæredi, vt aliquid impleat: ſi monitus intra annum adimplere neglexerit, hæreditate priuatur, licet commodum hæredis non ſequatur.*
16 *L. non oportet. ff. de his quib. vt indig. declaratur.*
17 *Grauamen delationis nominis, & armorum in vtilitatem omnium ſucceſſorum tendit.*
18 *Auth. hoc ampliùs. C. de fideicom. etiam in prælegato locum habet.*
19 *Quando lapſo termino imponitur pœna priuationis, vel ſimilis, iudex etiam ex cauſa non poteſt terminum reſtringere.*
20 *Præceptum dilationis armorũ in Maioratu in vim conditionis factum in vltima voluntate quamprimùm poſſit ſucceſſor implendum eſt, nec expectatur annus, nec admittitur moræ purgatio.*
21 *Id præcipuè: ſi abſque cauſa præcepto contraueniatur.*
22 *Auth. hoc ampliùs. C. de fideicom. intelligenda eſt in iure iam quæſito, non in quærendo.*
23 *Præceptum dilationis nominis, & armorum in vim modi adiectum in teſtamento, implendum eſt à ſucceſſore quamprimùm poſſit, & requiſitus non implens ſucceſſione priuatur.*
24 *Idem ſi in contractu Maioratus illud onus fuerit adiunctum.*
25 *Præceptum delationis nominis, & armorum ſeruandum eſt in Maioratu, ſi nomen, & arma honeſta ſint alias non.*
26 *Non poteſt quis ſuccedere in duobus Maioratibus, in quorum altero contineatur præceptum deferendi arma, & nomen familiæ: ſine mixtura aliorum. Et in altero contineatur præceptum ſimplex nominis, & armorum delationis.*
27 *Incompatibilia omnia ſunt contraria.*
28 *An ſucceſſor in duobus Maioratibus, quorum quilibet delationem armorum ſimpliciter contineat, in vtroque ſuccedat.*
29 *Ex immixtione nominis, & armorum, teſtatoris familia confunditur.*
30 *Præceptum delationis nominis, & armorum ſimpliciter factum: impletur etiam ſi nomini, & armis inſtitutoris alia miſceantur.*
31 *Id præcipuè in Maioratibus Hiſpaniæ ex conſuetudine ſeruatur.*
32 *Ex nomine & armis mixtis familia conſeruatur: licet meliùs ex ſimplicibus conſeruetur.*
33 *L. hoc legatum. ff. de leg. 3. declaratur.*
34 *In fauorabilibus, ſub ſimplicibus, caſus mixtus comprehenditur.*
35 *Id præſertim ſi caſus mixtus magis participat de ſimplici, de quo facta eſt prouiſio.*
36 *Succeſſor duorum Maioratuum quorum quilibet nominis, & armorum delationem contineat, antiquioris*



*tiquioris arma, modernis præferre debet.*
37 *Niſi modernior Maioratus ſit maioris qualitatis & excellentiæ.*
38 *Vel niſi modernior procedat ex parte patris: antiquior verò ex parte matris.*
39 *Filius non debet portare arma materna: ſed paterna.*
40 *Iuſta ratione à maiorib. traditum eſt Regnum Caſtellæ, Regno Legionis in armorum delatione præferri.*
41 *Magnitudo Regni Caſtellæ vetuſtate Regni Legionis præfertur.*
42 *Regnum Legionis Ferdinando primo Regni Caſtellæ Regi, dotis nomine acceſſit.*
43 *Ferdinandus Quintus Caſtellæ Rex: Caſtellæ inſignia tanquam ſibi legitima, & non ab vxore accepta detulit.*
44 *Regnum Caſtellæ antiqui Cathorum imperij caput fuiſſe.*
45 *Succeſſor in duobus Maioratibus non aſtringitur præciſè ad prælationem antiquioris nominis, & armorum: ſed conſuetudine, pro ſuo arbitrio ea defert.*
46 *Vtrum præcepto delationis nominis, & armorum ab inſtitutore Maioratus omiſſo, ſucceſſor teneatur arma, & nomen inſtitutoris deferre.*
47 *Præceptum armorum delationis implendum eſt: quando Maioratus inſtitutor in Capella, ſeu ſepulchro apponi præceperit.*
48 *Niſi vltra armorum appoſitionem aliquid contineat, quod ſapiat gentilitatem.*
49 *Statuentes arma deferri in ornamentis Eccleſiæ donatis, vel in Capellis: ſi ex iactantia id faciant meritum amittunt: non tamen ſi ad alium rectum finem id tendat.*

## *De conditionibus, quæ circa nominis, atque armorum delationem, in Primogenijs apponi ſolent.*

## CAPVT XIIII.

INter alias leges, ac cõditiones quę in Primogenius adiiciũtur, illæ præſertim maximi momẽti eſſe exiſtimantur, in quibus de nominis, atq armorum delatione agi ſolet. Cùm enim Primogeniorum inſtituendorũ finis in memoriæ cõſeruatione verſetur, familiarúmque antiquarum veſtigia ex nominibus, atque inſigniis conſeruari, atque comprehendi ſoleant, vt inferiùs dicemus, non mirum ſi legum, atque conditionum in quibus de his agitur appoſitio, atque obſeruatio pluris æſtimanda ſit. Ideóque ad ea, quæ hic dicemus, animaduertendum erit: Vidimus enim lites innumeras ſuper harum conditionum interpretatione, atque obſeruatione.

1 ¶In primis autem animaduertendum eſt † illud eſſe in Hiſpania antiquiſſima cõſuetudine obſeruatum, vt primogeniti Maioratuum ſucceſſores inſignia propriæ familiæ deferant, atque eiuſdem familię nomine denominari ſoleant. Quod etiam apud alias nationes obſeruari ſolitum eſt: prout enim inquit Bald. in l. fin. nu. 2. ad fi. C. pro Socio. Arma atque inſignia nobilium remanere debent apud principalem domus: quia in eo, veluti familiæ capite ſtat ſplendor geniture. Ad quod inducit in arg. l. cũ in diuerſis. ff. de Religio. & ſumpti. fune. & l. ſcimus. C. de agri. & conſic. lib. 11. Ideóque arma familiæ debere apud Primogenitũ remanere cenſuerunt. Guill. de Monſerrat in tract. de ſucceſſio. reg. Charta. 3. q. 1. & 3. Et Petrus de Vbal. de duob. fratrib. 11. part. q. 11. Caſſa. in catha. gloriæ mundi par. 1. conclu. 37. Tiraq. de Primog. in Præfati. n. 134. & in tract. de nobilita. c. 6. n. 17. Burg. de pace in prooem. leg. Tau. nu. 28.

2 ¶Hoc autem præciſiùs in Gallia: quàm in Hiſpania obſeruatur. † Apud Gallos nanq; ſolus Primogenitus arma, atque inſignia familiæ plana, atque ſimplicia defert. Cæteri autem filij in eis aliquid admiſcent, vt diſcrimen aliquod inter eos eſſe dignoſcatur: prout teſtatur Tiraq. de Primog. in Præfati. nu. 134. In Hiſpania autẽ nulla alia differentia inter Primogenitos, & alios fratres minores natu in armorum delatione inuenitur: niſi, quòd Primogenitus ea præciſè, atque neceſſariò defert ex Maioratuum legibus, ac conditionibus. Cæteri autem voluntariè ea deferunt: cùm nullo iure ad ea, vel alia deferenda cogi poſſint.

3 ¶Idque nedum de inſigniis, & armis: ſed etiam de nomine dici poteſt. † Primogenitus nãque nomine inſtitutoris Maioratus nominãdus eſt: prout etiam probat Tiraq. de Primog. in Præfat. nu. 44. Idque cõprobatur ex tex. in l. cùm filius. §. pater. ibi. *Sempronio nepoti meo plus tribus in honorẽ nominis mei.* ff. de leg. 2. vbi teſtatur inter alios nepotes prędilexit, atque maiori portione dignum exiſtimauit illũ, qui nomine eius appellabatur. Idq; ipſum probatur ex tex. in l. vxorẽ, ibi. *Nomine patris vocatus eſt.* ff. de mannu. teſt. tex. in l. filiæ ſuæ, §. Titia ibi. *Et vni ex eis Agathæ nomen impoſuit.* ff. de condi. & demonſt. & in c. olim. ibi. *Eius nomine vocaret quod inde naſceretur.* 8. q. 1.

4 ¶Quod etiam † quo ad armorum delationẽ attinet, à Regibus Hiſpaniæ hucúſque à multis retro ſæculis obſeruatum eſt: prout ſupra li. 1. c. 2. n. 14. cum ſeq. apertiùs quo ad Regna Caſtellæ, ac Legionis oſtendemus, & quo ad alia etiam Regna notiſſimum eſt. ¶Id tamen quo ad cognomina à Regibus Hiſpaniæ neglectũ fuit, cùm hucúſque nullo cognomine vti ſoliti ſint, vt aduertit Burgos de Pace in prooem. li. Tauri. nu. 20. quod Regalis dignitatis præſtantiæ tribuendum eſt. Perſonæ námque Regiæ nullo alio ſigno, ac denominatione: quam nomine proprio egent, vt apud omnes nationes notiſſimæ ſint. Quod etiam ab aliis Regibus obſeruari ſolet.

5 ¶In Maioratuum autem inſtitutione vtrumque ſimul ſucceſſoribus perpetuò præcipiendum eſt: † cùm tam ex nomine: quàm ex armis, atque inſigniis familiarum, agnationum, atque cognationũ memoria cõſeruetur. Quod in nominis appellatione

latione enixè probatur ex tex.in dict.l.filius.§.pater.ff.de leg.2.vbi Scrib.id notant,& ex aliis iuribus,quæ ſuperiùs citauimus.Idque etiã notat gl. verb.*nomine*,per text.ibi in l.is.qui complures.ff. de leg. 3. Gulliel.Bened.in rep.c. Rainuntius de teſta.verb.Rainuntius de Clera.nu.50.& verb. & vxorem nomine Adelaſiam nu.22.Ripa.in l.centurio.nu.164.ff.de vulg.Pariſ.qui plura refert.cõ. 19.nu.36.cũ ſeq.lib.2.Burgos de Pace in prooem. leg.Tauri.nu.22.

6 ¶Ex †armorum autem,atque inſigniorum delatione conſeruationem domus, atque familiæ inſtitutoris induci,probat.tex.in l.lex quæ tutores C. de adminiſt.tuto. ibi.*In qua maiorum imagines,aut non videre fixas,aut reuulſas videre ſatis eſt lugubre*.vbi per Scri.& in l.Quintus.§.ad authoritatem. ff.de annuis leg.& in l.legata ad fin.ff. de adminiſ.rerũ ad ciuit. Perti.& in l. Baſiliſcam. C.de ope.pub.& in l.1.vbi per Scri. C. vt nemini liceat ſine iud.auth.ſigna reb.impo. Idque in ſpecie dixit Ancha.con.113.nu.3. & 4.Ioan. de Anania conſi.86.n.2.vbi Bologni.in add.nu.3.Roma. ſing.474.Cæſar Lamberti.de iure Patro.li.3.5.q. prin.art.4.nu.2.& 8.cum præce.& ſeq.Burgos de Pace.in prooem.legum Tauri.nu.23.

7 ¶Quæ omnia adeò vera ſunt.vt †ex conditione à teſtatore adiecta,vt ſucceſſores nomen,& arma propriæ familiæ deferant, cẽſeatur teſtatorem ea bona Maioratui ſubiicere, & ſi id aliter non expreſſerit prout ſupra li.1.c.5.nu.34.oſtenſum eſt. Quod nulla alia ratione dici poteſt: niſi ex eo, quòd ex his cõditionib.cẽſeatur teſtatorẽ voluiſſe propriæ domus,ac familiæ memoriã cõſeruare.

8 ¶Imò hæ conditiones nominis, atque armorũ delationis,à pluribus tãti æſtimatæ ſunt, vt ex eis cẽſeant:nedum familiæ,& cognationis, verum etiam agnationis cõſeruationem induci,ita vt †ex eis fœminæ proximiores propter maſculos remotiores excludi cenſeantur.Quod dixit Bar.in tractatu.de inſig.& arm.n.10. Atq; in ſpecie conſuluit Corneus.conſi.41. n.12.cum pluribus præce. li.4.Idem Corneus.conſ.26.n.3.& n.7.eod.li.Gozadi.conſi.45.nu.9.& conſi.79.in fin.Gratus cõſ. 67.nu.11.& n.19.li.2.Bertran.conſi.30.col.2.lib.1. Curt.Iuni.conſil.3.n.9.Car.Ruinus.conſ.110.nu. 14.li.2.& conſ.140.n.5.eod.lib.Ant.Rubeus.cõſi. 28.n.5.& 6.Barba.conſi.33.lib.3.Fran.Piſcina. qui plura refert in ſua diſputa.ſuper ſtatutis excludẽ. fœmi,nu.22.ad finem.

9 ¶Sed quamuis Scrib.quos ſuperius retulimus, nominis atque armorum cõditiones ad hæc vſq. protrahere velint,eorum tamen opinio in Hiſpania nunquam hucuſque admiſſa fuit:imò ex Hiſpana conſuetudine grauamen hoc nominis,& armorum æquè fœminis,ac maſculis adimpleri poteſt.Nec †ex armorũ ſeu nominis grauamine hucúſque viſum,nec auditum eſt quod iudicatũ fuerit agnationis ſeu maſculinitatis coniecturam induci,& ea, quæ prædicti Doctores dicunt intelligenda ſunt ſecundum ſtatuta,& cõſuetudines Italiæ,ex quibus quo ad hæc,& omnia alia cõſeruatur agnatio,& maſculinitas,& fœminæ excluduntur:Quod benè explicant Corneus. conſi.26. nu.4.li.4.& Soc.Iuni.conſ.2.nu.10.lib.1.& comprehenditur ex dictis ipſorum Scri.quos pro cõtraria opi.citauimus.Idque ſic in forenſibus controuerſiis practicari,atque intelligi ſolitum eſt.

10 ¶Hæ †autẽ leges ſeu cõditiones, quæ nominis, atque armorum delationem contingunt,cùm ex prædictis rationibus iuſtiſſimæ eſſe cenſeantur, proculdubiò à ſucceſſorib.præcisè ſeruãdæ ſunt, aliàs autem Maioratuum ſucceſſione priuabũtur. l.facta circa finem.§ in danda.ff.ad Treb.vbi Bar. Paul.& communiter Scrib. id notant.l.hoc iure. §.fin.ff.de donation.l.ſed ſciendum.ff.ad Trebel. not. Soci.in l. quibus dieb.§.Termilius. col.3.ff. de con.& demon. Idem Socin.conſilio. 259.col. 2.lib.2. Deci.conſil.273.num.2. Guillielmus Benedictus in rep.cap.Rainuntius de teſt. verb.Rainuntius de Clera.nu.44.cum ſequentib. & verb. ſi abſque liberis moreretur in 2.nu.25.Guido Papæ.deciſione.251.& deci.467.Boerius deciſione. 146.n.6. Tiraq.de legib.connub.l.5.nu.14. Pariſi. conſi.15.num.79. cum ſequentib.lib.2.& conſ.19. à nu.28.vſque ad fin.eod.lib. Greg.Lopez. in l.3. tit.4.part.6.in gl.verb.*contra honeſtad*.Burgos de pace in prooe.ll.Tauri.nu.24.Idque veriſſimum, atque ſic obſeruari ſolitum eſt.

11 ¶Imò plus dixit Guido Papæ.d.deciſione. 251. nu.1.quòd hæc omnia adeò vera ſint,vt nõ ſolùm Maioratus ſucceſſor teneatur hoc nominis,atque armorum delationis grauamen implere tãquam modum:ſed tanquam veram ac propriam conditionẽ.Ideóque †non tranſire dominium, ac poſſeſſionem bonorum in hæredem:niſi priùs huiuſmodi conditionem adimpleuerit. Id námque eſt de natura conditionis,vbi inquit ita fuiſſe, Arreſto.deciſum.Cuius dictum referunt, & ſequũtur Guilliel.Bened.in d.rep.ca.Rainuntius verb. Rainuntius de Clera.nu.45.atque Burgos de Pace.in d.prooem.legum Tauri.nu.27. Quod eſſet ſingulariter notandum ad Hiſpanorũ Maioratus ſi verum foret.ex hac nanque opin. ſequeretur, quòd antequàm ſucceſſor hoc grauamen adimpleat, nec dominium,nec poſſeſſio bonorum Maioratus in eundem pertranſire valeant.

12 ¶Quidquid autẽ in ea ſpecie de qua Guido Papæ agebat,dicendũ ſit †in Maioratibus tamẽ Hiſpaniæ contrarium dicendũ erit.Cùm in eis priùs ſoleant fieri vocationes purè,atque perfectè, & poſt eas purè perfectas & abſolutas adiici ſoleat quòd ipſius Maioratus ſucceſſores teneantur nomine inſtitutoris Maioratus appellari,atque eius arma,atque inſignia deferre. Quod magis ad modum,quam ad cõditionem ex his,quæ ſupra iſto. lib.cap.12.num.2.& 3.diximus, referendum erit. Ideóque nulli dubium,niſi quòd ante huius grauaminis implementum Maioratus ſucceſſor dominium,ac poſſeſſionem rerum Maioratus acquirat: quamuis ex poſtfacto poſſit ad huiuſmodi obſeruationem aſtringi:aliàs autem Maioratus ſucceſſione non ex implemento priuari:niſi Maioratus inſtitutor expreſſè dixerit,ac profeſſus fuerit ſe ad eius ſucceſſionem,niſi illum, qui priùs hoc grauamen adimpleuerit,non vocare.Tunc námque hæc vera conditio cenſenda, atque per conſequẽs ante poſſeſſionis apprehenſionem adimplenda erit.Sicque intelligendum eſt,quod dixit Guido Papæ in d.deciſione.251.vbi inquit, quòd in caſu, de quo ibi agebatur teſtator diſpoſuit, quòd Titius acciperet eius cognomẽ & arma, & eius hæres eſſet.Idque cõprehenditur ex tex.in l. mulier.§.ſi quis hæreditariũ.ff.de cond.inſt.Quẽ ipſe in id citat,vbi quãdo teſtator diſponit,quòd quis ſeruum manumittat, & hæres ſit,hæc verba conditionem propriam, atque præciſam important, quaſi in dictis caſibus teſtator velit, quòd cõditionis implementum inſtitutionẽ præcedat



Quod etiam optimè aduertit Pariſi. conſi.19.nu. 258.lib.2.

13 ¶Quæ omnia ſummè vtilia erunt ad intelligẽdum qualiter †procedendum ſit cõtra Maioratus ſucceſſorem, nomen,& arma teſtatoris non deferẽtem.Si enim præceptum conditionẽ præciſam efficiat,proculdubiò ante Maioratus ſucceſſionẽ, & dominij, ac poſſeſſionis tranſlationem adimplendũ erit.Si verò modum tantum inducat, dicendum eſt,Maioratus ſucceſſorem eſſe monendum à iudice,vt nomen, atque inſignia teſtatoris deferat.Quòd ſi per annum à die monitionis cõputandum negligens in adimplendo huiuſmodi modo fuerit,ſucceſſione priuandus ſit. Ex deciſ. tex.in Auth.hoc ampliùs.C.de fideicom.vbi diſponitur, quòd ſi hæres vel legatarius monitus à iudice diſtulerit,per annum onus hæreditati, vel legato iniunctum adimplere,ipſo legato vel hæreditate priuandus ſit. Cuius Auth. deciſionem, ad Maioratus in hoc adaptari poſſe videtur.

14 ¶Hanc autem quæſtionem tetigit Burgos de Pace.in prooem.ll.Tauri.nu.25.vbi dubitat an deciſio tex.in d. Auth.hoc ampliùs.C.de fideicom. in Maioratuum ſucceſſoribus, quibus grauamen nominis,atque armorum delationis iniunctũ eſt, procedat ex eo,quòd grauamen hoc nõ cõtineat commodum pecuniarum. † Quo caſu text.in d. Auth.hoc ampliùs ,locum non habet:prout arbitratur.gl.in l.non oportet.verbo *Fuiſſet*.fin.verb. C.de his quibus vt indig.Quam ibi Scribent.ſequuntur,intelligendo eam:quando commodum pecuniarũ nõ tendit in vtilitatem alterius: prout eam intellexerunt ibidem.Paul.nu.2. Alexan.nu. 1.Idque etiam profitetur Iaſ.Sic etiam intelligendus, qui illam gl.ſequitur, reputans illam ſingularem in d.Authen.hoc ampliùs nu.6.Atque D. Anton.de Padilla,qui id benè declarat.12.Qua ratione quæſtionem hanc ipſe Burgos de Pace indeciſam reliquit,remittens lectores ad ea,quæ in de Auth.hoc ampliùs annotari ſolent.

15 ¶Cæterùm hæc dubitandi ratio mihi fragilis videtur:ſi quidem illius.gloſ. opinio quomodocũque intelligatur,nunquam mihi vera viſa fuit: †imò plus certo arbitror quòd ſi hodie teſtator hæredi ſuo iniunxerit,vt adimpleat aliquid,quod eius animæ ſolum commodum contineat, veluti monumentũ conſtitui,vel Miſſas celebrari,vel eleemoſynã erogari,vel quid ſimile.Quòd ſi monitus hæres à iudice, vt illud adimpleat intra annum id adimplere neglexerit, ſit hæreditate priuandus ex deciſ.text.in d.Auth.hoc ampliùs.qui id genericè diſponit in quocunq; defuncti iudicio,nec poteſt aſſignari ratio,ex qua text.illũ, ad caſum in quo commodum pecuniariũ tendit,in vtilitatem tertij reſtringamus abſque lege,ſeu iuridico fundamento:eò maximè, quòd maior fauor piis cauſis,quàm cæteris relictis,quæ non piã cauſam concernunt debeatur.tex.in Auth. ſimiliter.cum ſimil.C.ad leg.Falcid.

16 ¶Nec obſtat tex.in d.l.non oportet.vbi hæres ex eo, quòd non adimpleuit iudiciũ teſtantis circa impenſam funeris non poteſt hæreditate tanquam indignus priuari.Nam †illa lex.loquitur ſecundùm iura Codicis, ex quibus nũquam hæres veniebat priuandus hæreditate ex eo, quòd non impleuit iudicium teſt tis,niſi vbi teſtator id expreſſit: prout probatur in l. fin. C. de fideicom. Quod ex dicto Auth. hoc ampliùs poſtea innouatum fuit,ex cuius deciſione leges Codicis,quo ad hoc abrogatæ fuerunt prout aduertit gl. in d. l.non oportet verbo *Fuiſſet*.atque ibidem Cinus. Alex.& communiter Scri.ſequuntur. Qui mihi ſemper viſus fuit verus illius legis intellectus, reiecto vltimo intellectu gl. qui iure non probatur,atque etiam ratione deſtruitur.

17 ¶Sed quamuis vltimus intellectus gloſſæ verus eſſet,adhuc negari non poſſet quin, caſui de quo agimus, poſſit adaptari deciſ.text.in d. Authent. hoc amplius.†Hoc nanque nominis,atque armorum delationis grauamen in totius familiæ, atque ſequentium ſucceſſorum vtilitatem tendit. Omnibus namque expedit,vt familiæ ſuæ memoria conſeruetur,atque nomen, atque inſignia teſtatoris fundatoris Maioratus non pereant. l.1.§. publicè.ff.de vent.inſp.Quod reſpectu ſequentis ſucceſſori potiori ratione dicendum eſt, cùm ex non adimplemento conditionum Maioratus ſucceſſio ſtatim illi deferenda ſit,vt in capitib. præcedẽtibus annotauimus. Ideóque neceſſariò tex. illius deciſio ad Maioratuum ſucceſſores huiuſmodi grauamen non implentes, adaptari debet. Et quamuis grauamen hoc commodum pecuniarum non contineat,id conſiderandũ non eſt.Armorum nanque & nominis grauamen ineſtimabile eſt:prout ſupra iſto li.c.8.n.17.annotauimus. Nec eſt vis in eo,quod legatũ commodum pecuniarium contineat,ad hoc,vt dicto.Auth.hoc amplius.locus ſit.ſed ſolùm requiritur,quòd legatũ in tertij vtilitatẽ tendat:prout Paul.in d.l.non oportet.nu.2.& Alex.nu.1.& D.Ant. de Padilla in d.Auth.hoc amplius.nu.12.declarant.

18 ¶Quod etiam cõprobatur ex eo, quod deciſio tex.in d.Auth. hoc amplius in quocunque genere diſpoſitionis ex vltima voluntate factæ,locum habeat.Atque †etiam in prælegato procedat,imò idipſum poſitum anteà fuiſſe videtur in prælegato ex tex.in l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam. verſiculo ſed nec illud. ff. ad Trebel. prout ex ea leg.colligit,Bal.in l.qui filiabus.§. ſi vni propè ſi. verſ.ex hoc apparet.ff.de leg. 1.vbi.idem ſequuntur.Cuma.nu.2.& Alex.nu.2.Atque. D.Didacus de Couarr.in c.ſi hæredes.nu.6. verſi. 6. concluſio de teſta.& D.Ant.de Padilla. in d. Auth.hoc amplius.nu.6.

19 ¶Nec annus in eadẽ.l.contentus reſtringi poterit,ex eo,quod ad huiuſmodi oneris adimplemẽtum minus tempus ſufficere videatur. †Nam quamuis verum ſit, quòd ex cauſa iudex regulariter valeat terminos à legibus aſſignatos reſtringere,ſeu prorogare. prout arbitratur Bart.in l.2. ff.de re iudi.nu.4.quem ibidem cõmuniter Scri. ſequuntur.Ex probat ex tex.in c. cum ſit Romana vbi gloſſ.& Scrib.id not.de appella. Id tamen non procedit quando lapſo termino alicui ponitur pœna priuationis,vel alia ſimilis.Tunc namque iudex etiam ex cauſa non poteſt huiuſmodi dilationem reſtringere,prout dixit gl.in c.1.verb. *Trinam vocationem*. de mili. vaſal. qui contumax eſt in vaſ.feud.Bal.in l.de die.in pr.4.col.ff.qui ſatiſda.cogan. Feli. qui plura refert in d. c. cùm ſit Romana.de appellatio.num.5.vbi etiam idipſum cenſuit Deci.nu.24.

20 ¶Hæc autem,ſicut,& alia etiam,quæ denuò Maioratibus applicantur,exactius diſcutienda,atque conſideranda ſunt.Videtur nanque quodammodo iniuſtum,quòd detur annus ad implendas eas cõditiones,quæ tã facile impleri poſſunt,& quòd is annus non currat ante iudicis requiſitionẽ: ideóque

deóque in hac queſtione diſtinguendum erit. Nã aut preceptum hoc nominis, ſeu armorum delationis, in vltima voluntate appoſitum eſt; ſeu appoſitum fuit in contractu.

¶In primo caſu ſubdiſtinguendum erit. Nam aut præceptum appoſitum fuit in vim conditionis, aut in vim modi. †Si in vim conditionis preceptum appoſitum fuit, dicendum eſt, Maioratus ſucceſſorem debere præceptum hoc adimplere: quam primùm poterit, & ſi illud non adimpleuerit Maioratus ſucceſſionem ſibi non deferri, atque ipſo iure in ſequentem ſucceſſorem trãſire, nec in hoc caſu eſſe neceſſariam interpellationem, nec monitionem, nec expectandum eſſe anni lapſum, nec admittendam eſſe more purgationem in præiudicium ſequentis ſubſtituti. Quę omnia optimè, atque eleganter ex pluribus probat Pariſius d. conſi. 19. nu. 197. & nu. 199. & 200.
21 & nu. 204. & nu. 221. & per totum conſi. Cuius dicta hic repetere non libet: quia apud ipſum facile videri poterunt. †Idque verum, ac probabile mihi videtur: dummodo cõtrauentio conditionẽ non caſu, ſeu ex modica negligentia: ſed ex propoſito, & cum perſeuerantia facta ſit. Nec ex aliqua cauſa excuſari poſſit: quòd ſi vltra hæc ſequẽtis ſucceſſoris interpellatio cõcurrat, poſt illamque poſſeſſor in voluntatis inſtitutoris contrauẽtionem procedat hæc omnia extra dubitationis aleam verſabuntur.

22 ¶Nec obſtat. tex. in d. Auth. hoc amplius. Nam ſi bene conſideretur eius deciſio. non poteſt aliquo pacto, ad caſum, de quo agimus adaptari. †Ea nanque lex loquitur: quando hæreditas iam ab hærede acquiſita eſt, & eius dominium in illũ tranſlatum. Quo caſu ad priuandum quem dominio ſemel acquiſito omnia illa, quę in d. Auth. continentur, neceſſaria ſunt. Nos autem loquimur in caſu, in quo in Maioratus ſucceſſorem eiuſdem ſucceſſio delata non eſt: ſed in euentum cõditionis ſuſpenſa, in qua ſpecie non omnia, quę in d. Auth. appoſita ſunt, requiruntur: ſed ſola cõtrauentio ſucceſſoris efficit, vt ſubſtitutioni ſequenti locus ſit. Non enim debet ſucceſſio Maioratus tanto tempore impendenti eſſe: alias nãque ſequeretur quòd poſſet quis pluribus annis implementum conditionis non requiſitus, vel requiſitus ſaltim per annum differre, & quod toto hoc tempore Maioratus ſucceſſio aduerſus omnes iuris regulas in ſuſpenſo eſſe poſſet. Quod nullo pacto dicendum erit.

¶Quòd autem d. Auth. hoc amplius in iure iam quæſito, non autem in quærenda intelligenda ſit. ex eius litera apertiſſime probatur. Idque in ſpecie aduertit Corneus. in l. fin. C. de fideicommiſ. nu. 4. fin. verbo. Idem Corn. in d. Auth. hoc amplius. ante num. 1. Quod etiam optime declarat Pariſ. qui plura in idem adducit d. conſil. 19 num. 214. cum ſeq. li. 2. qui in id omnino videnduserit

23 ¶Si verò † in vim modi præceptum appoſitum fuit: tunc prima facie videtur dicendum, quod diſpoſitio. d. Auth. quo ad omnia ſeruanda ſit, cùm enim iam agamus de Maioratus ſucceſſione acquiſita tollenda erit neceſſario d. Authent. deciſio ſeruanda.

¶Sed quanuis in caſu de quo agimus, ad priuandum quem Maioratus ſucceſſione iam acquiſita non diffiteamur interpellationem neceſſariã eſſe: non tamen credimus annum eſſe expectandum ad Maioratus tranſlationem in ſequentem efficiendam. Nam præter quam quòd agamus de grauamine, quod nullum tempus ad ſui implementum requirit: ſed vel momẽto adimpleri valet, de quo veriſimiliter d. Auth. non loquutam fuiſſe cenſendum eſt: in hoc tamen caſu longe alia ratio, quam in caſu d. Auth. verſatur. In ea namque priuatur quis hæreditate, ex eo, quod nõ adimplet illud, quod teſtator præcepit. In caſu autem, de quo agimus: non ſolùm Maioratus ſucceſſor non adimplet præceptum defuncti: imò omni tempore, quo aliud nomen, atque alia inſignia defert, efficit contrarium eius, quod Maioratus inſtitutor præcepit, & contemnit eius voluntatem, eique iniuriam irrogat. Quod ſatis diuerſum eſt, ab eo, quod in d. Auth. hoc amplius diſponitur. Ideóque potiori ratione Maioratus ſucceſſione, etiam ante anni lapſum priuandus erit. cùm non ſit veriſimile Maioratus inſtitutorem permiſiſſe quod per tempus anni, imo nec per vnum menſem. vel diem eius voluntati contraueniretur, vt optimè cõſiderat Pariſ. d. conſ. 19. num. 10. cum ſeq. Qua ratione nulli dubium: niſi, quod terminus à d. l. aſſignatus in caſu de quo agimus poſt requiſitionem arbitrio iudicantis reſtringi poſſit.

24 ¶In ſecundo caſu † quando ex cõtractu Maioratus inſtitutus fuit, dicendum erit in vtroque caſu à fortiori id ipſum, quod in conditione, vel modo in teſtamento, atque vltima voluntate adiectò à me ſupra concluſum, atque reſolutũ fuit, ſeruandum eſſe. Cùm tex. in d. Auth. hoc amplius non in contractibus: ſed in vltima voluntate loquatur, atque in contractibus conditiones, ac modi intra illud tempus, intra quod commodè impleri poſſunt, adimplendi ſint, vt traditum eſt ab Scrib. in l. ita ſtipulatus *la grande*. & in l. Inſuſam. ff. de verb. obliga. & in l. 1. C. de don. quæ ſub mod. Quæ omnia in Maioratibus apertius procedunt. in quibus frequenter adiici ſolet, quòd ex quacunque conditionum contrauentione poſſeſſor Maioratus ſucceſſione priuetur, & in ſequentem transferatur.

25 ¶Hæc † autem omnia, quæ de huiuſmodi grauamine nominis, atque armorum delationis adimplendo diximus ſeruari debent: quando nomẽ, & etiam arma honeſta ſunt: ſecùs autem ſi nomẽ, & arma inhoneſta ſint. Veluti ſi homini nobili, vel illuſtri pręcipiatur, quòd cognomine alicuius hominis viliſſimi, ſeu plebeij, vel alias infamis appelletur, vel quòd eius arma deferat. Tũc namq; huiuſmodi conditio tãquam turpis, & inhoneſta ex Maioratus inſtitutione reiicitur, ſecũdũ diſtinctiones quas in capitibus præcedentibus præmiſimus. Poterítq; Maioratus ſucceſſor hac cõditione non obſeruata Maioratũ ipſum cõſequi, quod probat tex. ſing. in l. facta. §. ſi ſub cõditione. verſ. ſi verò nominis. ff. ad Trebel. Ex cuius tex. deciſ Accurſius. ibidem in gl. verbo. *Conditio gloriatur de nomine ſuo.* Quem tex. Scri. pluribus in locis cõmendare ſolent, eiuſque deciſio optima, atque morali ratione procedit. Honeſta nãque nomina ob omnibus nationibus ſemper magni æſtimata fuerunt. Adeò vt dixerit Cinus. in l. 1. 2. notab. C. de ſumma Trin. & fide Cath. quòd magnũ quid reputatur habere pulchrũ nomen. Et Ang. in l. 1 C. de lega. quòd melius eſt bonum nomen omni theſau. Et Salic. in l. 1. de ſũma. Trin. quòd parentes debẽt filiis ſuis imponere nomina honeſta, & authoritatis: non autem turpia & quodammodò infamiam

V.e Greg. Lopez in l. 3. tit. 9 p.a 6 gl. 2. incipit otra onestidad.



importãtia. Et Ioan. And. in c. grauis de depoſito. Quod etiãſi nomina honeſta venderentur, magno pretio deberent emi. Et Solomõ, Prouer. c. 22. quod melius eſt habere bonũ nomẽ quã diuitijs abundare, quæ & alia congerit Segura in rep. l. Imperator. col. 3. ff. ad Treb. & alibi ſępè Scri.

26 ¶Sed dubitari ſolet, quid efficiendũ ſit: † quando quis ſuccedere debet in duobus Maioratibus. In quorũ vno pręcipitur, quod eius ſucceſſor appellari debeat ſolo cognomine eiuſdem familiæ abſq; mixtura alterius nominis, & deferre arma eiuſdẽ familiæ ſola, & abſque mixtura aliorũ armorum, ſeu inſigniorum, & in altero pręcipitur, quod debeat deferre nomen, & arma eiuſdẽ familię, quod pluries cõtingere ſolet. In qua quęſtione dicendũ eſt, horum Maioratuum ſucceſſorem non poſſe in vtroque ſuccedere: ſed neceſſariò vnum omittere debere, & alium retinere. Cùm enim in vno præcipiantur deferri nomen & arma ſola, & in altero præcipiantur deferri ſimpliciter: conſequẽs eſt vt ſucceſſor non poſſit vtrunque præceptum adimplere: imò debeat neceſſariò in vno eorum deficere, atque vnius Maioratus ſucceſſione carere: cùm vt ſuperiùs diximus hoc nominis, atque armorum præceptum inſtiſſimũ ſit, atque in nominis, atque familiarum cõſeruationem introductum, quæ ex immixtione plurium nominum, & inſigniorũ cõfunduntur atque obliuioni traduntur, vt inferiùs dicemus. Ideóque is, qui huiuſmodi pręceptũ non ſeruauerit Maioratus ſucceſſione priuãdus erit, & eius ſucceſſio in ſequẽtem vocatũ tranſibit. Quod in caſu, de quo agimus probatur ex eleganti doctrina. Bal. in final. C. de edicto. Diui. Had. tollen. n. 43. vbi inquit, quod excluditur inſtrumẽtũ, cuius virtute aliquis prætendit bonorum poſſeſſionem: ſi ex aduerſo producatur aliud, ex quo vtrunque cõſtet eſſe incompatibile. Cuius dictum ſequitur ibidem Iaſ. n. 33. Idẽ Bal. in l. 1. n. 23. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. l. final. vbi per Scrib. C. de codicil. Facit tex. vbi Ang. & Imol. in l. eum qui duobus. ff. de acquir. hære. Ang. in l. ſi is, qui nepotem. ff. de adoptio. Cinus. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſta.

27 ¶Horum autem ratio eſt: quia † omnia incõpatibilia quodammodò ſunt cõtraria: prout dixit Bal. in l. incerti. n. 8. C. de interdict. Idẽ Bal. in d. l. fina. C. de edicto Diui Hadrian. tollen. numer. 43. facit tex. in l. 1. C. qui accuſ. nõ poſſ. & in l. optimam. C. de contrah. empt. Idem Bal. in l. 1. C. ſi ſeruus extero, vbi inquit, quod cõtraria ſunt, quorum finis eſt contrarius, & incompatibilis. Si igitur incompatibilia contraria eſſe reputantur: conſequẽs eſt, vt nullo pacto valeant in vna, atque eadem perſona concurrere: quoniam ſecundùm Philoſophum. 2. Topi. c. 21. Impoſſibile eſt cõtraria eidem ineſſe. l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de cond. & demonſt. c. ſolicitudinem, vbi latiſſimè per Scrib. de appel. Et quãdo contraria coniunguntur, neceſſariò eſt, vnum eligendum, & aliud reiiciendum. l. 1. vbi Bal. Salice, & cæteri. C. de furt. & electio vnius ex cõtrariis impedit natiuitatem alterius, vt probatur in ead. l. 1. C. de furt. & in l. qui ſeruum. C. de actio. & oblig. notat Bal. in l. in rebus. num. 2. C. de iur. doti. Idq; quando in Maioratu nomen, & arma ſola deferri iubẽtur, veriſſimum, atque ſic obſeruari ſolitũ eſt.

28 Sed † quando concurrunt duo Maioratus, in quibus iubentur deferri ſimpliciter nomen, & arma vniuſcuiuſque inſtitutoris, dubitari ſolet, vtrum ſucceſſor excludatur à ſucceſſione vnius, alteróq; debeat eſſe contentus, ſeu poſſit in vtroque ſuccedere, nomen, & arma vtriuſque ſimul deferẽdo. Cùm nullus ex eis diſpoſuerit, nomen, atq; arma. ſua ſola deferenda eſſe. In qua quæſtione pluribus viſum fuit idem, quod in pręcedẽti quæſtione dicendum eſſe: nam eo ipſo, quod quis pręcipit ſucceſſoribus, vt nomen arma ſua deferant, videtur præcepiſſe ea ſola, atque abſque immixtione alterius nominis, & armorum deferenda eſſe: etſi id non expreſſerit. Cùm enim nominis, atque armorum delatio ob familiæ, ſeu agnationis conſeruationem introducta ſit: prout ſuperiùs oſtẽſum eſt: conſequens eſt, vt qui nomen, & arma ad familiæ conſeruationem deferre iuſſus eſt, debeat neceſſariò illa ſola deferre. Cùm † ex immixtione nomi-
29 nis, & armorũ alterius familiæ, inſtitutoris familia, confundatur, atque eius memoria obliuioni tradatur, nec in poſterum diſcerni valeat: an huius familiæ, vel alterius ſucceſſor quis ſit, quod in ſpecie notat Ioan. de Ana. cõſ. 86. n. 2. vbi ſing. inquit, quod ſi teſtator pręcipiat ſucceſſorib. quod depingãt arma ſua in Capella, quã cõſtruxit, quod ſucceſſor in patronatu tenebitur ipſa arma, ſeu inſignia, apponere ſola, atq; abſque aliorum armorum immixtione: quia teſtator hoc fecit, cauſa memoriæ ſuæ conſeruandæ, & propter aliorum armorum immixtionem eius memoria confunditur, atque obliuioni traditur. Cuius opi. ſequitur Ludo. Bologni. in additione quam poſuit ad pręedictũ conſiliũ Ioan. de Anna. nu. 3. Idem in effectu arbitratu Anchar. conſ. 113 n. 3. dicẽs, quod quãdo arma pręcipiuntur apponi in aliquo loco à teſtatore pro cõſeruatione memoriæ debent apponi ſola, atque ſine aliorum armorum immixtione & qnanuis in caſu de quo agebatur in prædicto cõſilio, ipſe Ancharra. cõcludat, quod poſſint apponi alia arma ſimul cũ inſigniis teſtatoris, id reſoluit ex eo, quod teſtator ibi non præceperat, quod arma apponerẽtur pro cõſeruatione familię, ſeu memorię ſuę: ſed potiùs pro animę ſuę ſalute: ſed in caſu in quo, id præcipitur pro conſeruatione familiæ, ſeu memoriæ, prout in caſu de quo agimus, proculdubiò exiſtimat, quòd non poſſunt cum inſigniis teſtatoris, alia arma depingi. Quod etiã apertiùs verum eſſe exiſtimat. Cæſar Lamberti. de Iur. patro. l. 3. 5. q. princ. arti. 4. n. 2. & 8. cum præcedent. & ſequen. Vbi latiſſimè proſequitur materiam intelligẽs d. conſ. Ancharra. eo modo, quo nos anteà illud intelleximus. Quæ omnia comprobãtur ex eo, quòd omnis diſpoſitio teſtantis ſemper intelligenda ſit ſimpliciter, nec verificari poſſit: in caſu vbi aliquid mixtum inuenitur. l. hoc legatũ. ff. de lega. 3. l. Titiæ textores vbi. Bal. & Scri. ff. de lega. 1. Soci. conſ. 12. n. 40. lib. 4.

30 ¶Quamuis autẽ hęc vrgere videãtur, atque dum caſus occurrerit, ſummè conſideranda ſint. Nunquam tamen in forenſibus controuerſiis admiſſa fuerunt. Idque ea ratione, quia à Maioratuum inſtitutoribus ſemper duæ formæ diuerſæ præcipiẽdi nomen, & arma deferri, ſeruari ſolitæ ſunt, prima præcipiendi nomen, & arma ſola, & abſque, aliorum immixtione deferri, altera iubendi ſimpliciter, vt nomen, & arma deferãtur. †Ex quo fit vt quãdo Maioratus inſtitutor non adiecerit verbum illud: ſola, cenſendus ſit: ſolum voluiſſe, vt Maioratus ſucceſſor nomen, & arma ſua deferret, ſiue ſola, ſiue cum alterius nominis, & armorum

adiectione. Si enim aliud voluiſſet, expreſſiſſet. l. vna. §. ſin autem cum ſimilib. C. de Cadu. tollen.

¶Item is, qui nomen, & arma alterius deferre iuſſus fuit clariſſimum eſt, quòd adimplet Maioratus inſtitutoris præceptum, nomen, & arma deferendo, & ſi aliud nomen, & arma illis adiungat. Ideóque cùm Maioratus inſtitutor vlterius non proceſſerit, non eſt cur ad præceptum ex quo tantus tigor iniũgitur, diſpoſitionem teſtandis extendamus eo præſertim, quòd huiuſmodi pręceptum onus contineat. Ideóque intelligẽdum ſit, eo modo quo ſucceſſorem minus grauare poteſt. l. numis. cum ſimilib. ff. de lega. 3.

31 ¶Pręterea †hoc etiam ex generali Hiſpaniæ conſuetudine comprehenditur, ex qua hucuſque obſeruatum fuit, vt omnes Maioratuum poſſeſſores pro ſuæ voluntatis arbitrio, nominibus, & inſigniis inſtitutorũ alia nomina, atque inſignia frequenter adiiciant: præſertim ſi ex aliorum Maioratuum diſpoſitionibus ad id teneantur: cum qua mixta nominis atque armorum delatione familiã, atque memoriam omnium conſeruant. Ideóque Maioratuũ inſtitutiones, ſecundùm regionis conſuetudinem accipiendæ ſunt. l. ſeruus plurium. §. 1. cum ſimilibus. ff. de legat. 1.

32 ¶Nec obſtat ſi dicatur non conſeruari familiam, nec memoriã inſtitutoris ex hac mixta nominis, atque armorum delatione. †Nam quamuis negari non poſſit: quin melius conſeruetur memoria ex nomine, & armis ſimplicibus, quàm mixtis. Illud tamẽ certiſſimum eſt ex nomine & armis mixtis memoriam vtriuſque inſtitutoris conſeruari, & ſufficit, quòd aliquid benefiat: quamuis meliùs fieri poſſit. l. cum quidam iunctis his, quæ ibi notantur per Scriben. ff. de lega. 2. præſertim cum in hoc concurrat Hiſpaniæ conſuetudo, quæ quoad hoc potiſſimè cõſideranda eſt. Et ſecundùm quam inſtitutio Maioratus interpretari debet.

33 ¶Similiter etiam †non obſtat tex. in d. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. vbi diſpoſitio teſtãtis verificatur in caſu ſimplici: non autem in caſu mixto. Nam illud verum eſt: quãdo mixtum eſt inſeparabile: ſecus autem quando ſimplicia, quę miſcentur, ſeparationem recipiũt: prout eſt nominis, & armorum delatio. In his namque ſub ſimplicibus mixtum continetur. Text. in Authent. de non eligendo ſecundo nubentes. §. aliud verò. ver. *Siverò permixtæ ſint*. collat. 1. Sícque id intelligit, atque declarat Alexand. in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. n. 2.

34 ¶Item, quòd in hac ſpecie caſus mixtus comprehẽdatur, fauorabile eſt Maioratus ſucceſſori: cum ea prouiſio onus cõtineat, & †in fauorabilib. ſemper ſub ſimplicibus caſus mixtus comprehenditur. l. ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſth. l. Titiæ textores. ff. de lega. 1. & vtrobíque per Scrib. Alexand. n. 2. in d. l. 2. in prin. ff. de verb. obliga. vbi communiter Scrib. id notant.

35 ¶Quod præſertim procedit: quãdo quis nomẽ, & inſignia inſtitutoris cæteris nominibus, & inſigniis præponit. †Semper namque ſub ſimplicibus caſus mixtus cõprehenditur: quãdo caſus mixtus magis participat de illo ſimplici, de quo facta eſt prouiſio: quàm de alio. l. cum quæritur. ff. de ſtatu. homin. Alexand. in d. l. 2. in principio. numero 2. Quem etiam ibidem cæteri Scribent. ſequuntur. Hoc tamen vltimum procedere poterit: quando nomen, & arma inſtitutoris, ſucceſſor ex neceſſitate defert: cætera autem volũtariè. Si enim vtraq; ex præcepto inſtitutorum diuerſorum Primogeniorum deferret, procedere nõ poſſet. Cùm illud, quod reſpectu vnius Maioratus ei prodeſſet, reſpectu alterius noceret. Sícque hęc intelligi, atque practicari ſolent.

36 ¶Illud autẽ animaduertẽdum eſt, quòd †quando in vna perſona cõcurrunt duo Maioratus, ex quorum legibus tenetur vtriúſque inſtitutoris nomẽ, & arma deferre, tenebitur ſucceſſor nomen, & arma Maioratus antiquioris nomini, & armis Maioratus recentioris præferre. Quando enim duo eiuſdem qualitatis concurrunt, pręferẽdus eſt antiquior iuniori. l. 1. C. de conſulibus lib. 12. l. 1. C. de præfect. præto. eodem lib. l. vnicuique. C. de proxi. Sacro. Scriben. eod. lib. l. 1. ff. de albo Scrib. quod inter omnia, in quibus pręcedẽtia conſiderari poteſt perpetuum eſt, vt ex plurib. probat Iaſ. in l. cũ quid. ff. ſi certum petatur. numero vndecimo. cum ſequentib. Boerius. de autho. mag. conſ. n. 86. cum ſequentib. Iacob. Philippus Portius conſ. 167. nu. 60. cum ſeq.

37 ¶Hoc tamen fallit niſi Maioratus recẽtior ſit maioris qualitatis, magnitudinis, atque excellentiæ. Tunc namque is Maioratus præferendus erit antiquiori. Illud namque, quod de antiquiore præferendo diximus, intelligendum eſt, data qualitatum pa tate. Secùs autem ſi alterius magnitudo præcellat. Idque ſic in ſpecie dixit gloſ. in Authẽt. de monachis. §. ordinationem verb. *Tempus*. coll. 1. l. prouidendum. C. de poſtulan. l. 1. verb. *Ordine ſtipendiorum*. C. de princip. agen. in reb. libr. 12. Quibus plura cumulant Iaſon. in d. l. cum quid. d. numero vndecimo. cum ſequentibus, & Boerius. de autho. mag. conſ. n. 90. cum ſeq. vbi latiſſimè proſequitur materiã. Iacob. Philippus Portius. d. conſ. 167. nu. 22. cum ſeq.

38 ¶Secũdo †fallit niſi Maioratus antiquior procedat ex parte matris: recẽtior verò ex parte patris. Tũc namque, nomen, & arma paterna debent materna pręcedere. Idq; probatur ex eo, quòd †filij nõ debent nomen, ſeu inſignia materna: ſed ſolùm paterna deferre. Cùm patris non matris nobilitatem aſſequantur: prout in ſpecie dixit Dominicus. in c. ſtatutum. el. 2. de hæretic. libr. 6. columna ſecunda. vbi ex eodem text. notat, †quòd filius non debet portare arma familiæ maternæ: ſed paternæ. Idque notant Hoſti. Ioan. Andreas. Panorm. & cæteri. in capitul. Rainutius de teſtam. reprehendentes eos, qui faſtu quodam ſuperbiæ ſibi cognomẽ matrũ imponunt, quia ſunt patribus nobiliores, ex eo arbitrantes nobilitatem ſibi comparari vbi Guillelm. Benedict. verb. Rainutius de Clera. nu. 1. cum ſequent. plura in idem adducit. Idipſum etiam dixit Tiraquel. de nobilitat. cap. 18. num. 21. Ex quo fit, vt quando filij ex præciſa neceſſitate debent nomen & arma paterna, atque materna deferre debeant paternum nomen, & arma matris inſigniis, ac denominationi præferre. Sícque ſemper obſeruari ſolitum eſt. Idque ſic in ſpecie reſoluit Chaſſane. in Cathalogo gloriæ Mundi. 1. parte concluſione 46.

40 ¶Ex quib. cenſuram patitur id, quod dixit Carolus Moli. in conſuetud. Pariſi. titul. 1. §. 29. numero tertio. vbi ſatis liberè inuehitur contra nos Caſtellanos, ex eo, quòd cùm Regnum Legionis eſſet antiquius, ac nobilius Regno Caſtellæ, eáque ratiõe debuiſſet Regnũ Caſtellę pręcedere: nos tñ Caſtellã Legioni, id non obſeruãtes, pręponimus.

¶Sed



¶Sed † quanuis Carolus Molin. de hac re ab eo penitus extranea ſatis inſolenter, vt aſſolet, loquatur: iuſtiſſima tamen ratione id à maioribus noſtris factum fuiſſe, ſemper exiſtimauimus. Huius autem rei tres cauſæ mihi præcipuè videntur, quas hic breuiſſimè aſſignabo.

41 ¶Prima, † quod quanuis ſatis compertum ſit Regnũ Legionis vetuſtius Regno Caſtellæ fuiſſe eidémque olim imperaſſe. Cæterũ anguſtias eius Regionis nullatenus cum Caſtellæ amplitudine potuiſſe conferri: ſiue quæſita iam, & erepta à Mauris, ſiue eripienda poſtmodum quiſquam cõſideraret. Indéque ex his, quę paulo antè dicebamus, optimo iure Regni magnitudinem prælatam fuiſſe vetuſtati.

42 ¶Secunda: †quia, vt etiam exploratiſſimũ eſt in Ferdinando Primo, Caſtellæ Regnum hæreditarium fuit: Legionenſe autem dotis nomine cum Sanctia Veremundi tertij ſorore ad eundem Regem Ferdinandum peruenit. Præferrique debuit virilis ſtirpis imperiũ fœmineo, maternáque inſignia parentis inſigniis cedere debuerũt. Quam rationem aſſignat Pala. Ruui. de obten. Reg. Nauarræ 6. par. §. 8.

43 ¶Quod ſi quis opponat Ferdinandi Quinti Catholici Regis coniugiũ cum Iſabella in quo vxoris inſignia præcipuum locum vſque in hunc diẽ conſeruarunt, id pacto, non iure factum fuiſſe reſpondere ſufficeret. Sed vt pacto etiam ius, ſeu ratio non deſit, ſciendum eſt, controuerſum ſatis eo tempore fuiſſe vtrum Ferdinandus ipſe, an Iſabella Regni Caſtellæ verus, & legitimus eſſet hæres, quemadmodum latè eſt in eorum Hiſtoria diſputatum. † In ea autem ambiguitate, quæ ſibi eſſet admodum honorifica Ferdinandus non dubitauit Caſtellæ inſignia tanquam ſua legitima, & hæreditaria non ab vxore accepta præferre.

44 ¶Tertia, quòd cum Caſtellani, ac Legionenſes eo tempore antiquam Hiſpaniæ Regni originem contemplarentur, & priſtinam Gothorum gloriam recolerent, † Caſtellæ fuiſſe Imperium, ac Principatum animaduertebant, & vt antiqua illa regni Hiſpanię gloria reſtituta videretur, nõ denuò exigua aliqua, & obſcura origine inchoata Regni Principatum, & honorem in Caſtellam ab Legione meritò transferendum conceſſere. Suam namque nimirum gloriam eſſe Legionẽſes verè reputabant quicquid æſtimationis, dignitatis, & gloriæ in Caſtellam trãsfunderent: quaſi ab ipſis recuperatam priorem & amplitudinem, & maieſtatem Hiſpania eo facto declararent. Ideóque id, quod tot ciuilibus, & moralibus rationibus in Hiſpania obſeruatum hucúſque fuit, immeritò, à viro Gallo & extero, Hiſpanæque obſeruationis ignaro taxatur.

45 ¶Illud autẽ animaduertendũ eſt †, quòd quãuis ex quadam decentia Maioratus ſucceſſor, cui in duobus Maioratibus ſuccedere cõtingit, debeat in nominis, atque armorum delatione præfatum ordinem ſeruare: ad id tamen præcisè aſtringi nequit: ſed cõſuetudine obſeruatum eſt, vt ea poſſit pro voluntatis arbitrio, ordine quo voluerit deferre: dummodò vtriuſque Maioratus inſtitutoris nomen, & arma deferre non omittat.

46 ¶Sed dubitari etiã poteſt: †vtrũ ſi in Maioratu hoc nominis, atque armorum ferendi præceptũ omiſſum ſit, nihilominus tamen Maioratus ſucceſſor teneatur nomine Maioratus inſtitutoris appellari, atq; eius inſignia deferre, vel poſſit eius nomine, atque inſigniis omiſſis Maioratũ ipſum obtinere. In qua quæſtione videtur dicendũ ſucceſſorem nihilominùs nomen, & arma teſtantis deferre aſtrictũ eſſe. Cùm enim finis præcipuus Maioratuum in familiarum, atque memoriæ conſeruatione, vt pluries oſtendimus, verſari ſoleat. Idque nullo alio medio: quàm ex nominis, & armorum delatione effici poſſit, atque ex eorum omiſſione memoria inſtitutoris omninò pereat, atque penitùs aboleatur, vt notiſſimum eſt: conſequens eſt, vt is, qui Maioratum inſtituit veriſimiliter credendum ſit hoc ipſum voluiſſe: etſi id non expreſſerit. Veriſimile namque habetur pro diſpoſito, vt ſupra lib. primo, capi. quarto. nu. 24. latiùs oſtendimus. Quibus adiicitur communem horum Regnorum obſeruationem, & conſuetudinem eſſe, vt nullus Maioratus abſque nominis, atque armorũ delatione inueniatur. Quod etiam prouenit ex ipſa Primogeniorum natura. Ex quo fit, vt Maioratus ſimpliciter inſtitutus ſecundùm Maioratuum conſuetudinem, & naturam factus cenſendus ſit, & ſi id expreſſum non fuerit: prout in Maioratu, feudo, & Emphyteoſi ego ſupra libro primo, capitulo tertio, nume. primo. cum ſequent. apertiſſimè probaui.

¶Ex aduerſo autem obſtare videtur, quòd hoc armorum præceptum onus contineat. Ideóq; in dubio potiùs eius omiſſionem, quàm adiectionẽ præſumẽdam eſſe. Semper enim diſpoſitio ita interpretanda eſt, vt perſona honorata minus grauetur: prout ſupra iſto libr. capitulo quarto. n. 9. latiùs oſtenſum eſt. Quod præſertim in his efficiendum eſt, in quibus ob non impletum teſtantis præceptum priuatio Maioratus induci poteſt. Cùm pœna priuationis nullo pacto ſit inducenda: niſi vbi expreſſè à lege, ſeu Maioratus inſtitutore appoſita eſt. Ex his quæ etiam ſupra libro primo, c. 9. num. decimo. annotauimus. Ex quib. hæc quæſtio dubia redditur.

¶Sed cùm familiarum nobilium conſeruatio, Reipublicæ ſummè conueniens ſit ex deciſione tex. in l. 1. §. publicè. ff. de ventr. inſpi. cum ſimilib. Eáque ex nominis, atque armorum delatione pẽdeat, nõ quid abſonum feciſſe arbitraremur, cum iudicem, qui de hac re aditus, ſucceſſorem Primogenij, quod vir aliquis nobiliſſimus inſtituit, ad nominis, atque armorũ eiuſdẽ delationem aſtrinxerit. Id nanque ex ipſa Maioratus natura, atque ex Hiſpana etiam conſuetudine, atque ex veriſimili mente diſponẽtis palam deducitur. Ex quibus plura alia Maioratuum, atque memoriæ conſeruationem attinentia ab inſtitutoribus omiſſa Scriben. paſſim ſupplère ſolent: prout ſupra libro primo capitulo quarto, nume. 13. cum ſequen. latiùs oſtendimus. Tametſi nõ diffiteamur, quoad pœnam priuationis aduerſus ſucceſſores huiuſmodi præceptum non implentes in caſu de quo agimus maximo adhibito tẽperamento eſſe procedendum. Cùm ea non niſi in caſibus à iure expreſſis inducenda ſit, ideóque in hac re aliis pœnis potiùs quam Maioratus priuatione procedẽdum eſt. de quo tamen cum caſus contigerit deliberandum erit.

47 ¶Illud autẽ vltimo loco annotandum eſt, † huiuſmodi præceptum armorum delationis adimplendum eſſe, etiam quando Maiotatus inſtitutor


illa

illa in Capella, vel ſepulchro imponi præceperit.
Huiuſmodi namque præceptum, quod etiam ad
memoriæ, atque familiæ conſeruationem dirigi-
tur, honeſtum eſt. Cùm ex eo præſertim alij no-
biles ad ſimilium operum conſtructionem alli-
ciantur. Quod in ſpecie dixit Guido Papæ de-
ciſione. 251. quem ſequitur Greg. Lopez. in l. 3. tit.
48 4. part. 6. in gloſ. verb. *Contra honeſtad.* †Niſi iu-
beatur fieri in Capella, vel ſepulchro vltra armo-
rum appoſitionem aliquid, quod ſapiat gentilita-
tem. Tunc námque tale præceptum reiicien-
dum erit: prout arbitrantur Angel. & Ioan. de
Imola. per text. ibi in l. ſeruo alieno. §. fin. ff. de le-
ga. 1. atque Barba. in cap. 1. colum. 10. de iur. calum.
Quos ſequitur Greg. Lopez. in d. glo. verb. *Contra
honeſtad.*

49 In quo tamen animaduertendum eſt, †quòd illi, qui faciunt in ornamentis, quæ Eccleſiis donant, vel in capellis quas ibi conſtruunt, apponi arma ſua, perdunt meritum, ſi illud faciant ex iactantia, vel inani gloria. Secùs tamen ſi illud ad alium rectum finem ordinauerint: prout arbitratur Dominicus, qui ſic intelligendus eſt. in capit. duæ ſunt. circa medium. 45. diſtinctio. quem ſequitur Barth. de Landria. in apoſtilis ad Panor. in cap. dilecta. de exceſſi. Præla. & Chaſſane. in Cathalogo. Gloriæ Mundi part. 1. concluſ. 13. Felin. in capit. Tertio loco. de proba. numer. 1. Purpuratus. in l. 1. nume. 156. ff. ſi cert. peta. Greg. Lopez. in dict. l. 3. in gloſ. verb. *Contra honeſtad.* Et hæc de armorum, & nominis grauaminibus dixiſſe ſufficiat.

*SVMMARIA.*

1 *Maioratuum inſtitutores filiis maſculis alimenta: fœminis verò dotes competentes relinquere debent.*
2 *Alimenta, ſeu dotes loco legitimæ ſubrogantur.*
3 *Mater non tenetur alere filium: niſi in ſubſidium, vel intra triennium.*
4 *Mater, quæ Maioratum inſtituit indiſtinctè tenetur filiis alimenta miniſtrare.*
5 *Aui, & proaui, & cæteri aſcendentes, ſi Maioratum inſtituant, tenentur deſcendentibus, quibus legitima debetur, alimenta atque dotes relinquere.*
6 *Parentes Maioratum inſtituentes, tenētur filiis alimenta relinquere, etiam ſi filij aliunde ſe alere poſſint. Differentia inter alimenta quæ iure actionis & officio iudicis debet aſſignari.*
7 *Parentes Maioratum inſtituentes, tenentur dotem filiæ relinquere: etiāſi ſit dotata, vel aliunde dotari poſſit.*
8 *Dos, & alimenta æquiparantur.*
9 *Alimenta alicui debens, poteſt eidem illa annuatim, atque ad vitam tantum aſſignare.*
10 *Alimenta à Maioratus inſtitutore præſtanda, non poſſunt in vſufructu ſeu annuo reditu ad vitam ſed in rei proprietate aſſignari.*
11 *Alimenta à Maioratus inſtitutore abſque onere, & grauamine præſtanda ſunt.*
12 *Grauamen toleratur in alimentis in eo, quod metam illorum exceſſerit.*
13 *Dos, & alimenta, quæ à Maioratuum inſtitutoribus filiis relinquuntur, vtrum iure inſtitutionis relinquenda ſint.*
14 *Legitima vtrum hodie titulo inſtitutionis relinquenda ſit.*
15 *Legitima ex iure communi atque Regio partitarum filiis titulo inſtitutionis relinquenda eſt.*
16 *Legitima aſcendentium etiam titulo inſtitutionis relinquenda eſt.*
17 *Legitima etiam hodie titulo inſtitutionis relinquenda eſt.*
18 *L. 1. tit. 5. lib. 5. ordi. quæ hodie eſt. l. 1. tit. 4. lib. 5. in nouo ordina. declaratur.*
19 *Legitima, quibus rationibus titulo inſtitutionis relinquenda ſit.*
20 *Alimenta filiis non ſunt à Maioratuum inſtitutoribus titulo inſtitutionis relinquenda.*
21 *Legitima aucta, ſeu diminuta ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti: vtrum titulo inſtitutionis relinquenda ſit.*
22 *Portio filiis ſimpliciter relicta, titulo inſtitutionis relicta, cenſenda eſt.*
23 *In Regiis facultatibus eſt optimum conſilium adiicere, quòd ſufficiat, quòd alimenta relinquantur quocunque titulo.*
24 *Filij, quibus alimenta non relinquuntur: vtrum poſſint Maioratum nullum dicere, vel Maioratus ſuſtineatur aſſignatis alimentis.*
25 *Filia excluſa ab ſtatuto, ſi prætereatur, non poteſt teſtamentum paternū contratabulare: ſed à fratribus dotem petere debet.*
26 *Statutum permittens aliquem teſtari: dummodò aliquid faciat, non cenſetur teſtamentum annullare ſi illud non fiat: ſed datur actio ad illud adimplendum.*
27 *L. 1. ff. ad l. Falcid. declaratur.*
28 *Dictio, dummodò, non efficit actum conditionalem.*
29 *Dictio, dummodò, importat modum: quando adijcitur actui perfecto, quādo autem adiicitur actui imperfecto importat conditionem.*
30 *Qualitas adiecta diſpoſitioni perfectæ, ſemper denotat modum: etſi adiiciatur per verba denotantia conditionem.*





31 *Conditio quæ tacitè ineſt à iure, ſi exprimatur, non efficit actum conditionalem.*
32 *Conditio tacita nunquam operatur actus contra eam facti nullitatem.*
33 *Eligēda in dubio eſt via, per quā diſpoſitiones hominum non ſubuertantur: ſed potiùs ſuſtineantur.*
34 *Maioratus non annullabitur ex aſſignatione incompetentium alimentorum ſed arbitrio iudicis ſupplebuntur.*
35 *Maioratus non annullatur ex eo, quòd bona pro dote, ſeu alimentis aſſignata euincantur.*
36 *In Regiis facultatibus vtile erit, quòd adiiciatur clauſula, quòd ſi non relinquantur alimenta, vel relinquantur diminuta, Maioratus ipſe non annulletur: ſed ſuſtineatur, aſſignatis alimentis competentibus.*
37 *Dotes, ſeu alimenta aſſignanda filiis à Maioratus inſtitutore, non debent neceſſariò attingere valorem legitimæ.*
38 *Fœminæ excluſæ ab ſtatuto non debet dos conſtitui, quæ attingat valorem legitimæ.*
39 *Alimenta competentia filiis relinqui debent, quod iudicis arbitrio committitur.*
40 *Iudicis arbitrium in aſſignandis alimentis filiis Maioratus inſtitutoris, latiſſimum eſſe debet.*
41 *Alimentorum quantitas in Regiis facultatibus aliquando taxari ſolet.*
42 *Alimenta non ſolùm à Maioratus inſtitutore filiis legitimis: ſed naturalibus, atque ſpuriis relinquenda ſunt.*
43 *Alendi obligatio ad hæredes Maioratus inſtitutoris transfertur, atque ad donatarium omnium bonorum, & ad monaſterium.*
44 *Alimenta ſunt ſoluenda à Maioratus poſſeſſore: ſicut cætera debita Maioratus inſtitutoris.*
45 *Maioratus inſtitutor tenetur filias ſpurias, atque naturales dotare.*
46 *Alimenta non ſunt relinquenda à Maioratus inſtitutore filiis naturalibus, atque ſpuriis: ſi aliunde habeant, vnde ſe alant.*
47 *Filius non tenetur ſe alere ex artificio: ſi ſibi dedecus ſit illud exercere.*
48 *Differentia inter obligationem, quem habet Maioratus inſtitutor ad dotandum vel alendum filios legitimos, vel filios naturales, ſeu ſpurios aſſignatur.*
49 *Maioratus inſtitutor etiam liberos legitimos habens, tenetur ſpuriis, ac naturalibus agentibus alimenta relinquere.*
50 *Dos, ſeu alimenta non poſſunt filiis ſpuriis vltra quintam bonorum portionem relinqui.*
51 *Pater habēs vltra quatuor filios non poteſt filiis illegitimis quintū pro dote, ſeu alimētis relinquere.*
52 *Parens: vtrū poſſit relinquere filiis ſpuriis alimenta vltra quintum: ſi quintum ad illa non ſufficiat.*
53 *L. 10. Tauri, quæ hodie eſt l. 8. tit. 8. lib. 5. noui. ordin. declaratur.*
54 *Pater vtrū poſſit relinquere filio ſpurio quintum integrum pro alimentis: ſi minus ad illa ſufficiat.*
55 *Alimenta filiis etiam ſpuriis ſecundùm dignitatem perſonarum præſtanda ſunt.*
56 *Frater Maioratus poſſeſſor tenetur fratres, atque ſorores inopes alere atque dotare.*
57 *Frater poſſeſſor quantumcunque antiquiſſimi Maioratus tenetur fratres, & ſorores à primo inſtitutore deſcendentes alere, & dotare.*
58 *Frater diues tenetur fratres, atque ſorores inopes alere, & dotare.*
59 *Maioratus poſſeſſor tenetur alere & dotare fratres & ſorores: etiam ſi ex primo inſtitutore non deſcendant.*
60 *Maioratus poſſeſſor non tenetur dotare ſororem vterinam: ſed ſolum vtrinque coniunctam, vel ſaltim eodem parente natam.*
61 *Frater Maioratus poſſeſſor, tenetur alere ſororem tam conſanguineam quàm vtrinque coniūctam, vel ex eodem parente natam.*
62 *Frater Maioratus poſſeſſor, tenetur ſororē vterinam dotare: dummodo dos non excedat alimenta.*
63 *L. cum plures. §. fi. cum ſimil. ff. de admi. tuto. declaratur.*
64 *Frater Maioratus poſſeſſor: nedum tenetur fratres, aut ſorores legitimos alere, ſeu dotare vſque ad quantitatem alimentorum: ſed etiam naturales.*
65 *Frater Maioratus poſſeſſor, non tenetur alere, nec dotare fratres ſpurios, ſeu ſorores ſpurias.*
66 *Tex. in c. cum haberet. de eo, qui duxit in matri. declaratur.*
67 *Frater Maioratus poſſeſſor, non tenetur alere fratrem nec ſororem filios, etiā mortuis parentibus.*
68 *Frater Maioratus poſſeſſor, non tenetur fratres, vel ſorores alere: ſi ipſe fratres parentes, auos, vel proauos diuites habeant, qui illos alere poſſint.*
69 *L. cum plures. §. fi. ff. de adminiſtra. tuto. l. tutor ſecundùm dignitatem. ff. eod. l. qui filium, cum ſimilib. ff. vbi pupill. educa. debe. declàrantur.*
70 *Alimenta iudicis officio petenda, atque præſtanda ſunt.*
71 *Alimenta præſtare recuſans compellendus erit per pignorum capturam, atque diſtractionem.*
72 *Fundus Maioratus aſſignari ſolet ex cuius redditibus alimenta percipiantur: quando Maioratus poſſeſſor alimenta præſtare recuſat.*

73 *Alimenta præſtanda ſunt in principio anni, vel cuiuslibet quadrimeſtri.*
74 *Alimentandus non poteſt compelli ad recipienda alimenta in domo Maioratus poſſeſſoris.*
75 *Alimentorum atque dotis cauſa ſummariè tractanda eſt.*
76 *Alimentorum, atque dotis cauſa vtrum etiã inter laicos coram iudice Eccleſiaſtico tractari poßit.*
77 *Filius non poteſt paſciſci, neque tranſigere ſuper alimentis etiam cum iuramento.*
78 *Alimenta non comprehenduntur ſub renuntiatione legitimæ facta, à filiis etiam cum iuramento.*

## *De alimentis, & dotibus, quæ à Maioratus inſtitutore filiis, ac deſcendentibus relinquenda ſunt, qualitérque hæc obligatio ipſius Maioratus ſucceſſores aſtringat.*

### CAPVT XV.

AD Primogeniorum rectam, atque perfectam inſtitutionem illud potiſſimum obſeruandum eſt, vt†filiis maſculis alimẽta: fœminis verò dotes competentes relinquãtur. Non enim poteſt aliter Primogenium, quod Regia facultate præcedẽte ex filiorum etiam legitima fit, iuſtè conſtitui: prout ſupra iſto lib. c. 1. latè probauimus, atque diſſeruimus. Ideóque ne Maioratuũ inſtitutores, in hac dotium, atque alimentorum aſſignatione errore labantur, quod in maximum conſcientiæ eorum diſcrimen, atque ſucceſſorum perniciem conuerti ſolet. Operæpretiũ duximus in hac parte qualiter hoc munus implendum ſit apertiſſimè oſtendere. In ſimúlque quo pacto huiúſmodi obligatio perpetuò in ipſius Maioratus ſucceſſores trãsfundatur, declarare. Hæc namque omnia aſſidua, atque vtilia ſunt, in forenſibúſque controuerſiis frequenter contingere ſolent.

¶Vt autem quoad Maioratuũ inſtitutores id in primis efficiamus: ſciẽdum eſt, huiuſmodi inſtitutores tempore inſtitutionis: tam ex iuris diſpoſitione: quàm ex facultatum tenore, aſtrictos eſſe filiis maſculis alimenta: fœminis verò dotes competentes aſſignare. Quod ſupra iſto lib. c. 1. n. 10. cũ ſeq. latiſſimè enarrauimus, reſoluimúſque nõ aliter poſſe iuſtè Hiſpanorum Primogenia cõſtitui. Quãuis enim in Regiis facultatibus nullum verbum de dote adiici ſoleat: ſed id ſolùm ſub nomine alimentorum cõprehendatur, nos tamẽ gratia clarioris intelligentiæ in maſculis de alimentis: in fœminis verò de dotibus agemus, vt meliùs dict. Scrib. qui his vocabulis vti ſolent, comprehẽdantur: dummodò id de dote, quæ loco alimentorum ſuccedit, & quatenùs ad alimẽta neceſſaria fuerit: non autem de dote, quæ legitimæ valorẽ attingit, intelligendum ſit. Non. n. ex hoc intendimus Primogeniorũ inſtitutores, ſeu eorum ſucceſſores ad aliud onus aſtringere: quàm ad illud, quod eiſdem ex Regiis facultatibus iniunctum eſt, ſiue ipſum ſub nomine dotis, ſiue alimentorum proferamus.

2 ¶Illud tamen imprimis ſciendum eſt, quod†huiuſmodi dotes ſeu alimenta quæ à Maioratuum inſtitutoribus filiis relinquuntur, in locum legitimæ ſubrogantur, eiúſque naturam in omnibus ſequuntur Bart. poſt Richar. de Malumbre. ibidem in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſtra. numero ſexto Bald. in l. non ſine. numero tertio. C. de bonis quæ libe. Iaſ. in Authent. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. numero 60. Laur. de Pala. in tract. de ſtatutis excluden. fœminas propter maſculos. 1. part. n. 13. cũ ſeq. Alex. conſil. 131. lib. 1. ante n. 1. Xuar. in repe. l. quoniã in prioribus in 2. limita. ad leg. fori. n. 9. C. de inoffic. teſtam. D. Dida. de Couar. in 4. decreta. c. 8. §. 6. n. 15. Alciatus cõſ. 52. n. 15. cum ſeq. Pro qua cõcluſione frequẽter adduci ſolet tex. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. vbi etiam Scrib. id not. atque etiam tex. in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minoribus, quibus plura cumulat Franc. Piſcina. de ſtatuti. excluden. fœmi. n. 132. Idque veriſſimum, atque communiter receptum eſt.

3 ¶Ex quib. primo loco infertur, quod quamuis †mater nõ teneatur alere filium vltra trienniũ niſi in ſubſidium, etiamſi mater ipſa diues ſit. l. pen. ff. de lib. agnoſ. Ripa, qui hanc dixit commun. opin. in l. 1. ff. ſolut. matri. n. 78. l. fin. vbi Doctores. C. de dot. promiſſio. Scriben. in l. à filia. ff. ad Trebel. vbi Alex. n. 6. l. nec filium. C. de patria poteſta. tex. vbi glo. in c. cùm haberet. de eo, qui duxit in matr. l. 3. & 4. tit. 19. part. 4. & ibi Greg. Lopez latè per Tiraquel. in tracta. de nobili. c. 21. n. 76. Nihilominùs
4 tamẽ†in caſu, de quo agimus, mater quæ Maioratum inſtituit, tenebitur alimẽta filiis ſuis indiſtinctè miniſtrare. Cùm enim in locum legitimę ſubrogentur, matréſque debeant filiis legitimam relinquere: conſequens eſt, vt nulla facta diſtinctione, teneantur eiſdem alimenta aſſignare.

5 ¶Secũdo ex eiſdẽ infertur, quod nõ ſolũ†patres, & matres faciẽtes Maioriam: ſed aui, & proaui, & cæteri aſcendentes, à quibus legitima debita eſt, tenentur alimenta, & dotes ſuis legitimis deſcendentibus præſtare, in locum legitimæ eis debitæ omni iure. Cùm enim ab his omnibus, filiis, ac deſcendentibus legitima debeatur: cõſequens eſt, vt ſimiliter ſi hi Maioratũ inſtituant, teneãtur deſcendentibus dotes, ſeu alimenta præſtare: cùm hæc in locum legitimæ ſubrogentur.

6 ¶Tertiò infertur, quod quãuis verũ ſit, quod filiis habentib. vnde ſe alere poſſint, parẽtes nõ teneantur alimẽta præſtare, vt inferiùs dicemus, in †caſu tamẽ de quo agimus, alimenta prę̃ſtãda erũt filiis, ac deſcendẽtibus: etiãſi aliàs habuerint vnde ſe alant. Cùm enim in locum legitimæ ſubrogentur: legitimáque etiam habentibus aliunde vnde ſe alere poſſint debeatur: conſequens eſt, vt ſimiliter alimenta etiam habentibus aliunde vnde ſe alant, debita ſint. Idque in ſpecie notat Cinus in l. Sancimus in fine. C. de nup. Roder. Xuar. in l. quoniam in prioribus. 2. limita. ad l. fori. n. 12. Greg. Lopez. in l. 11. tit. 4. part. 6. verb. *Libremente*. ad fin. Quod etiam alia ratione comprobat. Nam hęc alimenta quæ in locum legitimæ dant, iure actionis debẽtur vt infra iſto. c. n. 70. dicemus. Ideóq; ſuccedit regula quod ea alimenta quæ iure actionis debẽtur, etiã habenti aliàs vnde ſe alat, præſtanda ſint: prout Iaſ. n. 19. & cõ. Scri. in l. diuortio. in prin. ff. ſolut. mat. profitentur. Nec iniquum hoc cenſeri debet: cùm inter alimenta quæ iure actionis, & ea quæ officio iudicis debentur, interſit: iuxta ea quæ Scrib. notant.

7 ¶Quartò ex eiſdẽ infertur, nõ ſolùm in alimẽtis: ſed etiam in dote, quatenùs ad alimenta neceſſaria eſt, pari ratione idipſum dicendũ eſſe. Dos†nãque filiabus etiã aliũde dotatis in caſu de quo agimus, præſtanda eſt. Quod dixit eleganter Bal. in l. neq; mater. n. 3. C. de iur. doti. loquens in ſtatuto diſponente, vt filiæ dotatæ à patre extantibus maſculis nõ ſuccedant. Atque id eſt etiam de mente omniũ Scrib. quos paulò antè citauimus: idque etiam cõprobatur ex eo, quod in hac ſpecie dos in locũ legitimæ ſuccedat Iaſ. qui plura refert, in Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. n. 60. Xuar. in d. rep. l. quoniam in prioribus. 2. limita, ad. l. fori. numero nono. Et cum legitima etiam diuiti, & aliàs habenbenti vnde ſe alat, ſeu dotet, vt eſt notiſſimum præſtanda ſit, ſimiliter etiam dos filiæ diuiti, atque
8 iam dotatæ præſtanda erit. Quod ex eo, quod in alimentis reſoluimus, apertiùs redditur, cũ†dos, & alimẽta in caſu de quo agimus æquiparari ſoleant, vt ex pluribus probant Abb. in c. cùm haberet, de eo, qui duxit in matr. nu. 5. Bar. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. nu. 7. Xuar. in repetit. l. quoniã. C. de inoffic. teſt. in 2. limita. ad l. fori. nu. 3. Tiraq. de Primog. q. 62. n. 4. & 5. atque Euerardus in ſua Centuria. c. 29.

9 ¶Quinto, ex eiſdẽ infertur, quod quãuis†is, qui aliquem alere tenetur, poſſit eidẽ alimenta annuatim aſſignare, atque eo pacto, vt morte eius finiantur, nec ad hæredes eiuſdem tranſmitti valeant. l. cũ hi. §. ſi vni. ff. de tranſactio. l. dominus. §. fina. ff. de vſufruct. Bal. in l. eam quam. n. 41. C. de fideicõ. Palat. Ruui. in repe. c. per veſtras. §. 24. incip. in conſtituenda tamen dote. n. 2. de don. inter vir. & vxo.
10 & alibi ſæpè Scrib. In caſu tamen†de quo agimus, alimenta nõ in vſufructu, nec in annua præſtatione: ſed in rei proprietate præſtanda ſunt, atque ita vt ad hæredes tranſmittantur, prout legitima, in cuius locum ſubrogantur, præſtanda eſt. Quod in ſpecie dixit Xuarez in d. repe. l. quoniam 2. limita. ad. l. fori. n. 12. & Palat. Ruui. in repet. c. per veſtras. di. §. 24. n. 7. D. Didac. de Couar. de ſponſal. 2. part. c. 8. §. 6. n. 15. Greg. Lopez in l. 11. tit. 4. part. 6. in gl. in verb. *Libremente*. Idque etiam in alimentis, quę in locum legitimæ ſubrogantur dixit Cinus in l. Sancimus. C. de nupt. Cuius opin. aſſerit communem eſſe Alex. conſ. 131. lib. 1. Franciſ. de Aret. in l. vna ad fi. C. quando. non peten. part Io. Hanibal in rep. Rub. ff. ſolut. matrimo. n. 146. Roland. à Valle conſ. 74. nu. 53. cũ ſeq par. 1. quod etiam in dote ex eiſdem rationibus procedit, ac verum eſt.

11 ¶Sexto ex eiſdem etiam infertur huiuſmodi†alimenta filiis præſtanda eſſe abſque onere, & grauamine. Sicut enim legitima, quæ integra à lege debetur, abſque onere & grauamine relinquenda eſt, de eáque grauamen ipſo iure reiicitur. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtam. Ita etiam legitima diminuta, atque dotes, & alimenta, quæ in locum legitimæ ſubrogantur, abſque onere & grauamine debentur, atque de eis onera, & grauamina ipſo iure reiiciuntur. Quod in ſpecie notat Cinus in d. l. Sancimus. col. 2. C. de nupt. Paul. in d. l. quoniam in prioribus. n. 2. poſt Iacob Butrica. & Bald. ibidem, ídque per plura fundamenta, ſic reſoluit Xuar. in repe. eiuſdem. l. 2. limita. ad. l. fori. n. 13. idem in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. verſ. Notandum eſt igitur, & in verſi. ſciendũ eſt. Iaſ. in l. ex tribus. n. 7. C. de inoffic. teſta. & in l. ſi tibi. §. ſicuti. nu. 10. ff. de lega. 1. Alex. cõſ. 33. n. 2. lib. 4. Socin. con. 248. n. 16. lib. 2. Decius conſ. 106. nu. 3. D. Didac. de Coua. de ſponſal. l. 8. §. 6. n. 15. Pala. Ruui. in l. 10. Tauri. n. 2. & Anton. Gometius. n. 43. & Tellius. n. 9. Grego. Lopez. in l. 8. tit. 11. part. 4. idem in l. 11. tit. 4. par. 6. in gl. in verb. *Libremente*. ad fin.

12 ¶Quod verũ eſt: niſi†in eo, quod metam alimentorum exceſſerit. Si enim vltra id, quod pro alimẽtis debitũ eſt, à parente filiis aliquid relinquatur, in ea parte grauamen tolerandum erit. Id namque quod ſupereſt, extra cauſam legitimæ eſt, nec regulis eiuſdẽ ſubiacere debet. Ideóque, in eo, quod pater ex propria liberalitate relinquit, vincula, atque grauamina imponere poterit. l. ab eo. cum ſimilib. C. de fideicõ. quod etiam omnes Scri. quos anteà citauimus, apertè profitentur. Sícque intelligenda ſunt ea, quæ Rapha. Cuman. conſ. 124. & Rodericus Xuar. in repet. dictæ. l. quoniã in prioribus. 2. limita. ad l. fori. nu. 3. circa hæc annotauerunt. Ea namque, aliter iure ſubſiſtere nõ poſſent.

13 ¶Septimò, ex eiſdem defertur deciſio quęſtionis: vtrũ ſcilicet†huiuſmodi dos atque alimẽta, filiis iure inſtitutionis relinquenda ſint. Cùm enim ea in locum legitimæ ſubrogentur: cõſequens eſt, vt neceſſario in eiſdẽ, idem quod in legitima re-
14 ſolui debeat. Ideóq; priuſquàm ad huius quęſtionis deciſionem deueniamus diſcutiendũ erit, vtrũ legitima†hodie ſit titulo inſtitutionis relinquẽda ſeu ſufficiat illam quoquo relicto titulo filiis prę̃ſtare, vt inde conſtet quid in dotibus, atque alimentis dicendum ſit.

15 ¶Qua in re, ſciendũ eſt, quod†quãuis iure Authẽticorum, atque etiam Regio partitarum inſpecto, legitima ſit filiis titulo inſtitutionis relinquenda, vt probat. ex text. in Authent. vt cũ. de appella. cognoſc. §. aliud quoque capitulum collatione 8. Ex cuius legis deciſione hanc opin. communiter ſequuntur Scribent. poſt gloſ. ibi. in Authentic. nouiſſima. C. de inofficio. teſtam. & plures alij, quos referunt Gulielm. Benedict. in cap. Rainuntius. de teſta. verb. in eodem teſtamento. 1. numer. 15. atque D. Dida. de Couar. eod. cap. Rainuntius. §. 1. nu. 7. & Iulius Clarus. libr. 3. Recep. ſentent. §. teſtamentum. quæſtione 38. D. Anton. de Padilla in l. eam, quam. C. de fideicommiſſ. numer. 76. & alibi ſæpè Scriben. Quorum opinio hodie approbata eſt ex deciſ. l. 5. tit. 8. part. 6.

16 ¶Quod†nõ ſolùm reſpectu legitimæ deſcendentium, ſed etiam aſcendentium communi Scriben. ſententia receptum eſt tametſi Bart. in l. ſiue §. excluditur. ff. de iur. patr. contrarium exiſtimauerit. Cuius opinionem communiter reprobatam eſſe profitentur Iaſ. in d. Authẽ. nouiſſima. n. 37. & Fab. de Grocchis. ibidem. n. 204. Idipſum etiã aſſeruerunt Alex. n. 4. Decius. n. 8. in l. 1. C. de bon. poſſeſ. contra tabul. atque plures alij, quos ſigillatim recenſuerunt D. Anton. de Padil. in d. l. eam, quam. numero 77. Atque Iulius Clarius. lib. 3. recepta. ſentent. §. teſtamentum. quæſtio. 38. verſicul. ſed

quæro tu ſcis, idque veriſſimum eſt.

¶ Hodie autẽ attenta deciſione l.1.tit.2.lib.5.or-
dinamen.quæ eſt l.1.tit.4.lib.5.in noua leg. Regn.
collectione, quę diſponit valere teſtamẽtũ abſque
hæredis inſtitutione. Hæc opinio ſatis controuer-
ſa eſt apud Hiſpanos iuris interpretes, nã Roderi-
cus Xuar.in l.quoniam in prioribus C.de inoffi-
cio.teſtamen.1.amplia.nu. 8. videtur eſſe eius ſen-
tentiæ, vt ex deciſ.d.l.ordin.hodie legitima nõ ſit
iure inſtitutionis relinquẽda. Quod ſequutus fuit
D. Anton.de Padilla in l eam, quam. C.de fideicõ
nu. 74.vbi refert Fern. de Mencha.idipſum exiſti-
mantem, de ſucceſ.creatio.§.29.nu.245. Sed con-
trariam ſententiam veriorem eſſet cenſet Caſtillo
in l.24.Tauri gl.1.& Burgos de Pace in l.3. Tauri.
n.888.vbi refert Doct. de Calatayud. virũ quippè
doctiſſimum, idipſum, exiſtimantem in l.6.Tauri.
Quam etiam opi.ſequitur Io.Roias Valentin. in-
quiſitor in ſuo Epito.ſucceſſio.ca.8.n,29.

17 ¶Quãuis autẽ quæſtio hæc dubia videatur: apud
me tamen, ſatis cõpertum eſt, hodie† ſicut & olim
legitimam iure inſtitutionis relinquendam eſſe. Id
namque iurę communi Authenticorum, atque Re
gio partitarum expreſsè deciſum eſt, nec eſt lex a-
liqua, quæ ea iura expreſsè corrigat. Ideóq; neceſ
ſariò dictarum legum deciſio ſequenda erit. Quod
enim non mutatur: quare ſtare prohibetur? l.Sanci
mus, cum ſimilib.C.de teſta.

18 ¶Nec obſtat † di.l.ordin.qua deciſum eſt valere
teſtamentũ abſque hæredis inſtitutione. Ea nãque
lex, nec tacitè, nec expreſsè iura dicentia legitimã
titulo inſtitutionis relinquendã eſſe, corrigere vi-
detur: ſiquidẽ diuerſum eſt: dicere, quod teſtamẽ-
tũ abſq; hæredis inſtitutione valeat, vel quòd legi
tima titulo inſtitutionis relinquenda nõ ſit. Poteſt
namque eſſe quod in teſtamento extraneus hæres
inſtituatur, & filio legitima titulo legati, vel fidei-
commiſſi relinquatur. Et ſic iam non dubitãdum
eſt: vtrum teſtamentum valeat, abſque hæredis in-
ſtitutione: cùm in eo hæres inſtitutus ſit. Sed vtrũ
præſuppoſita validitate teſtamenti ſufficiat legiti-
mam titulo legati, ſeu fideicommiſſi relinquere,
quod illa lege deciſum non eſt. Cum igitur hæc
duo adeò diuerſa, ac ſeparata ſint, conſtat nõ poſſe
fieri de vno ad aliud bonam illationem: præcipuè
ad legum correctionem, quæ expreſsè, ac præcisè
facienda eſt, nec ex tacitis, ac ſubauditis intellecti-
bus iuxta iura vulgaria deduci debet.

19 ¶Sed vt id cõſtet apertiùs præmittendũ eſt, dua
bus † præſertim rationibus iure Authenticorũ ſta
tutum fuiſſe, legitimam titulo honorabili inſtitu-
tionis relinquẽdam eſſe. Prima propter honorem
eiuſdem tituli, qui titulus inſtitutionis cũctis aliis,
vt eſt notiſſimum, honorabilior eſt. Secunda pro-
pter emolumentum iuris accreſcendi: nam ſi filius
in legitima hæres inſtitutus ſit, & alius hæres vni-
uerſalis, cum eo ſimul inſtitutus repudiauerit, ip-
ſe ex titulo inſtitutionis vniuerſam hæreditatem
conſequetur. Quãuis legitima quota bonorũ: non
autem quota hæreditatis eſſe dicatur. lege.1.§.ſi ex
fundo.cũ ſimilib.ff.de hæredib.inſtituẽ. Vt igitur
huiuſmodi emolumento filius in legitima nõ pri-
uetur, meritò ſtatutum eſt, vt ea ſit ſibi titulo in-
ſtitutionis non autem alio titulo relinquenda. Ex
alio namque titulo non poteſt filius hæreditatem
per ius accreſcendi conſequi Bart.in l. ex facto.in
prin.ff de hæredib.inſtituen.l.eam quam, vbi per
Srib.C.de fideicom. Quibus rationibus id præſer-
tim ſtatutum fuiſſe cenſuerũt communiter Scrib.
in d.Auth.nouiſſima: prout Iaſ.ibi.n.13.profitetur.
Idẽ Iaſ.in l.quoties.n.6.C.de hæred.inſtituẽ. Cora
ſius qui hanc dixit commun.opin. in l. teſtament.
C.de impub.n.17.vbi plura in idem adducit, cum
his rationibus id ſtatutum fuerit. Quas rationes
hodie etiam ſtante d.l.ordin.durare notiſſimũ eſt.
Cõſtat etiam hodie legitimam titulo honorabili
inſtitutionis filio relinquendam eſſe. Qua in re an-
notandum eſt, nullum ex Srib.dixiſſe: ideò filio le-
gitimam eſſe titulo honorabili inſtitutionis relin
quendã quod teſtamentũ non valeat abſque hæ-
redis inſtitutione. Ea nãque inepta decidẽdi ratio
eſſet, cũ diuerſum ſit, quod valeat teſtamẽtũ abſq;
hæredis inſtitutione, ſeu quod legitima ſit titulo
inſtitutionis relinquenda, vt ſuperiùs oſtẽdimus.
Ideóque cum hęc non fuerit ratio quare introdu-
ctum fuit quod legitima relinquatur titulo inſti-
tutionis: conſequẽs eſt, vt ceſſante hac ratione, nõ
debeant ceſſare iura id diſponentia. Cum ea ratio,
& cauſa finalis eorũ iurium nõ fuerit: imò etiamſi
hæc fuiſſet ratio: quare id ſtatutum fuit, non ſuffi-
ceret hanc rationem fuiſſe correctam, vt prædicta
iura etiam correcta cenſenda eſſent. Cum poſſent
prædictis duabus rationibus ſuſtineri.tex.in §. af-
finitatis cũ ſimilib. Inſti de nupt. ¶ Ex quibus pa-
ri ratione dicendũ videtur dotes, ſeu alimẽta iure
inſtitutionis relinquenda eſſe, cùm in locum legi-
timæ ſubrogẽtur. Idque probatur ex his quæ ad-
duxit Paul.conſil.67.n.1.lib.2.& Iaſ.in repe.l.om-
nes populi.ff.de iuſt.& iur.n.61. cũ ſeq.iunctis his
quæ infra iſto c.n.21. dicemus.

20 ¶Quidquid autem quoad legitimam reſoluendũ
ſit, quoad alimenta tamen attinet † dicẽdũ erit, ea
non eſſe neceſſario titulo honorabili inſtitutionis
relinquenda: ſed ſufficere quod filiis quoquo reli-
cti titulo relinquantur. Ad quod probãdũ præſup
ponimus, non poſſe de hac quæſtione dubitari: niſi
quãdo ex facultate Regia Primogeniũ etiã ex le-
gitima aliorũ filiorũ inſtituitur: aliàs nãque legiti-
ma: non autem alimenta filiis præſtanda erũt, quę,
vt prædiximus tit.inſtitutionis relinquenda eſt.

¶Hoc igitur prę́ſuppoſito, conſtat ex tenore Re
giarum facultatũ quæ ad inſtituenda Primogenia
cõcedi ſolent parentem non eſſe aſtrictum ad re-
linquenda filiis alimenta, titulo honorabili inſti-
tutionis; quanuis ea in locum legitimæ ſubrogen-
tur, quod patet ex verbis facultatum dũ in eis di-
citur, quod inſtitutores poſſint Primogeniũ inſti-
tuere ex teſtamẽto, vel qualibet alia vltima volũta
te, vel donatione cauſa mortis, vel inter viuos: dũ
modò cæteris filiis alimenta relinquãt. Ex quibus
verbis conſtat, non eſſe neceſſariò filiis, vel aſcen-
dentibus alimẽta titulo inſtitutionis relinquẽda.
Si enim Maioratus ex codicillis ſeu ex donatione
cauſa mortis, ſeu ex contractu inſtitui poteſt. con
ſtat non poſſe ex eo alimenta filiis titulo inſtitu-
tionis relinqui. Ex quo fit, vt Princeps, qui patenti
concedit facultatem, vt in huiuſmodi diſpoſitio-
nibus poſſit Primogenium ex omnibus bonis in-
ſtituere: dũmodò cæteris filiis alimẽta relinquat:
cenſeatur etiam concedere, vt hæc alimenta quo-
cunque titulo relinqui poſſint. Cùm ad hoc, vt
Maioratus perfectè inſtituatur, atque eius forma
præcisè obſeruetur, in ipſa ſcriptura Maioratus a-
limẽta relinquenda ſint. Nec dubium eſt: quin in
eadem ſcriptura relinqui poſſint: ſicque commu-
niter id intelligi, atque practicari ſolitum eſt.

¶ Hoc



¶Hoc autẽ comprobari ſolet, ex doctrina ſing.
21 Bald.in l.maximum vitium.numer. 15. C. de libe.
præte.vbi eleganter inquit, quòd† legitima aucta,
ſeu diminuta ex diſpoſitione ſtatuti, non eſt ne-
ceſſario titulo inſtitutionis relinquenda. Idque eà
ratione: quia cùm ſtatutum deuiet à iure com-
muni, non eſt iuxta diſpoſitionem iuris commu-
nis intelligendum, nec interpretandum. Cuius di-
ctum dixit eſſe notabile, atque menti tenendum
Paul.in l.fina.§.in computatione.nu. 12. C. de iure
delibe. Idem Paul.in Auth.nouiſſima.C.de inoffi.
teſtam. Roma. conſil. 399. incipien. Præſens con-
ſultatio. D. Anton.de Padilla in l.eam, quam.C.de
fideicom.nu.75.

¶Hæc tamen ratio Baldi proculdubiò falſa eſt,
atque per conſequens id, quod ex ipſa deducit,
veriúſque eſt, legitimam ſiue ab ſtatuto auctam,
ſiue diminutam iure inſtitutionis relinquendam
eſſe. Quod ex pluribus probat Iaſ. in dict.Auth.
nouiſſima.nume.24.poſt Ludo.Roma.ſibi contra
rium, & Ioan.de Imol.& Alex. in locis, qui ab eo
nuncupatim citantur. Idem Iaſ. vbi etiam plura
refert in repe.l.omnes populi.nume.60. ff. de iu-
ſtitia & iur. Idque ipſum ex pluribus verum eſſe
oſtendit Rodericus Xuarez, qui optimè loquitur
in propoſito in repet.l.quoniam in prioribus de
inoffic. teſtam. ſuper interpretatione legis fori in
princip.nume.2. Menchaca. de ſucceſſio. creatio.
lib, 2.§.20.num.240. Iulius Clarus, qui hanc etiam
communem opinionem eſſe profitetur, lib. 3. re-
cep.ſenten.§.teſtamentum.quęſt.38.verſi.Sed po-
ne, quòd in ciuitate. Idque veriſſimum eſt.

22 ¶Sed hæc noſtra opinio alia etiam ratione com
probatur, quando enim† filio portio aliqua pro le
gitima ſimpliciter relinquitur, cenſetur relicta ti-
tulo inſtitutionis: etſi id expreſſum non fuerit. Id-
que ea ratione, vt diſpoſitio ipſa ſuſtineatur. Bar-
tol.in Auth.vnde etſi parens. C. de inoffic. teſta-
men.nu.2. Iaſ.qui plura refert in Authen. nouiſſi-
ma.C.eodem. Háncque communem opinionem
eſſe profitentur Alexand.numer.2.& Decius nu-
mer.3.in l.humanitatis. C. de impub. & aliis, vbi
Coraſius nume. 14. Menchaca, qui plura refert de
ſucceſſio.creat.lib. 2.§.20. nume. 254. Iulius Cla-
rus, dict.§.teſtamentum. quæſtio. 38. verſic. Sed
quid ſi dicat. Sed quia iſta concluſio dubia eſt, vt
apud præfatos ſcriptores videri poterit, nec pro-
cedere poteſt in Maioratu ex contractu inſtituto,
tutior, ac probabilior videtur prima ratio, quam
23 ex verbis Regiæ facultatis deduximus. Ex qua,
opinio hæc in practica frequenter probari, atque
admitti ſolet, quamuis† ad hæc dubia vitanda tu-
tiùs ſit facere, vt in Regia facultate adiiciatur,
quòd ſufficiat alimenta titulo inſtitutionis, lega-
ti, vel fideicommiſſi, vel donationis, vel alio quo-
cunque titulo relinqui. Quod in quibuſdam Re-
giis facultatibus appoſitum vidimus, & ſi commu
niter in eiſdem apponi non ſoleat.

¶Octauo etiam loco, ex ſuperiùs adductis infer-
tur deciſio alterius quæſtionis, quæ ſimiliter ar-
dua eſt, atque de qua frequenter controuerti ſo-
24 let. Vtrum ſcilicet, ſi† pater cæteris filiis alimenta
non relinquat, poſſint Primogenium ab ipſo in-
ſtitutum contratabulare ſeu nullum dicere. Qua
in re, prima facie dicendum videbatur, filium
poſſe contratabulare parentis teſtamentum.
Cùm enim alimenta huiuſmodi in locum legiti-
mæ ſubrogentur: conſequens eſt, vt ſicut filius
præteritus, cui legitima debita eſt, poteſt teſta-
mentum paternum contratabulare.l. cùm quæri-
tur, cum ſimilibus.C.de inoffic.teſtamen. Simili-
ter etiam id poſſit facere filius, cui debentur ali-
menta, quæ in locum legitimæ à iure ſubro-
gantur.

¶Sed quamuis hęc ratio ſtringere videatur, con-
trarium tamen in caſu de quo agimus, dicendum
erit: imò quòd filius non poſſit Maioratum pa-
ternum contratabulare, ſeu nullum dicere: ſeu ſo-
lùm petere poſſit alimenta, quod probatur opti-
mo ſimili. Nam certum eſt, quòd filiæ excluſæ
per ſtatutum à ſucceſſione parẽtum debetur dos,
ſeu alimenta, vt ex pluribus probat Tiraquel. de
Primoge.quæſt.4.num.33. & ſupra iſto libro cap.
25 1.nume.12.euidentiſſimè demonſtrauimus. Sed† ſi
in caſu præfati ſtatuti filia à patre in teſtamento
prætereatur, non poteſt paternum teſtamentum
contratabulare, ſeu nullum dicere: ſed à fratri-
bus dotem, ſeu alimenta petere debet: prout ele-
ganter dixit Alex.in l.filiæ dotem. nume. 6. C.de
collatio.idem in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. nu.
16.ff.de liber.& poſthum.Iaſ.in Authent. nouiſſi-
ma.num.57.C.de inoffic.teſtamen. Matth. de Af-
flict.deciſ.158.num.6. Háncque opinionem com-
munem eſſe profitetur plura in idem adducens
Iulius clarus lib.3.ſenten.§.teſtamentum.quæſtio.
42.verſic Item quæro. Alciatus conſil.52.nume.17.
cum ſequentibus. Quod pari ratione in Primoge-
niis dicendum videtur: quamuis enim alimenta fi-
liis debeantur: non tamen, ideò poterunt ipſi pa-
ternum Primogenium nullum dicere, ſed à fra-
tre Primogenito dotes, ſeu alimenta petere de-
bent.

¶Hæc autem omnia in Primogeniis Hiſpanorum
exactiùs conſideranda ſunt. Difficultas namque
ſuboritur ex verbis Regiarum facultatum, quæ
ad inſtituenda Primogenia conceduntur: dum in
eis dicitur. *Con tãto: que ayays de dexar, y dexeys à
los otros vueſtros hijos, e hijas, que agora teneys, y tu
uieredes de aqui adelẽte en quiãno ſuccediere el dicho
Mayoradgo alimẽtos: aunque no ſean in tãta cãtidad,*
&c. Ex his namq; verbis dicendum videtur, quòd
hac forma, ac conditione prætermiſſa Primoge-
nium nullum pronuntiandum ſit.l. qui hęredis.&
l.Mæuius.ff.de condi.& demonſtra.c.cùm dilecta.
de reſcript.

¶Sed veriùs eſt Primogeniũ adhuc nõ eſſe nul-
lum pronuntiandũ: ſed ex bonis ipſius Primoge-
26 nij filiis eſſe alimenta miniſtranda. Quod proba-
tur ex tex.in l.1.ff.ad legẽ.Falcid.ibi. *Dum ita detur
legatũ, ne minus, quàm partem quartã hæreditatis ex
eo teſtamento hæredes capiãt.* Ex cuius leg.deciſ.te-
ſtanti datur facultas, vt poſſit hæreditatem ſuam
vſque ad dodrantem in legatarios diſtribuere:
dummodò hæredi ſcripto quarta Falcidia relin-
quatur. Si autem hæreditas legatis exhauſta fue-
rit, teſtamentum non erit nullum pronuntiandũ:
ſed potiùs detracta quarta ab hærede ex ipſis bo-
nis hęreditariis ſuſtinendum. Per quem tex. dixit
Rapha.Cuma.ibidem, quòd ſi† per ſtatutum per-
mittatur aliquid fieri.puta teſtari: dum tamen ali-
quid relinquatur alicui per facientem, & poſteà
contingat actum fieri abſque eo, quòd ei relin-
quatur illud, quod ſtatutum iubet relinqui, a-
ctus non erit nullus, ſed ſolùm detrahi debet il-
lud, quod ex diſpoſitione ſtatuti relinquendum
erat, quod eſt perpetuò menti tenẽdum, ad huius
quæ-

quæſtionis reſolutionem.
¶ Et quanuis Alexan. in dict. l. 1. numer. octauo.
reprobet hoc dictum Rapha. Cumani, dicens non
probari ex illa lege: quod ex ipſo Rapha. Cuman.
deducit ex eò, quòd licentia teſtandi de vniuerſa
hæreditate nõ cõceditur à lege Falcidia: ſed priùs
conceſſa erat à lege. 12. tabularum ſimpliciter: atq;
idcircò, quanuis lex Falcidia permittat teſtanti, vt
bona ſua in legatarios diſtribuat, dummodò hæ-
redi ſcripto quarta Falcidia relinquatur, ſi forma
legis Falcidię non ſeruetur, ſuſtinebitur actus vir
tute legis 12. tabularum, qua priùs id ſimpliciter
conceſſum erat, ideóque actus non vitiabitur: ſed
reſtituta hæredi quarta ſuſtinebitur. Quem ſequi-
tur ibidem Vincen. Hercula. colum. 4. & 5. Secun-
dum quem intellectum dictum hoc non videtur
poſſe ad Regias facultates adaptari.
27 ¶ Cæterùm hæc † Alexãdri ad dictũ Raphaelis
Cumani impugnatio mihi iure ſubſiſtere non vi-
detur. Nam ſi benè conſideretur, non poteſt aſſi-
gnari congrua ratio differentiæ inter legem nouã
concedentem denuò facultatem ad aliquid facien
dum. cum quadam modificatione, vel legem no-
uam adiicientem modificationem facultati ſimpli
citer à lege antiqua conceſſæ. Cùm enim lex no-
ua, actum à lege antiqua ſimpliciter permiſſum
abſque aliqua qualitate fieri prohibeat, iam ſim-
plex legis antiquæ conceſſio omninò ceſſat. Atq;
ad qualitatem à lege noua introductã reducitur. l.
non eſt nouum, & lex, ſed & poſteriores. ff. de le-
gibus. Ideóque ſi actus contra legis nouæ diſpoſi-
tionem, ſeu formam fiat non poterit ex lege anti-
qua, quæ in hoc omninò ceſſauit ſuſtineri. Atque
per conſequens conſtat non eſſe conſiderandum,
vtrùm lege antiqua id ſimpliciter fieri permiſſum
eſſet, vel non: cùm paria ſint nullam fuiſſe legem
idipſum ſimpliciter diſponentem, vel fuiſſe, & ex
lege noua, quoad hanc ſimplicem facultatem ab-
rogatam fore. Qua ratione dictũ Raphaelis Cuma
ni ſimpliciter ſumptum mihi ſemper verius viſum
fuit.
¶ Quicquid autẽ quoad prædictæ legis primę. ff.
ad legem Falcidiam intellectum dicendum ſit, in
caſu tamen, de quo agimus, pluribus aliis rationi-
bus videtur dicendum Maioratũ non eſſe nullum
pronuntiandum: ſed aſſignatis alimentis ſuſtinen
28 dum. Quod probatur ex quadam doctrina Baldi
in cap. dudum, in 2. de electi. numer. ſexto vbi ele-
ganter inquit, quòd ſi aliquis fuit receptus in ci-
uem, dummodò ſoluat datia & collectas, quòd ſi
non ſoluerit datia, vel collectas. non reſoluitur ci
uilitas, ſed poteſt compelli ad ſoluendum, & ſolu-
tis datiis vel collectis gaudebit commodis ciuili-
tatis, vbi ſubiungit rationem, quæ eſt ſing. in pro-
poſito, quia ſcilicet, † dictio, dummodò, non effi-
cit actum conditionalem, ſed obligat ad ſic faciẽ-
dum per modum: non autem per conditionem. I-
deòque tanquàm modus implendus erit per viam
compulſionis: non autem ſicut conditio, quæ per
modum excluſionis impleri ſolet. Quod etiam in
ſimili verum eſſe cenſuerunt Domini de Rota de-
ciſio. 231. incipien. Ordinatio. in nouis Bartol. in
l. quibus diebus. §. Termilius numero 4. ff. de con-
ditionibus & demonſtrationibus gloſ. ordina. in
capit. non poteſt. §. illud verbor. *Retinere*. de præ-
ben. lib. 6. Corne. conſi. 130. nu. 7. lib. 3. Deci. conſi.
327. n. 3. notant Innocen. Hoſtien. Abb. Præpoſi. &
communiter Scribent. in capite verum, de con-
dit. appo.
¶ Et quãuis aliqui ex Scrib. dicere ſoleant, quòd
iſta dictio, dummodo, faciat conditionem prout
dixerunt Guido Papæ, conſilio 205. numero 23. &
Ripa. lib. 2. reſponſorum, cap. 9. n. 2. Communis ta
men reſolutio, atque inter has contrarias opinio-
29 nes concordia eſt, quòd † quãdo dictio, dummodò
adiicitur actui perfecto, importat modum: quãdo
autem adiicitur actui imperfecto, importat con-
ditionem. Quod optimè declarat Philip. Francus
poſt Paul. & Domi. ibidem in dict. cap. nõ poteſt.
§. illud, de præbend. lib. 6. num. 6. Scriben. in dict.
cap. verum, de condi. appo. Bertran. conſil. 201. nu.
5. lib. 1. Carol. Ruin. conſil. 43. lib. 2. Tiraquel. de v-
tróque retract. titu. Lignagier. §. 8. glo. 8. Cum igi-
tur hæc obligatio liberos alendi poſt perfectam
diſpoſitionem Maioratus conferatur, poſſintque
alimenta ipſa filiis in alia ſcriptura, vel diſpoſitio-
ne poſt Maioratum perfectum, atque inſtitutum
relinqui, vt eſt notiſſimum: conſequens eſt, vt ex
omiſſione aſſignationis alimentorum, Maioratus
ipſe non ſit annullandus, ſed agi poſſit ad alimen-
torum aſſignationem, ſeu præſtationem.
30 ¶ Prætereà idipſum comprobatur ex eo, quòd
omnis † qualitas adiecta diſpoſitioni principali
perfectæ, dicitur modus: etſi concipiatur per ver-
ba denotantia conditionem. l. cum ab eo. ff. de cõ-
trahen. emptio. l. ea conditione. C. de reſcinden.
vendi. l. Męuia. ff. de manum. teſtam. l. 3. C. de fidei-
commiſ. liber. l. 28. titul. 5. part. 6. Barto. vbi Socin.
& communiter Scribentes in l. quibus diebus. §.
Termilius ff. de condition. & demonſtra. Paul. vbi
Iaſ. nume. 9. in l. ſi ita quis. la. 2. §. Seia. ff. de verbo.
oblig. & alibi ſæpè Scriben.
¶ Imò quanuis fateremur, quòd verbum, dum-
modò, in prædicta facultate appoſitum: aliàs con-
ditionem importaret, quod verum non eſt. Ad-
huc in caſu, de quo agimus non poteſt condi-
tionem importare Quod comprobatur euidẽtiſ-
ſima ratione. Nam quanuis hæc verba in prædicta
facultate, appoſita non eſſent: nihilominus tamen
pater ex iuris diſpoſitione aſtrictus eſſet filiis maſ
culis alimenta, fœminis autem dotes competen-
tes relinquere vt pluries oſtenſum eſt. Cùm i-
gitur conditio hæc à iure communi impoſita eſ-
ſet: conſequens eſt, vt appoſita in regia facultate
31 conditionem non efficiat. Conditio namque,
quæ † tacitè ineſt à iure, ſi exprimatur, non effi-
cit actum conditionalem. l. in conditionibus. §. 1.
ff. de conditio. & demonſtr. l. hæc verba. ff. de lega.
1. l. ſi Titio. §. quædam, cum ſimilib. ff. quando dies
lega. vel fideicommiſ. cedat. Idque in ſpecie dixit
Alexand. in dicta. l. 1. numero 8. ff. ad leg. Falcid.
vbi in hoc caſu inquit, proculdubio verum eſſe
dictum Raph. Cuman. de quo ſuperiùs memini-
mus, quem in hoc etiam ſequutus fuit Vincent.
Hercula. ibidem colum. 4. Qua ſola conſideratio-
ne omnes huius rei difficultates facillimè diluun-
tur, atque hæc noſtra ſententia veriſſima eſſe
monſtratur.
¶ Nec obſtat ſi dicatur ſufficere conditionẽ, quę
à iure ineſt, vt Maioratus abſque alimentorum aſ-
ſignatione factus nullus ſit. Ad hoc nãque reſpon-
detur, quòd quanuis illud, quòd à iure ſubintelli-
gitur, eſſet vera conditio: non autem modus, hæc
tamen conditio tacita, non eſſet ſufficiens ad hoc,
32 vt ex eius defectu poſſet Maioratus annullari. Cõ
ditio namque † tacita nunquã operatur annulla-



tionem actus facti, ipſa omiſſa: ſed ſolùm ad eius
implemẽtum aſtringit. De quo eſt ſingularis, atq;
ſatis peregrina doctrina Bal. in l. epiſtola. §. inter.
per text. ibi. ff. de pact. quem ſequitur ibi Iaſon. n. 1.
atque ideò (vt ſuperius diximus) eſt cõmunis opi
nio, quòd in caſu ſtatuti excludentis fœminas pro
pter maſculos, defectus dotis, ſeu alimẽtorum nõ
operetur teſtamenti nullitatẽ: ſed quòd nihilomi-
nus dotes, atque alimenta præſtari debeant. Quæ
opinio proculdubiò in Hiſpanorum Maioratibus
pari ratione ſeruanda erit, atque illam iam in fo-
33 renſibus cõtrouerſiis receptam vidimus. In dubio
namque † eligẽda eſt via, qua diſpoſitiones homi
num non ſubuertantur: ſed potiùs ſuſtineantur. l.
cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de don. inter virum &
vxorem. l. quod pariter, cum ſimil. ff. de reb. dub.
34 ¶ Ex quibus conſequitur idipſum † dicẽdũ eſſe
quando pater alimẽta ſeu dotes in ipſo Primoge-
nio vel in alia ſcriptura filiis aſſignauit. Filij autẽ
conqueruntur ea non eſſe competentia: ſed potiùs
incongrua, ac diminuta. Nam etſi hoc verum eſſe
appareat non ex eo Maioratus annullabitur: ſed
iudicis arbitrio dotes, ſeu alimenta ſupplebuntur,
donec eiſdẽ cõgruè, atque competenter aſſignata
ſint, quod dixit Bald. in l. final. C. de dotis promiſſ.
n. 4. Soci. conſil. 57. nu. 28. lib. 4. Curt. Iun. in Auth.
res quæ C. communia. de lega. n. 11. Iaſo. conſil. 133.
n. 17. lib. 4. Deci. conſil. 180. n. 2. Pala. Ruui. in repe.
cap. per veſtras de donatio. inter virum & vxorẽ. §.
24. n. 2. Pariſi. conſil. 126. n. 14. lib. 1. Aymon. conſil.
236. n. 4. Anton. Rube. conſil. 163. n. 3. Greg. Lopius.
in l. 11, titul. 4. part. 6. in gloſ. in verbo. *Libremente*,
ante fin. idque veriſſimum eſt, atque ex ſuperiùs
adductis potiori ratione comprobatur.
35 ¶ Ex eiſdem etiã infertur † idipſum dicẽdũ eſſe:
quando pater filiis ſuis reliquit aliqua bona pro
dote, ſeu alimentis, quæ ex poſtfacto euicta fue-
runt. Ex eo namque Maioratus non annullabitur:
ſed alia bona æquiualentia ex ipſis rebus Maiora-
tus, in eorum locum ſubſtituenda erunt. Idque ex
ſuperiùs adductis longè potiori ratione compro-
36 probatur. Tametſi Greg. Lopius in l. 32. tit. 11. par.
6. in glo. verb. *No valdra*. col. 13. verſ. ſed pone, cõ
trariam ſentẽtiam amplecti videatur. Ad quę du-
bia vitãda, vtile † eſſet, quòd in Regiis facultatibus
adiiceretur clauſula, quòd quanuis dotes, ſeu ali-
menta competẽtia in ipſa Maioratus inſtitutione
relicta non ſint, non ex eo Maioratus annulletur:
ſed filij, vel filię poſſent petere, atque exigere do-
tes, ſeu alimenta, ſeu eorum ſupplementum.
¶ Ex quibus omnibus verũ eſſe apparet aſſum-
ptũ illud, quod in huius capitis principio propo-
ſuimus, quòd ſcilicet huiuſmodi alimẽta, ſeu do-
tes in locũ legitimæ ſubrogentur: quanuis in hac
& etiam in pręcedenti illatione ex ſpecialibus ra-
tionibus cõtrarium reſoluerimus. Idque etiã poſ-
ſet ex pluribus aliis comprobari: niſi breuitati
conſulendum foret.
37 ¶ Illud autem animaduertẽdũ eſt, quod † quãuis
huiuſmodi dotes ſeu almenta in locum legitimæ
ſubrogentur, ea tamen non debent ſecundum va-
lorem legitimæ taxari, ſeu æſtimari. Si enim meta
dotis, ſeu alimentorum eſſet valor legitimæ, fa-
cultas Regia nihil operaretur. Vt igitur aliquid
operetur, neceſſariò dotes, ſeu alimenta minus le-
38 gitima taxari debent, quod in ſtatuto excludente
fœminas, propter maſculos à pluribus deciſum
eſt: nam quanuis † in caſu eiuſdem ſtatuti fœminæ
neceſſariò dotari debeant, dos tamen, quæ huiuſ-
modi filiis fœminis conſtituenda eſt, non debet
neceſſario ſequi metam legitimæ, imò ſufficiet,
quod ſit minor legitima: dũmodo reſpectu facul-
tatũ, atq; qualitatis & dignitatis perſonarũ cõgrua
ſit. Idque melius, quàm alius ex pluribus probat
Bart. Soci. conſil. 288. n. 15. cum pluribus ſequenti-
bus libr. 2. vbi Bart. Bald Paul. Aug. & plures alios
maximi nominis viros idipſum exiſtimantes re-
fert idem Soci. conſil. 57. numer. 25. lib. 4. Eandem
etiam opinio ſequitur Corne. conſil. 107. num. 12.
cum ſequentibus. libro primo. vbi inquit, in caſu
pręducti ſtatuti ſufficere filiam eſſe dotatam com-
petenter iuxta patriæ conſuetudinem, etiamſi dos
ſit minor legitima: Raphae. Cuma. conſil. 46. col.
final. Decius conſil. 26. num. 4. idem Decius conſi.
276. numero primo. Curti. Iunio in Authenti. res
quæ. C communia de lega. num. 10. & 11. quæ opi.
vera mihi videtur: quanuis contraria: imò, quòd in
caſu prædicti ſtatuti non poſſit aſſignari dos, quæ
ſit minus legitima, crebriori, Scribentium calculo
cõprobata ſit: prout profitetur Tiraquel. qui pro-
pè omnes authores tã antiquos, quàm modernos
idipſum exiſtimantes refert in l. ſi vnquam verb.
Suſceperit liberos. numer. 91. cum ſequentibus C.
de reuo. dona.
¶ Sed quãuis in caſu prædicti ſtatuti, filias pro-
pter maſculos excludentis, prædicta opinio dubia
eſſe poſſit: in Hiſpanorum tamẽ Primogeniis pro-
culdubio vera eſt, idque probatur ex tenore Re-
giarum facultatum, quibus cauetur, quòd pater
Maioratum inſtituens teneatur relinquere aliis fi
liis alimenta, *aunque no ſean en tãtaquãtidad, quã-
ta les podiar venir de ſu legitima*. Ex quibus verbis
apertiſſimè ceſſat hæc diſputatio, & quãuis facul-
tas ſolum de alimentis loquatur, in dote etiam in-
telligenda erit. Quod hoc namque dos, & alimen-
ta pariſicantur: prout ſuperiùs oſtenſum eſt.
39 ¶ Hæ autẽ dotes † ſeu alimenta quæ in Maioratus
inſtitutione filiis aſſignanda ſunt, congrua atque
competentia eſſe debent, cõſiderata parentum fa
cultate ac dignitate, atque etiam patriæ conſuetu-
dine, quod iudicis arbitrio committendum erit. l.
quæro. ff. de iur. dot. per quem text. id dixit Barto.
in l. ſi conſtante. numer. 48. ff. ſolut. matrimo. & in
Auth. quod locum. nume. 2. C. de collat. idẽ Bart.
in Authent. res quæ. C. communia de lega. num. 1.
Cuius opin. aſſerit communem eſſe Curt. Iunior.
ibidem. nume. 10. Soc. in conſi. 14. numer. 15. lib. 1.
Pariſi. conſil. 81. numer. 49. lib. 2. Gratus conſil. 87.
n. 14. lib. 2. Bellon. conſil. 83. n. 10. l. 5. tit. 7. part. 6.
40 Hoc tamen iudicis † arbitriũ, quod circa dotis,
ſeu alimentorũ cõgruam aſſignationem verſatur,
latiſſimum, non autem ſtrictum, ac tenax eſſe de-
bet: ita vt in hoc iudex fauori filiorũ potiùs, quam
Maioratus conſeruationi propenſior ſit: prout ſu-
pra libro. 1. capite 18. nume. 6. apertiſſimè demon-
ſtrauimus. Sicque à rectiſſimis, peritiſſimiſque
iudicibus frequenter obſeruatum vidimus, idque
ipſum Primogeniorum inſtitutoribus conſulen-
dum erit.
41 ¶ Qua ratione, vt † Maioratuũ ſucceſſores ab in-
numeris litibus, ac contentionibus, quæ ſuper hu-
iuſmodi alimentis quotidie excitãtur liberentur:
eorum inſtitutores in Regiis facultatibus à Prin-
cipe impetrare ſolent, vt aſſignando vnicuique fi-
lio, ſeu filiæ certam quantitatem quæ in Regia fa-
cultate taxatur, cenſeantur filios, vel filias compe-
tenter

center dotaſſe, ſeu alimentaſſe, quod adhibita facultatum, ac numeri filiorum cognitione, fieri ſolet. Idq; in pluribus Regiis facultatibus obſeruari ſolitũ eſt, eáque clauſula vtilis eſſe poterit, tametſi non omninò litibus aditum præcludat.

42 ❡ Sed & illud *etiam* ſciendũ eſt, nedum† Maioratuum inſtitutores filiis legitimis alimenta relinquere aſtrictos eſſe, ſed etiam naturalibus, ſpuriis, ac inceſtuoſis, atque cæteris filiis, cuiuſcũque qualitatis exiſtant Cum enim pater ex omnibus bonis in perſona filij natu maioris Primogeniũ inſtituat, cæteríſque filiis legitimis ſola alimenta relinquat, quæ ſine onere & grauamine (vt ſuperiùs dictum eſt,) eis relinquere debet, cõſtat hoc onus alendi liberos naturales, atque ſpurios ad filium natu maiorem tranſire, ex boníſque ipſius Maioratus, id exoluendum eſſe. Pater namque, nedum filios legitimos, verum etiam naturales ſpurios atque inceſtuoſos, ex ęquitate Canonica alere aſtrictus eſt. Abbas in capit. cum haberet per text. ibi. n.5. de eo qui duxit in matrim. vbi id communiter Scriben. ſequuntur Barto. in l. ſi patrem. nu. 2. C. de alen. libe. idem Bar. in Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. num. 2. Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. el primero. num. 7. ff. ad Trebel. quã ſequitur ibidem Ripa. nu. 43. Fortu. Garcia de vltimo fine. illa 7. Segura. in repetitio. l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulg. num. 123. Quorum opinio cõmunis eſt, vt teſtatur Palat. Ruui. in repetitio. capi. per veſtras de donatio. inter vir. & vxo. §. 10. num. 14. Roias, qui plura refert in ſuo Epito. ſucceſſio. c. 21. n. 56. cum. ſeq.

43 ❡ Quæ alendi obligatio † ad parẽtis hęredes ſeu ſucceſſores transfertur, ſicut cæteræ obligationes transferuntur. l. ſi quis [illegible]eros. §. itẽ reſcripſerunt. ff. de libe. agnoſcen. text. in Auth. licet. C. de natur. liber. l. 8. in fine. tit. 13. par. 6. D. Didacus de Couar. qui ad donatarium omnium bonorum & ad monaſterium in bonis monachi ſuccedens hoc extendit. de ſponſal. 2 par. c. 8. §. 6. n. 14.

44 ❡ Quam ob rem *in hoc caſu dicendũ* erit, prout de aliis debitis *Maioratus inſtitutoris ſupra lib. 1.* cap. 10. n. 1. cum ſeq. oſtenſum eſt, quod ſcilicet, † ſi Maioratus ex omnibus bonis conſtet, Maioratus ſucceſſor ad huiuſmodi onera inſolidũ teneatur: ſi verò ex portione hæreditaria pro rata hæreditariæ portionis: ſi autem ex quota, pro rata eiuſdem quotæ, hoc onus ab eo adimplendum ſit. Sîcque intelligenda ſunt verba facultatum quæ ad inſtituenda Primogenia conceduntur, dum in eis dicitur. *Con tanto que ſeays obligado a dexar a los otros vueſtros hijos, e hijas legitimos alimẽtos*. Quãuis enim ex Regia facultate, atq; eius tenore ſolis filiis legitimis alimẽta relinquẽda ſint: ex iuris tamẽ diſpoſitione, hæc almẽta filiis ſpuriis relinquenda erũt, tãquã debita ab inſtitutore, ſicut cætera debita eiuſdẽ à Maioratus ſucceſſore pro rata ſoluẽda erũt, quamuis de eis Regia facultas non meminerit: ídque ex pluribus probat Celſus *conſil.* 117. nu. 6.

45 ❡ Quæ omnia, nedum in alimentis, verum etiã in dote procedunt. Sicut enim pater † filios ſpurios alere tenetur, ita etiam filias ſpurias vſque ad quãtitatem alimentorum dotare aſtrictus eſt. Bartol. in l. final. numero ſeptimo. ff. de his quib. vt indig. Bald. in l. neque mater. numero primo. C. de iur. doti. Alexand. in l. 1. numero 18. ff. ſolu. matrimon. vbi Ripa. numero. 66. Iaſon. in §. fuerat. Inſtitut. de actio. numero 104. Palat. Ruu. qui plura refert in rep. d. ca. per veſtras. §. 10. numero primo Boer. deciſ. 127. numero 12. Dapyci. deciſ. 182. Roland. à. Valle, qui hanc opinionem aſſerit communem eſſe conſilio 74. n. 47. part. 1. ídque clariſſimum eſt.

46 ❡ Hoc autẽ quod de dote & alimentis, diximus, intelligendum † eſt, dummodò filij naturales vel ſpurij non habeant aliunde vnde ſe dotent vel alant: ſi enim aliunde, ſeu ex artificio, ſeu aliàs dotem, ſeu alimenta percipere poſſint, parentes ab alimentorum, ſeu dotis ſolutione liberantur. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liberis agnoſcen. Anton. Abb. & communiter Scriben. in dict. cap. cum haberet. Bartol. in l. final. ff. de his quib. vt indign. numero ſeptimo. Iaſon. in dict. §. fuerat. Inſtitut. de actio. numero 104. Socin. conſil. 121. num. 47. lib. 4. Deci. conſilio. 576. nume. tertio. D Didacus de Couar. de ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 6. numero nono. Laurentius Calca. conſil. 62. num. 14. Nicolaus de Vbal. de ſucceſſio: ab inteſt. 1. part. num. 49. l. 6. titul. 19. part. 4.

47 ❡ Niſi† filio dedecus ſit tale artificium exercere. Tũc nãq; quãuis filius ſe ex eo alere poſſit: nihilominùs tamen pater tenebitur ſibi alimenta miniſtrare, vt in ſpecie dixit Bartol. in tractat. de alimẽtis. num. 12. Palat. Ruu. in dict. capi. per veſtras. §. 23. numero ſeptimo D. Didac. de Couarru. dict. §. 6. n. 9. Idque probat. dict. l, 6. ti. 19. par, 4. ibi *Vſando del ſin mal eſtanca de ſi.*

48 ❡ In quo magna differẽtia† eſt inter obligationẽ, quam habet Maioratus inſtitutor, ſeu eius ſucceſſor ad alendum filios legitimos inſtitutoris, ſeu ad dotandum filias eius legitimas, ſeu ad alendum vel dotandum filios ſpurios, ſeu filias ſpurias, cùm legitimos etiam aliunde habentes vnde ſe dotare, vel alere poſſint, alere vel dotare teneatur, vt ſupra iſto cap. nu. 6. oſtendimus: ſpurios autem vel ſpurias minimè.

49 ❡ Imò pater † etiã liberos legitimos habẽs, filiis naturalibus ſpuriis, ac inceſtuoſis alimenta ſeu dotes relinquere tenetur, ſi aliàs non habeãt vnde ſe alere vel dotare poſſint. l. 9. & 10. Tauri quæ ſunt in no. ll. Regn. collecti. lege ſeptima & 8. tit. 8. li. 5. *in dictis* ll. Tauri. *commentatores* id expendunt: ídque bene reſoluit. D. Dida. de Couarr. de ſponſal. cap. 8. §. 6. numero ſexto. in fi. & in cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6. part. 2. §. 6. numero ſeptimo. Háncque dixit communem opinionem Roland. à Valle. d. conſil. 74. numer. 39. part. 1. vbi plura in idem adducit.

50 ❡ Quod accipiendum † eſt, dũmodò quintã bonorum portionem, alimenta non excedant: prout in dicta l. 10. Tauri. deciſum eſt. Quam metam alimentorum dos etiam excedere non debet, cùm, præterquam quòd pater non poſſit vltra illã quãtitatem filiis legitimis præiudicare, dos filiæ ſpurię vltra quantitatem alimentorum iure præſtari non poſſit Bar. in Auth. ex complexa. C. de inceſt. nup. n. 4. idem Bart. in l. fin. numero ſeptimo. ff. de his, quib. vt indig. Boeri. deciſ. 127. nume. ſeptimo, D. Didac. de Couarru. de ſponſalibus d. §. 6. nu. 11. Capyci, qui plura refert deciſ. 181. numero primo. cum ſequent.

51 ❡ Sed & hoc intelligendum erit, dũmodò, vltra quatuor filios legitimos parens non habuerit. Si enim vltra † quatuor filios habeat, tunc ſolũ filiæ ſpuriæ pro dote, ſeu alimentis tãtum præſtari poteſt, quantum filio legitimo, cui minus relictum eſt. text. in Auth. licet. & in l. communium. § final. C. de natu. libe. vbi per Alberic. & communiter Scribent. Xuar. in l. quoniam in prioribus. C. de in-



de inoffi. teſt. in 12. limita. ad leg. fori. num. 1. cum ſequen. idem in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. fol. 92. verſ. viſo qui dicantur filij ſpurij. Tellius Fernand. in l. 10. Tauri. nu. 5. & in l. 9. Tauri. nu. 27. cum ſequen. idque veriſſimum eſt.

52 ❡ Controuerti autem ſolet, vtrum, ſi † quintũ ad alimẽta non ſufficiat, poſſit parens filiis illegitimis vltra quintam bonorum ſuorum portionem pro alimentis aliquid relinquere, cum quo cõpetenter ali poſſint, nonobſtante deciſione leg. 10. Tauri, quæ vltra quintum filiis ſpuriis à parente aliquid relinqui prohibet, vel vtrũ ad id, ſi illud facere recuſet, compelli poſſit. In qua quæſtione plures atque inter Hiſpanos Iuriſconſultos maximi nominis viri, id fieri iure poſſe reſoluunt. Quod ea potiſſima ratione probant, ꝙ ſcilicet liberos alẽdi obligatio, ex iure naturali procedat, quæ iure ciuili tolli non poteſt: ideóq. legẽ Taurinenſem intelligendam eſſe, quoties quintũ ad alimenta ſufficiens eſt, non alias, communi voto profitentur. Quod in ſpecie dixit Grego. Lopez in l. 8. tit. 13. par. 6. in glo. verb. *Meneſter*, allegans ad id Roder. Xuar. idipſum in ſimili dicentẽ in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. fol. 93. verſi. notandũ eſt igitur ad fin. Idque etiam dixit. D. Didac. de Couarru. de ſponſalib. 2. par. c. 8. §. 6. nu. 8. Atque idem ſentire videtur Pala. Ruu. in repet. Rub. de don. int. vir. & vxo. §. 24. nu. 17. Clarius autem idipſum ſequitur Didac. Perezius in l. 22. tit. 3. lib. 1. ordina. pag. 165. Atque Baeça de non meliorand. filiab. capit. 8. num. 28.

❡ Contrariam autem ſententiam, imò quòd filiis illegitimis, non poſſit à parentibus vltra quintũ aliquid pro alimentis relinqui, veriorẽ eſſe dixit Tellius Fernandez in d. l. 10. Tauri. nu. 3. quem ſequitur Ioan. Rojas Valentiæ inquiſitor meritiſſimus, in ſuo Epitome ſucceſſionum cap. 21. nu. 17. cum ſequen. *Rationes autem, quas* Tellius Fernãdez (qui fuit *primus huius opinionis* author) aſſignat, duæ ſunt. Prima, ꝙ educatio *liberorum* non ſit de iure naturali, quanuis ex inſtinctu naturali procedat. Secunda, quòd quanuis eſſet de iure naturali, qualitas tamen educationis eſt de iure ciuili. Ideóque lege Taurinẽſi taxari, atque moderari potuit.

❡ Sed hæ duæ rationes facilè dilui poterunt. Prima namque, quòd ſcilicet liberorum educatio, ex iure naturali nõ procedat: falſiſſima eſt, prout ſupra iſto lib. c. 1. nu. 16. cum ſequen. apertiſſimè demonſtrauimus, probantes erroneam eſſe eam differentiam, quæ inter inſtinctum naturæ, nos ad aliquid ſpecificè faciendũ aſtringẽtem, & ius naturale aſſignari ſolet. Secunda autẽ ratio ſimiliter falſa eſt. Nam ſi educatio liberorum eſt de iure naturali, quicquid ius ciuile diſpoſuerit, qđ iuri naturali contrarium ſit: prout concedendo filiis minora alimenta, quam ſibi ad vitæ neceſsitatẽ neceſſaria ſunt, nullius momẽti erit. Imò nõ obſtante iuris ciuilis diſpoſitione ius naturale ſeruandũ eſt. Ius namq. ciuile iura naturalia tollere non poteſt. tex. in §. ſed naturalia quidẽ iura. Inſti. de iur. natur. gent. & ciuil. In quo non agimus de alimentis, quæ ſecundùm dignitatẽ perſonarum, ſed de his tantùm, quæ ad vitæ ſuſtentationẽ pręſtanda ſunt. Quæ ſolùm de iure naturali (vt ſtatim dicemus) eſſe cenſentur. Et quãuis dicatur, quòd ius ciuile poteſt ius naturale interpretari, hęc nõ poterit dici interpretatio, ſed pręciſa correctio, cùm ex iure naturali omne illud, quod ad vitæ ſuſtentationem neceſſarium fuerit, filiis præſtandum ſit. Ideóque lex ciuilis, iuri naturali directo contraria, admittenda non eſt, ex quibus hæc opinio ſatis dubia videtur.

53 ❡ Vt autem † in hac quæſtione vera reſolutio habeatur, duo caſus principales conſiderandi ſunt. Primus, quando agimus de *alimentis*, quæ à filiis ſpuriis, ſecũdùm qualitatem ac dignitatem perſonarum, etiam vltra neceſsitatem viuendi petuntur. Secundus, quando agimus de alimentis, quæ ſecundũ neceſsitatẽ viuendi præſtãda ſunt.

❡ In primo caſu, dicendum eſt, quòd ſiue parens liberos legitimos habeat, ſiue non, compelli non poteſt ad relinquẽdum filiis naturalibus, vel ſpuriis aliquid vltra quintũ, etiamſi quintum ipſum ad alimenta ſecundùm qualitatem, ac dignitatẽ filiorum non ſufficiat, dummodò ad vitæ neceſſariam ſuſtentationem ſufficiens ſit: imò pater liberos legitimos habens, etiam voluntariè nõ poterit aliquid vltra quintum filiis naturalibus relinquere, nec etiã ſpuriis, etiamſi liberos legitimos non habeat. Cùm l. 10. Tauri ad hãc ſolam quantitatem pro *alimentis* præſtandã eos habiles, atque capaces efficiat, nec aliquid aliud à parente eis præſtari permittat. Cuius *legis diſpoſitio in* hac parte ſeruanda eſt. Cùm enim iam filius habeat alimenta ad vitæ ſuſtẽtationem neceſſaria, quæ ſolum ex iure naturali eſſe cenſentur, nec dignitas nec qualitas perſonarũ à iure naturali cõſiderata, nec inuenta ſit: cõſequens eſt, vt quo ad id quod iure poſitiuo introductũ eſt, illius legis diſpoſitio neceſſariò ſeruãda ſit, adeò, vt ſi filius ad alimenta vltra quintum egeat eidem præſtãdum non ſit, quod adeò clarum eſt, vlteriori comprobatione non egeat.

❡ In ſecundo caſu, quãdo, ſcilicet, de alimẽtis ad vitæ ſuſtentationẽ neceſſariis agitur: ſubdiſtinguendũ eſt. Nã aut parẽs habet filios ſeu deſcendẽtes *legitimos, aut caret legitima deſcẽdentia, Si liberos legitimos habeat, dicendum eſt. d. l. 10.* Tau. *diſpoſitionem præciſè ſeruandã eſſe.* Quanuis enim *liberorũ illegitimorũ educatio ex iurę* naturali procedat, ex eodẽ tamẽ iure, legitimorum etiam educatio, atque legitima ſimpliciter ſumpta ꝓcedit, quibus potiori quidẽ ratione legitima, atque alimenta præſtanda ſunt. Ideóque cum in hoc caſu cõcurrat vtraque iuris naturalis obligatio, potuit ius ciuile alendi qualitatem declarare, maioráque alimẽta legitimis, quã illegitimis ſtatuere, atque quintũ ſolum *ſpuriis* cõcedẽdum eſſe diſponere: legitimam autem integram filiis legitimis pro alimentis deferre, cùm ſi tres, vel quatuor filij legitimi ſint, parum aut nihil inter filiorum legitimorum & illegitimorũ alimenta diſtet. Si verò vnus vel duo tantũ filij legitimi adſint iuſtiſsimũ ſit maiora alimẽta legitimis, q̃ illegitimis aſsignare, nec legitima filiorũ legitimorũ, ex illegitimorũ procreatione, ſeu educatione, minuẽda ſit. ❡ Quod lex Taurinẽſis optima ratione in iuris naturalis declarationẽ, nõ autẽ in eiuſdẽ correctionẽ cõſiderauit, atque diſpoſuit. Cùm enim in hoc eſſet aliqua taxa cõſtituẽda, nulla profecto cõuenientior inueniri potuit, quàm illa, quæ ex dicta lege conſtituta fuit.

❡ Si verò parens filios, ac deſcendẽtes legitimos non habeat dicendum erit, filiis ſpuriis alimenta eſſe ex bonis eiuſdem parentis neceſſariò præſtãda, quatenùs ad vitę ſuſtẽtationẽ neceſſaria ſint, etiamſi ea alimenta quintam bonorum parentis

E portionem

portionem excedant. Cùm enim hæc alimenta,
quæ ad vitę ſuſtentationẽ neceſſaria ſunt,ex iure
naturali procedant,nec iure ciuili minui poſſint,
ceſſétque cauſa,quare in caſu pręcedenti eorum
taxatio toleratur, ſcilicet, filiorum legitimorũ fa
uor,nec in hoc caſu eorundem legitimæ præiudi
cium fiat: conſequens eſt, vt nulla ratione dict.l.
Taurinenſis diſpoſitio in hoc caſu ſeruari poſſit:
ſed ea non obſtante , ſint filiis ſpuriis alimẽta ad
vitæ ſuſtentationẽ neceſſaria miniſtranda.Quod
proculdubiò verum mihi videtur.

¶Sed è conuerſo etiam controuerti ſolet, vtrum
54 ſi † filius ſpurius non egeat tota quinta bonorũ
portione ad alimenta, ſed minus ſibi ad illa ſuffi
ciat, poſſit pater integrum quintum eidem pro
alimentis relinquere. In qua quæſtione.D.Dida.
de Couarru.de ſponſa.2.par.c.8.§. 6.nu. 8. atque
iterum.nu.10.reſoluit. id parentem liberè facere
poſſe.Quod etiam ſentit Anto. Gomet.in dict.l.
10.Tauri nu.41.ex rationibus,quas ibid. adducũt.

¶His autem nonobſtantibus:contraria ſentẽtia,
ꝙ,ſcilicet, pater nõ poſsit filio ſpurio relinquere
quintum , niſi quatenùs ad alimẽta ſibi neceſſa-
rium ſit,verior eſt.Lex namque 10.Taurinenſis,
ſolum permittit parenti filio ſpurio relinquere
quintum ad alimenta:quando ad id ſibi neceſſa-
rium eſt,vt ex eius verbis apparet: quãdo autem
eo ad alimenta nõ eget,ius commune ſeruãdum
erit. Ex cuius diſpoſitiõe,pater filio ſpurio nihil
ex bonis ſuis relinquere poteſt. Quod ex plurib.
optimè probat Tellius Fernãdez in d.l.10.Tauri.
nu.6.cum ſequen. Quem ſequitur Ioan.Rojas in
ſuo Epito.ſucceſsio.cap.22.nu.3.cum ſequen.Id-
q́ue veriſsimũ eſt.Quæ omnia in patre accipien-
da ſunt: in matre verò diſpoſitio legis. 9. Taur.
præcisè ſeruanda erit.

¶Hæc autem alimenta , quæ filio ſpurio à patre
debentur,non eſſe ſecundùm dignitatem ſed ſo-
lùm ſecundùm vitæ neceſsitatem præſtanda,plu
res cenſuerunt,ex doctrina.Bal.in l.ſi maritus.ff.
ſol.matri. vbi elegãter inquit,ꝙ quando alimen-
ta debentur miſerationis cauſa nõ ſunt præſtan-
da ſecundùm dignitatem perſonæ, ſed ſolum ſe-
cundum neceſsitatem viuendi.Idq. in alimentis
filij ſpurij dixit Pala.Ruui.in rep.cap.per veſtras
de don.inter vir. & vxo.notab.3.§.24.nu.3.Chaſ-
ſa.conſil.89.nu.55.

55 ¶Sed verius † eſt filios etiã ſpurios ſecũdùm qua-
litatem,ac dignitatem perſonarum alendos eſſe.
Quando enim alimenta debẽtur alicui,etiam ex
cauſa miſerationis, ſecundum dignitatem perſo
næ præſtanda ſunt.l ſed ſi quid.§.ſufficiẽter.ff.de
vſufruct.gl.in l.nepos Proculo.verb.*Dignitate*.ff.
de verb.ſigni.Alex.in l.ſi maritus.nu.5.ff.ſol.ma-
tri.Imò nec æquitati Canonicę,quæ parentes ad
alendos filios ſpurios aſtringit,ſatisfactũ eſſe vi-
detur,ſi filio ſpurio illuſtri ſeu nobili, vel in ali-
qua magna dignitate conſtituto,ſolum illud pro
alimentis pręſtaretur,quo natura cõtenta eſt:ſed
alimenta,attenta etiã qualitate,ac dignitate ſpu
rij præſtanda erunt,non tamen ita ampla vt filio
legitimo eiuſdem dignitatis atq; qualitatis præ-
ſtanda forent, circa quod iudicis arbitriũ verſa-
bitur, vt optimè reſoluit. D.Did.de Couarru.de
ſponſ.2.par.c.8.§.6.nu.7. Atque ex pluribus pro-
bat Tellius Fernan.in d.l.10.Tau.n.2. Quorũ opi
nionẽ in forẽſibus cõtrouerſiis receptã vidimus.

¶Illud autem animaduertendũ eſt, ꝙ quãuis pri-
mi Maioratus inſtitutores , ſeu eorũdem ſucceſ-
ſores debitum hoc dotis,ſeu alimentorũ exolue-
rint, liberíſq. primi Maioratus inſtitutoris legi-
timis atque illegitimis cõpetentia alimenta pręſ-
ſtiterint: nihilominùs tamen tenebuntur omnes
ipſius Maioratus poſſeſſores, propriis fratrib. ac
ſororibus in infinitũ dotes,atque alimenta com-
56 petentia miniſtrare:adeò,vt quicũque † Maiora-
tus poſſeſſor teneatur proprios fratres alere,atq.
ſorores dotare,ſi ipſe id commodè facere poſſit,
fratréſq.aut ſorores inopes ſint.Quod in Primo-
genitura,quæ ex conſuetudine, vel quoquo alio
modo defertur verũ eſſe cenſuerunt Hoſti.Ioan.
And.Ancharra.Abb.& cõmuniter Scrib.in c.li-
cet de voto. Idẽ Io.And.in reg.ſine culpa,de re-
gul.iur.lib.6.Guido Papæ,deciſ.476.& 487.Xua-
rez in rep.l.quoniam.C.de inof.teſt. ſuper.l.fori.
2.limit.nu.9.& in lectura,in 11.limita.nu.21. Pala.
Ruui.in rep.c.per veſtras,de don.int.vir.& vxo.
§.27.nu.4.Tiraquel.de Primoge.quæſt.4.num.33.
Boeri.deciſ.127.nume.7.Greg. Lopez in l.2.tit.15.
part.2.in gloſ.verb.*Sino el hyo mayor*.col.final.

¶Hoc autem in fratribus & ſororibus,quibus à
primo Maioratus inſtitutore legitima debita eſt,
clariſſimè procedit.In hoc namque caſu omnes
DD.qui pro hac opi.citari ſolent,loquuntur,nõ
enim poſſunt legitima priuari,niſi ſibi dotes,ſeu
alimenta relinquantur.Quæ ſi à Maioratus inſti-
tutore eiſdem relicta non fuerint,ab eiuſdẽ ſuc-
ceſſoribus neceſſariò ſibi præſtãda ſũt:in cæteris
autẽ fratribus, aut ſororibus quibus à primo in-
ſtitutore legitima nõ debebatur,id dubium vide
tur:cùm ceſſet ratio: quare præfati DD. hanc o-
bligationem dotãdi,ſeu alendi ad omnes Maio
ratus ſucceſſores extendunt.

¶Sed his non obſtantibus dicendũ eſt,quencun-
57 q. † antiquiſſimi Maioratus poſſeſſorẽ teneri pro
prios fratres, atq. ſorores inopes ex primo inſti-
tutore deſcendẽtes alere,atque dotare. Quod in
hac ſpecie verũ eſſe cenſuit Roderi. Xuar.in re-
pet.d.l.quoniã in prioribus,ſuper.l.fori.2.limita.
nu.10. vbi inquit ſe ita vidiſſe iudicatũ in Regia
58 Cãcellaria,idq́ue ea ratione,quia † frater diues te
netur fratres,atq.ſorores inopes alere,atq.dota-
re.l.mutus ibi.*Vt egentem virũ fratrẽ,ſororémve ſu-
ſtineat*.ff.de iure doti.l.cum plures.§.fin.l.tutor ſe
cundũ dignitatẽ.§.fin.ff.de admi.tuto.l.qui filiũ.
ff.vbi pupillus educa.debeat.§.de nõnullis.ff. de
tutel.& ratio.diſtrahen.l.28.tit.16.par.6.Non mi-
rum igitur ſi idipſum frater Maioratus antiquiſ-
ſimi poſſeſſor facere teneatur.

59 ¶In quo animaduertendũ eſt,ꝙ † quãuis Roderi.
Xuar. hoc ad frates & ſorores ex primo inſtitu-
tore deſcendentes reſtringat, idipſum dicẽdum
videtur in quolibet fratre ſeu ſorore Maioratus
poſſeſſoris, etiã ſi ex primo Maioratus inſtituto-
re nõ deſcendãt.Cùm enim hæ dotes,ſeu alimẽ-
ta non præſtẽtur ex obligatione, quã Maioratus
inſtitutor habebat ad relinquenda alimenta fra-
tribus , ſeu ſororibus Maioratus poſſeſſoris , ſed
ex ſola obligatione,quã habet frater diues ad alẽ
dum & dotandum fratres,atq.ſorores inopes (vt
ſuperiùs oſtẽſum eſt) cõſequens eſt,vt Maioratus
poſſeſſor nõ ſolũ ex fructibus Maioratus tenea-
tur alere & dotare fratres,aut ſorores inopes ex
primo inſtitutore deſcendentes : ſed etiã omnes
fratres & ſorores ſibi ex parte Maioratus inſtitu
toris attinẽtes, etiãſi primi inſtitutoris deſcẽdẽ-
tes non ſint.Sicq́ue pluries in forenſibus cõtro-
uerſiis obſeruatum vidimus, quanuis nunquam
viderimus



viderimus fratrem diuitem bona tantum libera
poſſidentem, condemnatũ fuiſſe ad alendos fra-
tres, vel dotandũ ſorores, tametſi id nulla ratio-
ne petentibus denegari poſſit.

¶Hoc autẽ reſpectu ſororis intelligẽdũ eſt,quã-
do ipſa ſoror eſt vtrinq; coniuncta,vel ſaltem ex
60 eodẽ patre nata:vterinã nãq; † Maioratus poſſeſ-
ſor dotare non tenetur : ſicut frater diues nõ te-
netur ſororem vterinã, ſed tãtùm ex eodẽ parẽ-
te natã dotare,vt probatur ex text.in d.l.cùm plu
res,§.fin.ibi.*Sed non dabit dotẽ ſorori pupilli alio pa-
tre natæ*.ff.de adminiſt.tuto.glo.ord.in l.nõ omni.
verb.nulla.C.eod.Cuius glo.opi.teſtantur cómu
nẽ eſſe.Iaſ.nu. 27.& Ripa.nu.83.in l.1.ff.ſolu. ma-
tri.Boeri.deciſ.129.nu.7. Tiraq.qui plura refert,
de Primog.q.62.nu.1.Arias Pinel.in l.1.C.de bon.
mater.3.par.nu.101.D.Ant.de Padilla,in Auth.res
quæ nu.62.C.cõmunia,de leg.Qua ratione,Maio
ratus poſſeſſorẽ nõ teneri dotare ſororem vteri-
nam inopem,cẽſuit Xuar. in dict.rep.l.quoniam
in prioribus ,ſuper l.fori.2.limita.nu.10.

¶Sed hæc omnia,quæ frequenter in practica cõ-
tingere ſolent,exactiùs cõſideranda ſunt.In pri-
61 mis autẽ illud pręmittẽdũ eſt,Maioratus † poſſeſ-
ſorem teneri fratres ac ſorores inopes alere,ſiue
vtrinq; cõiuncti , ſiue ex eodẽ patre, vel ex eadẽ
matre nati ſint quod ad alimenta. Nam attinet,
nulla differentia cõſtituenda eſt inter fratres,at-
que ſorores cõſanguineos,vel vterinos:ſed vtríſ
que à fratre diuite neceſſariò præſtãda ſũt.Quod
in ſpecie verum eſſe cẽſuit Cinus in l.1.2.q. C.de
alend.libe.Bal.in l.qui filiũ,per tex.ibi.ff.vbi.pu-
pillus educ.debe.Alex.qui id optimè declarat in
l.à filia.ff.ad Trebel.nu.6. Idẽ Alex.in l.1.nu.13.ff.
ſolu.matri. vbi Ripa.nu.85.Iaſ.in Auth.res quæ.
nu.10.C.cõmunia, de lega. Tiraquel.de Primog.
q.62.nu.3.Ideóq; ſẽper, atque indiſtinctè Maio-
ratus poſſeſſor diues tenebitur ex fructibus Ma-
ioratus fratres atque ſorores inopes alere , ſiue
conſanguinei,ſiue vterini ſint.

¶Ex quo cõſequitur ſingularis ac notabilis reſo-
lutio in ea quæſtione,quã prædiximus,vtrùm,ſci
licet, Maioratus poſſeſſor teneatur ſororẽ vteri-
62 nam dotare. Nam ſi † id intelligẽdum ſit de dote,
quæ excedat alimẽta,ſicut illa, quæ iuxta valorẽ
legitimæ æſtimãda, atque taxãda eſt,vel eſt vltra
alimenta protrahenda, vt cõgrua eſſe dicatur ex
his, quæ notãt Salic. Fulg.Iaſ. & cæteri.in Auth.
res quæ per tex.ibi.C.communia.de leg.cum aliis
adductis per Tiraquel.in l.ſi vnquã.verb.ſuſcepe
rit liberos.nu.92.C.de reuocand.dona.In hocca-
ſu,frater Maioratus poſſeſſor nõ tenebitur dota
re ſororem vterinã vſq. ad legitimæ valorẽ , ſeu
vltra quantitatẽ,quæ ad alimenta neceſſaria eſt.

¶Si verò intelligendũ ſit de dote,quæ ad alimen-
ta tantùm neceſſaria eſt,& quæ ſuccedit loco ali
mẽtorũ,in hoc caſu frater diues tenebitur dota-
re ſororem,tam vterinam,quàm cõſanguineam,
quia cùm in hac ſpecie dos loco alimẽtorũ ſucce
dat, validũ erit argumentũ de dote ad alimenta,
& è conuerſo.Ideóque,cum frater teneatur ſoro
rem etiã vterinam alere,conſequenter etiam te-
nebitur illam vſque ad quantitatẽ alimentorum
dotare.Quod præterquã quòd ex iuris principiis
apertiſſimè cõprobatur,ſic intelligit atq; reſoluit
Tiraqu.qui ad id eſt vidẽdus omninò, de Primo
ge.d.q.62.nu.15. cum ſequen.& Grego. Lopez in
l.18.tit.16.par.6.in gl.verb.*Caſar alguna*.Sicq.intel
63 ligẽdus † eſt tex.in l.cũ plures.§.fi. cum ſimilib.ff.
de adminiſtratione tuto.Atq.id,quod æquiuocè
dixit Roderic.Xua.d.2.limita.ad.l. fori.Id namq.
ſimpliciter,atq.indiſtinctè ſumptũ falſum eſſet.

64 ¶Imò ꝙ plus eſt,frater † diues Maioratus poſſeſ-
ſor,nõ ſolũ tenebitur ex fructibus Maioratus fra
tres,atque ſorores inopes, tã cõſanguineos, quã
vterinos legitimos hoc modo dotare , ſeu alere:
ſed etiã naturales.Frater namque diues tenetur
fratres, ſeu ſorores naturales alere.text. vbi per
Scri.in Auth.licet.C.de natura.liber. Bart. in l.ſi
quis à liberis.§. vtrũ.nu.5.ff.de lib.agnoſ.Ripa.in
l.1.nu.85.ff.ſolut.matri.Gre.Lop.in l.4.tit.19.part.
4.in glo.fin.Idem in l.18.tit.16.par.6.in glo. verb.
*Caſar alguna*.& alibi ſæpè Scribent.

65 ¶Sororẽ autem † ſpuriã , ſeu etiam fratrem ſpu-
riũ Maioratus poſſeſſor alere nõ tenetur:æquitas
66 nãque † text.in c.cum haberet,ſolùm in patre,de
quo tex.ille loquitur verſatur,ideóque ad fratrẽ
extendenda non erit: in quo longè minor ratio,
quàm in patre militat: ſed iura ciuilia præcisè in
hoc caſu obſeruanda erunt.Quod in fortioribus
terminis veram eſſe cẽſuit Greg. Lopez per tex.
ibi iuncto text.in dict.cap.cum haberet.in l.5.ti-
tul.19. part.4. in gloſ. verb. *Que ſuben*. Idq́ue lo-
quendo in fratre verũ mihi videtur,quanuis,lo-
quẽdo in auo vel proauo,vt loquitur Grego.Lo-
pez de eius dicto merito dubitari poſſit,prout du
bitat.D.Anto.de Padilla in Auth.res quæ.C.cõ-
munia.de leg.nu.66.In illis námque videtur ean-
dem rationẽ quæ in patre militare, quãdo pater
ipſe non habet vnde filium alere poſſit.

67 ¶Similiter etiã † frater Maioratus poſſeſſor non
tenebitur alere vel dotare fratrum,nec ſororũ fi-
lios,etiam eorũ parẽtibus mortuis, niſi eis legiti
ma à primo inſtitutore debeatur.Hæc nãq. obli-
gatio fratres,vel ſorores alendi vel dotãdi,ad fra
trum,vel ſororũ filios nõ protrahitur:ſed in fra-
tribus atque ſororibus finitur, vt in ſpecie dixit
Alex.poſt. Ang.& Ioã.de Imol.ibi in l.1.ff.ſol.mat.
nu.20.Quorũ dicta refert & ſequitur Ripa. ibid
nu.86.Idq́ue ipſum ſequitur idem Alex.conſ. 66.
nu.3.lib.4.Atque verũ eſſe profitẽtur Odofredus
in l.1.C.de alen.libe.Matthæus de Afflictis in cõ-
ſti. Reg.Sicil.lib.3.Rubr.18.n. 14.*al.nu*.11.Bal.No-
uellus de dote.6.parte princ.16.ſpeciali.nu.5.ver-
ſic.Quid autem in patruo. Campezius de dote.1.
part.quæſt.19.Pariſius cõſ.16.nume.79.lib.2.Lau-
ren.Sylua.qui hanc opinionem cõmunẽ eſſe pro-
fitetur cõſil.35.nu.22 cum ſeq.A coſta lib.2.ſelecta
rũ interpreta.cap.20.nu.2. qui omnes ea præſer-
tim ratione hanc opin.ſequuntur,quòd iure cau
tum nõ inueniatur,quòd patruus diues, nepotes
alere , ſeu neptem dotare teneatur , & ea etiam,
quòd alimẽta mortuo fratre, ad eius liberos ſeu
hæredes non deferantur , ſed eius morte finiri
debeant.

¶His tamen non obſtantibus,cùm ſemel quæſtio
ſimilis , in quodam Caſtellæ ſupremo conuentu
quoad alimenta controuerteretur , contrarium
obtentum fuiſſe accepimus, ex eo , quòd eadem
æquitas alẽdi in nepote verſari videatur,quæ in
fratre militat,& ex eo etiam, quòd appellatione
fratrum , filij fratrum ſemper comprehendi de-
beant. Text.in §.cum filius.Inſti.de hære.quæ ab
inteſta.defe.Imò verè frater filius fratris appella
ri poterit, vt probatur ex text.in cap. cõuentui.
22.quæſt.2.ibi.*Soror enim dicitur,quia filia fratris e-
rat*.iunctis aliis, quæ infra lib.3. vbi de patruo &
nepote agendum erit,dicemus.

¶Sed quanuis hęc opi.æquitatem præ ſe ferre vi
deatur, mihi autē ex his, quæ pro illa adducun-
tur,nō videtur à cōmuni opi.recedēdum eſſe,ea
namque æquiparatio quæ de fratre ad nepotem,
quoad ſucceſſionem ab inteſtato fit,nō eſt facilè
ad alia protrahēda, præſertim in caſu de quo agi
mus, vbi frater diues ad alendum fratrē vel ſoro
rē, ex quibuſdā ſpecialibus rationibus tenetur.
Sic nāque videmus in ſimili, quòd quāuis frater
poſſit turpi perſona inſtituta fratris teſtamētum
contratabulare,id tamen nepos ex fratre præde-
functo facere non poterit.l.fratris.C.de inoffi.te
ſta.ex quo tex.id colligit gl.in §.1.Inſti.eod.verb.
*agētes*,cuius opi.cōmuniter receptam eſſe aſſerit
Iaſ.in l.fratres.C.eod.nu.5.quibus adiicitur,ꝗ fa
cilè euenire poſſet,ꝗ ex vno fratre decē vel plu-
res nepotes ſupereſſent.Quod in maximū fratris
poſſeſſoris Maioratus damnum conuerteretur,ſi
omnes eos alere aſtrictus ſit:niſi dixerimus in eo
caſu,alimenta nō in capita, ſed in ſtirpes præſtā-
da eſſe,quod in materia alimentorū veluti mon-
ſtruum futurum eſſet.Ideóque,nullo pacto à cō-
muni opin.recedendum eſſe mihi videtur.Quod
ſingulariter notandum, atque memoriæ cōmen-
dandum erit:quotidie namque poterit in foren-
ſibus controuerſiis contingere.
68 ¶Imò,nec †frater Maioratus poſſeſſor tenebitur
alere fratres,vel ſorores habētes patrem,vel ſal-
tim matrem,qui illos alere vel dotare poſſint:ſed
tunc primæua actio in patrē, vel eo mortuo, vel
inope exiſtente,in matrē dirigenda erit,nec ali-
ter quàm ipſis deficientibus in fratrē Maioratus
poſſeſſorem exercebitur,quod in patre apertiſſi-
mè procedit. De matre autē eſt tex. in d.l.ſi quis
à liberis.§.vtrum.ff. de libe. agnoſ. vbi obligatio
alendi liberos patre deficiente,in matrem tranſ-
funditur. Idque ex ea lege,& aliis in ſpecie,verū
eſſe cēſuit Anto.Gometius in l.40. Tauri.nu.75.
¶ Sed idipſum apertiùs probatur ex.l.4. titul. 19.
part.4.vbi onus alēdi liberos patre inope exiſtē-
te, vel aliàs deficiente,ad matrem,atque auos, &
proauos maternos,ſeu paternos trāsfūditur.Ne-
que in ea lege de fratre vlla mētio fit:ideóque ex
ea probabiliter dici poteſt : nedum matre diuite
exiſtente: ſed etiam ea deficiente fratrē Maiora-
tus poſſeſſorem non teneri alere fratrē,aut ſoro-
rē inopes , ſi aui vel proaui paterni diuites ſuper
ſint,qui eos alere poſſint. Solum namque in eo-
rum ſubſidiū frater diues , fratres atque ſorores
alere aſtrictus eſt,vt ex prædictis legibus apertiſ
69 ſimè probatur.Sicque intelligēdus†erit tex,in d.
l.cùm plures.§.fin.ff.de admi.tuto.& l.tutor ſecū
dum dignitatem.ff.eod.& l.qui filiū. cum ſimili-
bus.ff.vbi pupillus educari debeat.
70 ¶Hæc autem alimēta†regulariter officio iudicis
petenda atque præſtāda ſunt.Text.vbi glo.Bart.
Albe.nu.4.& cōmuniter Scrib.in l.ſi quis à libe-
ris in princ.& in §.vtrum.ff.vbi pupillus educari
debeat.l.1.& per totum.C.de alen.lib.tex.in cap.
cùm haberet.vbi glo.Abb.& cōmuniterScrib.de
eo,qui dux.in matri.Bart.in tracta.de alimentis.
nu.8.l.8.tit.3.par.6. Quod & commētatores.in l.
9.& 10.Tauri annotare ſolent. Quod intelligen-
dum niſi alimenta in locum legitimæ ſuccedant:
ea namque non officio Iudicis, ſed iure actionis
præſtanda forent: quæ diſtinctio præ oculis ſem-
per habēda erit ad ea quæ notāt Scrib.in l.diuor-
tio.ff.ſolut.matrim.& in l.de alimentis.C.de trā-
ſact.vbi plures differentias inter alimēta quæ iu-
re actionis,& ea quæ officio Iudicis debētur,cō-
ſtituerunt.
71 ¶Si verò Maioratus†poſſeſſor alimenta præſtare
nolit,per iudicem ad id efficiendum,compellen-
dus erit , per pignorum capturam atq. diſtractio
nem.d.l.ſiquis à liberis.§.ſi vel parēs.l.2.titul.19,
part.4.
¶ Et quia aliqui patres,ſeu fratres , ita ſeuerè ſe
habēt in exhibēdis dictis alimētis,maximè ex ini
micitia,quæ ex lite oritur,quam ita ægrè ferunt,
ꝗ licet ſint iam condēnati,& datum mandatū de
exequendo,vt omnia ſint illuſoria,alienāt bona,
vel fructus,fingunt credita,nō colunt hæredita-
tes,& abſq. beneficio incultas relinquūt,vt plu-
ries vidimus fieri à Maioratuum poſſeſſoribus in
72 odium fratrū,vel ſororū.Ideò †Iudices ſupremis
aſſignare ſolent eis vnum fundum æquiualentē
è cuius redditibus liberè & pacificè valeāt perci
pere alimentorū quantitatē deſignatam. Idq.ſic
in ſpecie reſpectu alimētorū dixit Bal. in l.2. nu.
3.C.ſi quid in frau.Patro.vbi Paul.num.6. & in l.
Imperator.ff.ad Trebel.vbi Ale.nu.13.& Segura.
nu.118.Iaſ.in l.ſi conſtante.col.29.nu.198.ff.ſolut.
matr.& in l.ſi is,qui temporali.§.ſed & ſi quis in
fraudem.col.1.ff.de iur.iuran.Pala.Ruui.in repe.
c.per veſtras de dona. inter vi. & vxo.§.17.nu.14.
Fabianus in Auth.nouiſſima.nu.83.C.de inoffic.
teſta.latiùs Rojas in d.Epitome.c.7.nu.20.
¶Et ſi dictus fundus locatus extitiſſet, poteſt cō-
pelli pater,ſeu frater ad cedendū iura contra cō-
ductorem,& dare mandatū in cauſa propria filiis
vel fratribus alimētandis,vt poſſit exigere à cō-
ductoribus,vel debitoribus annui cēſus, vel iu-
riū,& ita fieri ſolet,& eſt bona practica,& neceſ
ſaria contra debitores ſoluere nolētes,ex d.nota.
Ioan.Fabri in Rub.C.quando.fiſcus vel priua.
¶Quantitas autem alimentorū,ſic aſſignata præ-
73 ſtāda † eſt alimētādis in principio cuiuſlibet qua
drimeſtri , vel in quolibet anno in principio an-
ni,ita vt ſolutio ſit anticipata. Alimēta nāq.ægrè
ferūtur in creditū.l.fin.C.de libe.agnoſ.l.1.in fin.
C.quādo.diesleg.ced.Bar.in l.pecuniæ.nu.2.ff.de
ali.& ciba.lega.Gratus conſil.93.nu.67 lib.1. niſi
aliud ex diſpoſitione Maioratus expreſsè,vel ta-
citè cōſtet.Bal.in l.1.nu.3.C. de fideicōmiſſ. idem
in l.non poteſt.ff.de adoptio. & alibi ſæpe Scrib.
quod optimè declarat Rolandus Valle conſil.22.
nu.22.cum ſeq.
74 ¶Quæ†alimēta,filij vel fratres non tenentur re-
cipere in domo parentum vel fratrum.Ex litigio
namque ſolet oriri rancor ſeu ſæuitia,præſertim
inter conſanguineos.Iaſ.conſil.54.2. dubio.lib.1.
Roland. à Valle. conſil.21.nu.12.Boer. deciſ. 195.
nume.5.Bald. Nouel.de dote.7.part. priuileg.34.
nu. Arias Pinel. in l.1. par.1.nu.54.C.de bon.ma-
ter.Idque apertius procedit,quādo alimenta de-
bentur præciſè , & neceſſario , vt in his caſibus,
quos prædiximus,quia tunc nō in domo debito-
ris:ſed vbi voluerint alimētādi,atque in pecunia
præſtāda ſunt.l. cum ij.§.vult igitur.ff.de trāſact.
vbi Angel.dixit ſe pluries ita vidiſſe de facto ſer-
uari.Docto.cōmuniter in l.diuortio.in princip.ff.
ſolu.matri.Carol.Rui.latiſſimè. conſil.89.volu.2.
Gratus conſi.87.nu.1.lib.2.Rolandus Valle conſ.
22.nu.10.& 11.
¶Libellus antem ſuper dote,ſeu alimentis cōclu
dere debet,vt ea præſtētur habita cōpetenti taxa
tione,ſeu moderatione, prout ſupra iſto c.nu.38.
præmiſimus. Quā omnes Scribē.iudicis arbitrio
committen-



cōmittendam eſſe cenſent.l.2.C.vbi pupil.educa.
debe.iunctis his,quæ ſupra: iſto c.nu. 39.adduxi-
mus:ſicque in ſpecie id reſoluit Ang.conſi.353.in
cipiente.Dominus Gregorius col.penul.
75 ¶Sed,& cauſa†hæc dotis, atq: alimentorū ſum-
mariè tractanda atque finienda eſt.d.l.ſi quis à li
beris.§.ſi vel parens,vbi gl.& communiter Scri.
id notant. Bar.& Scrib.communiter in l.1.ff. ſol.
mat.vbi.Ripa.nu.44.Gratus conſil.69.nu.28.lib.
2.Laurentius Sylua.conſi.33.lib.1.nu.1.&.2.
76 ¶Imò cauſa†dotis & alimentorum etiamſi inter
laicos agatur,vel reus laicus ſit,coram iudice Ec
cleſiaſtico tractari poterit:prout notat Bar. in l.
ſolēt.ff.de aliment.& ciba.lega.nu.13.vbi inquit,
ꝗ quando alimenta pauperi relinquūtur , iudex
Eccleſiaſticus poteſt etiam inter laicos cognoſce
re,& procedere, vſque quò ea alimēta præſten-
tur.Cuius opinio.ſimpliciter , atque indiſtinctè
ſequitur D.Dida.de Couarru.in id citās Docto.
de Pala.Ruui.idipſum dicentem.de ſpōſal.2.par.
cap.8.§.6.nu.6.
¶Sed hæc opinio apud ſuprema tribunalia non
admittetur, nec mihi vera videbitur : niſi cauſa
dotis ſeu alimentorum,ad cauſam ſpiritualem de
qua principaliter agitur incidens ſit. Tūc nāque
& non aliàs, iudex Eccleſiaſticus de cauſa dotis,
& alimentorū cognoſcere poteſt. Text.vbi Abb.
& cōmuniter Scri.in c.de prudētia, de dona. in-
ter vir. & vxo. ſicque hoc intelligit atque decla-
rat Pala.Ruui.in rep.c.per veſtras.de dona. inter
vir.& vxo.2.notab.nu.20. Idque verum atque iu
ridicum mihi videtur.
¶Id autem fauore alimētorum, quæ filiis deben
77 tur iure †introductū eſt,vt ſuper eis,nec paciſci,
nec etiam cum iuramento tranſigi poſſit.Specul.
qui fil.ſint legi.nu.12.Bal.in l.pactū, quod dotali.
C.de colla.nu.17.Aymon.conſil.189. num.3.par.1.
D.Dida.de Couarru.qui plura refert in rep. cap.
quanuis pactum de pact. lib. 6.2.par.§.6. num. 4.
Greg.Lopez.in l.8.tit.13.par.6.verb.*Meneſter*.
¶Similiter etiam fauore alimentorum iure ſtatū
78 tum eſt,vt † renuntiata à filiis legitima ,ſeu hęre
ditate paterna,etiam cū iuramento in ea renun-
tiatione alimenta non comprehendatur. Quod
colligitur ex his, quæ not.Bal.in l.pactum , quod
dotali.C.de colla.nu.17.Domini.in c.quanuis.de
pact.lib.6.nu.6.Alex.poſt.Ioan.de Imol. ibidem.
in l.ſtipulat.hoc modo concepta.nu.9.ff.de verb.
oblig.Anto.Gometi.in l.22.Tau.num.12.Rojas in
Epito.ſucceſſio.c.21.nu.78.

---

*S V M M A R I A.*

1 *Alimenta filijs, ac deſcendentibus ingratis à Maioratus inſtitutoribus , ſeu poſſeſſoribus præſtanda non ſunt.*
2 *Alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria,non poſſunt ex cauſa ingratitudinis denegari : niſi ea cauſa morte digna ſit.*
3 *L.6.tit.19.part.4. declaratur.*
4 *Filiæ,quæ abſque patris conſenſu nupſit:vtrum pater Maioratus inſtitutor,ſeu poſſeſſor teneatur alimenta relinquere.*
5 *Filia poteſt priuari dote, ex omnibus cauſis quibus poteſt exhæredari.*
6 *Filia non poteſt exhæredari ex eo: quòd nupſit abſque conſenſu parentis,quanuis leges ciuiles contrarium diſponant.*
7 *Filia, quæ abſque conſenſu parentis nupſit dotanda eſt:etſi tempore quo nupſit dotem non promiſerit.*
8 *Filia, quæ abſque conſenſu parentis nupſit indigno, vtrum exhæredari poßit, vel nihilominus à parente dotanda ſit.*
9 *Filij vel filiæ matrimonium clandeſtinum contrahentes exhæredari poſſunt, legéſque Regiæ hoc diſponentes ſeruandæ ſunt.*
10 *L.49.Tauri. & l.58.lata in Curiis apud Madricium , celebratis anno 1563. quæ hodie ſunt collectæ in l. 1.tit.10. lib.5.ordina.declarantur.*
11 *Leges ciuiles poſſunt actui aliàs à iure Canonico prohibito pœnam adijcere.*
12 *Pœna appoſita à lege Tauri filiis matrimonia clandeſtina contrahentibus,non poteſt rectè id conſiderantibus, grauis videri.*
13 *L.49.Tau.in ſupremo Caſtellæ ſenatu in caſu inter Illuſtres perſonas contingenti obſeruata fuit.*
14 *Filia quæ clandeſtine nupſit, ex iuris rigore poteſt dote & alimentis priuari.*
15 *Filiæ inopi, quæ clandeſtine nupſit , ex æquitate alimenta , ſeu dos vſque ad alimentorum quantitatem miniſtranda ſunt.*
16 *Pœnæ ob matrimonium clandeſtinum appoſitæ : vtrum hodie habeant locum ſtante deciſione Concilij Tridentini,ſeßione.24.cap.1.de reformatione matrimonij cuius ponitur declaratio.*
17 *Pœna non incurritur, ex actu nullo, ſeu inefficaci.*
18 *Alienans feudum , ſeu Emphyteoſim abſque conſenſu domini pœnam non incurrit , ſi alienatio aliàs nulla ſit.*
19 *Pœna incurritur,ex actu nullo : quando lex conſiderat ſolum factum: non autem iuris effectum.*
20 *Facta contra legem habentur pro infectis,quoad fauorem contrahentium : non autem quoad eorum odiū.*
21 *Alienari : vtrum poßint bona Maioratus pro dotibus, ſeu alimentis.*
22 *Alimentis, ſeu dotibus ſemel aßignatis : vtrum poßint, qui ea amiſerunt, illa iterum exigere.*
23 *Parentes tenentur filiam iterum dotare ; ſi caſu : non autem culpa ſua dotem amiſit.*
24 *Parentes tenentur iterum filios alere, qui prima alimenta etiam culpa ſua amiſerunt.*

25 *Pater tenetur iterum dotare filiam, quæ dotem caſu amiſit: etiam ſi ea emancipata ſit.*
26 *Frater Maioratus poſſeſſor, vtrum teneatur dotare iterum ſororem, quæ caſu primam dotem amiſit.*
27 *L. ſi ſocius pro filia. §. filiam. ff. pro ſocio declaratur.*
28 *Alimenta præſtare debentibus conſulitur, vt quantitatem alimentorum ſuper redditibus bonorum Maioratus aſſignent, non autem integram in pecunia, vel alia re.*
29 *Alimenta lite pendente qualiter filiis, vel fratribus à Maioratuum poſſeſſoribus præſtanda ſint.*
30 *Filio lite pendente alimenta præſtanda ſunt: quando iam vnam ſententiam in ſui fauorem obtinuit.*
31 *Alimenta lite pendente: etiam filio emancipato præſtanda ſunt.*
32 *Alimenta præſtanda ſunt lite pendente filio legitimato: per ſubſequens matrimonium & filiis naturalibus & ſpuriis.*
33 *Filio exiſtenti in vtero: etiam lite pendente alimenta præſtanda ſunt.*
34 *Nepotibus, & pronepotibus lite pendente alimenta præſtari debent.*
35 *Alimenta lite pendente: etiam fratribus præſtanda ſunt.*
36 *Alimenta non ſolùm lite pendente præſtanda ſunt ei, qui vnam ſententiam in ſui fauorem obtinuit: ſed etiam exiſtentibus in quaſi poſſeßione, & eis, qui pro ſe habent aliquam non leuem præſumptionem.*
37 *L. ſi inſtituta. §. de inofficioſo, ff. de inoffi. teſtam. declaratur.*
38 *Alimenta lite pendente præſtanda, in qualibet parte litis peti poſſunt.*
39 *Cognitio ſummaria præcedere debet, vt alimenta lite pendente præſtentur.*
40 *Teſtis vnus ſufficiet, vt alimenta lite pendente præſtentur.*
41 *Alimenta lite pendente præſtita non repetuntur: etiam ſi in diffinitiua conſtet ea nõ deberi, qualitérque hoc intelligendum ſit.*
42 *Alimenta lite pendente præſtantur priùs præſtita cautione.*
43 *Cautio ad alimenta, lite pendente percipienda, quid continere debeat.*
44 *Cautio iuratoria: vtrum ſufficiat ad alimenta, lite pendente, percipienda: ſi ſatisdatio præſtari non poßit.*
45 *Alimenta, pendente lite, deneganda ſunt: quando exhibetur in iudicio ſcriptura excludens omnino intentionem agentis: niſi violentia & dolus præſumatur.*
46 *Alimenta diuitibus, lite pendente præſtanda non ſunt.*
47 *Alimenta præſtanda, lite pendente, qualiter taxanda ſint.*

## *De alijs quæſtionibus dotium, atque alimentorum materiam attinentibus.*

## CAPVT XVI.

VT autem materiã quam in c. præcedenti tractare cœpimus, in hoc etiam proſequamur: illud in primis animaduertendum eſt, quòd quanuis ex Regiis facultatibus, atque ex iuris diſpoſitione, alimẽta filiis ac deſcendentibus in caſibus (quos in cap. præceden-
1 ti præmiſimus) debeantur: ea † tamen filiis, ſeu deſcendentibus ingratis præſtanda nõ ſunt, imò ex omnibus cauſis, ex quibus filius ac deſcẽdẽs poteſt exhæredari, ex eiſdem etiam poterit alimentis priuari. text. iuncta gloſ. verb. *detulerat*, in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. verſ. Si quis ex his. ff. de libe. agno. glo. cõmuniter approbata in cap. cum haberet. verb. *Secundum facultates*. De eo, qui dux. in matr. Bart. in l. Diuus. ff. ad leg. Pomp. de parr. Iaſ. in l. ius autem ciuile. nu. 25. de iuſt. & iu. Pala. Ruu. in repe. cap. per veſtras. 3. notab. §. 4. nu. 5. & §. 5. nu. 2. Deci. in l. nuptias. nu. 14. ff. de reg. iur. l. 6. tit. 19. part. 4.

2 ¶ Quod limitari ſolet, niſi agatur de alimentis, quæ filio ad vitę ſuſtentationem neceſſaria ſunt, his namque filius non poteſt ex cauſa ingratitudinis priuari. Idque in ſpecie dixit. D. Did. de Co narr. de ſponſ. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 17. ex l. 6. titul. 19. part. 4. ad fin. ibi. *Fueras ende ſi veniesſe a grand pobreza*. Quod ipſe ſublimitat, niſi cauſa ingratitudinis eius qualitatis eſſet, vt ex ea filius ad mortem damnari poſſet. Tunc namque inquit, filium etiam alimentis ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis, priuari poſſe.

¶ Sed hæc limitatio quam ex dicta lege partitarum vir doctiſſimus deduxit, quamuis æqua at-
3 que probabilis ſit: mihi † tamen ex ea lege non probatur, ſiquidem lex illa in verbis, quæ ſuperius retulimus, loquitur in caſu diuerſo: quando ſcilicet pater exhæredauit filium, ex aliqua iuſta cauſa, & inſtituit hæredem extraneum. In quo articulo fuerunt opiniones diuerſæ, alij namque dixerunt, hæredem extraneum teneri alere filium exhæredatum: alij verò quòd non, vt conſtat ex his, quæ adducit Alberi. in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. numer. 3. & gloſſ. vbi per Scrib. in Authen. vt cum de appellat. cognoſcitur. §. ſiue igitur in verb. *habere*. colla. 8. In qua opinionum contrarietate, ea lex elegit concordiam, de qua ibidem, quod ſcilicet hæres extraneus non teneatur parentem, vel filium exhæredatum alere: niſi in maximam egeſtatem deuenerit. Quæ concordia, atque etiam verba quæ in fine illius legis apponuntur, ad alios caſus in eadem lege contentos adaptari non poterunt, ſiquidem diuerſum eſt, loqui de parente viuo, qui poteſt ex cauſis, quæ ad exhæredationem ſufficiunt, filium alimentis priuare, vel de parente defuncto, qui filium exhæredauit, & quamuis poſſet ex cauſa iuſta ad exhæredandum, illum alimentis priuare, illud non fecit. Tunc namque, in eius hærede extraneo diſtinctio illius legis ſeruabitur. In parente autem in vita filium alimentis priuante, lex illa



lex illa partitarum indiſtinctè ſeruãda erit quã rationem differentiæ ſentire videtur Gregor. Lopez in gloſ. d. l. partitæ. verbo. *Padre*.

¶ Ex ſupradictis autem inferri poteſt ad deciſionẽ quæſtionis, vtrũ, ſcilicet † Maioratus inſtitu-
4 tor teneatur dotem, ſeu alimẽta relinquere filiæ, quæ abſque eius licentia, & cõſenſu nupſit: præſertim ſi filia nupſerit indigno. Videtur nãque dicendum, quòd non cùm filia, quæ nupſit indigno, abſque parentis conſenſu ab ipſo parente exhęredari poſſit. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſ. cõtr. ta. l. 10. ti. 1. par. 4. ibi. *Puede la desheredar*. l. 4. ti. 1. lib. 5. ordi. Cùm ergo ex hac cã filia poſſit exhæredari, conſequens eſt, vt ex ea etiam poſſit alimentis priuari, vt ſuperiùs oſtẽſum eſt, atque
5 etiam dote. Ex omnibus † nãmque cauſis ex quibus filia poteſt exhæredari, poteſt etiã dote priuari: prout in ſpecie dixit Bal. in l. fi. C. de dotis promiſſio. 1. lectura. num. 11. & 2. lectura. nume. 1. vbi dictam. l. 3. §. ſi emancipatus loquentem in exhæredatione, extendit ad dotis conſtitutionẽ. Idipſum etiam ſequitur Pala. Ruui. in rep. c. per veſtras. 3. notab. §. 5. nu. 1. de dona. inter vir. & vxo. Iaſ. in Auth. ſed ſi poſt. C. de inofficio teſta. nu. 3. Idem Iaſ. in l. ius ciuile. nu. 26. ff. de iuſtiti. & iur. & alibi ſæpe. Scriben.

¶ In hoc autem articulo pauliſper immorari libet. Eſt namque vtilis atque frequens, pluriéſq. in forenſibus controuerſiis mihi contingit. Sed ne in eo, vt plures ex Scrib. fecerunt, æquiuocè procedamus, pro eius perfecta reſolutione diſtinguendum erit. Nã aut filia nupſit abſque cõſenſu, aut licentia parentis: publice tamen, atque in facie Eccleſiæ. Aut nupſit clandeſtine, & abſque conſenſu, atque licentia parentis.

6 ¶ In primo caſu dicendum eſt, filiã † ex matrimonio in facie Eccleſiæ abſque licẽtia, ac cõſenſu, parentis contracto, non poſſe aliquo pacto exhæredari, nec per conſequens dote, ſeu alimẽtis priuari: quamuis enim legibus Cæſarũ atque Regiis diſpoſitum ſit, quod filia nubẽs abſque parẽtis conſenſu poſſit exhæredari. id tamen iuri Canonico repugnat, quo ſtatutum eſt filiam poſſe liberè abſque parẽtis cõſenſu, vel licẽtia nubere. Et cum hæc materia ſit ſpiritualis, ius ciuile, quã tenus Canonico repugnat ſeruandum nõ eſt, ne ex pœnarum appoſitione matrimonij libertas infringatur. Ideoque, ex hac cauſa non poſſe filiã exhæredari, neque dote, neque alimẽtis priuari: quamuis contrarium iurę ciuili ſtatutũ ſit, in ſpecie reſoluit Hoſti. in c. 1. de deſponſa. impub. vbi Abb. n. 5. dixit hoc frequentiori Scribẽ. calculo comprobatum eſſe. Idipſum etiam dixit Alex. vbi per plura fundamenta id proſequitur conſ. 97. n. 2. cũ ſeq. l. 1. Idẽ Alex. conſi. 7. nu. 10. lib. 2. Iaſ. in Auth. Sed ſi poſt. nu. 6. C. de inof. teſta. Deci. qui optimè loquitur in l. nuptias. nu. 7. ff. de reg. iur. Xuarez in l. 2. titu. *delos matrimonios* lib. 3. for. ll. verſ. Primo quæro. cum plurib. ſequẽ. Pala. Ruui. in rep. c. per veſtras. notab. 3. §. 6. & 10. vbi latiſſimè materiam proſequitur. Felin. n. 59. & Deci. n. 36. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. vbi hãc eſſe communem opi. profitẽtur. D. Didæ. de Couarru. de ſponſal. 2. par. c. 3. §. 8. n. 5. Guilielm. Benedict. in c. Rainutius. verb. dotem. nu. 42. de teſta. Ripa. in l. 1. nu. 56. ff. ſolu. matri. Pariſi. conſ. 29. nu. 62. lib. 3. Iu. Cla. in practica crimina. q. 82. ſtatuto. 3. ver. Sed nunquid.

7 ¶ Quod procedit, non † ſolũ, quando filia dotem promiſit, ſed etiam quando abſque promiſsione dotis matrimonium contraxit. Bal. Ang. Paul. & Iaſ. in Auth. res quæ. C. communia de lega. vbi Curt. Iunior. nu. 25. hanc communem opinionem eſſe profitetur Ripa. in d. l. 1. ff. ſolu. matri. n. 57. Soci. qui plura refert conſi. 57. nu. 2. lib. 4. D. Did. de Couarru. d. c. 3. §. 8. n. 7. Bal. Nouel. de dote. 6. par. priuileg. 16. nu. 6. ad fin. Guillelm. Benedict. in d. verb. dotes. nu. 42. atque id propè omnes Scrib. Quos paulò ante retulimus verũ eſſe indiſtinctè profitentur.

8 ¶ Similiter etiam idipſum † procedit, non ſolũ in filia, quę virum dignum eligit, ſed etiã in ea, quæ abſque promiſſione dotis, indigno nupſit. Cùm enim liberè filia ex iuris Canonici diſpoſitione abſque conſenſu parentis etiam indigno nubere poſſit, matrimoniúmque ipſum validum ſit, conſequens eſt, vt actui ex ſe licito pœna adiici non valeat, neq. ex ea matrimonij libertas impediri. Idque ſic reſoluit Imol. in c. accedẽs. de procura. Alex. in l. 1. n. 33. ſo. ma. Iaſ. in d. Auth. ſed ſi poſt. nu. 6. de inoffi. teſta. Deci. in l. nuptias. ff. de reg. iur. n. 13. Pala. Ruui. in d. c. per veſtras. nota. 3. §. 10. Dummodo minor dos, ſeu alimenta filiæ præſtẽtur ex mariti indignitate, vt optimè conſiderant Imol. in d. c. accedens, & Alex. in d. l. 1. ff. ſol. matri. nu. 33. Quæ opinio vera eſt, conſiderato iuris rigore.

¶ Cæterum, cõtrariam opinionem veriorem eſſe profitentur Anton. & ibi. Præpoſi. Alex. n. 7. in c. 1. de ſponſal. & Pariſi. conſi. 34. nu. 29. lib. 3. & Iuli. Clar. in practi. crimina. d. q. 82. ſtatuto. 3. ad fin. Quorum opinio, æquitate inſpecta, admitti poterit, cum quadam diſtinctione, quam aſsignat Ripa. in d. l. 1. ff. ſol. mat. n. 59. Quòd, ſcilicet, ſi aliunde habeat mulier, vel maritus vnde ſe alãt, nõ ſint à parente dotãdi, vel alendi. Iniquiſſimum namque videtur cõpellere parentẽ ad dotandã, vel alendam *filiam diuitem, quæ ex turpi coniugio, totum familiæ decus denigrauit. Si vero nõ* habeant ipſa, nec maritus vnde ſe alãt: tũc teneatur parẽs illam alere, vel dotare attẽta ipſius filiæ atque mariti qualitate, ne fame pereat. Quã diſtinctionẽ Ripæ, ſequutus fuit. D. Dida. de Couarru. de ſponſa. 2. par. c. 3. §. 8. n. 7. Eamque etiam probat Gaſpar. Baecius de non melioran. filiab. c. 18. nu. 3.

9 ¶ In 2. caſu quando † ſcilicet, filia clãdeſtinè matrimonium contraxit dicẽdum erit, eam proculdubio à parẽte exhęredari poſſe, quod. l. 49. Tauri. deciſum eſt, qua cauetur, filiam cõtrahentem matrimoniũ, quod Eccleſia clandeſtinum eſſe iudicauerit, poſſe libere à parẽte exhæredari. Quod etiã ad filios maſculos matrimoniũ clãdeſtinũ cõtrahentes, hodie extẽſum eſt, ex pragmatica. 58. in Curiis apud Madritium celebratis. Anno 1563. Quæ leges ſimul collectæ ſunt, in l. 1. tit. 10. lib. 5. in nou. ll. Reg. collectione.

¶ Quarum legum deciſio hodie præciſè ſeruan-
10 da eſt. Nõ enim pœnã imponũt actui à iure Canonico permiſſo, vt leges Cæſareæ, atque Regiæ, quas ſuperius citauimus, opponebãt, ſed actui à iure Canonico alias prohibito: pœnam adiiciũt, quod leges ciuiles facere poſſe, communi Scribẽtium voto receptum eſt, ex ſententia gl. in Clemẽ ne Romani. de electio. verbo. *Tolli*. Quæ ſing. in-
11 quit, quod † quamuis Princeps ſecularis legẽ Romani Pontificis tollere non poſſit: poteſt tamen illã adiuuare per pœnæ adiectionem. Quam ibidem

dem communiter Scrib.ſequuntur.Eámque etiã
probant Feli.in c.1.de ſpõſal.n. 13. Celſus conſi.
38.n.6.vbi plura in idẽ adducit.& D.Did.de Co-
uarru.de ſpõſal.2.par.c.6.n.18.vbi ex hac,& plu-
ribus aliis rationibus dictã.l.Tauri.defendit;at-
que omnes eiuſdem. l. commentatores idipſum
paſſim annotare ſolent.Idque veriſsimũ mihi vi
detur:tametſi.D.Dida.de Couarru.d.c.9.n.20.du
bitet de dictæ.l.49.Tauri.validitate, ob grauiſſi
mã pœnam,quæ ab eadẽ l. contra ipſos contra-
hẽtes, atque eiuſdẽ matrimonij teſtes appoſita
12 eſt.Sed re†vera,ad vitanda matrimonia clãdeſti
na ex quibus mortale crimẽ incurritur, atq; tot
dãna aſsidue exoriri ſolẽt,pœna illius.l.nulli gra
uis cẽſenda erit.Cuius rei parentes ipſos,quorũ
filiæ,vel etiam filij abſque eorũ conſenſu clande
ſtina matrimonia cõtraxerũt,familięque atque
generis decus,& ornamenta denigrarũt,iudices
13 conſtituimus.Ideoque†lex illa Taurinẽſis meri-
tò:quo ad exhæredationẽ in cauſa arduiſſima ꝓ-
ciſè,ex ſentẽtia ſupremi Caſtellæ Senatus ſerua
ta fuit in matrimonio à filia abſque cõſenſu pa-
tris cum viro digniſsimo cõtracto: prout refert
Grego.Lopez,qui hanc etiam opinionem pro-
bat in d.l.10.tit.1.par.4.in gloſ.verbo.*Puede la deſ
hedar*.Ad fin.Quæ ſententia inter perſonas adeo
illuſtres lata fuit,vt mihi, atque etiam omnibus
notiſſima ſit.Quod etiam ego in aliis cauſis,quo
ad exhæredationem obſeruatum vidi.
14 ¶Quo†ad dotem autẽ,ſeu alimenta attinet, ex
ſtricta iuris ratione id ipſum neceſſariò dicendũ
eſt,cũ (vt ſuperius diximus) ex omnibus cauſis,
ex quibus quis poteſt exhæredari, poſſit dote at
que alimentis priuari.Quod verũ mihi videtur,
quãuis Doctor de Pala.Ruui.in rep.c.per veſtras
notab.3.§.13.n.2.contrarium in dote profiteatur,
allegans ad id Ioa.And.& Hoſti.in c.1.de ſponſa.
impu.qui id nõ dixerunt.Sed quamuis ex iuris ri
15 gore hoc verũ mihi videatur, nõ†tamẽ diffiteor
æquiſſimum eſſe filiæ,quæ matrimoniũ clãdeſti-
num contraxit,ideóq;à patre exhæredata fuit ni
hilominus alimenta miniſtrari,ſi ea aliunde nõ
habeat,præſertim ſi viro digno nupta ſit.Iniquiſ
ſimum namque eſſet in pœnam matrimonij clan
deſtini,maximè cũ viro alioqui digno contracti,
pœnam tam grauem imponere,quæ morti proxi
ma eſt.l.necare videtur.ff.de libe.agnoſcẽ.Prout
in ſimili dixit Ripa.in d.l.1.nu.59.ff.ſol.matr.Iun
ctis his,quæ antea adduximus.Quod etiã in do-
te,quatenus ad alimẽta neceſſaria eſt,pari ratio-
ne dicendum videtur.Idque à iudicibus,cum ca
ſus contigerit maturè penſandum, atque conſi-
derandum erit.
16 ¶Sed dubitari poteſt,vtrùm†hoc vltimũ , quod
de exhæredatione ob matrimoniũ clandeſtinum
facienda diximus,hodie procedat ſtante deciſio
ne generalis Cõcilij Tridẽtini,ſeſſione.24.c.1.de
reformatione matrimonii,vbi diſpoſitum eſt,ma
trimonium clandeſtinum nõ valere, nec eſſe ma
trimonium.Cùm enim ex antiquorum Canonũ
deciſione, matrimonium clandeſtinũ validum
eſſet,nõ mirũ ſi contrahentes tale matrimoniũ
exhæredari poſſent, atque cæteris pœnis affici:
hodie autẽ cùm matrimoniũ clandeſtinũ vali-
dum non ſit:conſequens eſſe videtur,vt illud cõ
trahentes iã,nec exhæredari poſſint, neque cæ-
17 teris pœnis affici.Ex actu†nãque nullo,atque in
efficaci quis pœnam nõ incurrit:imò cõtractus
contra legis formam factus habetur perinde le-
gis fictione,atque ſi nũquam fuiſſet celebratus.
l.non dubium.C.de legibus ibi.*Nullum contractũ
inter eos videri volumus ſubſequutum*.Per quẽ text.
plura ibidẽ Scriben.decidere ſolent,quæ ad hu-
ius rei comprobationem cõducunt.Idipſum pro
batur ex tex.in l.ea quidem.C.ſi mancip.ita fue.
aliena.Per quem text.dixit Bald.ibidem num.1.
quòd factum fruſtratorium pœnam efficaciter
non committit,quia ſecundùm Philoſophum ex
18 nihilo,nihil ſequitur.Ideóque alienãs† rem em-
phyteoticam abſque conſenſu domini , non in-
currit pœnam caducitatis,ſi cõtractus aliàs nul-
lus ſit,nec etiam poteſt priuari feudo, qui illud
abſque conſenſu domini alienauit,ſi ex alia cau
ſa alienatio ipſa nulla ſit.Bal. in l.2.numer. 3. C.
de Epiſcopali audien.Iaſ.in l.fina. C.de iur. em-
phyteo.num.139.cum ſequen.Felin.qui plura re-
fert in c.ex tenore,de reſcript.nu.6. cum plurib.
præced.& ſequen.Tiraquel. qui etiam plurima
refert de retract.Lignagier.§.1.gl.2.nu.6.Idẽ Ti-
raq.latiſſimè,in legib.connubial.tit.15. §.1.gl.6.
Sícq. in ſpecie d.l.49. Tauri intellexit Dida. *del
Caſtillo* in eiuſdem. l.commentario.in gl.verbo.
matrimonio.
¶Sed his non obſtantibus,contrarium dicẽdum
eſt,imò,quod etiamſi matrimonium clandeſtinũ
nullum ſit:nihilominus dictæ l.49.deciſio ſeruã-
da ſit.Nã quamuìs plures ex Scriben.in diuerſis
locis dicant,ex contractu,ſeu actu nullo pœnam
non incurri:in hac autẽ re hæc diſtinctio ſeruã-
da erit.Nam aut lex cõſiderat ſolum factum , &
animum facientis : non autẽ iuris effectum , &
19 tunc†etiam ex actu nullo inciditur in pœnã,aut
conſiderat ſolum iuris effectum,& tunc ſi actus
nullus ſit,ex eo pœna non incurrit:prout in ſpe-
cie dixit Bart.in l. quid ergo.§.cum autẽ factum
de his,qui notiſ.fa.Bal.in d.l.ea quidem. num.3.
Feli.in d.cap.ex tenore.nu.9.vbi plura in idẽ ad-
ducit.Conſtat autem legem Taurinenſem ſolum
factum conſiderare,quod ex ſe malum eſt, etiã-
ſi iuris effectum non obtineat, cùm ex matrimo
nio clandeſtino inualido,plurima damna,atque
inconuenientia ſequãtur,vt notiſſimũ eſt. Ideó-
que non mirum ſi etiamſi matrimonium non va
leat pœnæ aduerſus illud contrahentes appoſitæ
præciſè ſeruandæ ſint.
¶Quod etiam comprobatur ex eo, quòd notat.
Bart.in l.non dubium.C.de legib.nu.20.vbi ele-
20 ganter inquit,quod†ea, quæ fiunt contra legẽ
habentur pro infectis,quo ad hoc,vt non valeãt
in eorum fauorem, ſecùs autem quo ad odium
ipſorum,ſeu,ad hoc vt ipſi incidant in pœnam,
quo ad hoc namque tanquã facta cẽſenda ſunt.
Cuius doctrinam ſequitur Iaſ.ibidem.nu.9. atq.
Tiraquellus qui plura refert de retract. Ligna-
gier.§.26.gl.2.nu.8.cum ſequent.
¶Sed hoc ipſum clariùs comprehenditur,ex ip-
ſomet decreto Concilij Tridentini,vbi etſi ma-
trimonium clandeſtinũ irritum declaretur:præ-
cipitur tamẽ ordinariis, vt contrahentes ipſos
ſeuerè pro eorum arbitrio coerceant , atque pu
niant,vt ex eius litera , cuicumque id inſpiciẽti
conſtabit.Ex quibus verbis hæc noſtra opinio
apertior efficitur.
21 ¶Solet etiam controuerti vtrum † ex cauſa hu-
iuſmodi dotium atque alimentorũ,bona Maio-
ratus alienari poſſint.Sed quia hæc quæſtio,po-
tiùs quartam huius tractatus partem contingit,
vbi illam latiſſime examinabimus,ad ibidem di-
cenda



cenda lectores remittimus.
22 ¶Similiter etiam poteſt controuerti , vtrũ † in
caſibus,quos prędiximus,aſſignatis ſemel dotib.
ſeu alimentis,poſſint filij,qui ea amiſerunt , ite-
rum illa à Maioratuũ poſſeſſoribus exigere. In
qua quæſtione diſtinguendum erit.Nã aut alimẽ
ta,ſeu dotes ab his,à quibus legitima debetur,
præſtanda ſunt.Seu ab his à quibus legitima de-
bita non eſt.
¶Si ab his,à quibus legitima debetur,veluti à pa
rentibus,dos ſeu alimenta præſtanda ſint,dicen-
dum erit,quod ſi dos,ſeu alimenta culpa filiorũ
amiſſa ſint,non teneantur parentes dotes,ſeu ali
23 mẽta ipſis filiis aſsignare:ſi vero † caſu fortuito
illa amiſerint ipſos filios,vel filias,iterum dotare
ſeu alere teneãtur. Quod in dote dixit.Bar.in l.ſi
cũ dotẽ.§.1.nu.2.ff.ſo.ma.vbi Alex.nu.6. hanc cõ
munem opi.eſſe profitetur.Id ipſum ẽt dixit Bar.
in Auth.quod locũ n.4. C. de coll. Pala. Ruu.in
Rep.c.per veſtras.§.24.nu.6.Campezius.de dote
1.parte.q.26.Nouellus.de dote.6. par. priuileg.5.
16.Boer.deciſ.131.n.5.Deci.in l.iura ſanguinis. n.
3.ff.de regul.iuris.Guillelm.Benedict.in c.Rainu
tius.verb.dotem.n 19.D. de teſtam. atque in ali-
mentis idipſum dicendum eſſe profitentur Bal.in
l. ſi captiui.C.de epiſc.& cleric.n.9.Idem Bal. in
Auth.contra rogatus.n.11.C.ad Treb.& in d.l. ſi
cum dotem.§.1.n.9.Curti.Iuni.in Auth. res quæ.
nu.31.C.communia de lega.
¶Sed quanuis hoc in dote abſque controuerſia
procedat:in alimentis tamen ſatis controuerſum
24 eſt. Plures namque cenſuerunt, ꝙ † quanuis filij
culpa ſua conſumpſerint quantitatem aſſignatã
ſibi à patre pro alimentis,pater teneatur iterum
illis ex miſeratione, aliquã quantitatem nimis
moderatã ꝓ alimentis aſsignare,ne fame pereãt.
Idque ſpecie dixit Bal.in l.1.§.Ius naturale,nu.7.
ff.de iuſti.& iur. & in l. ſcimus in princip. C.de
inofficio.teſtamẽt.Iaſ.in d.Auth.quod locum. 8.
Bartholom.à Bartoli. in rep.l.ſecundæ.§.1.ff.ſol.
matri:vbi Vincentius Herculanus.num.19.Hyp-
pol.ſing.104.Gaſp.Baecius, de non melio. filiab.
capit.16.nu.20.cum ſequentibus.Quod æquum,
atque probabile mihi videtur.
¶Illud autem, quod de dote caſu vel culpa filiæ
amiſſa diximus , non ſolum in filia in poteſtate,
25 ſed etiam† in emancipata procedit,atque verum
eſt.Ideoq;quanuis hodie ex matrimonio,à pote-
ſtate patris eximatur:nihilominus tamẽ pater te
nebitur illam iterum dotare,ſi primã dotem ca-
ſu fortuito amiſit , prout reſoluit Ripa. in l.2.§.
ꝙ ſi in patris.n.15.& 16.ff.ſo.mat. Nicol. Boerius,
deciſione 131.n.6.Gaſpar.Baecius. qui id ex pluri
bus probat.de non melio.filia.d.c.16.nu.30. cum
ſequentia.Idque veriſsimum eſt.
¶Si verò ab his,à quibus legitima non debetur,
dotes ſiue alimenta præſtanda ſint,dicendũ erit,
quòd ſi ſemel conſtituta fuerunt,ampliùs non dẽ
beantur:etiam ſi culpa,vel caſu dotẽ vel alimen-
ta petentis amiſſa ſint.l.ſi Socius pro filia.§.filiã
ff.pro ſocio:per quem tex.dixit.Bal.in l. fina. nu.
26 8.C.de dot.promiſſio.ꝙ ſi†frater dotauit ſoro-
rem,& illa culpa vel caſu fortuito dotem amiſe-
rit,non teneatur illam iterum dotare.Quòd etiã
verum eſſe profitetur Ludouic. Rom.aſſignans,
quo ad hoc differentiam inter patrem& fratrem
in auth.quod locum.nu.10.C. de colla. Idipſum
videtur ſentire Palat.Ruui.in rep.c. per veſtras.
§.24.n 5.vbi loquens in fratre dicit,quòd non te
neatur iterum dotare,etiamſi ſoror dotẽ amiſe-
rit caſu fortuito.Et peſteà.n.6.loquens de patre
diſtinguit,ꝓut in patre ſuperiùs diſtinguebamus.
Quod etiam verũ eſſe cẽſuit Catellianus Cotta
in ſuis memorabilibus.verbo, *executores teſta-
menti*.verſ.Et poteſt confirmari. Idipſum etiam
clarius dixit Nicola.Boer.deciſio.131.nu.7.
¶Sed cõtrariam opinionem, imò ꝙ frater tenea
tur ſororem iterũ dotare ſi caſu dotem amiſerit,
veriorem eſſe cenſuit Alex.in l.ſi cùm dotem. §.
1.n.7.& 8.ff.ſo.mat. dicẽs eandem rationem mi-
litare in fratre,quæ in patre.Cuius opinio ſequu
tus fuit Iaſ.referens ſe ad illum in l.duobus. §. ſi
ei,qui.n.15.ff.de iur.iuran.Idẽ Iaſ. in diuortio. §.
quod in anno.n.13.ff.ſo.ma.Tiraquellus,vbi etiã
ſe refert ad Alex.in l.boues. §. hoc ſermone. in
regula eiuſdem.l.n.12.& limita.9.n.14.ff.de ver.ſi
gnifi.Ex quibus patet quæſtionem hãc eſſe ſatis
dubiam,atque diſputabilem.
¶In hac autem opinionum varietate,mihi hæc ſe
cunda opinio magis placet.Quanuis enim pater
potiori ratione,quam frater filium dotare tenea
tur:vterque tamen id ex iuris communis diſpoſi
tione facere tenetur,vt ſuperius oſtenſũ eſt.Atq.
idcirco ſi ſoror dotẽ, ſeu alimẽta amiſerit,ita vt
illa recuperare non valeat,in fratre idẽ(quod in
patre annotauimus) dicẽdum erit.Prima namq;
opinio nulla lege,ſeu efficaci ratione probari po
teſt,prout aduertit Alex. in d.l.ſi cùm dotem.§.
1.nu.7.& 8.ad quem omnes Scriben. ſe referunt.
Idque quãdo agitur de filiorum Maioratus inſti
tutore verum eſt:cum enim in ipſum obligatio
alendi vel dotandi quæ erat penes , transfunda
tur,nulla non differentia inter ipſum & parentẽ
aſſignari poterit : ſecus tamen dicendum erit in
fratre,in quẽ hæc obligatio ſic aſſentiri ratione
legitimę nõ ſubuenit:quod etiam in matre,auis,
& proauis in caſibus,quibus filiis ac deſcendẽti
bus ab illis legitima debetur , obſeruãdum erit.
27 ¶Nec obſtat†tex.in d.l.ſi ſocius pro filia.§. filia.
ff.ꝓ ſocio.Ille namque tex.in dote, quæ ex diſpo
ſitione hominis,non autẽ in ea,ꝗ debetur ex diſ
poſitione legis:procedit,prout eſt ea,ꝗ debetur
à matre,fratre,auis,& ꝓauis in his caſibus,quos
ſuperiùs propoſuimus. Quod cõmuniter Scrib.
quos paulò ante retulimus,profitentur.
28 ¶Qua ratione†vt hoc incõueniens ſaltim aliqua
ex parte vitetur,his qui dotes,ſeu alimenta pſtã-
re tenentur conſulimus,vt quantitate dotis,ſeu
alimentorum nõ pſtent alimẽtãdis,ſeu dotãdis.
integrã,neq; in pecunia,vel alia re, ꝗ perire poſ
ſit,ſed potiùs illam ſuper redditibus bonorum
ſuorum imponant,vt ex ipſis illa quotannis per-
cipiant.Quod ſibi vtile eſſe poterit.
¶Hæc autem,quæ de alimentis, & dotibus dicta
ſunt,procedũt,vbi negocium diffinitiuè decidẽ
29 dum eſt.Quid autem dicẽdum† ſit in alimentis,
& expenſis,quæ interim dum cauſa principalis
deciditur,petuntur,hoc in loco tractandum, ac
reſoluendũ erit.Qua in re,quia multa variis in
locis ſcripta reperiuntur reducemus ea ad ordi-
nem,vt diſtinctiùs intelligãtur ex iis , quæ plu-
ries vidimus in forenſibus controuerſiis decidi,
ac practicari.
30 ¶In primis autẽ illud animaduertẽdũ eſt,ꝙ†filio
alimẽta aduerſus patrẽ petenti,durante lite pſtã
da eſt certa pecuniæ quantitas , qua ſe poſſit a-
lere & litis expẽſas ſubire,idque efficiẽdum erit
ſaltem quando iã vnam ſentẽtiam in ſui fauorẽ
obti-

obtinuit.l.qui de inofficioſo.l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffi.teſta.gl.ordina.in l.fi. C. de alend.libe.verb.*Examinauit*.l.fi.C.de ordi.cogni. Alciat.de præſumptio.regu.3.præſumptio.9. nu. 9.D.Did.de Couarru.in quæſtionibus practicis. c.6.n.6.Matt.de Affl.deciſ.10.& 11.Pala. Ruu.in rep.c.per veſtras.1.notab.amplia.8.§.39.Petr.Rebuff.in 1.Tomo in ll.Regias.ti. de ſenten. præiudicia.ſeu prouiſionalibus.art.1.gl.2. col.2.l.ad fi. tit.8.Fori.l.fi.tit.19.part.4.

31 ¶Quod intelligendum eſt,ſiue†filius ſit in poteſtate,ſiue emancipatus,quia quantum ad ſucceſſionem & alimẽta non eſt differentia emancipationis,ſeu patriæ poteſtatis,Auth.de hæredib.ab inteſt.venien.§.ſi verò nec fratres.in verb.nulla. colla.9. Iaſ.in l. ſi emancipati.nu.36. C.de colla, quod etiam pendente tempore dato ad deliberãdum procedit.l.filius.ff.de iur.delibe.

32 ¶Idq; etiã procedit†in filiis legitimatis per ſubſequens matrimoniũ,cùm nihil differãt à legitimis,vt in c.tãta.qui fil.ſint legitimi.& etiã in naturalibus,& in aliis ſpuriis, quibus ex æquitate Canonica debentur alimẽta,vt paulò ante oſtenſum eſt.

¶*Similiter etiam* id ipſum dicẽdum erit,etiamſi
33 filius ſit in vtero,quia ventri fiet prouiſio. vt in l.1.& per totum.ff.de vent.in poſſeſ.mitten.Et in ſpecie tenet Maſſuerius in practica.ti.de poſſeſſorio.nu.26.Idque probat l.7.ad med. tit. 22.par.3.

¶Non ſolum autem filiis interim ſunt alimẽta
34 & expenſæ miniſtrãdæ,ſed etiam† nepotibus, & pronepotibus,circa quos eadẽ obligatio alimentãdi verſatur,vt optimè probat Maſſuerius in d. loco.§.item & recredentiæ,& Rebuf. vbi illum paulò antè citauimus.Quod in his, qui à primo Maioratus inſtitutore deſcendunt,apertiùs procedit,vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

35 ¶Sed & † fratribus egentibus pro alimẽtis,& dotibus cõtra fratres Maioratus poſſeſſores, ẽt ſubueniendum eſt *lite* pendente *de aliqua quãtitate pro alimentis & expẽſis*,cùm,vt ſupra latius oſtẽſum eſt, teneãtur alimẽtare fratres,& dotare ſorores vſque ad metam alimentorũ,licet dictum. §.de inofficioſo.aliqui intelligant nõ procedere in tranſuerſalibus.Hoc autem intelligendũ eſt, dummodo fratres petentes alimenta,habeant aliquam præſumptionem pro ſe vt probat illuſtriſ. Domi. Dida.de Couarr.d.§.6.n.6.& in fratre ita deciſum eſt in deciſ.2.Rotæ.tit.de iudi.incipi.Vtrum filius in cõpilatione poſt antiquas deciſiones.Idque not.Matth.de Afflict.d.deciſ. num.11.

36 ¶Imò prædictæ regulæ†non ſolũ habent locũ, quando in fauorem agentium eſt lata prima ſententia,vt pro requiſito poſuit Iuriſconſultus in d.§.de inofficioſo.vbi gl.& Doctores. Sed etiam idem ſeruandum eſt,etiamſi nulla ſentẽtia ſit lata in cã principali,quãdo filij,vel fratres ſunt in quaſi poſſeſſione filiationis,ſeu fraternitatis vel
27 pro eis eſt aliqua non leuis præſumptio.Sicq;intelligendus eſt tex.in d. §. de inofficioſo & hæc fuit determinatio ſingularis Dominorũ de Rota d.deciſ.2.ti.de iudi.Marth.de Afflictis d.deciſ.10 & 11.dicens ſic fuiſſe bis deciſum in cõſilio Neapolitano,& in Regno Franciæ ita practicatur teſte Rebuffo in leges Regias,in d.artic.1.nu.5.gl. 2.col.2.de ſententiis prouiſionalibus.Spe.tit. de inquiſitione.§.vltimo.verſ.porro.Areti.in c.qui teſtiũ de teſtib.nu.14.Alciat.in d. regul.3. ꝑſumptione.9.n.9.Aegidi.de Bellamera.diſ.88.Quam ſententiam optimè fundat.D.Did.de Couar.d.n. 6.& hoc iure vtimur.

38 ¶Hæc autem alimenta† in qualibet parte litis interim petuntur,& etiam ſi poſt litem conteſtatã detur huiuſmodi libellus, admittẽdus erit.Ita cõcludunt Ioan.Gall.in deciſ.Parlamẽti Pariſienſis q.128.& Petr.Rebuf.in tit.de ſenten. in princ.n. 15.& in d.gl.2.nu.14.

39 ¶Dato autem libello† ſuper alimentis,ſeu dotib. à filiis:vel fratribus offerẽtib.ſe ſtatim in lumine iudicii præbere ſummariã informationẽ, iudex illam debet ſtatim recipere,& habita quadã ſummaria cognitione ſuper filiatiõe,vel fraternitate ſeu deſcendentia compellet reũ alimẽta exhibere actori,durante lite,vſque quo per diffinitiuã ſit pronuntiatũ.gl.in d.l.fi. C. de alend. libe. Et in l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parẽs.ff.de libe. agno. & in c.2.qui filij ſint legiti.Bar.in l.ſi neget.ff.de lib.agnoſ.Stepha.Aufer.in deciſ.Capellæ Tholoſanæ deciſione 77.

40 ¶Et†pro ſummaria cognitione ſufficiet vnus teſtis.Bar.in extrauag.ad reprimendũ,verb.ſummariæ,vel ipſius partis iuramẽtum aut fama.l.fi. tit.19.par.4.l.7.tit. 22.part.3. in med. D. Did.de Couarr.in d.6.n.8.

41 ¶Et† a filiis,quibus huiuſmodi alimenta exhibẽtur lite pẽdente mãdato iudicis eis in quaſi poſſeſſione filiationis exiſtentibus,non repetuntur poſtea,etiamſi conſtiterit,in diffinitiua eos non eſſe filios,vel ex alia cauſa eis non deberi alimẽta,ex text.in l.1.§.intereſt.ff.ſi mulier ventris nomine,& ex gl.communiter recepta.in l.fin.C. de Carbonia.edicto.Curtis gloſ. opinio. ſequitur. Boeri.deciſ.124.nu.4.& 5.vbi plura in eius comprobationem adducit, atque Grego. Lopez in l. 2.ti.14.par.6.verb.*En ellos*.

¶Ab aliis verò extraneis,qui non ita habẽt præſumptionem pro ſe,repetentur,cùm eis contrarium iure cautum non inueniatur.

42 ¶*Et ideo* † *à principio exhibentur alimẽta*, cùm cautione per hæc verba,quod ſi actor in cã ſuccubuerit,ea reſtituet.Quod verius & receptius eſſe in practica affirmat.D.Did.de Couarr.in d.c. 6.n.7.licet Maſſuerius,& Boerius ibidem relati, teneant contrarium.

¶Sed quanuis hoc in forenſibus cõtrouerſiis frequẽter admitti ſoleat:mihi tamẽ ſimpliciter ſũptũ dubiũ videtur.Cũ enim *filius*, qui eſt in quaſi poſſeſſione filiationis,atque ideo pendente lite alimenta recepit,ea poſtea reſtituere non teneatur,ex ſententia gloſſę communiter receptæ.in d.l.fina.C.de Carbo.edict.iniuſtum videretur eũ compellere ad præſtãdam ſatiſdationem.quod ſi in cauſa ſuccubuerit,alimenta præciſè reſtituet. Ideoque iuri,ac rationi magis conſonũ videtur,
43 quod præſtetur cautio,quod† ſi in cã ſuccubuerit,agens cui alimenta præſtãtur ea reſtituet:quatenùs de iure ad idipſum aſtrictum eſſe cõpertũ fuerit.Ex hac namque ſatiſdatione vtrique parti conſuletur.

44 ¶Sed controuerti ſolet,vtrũ† ſi filius,vel frater ſatiſdationem ꝑſtare non valeat in eiuſdem defectum cautio iuratoria admittẽda ſit,an prȩſtatio alimentorum lite pendẽte deneganda. In qua q̃ſtione dicendum eſt,iuratoriam cautionem non ſufficere.Quod probatur ex ſingulari Doctrina. Bar.in l.2.n.C.de vſur.& fruct.leg.vbi ſingulariter inq̃t,ꝙ quoties aliquis tenetur ꝑſtare alteri aliquid præſtita ſatiſdatione: ſi is cui præſtandũ eſt



eſt nõ poſſit ſatiſdare,nõ ſtabitur iuratoriæ cautioni.Quod etiã dixit gl.in l.4.ver.*Boni viri*.C.de vſufruct.vbi Bal.nu.8.idipſum arbitratur Iaſ. in l.1.n.1 .C.de Carbo.edict.vbi Decius,nu.2.Idem Iaſ.in l.1.nu.23.verſ.Nono limita. ff.qui ſatiſdare cogant.quod tutius eſt.Verius tamen mihi videtur,hoc arbitrio iudicis committendum eſſe.Si enim is,qui filium ſe eſſe probauit,atque in quaſi poſſeſſione filiationis eſt petat alimenta,iniuſtiſſimum eſſet illum,propter impotentiam ſatiſdandi lite pendente alimentis priuare.

45 ¶Hæc autẽ prouiſio,quæ†de alimentis lite pendente fieri ſolet,denegãda eſt, quando ex parte rei cõuẽti exhibetur ſtatim in iudicio aliqua ſcriptura publica excludẽs omninò intentionem agentis,vt ſi per contractũ renũtiatũ fuit iuri petendi alimenta,licet à petẽte alimenta replicetur,contractũ non valere:petatúrque eiuſdẽ reciſio,vt probat Ioãnes Gallus.in q.122.incipi.Primo fuit dictũ cõtra vxorẽ vbi dicit, ꝙ ita Pariſiis fuit iudicatũ,quẽ ſequitur.Petr. Rebuf. in d. tit.de ſententiis,articu.1.gl.2.

¶Et in hoc caſu poterit ſtatim conſtare iudicibꝰ ſuperioribus,vt vidimus in cauſis arduis,tãtam eſſe violentiã & dolũ,ex parte patris,vel fratris, vel mariti,ꝙ nihilominus ꝓuideãt interim aliq̃ quantitatẽ pro alimentis, & expenſis,maxime quando in tali contractu realiter non interuenit quantitas legitima: præſertim attẽta concluſione ſuperiùs fundata de renũtiatione alimẽtorũ: etiam cum iuramento non admittenda.

¶Similiter etiã hæc alimẽtorũ ꝑſtatio pendente
46 lite denegãda eſt filio ſeu fratri diuiti:nõ†enim diuitibus,ſed pauperibus pendente lite alimẽta miniſtranda ſunt.l.extraneo.ff.de vẽtr.in poſſeſ. mittẽ.vbi Bar.& cõmuniter Scrib. id notãt. *lege* fi.C.de or. cog. vbi gl. ver. nõ poterit.& cæteri Scrib.idipſũ ꝓfitentur.D.D.de Couar.d.c.6.n.6. ver.Tertio requirit.Idque verũ,ac probabile mihi videtur:dummodo paupertatis conſideratio iudicantis arbitrio relinquatur.

47 ¶Sed dubitari ſolet,q̃† quantitas alimentorum præſtanda ſit in prædictis caſibus,quib.exhibẽtur alimenta lite pendente,& licet Maſuerius.d. practica ti.de poſſeſſorio.n.27.& Boeri.deciſ.324. n.3.& 4.& ſtylus Parlamenti tit. de ꝓuiſionibus ad fi.reſoluant,quartam partem fructuum præſtandã eſſe,ex l.antiqua.ff.ſi pars hæredita. peta. quos refert.D.Didacus de Couarr.d.n.7.Ipſe tamen inquit arbitrio iudicis hoc relinquẽdum eſſe.Quod etiam teſtatur Rebuf. d. tit. de ſenten. prouiſionalib.n.29.& 30.& ita dicit fuiſſe deciſũ in hoc articulo Mat.de Afflict.in d.deciſione.10. & in deciſine 11.Et ita vidimus ſeruatũ in pluribus cauſis,conſiderata qualitate perſonarũ,quãtitate fructuũ,& cõſiderato futuro euẽtu litis,& quantũ in diffinitiua ſententia præſtãdũ ſit. Hęc ſunt,quæ de alimẽtis mihi dicenda ſe obtulerũt, quib.poſſent plura alia cõiungi,quæ in hac parte prætermittimus ex eo,quòd nõ adeò Maioratuum poſſeſſoribus conueniant,atque ex eo etiã quod apud Scri.quos ſuperius retulimus,facillimè inueniri poſsint.

## *De forma inſtitutionis Maioratus.*

### CAPVT XVII.

HActenus de Maioratuũ inſtitutione ac q̃ eius requiſitis in genere diſſeruimus, nunc autem reliquum eſt, vt ad formã ipſius Maioratus in ſpecie deſcendamus.Qua in re,in primis animaduertendum eſt Maioratuũ inſtitutione,nec nimia breuitate , nec etiã verbis ſuperfluis vtendum eſſe:ex Laconiſmo namque obſcuritas:ex ſuperfluitate verò confuſio ſẽper exoriri ſolet,ſed media quadam via in hoc vtendum eſt,ne vitium in extremorũ electione contrahatur.

¶Vt autem conſtet, qualiter hoc efficiendũ ſit, ſciẽdum eſt,Iuriſconſultos Hiſpanos frequẽter breuiſſimas Primogeniorũ formas probare ſolitos eſſe.Nã Didacus de Simancas.de Primogẽ. Hiſpaniæ l.1.c.26. formam Primogeniorũ tradẽs *inquit*,ſatiùs eſſe,vt is,qui Primogenia inſtituit,rẽ in pauca cõferat,liberos ſuos Primogenitos cæteris præferendo,maſculos fœminis anteponendo,reliquos conſanguineos primæuos ordine legitimæ ſucceſſionis generaliter deſignãdo,fœminas penitus excludẽdo,q̃ (vt ipſe inq̃t,) ad omnem dubitationem tollendam ſufficient.

¶Sed & Fernandus de Menchaca de ſucceſſio. progreſſ.lib.3.8.26.nu.10.ponit aliam Primogeniorum inſtituendoru formam:dicens,quòd conſuleret his,qui Primogenia inſtituere volũt,vt poſteritatem ac cognationem ſuam,ad ea inuitarent eodem ordine,quo *inuitãtur à lege* ad ſucceſsionẽ ab inteſtato,hoc vno addito, ꝙ diuiſio bonorũ non fiat,nec illius Maioratus bona accedant omnibus his,qui ſunt in eodẽ gradu,ſed eorum maiori.Quodq; ea vocatio nõ in decimo gradu cognationis finiatur vt finiũtur legitimę ſucceſſiones:ſed quod extendatur vlterius quãtũ Maioratus inſtitutori viſũ fuerit. Hoc enim, vt ipſe inquit,dirimeret multas quęſtiones,lites, & inextricabiles errores,qui quotidie ex Maioratuum inſtitutionibus exoriri vidẽtur.Cùm enim ordo ſuccedendi ab inteſtato ex legũ diſpoſitione *notiſsimus ſit*,ex eo fiet,vt nullum dubium in huiuſmodi Maioratus ſucceſſione exoriri poſſit. quod non valeat ex legum diſpoſitione, quæ de ſucceſſionibus ab inteſtato loquuntur,facillimè *diffiniri*.

¶Similiter,& alii etiã conſulere ſolent,vt in Maioratuũ inſtitutione Maioratus inſtitutor hoc vnũ diſponat:quod ſcilicet in deſcẽdẽtibus, ac omnibus, q ex familia ſua ꝓceſſerint,ex talibus bonis Maioratũ inſtituit,vel ꝙ vult, ꝙ in bonis ſuis ſuccedatur iure Maioratus eodẽ ordine,quo in Regno Caſtellæ ſucceditur. Nihil aliud nãq̃ exigit Maioratus inſtitutio,vt in perpetuũ in his bonis iure Maioratus atque cũ omnibus aliis cõditionibus, cũ quib. in aliis Maioratib. ſuccedi tur,perpetuo ſuccedẽdum ſit,prout ſupra lib.1. cum ſequentibus latiùs oſtenſum eſt.

¶Sed quanuis ex ſtricto iuris rigore,hæ Primogeniorum formæ ſuſtineri poſſent , in boniſque ſic Maioratui ſubiectis ꝑpetuo iure Maioratus ſuccedẽdum eſſet,adhuc ex nimia breuitate plura dubia ſuper eorum Maioratuũ interpretatione exorirentur , quæ ex aliarum clauſularũ adiectione neceſſariò dilucẽda ſunt.Similitérque plura omitterẽtur,quæ ad eorum Primogeniorum rectam atque perfectam inſtitutionẽ neceſſariò exiguntur.Ideoque,ego has Laconicas,atq̃ breuiſſimas Primogeniorũ formas:nec etiam alias ſuperfluas,quibus frequenter Primogeniorum inſtitutores vti ſolẽt,probaui.Sed in hoc,vt prædiximus,mediam quandã viam elegi, illum ordinem ſequens,quẽ in pluribus Maioratib.quorum

rum inſtitutioni præfuimus eorum inſtitutores
obſeruarunt.Quæ Primogeniorũ inſtituendorũ
forma,prout exiſtimamus:ex omnibus ſuis parti
bus conſtabit.Forma autem ipſa erit huiuſmodi.

### *Eſcritura de Maioradgo con facultad Real.*

EN el nombre de Dios todo podero
ſo,Padre hijo,y Spiritu ſãcto tres
perſonas,y vn ſolo Dios verdade-
ro,que viue,y reyna:para ſiempre
ſin fin.Porque de la diuiſiõ de los
bienes reſultan grandes incõuenientes,y por el
la ſepierdẽ,y deſtruyen las familias,y memorias
de las perſonas Nobles e Illuſtres:Y por cõtrario
ſe conſeruan y perpetuan que dando interas y
vnidas por el medio dela inſtituciõ delos Maio
radgos,y los ſucceſſores dellos quedan con ma
yor obligacion de ſeruir a Dios, y aſus Reyes, y
de ſuſtentar y alimentar ſus hermanos pobres,y
de otras coſas,que reſultã en gran beneficio dela
Republica.Porẽde conocida coſa ſea,a todos los
que la preſente eſcritura de Maioradgo vierẽ co
mo yo Fulano vezino de tal lugar por virtud de-
la facultad Real, q̃ para ello tẽgo cõcedida por
el Rey Dõ Philippe nueſtre Señor librada delos
de ſu Real Conſeio de la Camara,y referendada
de Fãciſco de Eraſo ſu ſecretario.Su tenor de la
qual es eſte que ſe ſigue.

¶Don Philippe,&c.Porquanto por parte de vos
Fulano vizino de,&c.me haſido hecha relaciõ,
que de los bienes muebles, y rayzes & rentas,
que teneys al preſente,y delos que tuuieredes
de aqui adelãte,querriades hazer e inſtituit Ma
ioradgo en vno de vueſtros hijos,o hijas q̃ al pre
ſente teneys,o adelãte tuuieredes,y me fue ſup
plicado,e pedido por merced os dieſſe licentia y
facultad para ello:con las clauſulas,vinculos,cõ
diciones,ſubſtituciones,reſtituciones, y penas,
que quiſieredes poner y puſieredes enel,o como
la mi merced fueſſe.Y nos acatãdo los ſeruicios q̃
vos el dicho Fulano no auies hecho, y los q̃ eſpe
ramos q̃ nos hareis de a qui adelante.Y porque
de vueſtra pſona y caſa que de perpetua memo-
ria touimos lo por bien.Porẽde por la preſente
de nueſtro proprio motu,cierta ciẽcia, poderio
Real abſoluto,d̃ que eneſta parte q̃remos vſar,
y vſamo:como Rey,y Senor natural no recogno
ſciente ſuperior en lo tẽporal,damos licẽtia,y fa
cultad a vos el dicho Fulano para que delos bie-
nes muebles,y rayzes,rẽtas,y heredamyẽtos,y o
tros quales quier bienes,que al p̃ſente teneys,o
adelãte tuuieredes,o de la parte q̃ dellos os pa-
reſcire,podays hazer e inſtituyr el dicho Mayor
adgo en vr̃a vida,o al tiẽpo de vueſtro falleſcimi
ento,por vr̃o teſtamento,o teſtamẽtos, o poſtri-
mera volũtad,por via de donacio entre viuos,o
por cauſa de muerte,o por otra manda o inſtitu-
ciõ,q̃ quiſieredes,y por bien tuuieredes,o por o
tra qualquier via de diſpoſiciõ.Y dexar y trapaſar
los dichos vr̃os bienes por via y titulo de Mayo
radgo en vno delos dichos vr̃os hijos,o hijas,nie
tos o nietas que quiſieredes,y en ſus deſcendiẽ-
tes,y a falta dellos en otra perſona: ſegũ y como
por la diſpoſiciõ d vr̃o teſtamẽto,y mãdas ordena
redes,y diſpuſieredes,cõ los vinculos,reglas,inſti
tuciões,vedamiẽtos,ſumiſſiones,penas,fuercas,
firmezas,y otras coſas,q̃ puſieredes, y quiſiere-
des poner en el dicho Mayoradgo,y ſegun y ſe-
gun y como por vos fuere mandado, ordenado,
y eſtablecido,de qualquier manera, vigor,effe-
cto o miniſterio,q̃ ſea o ſer pueda:para q̃ de a qui
adelante los dichos bienes de q̃ anſi hiziederes
el dicho Mayoradgo ſeã auidos por bienes de Ma
yoradgo inalienables, e indiuiſibles. Y para que
por cã alguna,q̃ ſea,o ſer pueda neceſſaria volũta
ria,lucratiua,onero ſa,obra pia,dote, ni donaciõ
propter nuptias no ſe puedã vender,donar,tro-
car,cãbiar,empeñar,ni en agenar por los dichos
vueſtros hijos,ni por los otros ſus deſcendiẽtes,
ni perſonas,que ſuccedierẽ enel dicho Maiorad
go, q̃ por virtud deſta nueſtra facultad hiziere-
des agora,ni de aqui adelante en tiempo alguno
para ſiemper iamas.Por manera que los en quiẽ
anſi inſtituyeredes el dicho Maioradgo,y ſus de
ſcendientes,y perſonas,que huuierẽ de ſucceder
en ello ayan y tengã por bienes de Maioradgo
inalienables,e indiuiſibles ſubiectos a reſtituciõ.
ſegun y dela manera que por vos fuere hecho,
mandado,ordenado y eſtablecido,e inſtituydo,y
dexado enel dicho Maioradgo , con las dichas
clauſulas ſubmiſſiões, cõdiciones,inſtituciones
que enel puſieredes,e quiſieredes poner a los di
chos bienes al tiempo q̃ por virtud deſta nue-
ſtra carta los metieredes,y vĩcularedes,y deſpues
en otro qualquier tiempo,que por bien tuuiere
des.Y para que en vueſtra vida o al tiempo de
vueſtro ſin e muerte,cada y quãdo que queſiere
des e por bien tuuieredes podays quitar y acre-
centar,corregir,y reuocar,y emendar el dicho-
Maioradgo,y los vinculos e cõdiciones, que en
el puſieredes en todo,o en parte y deshazer lo,e
tornarlo a hazer e inſtituyr de nueuo,vna y mu
chas vezes,que nos de nueſtra cierta cientia,pro
prio motu,y poderio Real abſoluto de que en
eſta parte queremos vſar y vſamos, como dicho
es,lo a probamos,y auemos pro firme,rato,grato
eſtable y valudero:para agora y para ſiempre ia-
mas,y deſde agora auemos por pueſto eñ̃ſta nue
ſtra carta el dicho Maioradgo, q̃ anſi hizieredes
y ordenaredes como ſi de palabra a palabra a qui
fueſſe inſerto e incorporado,y lo confirmamos,
loamos,y a probamos,y auemos por firme vale-
dero,para agora y para ſiempre jamas ſegũ y co-
mo y cõ las condiciones vinculos, firmezas clau
ſulas poſturas derogaciões ſubmiſſiões, penas y
reſtituciones, q̃ enel dicho Maioradgo por vos
hecho declarado,y otorgado,fueren y ſeran pue
ſtas y cõtenidas.Y ſuplimos todos e qualeſquier
defectos,obſtaculos,e impedimẽtos,y otras qua
leſquier coſas:anſi de hecho : como de derecho,
de forma,ordẽ,ſubſtãcia,o ſolenidad,q̃ para vali
daciõ,o corroboraciõ deſta nueſtra carta,y delo
q̃ por virtud della hizieredes , y otor garedes, y
de cada coſa y parte dello fuere hecho,y ſe req̃
re y es neceſſario y cumplidero. Con tanto que
ſeays,obligado de dexar y dexeys alos,otros vue
ſtros hijos,e hijas q̃ agora teneys, o tuuieredes
de a qui adelante en quie no ſuccediere el di-
cho Maioragdo alimẽtos, aunq̃ no ſean entanta
cautidad quãto les podria ptteneſcer d̃ ſu legiti-
ma.E otro ſi es nr̃a merced y volũtad,q̃ en caſo q̃
los dichos vueſtros hijos, o hijas en quien anſi
hizieredes el dicho Mayoragdo,y ſuas deſcẽdien
tes,y pſonas q̃ ſuccedieren enel,cometierẽ qual
quier,o qualeſquier crimines delictos:porq̃ deuã
perder



perder ſus bienes , o qualquier parte dellos quier
ſea por ſentencia,o diſpoſicion de derecho, o por
otra q̃lquier cauſa , que los dichos bienes, de que
a ſi hizieredes el dicho Mayoradgo , conforme
alo ſuſo dicho no puedan ſer perdidos, ni ſe pier-
dan anttes en tal caſo vengã por eſſe miſmo caſo,
o aquel,o aquellas perſonas aquiẽ por vr̃a diſpoſi-
ciõ vinierã,y perteneſcieran ſi el dicho delinquẽ-
te muriera ſin cometer el dicho delicto la hora an
tes que le ocometiera.Excepto ſi la tal perſona o
perſonas cometierẽ delicto de heregia,crimẽ læ-
ſæ Maieſtatis , o el peccado nefando cõtra natura.
Que en q̃lquier de los dichos caſos queremos , y
mãdamos que los ayã perdido y pierdã,bien anſi:
como ſi no fueſſen bienes de Mayoradgo. Y otro
ſi contanto,que los dichos bienes de que a ſi hizie
redes el dicho Mayoradgos ſeã vr̃os proprios.Por
que nr̃a intenciõ y volũtad no es de prejudicar en
lo ſuſo dicho,a nr̃a Real corona,ni, a, otro terce-
ro alguno. Lo qual todo queremos y mandamos
que a ſi ſe haga y cũpla , no embargãte la ley que
dize , que el que tuuiere hijos : o hijas legitimos
ſolamẽte pueda mãdar por ſu anima el quinto de
ſus bienes,y meiorar,a vno de ſus hijos , o nietos
enel tercio dellos.Y las,otras leyes que dizen,que
el padre ni la madre no puedan priuar a ſus hijos
dla legitima parte,que les perteneſciere de ſus bie
nes,ni les poner condicion , ni grauamen alguno
ſaluo ſi los desheredarẽ por las cauſas enel dere-
cho permitidas. Y anſi miſmo ſin embargo de o-
tras q̃leſquier le ves,fueros y derechos vſos y co-
ſtũbres,prematicas,ſanciones,deſtos nr̃os Reynos
eſpeciales y generales hechas en Cortes , y fuera
dellas que en contrario de lo dicho ſean,o ſer pue
dan : aunque dellas y de cada vna dellas deuieſſe
ſer fecha expreſſa y eſpecial mencion.Que nos por
la preſente del dicho proprio motu,cierta ciẽcia,
y poderio real abſoluto , auiendo a qui por inſer-
tas,e incorporadas la dichas leyes , y cada vna del
las,diſpenſamo cõellas,y cõ cada vna dellas , y las
abrrogamos,y derogamos, caſamos , y anulamos
y damos por ningunas y de ningũ valor y effecto,
en quãto a eſto toca y atañe,y atañer puede, en q̃l
quier ,manera. Quedã doen ſu fuerça y vigor para
en lo demas adelante. Cõ tanto que como dicho
es ſeays abligado a dexar a los, otros vueſtros hi-
jos,o hijas legitimos alimẽtos: aunq; no ſeã entãta
cantidad quanta les podria venir de ſu legitima.Y
por eſta nueſtra carta encargamos al Sereniſſimo
Principe Don Carlos nueſtros muy Charo,y muy
amado hijo,y mandamos alos Infantes. Perlados
Duques Condes , Marqueſes , ricos homes, Mae-
ſtres delas ordenes,Priores,Comẽdadores,y Sub-
comendadores,Alcaydes de los Caſtyllos, y caſas
fuertes,y llanas,y a los del nueſtro Conſejo. Preſi
dentes,y Oydores de las nueſtras audiencias , Al-
caldes , Alguaziles de la nueſtra caſa , y Corte, y
Chancillerias,y a todos los Corregidores, Aſſiſtẽ
te,Gouernadores,y otros Iuezes, y juſticias qua-
leſquier,deſtos nueſtros Reynos,y ſeñorios , y de
las nueſtras Indias, Iſlas,y tierra firme del mar Oc
ceano:aſi alos que agora ſon: como a los que ſerã
de aqui adelante,que os guarden,y cumplã, y ha-
gan guardar y cumplir a vos el dicho Fulano y a
los dichos vueſtros hijo , o hija,o otra perſona en
quien anſi hizieredes el dicho Mayoradgo y en
ſus deſcendieetes eſta merced licencia, y facultad,
poder y autorida d , que nos os damos para azer
todo lo que conforme y por virtud della hiziere-
des,ordenaredes,e inſtitueredes en todo y por to
do ſegun,que en eſta nueſtra carta ſe con iene , y
que en ello, ni en parte dello,embargo,ni contra-
rio,alguno vos no pongan , ni conſientan poner.
Y ſi vos o ellos quiſieredes nueſtra carta de priui-
legio,y confirmacion,mandamos,a nueſtros,con
tadores,y eſcriuanos maiores , de los priuilegios,
y confirmaciones y a los otros ,officiales, que eſtã
a la tabla de nueſtro ſello,que os la den y libren, y
paſſen,y ſellen, la mas fuerte y firme y baſtãte que
les pidieredes,y meneſter ouieredes, y a Antonio
de Arriola nueſtro criado,que tome la razon, de-
ſta nueſtra carta,y los vnos,ni los otros non faga-
des coſa encontrario ſopena dela nueſtra merced,
y de cada cent mill marauedis para la nueſtra Ca-
mara.Dada,&c.

¶Declarando como ante todas coſas y o el dicho
Fulano declaro,que quiero vſar de la dicha facul-
tad , ſolamente en aquello que es o puede ſer ne-
ceſſaria para mayor fuerça y firmeza de lo diſpue-
ſto en eſte mi Mayoradgo, y no en mas. Porque
en aquello , que no fuere precifamente neceſſaria
para el dicho effecto,ſolamente quiero vſar y vſo
de la que para ello me eſta cõcedida por leyes de
eſtos Reynos,otorgo y conozco, que fundo e in-
ſtituyo Mayoradgo delas villas de , &c.con todos
ſus pechos rentas y derechos,mero y mixto impe
rio,vaſallos terminos y juriſdicion, y con todo lo
a ellas annexo y perteneſciente,con los llamamiẽ
tos,ſubſtituciones vinculos,y condiciones ſiguiẽ-
tes.Las quales condiciones quiero que tangã fuer
ça de proprias y verdaderas condiciones. Porque
des de,agora declaro,que no llamo ni he por lla-
mados ſino ſolamente alos que las guerdaren,y a
los que no lo hizieren los he por no llamados , y
preteridos , y excluſos de la ſucceſſion deſte mi
Mayoradgo.

1 ¶Primeramente,que deſpues de mis dias ſucce-
da en el dicho mi Mayoradgo Fulano mi hijo ma-
yor legitimo,y ſus hijos y deſcendiẽtes legitimos,
o legitimados por ſubſiguente matrimonio , y no
en otra manera perpetuamente preferiendo ſe el
mayor al me A nor:y el varõ ala hembra , aunque
ſea mayor : y la linea del vltimo poſſeedor a todas
las otras lineas,y faltãdo la deſcendencia legitima
de varones,y hẽbras del dicho mi hijo mayor,ſuc
ceda en el dicho mi Mayoradgo Fulano mi hijo ſe
gundo , y ſus deſcendientes legitimos , y a falta
dellos mi hijo,o hija tercero y quarto , &c. y los
ſuyos por la miſma orden : y faltando todos mis
deſcendientes varones y hẽbras legitimos,ſucce-
da en el dicho mi Mayoradgo el pariẽte tranſuer-

A ¶*Si quiſiere excluyr las hembras dela ſucceßion
de ſu Mayoradgo ha dellamar ſiempre deſcendientes
varones del hiio mayor varon , y a falta dellos del
ſegundo y aßi delos demas hiios varones , ſin llam al
hembra,ni dezir que ſe prefiera el varõ ala hembra
como aqui ſe dize : y deſpues de hechos eſtos llama-
mientos de ſolos varones,dezir que la miſma ordẽ ſe
guarde en todos ſus deſcendientes y ranſuerſales per
petuamente De manera que no pueda ſucceder eneſte
Mayoradgo,por ninguna cauſa penſada , o no penſea-
da ninguna muger deſcendiente del inſtituydor , ni,
tranſſuerſal , ni ningun varon que ſea deſcendiente
ſuyo por linea de murer,de qualquier condicion . ca-
lidad , ni propinquidad que ſea : porque el las ex-
cluye , y ha por excluydas e inhabiles , e incapaces
dela ſucceßion del, a ellas y a los varones que dellas*

 deſcen-

*deſcendieren: y en ningun caſo quiere que ſuccedan en eſte ſu Mayoradgo. Porque eſta es ſuprecíſa y determinada voluntad. Pero faltando todos los varones deſcendientes ſuyos por linea de varones tiene por bien que ſuccedan en el Mayoradgo las hembras deſcendientes ſuyas o los varones deſcendientes dellas que fueren parientes mas propinquos del vltimo poſſedor. Sin que tenga en eſte caſo mas prerrogatiua el varon deſcendiente dela hembre que la meſma hembra, ſaluo concurriendo el varon y hembra en vna meſma linea y grado, porque entõces ha de preceder el varon, aunque deſcienda de hembra a la tal hembra. Pero faltando varones y hembras deſcendientes ſuyos, entre los varones y hembras tranſuerſales ſe guarde la meſma orden que eſta mandada guardar entre ſus deſcendientes. Proueyendo que en caſo que aya de ſer excluyda la hiia o deſcendiente de vltimo poſſeedor, ſe le de dote competente delos fructos del Mayoradgo.*

ſal mas propinquo de mi linage legitimo, que ala ſazon ſe hallare, por la miſma ordẽ, conſiderando ſe ſiempre la propinquidad, aſſi en lo que toca a mis deſcendientes, como a los trãſuerſales reſpecto del vltimo poſſeedor, y repreſentando ſiempre el hijo, o deſcendiẽte del hijo maior la perſona de ſu padre muerto en vita del vltimo poſſeedor, o deſpues de ſu muerte, aora ſea tranſuerſal, o deſcendiẽte en q̃lquier grado, aunque no ſea deſcendiẽter del inſtituydor, ni de vltimo poſeedor, yeſte fuera delos grados en quel el derecho permitia repreſentacien en los tranſuerſales.

2 ¶Yten que los dichos bienes ſeã perpetuamẽte deMayoradgo inalienables indiuiſibiles, e inſcriptibles, y que no ſe pudã ceder, renũciar, ni præſcriuir: aunque ſea por preſcripcion immemorial, ni ſe pueda vẽder, ne enagenar, trocar, ni cambiar, ni hypthecar, ni aſcenſuar, ni arrendar por luengo tẽpo, en todo ni en parte: aũque la enagenacion, e hypotheca ſea por cauſa de dote, o arras, o alimentos, o paara redimirſe el poſſedor a ſi, o a otros de captiuos, ni por cauſa publica, ni piadoſa, ni por via de teſtamento, ni contracto, ni vltima volũtad, aunq; ſea para maior vtilidad del Mayoradgo: o inſtituyẽdo por heredero enellos al que le auia de ſucceder abinteſtato, ni por otra cauſa alguna neceſſaria, ni voluntaria, de qualquier calidad que ſea penſada, o no penſada. Y aunque ſea teniendo para ello facultad Real de ſu Mageſtad. Y que por el miſmo caſo que qualquiera delos ſucceſſores deſte mi Mayoradgo hiziere lo contrario, o tratare de hazerlo, o pidiere, o impetrare facultad de ſu Mageſtad para ello, o vſare dello ſiendole concedida por ſu Mageſtad, aunque ſea de ſu proprio motu, lo que hiziere ſua enſi ninguna, y a la ſucceſſiõ del dicho Mayoradgo paſſe al ſiguiẽte en grado como ſi el tal ſucceſſor fueſſe muerto naturalemente.

3 ¶Yten que ſi alguno delos ſucceſſores deſte mi Mayoradgo (lo que Dios no quiera) cometiere delicto de Heregia, o crimen læſæ Maieſtatis, o otro q̃lquier delicto por donde pueda perder el dicho Mayoradgo, o parte del, que por el miſmo hecho que le cometiere, o tratare de cometer le, ſucceda ẽnel dicho mi Mayoradgo el ſiguiente en grado, aſſi en la poſſeſſion, como en la propriedad y vſufructo del. De manera que por razon delos dichos delictos no pueda ſucceder, ni ſucceda en los dichos bienes, ni en parte dellos la camara, y Fiſco de ſu Mageſtad, ni en vſufructo, ni en propriedad, ni en otra manera alguna. Porque mi voluntad præciſa e determinada es, que los que vbieren de ſucceder eñſte mi Mayoradgo ſean Catholicos chriſtianos, e obedientes a la ſancta ygleſia Romana, y fieles e leales vaſallos de ſu Mage. y delos Reyes de Caſtilla que por tiempo fueren, e alos que no fueren, no los llamo, ante los he por excluydos de la ſucceſſion del.

4 *¶Si el inſtituydor quiſiere que ſu Mayoradgo non ſe iunte iamas con otro, diga que el ſucceſſor trayga ſu nombre, y armas ſolas, ſin mezcla de otras ningunas armas y apellido, y que por el miſmo caſo que hiziere lo contrario, poſſe el Mayoradgo al ſiguiente en grado: o mande que ſu Mayoradgo no ſe pueda iuntar con otro: y en caſo que en el hiio mayor concurra ſucceſſion de dos Mayoradgos dentro de treynta dias elija el vno dellos y el otro paſſe al hyiio, obiia ſegundo: o no los auiendo, los pueda poſſeer ambos en ſu vida, y deſpues de ſus dias ſe diuidan por la dicha orden entre ſus hiios, o hiias.*

5 *¶Si el inſtituydor quiſiere excluyr a todos los defectuoſos, podra donde dize. Que no ſucceda loco, ni mẽte capto, annadir, ny mudo, ny ſurdo, ny ciego, ni hermafrodito, ni manco de entrãbas manos, o tollido de entrambos pies, o gafo, o leproſo, a natura, aunque eſto ſe hademirar mucho. Porque muchos deſtos pareſce que no ay razon paræ que ſean excluydos: ſino fuere, queriend o lo aſſi el inſtituydor. Pero ha ſe de aduertir que a eſtos y a todos los demas hiios, o deſcendientes delvltimo poſſeedor, que ſe excluyerẽ por algunos defectos, ſera iuſto que ſe les ſennalen alimentos competentes delos frutos del Mayoradgo.*

¶Yten que los ſucceſſores deſte mi Mayoradgo ſe ayan de llamar de mi nombre y apellido, y traermis armas derechas como yo al preſentelas traygo, llamando ſe primero de mi nombre y apellido, y trayẽdo mis armas ſiẽpre enel mas preeminente lugar, y no lo cumpliendo aſſi, que por el miſmo hecho paſſe la ſucceſſion del al ſiguiente en grado: lo qual ſe entienda auiendo paſſado tres meſes ſin auer lo cumpiido deſpues de auerſele deferido la ſucceſſion del, y auerlo el ſabido, ſin que para eſto ſea neceſſaria interpellacion ni monicion, ni lapſo de mas termino, ni otra diligencia alguna.

¶Yten, ſi alguno delos llamados a eſte Mayoradgo, naſciere loco, o mẽte capto, o mudo y ſurdo iuramente, o le ſobre venierẽ las dichas enfermedades, o qualquier dellas deſpues do naſcido antes que ſucceda en eſte Mayoradgo que en tal caſo el que tuuiere los dichos deffectos no ſuccedam pueda ſuccederet en el y paſſe la ſucceſſion del alſiguiẽte engrado ſiendo las dichas enfermedades perpetuas. Pero ſi deſpues de hauer ſuccedido enel dicho Mayoradgo leſobreuiniere alguna delas dichas infermedades mando, que por ello no ſea excluydo, ni priuado dela ſucceſſion del.

6 ¶Yten, que no ſucceda ni pueda ſucceder en eſte mi Mayoradgo clerigo de orden Sacro, ne Monja ni Frayle, ni Canonigo Reglar, ni otro ningum religioſo profeſſo, ſino fuere de orden militar, o cauallería, que a los tales no los excluyo: ſaluo ſiendo de orden en que conforme a ſus eſtableſcimientos ſe puedan caſar.

7 ¶Yten mando que de los bienes libres, quo dexo fuera deſte mi Mayoragdo ſe den a cada vno de los hiios y hiias, quo dexo demas de mi hijo mayor tantos mill Ducados: para ſu dote y alimentos los quales



quales les dexo por la via y forma que meior de derecho aya lugar, y mando que ſi paracl cumplimiento de la dicha candidad no baſtaren mis bienes libres ſe cumpla delos deſte mi Mayoradgo.

8 ¶Ytẽ, que paſſando eſte mi Mayoradgo de vn ſucceſſor en otro conforme, ala diſpoſicion del: aunque ſera del primero heredero, enel ſegundo llamado, o en los de mas ninguno de los dichos herederos llamados y ſucceſſores dellos pueda ſacar quarta Falcidia, ni Trebellianica, ni otra coſa alguna por razon de la reſtitucion, ni por otra cauſa, ni razon.

9 ¶Ytẽ, que dẽtro de ſeys meſes: como qualquiera de los llamados a la ſucceſſion deſte mi Mayoradgo ſuccediere enel ſe a obligado, a hazer inuẽtario ſolenne iurado de todos los bienes en que ſuccediere, ſo pena que ſi no lo hiziere dentro del dicho termino ſe defiera iuramento in litem contra el, y ſus herederos al ſiguiente en grado ſobre los bienes, que pretendiere que faltan del.

10 ¶Ytẽ que lo accreſcentado en los bienes deſte mi Mayoradgo en qualquier manera ſiga en todo la naturalez a del miſmo Mayoradgo principal, y que ſi algũa coſa ſe deteriorare, o diminuyere en el por culpa del ſucceſſor ſeã obligados a pagarlo ſus herederos aunque la deterioracion aya ſuccedido por culpa leue del poſſedor y no aya auido en ello dolo ni lata culpa.

11 ¶Ytem que luego como ſuccediere en eſte mi Mayoradgo qualquiera de los llamados a la ſucceſſion del antes que tome, y apprehenda la poſſeſſion de los bienes enel contenidos ſea obligado, a hazer pleyto omenaje ſegun fuero de Eſpanã en manos de vna perſona que ſea cauallero hijodalgo de cumplir eguardar todas las clauſulas, y cõdiciones del como enallas ſe contiene, y no lo cumpliendo de mas de las penas en que incurriere conforme a la diſpoſicion deſte Mayoradgo y deſer excluydo de la ſucceſſion del in curra en las penas en que caen, e incurrẽ los caualleros hiioſdalgo, que no guardan ſus pleytos omen aijes.

12 ¶Ytẽ reſeruo en mi el vſoſructo de los dichos bienes por los dias de mi vida, y vel exercicio de la juriſdicion y ſeñorio de las dichas villas y el derecho de poder mudar, reuocar y alterar en todo, o en parte, lo contenido en eſte mi Mayoradgo, quando y como quiſiere y por bien tuuiere, en firmeza de lo qual, o torgue eſta eſcriptura de Mayoradgo, qu e fue fecha y otorgada en la villa de, &c.

¶Si el inſtituidor quiſiere hazer el Mayoradgo irreuocable, entregue la poſſeſſion por clauſula de cõſtituto, o precario, o entrega de eſcriptura, o reſeruacion devſufructo, y prometa de non reuocar le ni alterar le, ni limitarle en coſa alguna, y renuncie la licencia, que tiene de reuocarlo deſpues de hecho: por la facultad Real. Y declare, que no quiere vſar della a ora ni en tiempo alguno, porque por eſtas clauſulas ſe hara irreuocable el Mayoradgo ſiendo hecho por via de contrato, o ſimplemente y no por via de vltima voluntad.

¶Hæc eſt igitur Hiſpanorum Primogeniorum forma, in qua (ni fallimur) nihil ſuperfluum adiectum eſt, nec aliquid neceſſarium prætermiſſum. ſed quoniam ex inſtitutorum arbitrio plura alia in Maioratibus adiici ſolent, operæpretium duximus ea, in hac parte nõ pretermittere. ¶Qua in re ſciendum eſt plures ex Primogeniorum inſtitutoribus interdum prædictis clauſulis adiicere ſolitos eſſe, quod ſi Primogenium in filiumſamilias iuxta eiuſdẽ vocationes deuenerit, pater eius donec ab eius poteſtate exeat, non poſſit vſufructu eiuſdem Maioratus frui, ſed ex fructibus ſolã decimam partem pro adminiſtrationis labore percipiat. Reliquumque in Maioratus augmentum conuertatur. ¶Item quòd ſi ſucceſſor tẽpore, quo in Maioratu ſucceſſerit, fuerit infans, ſeu pupillus, vſquequò perueniat in ætatem viginti annorum, non poſſit frui: niſi tertia parte fructuum Maioratus. Id autem, quod ſupererit, in ipſius Maioratus augmentum conuertatur. ¶Item, quòd ſucceſſor, in matrimonio contrahendo teneatur requirere cõſilium patris, vel matris, vel tutoris ſeu curatoris, ſeu quòd non contrahat matrimonium cum perſonis certæ qualitatis, vel quòd cõtrahat, cum certa perſona, vel quòd in ſequentem vocatum non tranſeat inſtantia cœpta cum precedenti ſucceſſore, vel quòd eidem non noceat ſententia lata contra prædeceſſorem: etiamſi eius hæres ſit, vel quòd poſſeſſores ipſius Maioratus nõ ſint veri domini: ſed ſolùm vſufructuarij, vel quòd poſſeſſor poſſit excludere à ſucceſſione Maioratus filiũ ſuum Primogenitũ: ſi ſibi ingratus fuerit, & quòd is, qui commiſerit crimen læſæ Maieſtatis diuinę, vel humanæ: ſi fuerit reſtitutus, poſſit nihilominus in Maioratu ſuccedere. ¶Item quòd ſi is, qui eſt Religioſus alicuius militiæ, ex cuius inſtituto matrimonium contrahere non poteſt, tẽpore delatæ ſucceſſionis inueniatur ad contrahendum diſpenſatus, in Maioratu ſuccedere poſſit. Atque alia plura, quæ vnuſquiſque inſtitutor ex voluntatis arbitrio conſiderat: ſed quoniam ex his conditionibus, quædam non omnibus placere ſolent: quædam verò iniuſtæ, atque aduerſus iuris diſpoſitionem mihi videntur, in hac Primogeniorũ forma illas non adieci: ſed de eis in hac parte memini, vt inſtitutor eas, quæ ſibi placuerint, eligat: cæteras verò reiiciat.

¶Cùm autem ea, quæ in hoc libro ſcripta ſunt: non ſolùm Hiſpanis, verùm etiam exteris vtilia eſſe poſſint, propter ea, quæ ſupra libro. 1. capit. 1. ad finem annotauimus, conueniens mihi viſum fuit ſcripturam Maioratus, quam Hiſpano ſermone præpoſui, in hac parte Latinis verbis repeter e: vt ab omnibus gentibus, ac nationibus eius ſubſtantia percipi valcat.

## *Scriptura Maioratus ex Regia facultate inſtituti.*

IN nomine Dei Omnipotentis Patris, Filij & Spiritus ſancti Trini, & vnius qui viuit, & regnat per infinita ſecula ſeculorũ. Quoniã ex bonorũ diuiſione patrimonia deſtruũtur memoriáque ac familiæ perſonarum nobilium, atque illuſtrium aboleri atque ſupprimi ſolent, pluráque alia incommoda contingunt, è conuerſo autem ex Primogeniorum inſtitutione patrimonia integra & indiuiſa perpetuò remanent, familiæque ac patrimonia inſtitutorum conſeruãtur perpetuáque efficiuntur, ſucceſſoréſque eorum, Deo ac Regibus ſeruire potiori quadã obligatione obnoxij, atque aſtricti ſunt, ac ſorores pauperes alendi, & dotandi onus ſubire debent, pluráque alia facere tenẽtur, quæ in maximã Reipublicæ vtilitatem futura ſunt: idcircò notum

 ſit

ſit omnibus preſens inſtrumentum Maioratus viſuris, & inſpecturis, quod ego Titius talis ciuitatis vicinus, virtute Regiæ facultatis ad id mihi conceſſæ ab inuictiſſimo, & potentiſſimo Philippo ſecundo Hiſpaniarum Rege, expeditæque à Regiis Conſiliariis, qui eius Cameræ præſunt, atque ſubſcriptæ à Franciſco de Eraſſo à ſecretis præfati Regis Catholici, Cuius tenor eſt huiuſmodi.

---

### *Facultas Regia.*

¶PHILIPPVS, &c. Quoniam à vobis Titio talis ciuitatis vicino, nobis expoſitum fuit, quòd ex bonis mobilibus, & immobilibus, quæ ad præſens poſſidetis, & in futurum poſſidebitis, vultis Maioratum inſtituere in perſona vnius ex filiis, ac filiabus veſtris, quos hucuſque procreaſtis, ſeu procreabitis in futurum, & eorum deſcendentibus. Fuítque mihi ſupplicatum, vt præſtarem vobis licētiam, & facultatem, & vt id efficere poſſitis: cum clauſulis, vinculis, conditionibus, ſubſtitutionibus, reſtitutionibus, & pœnis, quas in eo vobis apponere libuerit, ſeu prout Nobis aliàs viſum fuerit. Nóſque attendentes ſeruitia, & obſequia, quæ à vobis præfato Titio Nobis exhibita ſunt, & exhibentur in futurum, & vt perſonæ, & domus veſtræ memoria perpetua remaneat id facere decreuimus. Perindéque per præſentem facultatem (ex noſtro proprio motu, certa ſcientia atque poteſtate Regia, & abſoluta, qua in hac parte vti volumus, & vtimur: tanquam Rex, ac dominus naturalis non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus) concedimus licētiam & facultatem vobis præfato Titio, vt ex bonis mobilibus, & immobilibus, redditibus & hæreditatibus, & quibuſcunque aliis bonis, quæ nunc poſſidetis, & poſſidebitis in futurū, ſeu ex ea parte illorum qua vobis libuerit, poſſitis facere, & inſtituere dictum Maioratum in vita, ſeu in morte ex veſtro teſtamento, ſeu vltima voluntate, ſeu ex donatione inter viuos, vel cauſa mortis, vel ex alia relicto, vel inſtitutione, ſeu ex quacunque alia diſpoſitione, prout vobis viſum fuerit. Poſſitíſque relinquere præfata bona veſtra, via, & titulo Maioratus, vni ex prædictis filiis, ac filiabus, ac nepotibus veſtris: prout vobis libuerit, & eius deſcendentibus, & in eorum defectum aliis perſonis: prout ex veſtro teſtamento, aut ex alia diſpoſitione diſpoſitum fuerit, cùm vinculis, regulis inſtitutionibus, prohibitionibus, pœnis, viribus, & aliis, quæ vobis libuerit, & prout à vobis fuerit ſtabilitum, & ordinatum cuiuſcunque modi, vigoris, effectus, ac miniſterij id ſit, vel eſſe poterit, vt deinceps ea bona, ex quibus præfatum Maioratum inſtitueritis, habeantur pro bonis Maioratus inalienabilibus, & indiuiſibilibus, & vt ex quacunque cauſa quæ ſit, vel eſſe poterit, neceſſaria, voluntaria, lucratiua, oneroſa, opere pio, dote, ſeu donatione propter nuptias, non poſſint vendi, permutari, hypothecæ ſubiici, nec alienari, per præfatos filios, ac deſcendentes veſtros, nec per alias perſonas, quæ in dicto Maioratu, quem virtute huius facultatis inſtitueritis, ſucceſſerint, nec hoc tempore, nec in futurum, nec alio tempore in perpetuum. Ita vt illæ perſonæ, in quibus ſic præfatum Maioratum inſtitueritis, ac eorum deſcendentes, illum habeant pro bonis Maioratus inalienabilibus, ac indiuiſibilibus, & reſtitutioni ſubiectis: prout per vos fuerit factum, præceptum, ordinatum, ſtabilitum, inſtitutum & relictum in dicto Maioratu, cum omnibus clauſulis, ſubmiſſionibus, conditionibus, ſubſtitutionibus, quæ in eo appoſueritis, & apponi volueritis in dictis bonis, tempore quo virtute huius noſtræ facultatis ea Maioratui, ac vinculo ſubieceritis, & in poſterum quocunque alio tempore, quo vobis libuerit, & vt in vita veſtra, ſeu tempore mortis veſtræ, & quandocunque volueritis, poſſitis minuere, & augere, corrigere, reuocare, ſeu emendare præfatum Maioratum, & in vincula, & conditiones, quæ in eo appoſueritis in totum, vel in parte, & illud diſſoluere, & de nouo facere ac inſtituere ſemel, vel pluries. Quia nos ex noſtra certa ſcientia, proprio motu, poteſtate Regia, & abſoluta, qua in hac parte vti volumus, & vtimur: (prout dictum eſt,) illud approbamus, habemúſque pro firmo, rato, grato, ſtabili, ac valituro: pro nunc, & in perpetuum, & ex nunc habemus pro appoſito in hac noſtra facultate illum Maioratum, quem ſic inſtitueritis, ac ordinaueritis: prout ſi de verbo ad verbum hîc inſertus, ac incorporatus fuiſſet. Illúmque confirmamus, laudamus & approbamus, habemúſque pro firmo, & valido: pro nunc, & in futurum: prout, & ſecundum, & cum conditionibus, vinculis, firmitatibus, clauſulis, pactis, derogationibus, ſubmiſſionibus, pœnis, & reſtitutionibus, quæ in dicto Maratu per vos facto & inſtituto, fuerint appoſitæ, & contentæ. Et ſupplemus omnes, & quoſcunque defectus, obſtacula, & impedimenta, & alia quæcunque ſiue facti, ſiue iuris, ſiue formæ, ſiue ſubſtantiæ, ſiue ſolennitatis, quæ ad validitatem aut corroborationem huius noſtræ facultatis, & eorum, quæ eius virtute feceritis, & inſtitueritis, & cuiuſcunque partis eorum fuerit factum, requiſitum, neceſſarium, aut conueniens. Dummodò aſtricti ſitis, ad relinquendum aliis filiis, ac filiabus veſtris, quos nunc habetis, & habebitis in futurum, qui non debent pro nunc ſuccedere in dicto Maioratu, alimenta, & ſi non ſint in tanta quantitate: quanta eis poſſet pertinere pro ſua legitima portione. Item dignamur, & volumus, quòd ſi præfati filij, ac filiæ veſtræ, in quorum perſona prædictum Maioratum inſtitueritis, ſeu eorum deſcendentes, ſeu perſonæ, quæ in eo ſucceſſerint, commiſerint quæcunque crimina, ex quibus debeant bona ſua, aut partem eorum amittere, ſiue per ſententiam, ſiue ipſo iure, ſeu ex quacunque alia cauſa, quòd præfata bona, ex quibus ſic dictum Maioratum inſtitueritis iuxta ſupradicta non poſſint ex aliquo crimine, perdi, nec amitti. Imò eo caſu ipſo facto tranſeant in illum, ſeu illos, quibus ex dicti Maioratus diſpoſitione tranſire debuiſſent, ſi dictus delinquens mortuus fuiſſet antequàm præfatum crimen perpetraret niſi talis perſona, vel perſonæ commiſerint crimen hæreſis, vel læſæ Maieſtatis, vel peccatum nefandum contra naturam. Quia in quocunque horum caſuum præcipimus, ac volumus, quòd perdant, & amittant dicta bona, ac ſi non fuiſſent Maioratui ſubiecta. Item dummodò prædicta bona ex quibus dictum Maioratum inſtitueritis ſint veſtra propria: non enim intendimus, ex his præiudicium aliquod inferre Regiæ noſtræ



noſtræ coronæ, nec alicui alij tertio. Quæ omnia volumus, ac præcipimus fieri, atque adimpleri, non obſtante lege diſponente, quod habens filios, ac filias legitimas, ſolùm poſſit quintum bonorum ſuorum pro anima ſua legare, & meliorare vnum ex filiis, ſeu nepotibus ſuis in tertio bonorum ſuorum. Et aliis iuribus diſponentibus, quòd parentes non poſſint priuare filios ſuos legitima portione, quæ eis pertinet in bonis ſuis, nec apponere illis in ea conditionem, nec grauamen aliquod, niſi eos ex cauſis in iure ſtatutis legitimæ exhæredauerint, atque non obſtantibus quibuſcunque aliis legibus, foris, iuribus, ſtylis, conſuetudinibus, pragmaticis ſanctionibus horum Regnorum ſpecialibus, ſeu generalibus, in curiis, ſeu extra illas promulgatis, quæ contra prædicta ſint, vel eſſe poſſint: quanuis de eis, & quacunque illorum debuiſſet fieri expreſſa, ac ſpecifica mentio. Nos námque per præſentem facultatem, ex dictis proprio motu, certa ſcientia, poteſtate Regia & abſoluta, habentes dictas leges, & quamcunque illarum pro expreſſis, cum illis, & quacunque illarum diſpenſamus, eáſque abrogamus, derogamus, caſſamus, & annullamus, atque nullas, ac nullius valoris, & effectus eſſe pronunciamus, in quantum ad hoc attinent vel attinere poſſunt. Eis, quo ad alia, in ſuis viribus, & vigore deinceps permanentibus, dummodò (vt dictum eſt,) tenea mini relinquere aliis filiis veſtris alimenta: & reliqua neceſſaria ad victum & veſtitum, etſi non ſint in tanta quantitate quanta eis poſſet pro ſua legitima pertinere. Et per hanc noſtram facultatem exhortatur ſereniſſimum Principem Carolum, noſtrum chariſſimum, & amantiſſimum filium, præcipimúſque Infantibus, Prælatis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Optimatibus, Magiſtris ordinum, Prioribus, Commendatariis, Subcommendatariis, Præfectis Caſtrorum, atque domorum fortium, & planarum, & Regiis noſtris Conſiliariis, Præſidentibus, Auditoribus, & aliis Magiſtratibus noſtræ Curiæ, & noſtrorum Regiorum conuentuum, executoribus noſtræ domus, & Curiæ, & prædictorum Regiorum conuentuum, omnibúſque Præſidibus, Aſſiſtenti, Gubernatoribus, aliíſque iudicibus, quibuſcunque horum noſtrorum Regnorum, ac dominij, atque noſtrorum Indiarum, Inſularum, ac terræ continentis maris Oceani, qui nunc ſunt, vel erunt in futurum, quòd ſeruent, & adimpleant, faciántque ſeruari, & adimpleri vobis præfato Titio, filiíſque, ac filiabus veſtris, ac aliis perſonis, in quibus inſtitutus fuerit hic Maioratus, ac deſcendentibus ſuis iſtam gratiam, & facultatem, licentiam, mandatum, & authoritatem, quam vobis concedimus, ad faciendum omnia ea, quæ eius virtute feceritis, que inſtitueritis in omnibus, & per omnia: prout in hac facultate continetur. Et quod in his, nec aliqua parte eorum impedimentum non apponant, nec apponere ſinant, nec permittant. Quòd ſi vos, aut illi volueritis noſtrum priuilegium confirmationis, præcipimus, & mandamus noſtris Quæſtoribus maximis, atque Tabellionibus maioratibus priuilegiorum, & confirmationum, & cæteris officialibus, qui aſſiſtunt tabulæ noſtri ſigilli, quod vobis illud expediant, & ſigillent cum omnibus viribus, & firmitatibus, quæ ſibi petitæ fuerint, & vobis expediant. Et Antonio Arriolæ familiari noſtro, quod rationem huius facultatis accipiat. Et nullus ex eis quidpiam his contrarium facere præſumat ſub pœna noſtræ indignationis, & centum mille dipondiorum noſtro Fiſco adiiciendorum. Dat. &c.

¶Declarans igitur: prout ante omnia ego præfatus Titius declaro, quod volo vti prædicta Regia facultate in eo ſolùm, in quo eſt vel eſſe poteſt neceſſaria ad maiorem vim, & firmitatem eorum, quæ in hoc Maioratu diſpoſita fuerint. In his námque, ad quæ non fuerit ad prædictum effectum præciſè neceſſaria, ea ſolùm facultate, quæ à legibus Regiis mihi ad id conceſſa eſt, vti volo. Profiteor, quod inſtituo Maioratum ex Caſtris, & oppidis, &c. Cùm ſuis iuribus, tributis, ac redditibus, & mero, & mixto Imperio, terminis, ac iuriſdictione, & cum omnibus aliis his annexis, & pertinentibus. Cùm vocationibus, ſubſtitutionibus, vinculis, & conditionibus ſequentibus. Quas conditiones volo vim propriarum conditionum habere. Atque ex nunc declaro, quòd non intendo vocare, ſeu habere pro vocatis niſi illos tantùm, qui eas obſeruauerint. Et illos, qui eas ſeruare neglexerint volo haberi pro non vocatis ac præteritis, & excluſis, ab huius Maioratus ſucceſſione.

¶In primis, quod ex die mortis meæ in futurum ſuccedat perpetuò in prędictis bonis Seius filius meus Primogenitus legitimus, & filij eius, legi timi ſeu legitimati per ſubſequens matrimoniū, & non aliàs. Ita vt ſemper præferatur natu maior minori, & maſculus fœminæ, etiamſi fœmina ſit maior natu, & linea vltimi poſſeſſoris omnibus aliis lineis. Et deficiente linea deſcendentium maſculorum & fœminarum præfati Seij filij mei Primogeniti, ſuccedat in dicto Maioratu Mæuius filius meus ſecundogenitus, ac eius deſcendentes, & eis deficientibus, filius, vel filia, tertius & quartus, & ſui deſcendentes eodem ordine, & deficientibus deſcendentibus meis maſculis, & fœminis, ſuccedat in dicto Maioratu conſanguineus meus tranſuerſalis propinquior eodem ordine, conſiderata ſemper propinquitate, ſiue reſpectu

¶*Si voluerit inſtitutor fœminas, excludere ab huius Maioratus ſucceſsione, debet vocare ſemper deſcendentes maſculos filij Primogeniti maſculi, & in defectum illorum ſecundogeniti maſculi, & ſic de aliis filiis maſculis abſque vocatione fœminæ, & non dicendo, quod maſculus fœminæ præferatur. Et poſt has maſculorum vocationes factas, adijcere debet, quod idem ordo ſeruetur in omnibus ſuis deſcendentibus, & tranſuerſalibus perpetuò. Ita vt non poſsit in hoc Maioratu vnquam ſuccedere ex quacunque cauſa opinata, vel inopinata aliqua fœmina deſcendens ab inſtitutore, vel tranſuerſalis, nec aliquis maſculus, qui à fœmina deſcendat cuiuſcunque conditionis, qualitatis, ac proprinquitatis exiſtat: quia ipſe illas*

 *excludit,*

*excludit, & vult haberi pro excluſis, inhabilibus, atque incapacibus ab huius Maioratus ſucceſsione, atque omnes maſculos ab illis deſcendentes: ita vt nullo caſu valeant in eo ſuccedere. Hæc námque eſt ſua præciſa, atque enixa voluntas. Debet tamen prouidere, quòd in caſu, quo ex hac clauſula excludatur filia, vel neptis vltimi poſſeſſoris, & dos competens à ſucceſſore præſtanda ſit.*

deſcendentium, ſiue tranſuerſalium ab vltimo poſſeſſore, Atque, ita vt ſemper filius, vel deſcendens à filio Primogenito perſonam parentis ſui mortui viuente vltimo poſſeſſore, vel eo mortuo repræſentet, ſiue ſit deſcendens, tranſuerſalis, in quocunque gradu conſanguinitatis exiſtat, etiamſi nec à Maioratus inſtitutore, nec ab vltimo eius poſſeſſore deſcendat: atque etiam ſi ſit gradus ipſe talis in quo de iure communi reſpectu tranſuerſalium repræſentatio non admitteretur.

¶Item, quod prædicta bona ſint perpetuò bona Maioratus, inalienabilia, indiuiſibilia, & impræſcriptibilia, nec poſſint cedi, renuntiari, nec præſcribi: etiam tali præſcriptione, cuius initij memoria non exiſtat, nec etiam poſſint vendi, alienari permutari, nec hypothecæ, nec cenſui ſubiici, nec per longum tempus locari, etiamſi ipſa alienatio, ſeu hypotheca procedat ex cauſa dotis, ſeu donationis propter nuptias, ſeu fiat ad redimendum poſſeſſorem, ſeu alium quemcunque à captiuitate. Nec prædicta alienatio fieri poſſit ex teſtamento, nec ex contractu, nec vltima voluntate, etiamſi fiat ex cauſa ipſi Maioratui vtiliori ſeu inſtituendo in his bonis illum, qui vltimo poſſeſſori debuiſſet ab inteſtato ſuccedere, nec ex alia quacunque cauſa neceſſaria, ſiue voluntaria cuiuſcunque qualitatis exiſtat, opinata, ſeu inopinata: etiamſi ad id efficiendum Regia facultas interueniat. Imò eo ipſo qualiſcúnque ex huius Maioratus ſucceſſoribus contrarium fecerit, ſeu facere tentauerit, aut ad id Regiam facultatem impetrauerit, vel ea vſus fuerit, etiamſi ei à Principe proprio motu concedatur, ſucceſſio huius Maioratus tranſeat in ſequentem ſucceſſorem: ac ſi is ſucceſſor naturaliter mortuus fuiſſet.

¶Item, quod ſi aliquis ex huius Maioratus ſucceſſoribus, (quod Deus auertat,) commiſerit crimen hæreſis, ſeu læſæ Maieſtatis, vel aliquod aliud crimen, ex quo poſſit perdere bona huius Maioratus, vel partem eorũ eo ipſo, quod illud commiſerit, vel de iſto committendo tractauerit: ſuccedat in hoc Maioratu ſequens in gradu tam in proprietate: quàm in poſſeſſione, & vſufructu. Ita vt ratione dictorum criminum non poſſit ſuccedere, nec ſuccedat in dictis bonis, nec in aliqua illorum parte Fiſcus regius, nec in vſufructu, nec in proprietate, nec aliquo alio modo. In quo profiteor non eſſe intentionis, nec voluntatis meæ fraudem Fiſco facere: ſed ſolùm familiam, atque memoriam nominis mei conſeruare prouidendo, vt dicta bona nullo pacto ab ea exire valeant.

*¶Si inſtitutor voluerit, quòd hîc Maioratus cum alio nunquam miſceatur, adijcere debet, quòd ſucceſſor deferat nomen & arma ſuæ familiæ ſola abſque mixtura alterius nominis, nec armorum, & quod eo ipſo, quod contrarium fecerit, ſucceſsio Maioratus in ſequentem pertranſeat. Vel præcipiat, quòd Maioratus hic non valeat cum alio coniungi, & quòd ſi in perſona filii Primogeniti concurrat duorum Primogeniorum ſucceſsio, intra triginta dies eligat vnum illorum, alterúmque in filium ſeu filiam ſecundogenitos pertranſeat eis tamen non exiſtẽtibus, poſsit per tempus vitæ ſuæ Primogenium poſsidere, eóque decedente, diuidantur inter filios ſuos, prædicto ordine obſeruato.*

*¶Si inſtitutor voluerit excludere omnes defectuoſos: vbi inquit, quod non ſuccedat furioſus, nec mente captus, nec ſurdus, nec mutus, adiicere debet, nec cæcus, nec hermaphroditus, nec mancus vtraque manu, nec vtróque pede claudus nec gafus, ſeu leproſus à natura. Hoc autem ſumme attendendum eſt, videtur namque, quod hi iure excludi non valeant niſi inſtitutor aliud diſpoſuerit. Animaduertendum autem eſt, quòd æquum erit, vt his & omnibus aliis filiis ac deſcendentibus vltimi Maioratus poſſeſſoris, qui ex dictis defectibus excluſi fuerint: ex fructibus Maioratus alimenta competentia præſtari præcipiantur.*

¶Item, quòd ſucceſſores huius Maioratus teneãtur appellari, ac denominari nomine & cognomine meo, deferréque arma familiæ meæ plana, atque directa, prout ego illa defero, nominationem nominis mei, atque armorum delationem cæteris præferendo, deferendóque arma mea in loco præeminentiori. Quod ſi id ſic non adimpleuerint, ipſo facto huius Maioratus ſucceſſio tranſeat in ſequentem ſucceſſorem. Dum tamen anteà per tres menſes poſt delatam ſucceſſionem, & ſcientiam delationis eiuſdem in non implendo perſeueret, abſque eo quod ad id ſit neceſſaria interpellatio, nec monitio, nec maioris temporis lapſus, nec aliqua alia diligentia.

¶Item, quòd ſi aliquis ex vocatis ad huius Maioratus ſucceſſionem natus fuerit furioſus, aut mẽte captus, vel mutus & ſurdus ſimul, ſeu ſuperuenerint ei prædicta impedimenta poſt eius natiuitatem, antequàm in hoc Maioratu ſuccedat, quòd eo caſu is qui præfatos defectus habuerit, non ſuccedat, nec ſuccedere poſſit in hoc Maioratu: ſed tranſeat illius ſucceſſio in ſequentem in gradu: dummodò dictæ infirmitates perpetuæ ſint. Sed ſi poſtquàm in hoc Maioratu ſucceſſerit, ſuperuenerit ei aliqua dictarum infirmitatum, volo quod ex non excludatur ab huius Maioratus ſucceſſione.

¶Item, quòd non ſuccedat, nec ſuccedere poſſit in hoc Maioratu clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, nec monachus, nec monialis, nec canonicus regularis, nec quiuis alius religioſus profeſſus niſi profeſſus fuerit in aliquo ex ordinibus militaribus. Hos námque excludere non intendo: niſi profeſſus fuerit in aliquo ex ordinibus militaribus, in quo ſecundùm eiuſdem ordinis ſtatuta matrimonium contrahere non valeat.

¶Item præcipio, quòd de bonis, quę vltra bona huius Maioratus relinquo, aſſignentur vnicunque aliorum filiorum, ac filiarum, qui vltra Primogenitum mihi ſuperſunt, tot millia Ducatorum pro ſuis dotibus, & alimentis, quos eis relinquo ea, via,



via, & forma qua eis relinqui iure debent. Atque volo, quòd ſi ad pręfatam quantitatem eis aſſignãdam bona libera non ſufficiant, ex bonis huius Maioratus adimpleatur.

¶Item, quòd quoties bona huius Maioratus de vno ſucceſſore in alium iuxta huius diſpoſitionis formam tranſierint: etiamſi hæc ſucceſſio ſit de primo hærede in ſecundum vocatum, vel aliàs: nullus ex vocatis, nec hæres poſſit ex dictis bonis Falcidiam, nec Trebellianicam, nec quidpiam aliud ratione reſtitutionis, nec ex alia cauſa detrahere.

¶Item, quòd intra tres menſes à die delatæ ſucceſſionis computandos, quicunque huius Maioratus ſucceſſor teneatur facere inuentarium ſolẽne ac iuratum de omnibus bonis, in quibus ſucceſſerit: quòd ſi intra hoc tempus illud non fecerit, deferatur iuramentum in litem contra ipſum, atque eius hæredes ſequenti in gradu ſuper his bonis, quæ prætenderit ex hoc Maioratu deficere.

¶Item, quòd omnia ea, quæ in bonis huius Maioratus aucta fuerint quocunque modo, ſequantur omnibus, & per omnia eiuſdem Maioratus principalis naturam, & quòd ſi aliquid ex his deterioratum, vel diminutum fuerit, culpa poſſeſſoris etiam leui, teneantur eius hæredes illud reficere, ac reſarcire.

¶Item, quòd eo inſtanti, quòd quicunque ex vocatis in hoc Maioratu ſucceſſerit, antequàm eiuſdem poſſeſſionem apprehendat, teneatur homagium ſolenne iuxta Hiſpaniæ conſuetudinem in manu perſonæ nobilis (qui vulgo dicitur *Hiio dalgo*,) facere, de adimplendo, & obſeruando omnes clauſulas, & cõditiones huius Maioratus: prout in eis continetur, & quòd ſi eas non adimpleuerit, vltra pœnas, in quas incurrerit iuxta huius Maioratus diſpoſitionem: incurrat in illas in quas incurrunt nobiles (qui vulgò dicuntur *Hiios dalgo*,) qui ſua homagia non ſeruauerint.

*¶Si inſtitutor voluerit Maioratum ita inſtituere, vt nullo pacto reuocari poſsit debet poſſeſsionem bonorum Maioratus primo ſucceſſori tradere ex clauſula conſtituti, vel precarii, vel traditionis, ſcripturę, ſeu vſusfructus reſeruationis, promittétque ſe illum non reuocaturum, nec in aliquo mutaturum, nec limitaturum, renuntiando licentiæ ſibi à Regia facultate conceſſæ, vt poſsit Maioratum iam inſtitutum, atque abſolutum quoties ſibi libuerit, reuocare profitendo, quòd tunc nec vllo tempore ea facultate vtetur, ex his namque clauſulis Maioratus irreuocabilis efficietur, dummodò in contractu aut ſimpliciter, non autem in vltima voluntate, inſtituatur.*

¶Item, reſeruo mihi vſumfructum dictorũ bonorum, pro omnibus diebus vitæ meę, atque exercitium Iuriſdictionis, ac Dominij dictorum Caſtrorum, & oppidorum, iúſque ac facultatem mutandi, reuocandi, & alterandi in totum, vel in parte ea quæ in hoc Maioratu continent: quando & quomodo mihi viſum fuerit, ac libuerit. Pro cuius rei robore, ac firmitate, hoc Maioratus inſtrumentum feci. Quod fuit factum ac roboratum apud oppidum de, &c.

*Finis primæ partis.*

# DE ORDINE SVCCEDENDI IN HISPANORVM PRIMOGENIIS.

## LIBER TERTIVS.

*Capita quæ in hoc Tertio libro continentur.*

IN Primogeniornm ſucceſſione maiorem natu eſſe cęteris pręferendum. Caput primum.

In quibus caſibus Primogenitus à Maioratus ſucceſſione excludatur. Caput ſecundum.

Filij legitimati, vel etiam naturales non legitimati: vtrum filiis legitimis deficientibus ad Maioratuum ſucceſſionem admittantur. Caput tertium.

Fœminam Primogenitam ad Maioratus ſucceſſionem maſculo eiuſdem lineę, & gradus deficiente, admittendam eſſe excluſis maſculis remotioribus. Caput quartum.

Quando fœminę Primogenitę propter maſculos remotioris lineę, & gradus à Maioratus ſucceſſione excludantur. Caput quintum.

Qualiter in Hiſpanorum Primogeniis ex repręſentatione ſuccedatur. Caput Sextum.

Ad quas perſonas, caſus, atque gradus in Primogeniorũ ſucceſſione repręſentatio protrahenda ſit. Caput ſeptimum.

Quando ex Maioratus inſtitutoris peculiari diſpoſitione, in eius ſucceſſione repręſentatio admittenda non ſit. Caput octauum.

Proximitas in Maioratus ſucceſſione: vtrum reſpectu inſtitutoris: an vltimi poſſeſſoris conſideranda ſit. Caput nonum.

Maioratus ſucceſſionem in pendenti etiam per momentum exiſtere, non poſſe, ſed mortuo vltimo poſſeſſore, illico ad proximiorem deferri. Caput decimum.

Qualiter inter Maioratus ſucceſſorẽ, & vltimi poſſeſſoris hęredes fructus pendentes diuidendi ſint. Caput X I.

Qualiter mortuo vltimo Maioratus poſſeſſore: in ſequentem ſucceſſorem dominium, atque poſſeſſio ciuilis, & naturalis bonorum Maioratus, ipſo iure transferantur. Caput X I I.

De remedio poſſeſſorio, quod ex l. 45. Tauri. Maioratus ſucceſſori pro cõſequenda actuali tenuta, ſeu poſſeſſione rerum Maioratus pręſtari ſolet. Caput. X I I I.

Vtrum is, qui Maioratus ſucceſſionem mortuo vltimo poſſeſſore prętendit, valeat eo viuente actionem proponere, vt poſt mortem eiuſdem, verus ipſius Maioratus ſucceſſor declaretur. Caput X I I I I.

## *SVMMARIA CAPITIS SEQVENTIS.*

1 *Primogenitus in regnorum, ditionum, ac quorumcunque Primogeniorum ſucceßione, cæteris præferendus eſt.*

2 *Primogenitus dicitur, qui primo natus eſt, non autem is, qui cæteros dignitate, vel aliis qualitatibus præexcellit.*

3 *Primogenitus, qui ante Maioratum à parente acquiſitum natus eſt, præfertur ſecundogenito, poſt acquiſitum Maioratum nato.*

4 *Filius primo natus præfertur, quamuis alter filius eiuſdem vteri primò manum emiſerit.*

5 *Filius primo natus præfertur, alteri eiuſdem vteri, qui primò conceptus fuit.*

6 *Naturalis per ſubſequens matrimonium legitimatus præfertur ſecundogenito, qui ex matrimonio legitimatus fuit, quando ambo ex eadem matre nati ſunt.*

7 *Filius legitimus ſecundogenitus præfertur filio naturali Primogenito, qui ex alio matrimonio poſt natiuitatem ſecundogeniti contracto, legitimus effectus fuit.*

8 *Primogenitus naturalis, ſecundogenitum naturalem excludit, ſi ambo ex eodem matrimonio legitimi effecti ſint.*

9 *Nepos legitimus ex filio naturali Primogenito ſuperſtite, ex matrimonio ſubſequenti legitimatus, filium ſecundogenitum legitimum à Maioratus ſucceßione excludit.*

10 *Filius naturalis ex matrimonio ſubſequenti legitimatus ſuccedit in eo Primogenio, in quo vocantur filij legitimi nati, vel ex legitimo matrimonio procreati.*

11 *Filius naturalis non verus, ſed putatiuus ex matrimonio ſubſequenti legitimus non efficitur.*

12 *Filius Primogenitus natus ex matrimonio putatiuo bona fide contracto in Primogenio ſuccedit excluſis aliis filiis ex legitimo matrimonio procreatis.*

13 *Bona fides alterius ex coniugibus ſufficit ad hoc, vt filius ſuccedat in Primogenio vtriuſque.*

14 *Legitimus pro parte, & pro parte illegitimus, quis eſſe non poteſt.*

15 *Filius Primogenitus natus ex matrimonio putatiuo bona fide contracto ſuccedit in Maioratu ad cuius ſucceßionem filij legitimè nati, vel ex legitimo matrimonio procreati vocati ſunt.*

16 *Filius Primogenitus naturalis ex ſubſequenti matrimonio legitimatus, ſuccedit in Maioratu, etiãſi matrimonium in articulo mortis contractum fuerit.*

17 *Filius Primogenitus in Maioratus ſucceßione præfertur, etiamſi ſolum filium ſecundogenitum per momentum præceſſerit.*

18 *Prius vel poſterius dicitur quid: ratione modici interualli.*

19 *Succeßio Maioratus ex duobus ex vno vtero natis, cui adijcienda ſit, quando neſcitur quis eorum primo natus fuerit.*

20 *Duo filij ex vno partu editi, ſimul in Maioratu ſuccedent quando neſcitur quis illorum primo natus fuit.*

21 *Regni ſucceßio cui deferenda ſit, quando duo filij ex eodem partu nati ſunt, & ignoratur quis primo natus fuerit.*

22 *Lex. 2. tit. 15. par. 2. & l. 12. tit. 33. par. 7. declarantur.*

23 *Feuda dignitatum regalium ob ſcandalum vitandum, diuidi poſſunt.*

24 *Imperatores plures ſimul Imperium Romanum interdum adminiſtrarunt.*

25 *Reges plures Hiſpaniarum Regnum interdum adminiſtrarunt.*

26 *Regni adminiſtratio inter duos Reges diuidenda eſt, quando ad illos ſimul eius ſucceßio delata fuerit,*

27 *Filius Primogenitus ex vno ex Regibus, primo natus, in Regno in ſolidum ſuccedere debet.*





### *In Primogeniorum ſucceßione Maiorem natu eſſe cæteris præferendum.*

### CAPVT I.

HISPANORVM Primogeniorum ſucceſſionis materiã aſſiduam, frequentem, vtilem, neceſſariam ac ſummè etiã difficilem eſſe, omnib. vel mediocriter eruditis ſatis perſpicuum eſt. Ideóq; ad eã quæ in hoc libro tractãda ſe offerũt, ſumma ope, ac cõſideratione animũ intendere oportet, quæ tamen non tã latè proſequemur, quàm res ipſa expoſcere videbatur, cùm plura quæ ad hanc tractationem expectare potuerunt, iam lib. 1. latius diſcuſſa ſint, vbi de Primogeniorũ natura diſſeruimus, ad ea igitur quæ tũ ibi, tum etiam libro. 2. de his dicta fuerunt lectores in hac parte remittimus. Nam præterquàm quòd ea in dictis libris dixiſſe neceſſarium fuit, vt eorũ materia perfectè atque abſolutè tractaretur, ea etiam illis in locis oportuit interponere veluti fundamenta quædam, quibus hæc quæ ſequuntur inniterentur, neque hîc multarum quæſtionum cõgerie lectorem grauarent.

1 ¶Illud autem in primis hac in re præmittendum ſe offert, in Maioratus ſucceſſione primã cauſam eſſe Primogeniti, ita vt ſi inter plures in eodẽ gradu exiſtentes de Maioratus ſucceſſione contendatur: is qui inter eos maior natu fuerit in eius ſucceſſione potior futurus ſit. Quod ex Maioratus natura ac denominatione cõprehenditur, ea nãq; eſt primogeniorũ natura, vt in illis vnus, iſq; Primogenitus cæteris in eodem gradu exiſtentibus excluſis, ſuccedere debeat. Quod ſupra lib. 1. c. 1. & 11. ſatis abundè oſtenſum eſt. Idq; †in Regni & cæterarũ ditionũ & principatuum ſucceſſione, atque in quocunq; alio Primogeniorũ iure ſeruandum eſſe, ex pluribus probat, & oſtendit ſatis eruditè, & ingenioſè præ cæteris Tiraquel. de Primogeni. in præfati. à nu. 3. vſque ad fin.

2 ¶Quæ Pimogeniti prælatio, ad †eos, qui Primò nati ſunt, ætatéq; cæteros præcellũt: non autem ad eos, qui dignitate, vel genere, ſeu aliis qualitatibus maiores ſunt referenda eſt: prout etiam probat idem Tiraquel. d. tract. de Primoge. q. 1. nu. 10. cum ſeq. Qui plures id ipſum exiſtimantes refert. Idq; ipſum dixit Greg. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 2. in glo. verb. *Maioria*, in prin.

3 ¶Hoc autem, quod de Primogeniti prælatione diximus adeò verum eſt, vt †non ſolũ procedat in Primogenito qui poſt Maioratũ à parente acquiſitum natus eſt: ſed etiã in eo, qui ante Maioratus ipſius acquiſitionem natus fuit: is namque filio ſecundogenito poſt Maioratum acquiſitum nato, præferendus erit. Idq; probatur ex tex. in l. ſenatoris filiũ in fi. ff. de ſenat. ibi. *Nec intereſt, an in ſenatoria dignitate eũ ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriam*. l. cum aduocatio. C. de aduo. diuerſo. iudiciorũ. l. neq; Dorotheũ. C. de Decurio. lib. 10. per quæ & alia iura hãc opinionem ſequutus fuit Tiraquel. plures illã ſequentes referens. de Primog. q. 31. nu. 12. cum pluribus ſeq. præſertim. num. 27. Poſt Ioan. Lecerier. qui eam quæſtionem pleniſſimè diſputauit in eod. tract. de Primoge. lib. 1. q. 12. idq; ipſum ſequitur Anto. Gomet. in l. 40. Tauri. nu. 67. & Greg. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *Sino el hijo mayor*. Idque indiſtinctè verum eſt.

4 ¶Secundò hoc etiã procedit †in filio, qui primo loco natus eſt: quãuis alius filius eiuſdem vteri primo manum emiſerit. Quod probatur ex eo, quod habetur Geneſis. c. 38. de filiis Thamar. Idque ſic reſoluit Tiraq. de Primog. q. 1. nu. 8.

5 ¶Tertiò id etiã verũ eſt †in filio, qui primò loco natus eſt: quãuis alter geminus primo conceptus ſit. In Primogenitura namque tempus natiuitatis: non autem conceptionis attenditur: prout exiſtimat Tiraq. de Primoge. d. q. 1. nu. 9. cuius rei inueſtigatio parui momenti mihi videtur: cùm penè impoſſibile ſit diiudicare inter duos filios vno, atque eodem partu natos, quis eorum primò conceptus fuit.

6 ¶Quartò idipſum procedit, nedũ in filio Primogenito, qui à principio legitimus natus fuit; ſed etiam †in eo, qui cum à principio naturalis eſſet ex poſtfacto ex matrimonio ſubſequenti, fuit legitimus effectus. Is †namq; ſecundogenitũ legitimũ à ſucceſſione Maioratus excludet, cũ ex matrimonio ſubſequenti verè legitimus efficiatur. Text. in c. tanta. qui fil. ſint legiti. l. cum quis. C. de natu. libe. lex. 1. tit. 13. part. 4. Idque in Iurè Primogenituræ loquendo verũ eſſe cenſuerunt. Felinus in cap. prudentiã in princ. nu. 9. de offic. delega. Ioan. Lecerier. de Primoge. lib. 1. q. 14. nu. 19. Tiraquellus, de Primoge. q. 34. nu. 47. Greg. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 2. in gl. verb. *Si no el hiio mayor*. col. 3. ad fin.

7 ¶Hoc autem in filio Primogenito legitimato ex matrimonio ſubſequenti, ex quo etiam filius ſecũdogenitus legitimus natus eſt, apertiſſime procedit. Si verò †aliud matrimonium mediũ contractum fuerit, ex quo filius legitimus natus ſit, is nõ excluditur à Primogenito ex matrimonio ſubſequenti legitimato. Cùm enim in ipſo filio legiti. iam ſemel ius Primogeniture radicatum eſſet: nulla ratione fulciri poſſet eo iure, ex ſpe certa, atque conſiderabili, ſibi iam acquiſito, atque radicato, ex matrimonio ſubſequenti priuari poſſe, neque retrotractionem legitimationis filij Primogeniti in præiudicium filij ſecundogeniti legitimi, admittendam eſſe. Quam opinionem ſequuti fuerũt Tancredus in ſuis quæſtionibus. quæ. 9. & Barth. Brixien. quæſt. 55. incipi. aliquis habuit filiũ Ioan. Audr. qui ſolẽniſſimè quæſtionẽ iſtã ad partes diſputauit in regula, ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. col. 10. Quem ſequitur Philipp. Franciſ. ibi. nu. 5. Ioan. Andr. in c. tãta. qui fil. ſint legit. quẽ ſequũtur Henricus, Ant. Petrus de Ancharra. & Card. ibi. Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de liberis. & poſt. nu. 29. vbi Iaſ. nu. 89. & Galiaula. nu. 80. idipſum profitetur Mart. Lauden. de Primogen. col. 8. verſiculo quæro propoſita cõſuetudine. Anto. de Roſellis, qui quæſtionem hanc etiã latiſſimè diſcuſſit. de legitimatione. lib. 1. de cauſa finali, ſeu effectiua legitimationis. nu. 7. cum plurib. ſequ. Ioan. Lecerier. de Primoge. lib. 1 quæſt. 14. nu. 20. Caro. Molin. in cõſuet. Pariſienſi. tit. 1. §. 8. glo. 1. quæſt. 7. nu. 35. Tiraquel. qui omniũ latiſſimè id proſequitur de Primoge. quæſt. 3. nu. 3. & nu. 43. Idem in repet. l. Si vnquam. verbo, ſuſceperit liberos. nu. 64. C. de reuocan. dona. Soci. Iuni. conſil. 52. nu. 7. lib. 1. Alciatus lib. 3. paradoxorũ. c. 13. Syluester. Aldobrand. in §. fin. nu. 14. Inſt. de nuptiis. Eámque opinionem. dixit cõmunem Ciſuentes in l. 40. Tauri. in principio & Caſtillo. in l. 12. Tauri. nume. 20. & Pala. Ruui. ibid. nu. 28. Quæ opinio proculdubiò

vera atq; cõmunis eſt, in iudicandóq; & cõſulendo ſequenda,& amplectenda, ex rationibus, quas optimè congerit Tiraquel. in d.q. 34. Quãuis.D. Didacus de Couarr. & alij quos ipſe nuncupatim refert,in Epito.ſuper.4.2.parte.c.8.§.2.n. 28.Atq; Mencha.de ſucceſſ.progreſſ. lib.1.§. 2. nu.89.contrariam ſententiam eligere videantur.

8 ¶Quæ†omnia pari ratione ad duos filios naturales ex ſubſequenti matrimonio legitimatos,extẽdenda erunt. Nam ſi hi ex vna cõcubina nati fuerint,inter eos Primogeniũ cõſequetur is, qui primo loco natus fuit.Si verò ex diuerſis concubinis proceſſerint,is qui prius ex matrimonio ſubſequẽti legitimatus fuerit,Primogeniũ obtinebit:quanuis alter maior natu ſit,& mortua prima vxore, ex matrimonio ſubſequẽti legitimetur. Quod ex rationibus,quas prędiximus,apertiſſimè deducitur, atque id verũ eſſe profitetur Ioan.Lecerier de Primoge.lib.1.quæſt. 14.nu. 27. & 28. atque Carolus Molin.in conſuetud.Pariſ.lib.1.§.8.glo.1.nu.37.

9 ¶Quod autem diximus de filio maiori natu, ex matrimonio ſubſequenti legitimato præferendo: non ſolùm in ipſo filio Primogenito, qui tempore contracti matrimonij viuus ſupererat, intelligendum eſt: ſed etiam in eius filio legitimo parente ipſo naturali iam mortuo tempore contractus matrimonij locum habet. Is†námque veluti pater eius ſi viueret filiũ ſecundogenitum in caſibus, quos præmiſimus, à Maioratus ſucceſſione excludet. Sicut enim ex matrimonio ſubſequenti filius naturalis ſi viueret legitimus efficeretur. Ita etiã nepos legitimè ex eo, natus eo mortuo auo, legitimus efficitur. Quod dixit Bal.in c.innotuit. de electi.nu.11.Soci.in l.Gallus.§.ſi eius col.2.ff.de libe.& poſth.Guillel.Benedicti.in rep.c. Rainuntius.verbo,& vxorem el.1.nu.181. de teſtamen.vbi in hanc opinionem inclinare videtur Alciatus de præſumpti.parte.1.nu.10.Idem.lib.3. paradoxorũ. cap.16.D.Didacus.de Couarr.in Epito.ſuper 4.2. par.c.8.§.2.nu.19.Mencha. qui id ex pluribus probat de ſucceſſ.progreſſ.lib.1.§.2.num.87.cum ſeq. Quæ opinio vera & probabilis, atque æquitate plena mihi videtur, ex iuribus & rationibus quæ à præfatis Scrib.adducuntur. Tametſi contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtiment Guillel. Bal. & Alber.in l.benignius.ff. de legib. atque Alex.in d.l. Gallus.§.ſi eius.nu.9. vbi inquit nullum vidiſſe,qui cõtrarium exiſtimauerit. & Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucapi.nu.121.Anto.de Roſellis. de legitimati. in cauſa materiali legitimationis.nu.33.Ludo.de Sardis de naturalibus libe. cap. de legitimati. per verum matrimonium. quæſt.5. nu.19. Catellia. Cotta in memorialibus. verb. legitimati.Cremẽſis ſing.32. Hippol. ſing. 121. Præpo.in cap.per venerabilem.nu.24.qui fil.ſint legiti. & alibi. ſæpè Scrib. Quorum opinio communis eſt.

10 ¶Omiſſis aũt pluribus aliis quę circa hanc quartam ampliationem adduci poſſent, quæ paſſim obuia omnibus eſſe ſolent, duo tantùm, quæ in Primogeniorum ſucceſſione frequenter contingunt,prædictis adiiciemus.Primum†quod Primogenitus naturalis, ex ſubſequenti matrimonio legitimatus; non ſolùm ſuccedit in Maioratu in quo ſimpliciter filius legitimus ad eius ſucceſſionem inuitatur:ſed etiam in eo Primogenio, in quo vocatur filius legitimus cum ea adiectione, quod ſcilicet ſit ex legitimo matrimonio procreatus, ſeu legitimè natus. Tanta namque eſt vis matrimonij ſubſequuti,vt in filio ex eo legitimato, hæc etiam verba verificentur. Quod probatur ex tex. in cap. cum in cunctis de electione iuncto.tex. in c.innotuit,eod.tit.Idque in ſpecie dixit Anto.per tex.ibi in d.c.innotuit. 2.col.Paulus.in l.fin. nu. 5. & 6.C. de his,qui veniam ætatis. impe.Decius conſil. 155. nu.4.& 5.Idem in l.generaliter.§.fin.C.de inſti. & ſubſti.nu.33.Idem Deci.in c.cum in cũctis.de electi.nu.29.Soci.in l.Gallus.§.ſi eius.nu.5. verſiculo. Tertius caſus.ff.de libe.& poſt.Hippoli.ſing. 142. Campezius.9.in tracta.de dote.1.par.5.partis principalis.quæſt. 59. in fin. Pariſ.conſil.13.nu.40.lib. 2.Ioan.Crot.in rep.l.Gallus.§.& quid ſi tãtum. ff. de liberis,& poſth.nu.82. & 169. Carol. Moli. qui optimè id declarat in addi.ad Alexand.conſilio.5. lib.7.litera.A.Ripa in l.ex facto.§. ſi quis rogatus. nu.47.ff.ad Trebel.Iulius. Clarus.§.feudũ. quæſt. 82.verſiculo.ſed quid ſi feudum Grego. Lopez in l.2.titul.15 partit.2.in gl. verb. *Si no el hiio mayor*. colum.2.D.Dida.de Couarr.in Epito.ſuper.4.c.8. §.2.nu.30.Tiraquel.de Primogen.quæſt.34.nu.56. Matthæus de afflictis in cap. 1. §. naturalis verſic. 5. & vltimo nota.nu. 2. & 3.ſi de feud. fuerit contro.inter dominũ & agna.poſt. And. de Iſern.ibi. Anto.Gabriel.cõmunium opinionum.lib.6. conclu.1.nu. 12. cum ſequen. vbi fœdere diſtinctionis opiniones contrarias quæ in hoc inueniuntur,conciliat: ſed mihi hæc opinio, indiſtinctè verą & communis videtur ſicque ſecundũ illam non ſemel pronuntiatum vidi.Tametſi plures qui à pręfatis Scriben.citantur, contrariam ſententiam veriorem eſſe profiteantur.

11 ¶Secundò,quod hæc omnia intelligenda ſint in filio verè naturali atque ex ſubſequenti matrimonio legitimato. Nec†in filio naturali putatiuo,qui ex concubinatu,ab ignorantibus impedimentum contracto,natus fuit,procedant. Quamuis enim in matrimonio putatiuo, ab ignorantibus impedimentum bona fide contracto, aliter dicendum ſit, vt in ſequenti ampliatione dicemus: in concubinatu autem ignorantia etiam probabilis impedimenti,filium naturalem non efficit. Cùm in eo caſu detur opera rei illicitæ nec ſit ille actus dignus tali fauore.Quod Ioan.Andre. Antoni.& Abb.in cap.tanta.qui fil.ſint legiti.verum eſſe profitentur. Idque ipſum ſequitur Henric. in cap. ex tenore.colum.2.eodem titul. Atque poſt longam altercationem reſoluit Xuarez.in l.1.titulo. 6. lib. 3.fori verſiculo. Ad prædicta. Eoſque ſequutus fuit.D.Didac.de Couarru.in Epito.ſuper.4.dict. cap. 8. §. 2. numero. 17. Atque Dida.del Caſtillo in l.11.Tauri.numero.10.& 11.Syluester Aldobrandinus in §.fin.num.11.Inſtitu. de nupt.Eáque opinio mihi vera,atque probabilis videtur: quamuis contrariam plures à pręfatis Scrib. relati ſequantur.Filius autem verè naturalis ex matrimonio putatiuo bona fide contracto,legitimus efficitur: adeò vt ſuccedere poſſit in Primogenio ea lege inſtituto,vt in eo non niſi filius legitimus, atque legitimo matrimonio procreatus ſuccedere valeat: prout Scrib.quos in ſequenti ampliatione citabimus cenſuerunt.

12 Quinto,regula quam de Primogenito in Maioratus ſucceſſione præferendo præmiſimus, ampliatur,vt procedat†in filio Primogenito nato ex matrimonio putatiuo cõtractó, bona fide ab his, qui impedimentum ignorabant: dummodò matrimonium ipſum in facie Eccleſiæ contractum ſit, Tex. in cap ex tenore, qui filij ſint legitimi & in cap.



peruenit eodem titulo. & in capitulo. cum inhibitiò.§.1.de clandeſtin. l. 2.de ſponſa.2.titulo.
13 quinto parti. 4. In quo caſu† bona fides vnius ex coniugibus ſufficiens eſt ad hoc,vt filius tanquam vere legitimus ſuccedat in Maioratu vtriuſque. glo.ordina.in cap.cum inhibitio.§.primo de clandeſti.deſponſa. verbo. *ſi ambo*, alia conſimilis. in cap.referente,verbo.*Ignorantiam*, qui filij ſint legitimi quas ſequuntur Iacob. de Are. nu.2. & Alberic.nume.2.& Bald.in 1.lectura numero. 4.in l. qui contra.C.de inceſt.nup.Abb.in cap.2.per tex. ibid.qui fil.ſint legiti.nume.2.Præpo.in dict.capi. cum inhibitio.nume.7.Iaſ.qui hanc opin.communem eſſe profitetur,conſil.168.num.4.lib.4.idem Iaſ.conſil.156.nume.2.eodem.lib.Zaſius. in tracta. feud.8.parte.numer.88.Pala.Ruui. in repet. Rub. de dona.inter virum & vxorem. §.36.numer.2.D. Didac.de Couarr.in Epito.ſuper.4.cap.8.§.1.nume.2.l.1.titul.13.part.4 vbi Grego.Lopez. in gloſ. ver.*El vno dellos*.Ex ea lege idipſum annotauit.Idque proculdubiò verum eſt: tametſi gloſſ.in dict. l.qui contra,& plures,qui à præfatis Scrib. citantur contrariam ſententiam veriorem eſſe profi-
14 teantur. Veluti†monſtrum, namque futurum eſſet, quod quis pro parte eſſet legitimus, & pro parte illegitimus:ſicut dicitur de eo, qui pro parte liber,& pro parte ſeruus iudicatus eſt in l.duobus cùm ſimil.ff.de libera cauſa.

15 ¶Hoc autem adeò verum eſt, vt non ſolùm in Primogenio ſimplici:verum etiam in eo, quod ea lege relictum eſt,vt non niſi filio legitimo, atque ex legitimo matrimonio nato deferatur, procedat.In eo† namque Primogenio etiam filius, ex tali matrimonio putatiuo in facie Eccleſiæ contracto ſuccedit,bona fide, ſaltim vnius ex coniugibus interueniente. Cùm matrimonium illud quoad prolis legitimationem ex diſpoſitione iuris verum,atque legitimum cenſeatur, filiúſque ex eo procreatus verè, non autem fictè legitimus ſit.Quod ex pluribus ingenioſè, atque eleganter probat Deci.conſil.153.nume.1.& quaſi per totum conſil.cuius opinionem ſequuntur. D. Didac. de Couarr.in Epito.ſuper.4.cap.8.§.1.nume.3. atque Carol.Moli.in addi.ad Alex.conſil.5. lib. 7.litera. A.vbi id optimè declarat.Grego.Lopez in l.1. tit. 13.par.4.in gl.verb.*ſe caſa conella*.colum.2. ídque ex præſumpta voluntate teſtantis verum mihi videtur:Tametſi contrariam ſententiam amplectatur,atque ſubtiliter defendat Curti.Iuni.conſilio. 27.nume.6.& conſil. 64.nu. 11. cuius opinionem in quodã ampliſſimo Hiſpaniarum Primogenio iam dudum ſatis controuerſam vidimus.

16 ¶Sextò†regula ſupradicta ampliatur,vt procedat in filio legitimato ex ſubſequenti matrimonio: etiam in articulo mortis contracto. Is namque filius tanquam verè legitimus cæteros ipſius Maioratus ſucceſſores excludet: niſi in fraudem eorum aliàs matrimonium contractum fuiſſe probetur, prout ſupra.lib.2.c.5.nume. 26. & 27.latius oſtenſum eſt.

17 ¶Septimò & vltimò: eadem regula ampliatur, vt procedat etiamſi filius Primogenitus ſecundogenitum præcedat per momentum:veluti ſi ambo
18 vno partu naſcantur.Ratione†namque breuiſſimi tẽporis,quid dicitur prius,vel poſterius,& ita pręponitur & poſtponitur.l.ſi quis eum.§. ſi ſuo teſtamẽto.ff.de vulga.l.ſi mulier.ff.de reb. dub. iunctis aliis, quæ in id cumulat Tiraquel. de Primoge. quæſt.2.nu.1.& 2.

19 ¶Hoc autem quando cõſtat quis fuerit priori vel poſteriori loco natus apertiſſimũ eſt.Sed†quãdo nõ cõſtat quis eorũ primò in lucẽ editus fuerit,controuerti ſolet, quis inter illos præferendus ſit.In qua quæſtione,plures, atq; diuerſæ opiniones inter iuris interpretes inueniũtur. Quas omnium latiſſimè collegerunt Ioan.Lecerier.de Primoge.lib. 1. q.6. 7. cum ſeq. præſertim q.11.atque Tiraq.de Primoge.quæſt.17.vbi refert duodecim opiniones doctiſſimorũ virorũ qui in his diuerſas ſententias ſequuti fuerũt.Inter quas,inquit,magis cõmunem eſſe,quod ſi vnus ſit maſculus:alter verò fœmina, maſculus præferatur. Si verò ſunt maſculi vel fœminæ ambo in Regno, ſeu Primogenio ſuccedant. Quam opin. adeò diffusè atque etiam copioſè ambo tractarunt, vt nihil mihi in hac parte ſuperaddendum videatur: niſi illud tantum, quod iure Regni circa hæc ſtatutum inuenitur.

20 ¶Qua in re ſciendũ eſt quòd quãuis omnes opiniones quę ſuper huius quęſtionis reſolutione inueniuntur,ſatis controuerſæ ſint,hodie†tamen ea opinio,quam magis cõmunem Tiraquel.eſſe profitetur,quod ſcilicet vterq; in Regno,ſeu Maioratu ſuccedat:ſi ambo maſculi,vel fœminæ ſint, approbata eſt ex decis.l.12.tit.33.part.7.quæſt. l.partitarũ,& de ſola Primogeniorũ particularium ſucceſſione diſponit: cùm omnes alię de ſola Regni ſucceſſione tractauerint:prout ſupra.ca.2.n.18.annotauimus. Ex qua lege ceſſat iam in his Regnis illa antiqua huius quæſtionis diſputatio: prout inquit Grego.Lopez.in ead.l. 12.in glo. ver.*ambo*. Et etiã profitentur Ciſuentes in l.40. Tauri.quæ. 3.& Pala.Ruui.nume.6.& Anton. Gometius. numer.68.

21 ¶Sed†quãuis lex illa in quocunque iure Primogenituræ id apertiſſimè diſponat: nihilominus tamen dicendum videtur in huius Regni ſucceſſione,ea lege non obſtante,ſequendam eſſe opinionẽ dicentium,quòd Regni proceres, atque optimates eo caſu debeant inter duos filios Regis,de quorum Primogenitura dubitatur, vnum eligere, cui Regni *ſucceſſio* deferatur. Quam opin.in Regno elegit Bal.in l.ex hoc iure.col.2.ff.de iuſti. & iure. Quem refert, & ſequitur, alios in idem referens Ioan.Lecerier.de Primoge.l.1. quæſt.11.numer.9. Idque ex iure noſtro Regio probatur ex l.2. tit.15. part.2.Quæ lex loquens in Regni ſucceſſione abhorret diuiſionem Principatus: dicẽs. *Conociendo que eſt a particion no ſe podria hazer en los Reynos que deſtruydos no fueſſen:ſegũ nueſtro Sẽnor IeſuChriſto dixo,quæ todo Reyno partido ſeria eſtragado, tuuierõ por derecho,que el ſennorio del Reyno no lo tuuieſſe ſi no el hiio mayor*.Cũ igitur l.loquẽs de Regni ſucceſſione ſpecificè id diſponat, nõ eſt cur legẽ illã in ſimplici iure Primogeniturę loquẽtem, ad Regni ſucceſſionem protrahamus:eo maximè, quod diuerſa ratio in regno:quã in Maioratu verſetur.vt ex prædicta.l.2. partitarum cõprehenditur.Quæ differentiæ ratio ad Maioratus ex dignitatibus Regalibus cum mero, & mixto imperio, atque iuriſdictione inſtitutis, extendi poſſe videtur:cum bono publico in his etiam diuiſio prohibita ſit.Tex.in cap.1.§.Præterea Ducatus.de prohibi.feu.alie.per Freder. Quod inſinuare videtur.d. l.12.tit.33.part.7.ibid. *Ambos deuẽ hauer aquella hõrra,y heredamiẽto,que hauria el qu ante naſcieſſe, a que dizẽ en latin Primogenito*. Quæ verba ad honorem ſimplicis Primogenij, & ad bonorum patrimo-

trimonialium ſucceſſionem potiùs, quàm ad Re-
gna, & Principatus, atque dignitates Regales ex-
tendenda eſſe videntur. Quorum diuiſio pluribus
legibus prohibita erat, iuxta quarum legum di-
ſpoſitionem. l. illa intelligenda eſt. l. ſciendum. ff.
qui ſatiſda. cogan. l. Decurionibus cum ſimilib.
C. de ſilentia. lib. 12. Ex quo probabiliter dici po-
terit, ex ea lege, quæſtionem hanc quo ad Regni
ſucceſſionem deciſam non eſſe.

¶His autem non obſtãtibus, adhuc cõtraria ſen
tentia probabilior etiam in Regni, atque dignita-
tum Regalium ſucceſſione mihi videtur. Nam
22 quamuis in Regnis diuiſio prohibita ſit, id†intelli
gendum eſt: quando comprehendi poteſt, quis ſit
Primogenitus, cui Regni ſucceſſio deferenda eſt.
Tunc námq; vni ſoli, atque Primogenito defer-
tur: cùm ex diuiſione, Regna atq; Principatus de-
ſtruantur. Sícque intelligenda eſt l. 2. tit. 15. part. 2.
ſed quãdo ignoratur quis ſit Primogenitus. d. l. 12.
diuiſionem tolerat in Primogenitura. Cuius ſuc-
ceſſio aliàs indiuidua erat: ſicut, & Regni, & Prin-
cipatus ſucceſſio indiuidua eſt, ea ratione quia ex
electione vnius, ſcãdala, tumultus, atque plura alia
incõuenientia neceſſariò exoriri timẽtur. Ob quæ
vitanda l. ipſa diuiſionẽ tolerat ex eo, quod minus
iniquitatis habere videatur. Quæ ratio potiùs in
Regnis, quã in aliis Primogeniis procedere vide-
tur. Si enim magnates ex duob. qui Regni ſucceſ-
ſionẽ prætẽdunt, vnum eligere deberent, illicò an
te factã electionem Regnũ ipſum in diuerſas fa-
ctiones ſcinderetur, omniaq; ad bella, & cædes di
rigerentur. Itẽ facta electione, nec etiã, qui à Re-
gni ſucceſſione excluderetur ipſe electioni acquie
ſceret, imò continuo fratrem cui Regni ſucceſſio
ceſſit bellis, ac ſeditionib. infeſtaret: ita, vt nec Re-
gnũ pace, neç quiete perpetuò frui poſſit, quapro
pter idipſum in Regno dicendũ erit quod in feu-
23 dis Regalib. deciſum eſt. feuda†námq; dignitatũ
Regaliũ, quę aliàs indiuiſibilia futura ſunt, ob ſcã-
dalũ vitandũ diuidi poſſunt, vt probat Alex. conſ.
7. nu. 11. lib. 5. Carol. Ruinus. conſil. 29. nu. 18. libr. 5.
Tiraquel. de Primoge. q. 4. nu. 26. Idque in Regni
ſucceſſione loquens verum eſſe profitetur Tira-
quel. de Primoge. quæſt. 17. opin. 4. nu. 33. vbi etiã.
24 nume. 20. cum pluribus ſequen. Ex Romanorum
hiſtoriis probat pluries†ſimul duos fuiſſe: nonnũ-
quam verò quatuor Imperatores. Quod etiam†in
Hiſpaniarum regnis pluries contigiſſe compertũ
25 eſt. In eis námque vno, atque eodem tempore ſi-
mul regnarunt Gothorum tempore Cindaluyn-
dus, & Receſundus filius eius. Item poſt Hiſpaniæ
vaſtationẽ Veremundus, & Alfonſus cognomen-
to caſtus. Poſteà autem Ramirus, & Garſia. Rur-
ſus etiam Vrraca, & Alfonſus, & iterum Fernan-
dus tertius, & Berenguella, atque noſtris etiam
temporibus Carolus quintus Imperator & Ioan-
na: prout ex antiquis, & recentibus horum Re-
gnorum Chronicis facilè comprehendi poterit.
26 ¶In qua†duorum Regũ ſucceſſione, adminiſtra
tionis, atque iuriſdictionis exercitium inter ipſos
reges diuidendum erit, quamuis ipſa regni guber
natio, atque iuriſdictio indiuidua ſit: †poſt mor-
témque illorum ſuccedet is qui ab altero eorum
primo loco genitus fuerit, in quo ſolo Regna ipſa
27 coniungentur, vt inquit Antoni. Gometi. in dict.
l. 40. Tauri. nume. 68. Quod etiam difficillime ex
iuris principiis deducetur, atque ſi ex illis etiam
deducatur, non tamen facile executioni mandari
poterit: ideóque meliùs futurum erit, vt Deum e-
nixè deprecemur: ne caſus iſte in Hiſpaniarum
Regnis contingat. Et hæc pro huius regulæ am-
pliatione, ſufficiant: quamuis plura alia eiſdem ad-
iungi poſſent.

*S V M M A R I A.*

1 *Filius Primogenitus ex reſcripto legitimatus, non ſuccedit in Maioratu filij legitimis exiſtentibus.*

2 *Filius naturalis non poteſt in præiudicium legitimorum legitimari.*

3 *Filium baſtardum non poſſe ſuccedere legitimis exiſtentibus, ex iure diuino procedit.*

4 *Filius naturalis poteſt à Principe ex plenitudine poteſtatis legitimari legitimis exiſtentibus, ita, vt cum eis ſimul ſuccedat.*

5 *Filius legitimatus non poteſt conſequi ex bonis parentum plus quàm vnus ex legitimis, qui omniũ minimam partem obtinuerit. Quod etiam in legitimatis ex reſcripto procedit.*

6 *Filius legitimatus non poteſt in iure Primogenituræ ſuccedere.*

7 *Filia legitima non excluditur ob filium maſculum legitimatum ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

8 *Filius naturalis legitimatus in feudo non ſuccedit.*

9 *Filius legitimatus à Principe ex cauſa legitima. & certa ſcientia ad ſuccedendum in Maioratu, vtrum in eo ſuccedere poßit.*

10 *Filius Primogenitus natus ex matrimonio inter conſanguineos de facto contracto, in Maioratu non ſuccedit, etiamſi matrimonium ipſum poſteà ex diſpenſatione Papæ iure contrahatur, atque in ipſa diſpenſatione, proles prius ſuſcepta legitima efficiatur.*

11 *Romanus Pontifex non poteſt illegitimum legitimare, vt in bonis temporalibus ſuccedat, niſi legitimatus ratione iuriſdictionis temporalis ſibi ſubditus ſit.*

12 *Romanus Pontifex poteſt legitimare illum, qui ex matrimonio de facto contracto natus fuit, ſi ſuper radice matrimonij diſponat, illud legitimum fuiſſe declarans.*

13 *Filius Primogenitus monachus, vel clericus, ſeu furioſus, vel aliter ſucceßionis incapax in Primogenio ſuccedere non poteſt.*

14 *Primogenitus incapax ſucceßionis ex delicto, vel aliàs: vtrũ poßit in Maioratu ſuccedere, ſi à Principe reſtitutus fuerit.*

15 *Reſtitutio à Principe, ex mera gratia facta, abſque tertij præiudicio interpretanda eſt.*

16 *Habilitas ad Maioratus ſucceßionem tempore delatæ ſucceßionis conſideranda eſt.*





17 *Monachus, qui tempore delatæ ſucceßonis in monaſterio incapaci inuenitur, non poteſt ſuccedere, etiamſi ex poſtfacto, ad monaſterium capax transferatur,*

18 *L. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæredi. inſti. declaratur.*

19 *Tempus Maioratus inſtitutionis, ſeu aditionis, vel mortis inſtitutoris in Maioratuum ſucceßione conſiderandum non eſt.*

20 *Succeſſorium edictum tunc demum defert ius ſequenti in gradu: quando is, qui in Primo gradu conſtitutus erat irreuocabiliter incapax efficitur.*

21 *Filius Primogenitus, qui ceßit iuri Primogenituræ, ab eius ſucceßione excluditur.*

22 *Ceßio iuris Primogenituræ valida eſt, etiamſi viuente vltimo Maioratus poſſeſſore facta ſit.*

23 *Ceßio iuris Primogenituræ facta viuente Primo Maioratus inſtitutore, valida non eſt, niſi eo conſentiente, ac in conſenſu perſeuerante fiat.*

24 *Vocatus vltimo loco ad Maioratus ſucceßionem, poteſt iuri Primogenituræ liberè cedere.*

25 *Minor, qui iure Primogenituræ renuntiauit, poterit aduerſus renuntiationem reſtitui.*

26 *Filius Primogenitus à parente in deportatione ſuſceptus, vtrum in Maioratu ſuccedere poßit.*

27 *L. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. declaratur.*

28 *Filius Primogenitus excluditur à ſucceßione Primogenij, quando ad, eius ſucceßionem ſecundogenitus inuitatur.*

29 *Primogenitus excluditur, à ſucceßione illius Maioratus, qui cum eo, in quo ſucceßit currere non poteſt.*

30 *Primogenitus excluditur à ſucceßione Maioratus ex nominis & armorum incompatibilitate.*

31 *Primogenitus, qui occidit vltimum Maioratus ſucceſſorem, vtrum valeat in Maioratu ſuccedere.*

32 *Frater ſubſtitutus per fideicommiſſum, mortuo fratre, non conſequitur illud, ſi fratrem interficiendo, fecit conditionem exiſtere.*

33 *Filius Primogenitus, qui vltimum poſſeſſorem ægrum non curauit, vel eidem malum medicum adhibuit, vt ex ea infirmitate decederet, in maioratu non ſuccedit.*

34 *Fœmina Primogenita, propter maſculum ſecundogenitum, à Maioratus ſucceßione excluditur.*

## *In quibus caſibus Primogenitus à Maioratus ſucceßione excludatur.*

### CAPVT II.

IN capite præcedenti viſum fuit, qua
liter in maioratus ſucceſſione Pri-
mogenitus ſemper cæteros natu mi
nores excludat: ſed quoniam ple-
rumque id ſiue ex Primogeniorum
legibus, ſiue ex iuris diſpoſitione deficere ſolet: i-
deo operæpretium duximus, iam hîc enarrare, in
quibus caſibus Primogenitus ipſe à Maioratus ſuc
1 ceſſione excludatur. Quod apertiſſimè compre-
hendetur ex limitationibus, quas in hoc capite aſ-
ſignabimus ad eam regulam, quam in præcedenti
tradidimus, quia ſcilicet cauſa Primogeniti in Ma-
ioratus ſucceſſione potior ſit.

¶Prima igitur limitatio ſit, niſi†filius Primoge-
nitus ſit legitimatus, non ex ſubſequenti matrimo
nio: ſed ex reſcripto, vel aliàs. Is namque nullo pa-
cto filiis legitimis exiſtentibus poterit in Maiora-
tu ſuccedere: ſed filius minor natu legitimus il-
2 lum ab eiuſdem ſucceſſione excludet. Nam†filius
naturalis non poteſt in præiudicium filiorum le-
gitimorum eiſdem extantibus legitimari. Text. in
Authentic. quib. mod. natu. effici. ſui. §. ſi quis autẽ
filios legitimos non habens. Et iterum ibi. *Legiti-
mis: ſicut prædiximus non obſtantib.* colla. 7. & in §.
generaliter eiuſdem Auth. ibi. *Omninò enim legiti-
mis exiſtentibus nequaquam vim legitimorũ ei adii-
cimus.* & ibi glo. verb. *in quibus*, declarat, quod ex
principis reſcripto baſtardi nõ poſſunt legitimari
filiis legitimis extantibus. Idipſum probat tex. in
Authenti. præterea. C. vnde liberi. ibi. *Qui legitimã
ſobolem non habent.* l. fina. ad medium. C. de natu. li
be. Quod hodie clarius l. 12. Tauri, quæ eſt. l. 10. tit.
8. li. 5. in noua. ll. regni collectione deciſum eſt. Id-
que†ex iure diuino etiam traditum extat: vt enim
habetur Geneſ. c. 21. *Nõ erit hæres filius ancillæ cũ
filio liberæ.* Quod & à Paulo ad Galat. c. 14. repeti-
tum eſt. Ideoque hoc, quod ſcilicet baſtardus nõ
poſſit cum legitimis ſuccedere ex iure diuino pro
cedere dixit Bar. in l. 3. ff. de teſta. nu. 7. quem. Bal.
& Ang. ibidem ſequuntur. Idque ipſum verum eſ
ſe profitentur Alex. conſil. 187. nu. 4. lib. 1. & cõſil.
188. num. 6. eod. li. Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
n. 95. ff. de libe. & poſth. Deci. conſil. 576. n. 8. & Al-
ciat. in l. 2. in princi. ff. de verb. obliga. nu. 53. Ripa.
in l. ex facto. §. ſiquis rogatus. n. 20. & 21. ff. ad Treb.
4 Quæ omnia in iure Primogenituræ, ſeu in Ma-
ioratus ſucceſſione, à fortiori dicenda erunt. Quã-
uis enim†ex plenitudine poteſtatis, atq; legitima
cauſa interueniente, abſolutiſſimum ſit Principẽ
poſſe filium naturalem in vita parẽtis legitimare:
ita vt ſimul cum filiis legitimis ſuccedat, vt arbi-
tratur Iacob. de Bellouiſo in Authent. quibus mod.
natu. effici. ſui. §. quam variè. Salicet. in Authentic.
item ſi quis la. 1. C. de natu. libe. nu. 2. Alex. in l. ex
facto. ff. de vulga. n. 24. cum ſequen. idem Alex. cõ-
ſil. 188. li. 5. nu. 24. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. ff. de lib. & poſthu. n. 27. vbi hanc communẽ
opi. eſſe profitetur Carol. Moli. in conſuetu. Pariſ.
5 titu. 1. §. 8. glo. 1. n. 46. Filius† tamen ſic legitimatus
non poteſt amplius conſequi ex bonis parentum:
quam vnus ex legitimis, qui omnium minimã par
tẽ obtinuerit. Qòd probatur ex tex. in l. cõmuniũ.
§. fina. in fi. C. de natura. libe. & in Authent. quib.
mo. nat. effici. ſui. §. & quoniã variè coll. 7. quę iura

quanuis in legitimo per oblationem curiæ id diſponant, ad legitimatum ex reſcripto Principis extendenda ſunt: prout inquit Ang. in d. §. quam variæ. Bald. in c. per tuas. nu. 2. de maio. & obedi. & plures alij quos ſupra. lib. 2. c. 11. nu. 20. in id nuncu
6 patim citauimus. Qua ratione filius † legitimatus nullo pacto poterit in iure Primogenituræ ſuccedere: prout cenſuerunt Imol. & Domi. loquentes in regno c. grandi de ſupplend. negli. Præla. in 6. & plures alij, quos ſupra. lib. 2. d. c. 11. nu. 22. in id nuncupatim etiam citabimus.

7 ¶ Quod etiam comprobatur ex eo, quòd † quanuis ſtatuto caueatur, quòd exiſtentibus maſculis, fœmina non ſuccedat: filius tamen legitimatus filiam legitimam non excludet, prout ex pluribus probãt Tiraq. in l. Si vnquam. C. de reuo. dona. verbo ſuſceperit liberos. nu. 8. vbi hanc communem opi. eſſe profitetur, & Carol. Moli. d. §. 8. nu. 50. & plures alij, quos infra iſto lib. c. 5. nu. 75. citabimus. Tametſi plures ex Scrib. qui à Tiraquello in d. verb. ſuſceperit liberos. nu. 67. nuncupatim citantur contrariam opi. ſequuti fuerint.

8 ¶ Idipſum etiam cõprobatur ex eo, quòd † in feudis filius naturalis legitimatus nõ ſuccedit, prout in c. 1. §. naturales ſi de feud. defuncti. in vſib. feu. Ex quibus & aliis, quæ in id adduci poſſent, ſupereſt ſolida, ac firmiſſima concluſio, quòd ſcilicet, exiſtentibus filiis, ſeu filiabus legitimis, ſiue ante, ſiue poſt legitimationem natis, filius legitimatus nõ poſſit in Maioratu ſuccedere, Idque veriſſimũ
9 eſt: niſi † filius expreſſe, ad Maioratus ſucceſſionẽ à Principe ante eam delatam, ex cauſa legitima, eaque cognita & probata, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis & cum prędictorum iurium derogatione, legitimatus fuerit, iuxta ea, quæ ſupra. lib. 1. c. 8. nu. 31. dicta ſunt, atque etiam in c. ſequen. n. 10. cum ſequen. dicemus. Quod non credimus, Principes noſtros Chriſtianiſſimos vnquam facturos: prout & nunquam hucuſque feciſſe accepimus: ideoque in hoc non ampliùs immorabimur. Quid autem dicendum ſit quando filij legitimi non ſuperſunt, in capite ſequenti latius enarrabimus.

10 ¶ Secunda limitatio ſit, quod † filius Primogenitus ex matrimonio: inter conſanguineos de facto contracto natus, in Maioratu non ſuccedat, etiam ſi matrimonium ipſum, poſtea ex diſpenſatione ſummi Pontificis iure contrahatur: ſed ſecundogenitus, poſt diſpenſationem natus, eidem in Maioratus ſucceſſione præferendus ſit. Quod dixit. Bal. poſt Guillel. & Cinum ibidem in l. Paulus. ff. de ſtatu. homi. in 1. lectura. verſi. Ex his determinatur quæſtio, vbi elegãter inquit, quòd ſi matrimonium ſit contractum inter prohibitos, poſteáque ſummi Pontificis diſpenſatio ſubſequatur, ex ea diſpenſatione filij anteà nati, non legitimantur. Ibíque refert ad id eundem Guillel. & Cynum in l. etſi contra C. de inceſt. nup. & Archi. in c. Oſius 56. diſt. Quod etiam repetit idem in eadem l. Paulus 2. lectura 2. colum. Et vtrobique ſubiungit rationem, quòd ſcilicet fictio non trahitur retrò ad tempus prohibitum. Quod etiam in eadem. l. Paulus priùs dixerũt. Bartol. nu. 1. Alberi. nu. 2. Bald. in c. §. naturales. nu. 12. ſi de feudo defuncti fue. contro. Idẽ Bal. conſ. 129. li. 3. Ant. de Roſſellis. de legitimati. li. 2. in princ. nu. 2. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emre. ff. de vſucapio. nu. 122. Boer. deciſ. 264. nu. 25. D. Didacus de Couar. in Epito. ſup. 4. cap. 8. §. 8. nu. 13. Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *Sino el hijo mayor.* col. 2. verſic. ſed pone.

¶ Hoc tamẽ reſtringi atq; intelligi ſolet: niſi Romanus Põtifex in eadẽ diſpenſatione facta mẽtione prolis anteà habitæ, illã legitimauerit. Tũc nãque ea proles legitima efficietur. Quod dixit Alb. in d. l. Paul. nu. 2. & ibi Bal. in 2. lectura Nicolaus Boerius qui plura refert. d. deciſ. 264. nu. 25. D. Didac. de Couar. d. §. 8. nu. 15. Idq; quo ad ſpiritualia attinet, verum eſſe communiter exiſtimari ſolet.

¶ Sed dubium eſt, vtrum hæc Romani Põtificis legitimatio, ad bona temporalia extendatur: ita, vt hoc pacto legitimatus ad Primogeniorum, & aliorum bonorum temporalium ſucceſſionem admittendus ſit. Qua in re diſtinguendum erit. Nam aut Papa ſolùm prolem legitimat, aut ſuper radice, matrimonij diſponit, declarans, illud fuiſſe validum, ac ſi impedimentum non ſubſiſteret.

11 ¶ In primo caſu: quando Papa ſolùm prolem in ipſa diſpenſatione legitimam efficit, dicendum erit, eam legitimationem ad Primogeniorum atque aliorum bonorum temporalium ſucceſſionẽ non ſufficere, Tex. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. Per quem tex. dixit gl. ordin. verbo. *Habeat poteſtatem.* Quod † Romanus Põtifex, nõ poteſt legitimare ſibi non ſubditum ratione dominij ac iuriſdictionis temporalis, ad hoc vt poſſit in bonis temporalibus, ac patrimonialibus ſuccedere. Quam ibi Anton. num. 11. & Abb. num. 22. & cæteri Scriben. ſequuntur Thomas Ferratius caute. 1. vbi hanc communẽ opin. eſſe profitetur Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius verbo & vxorẽ. numero 197. de teſtam. D. Didacus de Couarru. d. §. 8. num. 18. Idque etiam ſi quando Papa diſpenſat ſuper matrimonio prolem legitimam efficiat, verum eſt: prout teſtatur ipſe D. Dida. de Couar. d. §. 8. nu. 13. fina verb. Quod verum, atque probabile mihi videtur.

12 ¶ In ſecundo caſu, quando ſcilicet Romanus Põtifex diſponit ſuper radice matrimonij illud fuiſſe validum diſponens & declarans non obſtante impedimento, ſubdiſtinguendum erit. Nam aut impedimentum ex iure diuino procedebat, aut ex ſolo iure Canonico.

¶ Si impedimentum procedebat ex iure Diuino, dicendum eſt, prolem legitimam non eſſe, niſi dubium eſſet, vtrum impedimẽtum ſubſiſteret, an non, vel cauſa legitima atque contrahentium cõſenſus interueniret. Non enim ſuper his, quæ ſunt iuris diuini, poſſet Romanus Pontifex aliter diſponere, ſeu diſpenſare. Quod ſic reſoluit Anton. de Roſſellis, de legitimatione lib. 2. in princ. nu. 22. Cuius dicta ſequitur Præpo. in c. per venerabilem, §. quod autem. nu. 74. qui fil. ſint legiti. poſt. Ioan. Andr. Anto. & Abb. ibidem.

¶ Si verò impedimẽtũ ex ſolo Canonico iure procedebat, dicẽdũ erit, † quòd Romanus Põtifex poteſt ab hoc matrimonio, in quo cõſẽſus interuenit, impedimẽtũ remouere, matrimoniúmque ipſum validũ declarare: proléſq; legitima efficietur, ac ſi à principio legitimũ fuiſſet. Eóq; caſu, fili⁹ durãte impedimẽto, matrimonio ſaltẽ de facto cõtracto præcedente natus, poterit in Primogenio atq; cæteris bonis tẽporalibus ſuccedere. Quod verũ eſſe cẽſuit. Ab. n. 22. in. c. per venerabilẽ poſt Ioã. And. ibidẽ. Idq; ſequitur, atque ex pluribus probat Prępoſitus poſt Cardi & Ancha. ibi in d. ca. per venerabilem. §. quod autem. num. 14. Ancharra. qui latè proſequitur materiam conſil. 409. col. 2. vbi inquit hoc procedere etiamſi alter ex coniugibus mortuus ſit. Anto. de Roſellis in d. tracta. de legitima. lib. 2. in princip. nu. 22. Boerius. d. deciſ. 264. nu. 26. D. Didac. de Couarr. d. c. 8. §. 8. nu. 13. Idque melius quàm alius declarat ac reſoluit Celſus cõſ. 31. n. 7. 8. & 10. cum aliis qui omnino videndus erit. Atque quando Romanus Pontifex facta mentione matrimonij contracti de facto prolem legitimat, tantundem eſt ac ſi impedimentum ab ipſo matrimonio remoueret valebítque legitimatio, etiam quo in temporalia. Ideóque primus caſus intelligendus erit quando non ineſt mentio prioris matrimonij: ſed ſimpliciter Papa legitimationem conceſſerit: tunc namque ea legitimatio ad ſola ſpiritualia extendenda erit. Non enim eſt vis in eo quod Papa declaret eſſe validum matrimonium: quod ex ſe inualidum eſt. Sed quòd ſit tale impedimentum quòd ipſe poſſet illud remouere: quod efficere videtur, quando prolem legitimam efficit facta mentione matrimonij de facto contracti. Idque ex mente Scrib. qui de hac re loquũtur, palam comprehenditur: ad quod ſanè aduertendum erit.



13 ¶ Tertia limitatio erit, ſi primus filius ſit incapax ſucceſſionis, veluti ſi ſit monachus monaſterij incapacis vel monachus monaſterij capacis, vel clericus, vel furioſus, vel mutus & ſurdus, vel cæcus: vbi hi omnes à Maioratus ſucceſſione ex legibus peculiaribus ipſius Maioratus, vel aliàs ab eiuſdẽ ſucceſſione excluduntur: prout ſupra. l. 1. c. 13. latiſſimè demõſtrabimus, velut ſi ſit hęreticus, vel proditor vel aliàs ſucceſſionis paſſiuæ incapax ſit. Hi namque omnes tanquam mortui iudicandi erunt, ſucceſſióque ſequenti in gradu deferenda: prout lib. 1. cap. 9. nu. 27. oſtenſum eſt. Erit autem ſequẽs filius ſecundogenitus, niſi ipſe incapax filium, aut filiã reliquerit: is námq; ſecundogenito præferendus erit: prout. ſ. li. 1. c. 13. n. 35. annotauim⁹. Ex qua limitatione plures huius regulæ limitationes deduci poſſent, quas in d. c. 13. ſigillatim enarrabim⁹.

14 ¶ Sed dubitari ſolet, vtrum † ſi is, qui aliàs ex crimine hæreſis, vel læſæ Maieſtatis, vel aliàs ſucceſſionis Maioratus incapax eſt, à Principe reſtitutus ſit, poſſit non obſtante incapacitate in Maioratu ſuccedere. Quæ quęſtio quãdo reſtitutio poſt mortem vltimi Maioratus ſucceſſoris, ac iam delatam Maioratus ſucceſſionem, dominióque ac poſſeſſione in ſequentem ſucceſſorem tranſlatis, contingit: parum aut nihil dubitationis habere videtur, cum iam Princeps non poſſit dominium ſemel etiam per medium à iure ciuili inuentum acquiſitũ auferre: niſi ex cauſa publica, ac bono cambio aſſignato: prout Bar. communiter. & Scri. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthu. cenſuerunt quod & nos ſupra. lib. 2. c. 7. nu. 28. cum ſeq. latiùs annotauimus.

¶ Nec obſtat, ſi dicatur iuri adeũdi iam delato, poſſe Principem ante aditionem abſque cauſa legitima derogare ex doctrina Bar. communiter ſequuta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 14. ff. de lib. & poſt. Nam pręterquam quòd illa opinio aduerſus iuris, ac rationis ciuilis, & moralis regulas mihi ſemper viſa fuit, prout ſupra, lib. 1. c. 8. nu. 31. oſtenſum eſt, & etiam in c. ſequenti demonſtrabitur. In hoc tamen caſu, quo abſque aditione dominium acquiritur, non procedit, cùm dominium ſemel acquiſitum, abſque bono cambio, & cauſa publica à Principe auferri non poſſit.

¶ Dubium autem verſari poterit: quando ea reſtitutio ante mortem vltimi Maioratus poſſeſſoris contingit. Cùm enim tempore, quo dies ſubſtitutionis ceſſit, Primogenitus capax ſucceſſionis Maioratus inueniatur: cõſequens eſt, vt ipſe in eo Maioratu ſuccedere poſſit, cũ in Maioratus ſucceſſione ſolũ tẽpus mortis vltimi poſſeſſoris conſiderãdũ ſit: iuxta ea, quæ ſ. lib. 1. ca. 13. n. 36, adducta ſunt.

15 ¶ Cæterùm hac in re prima facie dicendum videtur, reſtitutionem principis non extendi ad hoc vt reſtitutus, qui aliàs Maioratus ſucceſſionis incapax erat, valeat ex ea, in Primogenio ſuccedere. Reſtitutio † námque Principis quantũcunque pleniſſima, ſemper abſque tertij præiudicio intelligenda eſt. l. 2. in fi. ff. de ſen. paſſis. & reſtit. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. n. 12. ff. de libe. & poſth. quem communiter Scrib. ſequuntur. Quod in reſtitutione ex mera gratia, à Principe conceſſa verum eſt, quanuis in reſtitutione ex mera iuſtitia facta, ſecus dicendum ſit. l. quòd ſi minor. §. Scęuola. ff. de mino. Bald. in l. fi. n. 5. C. de ſen. paſſ. Rapha. Cuma. n. 7. Iaſ. n. 37. Claudius col. 5. verſic. Tertiò limita. Crottus. n. 56. Ruinus. n. 118. Fortu. n. 152. & communiter Scrib. in d. §. & quid ſi tantum.

Sed quanuis hoc, quòd ſcilicet reſtitutio, quæ ex mera gratia fit in pręiudicium tertij extendenda non ſit, abſque dubio procedat, difficultas tamen huius articuli, in hoc conſiſtere videtur vtrũ ſcilicet in caſu, de quo agimus dicatur tertij præiudicium verſari ex eo, quòd hæc reſtitutio concedatur in præiudicium eorũ, qui primo vocato inhabili exiſtente, ſuccedere debent: cùm enim dies vocationis nondum venerit, hæc ſuccedendi ſpes: quanuis probabilis ſit, attendenda eſſe nõ videtur, ex his quæ ſupra lib. 1. c. 13. nu. 32. annotauimus.

¶ Imò etiam ſi dicamus hanc ſpem probabilem atque conſiderabilem eſſe ex eo, quòd ius Primogenituræ: etiam viuente vltimo Maioratus poſſeſſore radicatum eſſe dicatur: prout infrà. ca. ſequẽti. & etiam infra. cap. 6, dicemus: adhuc dicendum videtur reſtitutionem à Principe factam ſufficere ad hoc, vt Primogenitus reſtitutus in Maioratu ſuccedat. Quod probatur duabus rationibus.

16 ¶ Prima: quia † habilitas ad Maioratus ſucceſſionem tempore delatę ſucceſſionis conſideranda eſt l. intercidit. ff. de cond. & demon. iunctis aliis, quæ ſupra lib. 1. c. 13. numer. 36. adducta ſunt. Cùm igitur tempore mortis, Primogenitus hic ad Maioratus ſucceſſionem habilis inueniatur, conſeqnens eſt, vt inhabilitas præcedens conſideranda non ſit. Idque in eiſdẽ terminis de quibus agimus, ex pluribus probat Fredericus de Senis conſ. 26. incipiẽ. Quidam eſt ingreſſus. colum. 2. & 3. vbi eleganter
17 inquit, quòd † ſi tempore delatæ ſucceſſionis monachus in monaſterio incapaci inueniatur, non poteſt ſuccedere, etiamſi ex poſtfacto ad monaſterium capax transferatur. Secùs autem ſi tempore delatæ ſucceſſionis iam ad monaſteriũ capax trãſlatus ſit. Tunc námque, cum tempore delatæ ſucceſſionis capax inueniatur, de incapacitate præcedenti curandum non eſt. Quod probat pluribus iuribus, & rationibus, cuius opinionem etiam ſequitur Portius conſi. 23. nu. 39. & 40. Tiraquellus de retract. Lignagier. §. 1. gl. 9. nu. 103.

18 ¶ Quibus non † obſtat. tex. in [illegible] ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hęredib. inſtit. Vbi, quanuis inſtitutus reperiatur habilis tempore mortis, non ſufficit: niſi etiam fuerit habilis tempore teſtamenti, & etiam tempore aditionis hæreditatis.

¶ Nam ſi benè conſideremus l. illa non poteſt ad Hiſpanorum Primogenia adaptari. In quibus (vt prædixi

prædiximus) ſolum tempus delatæ ſucceſſionis
14 conſiderandum eſt.Tēpus namq;† teſtamēti in ea
ſucceſſione conſiderari non poteſt:tum, quia eo
tēpore propè nullus ex his,qui poſt primò nomi
natos ad eius Maioratus ſucceſſionem vocantur, à
communiter accidentibus in rerum natura inue-
niri ſolet:tum etiam quia lex illa loquitur, in ſuc-
ceſſione ex teſtamento:prout aduertit Frederi. d.
conſi.26. column. 3. & probatur apertiſſimè ex d.
§.in extraneis.In Maioratibus autem ſuccedendū
eſt ſecūdùm ordinem ſucceſſionum ab inteſtato.
l.fina.cum ſimil.C.de verbo.ſigni.Igitur,nullo pa
cto in eiſdē Maioratibus inhabilitas temporeMa-
ioratus inſtitutionis contingens conſideranda eſt:
dummodo ſucceſſor tempore delatæ ſucceſſionis
ad ſuccedendum habilis inueniatur.

¶ Item etiam tempore aditionis in Hiſpanorū
Primogeniis habilitas non requiritur: cùm in eis
aditio non requiratur: imò in inſtanti quo vlti-
mus poſſeſſor moritur,dominium & poſſeſſio ei-
dem abſque aditione, ſeu apprehenſione acqui-
rantur.

¶Similiter etiamtempus mortis ipſius Maiora-
tus inſtitutoris attēdi non poteſt: cùm Maioratus
perpetuus eſſe debeat, ad eiusque ſucceſſionem
admittendi ſint hi,qui tempore delatæ ſucceſſio-
nis,habiles atque capaces fuerint,etiamſi tempo-
re inſtitutionis Maioratus nati non fuiſſent,prout
ſupra lib.1.c. 6. nu.49.oſtenſum eſt.Ex quibus ſu-
pereſt,in Primogeniorum ſucceſſione in ſucceſſo
re habilitatem ſolo tempore mortis vltimi poſſe-
ſoris, atque delatæ ſucceſſionis requiri.Cùm igi-
tur in caſu,de quo agimus,Primogenitus, qui re-
ſtitutus fuit,eo tempore habilis inueniatur, con-
ſtat præcedentem incapacitatem conſiderandam
non eſſe.

¶ Secunda ratio,quia cùm Primogenitus,qui re
ſtituitur ante incapacitatem habilis natus fuiſſet,
ſibique ex eo tempore Primogenituræ ius radica-
tum eſſet,non debet cenſeri iniquum ſi ex reſtitu
tione illud ius,quod à principio ſibi acquiſitū fue
rat,conualidetur,atque reſtituatur. Nec ex hoc
poterunt ſequētes ſucceſſores prætēdere ſibi prę-
iudicium inferri:cùm ſub ea conditione incapaci-
tas contracta fuiſſe videatur:ſcilicet, niſi ante de-
latam ſucceſſionem reſtituatur. Quod probatur
ex text.in l.1.§.fina.ad fin. ff.de bon. poſſe. contra
Tabul.Vbi diſponitur, quod ſi ante mortem parē
rentis filius deportatus, vel in metallum damna-
tus ſit,& reſtitutus,ipſe,excluſo nepote,in paren-
tis hæreditate ſuccedet,quaſi ex reſtitutione non
nouum ius eidem acquiratur:ſed ius primæuum
ex incapacitate ſuſpenſum,impedimento ſublato
conualidetur.l.1.§.filio cum ſimil.ff.ad Tertul.
20 ¶Quod cōprobatur ex eo quod † ex ſucceſſorio
edicto tunc demum competit ius ſequenti in gra-
du:quando is,qui in primo gradu cōſtitutus erat,
irreuocabiliter incapax effectus fuit: ſecùs autem
quando reuocabiliter incapacitas ſibi ſuperuenit.
l.3.§.ſed ſi bonorum.ff.ad Tertul.l.2.§.ſi quis adi-
tus.ff. de bon. liberto. l. ſi ex modica.§.ſi filius. ff.
eod.Idque in ſpecie,de qua agimus.no.Frederi.d.
conſi.26. col.2.Ex quibus dicendum videtur, Pri-
mogenitum incapacem in vita parentis, ſeu alte-
rius vltimi poſſeſſoris reſtitutum in Maioratu,cę-
teris excluſis,ſuccedere poſſe.Quod probabile mi
hi videtur, hanc autem quæſtionem ſemel con-
trouerſam vidimus in quodam Primogenio, in
quo ex clauſula eiuſdem peculiari non poterant
ſuccedere milites,quibus ex ſuorum ordinum cō
ſtitutionibus prohibitum erat matrimoniū con-
trahere.Cùm enim Primogenitus,qui eius Maio-
ratus ſucceſſionē prætendebat,ordinem Alcanta-
ræ profeſſus fuiſſet,ex cuius ordinis ſtatutis, eo tē
pore milites non poterant matrimonium contra-
here,poſteáque ante mortē vltimi poſſeſſoris ſibi
diſpenſatio ad matrimonium contrahendum con
ceſſa eſſet. dubitatum fuit:vtrum miles iſte ſequē-
tem in gradu excludere deberet,vel ab illo exclu
dendus foret,ſuper quo dubio,plura reſponſa cō-
traria à doctiſſimis viris reddita fuerunt: quanuis
ex poſt facto dubium hoc in iudicium deductum
non fuerit,ex alia inhabilitate,quæ in perſona hu
ius Primogeniti ſuperuenit.
21 ¶ Quarta limitatio erit † ſi filius Primogenitus
ceſſit iuri Primogenituræ in fauorē ſecundogeni-
ti.Tunc namque,ea ceſſio eidem præiudicabit,ſe-
cundogenitúſque ſuccedet non extantibus deſcē
dentibus Primogeniti,quibus ipſe ex ſua renūtia-
tione nullo pacto præiudicium afferre potuit: ſu-
pra lib.1.cap.6.nu.45.probabimus.Quibus tria ſa-
tis notanda in hac parte adducere libet.
22 ¶Primùm quod † hæ renūtiatio valida erat: etſi
viuente vltimo Maioratus poſſeſſore facta ſit:quā-
uis enim pactum de ſuccedendo in hæreditate vi-
uentis iure probatum ſit:nihilominus tamen hoc
pactum validum erit, viuente vltimo Maioratus
poſſeſſore,cū non de eius ſucceſſione,ſed de pri-
mi inſtitutoris hæreditate agatur. Quod notant
Ang.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.ff,de verb.
obliga.Iaſon. in l,pactum,quod dotali,num.4.C.
de collati.Decius.conſil.445.numer.29.Tiraquel.
23 qui plura refert de Primogeni.quæſtione 29. n. 3.
& 4.Burgos in prooemi.legum Tauri.num.98. I-
deòque.ſi † inter filios primi Maioratus inſtituto-
ris eodem viuente,de ipſius maioratus ſucceſſio-
ne cedenda,vel renuntianda agatur, neceſſario e-
ius conſenſus cum perſeuerantia interuenire de-
bet:aliàs autem ceſſio,ſeu renuntiatio nulla erit,
ex deciſione tex.in l.fina.C.de pact.vbi id commu
niter Sribent.annotare ſolent.Quod comprehen-
ditur ex iis, quæ notāt Decius in d.pactum,quod
dotali.C.de colla.& Burgos in dicto prooem. leg.
Tauri.nu.98.
24 ¶Secūdū,quòd† vltimo loco ad Maioratus ſee-
ceſſionem vocatus verè ſeu comprehēſiuè,aut ex
interpretatione poterit liberè Maioratui cedere,
ſeu illum in fauorem alterius renuntiare:cùm nō
ſuperſit alius natus,ſeu naſciturus,cui ex hac ceſ-
ſione vel renuntiatione valeat præiudicari, quod
comprobatur ex tex.in l.qui ſolidum §.prædium.
ff.de legat.2.& ex l.quoties ab omnibus. C. de fi-
deicommiſſ.vbi id communiter Sribent. annota-
re ſolent,atque ex his,quæ notant Tiraquellus.de
vtroque retractu titul.1.§.26. numer. 8. & Burgos
in dicto proœmio. numero 97. qui plura in idem
adducunt.
25 ¶Tertiū,quòd†ſi is,qui Primogenio renūtiauit
ſit minor,poterit aduerſus huiuſmodi renuntia-
tionem reſtitui:niſi iuramento ea renuntiatio cō-
firmata fuerit. Quod Tiraquellus de Primogen.
quæſtione 26.num.6.& quæſtione 28.num.2.ſic ex
pluribus reſoluit: vtrum autem maior poſſit ad-
uerſus huiuſmodi ceſſionem, ſeu renuntiationem
reſtitui,videnda ſunt ea,quæ ſupra lib.2. c.3.num.
18.cum ſeq.latè diſſeruimus.
26 ¶Quinta limitatio ſit:† quādo filius Primogeni
tus parente in deportatione exiſtente ſuſceptus
fuit:is



fuit:is nāque inMaioratu ſuccedere nō poterit: i-
mò eius ſucceſſio ad ſequentē in gradu deuolue-
tur,ac ſi ipſe Primogenitus natus non fuiſſet. Idq;
probatur ex tex.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Tre-
bel.vbi diſponitur fideicom.iniūctum hęredi,ſi ab
ſque liberis deceſſerit,non deficere etſi ipſe hæres
in deportatione exiſtēs filium ſuſceperit:is nam-
que quaſi non natus, nec genitus cenſendus erit.
Quod pari ratione ad Hiſpanorum Primogenia
deduci poſſe videtur.
27 ¶ Sed † quanuis hoc ex deciſione text. in d. le-
ge ex facto.§.ex facto.apertiſſimè probetur:nullo
tamen pacto hodie admittendum erit, ex ratio-
nibus quas in id adducit.Ripa.in d.§.ex facto, nu.
1.poſt.Bart. in l.1.num.9.ff.de bon.damna. Quorū
opinionem ſequutusfuit D. Ant. de Padilla. in l.
cum acutiſſimi.nu.42.C.de fideicommiſſ.tametſi
Bald.ibi col.penul. & Alexand.in d.§.ex facto.nu.
2.contrariam opinionem ſequantur. Quam etiam
ſequutus fuit.Soci.qui eam communem opin.eſſe
profitetur in l.cum auus.nu.100.ff.de condi.& de-
monſtra.
28 ¶ Sexta limitatio ſit: quando ex Maioratus di-
ſpoſitione filius ſecundogenitus excluſo Primoge
nito ad eius ſucceſſionem inuitatur. Tūc † námq;
ſecundogenitus Primogenitum ab eiuſdem Ma-
ioratus ſucceſſione excludet.Idque,quando Maio
ratus inſtitutor hoc expreſsè diſponit,vel ex aper
tiſſimis coniecturis comprehendi poteſt,procul-
dubio ſeruandum erit.
29 ¶Septima limitatio:niſi Maioratus concurrat cū
alio,qui ſit eius redditus,atque valoris vt ex deci-
ſione legis.7.tit.7.lib.5.in noua.legum.reg. colle-
ctione in vno atque eodem ſucceſſore vterq; Ma-
ioratus concurrere non poſſit. Tunc † nāque ele-
cto altero ex eiſdem à filio Primogenito in altero
filius ſecundogenitus Primogenito excluſo ſucce-
det.Quod ex d.l.7.apertiſſimè deciſum extat.
¶ Octaua limitatio ſit quando concurrunt duo
30 Maioratus in quibus præceptum eſt, vt Primoge-
nitus illius familiæ, arma,atque inſignia ſola,atq;
abſque aliorum immixtione deferat, vel quando
in vno eorum hoc præceptum fuit. in altero vero
ſucceſſor ad armorum illius familiæ delationem
ſimpliciter aſtrictus eſt.Tunc namque,† cùm hæc
duo Primogenia ex contrarietate legum, atque cō
ditionum in vno ſucceſſore concurrere non poſ-
ſint Primogenitus vnum ea eiſdem eligere pote-
rit:in altero verò ſecundo genitus eo excluſo ſuc-
cedet:prout ſupra.lib.c.14.numer.26.latius oſten-
ſum eſt.
¶ Nona limitatio ſit,quādo†Primogenitus occi
31 dit vltimum Maioratus ſucceſſorem.Tunc nāque
ſucceſſionis eius indignus efficitur,atq; in ſequē-
tem ſucceſſorem Maioratus ſucceſſio deuoluetur.
l.ſi ab hoſtibus.§.Si vir.ff.ſolu.matr. vbi probatur
quòd ſi inter maritum, & vxorem factum fuit pa-
ctum, quòd ſuperuiuens dotem lucretur: ſi mari-
tus vxorem occiderit, dotem non lucrabitur: ſed
ad hæredes vxoris dos ipſa deuoluetur. *Nō enim æ-
quum eſt,*(vt Iuriſcōſultus ibi profitetur) *virum ob
facinus ſuum dotē ſperare lucrifacere.*Per quem text.
32 dixit Bal.conſ.50.li.4. quod † frater ſubſtitutus per
fideicommiſſum mortuo fratre, non conſequetur
fideicommiſſum:ſi fratrem interficiendo faciat cō-
ditionē mortis exiſtere,ne dolus ei proſit. Idipsū
opinatus etiam fuit Ancharra.in cle.1.in §. de pœ-
niten.& remiſſio. Quem refert & ſequitur Barb.
in rep.c.Rainaldus. 13. col. verſ. Et hoc Dominus.
Petrus de teſta.Pala.Ruui.in rep.Rub. de dona. in-
ter vir.& vxo.§o.70.nu.17.Greg.Lopez. in l. 2 tit.
15.parti.2.verb.*Sino el hijo mayor*.col.1.

¶ Quæ omnia ad hoc, vt Primogenitus hoc caſu
Maioratus ſucceſſione non fruatur vera ſunt: ſed
an illicò ad ſequentem ſucceſſorē Maioratus ſuc-
ceſſio deuoluatur, ſeu in vita occiſoris fiſco vſuſ-
fructus bonorum Maioratus adiiciendus ſit fre-
quenter dubitari ſolet.prout comprehenditur ex
his,quæ notant Alex.n.116.& Iaſſ.n. 4. in d.§.ſi vir
poſt Bar.Ange.Pau.Rapha.Cuman.& alios ibidē.
Cuius quæſtionis reſolutio ex dictis eorum com-
prehendi poterit, & ex his etiam, quæ ſupra.l.1.c.
9.nu.25.cum ſeq.adducta ſunt.

¶ Hoc autē, quod prædiximus,quod ſcilicet Pri
33 mogenitus occidens vltimum Maioratus poſſeſſo
rem,eidem ſuccedere non valeat,adeò verum eſt,
vt † procedat in filio Primogenio,qui parentē æ-
grum,vel non curauit,vel eidem medicum malū
adhibuit,vt ex ea infirmitate decederet. Quod in
ſimili probatur,ex ſententia gloſſ.in dict.§. Si vir
verb.*Lucrifacere*,quæ extendit illum text.loquen-
tem in marito, qui vxorem occidit, ad eum, qui
vxorem in infirmitate vel non curauit, vel eidem
medicum malum adhibuit. Quam ibidem com-
muniter Scrib.ſequuntur. Cuius gloſſ. opi. ex ra-
tionis identitate ad filium Maioratus ſucceſſorem
extendi poſſe,videtur. Non autem extendi pote-
rit ad alios Maioratuum ſucceſſores in eo, quod
dicit,de negligentia in non curando vltimum Ma
ioratus poſſeſſorem:cùm ipſi ad id non teneātur:
ſi cognati,ſeu agnati tranſuerſales ſint. In eo au-
tem,quod dixit de eo, qui malum medicum ad-
hibuit ad omnes Maioratus ſucceſſores extendi
poſſe videtur ſi id dolo factum fuiſſe probatum
fuerit.
34 ¶ Decima,& vltima limitatio ſit:quādo† Primo
genita eſt fœmina,ea námque à maſculo ſecundo
genito à Maioratus ſucceſſione excludenda erit.
prout infra iſto libr. cap. 4. latiùs oſtendemus.
Quibus limitationibus aliæ etiam coniungi poſ-
ſent, quas conſultò breuitati ſtudentes præter-
mittimus.

*SVMMARIA.*

1 *Legitimati nihil differunt à legitimis.*
2 *Subſtitutio facta alicui,ſi ſine liberis deceſſerit expirat,ſi filius legitimatus ſuperſit.*
3 *Legitimati ad Hiſpanorum Primogenia admittendi non ſunt.*
4 *Legitimati debent legitimis reuerentiam exhibere.*
5 *Legitimati non poſſunt dici legitimi ex proprietate vocabuli,ſeu conſiderato principio genituræ ſed potius ex priuilegio,atque ex fictione.*
6 *Legitimatio eſt ſimilis alchimiæ.*
7 *Legitimatus differt à legitimo:ſicut imago,ab illo,quem repræſentat.*
8 *Legitimatus eſt ſimilis medicato à percuſſionibus.*

9 *Legitima*

9 *Legitimatus, appellatione legitimi non comprehenditur, vbi agitur de honore, & beneficio.*

10 *Legitimatio Principis non poteſt tollere ius his, quibus in legitimati defectum ſucceſſio Maioratus deferenda eſſet, niſi ea legitimatio citatis ſubſtitutis facta fuerit.*

11 *Princeps non poteſt derogare iuri ſubſtitutorum abſque eo, quòd vtatur clauſulis ex certa ſcientia ſeu de plenitudine poteſtatis.*

12 *Clauſulæ ex certa ſcientia, ſeu de plenitudine poteſtatis, à Principe abſque cauſæ cognitione apponi non poſſunt.*

13 *Citatio debet interuenire, vbi cauſæ cognitio requiritur.*

14 *Princeps non poteſt derogare iuri etiam in ſpe ex contractu competenti.*

15 *Facultas contrahendi ex iure gentium poceſſit, ſicut facultas teſtandi.*

16 *Deus ſubiecit Principi leges, non tamen ſubiecit illi contractus.*

17 *Imperator quamuis ſit ſuper caput iuris ciuilis, eſt tamen ſub pedibus iuris gentium.*

18 *Ius naturale potentius eſt iure Principatus.*

19 *Princeps etiam ex poteſtate abſoluta non poteſt tollere ius competens ex contractu, etiam inter ſubditos.*

20 *Bonum cambium à Principe, non ab illo in cuius fauorem Princeps diſpoſuit petendum eſt.*

21 *Cauſa publica requiritur vt Princeps poſſit auferre ius in ſpe competens ad Maioratus ſucceſſionem, & quòd præſtetur bonum cambium.*

22 *Cauſa publica requiritur, ad hoc, vt Princeps poſſit filium in præiudicium vocatorum ad Maioratus ſucceſſionem legitimare.*

23 *Citatio ſubſtitutorum & cauſæ cognitio requiritur, eo tempore, quo gratia in eorum præiudicium expeditur.*

24 *Legitimatio ſimplex non ſufficit ad hoc, vt ex illa iuri ſubſtitutorum derogatum eſſe cenſeatur.*

25 *Filius ad Maioratus ſucceſſionem expreſſe, atque ex certa ſcientia, à Principe legitimatus, vtrum ſubſtitutos excludat.*

26 *Filius expreſſe ad feuda legitimatus, poteſt in feudo ſuccedere.*

27 *Opinio dicentium Principem etiam abſque cauſa: & citatione ſubſtitutorum, poſſe iuri ſibi ad Maioratus ſucceſſionem in ſpe quæſito præiudicare, taxatur.*

28 *Fatuitas dicentium, quòd Princeps poteſt aliquid facere, ſed quòd ſi id fecerit peccat, vel erit vnũ pecus, oſtenditur.*

29 *Ex legitimatione etiam ad feuda facta, nõ poteſt derogari iuri, quòd in eius defectum aliis ex inueſtitura antiqua competebat.*

30 *Filius legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione: ſi ſine liberis legitimis deceſſerit: quando is, qui fideicommiſſum reliquit erat nobilis, vel alias perſona in dignitate conſtituta.*

31 *Filius legitimatus non excludit ſubſtitutum: quando fideicommiſſum relictum fuit ſub conditione ſi ſubſtitutus abſque filiis legitimè natis ſeu ex legitimo matrimonio procreatis deceſſerit.*

32 *Filius legitimatus non excludet ſubſtitutum, vbi ex communi vſu loquendi ſub appellatione legitimorum legitimati non comprehenduntur.*

33 *Vſus loquendi vtrum probandus ſit ad ſciendum: an ſub appellatione legitimorum legitimi comprehendantur.*

34 *Filius legitimatus non excludit ſubſtitutum: quando Maioratus inſtitutor ad eius ſucceſſionẽ filios, & filias inuitauit.*

35 *Filius non legitimatus, ſed diſpenſatus nunquam excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus abſque filiis legitimis deceſſerit.*

36 *Filius ſpurius legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione: ſi inſtitutus abſque filius legitimis, deceſſerit: quia non poteſt, dici legitimatus, ſed diſpenſatus.*

37 *Filius legitimatus, vt ſuccedat in eo, quod ſibi pater relinquere voluerit, vel ſine præiudicio venientium ab inteſtato: vtrum excludat ſubſtitutum.*

38 *Legitimatus ita, vt ſuccedat in eo, quod ſibi pater relinquere voluerit, vel abſque præiudicio venientium ab inteſtato: vtrum dicatur legitimatus, an diſpenſatus.*

39 *Legitimatus per reſcriptum, qui tempore impetratæ legitimationis potuit ex ſubſequenti matrimonio legitimari, non excludet ſubſtitutum.*

40 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum: quando ipſe ſubſtitutus eſt perſona in maxima dignitate conſtituta, vel eques auratus, vel Eccleſia.*

41 *Filius Primogenitus naturalis: vtrum ſuccedat in Maioratu, in quo filij ſimpliciter ad eius ſucceſſionem vocantur.*

42 *Filius naturalis excludit ſubſtitutum ſub conditione: ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit: niſi ex coniecturis aliud comprehendatur.*

43 *Lex ex facto. §. ſi quis rogatus. el primero. ff. ad Trebel. declaratur.*

44 *Summarium. Bartol. ad. §. ſi quis rogatus ab Emanuelis Acoſtæ impugnatione defenditur.*





45 *Ad Maioratus ſucceſſionem, ad quam filij ſimpliciter vocantur, nunquam filius naturalis admittendus eſt: niſi ex coniecturis aliud comprehendantur.*

## *Filij legitimati, vel etiam naturales non legitimati: vtrum filijs legitimis deficientibus ad Maioratuum ſucceſſionem admittantur.*

### CAPVT III.

ETſi filij legitimati legitimis extantibus ad Maioratus ſucceſſionem nullo pacto admittendi ſint: prout in præcedẽtibus latè ſatis oſtenſum eſt: dubitari tamen plerumque ſolet, vtrum in Primogenio, in quo filij legitimi vocati ſunt, filius legitimatus, non tamen ex ſubſequenti matrimonio. de quo ſupra iſto li. c. 1. latiùs dictum eſt, filiis legitimis deficientibus, ſuccedere poſſit, excluſis agnatis, vel cognatis tranſuerſalib.
1 in filiorum legitimorũ defectum ſubſtitutis. Qua in re, prima facie videtur dicendum, filium legitimatum in Hiſpanorum Primogeniis, quibus filij legitimi ad eorum ſucceſſionem inuitati ſunt, eiſdem deficientibus, admittendum eſſe: legitimati † namque nihil differunt à legitimis text. in Authen. quib. mod. natura. effici. legiti. §. ſit igitur licentia. & in Authen. quib. mod. natu. effici. ſui. §. & quoniam variè, & iterum. ibi. Si quis ergo filios legitimos non habens. collat. 6. l. qui in Prouincia. §. Diuus. ff. de ritu. nup. l. 4. tit. 15. par. 4. ibi. *Son dende adelante legitimos*. Cùm igitur legitimati nihil differant à legitimis, & poſſint dici legitimi, conſequens eſt, vt legitimis deficientibus, in Maioratu ſuccedere debeant.

¶Quod comprobatur ex communi Scrib. ſententia, qua ab omnibus exiſtimatur † ſubſtitutionem fideicommiſſariam factam alicui ſub conditione: ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, expirare ſi filius legitimatus ſuperſit. Quod Alber. in l. generaliter §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ad fin. palam profitetur. Quem ibi ſequuntur Alex. nu. 2. & Iaſon. n. 7. dicentes hanc eſſe communem opinionem. Eáque opinio fuit Iacobi de Rauena. quem refert & ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de ſucceſſio ab inteſta. §. 1. ad fin. Ang. in ſua diſputatione incipien. Quidam nobilis genere. col. 2. & 3. Ioan. de Imola, qui hanc communem opinionẽ eſſe profitetur in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. quaſi ad fin. ff. ad Trebell. vbi etiam Ripa. num. 44. eam communem opinionem appellat. Quod etiã profitentur Tiraquel. in l. ſi vnquam. verbo. *Suſceperit liberos*. n 69. & Carol. Moli. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 3. gloſ. 1. n. 44. & Greg. Lopez. in l. 4. titul. 15. par. 4. verb. *Todas las honrras*. Et Albertus Brunus cõſ. 15. n. 10. Lauren. Sylua. conſ. 45. n 24. Pariſ. cõſi. 8 n. 9. li. 2. vbi inquit hanc eſſe communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo. Carol. Ruinus conſi. 87. n. 13. li. 3. Idem conſ. 145. n. 16. eod. li. & alibi ſæpè Scrib. ſicque legitimatum ad Maioratus ſucceſſionem admittendum eſſe dixit Mencha. de ſucceſſi. progreſſ. §. 2. n. 52. & li. 2. controuerſ. frequentium.

3 ¶Sed quanuis hæc opinio cõmunis ſit, † nunquã tamen mihi ſuaderi potuit, quòd ad Hiſpanorum Primogenia adaptari valeat: imò ſemper eius fui ſententiæ, vt ſi ad Maioratus ſucceſſionem filij legitimi inuitati ſint, ſub ea vocatione, filius legitimatus non comprehendatur. Eſt namque (vt alibi diximus (Primogenitus veluti familiæ caput, atque in eo ſtat ſplendor genituræ nominíſque, atque armorum, & inſigniorum propriæ familiæ vſus, atque à cæteris ex eadem familia procedentibus tanquam principalis domus honorandus eſt.
4 Quæ omnia non legitimatis: ſed potiùs legitimis conuenire notiſſimum eſt. Legitimati † namque debent reuerentiam legitimè natis exhibere, nec debent ad eandem menſam cum illis ſedere. Bald. in ca. per tuas n. 2. de maiori. & obed. Alexand. in l. ex facto. ſi quis rogatus. n. 58. ff. ad Trebel. Portius conſi. 106. nu. 94. Improprium enim, atque nimis irrationabile, & aduerſus mentem inſtitutoris Maioratus futurum eſſet, caput familiæ, atque genituræ ſplendorem in eo apponere, qui non verè, ſed per fictionem legitimus eſt, excluſis illis, qui verè
5 legitimi ſunt. Legitimati † namque non poſſunt dici legitimi ex proprietate vocabuli, ſeu conſiderato principio genituræ: ſed potiùs ex priuilegio, atque ex fictione. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. numero 44. & 45. Decius conſil. 284. nu. 15. Tiraquellus de Primogen. quæſt. 34. numero 58. Idem in rep. l. Si vnquam verbo. *Suſceperit liberos* nume. 79. Portius. d. conſil. 106. nu. 95. vbi plura in idem adducit. Ideóque, *non ineleganter dixit Bal.*
6 in c. 1. de conſtitu. n. 23. Legitimationem † alchimiæ ſimilem eſſe. Ea namque efficit, quòd æs aurum appareat: non tamen poteſt verè ex ære aurum facere, ſeu vnam ſpeciem in aliam tranſmutare: idipſum etiam in effectu repetit idem Bald. in l. etiã. C. de appella. n. 1. vbi inquit, † differre legitimatum
7 à legitimo: veluti imaginem ab eo, cuius figuram repræſentat, ſeu veluti illum, qui à Principe vſum togæ impetrauit, vt ciuis Romanus efficeretur ab illo, qui verè ciuis Romanus eſt. Iterum etiam dixit idem Bald. in c. final. num. 1. de tranſlat. Epiſco-
8 pi vel electi, quòd legitimatus † eſt ſimilis homini medicato à percuſſionibus, in quo ſemper ſolent remanere cicatrices. Iaſon. qui plura refert. in l. cũ acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. numero 4. Et verbum hoc, legitimus, in potiori ſignificatu accipiendum eſt, nec in hac materia ad legitimatos
9 protrahendum. Vbi enim agitur de honore, atque beneficio, legitimatus †, appellatione legitimi non comprehenditur: prout notat Bald. in d. c. per tuas numer. 3. idem Bald. in l. generaliter. §. cùm autem numer. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Vbi inquit, hanc eſſe potiſſimam rationem ex qua filius legitimatus in feudo ſuccedere non poteſt: quod etiã in Maioratu ſeruandum eſſe dixit D. Did. de Couarr. reſolut. lib. 3. capi. 6. numer. 7. verſi. eadem

equidem ratione vbi inquit, legitimatum non ſuc
cedere in Maioratu,niſi ad id ſpecificè legitimatus
ſit, quibus adiicit ex vulgari vſu loquendi appel-
latione legitimorum legitimatos non comprehē-
di:prout ſtatim dicendum erit.
¶Ex quibus videtur præfatam communē opin.
quòd ſcilicet filij legitimati excludant ſubſtitutū,
Hiſpanorum Primogeniis non rectè adaptari poſ
ſe:ſed quoniam de his forſan dubitari poterit, vt
in hac re vera reſolutio habeatur,atque huiuſmo-
di filij legitimati omninò à Primogeniorum ſuc-
ceſſione excludantur,aliquas concluſiones breui-
ter recenſebimus. In quibus etiam præfata com-
muni opinione retenta,filij legitimati à cognatis,
ſeu agnatis legitimis neceſſariò excludendi erunt,
quæ etiam ad communis opinionis limitationem
deſeruire poterunt.
10 ¶Prima concluſio,quòd præfata communis opi
nio procedat:quando agitur de bonis,in quibus li
bera diſpoſitio ad patrem ſpectat:ſed†quando,de
bonis reſtitutioni ſubiectis contentio eſt, legiti-
matio nihil prorſus valeat, niſi ex cauſa legitima
conceſſa fuerit,de eáque citatis ſubſtitutis, quibus
iam ius probabile ſaltim in ſpe acquiſitum erat,
cōgnitum ſit. Quod optimè comprehenditur ex
doctrina Bartol.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. n.
14.ff.de libe.& poſthum.vbi inquit,quòd ad hoc,
vt pater poſſit facere filium legitimari in vita non
requiritur alicuius citatio: quia hoc attinet ad pa-
trem, qui de bonis ſuis poteſt diſponere quomo-
do vult,ex quibus verbis apertè probatur,quòd ſi
ageretur de bonis,de quibus pater nō poſſet libe-
rè diſponere, ſubſtituti eſſent neceſſariò citandi.
Quod etiā ſentit Paulus ibidē n.16. atque apertiùs
declarant Alex.n.17.ad fin.& Iaſon. nu.92. & 134.
& communiter Scribentes ibidem:idipſum etiam
verum eſſe profitentur Alber.Bal.& Fulgo.in l.nā
ita Diuus. ff. de adoptio. Decius qui hanc aſſerit
eſſe communem opinionem conſilio 284.numer.
10.idem conſil.425.numer.10. Carol.Ruin.conſil.
36.numer.20.lib.1.& cōſilio 176.ad fin.lib.2.& cō-
ſil.106.numero 5 li.3.& conſilio 4. numero 3.eod.
lib.Bertrand.conſilio 110.num.2.& 3. lib.3. Curti.
Iuni.conſil.99.num.32.33.& 37.& 38.li.2. Pariſ.cō-
ſil.11.numer.14.lib.2.& conſil.14. numero 32.eod.
lib. Idque optimè declarat Ioan.Cephalus.conſi.
23. Vbi ſingulariter dixit, quòd ſi pater diſponat
circa bona vinculata in caſu, quo id facere poſſit
requiritur vocatio ſubſtitutorum: ſi verò diſpo-
nat circa bona allodialia,non requiritur. Vbi an-
nectit, quòd ſic intelligitur opinio Bartol.in d.§.
& quid ſi tantum.in eo,quòd dicit, quòd non re-
quiritur citatio agnatorum: quod etiam ex pluri-
bus probat Alber.Brun.inter conſilia feudalia cō-
ſil.15.numer.16.& alibi ſæpè Scribent.annotare ſo
lent. Idque apertiùs efficitur, ſi conſideremus,
quòd hæc legitimatio non fit in vita:ſed poſt mor
tem Maioratus inſtitutoris, & poſt delatam ſuc-
ceſſionem ſuo loco, atque ordine omnibus voca-
tis, ac ſubſtitutis. In quo caſu, abſolutum eſt ne-
ceſſariam eſſe citationem eorum, quibus hæredi-
tas delata fuit, quanuis ab eiſdem addita non ſit:
prout optimè conſiderauit Decius.d. conſil. 284.
nu.10.atque Scribent. ſuperiùs relati communiter
conſiderare ſolent.
11 ¶Quæ omnia comprobantur ex eo, quòd dixi-
mus ſuprà libr.1. capitu. octauo. num.31. cum ſe-
quentibus, concludentes ius hoc Maioratus ſuc-
ceſſionis,etiam in ſpe conſiſtens non poſſe tolli à
Principe:niſi ex cauſa legitima,atque ea,citatis cō
ſanguineis ſubſtitutis probata. Quibus nunc ſu-
peraddimus quod † Princeps non poteſt deroga-
re iuri ſubſtitutorum abſque eo,quod vtatur clau
ſulis,ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſta-
tis,vt notant Bald.numero primo. & Paulus. nu-
mero 1.2.& cæteri Scribent. in l. ſi teſtamentum.
12 C.de teſtament. & in d.§. & quid ſi tantum. Quæ
clauſulæ†à Principe non niſi cauſa cognita appo-
ni poſſunt:prout ex pluribus probat Decius con-
ſilio 410.numer.21.vbi inquit,quod hæ clauſulæ ni
hil operantur:quando proceſſum fuit abſque co-
gnitione.Aymon.conſilio 241.nume.20. Auguſti-
nus.Beroi.in capitu.1.de confirma.vtili vel inutili,
numer.37. & numer. 42. & plures alij quos ſupra
13 libr.1.cap.7.nume. 31.citauimus.Et†quando cauſæ
cognitio requiritur, neceſſariò debet interuenire
citatio eorum quorum intereſt. Aretinus in d. l.
Gallus.§.& quid ſi tantum colum.final. & Carol-
lus Ruinus conſilio 96.numero 10.libr.3. Portius
conſi.106.n.34.
14 ¶Item eiſdem etiam ſuperaddimus, ea † omnia
procedere, ſiue ius ſucceſſionis in ſpe,ex teſtamē-
to,ſiue ex contractu dependeat. In vtroque nam-
que caſu non valet Princeps eidem ſine cauſa de-
15 rogare. Sicut†enim teſtandi facultas ex iure gen-
tium competit:prout ſupra lib.1.capite 2. numero
ſexto.oſtenſum eſt,ita etiam facultas contrahendi
ex eodem iure gentium procedit l.1.in princ.ff.de
pactis vbi communiter Scribentes id notant. l.cū
te.C.de donation.ante nupt. l. ſi donationem. C.
de reuocat.donat. l. cauſas vel lites. C. de tranſa-
ctio.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.cum ſimilibus.
Ideóque,Princeps ius quæſitum ex contractu etiā
in ſpe abſque cauſa publica tollere non poteſt, vt
opinatur Bald.in capit.1. de natura feudi ante. n.1.
16 Vbi inquit,quod†quanuis Deus ſubiecerit Prin-
cipi leges,non tamen ſubiecit illi contractus, idi-
pſum dixit Barba. in capit.1.de conſtitu. columu.
11.verſiculo, Si mihi dicatur, vbi ſubiecit, quòd
17 quanuis † Imperator ſit ſupra caput iuris ciuilis,
eſt tamen ſub pedibus iurisgentium. Idipſum no-
tat Bald. in capitu. 1. §. notandum numer. 2. qui
18 feudum dare poſſunt, vbi inquit, † potentius eſſe
ius naturale quàm principatus. Alexand. conſilio
30.num.5.lib.5.Celſus conſil.26.num.30.& conſil.
120.num.87.
19 ¶Quod adeò verum eſt,vt†nec Principi ex pote
ſtate abſoluta id facere liceat,prout reſoluit Felin.
qui hanc magis communem opinionem eſſe pro-
fitetur in capit.quæ in Eccleſiarum numer. 33. de
conſtitut.Socinus.conſil.87.numer.13.libr. 3. Ay-
mon.de antiquit.temp.1.par.nume.5.Decius.cōſi.
410.num.21.& 22.Curtius Iuni.conſi.138. numer.5.
Pariſ.conſi.1.numer.87. libr.1. Thom. Grammat.
deciſio.65.numer.27.Alciat.de præſumptio regu.
3.præſumpt.8.nume 6.Carol.Ruin.conſil.71.num.
37.lib.3.Anto.Gab.lib.3.commun.opinio. de iure
quæſito non tolle.conclu.5.numer. 18. in quo non
eſt facienda differentia inter ſubditos & non ſub-
ditos,vt optimè reſoluit Celſus.d.conſi.26. nu.30.
vbi plura in idem adducit Ant.Gabriel. qui plura
etiam refert lib.3.communium opinionum cap.3.
num.19.
20 ¶Similiter etiam ſuperaddimus † cauſam legiti-
mā ad hoc non ſufficere,niſi ea publica ſit,ſubſti-
tutóque cui ex legitimatione Maioratus ſucceſſio
ablata



ablata fuit,bonum cambium præſtetur: ſic namq;
efficiēdum eſt quoties à Principe ex cauſa iuri al-
terius præiudicatur.l.item ſi verberatum.§. 1.ff.de
rei ven.l.Lucius.ff.de euiction.l.venditor. §.ſi cō-
ſtat.ff.communia prædio.l. Antiochenſium. ff. de
priuil.credit.l 2.tit.1.part.2. Hoc autem† bonum
cambium à Principe, non autem ab illo in cuius
fauorem legitimatio,ſeu quæuis alia gratia in prę-
iudicium ſubſtitutorum conceſſa fuit, petendum
atque exigendum erit:prout opinantur.Abb.in c.
quanuis num.13.de re iud.Decius cōſil.520. nu.10.
21 Ex quibus rationibus†in legitimatione in præiu-
dicium ſubſtitutorum conceſſa, cauſam publicam
requiri,de eáque citatis ſubſtitutis tractari debe-
re,eiſdémque bonum cambium præſtandum eſſe
cenſuerunt.Decius.cōſil.519.n. 6.& cōſil.576.n.9.
D.Did.de Couarr.reſolu.lib.3.c.6.n.8. Burgos in
procem.legum Tauri.n.349.Soci. Iuni.cōſil.65.n.
9.lib.2.Ripa.in l.quominus num.8.ff. de flumi. &
Carol.Moli. in cōſuetud.Pariſ.tit.1.§.8.gloſſ.1.nu.
39.atque Portius cōſi.106.n.32.& omnes alij quos
ſupra iſto.c.nominatim citauimus.
22 ¶Ex quibus † omnibus deducitur dubiam eſſe
quādam opinionem quā ex pluribus probare ni-
titur.D. Franciſcus Sarmientus Sellecta.interpre.
lib.1.c.8.n.3. vbi reiicit communem opinionem,
dicentium,in legitimationibus in quibus iuri ſub-
ſtitutorum ex cauſa derogatur,citationem eorum
neceſſariā eſſe,de qua ſuperius meminimus. Quā,
ea ratione improbat,quòd ſcilicet citatio ad actus
iudiciales adaptetur, non autem ad gratias, quas
Principes facere ſolent, cùm non ſit tribunal gra-
tiæ eius qualitatis,vt in eo lites decidantur,ideóq;
(vt ipſe inquit) gratia ſecundum parentis relatio-
nem expeditur,nec de ea probationes fiunt,niſi in
his gratiis quæ commiſſariis delegantur. In quib.
ipſi commiſſarij proceſſum faciunt,his quorū in-
tereſt citatis,quod adiicit non rectè percepiſſe eos
iuris interpretes qui ſuper d.§.& quid ſi tantum,
ſcripſerunt,ex eo quòd non multum in curia ver-
ſati fuerunt.
23 ¶Sed quanuis hoc ipſe cōſtanter profiteatur,ni-
hilominus tamen non exiſtimamus ex his à præ-
dicta opinione recedendum eſſe.Si enim†hæc le-
gitimatio ex qua iuri alterius derogatur, non po-
teſt,niſi ex cauſa publica concedi, vt ſuperius oſtē
ſum eſt,conſtat de hac cauſa cognitionem præce-
dere debere, atque per conſequens, eos quorum
intereſt citandos eſſe: non enim poteſt aliter de
cauſa cognoſci,nec gratia à Principe in tertij præ-
iudicium impetrari,vt ſtatim oſtendemus,& quā-
uis id in Curia Romana fieri non ſoleat,in eo cō-
uentu vbi literæ gratiæ expediuntur: cùm is non
ſit locus iudicij(vt ipſe Franciſcus Sarmiētus pro-
fitetur)in his autem Regnis in eo tribunali vbi li-
teræ gratiæ expediuntur,non aliter Regia facultas
ex qua ad Maioratus ſucceſſionem vocati ac ſub-
ſtituti lædi poſſint,conceditur, quam præcedente
priùs ſummaria ſaltim cauſæ cognitione, vocatis
his quibus præiudicium aliquod ex illa irrogari
poſſet,vel ſaltim eo,qui primo loco ad Maioratus
ſucceſſionem vocatus eſt.Quòd ſi is,facultati con-
ſenſum præſtet,vel eidem non contradicat, atque
ex probationibus conſtet cauſam legitimam ad fa
cultatem concedendam adeſſe,facultas cōceditur.
Si verò vocatus ad Maioratus ſucceſſionem eidem
facultati contradicat, cauſáque contradictionis
legitima ſit, facultas ipſa denegatur, quod nimis
iuri ac rationi conſonum eſt. Cùm enim hi Con-
ſiliarij qui Regiæ cameræ & literis gratiæ expe-
diendis præſunt, huiuſmodi gratias non valeant,
niſi ex cauſa,concedere,conſequens eſt, vt de ipſa
cauſa prius cognoſcere valeant, cùm ſit ad ipſius
gratiæ conceſſionem præparatoria.Is namque qui
eſt iudex cauſæ præparatæ,iudex etiam cauſę præ-
parantis eſſe debet.l.ordinarij. C. de rei vendi. l.
quoties cum ſimilibus.C.de iudi.neque eſſet iuri-
dicus ſtylus quòd huiuſmodi gratiæ abſque cauſæ
cognitione, & ex ſola partis relatione concederē-
tur,& poſteà de earū iuſtitia in alio iudicio diſpu-
tetur.Melius eſt enim ita res diſponere,vt iniuſti-
tia non fiat,quàm, quòd poſtquàm facta eſt repa-
retur.l.fin.cum ſimilibus.C.de tempor.in integrū
reſtitu.Poſſent namque plura inconuenientia,quę
notiſſima ſunt, ex huiuſmodi facultatum conceſ-
ſione abſque cauſæ cognitione reſultare. Ideóque
melius eſt,vt ipſa cauſæ cognitio, & citatio præ-
cedat. Sícque ſemper ſolet dicta ſummaria cauſæ
cognitio facultatum impetrationem præcedere:
quanuis probationes ſoleant iudicibus ordinariis
committi, qui illas citatis ſucceſſoribus, faciunt,
atque ad Regium Conſilium Cameræ remittunt.
Ex quibus ſubſtinentur ea quæ Scribentes in d.§.
& quid ſi tantū,dicere ſolent;quæ vt ex iuris prin-
cipiis apertiſſimè deriuantur, ita etiam ex com-
muni ſtylo atque obſeruatione ſuſtinentur.
24 ¶Sed vt de hac re perfecta reſolutio habeatur,
duo caſus diuerſi conſiderandi ſunt.Primus quan-
do†legitimatio ſimpliciter cōceſſa fuit, in qua ſpe
cie certiſſimum eſt, non videri ex illa derogatum
iuri ſubſtitutis cōpetenti,prout in feudo deciſum
eſt, ex text.in c.1.§.naturales,ſi de feudo defuncti,
in vſibus feudo. Ea namq; ratione legitimatus in
feudo non ſuccedit,quòd ex legitimatione dero-
gatū non cenſeatur iuri domini,ſeu agnatorū, qui
bus ex inueſtitura ius quęſitum erat:prout ibidem
cōmuniter Scribētes aduertunt. Cuius tex.deciſio
quæ ex ſuperiùs adductis ex iuris principiis ac ſo-
lidiſſimis fundamentis deriuatur, ad Primogenia
extēdi poſſe ex rationis paritate videtur,quod di-
cit.D.Did.de Cou.reſolutio.li.3.d.c.6.nu.7.atque
vltra ſuperiùs adducta comprobari poteſt ex his,
quę latè adducit Albert⁹ Brun⁹ cōſ.15.n.11.ad finē.
25 ¶Secundus caſus,quando†in legitimatione ad-
iectum eſt,quòd filius legitimatur ad ſuccedendū
in Maioratu parentis,derogando expreſſè iuri trāſ
uerſalium ſubſtitutorum,cū clauſula,ex certa ſciē
tia,& de plenitudine poteſtatis:in qua ſpecie, ſu-
pradicta,dubia videntur,cum Princeps iuxta plu-
rimorum opinionē,de qua ſupra.li.1.c.8.n.28.mē-
tionem fecimus,id poſſit etiam abſque cauſa legi-
26 tima facere. Quæ dubitatio ex eo etiam augetur,
quòd quanuis filius legitimatus non poſſit in feu
do ſuccedere ex deciſione tex. in d.§.naturales:†ſi
tamen expreſſè ad feuda legitimatus fuerit.in eis
ſuccedere poterit,& etiam in feudis Regalibus, ſi
ad ea ſpecificè legitimatus ſit, quod cenſuerunt
gloſſ.Andr.de Iſernia.Bal. Aluarot. Præpoſ. Mat-
thæus de Affli.& cæteri in d.§.naturales.Alexand.
cōſi.2.n.16.li.1.Aretinus cōſi.164.n.4. háncque o-
pinionem communem appellant Boerius deciſio-
ne 23.numero ſexto.Pariſ.conſilio primo.numero
76.libro ſecundo. Iulius Clarus. §. feudum quæ-
ſtione 82.verſicul. ſed quæro. Carol. Mol. tit. 1.§.
3.gloſſ.1.numer. 38. Celſus qui plura refert conſil.
26.nu.10.cum ſeq.

27 ¶Sed† quanuis opinio illa, quòd ſcilicet Princeps
etiam abſque cauſa legitima, & citatione ſubſtitu-
torum poſſit illis in iure ad Maioratus ſucceſſio-
nem in ſpe quæſito præiudicare à pluribus com-
munis appelletur: mihi autem contraria opinio ve
rior atque probabilior ſemper viſa fuit. Nõ enim
eius ſententiæ vnquam eſſe potui, vt Principi eam
poteſtatem tribuam, quæ abſque peccato, atque
quadam tyrannidis ſpecie exerceri nequeat prout
d.c.8.n.31. latius oſtenſum eſt, nec poſſum admit-
28 tere illa, quæ circa hæc Scribentes opinantur, di-
*centes*, †Principẽ hoc facere poſſe, ſed quòd mor-
taliter peccaret, vel quòd eſſet vnum pecus: prout
aliàs dixit Bal. in c. 1. §. filij nati n. 1. ſi de feudo fue-
rit controuerſia in vſibus feudorum, & plerique
Doctores in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de libe.
& poſth. dicere ſolent. Imò omnem hanc poteſta-
tem à Principe reiicimus, illam ad ea tantum, quæ
iuſta & honeſta ſunt, atque abſque peccato & ty-
rannide exerceri poſſunt, coercentes, quod dum
magis excogitatur, maiori firmitate comprehen-
ditur atque retinetur.

29 ¶Similiter etiam opinio illa, quòd † filius poſſit
ad feuda legitimari in pręiudicium domini, ſeu il-
lorum, quibus ex inueſtitura ius, ſaltim in ſpe ad e-
ius ſucceſſionem quæſitum erat, ſemper mihi eiſ-
dem rationibus ſuſpecta viſa fuit. Sícque in feudo
antiquo, & ex quo agnatis ex antiqua inueſtitura
ius quæſitum erat, illam reiiciunt Alex. poſt Salic.
ab eo relatum, conſ. 60. nu. 2. lib. 2. Anton. de Roſ-
ſellis de legitimatione li. 2. c. de legitimationis effe
ctu. n. 24. Vbi inquit, quòd gl. in d. §. naturales cõ
muniter nõ tenetur. Card. Alexandrinus in ca. per
venerabilem. §. quod autem. n. 61. qui filij ſint legi
timi. Socinus Iunior, conſ. 65. n. 14. li. 2. Carol. Mo-
lineus, qui etiam ad id Ludouicum de Sardis &
Vldari. Zaſſium refert, in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8.
gloſ. 1. n. 39. vbi id conſtanter defendit. Idque, &
optimè probant Albertus Brunus conſi. 15. nu. 18.
cum ſeq. & Fran. Sarmien. ſelectarum interpreta.
lib. 1. c. 8. n. 10. cum ſeq. Quorum opinio aduerſus
communem in caſu, de quo agimus, vera mihi vi-
detur: niſi cauſa legitima atque publica, ad id effi-
ciendum interuenit, cáque iuxta ſuperius adducta
cognita atque probata ſit, atque bonum cambiũ,
ſucceſſori præſtetur. Sícque etiam quoad Maiora-
tus ſucceſſionem attinet, ea, quæ prædiximus, in
iudicando, & conſulendo ſequenda, atque ample-
ctenda erunt: quanuis in his Regnis non mihi cõ-
pertum ſit caſum, de quo nunc agimus, vnquam e-
ueniſſe, nec etiam in poſterum euenturum eſſe cre
dendum ſit.

¶Ex quibus dubia redditur opinio quædã Re-
uerendiſſimi domini D. de Couar. lib. 3. reſol. cap.
6. n. 7. verſi. eadem quidem ratione: vbi inquit, le-
gitimatum expreſſè à Principe ad Maioratus ſuc-
ceſſionem, ſubſtitutum datum in defectum filio-
rum legitimorum excludere: niſi Maioratus inſti-
tutor legitimatos excluſerit. Cùm enim Princeps
non valeat filium illegitimum abſque cauſa pu-
blica in præiudicium ſubſtituti legitimare: conſe-
quens eſt, vt hæc opinio ſuſtineri non valeat, etiãſi
Maioratus inſtitutor legitimatos non excluſerit,
ſed ſolùm legitimos vocauerit: quãdo autem illos
excluſit, hæc omnia abſque dubio procedunt.

30 Secunda concluſio ſit, quòd† quãdo is, qui fidei
cõmiſſum reliquit: ſub coditione, ſi abſque liberis
legitimis deceſſerit, eſt nobilis, vel perſona aliàs in
dignitate conſtitu ta, filius legitimatus non exclu-
dit ſubſtitutum, nec eiuſdem fideicommiſſi capax
eſt, de quo extat ſing. doctrina, Ang in ſua diſpu-
tatione incipi. Nobilis quidam. Bal. conſ. 203. lib. 5.
Alex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu. &
ſubſtit. nu. 2. & Iacobi. nu. 4. Ripa. in l. ex facto. §. ſi
quis rogatus. ff. ad Trebel. n. 44. Ang. Beroius. in
c. in præſentia. de proba. n. 324. Alexand. Aret. So-
cin. & alij Modernio. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe.
& poſth. Barba. conſ. 27. n. 53. cum ſeq. lib. 1. Alex.
conſ. 67. n. 4. li. 1. & conſ. 94. n. 5. eod. li. & conſ. 60.
n. 6. li. 2. Decius conſ. 284. n. 16. Tiraq. de nobili. ca.
23. n. 15. & 18. Carol. Ruinus conſ. 158. n. 8. li. 1. & cõſ.
167. n. 5. li. 5. Grattus. cõſ. 29. n. 51 li. 1. Albertus Bru-
tus conſ. 15. n. 11. Pariſius conſ. 9. n. 47. li. 2. Matth. de
Afflict. deciſione 386. Quę concluſio proculdubio
communis eſt, nec aliquis eſt, qui ab illa diſſentiat.
Ex qua concluſione conſequitur, propè ſemper in
Hiſpanorum Primogeniis, filium legitimatum nõ
excludere cognatos, ſeu agnatos legitimos, cùm vt
in plurimum ea Primogenia, à nobilibus, ſeu ſal-
tim perſonis in dignitate conſtitutis, inſtitui ſo-
leant, vt pluſquàm notiſſimum eſt.

31 ¶Tertia concluſio, quòd† quoties Primogeniũ
relictum eſt ſub ea conditione, ſi poſſeſſor ſine li-
beris legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio
procreatis deceſſerit, nunquam filius naturalis le-
gitimatus ex Principis reſcripto, ad eius Primoge-
nij ſucceſſionẽ admittendus erit. Quod dixit Alex.
in d. l. generaliter. §. cùm autem n. 2. quẽ ſequitur
Iacob. ibidem. n. 4. Ripa. in d. l. ex facto. §. ſi quis ro
gatus. n. 47. Pariſius. conſ. 1. n. 42. & n. 81. li. 2. & cõſ.
9. n. 46. & conſ. 11. n. 12. & n. 149. eod. lib. Soci. Iuni.
conſ. 65. n. 10. li. 2. Grattus conſ. 65. n. 47. li. 1. & cõſ.
29. n. 45. & 46. lib. 2. & conſ. 158. n. 27. cum ſeq. eod.
li. & eſt communis & vera reſolutio. Quam etiam
probant omnes Scriben. quos ſuperiùs citauimus:
dicentes in hac ſpecie legitimatum ex ſubſequenti
matrimonio admittendum eſſe, ad excluſionẽ ſub
ſtituti. Ex qua communi reſolutione, etiã ceſſat in
Primogeniis Hiſpaniæ legitimatorũ ſucceſſio, cũ
propè in omnibus, hæc clauſula apponi ſolita ſit.

32 ¶Quarta concluſio, quòd† ſi ex communi vſu lo
quendi ſub appellatione legitimorum, legitimati
non comprehenduntur, filius naturalis legitima-
tus non excludet ſubſtitutum. Quod dixit. Paul. in
l. fina. n. 6. C. de his, qui veni. æta. impe. Et Ioan. de
Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. fina. verb. ff. ad
Trebel. atque Franc. de Ripa. ibi. num. 43. Idipſum
etiam dixit Alex, conſ. 25. n. 1. li. 1. Deci. conſ. 284. n.
10. vbi plura in idẽ adducit. Albertus Brunus. cõſ.
33 15. n. 11. Idque etiam dixit Alex. conſ. 60. nu. 6. li. 2.
Vbi conſulit aduocatis, quòd non obliuiſcãtur de
huiuſmodi vſu loquẽdi probationes facere. Quod
vtile erit, quanuis Decius d. conſ. 284. dicat de hu-
iuſmodi vſu loquendi, non eſſe neceſſarium pro-
bationes facere: cùm vbique notiſſimum ſit, ex
communi loquendi vſu, appellatione legitimi, le-
gitimatum non comprehendi. Quod etiam dixit
Gozadi. conſ. 6. n. 11. plura in idem adducens.

34 ¶Quinta cõcluſio, quòd† ſi inſtitutor Maioratus
ad eius ſucceſſionem vocauerit filios, & filias, &
eorum filios legitimos: (prout communiter in om
nibus Hiſpanorum Maioratibus fieri ſolet:) nun-
quam in huiuſmodi diſpoſitionibus, naturalis le-
gitimatus comprehendatur, ne Maioratus inſti-
tutor dicatur ſenſiſſe de filiis naturalibus filiarum
ſuarũ. Quod nimis abſurdum, atque aduerſus eius





mentem futurum eſſet, ídque comprehenditur ex
his, quæ dixit. Bart. in l. hæred. §. Titius ff. ad Treb.
nu. 2. col. 2. Alexan. n. 6. & 7. in d. l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. atque ibi Ripa. nu. 23. Quod etiam in ſpe-
cie, de qua agimus, ſequutus fuit Albertus Brunus
d. conſi. 15. n. 11. adiiciens, quòd cùm ex verbis, quæ
teſtator dixit in vna parte teſtamenti interpretã-
dum ſit, quid ſenſerit in alia: in omnibus ſubſtitu-
tionibus, tam filiis maſculis, quàm fœminis *factis*,
idem dicendum ſit, quanuis in ſubſtitutione facta
filiis maſculis diuerſa ratio militare videatur.
Quod ex præſumpta mente teſtantis verum mihi
videtur. Idque in terminis, de quibus agimus di-
xit ante illum Soci. conſi. 249. li. 1. Quem refert &
ſequitur Alba. conſi. 29. n. 7. dicens, quòd cùm di-
cta conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non poſſit
intelligi de legitimatis quoad filiam inſtitutam,
idipſum dicendum erit reſpectu filij, ne vna atque
eadem res diuerſo iure cenſeatur.

35 ¶Sexta concluſio, quòd† ſi filius nõ legitimatus
ſed diſpenſatus ſit, nunquam ſuccedat in Maiora-
tu, in quo filij legitimi ad eius ſucceſſionem inui-
tati ſunt. Communis namque opinio, quòd filij na
turales legitimati faciant deficere ſubſtitutionem,
ſub ea conditione factam: ſi inſtitutus ſine libris le
gitimis deceſſerit, non habet locum in ſilio, qui nõ
eſt legitimatus: ſed diſpenſatus, quod notat Cor-
neus. conſi. 9. n. 6. & 7. lib. 4. Alexand. conſi. 30. n. 1.
li. 4. Deci. conſi. 52. n. 3. Gozad. conſi. 6. nu. 74. & 75.
Lauren. Sylua. conſ. 45. n. 24. vbi plura in idem ad-
ducit. Quod etiam Modern. pręſertim Soci. Crot-
tus, & Carolus Ruinus. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum communiter annotare ſolent.

36 ¶Ex qua concluſione infertur, quòd† quanuis ex
cõmuni opinione (de qua ſuperiùs meminimus,)
filius legitimatus excludat ſubſtitutum ſub ea cõ-
ditione, ſi ſine liberis legitimis deceſſerit: filius ta-
men ſpurius legitimatus non excludet ſubſtitutũ.
Quia quanuis is pleniſſimè legitimatus ſit, nun-
quam dici poterit legitimatus, ſed diſpenſatus, in
quo ex ſuperiùs adductis prædicta cõmunis opi-
nio non procedit. Quòd autem filius ſpurius ha-
bitus ex parentibus, inter quos non poterat eſſe
matrimonium ex impedimento iuris diuini, vel
Canonici, nunquam dicatur legitimatus: ſed po-
tiùs diſpenſatus, dixit Paul. conſi. 39. num. 4. lib. 1.
ſecundum nouam impreſſionẽ: ídque ex eo, quòd
Princeps non poſſit ſpurium legitimare, nec hu-
iuſmodi defectum tollere, ſed ſolùm cum eo diſ-
penſare: quod notat etiam Soci. conſil. 65. n 12. li. 3.
Bald. in l. 1. ante nu. 1. C. de natur. lib. Curtius Se-
nior conſi. 64. nu. 10. & conſil. 16. nu. 19. Deci. conſ.
579. nu. 6. & conſi. 264. nu. 3. Soci. Iunior. conſ. 120.
li. 2. Lauren. Sylua. qui hanc communem opinio-
nem appellat. conſil. 45. n. 42. Crottus. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum. nu. 33.
Gozadi. con. 6. n. 51. & conſi. 92. nu. 13. Grattus. con.
65. n. 15. D. Did. de Couarr. in Epith. ſuper. 4. c. 8.
§. 8. nu. 4. Tellius Fernandus in l. 12. Tauri. nu. 24.
Portius conſil. 106. nu. 2.

37 ¶Secundò infertur, quòd† filius legitimatus ad
ſuccedendum in eo, quòd pater eius voluerit, vel
ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel aliàs,
cũ quacunque alia reſtrictione ſucceſſionis, ſubſti
tutum ſub cõditione. ſi inſtitutus ſine filiis legiti-
mis deceſſerit, nõ excludet, cùm iſte filius nõ ve-
38 rè legitimatus, ſed diſpenſatus ſit. Nõ enim poteſt
quis pro parte legitimus, pro parte autem illegi-
timus eſſe. Ideóque† is, qui reſtricta ſucceſſione le
gitimatur, non legitimatus, ſed diſpẽſatus eſſe di-
citur. Quod dixit Paul. in l. 1. n. 5. C. de iur. aureorũ
annullo. Idem in l. ab eo. C. de leg. hære. nu. 3 idem
in l. pactum, quod dotali. n. 9. C. de colla. vbi Alex.
n. 5. Curtius. Seni. conſi. 37. n. 6. Præpo. per venera-
bilem. §. quod autem nu. 54. qui fil. ſint, legi. Iaſ. in
Rub. ff. de libe. & poſthu. n. 18. Decius conſi. 338. n.
3. Chaſſa. conſi. 39. n. 63. Carol. Ruinus conſil. 72. n.
15. li. 3. Idem conſ. 106. n. 8. eod. lib. Alciatus. in l. 2.
in princ. ff. de verb. oblig. n. 15. Pariſius conſ. 14. n.
45. lib. 2. Lauren. Sylua. qui plura in idem adducit
conſi. 45 n. 38. & alibi ſæpè Scrib.

¶Sed quanuis hæc opinio tantorum virorum au-
thoritate comprobata ſit: contraria tamen ſentẽ-
tia mihi verior videtur: imò, quòd ſi legitimatio
reſpectu perſonæ integrè conceſſa ſit, non deſinat
eſſe vera legitimatio: etiamſi ius ſuccedendi aliqua
ex parte ſibi reſtringatur. Legitimatio namque in
perſona legitimati reſidet: ius autem ſuccedendi
eſt quędam eius conſequentia ab ipſa legitimatio-
ne diuerſa, ac ſeparata. Quod ſic declarauit Ioan.
Andr. in addi. ad Specu. tit. de ſucceſſio. ab inte-
ſta. §. 1. verſi. Sed ex facto quæritur. Soci. conſi. 246.
nu. 3. lib. 2. Curtius. Seni. conſi. 16. n. 22. Decius in l.
pactum. C. de coll. n. 15. & in l. ſolet. n. 9. ff. de iuriſ.
omni. iudi. Idem conſ. 264. nu. 3. & conſ. 258. num.
10. Pariſius. conſi 7. n. 15. & n. 16. Alciat. lib. 3. Parer-
gõ. c. 4. Idem Alciatus, in Rub. ff. de libe. & poſth.
n. 9. Gozadi. conſi. 6. n. 63. Carol. Ruinus. conſ. 145.
lib 3. n. 4. Idem conſi. 75. n. 11. lib. 3. Tiraq. in l. ſi vn-
quam, verb. donatione largitus. nu. 259. D. Did. de
Couarr. in Epito. ſuper 4. 2. par. c. 8. §. 8. n. 1. Emma
nuel Acoſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum 2. part.
n 152. ff. de libe. & poſth. Tellius Fernãdez qui hãc
communem opinionem appellat in l. 12. Tauri. n.
22. Sícque in quadam lite ſatis difficili atque inex-
tricabili, quæ ſuper cuiuſdam Maioratus ſucceſſio-
ne, in ſummo Caſtellæ ſenatu diffinita fuit, propè
ab omnibus iudicibus acceptum atque intellectũ
vidimus. *Ideóque in caſu, de quo agimus, filius*
hoc pacto legitimatus, ſecundùm communem o-
pinionem ſubſtitutum excludet: niſi ex ipſa legiti-
mationis reſtrictione vel ex aliis, quæ ſuperiùs ad-
duximus excludatur.

39 ¶Septima cõcluſio ſit, quòd† ſi legitimatus per
reſcriptum tempore impetratæ legitimationis po
tuit ex ſubſequenti matrimonio commodè legiti
mari, is non excludet ſubſtitutum, cùm ea legiti-
matio nullius effectus eſſe cenſeatur: niſi Principi
id expreſſum fuerit, atque eo non obſtante legiti-
mationem conceſſerit. Quod probatur ex tex. in
Auth. quib. mod. natu. effici. legi. §. ſit igitur licen-
tia. col. 6. Per quem text. id not. Bald. in c. illud de
præſumptio. n. 3 Hippoli. ſing. 130. Iaſ. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. n. 107. ff. de libe. & poſthu. D.
Did. de Couarru. in Epito. ſuper 4. c. 8. §. 9. num. 5.
Emmanuel Acoſt. in d. §. & quid ſi tantum. nu. 96.
Gregor. Lopez. in l. 4. tit. 15. part. 4. verbo. *De bar-
raganas*. Tellius Fernandez in l. 12. Tauri. nume. 7.
Quod diligenter aduertendum, atque conſideran
dum eſt: ex hoc namque defectu poterunt quam
plures legitimationes corruere.

40 ¶Octaua & vltima conditio ſit, quòd† ſi ſubſti-
tutus ſub cõditione, ſi inſtitutus abſque filiis legi-
timis deceſſerit, ſit perſona in maxima dignitate
conſtituta, ſeu eques auratus, vel ſit Eccleſia ſub-
ſtituta, non excludetur ex filij legitimatione.

Quod dixit Curtius. Senior conſil. 35. columna 5. & 7. Idem conſilio 73. columna 25. quem refert, & ſequitur Ripa. in d.l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. numero 46. Quæ omnia ſingulariter notanda erunt, ad excluſionem filiorum legitimatorum à Primogeniorum ſucceſſione. Non enim alibi ſic diſcuſſa inuenientur.

41 ¶Sed controuerti ſolet, vtrum † quando ad Maioratus ſucceſſionem, filij ſimpliciter inuitati fuerunt, abſque adiectione verbi legitimi, in eo Maioratu ſuccedat filius naturalis Primogenitus, excluſis agnatis, vel cognatis in filiorum defectum ſubſtitutis. Qua in re duæ opiniones diuerſæ inter iuris interpretes inueniuntur. Prima dicentium, in tali Maioratu ſeu fideicommiſſo filium naturalem ſubſtitutum excludere. Idque ex text. in l. ex
42 facto. §. ſi quis rogatus el. 1. ff. ad Trebel. Per quem tex. Angel. columna ſecunda. Paul. numer. primo. Alexand. numero ſexto. Ripa. numero 15. & communiter Scribent. colligunt regulam, quòd † filij naturales excludunt ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit. Quod etiam in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſti. Corneus. numero quarto. & Iacob de Sancto Georgio. numero tertio. verum eſſe arbitrantur. Idque etiam dixit Alciatus. in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verb. ſigni. Pariſius in capitul. in præſentia. de probat. numero 50. cum ſequentibus. Grattus. conſilio 29. numer. 43. libro. 2. atque Scri. communiter in l. cùm pater. §. volo. per text. ibi. ff. de lega. 2. & in l. Lucius §. Damę. ff. eodem Anton. Gabriel. qui hanc opinion. communem eſſe profitetur, pluréſque ipſam ſequentes refert libro quarto communium opinionum. tit. de fideicom. concluſio. ſecunda numero 68.

¶Quam concluſionem Scribent. limitare ſolẽt: niſi teſtator ſit perſona nobilis, ſeu in dignitate cõſtituta, vel niſi in alia parte, teſtator de liberis naturalibus meminerit, vel niſi ex aliis coniecturis contrarium appareat: prout comprehenditur ex dictis Scribent. communiter in d.l. ex facto. §. ſi quis rogatus, vbi Ripa. numero 16. cum ſequentibus id latè proſequitur, atque ex his, quæ Scriben. præcipuè Iacobi. numero tertio. in dict. l. generaliter. §. cùm autem adducere ſolent.

43 ¶Secunda opinio eſt dicentium, regulariter filiũ naturalem ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, non excludere, niſi ex qualitate, vel conditione teſtantis: ſeu ex aliis coniecturis aliud inducatur. Quam † regulam ex dict. §. ſi quis rogatus collegerunt Azo. Odoffredus. Accurſius. in glo. verb. *Sobole*. Iacob. Butrigarius. Cin. Alberi. numero quinto. Ioan. Fab. & Bartol. nume. ſecundo. in dict. l. generaliter. §. cùm autem. Ioan. Coraſius. miſcellaniarum. libro primo. capitulo ſeptimo. atque Emmanuel Acoſta. qui id ex pluribus ſatis ingenioſè deducit in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. 1. parte. numero 72. cùm ſequentibus. Anton. Gabriel. qui plura refert. d titul. de fideicommiſ. cõcluſione. 2. numero 68. Quæ opinio ex d. §. ſi quis rogatus: non obſcurè probatur. Non enim inquit, ibi Vlpianus filios naturales efficere, vt ſubſtitutio deficiat: ſed id ex teſtantis volũtate conditione, ac dignitate diuerſimodè ſtatuẽdum eſſe: niſi in his, qui in ſeruitute concepti ſunt, qui etſi filij naturales tantùm ſint, indiſtinctè faciunt conditionẽ liberorũ deficere, atque idcircò hæc vltima ſententia mihi probabilior videtur.

44 ¶Animaduertendum tamen eſt, quòd † quãuis Emanuel Acoſta. d. numero 72. dicat falſum eſſe ſummarium ad dict. §. ſi quis rogatus à Bar. & cõmuniter Scriben. apponi ſolitum, adiiciátque ſibi videri apponendam eſſe talem ſummam, ſcilicet, *Filii naturales efficiunt, vt deficiat fideicommiſſi cõditio: ſi de his teſtator ſenſerit quod ex eius voluntate, dignitate & conditione intelligetur*: nihilominùs tamen ſummarium Bartol. cõmuniter ad dict. §. ſi quis rogatus: a diici ſolitum, quo ad id, de quo agimus, verum eſt, atque in effectu idem, quod ſummarium illud quod ipſe Emanuel Acoſta. ad d. §. apponendum eſſe inquit, comprehendit. Verba namque ſummarij communis ex Bartol. deducti hæc ſunt. *Filii naturales in ſeruitute concepti faciũt fideicommiſſi conditionem deficere: aliàs ex dignitate & conditione perſonæ diuerſimodè ſtatuetur.* Quod idem in effectu eſt, ac ſi dicatur, in filiis naturalib. conceptis in ſeruitute verum eſſe, quòd indiſtinctè ſubſtitutum excludunt: in cæteris verò nõ ſimpliciter id dici poſſe, ſed ex dignitate & conditione perſonæ diuerſimodè ſtatuendum eſſe. Ita, vt ſi teſtator ſit perſona in dignitate conſtituta, naturalis ſubſtitutum non excludat. Si verò ſit vilis conditionis ſic, quod nihil diſtat ab his, quæ Emanuel Acoſt. nouiſſimè quoad hoc docere contendit: quanuis in filiis naturalibus in ſeruitute conceptis ipſe à Barto. ſummario diſſentiat.

¶Ex quibus infertur, quòd ſi in Maioratus ſucceſſione, ad quam filij ſimpliciter vocati ſunt, dubitetur: vtrum filius naturalis ſuccedat ex voluntate ac conditione inſtitutoris, id decidendum ſit. Ita, vt ex coniecturis ſuperiùs adductis, & aliis, vel ab eius ſucceſſione excludatur, vel ad illam admittatur: quanuis raro aut nunquam ex regulis, quas paulò antè in filiis legitimatis in ſecunda & quinta cõcluſione tradidimus, ad Maioratus ſucceſſionem filius naturalis admitti poſſit.

45 ¶Imò quanuis prædicta in fideicõmiſſis procedant, credimus † ad Primogenij ſucceſſionẽ, in quo filij ſimpliciter vocati ſunt, nunquam eſſe filios naturales admittẽdos. Vbicunque namque agitur de honore filiorum: nunquam filiorum appellatione filij naturales comprehenduntur: prout eleganter dixit Baldus, loquens etiam in legitimato in capitulo, per tuas, numero tertio, de probation. Tiraquellus de nobilitate quæſtione 15. numero vndecimo iunctis aliis, quæ ſupra iſto capite numer. 3. cum ſequentibus, latiùs adduximus. Idque loquẽs in Hiſpanorum Primogenitis dixit Gregorius Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. in gl. verb. *Sino el hiio mayor* columna ſecunda, qui plura in idem adduxit. Idq; mihi probabile videtur: niſi ex ſerie Maioratus aliud colligatur. Non enim credendum eſt, Maioratus inſtitutorem familiæ decus, atque ſplendorẽ in perſona filij naturalis, apponere voluiſſe.

*SVMMARIA.*

1 *Ius diuinum fœminæ iura ſucceſſionis deferebat, maſculo eiuſdem lineæ, & gradus deficiente.*
2 *Iura, quæ circa fœminarum ſucceſſionem aliquid diſpoſuerunt, enarrantur.*
3 *Fœminæ iure Diuino, Naturali, Ciuili, & Regio, atque omni iure ad ſucceſſionem admiſſæ ſunt.*
4 *Maſculus eiuſdem lineæ, & gradus fœminam à Maioratus ſucceſſione excludit.*





5 *Fœmina maſculo eiuſdem lineæ, & gradus deficiente, ad Regni atque aliorum Primogeniorum ſucceſſionem admittitur.*
6 *Fœmina maſculo eiuſdem lineæ, & gradus deficiente, admittitur ad ſucceſſionem Primogenij, quod, cauſa memoriam, ac familiam conſeruandi, inſtitutum fuit.*
7 *Memoria etiam per fœminas conſeruatur.*
8 *Familia etiam per fœminas conſeruatur.*
9 *Familiæ verbum non ſolum agnatos: verùm etiam cognatos comprehendit.*
10 *Fœmina admittitur ad ſucceſſionem Maioratus ad fauorem domus caſſatæ, cippi, generis, ſtirpis, progentei, gentis, atque poſteritatis inſtituti.*
11 *Opinio Petri de Peralta in l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo, n. 16. ff. de lega. 2. taxatur.*
12 *Fœmina quanuis Primogenita ſit, exiſtente maſculo eiuſdem gradus, & lineæ: ad inſtar ſecundi gradus redigitur.*
13 *In Primogeniorum ſucceſſione, primò conſideranda eſt linea, Secundò gradus, Tertiò ſexus, Quartò ætas.*
14 *Linea vltimi poſſeſſoris omnibus aliis præferenda eſt, nec debet fieri tranſitus de ea ad alias vſquequo, omnes ex illa deſcendentes finiãtur.*
15 *Excluſio fœminarum propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus in Primogeniorum ſucceſſione, fauorabilis eſt: excluſio autem fœminæ propter maſculos remotiores odioſa iudicanda erit.*
16 *Fœminarum excluſio, vtrum odioſa, vel fauorabilis cenſenda ſit, tres communes opiniones adducuntur.*
17 *Reſolutio in hac quæſtione, vtrum fœminarum excluſio, odioſa an fauorabilis cenſenda ſit, aſſignatur.*
18 *Excluſio fœminarum propter maſculos remotiores continet odium irrationabile, atque quandam ſpeciem exhæredationis, atque ideò ſtrictè accipienda eſt.*
19 *Excluſio filiæ Maioratus inſtitutoris propter maſculos remotiores, irrationabilis, atque contra omnem æquitatem cenſenda eſt.*
20 *Excludere filiam vltimi poſſeſſoris propter maſculos remotiores, irrationabile etiam iudicatur.*
21 *Excludere quem à ſucceſſione iure communi ſibi competenti, pœna eſt.*
22 *Excluſio fœminarum propter maſculos remotiores continet priuilegium, ideóque, ſtrictè interpretanda eſt.*
23 *Odioſus eſt omnis receſſus à iure communi.*
24 *Fœminarum excluſio propter maſculos remotiores, odioſa iudicanda non eſt, cùm quanuis nos retrahat à iure ciuili nouiſſimo, reducat nos ad ius duodecim tabularum.*
25 *Lex correctoria reducens nos ad terminos iuris antiqui fauorabilis: non autem odioſa cenſenda eſt.*
26 *Excluſio fœminæ propter maſculos remotiores, non cenſetur eſſe odioſa, niſi quando excluditur filia, cui legitima debetur.*
27 *Non poteſt dici, quòd excluſio fœminarum reducat nos ad iura antiqua.*
28 *Lex correctoria reducens nos ad terminos iuris antiqui, non ideo eſt fauorabilis iudicanda.*
29 *Opinio dicentium, quod excluſio fœminæ, cui legitima debetur propter maſculos remotiores odioſa ſit, excluſio autem fœminæ cui legitima non debetur fauorabilis taxatur.*
30 *Agnationis conſeruatio fauorabilis eſt, quando abſque tertij præiudicio fit.*
31 *Agnationis conſeruatio non conuenit naturæ Maioratuum Hiſpaniæ.*
32 *Excluſio fœminæ propter maſculos remotiores euidenter probanda eſt; atque in dubio in fœminæ fauorem pronuntiari debet.*
33 *Præſumptionem iuris habens contra ſe oneratur durioribus probationibus.*
34 *Regulæ iuris non eliduntur per dubias probationes, ſeu coniecturas.*
35 *Natura ſemper ineſſe videtur: niſi per pactum improprietur.*
36 *In materia priuata, ſeu excluſiua illud, quod non eſt expreſſum, priuationem, ſeu excluſionem non inducit.*
37 *Triplex ſtatus, in quo poteſt eſſe lis ſuper fœminarum excluſione, conſideratur.*
38 *Fœmina ex coniecturis indubitatis propter maſculos remotiores excluſa cenſenda erit.*
39 *Voluntas euidens dicitur illa, quæ ex coniecturis elicitur.*
40 *Præſumptio legis dicitur liquidiſſima probatio.*
41 *Fœmina, quæ à Maioratus ſucceſſione propter maſculos remotiores excludi prætenditur, lite in eiuſdem Maioratus poſſeſſione conſeruanda eſt.*
42 *Tex. in c. 1. §. inter filiam ſi de feud. defuncti content. ſit. declaratur.*
43 *Fœmina non debet obtinere in iudicio poſſeſſorio ſi eius excluſio à maſculis remotioribus incontinenti probetur.*
44 *L. 45. Tauri, quæ hodie eſt. l. 8. tit. 7. lib. 5. in noua ll. reg. collectione declaratur.*

*Fœminam Primogenitam ad Maioratus ſucceßionem, maſculo eiuſdem lineæ & gradus deficiente, admittendam eſſe, excluſis maſculis remotioribus.*

## CAPVT IIII.

Viſa Primogenitorum prælatione & excluſione, quoad Maioratuum ſucceſſionem: ſupereſt, vt in hac parte de fœminarum ſucceſſione agamus. Id namque cum his, quę in capitibus præcedentibus tradidimus, prorſus coniungitur: cùm fœmina etſi Primogenita ſit, à Maioratus tamen ſucceſſione propter fratrem maſculum ſecundogenitum ſemper excludatur: pluriéſque etiam propter maſculos remotioris gradus ab eius ſucceſſione excludi ſoleat, vt in capite ſequenti dicemus. Cuius excluſionis, ſeu admiſſionis materia, adeò in his Regnis aſſidua, atque etiam vtiliſſima eſt, vt nihil magis conueniens ac neceſſarium in his libris tractari poſſit. Idcircóque ad ea, quæ in hac materia in hoc capite, & ſequenti expendẽda ac reſoluenda ſunt, diligentiſſimè animaduertendum etit. Ea namque ſicut vtilitate: ita etiam ſubtilitate omnia alia, quæ Primogeniorum tractatum contingunt, excellunt.

1 ¶Illud autem in primis ſciendum eſt, iure diuino atque etiam humano plura circa fœminarum ſucceſſionem ſtatuta eſſe. Nam ius diuinum maſculis iura ſucceſſionis primo loco deferebat: ita vt†fœmina non niſi maſculo deficiente ad parentũ ſucceſſionem admitteretur, quod ſancitum eſt nu. 27. in hæc verba. *Homo cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas*, nec eo iure fœminæ, ob maſculos remotiores excludebantur: prout in eodẽ capite in filiis Salphaad deciſum eſt. Cùm enim pater eorum abſque filiis maſculis mortuus fuiſſet petierunt à Moyſe hæreditatem parentis: ipſo autem cauſam ad Dominum referente, reſpõdit, *Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da illis poſſeſsionem inter cognatos patris ſui, & in hæreditate ſuccedant*. Ex quibus verbis apertiſſimè conſtat, iure diuino, fœminas propter maſculos eiuſdem lineæ & gradus excludi: eis verò deficientibus, maſculis remotioribuss excluſis, admitti. De quo etiã habetur, ibidem, capit. 36. & Ioſue, capit. 17. Idque paſſim diuinæ ſcripturæ interpretes in præfatis lõcis, & etiam aliis ſic interpretari ſolent.

2 ¶Iure autem humano variè circa fœminarũ ſucceſſionem ſtatutum fuit. Quatuor†nãque iura præcipua aliis omiſſis circa hęc emanarunt. ¶Primùm fuit lex duodecim tabularum, ex cuius deciſione ſuis hæredibus deficientibus, agnati, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ad defuncti ſucceſſionem admittebantur, & eis deficientibus, hęreditas ad fiſcum cognatis excluſis, deferebatur.

¶Secundum fuit ius Prætorium, ex quo deficientibus agnatis proximioribus, illicò cognati per bonorum poſſeſſionem, vnde cognati: ad ſucceſſionem inuitabãtur. ¶Tertiũ fuit ius digeſtorum quod media iuris prudentia appellatur, quo iure fœminæ à ſucceſſione agnatorum penitùs excludebantur. ¶Quartum fuit ius nouiſſimum Codici & Authenticorum: quo iure, quo àd ſucceſſionem ab inteſtato ſublata fuit agnationis & cognationis differentia, quæ iura enumerantur ſigillatim ab Imperatore in §. 1. & in §. cæterum Inſtitu. de legi. agn. ſucce. l. lege duodecim tabularum. C. de legiti. hæred. text. in Authent. de hæred. ab inteſta. venien. §. reliquum. collatio. 8 l. maximũ vitium cum ſimili. C. de libe. præteri tex. in Authen. in ſucceſſione C. de ſuis, & legiti. hæredi. & in Authent. de Triente, & ſemiſſe. §. ſin autem confuſa col. 3 Quę iura & etiam alia fuſiùs refert Albert. Brunus. de ſtatutis excluden. fœmin. propter maſculos arti. 2. q. 1. & alibi Sæpè Scriben.

3 ¶Ex quibus ſupereſt, fœminã† deficiẽtibus maſculis eiuſdem lineæ & gradus. omni iure ad ſucceſſionem admiſſam eſſe: nam ius diuinum illam admiſit, vt paulò antè oſtenſum eſt. Similiter etiã ius naturale: cùm eo iure nulla agnationis ſeu cognationis ratio cõſiderari potuerit. Similiter etiã ius ciuile: cùm ex iure duodecim tabularum, & ex iure prætorio, & ex iure nouiſſimo admiſſæ ſint. Sola autem media iuris prudentia fœminas omnino excludebat. Ideóq;, dici ſolet iure digeſtorũ fœminas à ſucceſſione omnino excluſas fuiſſe: ius autem Regium clariſſimè fœminas admiſit: cùm in hoc iura ciuilia nouiſſima ſequutum fuerit. l. 3. titulo 13. part. 6. cum ſimilib.

4 ¶Hæc autem, quæ iure nouiſſimo ſtatuta ſunt, in bonis liberis, atque diuiſibilibus obſeruanda erũt, in bonis verò Primogenio ſubiectis, longe aliter ſtatutum eſt. Cùm enim maſculus & fœmina ſimul ad eorũ bonorũ ſucceſſionẽ admitti nõ poſſint, ſed vni tantùm eorũ ſucceſſio deferenda ſit: merito † maſculo & fœminæ eiuſdem gradus ac lineæ concurrentibus, maſculus in ea ſucceſſione præferendus erit: etiamſi fœmina maior natu ſit. Quod dixit Bald. in l. in multis. ff. de ſtat. homi. vbi eleganter inquit Regni conſuetudinem, ad aliquorum bonorum ſucceſſionem ſolum Primogenitũ admittendum, de maſculo eſſe interpretãdam: niſi maſculus deficiat. Eo†namque deficiente fœmina Primogenita in eius locum ſubrogatur, Petrus de Bella pertica, & Iacob. de Aret. in l. paterfilium. §. quindecim. ff. de lega. 3. Roma. conſ. 98. vbi loquẽs in bonis à Rege Henrico. 2. ex clauſula ſui teſtamenti, de quo in horum librorum pręfatione meminimus, ſoli Primogenito relictis reſoluit, in maſculi defectum fœminam Primogenitam ad eorum bonorum ſucceſſionem eſſe admittendam. Quem etiam ſequitur Pala. Ruui. in Repe. Rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 69. numero 24. cum ſequen. Idque ipſum etiam opinantur Deci. in l. fœminæ. num. 112. ff. de reg. iur. Tiraquel. qui plura refert de Primog. quæſt. 10. nume. 20. D. Did. de Couar. reſolu. li. 3. c. 5. n. 5. Ant. Gomet. in l. 40. Tauri. nu. 62. Burgos de Pace in proœmio legum Tauri. nu. 66. cum ſequen.

5 ¶Quòd adeò verum eſt, vt†non ſolum in Maioratibus ſimplicibus: ſed etiam in Regnis, Ducatib. Comitatibus, Marchionatibus, & Baroniis, in quibus iure Maioratus ſucceditur procedat. Ad eorũ namque ſucceſſionem ſemper fœmina maſculo eiuſdem lineæ, & gradus deficiente admittenda erit, prout opinantur Andre. de Yſernia in capi. 1. num. 2. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis. Cinus in in Authenti. poſt fratres. C. de legitim. hæredibus Bald. in l. 1. ff. de Senato. Abb. per tex. ibi in capitulo dilecti. de arbit. numer. 11. poſt Hoſti. & Io. annem Andream ibidem. Idem Abb. in capit. dilecta. de maiori. & obedien. numero. primo. Archidia. in cap. cum deuotiſſimam 12. quæſtio. 2. Ange. in l. cum Præto. §. non autem. ff. de iudi. Deci. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. numero tertio. & conſilio. 269. numero ſecundo. Idem Deci. conſilio 208. numero ſexto. Purpuratus in Rubr. ff. de officio aſſeſſo. numero 62. Thomas Gramma. deciſione 1. numero 28. Matth. de Afflict. in capit. 1. de natur. ſucceſſ. feud. num. 54. Gratus. conſ. 3. num. 72. lib. 2. Ludo. de Gozadi. conſi. 8. numer. 16. cum ſequent. Tiraquel. de Primogen. quæſtio. 10. numero 19. & numero. 20. Claudius Canciun. conſilio 6. nu. 16. Idque verum eſt. Tametſi Iacobi. de ſancto Georgio. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & Ioan. Licerier. de Primogen. quæſtione 19. & 20. & Matti. Lauden. de Primogen. columna 5. atque Pariſius conſil. 72. num. 25. cum ſequent. lib. 4. & Socin. Iunior. conſi. 65. num. 24. lib. 1. contrariam ſententiam veriorem eſſe opinentur, qui vltimis eam communem appellat. ſed proculdubiò prima opinio verior eſt, quòd ſcilicet, fœmina in Regno ex iuris diſpoſitione ſuccedere poſſit, quam optimè ex pluribus comprobat Burgos de Pace. in d. proœmio. ll. Taurinarum. nume. 42. cum pluribus ſequentibus. Ea autem omnia, quæ ipſe adducit: quanuis notabilia ſint, in his Regnis ſuperflua mihi videntur, cum id expreſſé, ex l. 2. ti. 15. par. 2. ſtatutum ſit, vbi diſponitur, quòd maſculo eiuſdem lineæ & gradus deficiente, fœmina in Regno Caſtellæ ſuccedat. Quod etiam probatur. ex l. 2. tit. 18. part. 3. ibi. *Et ſi varon no houieſſe la hiia mayor*, quæ ad id non ſolet allegari: ex quarum legum diſpoſitione hæc diſputatio in Regno Caſtellæ tam in ipſius Regni: quàm in aliorum Maioratuum ſucceſſione ceſſare debet: cum in Regno, atque aliis Primogeniis eodem ordine ſuccedendum ſit, vt ſupra libr. 1. capitu. 2. & 3. apertiſſimè demonſtrauimus. Idque adeò in Hiſpaniarum Regnis vſu receptum eſt, vt iam ſuperuacanea ſit huius articuli diſputatio.

6 ¶Quæ omnia vera ſunt: etiamſi†inſtitutor Ma-
ioratus cauſam memoriam ſuam conſeruandi, eũ-
7 dem Maioratum inſtituerit: memoria†namque e-
tiam per fœminas cõſeruatur. l. liberorum in fine. ff. de verb. ſigni. ibi. *Etenim idcirco filios, filiáſque cõcipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earúmve diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus.* Vbi id Bart. & Alciat. aduertunt. Tex. in Authent. de hæredib. ab inteſta. venien. §. 1. colla. 9. Portius, qui plura refert conſ. 13 nu. 260.

8 ¶Similiter etiam fœminę admitti debent ad ſuc-
ceſſionem Maioratus ob conſeruationem familiæ
expreſſè inſtituti per fœminas: namq; †& per eos,
9 qui ex ipſis deſcendunt, familia cõſeruatur. Verbũ
enim†familia latè ſumptum: non ſolùm agnatos: verum etiam cognatos comprehendit. l. cum pater. §. cum inter. & in §. libertis. ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſigni. l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. Soci. conſ. 43. numer. 10. lib. 3. Deci. conſil. 481. numer. 11. Alciatus in l. pronunciatio. §. familiæ. verbo. agnatorum. ff. de verb. ſignifi.

10 ¶Similiter etiã†ad Maioratum ob fauorem domus, atque caſſatæ expreſſè inſtitutum, fœmina maſculo deficiente admittenda eſt. Nam quamuis ex ſtricta horum vocabulorum ſignificatione, atque ex Italiæ conſuetudine verba hæc ſolùm ad agnatos referenda ſint: prout dixit Iacobus de Arenis. in l. 1. ff. ad Sylla. vbi exponit verbum domus, id eſt, agnationis. Et Bartol. in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verbo. ſigni. numero primo. & in l. tutelas. ff. de capitis diminut. numero quarto. Gozadi. conſilio 45. numero 12. Secundùm aliam tamen ſignificationem, verbum domus, ſeu caſſatæ comprehendit eos, qui ſanguine cõiuncti ſunt, ſiue agnati, ſiue cognati ſint, vt Bartol. in locis ſuperiùs citatis aduertit. Ex probatur ex tex. in l. fin. C. de verbo. ſigni. aduertítque Alciatus. in d. §. familiæ, verbo, ex eadem domo. Idque ex pluribus probat Pariſ. conſilio 47. numero 57. cum ſequentibus libro tertio vbi etiam inquit, verbum, cippus, accipi pro ſtirpe, progenie, ſeu generatione. D. Did. de Couarru. in ca. Rainaldus de teſta. in princ. numero 13. Et ſecundùm Hiſpaniæ conſuetudinem, tam maſculos, quam fœminas hæc verba comprehendere ſolent, prout notiſſimum eſt, aduertítque Burgos de Pace in proœmio. ll. Tauri. num. 118. ¶Quod etiam de verbo generis, gentis, poſteritatis, deſcendentium, poſterorum, proximiorum & ſimilium pari ratione dicendum erit: prout optimè probant Tiraquel. de retract. §. 1. gloſſ. 9. numero 234. cum ſequent. & Portius cõſilio 13. numero 26. cum ſequen. atque Franc. Marzarius. in ſuo Epito. fideicommiſ. 2. part. quæſtio. 43. vbi plura in idem adducit: quanuis contrarium dicendum eſſe profiteatu r ex conſuetudine. Italię vel quando agnationis cõſeruatio verſatur, ídque, verum, atque communiter obſeruari ſolitum eſt. Non enim ex his verbis, nec ſimilibus ſolent in Hiſpania fœminæ propter maſculos remotiores excluſæ cenſeri: niſi agnationis verbum proferatur, ſeu eiuſdem conſeruandæ ratione, Primogenia inſtituantur: quanuis propter maſculos eiuſdẽ lineæ & gradus fœminæ ſemper excludi ſoleant. & de his omnibus plura adducit Io. Licerier de primogenit. lib. 2. quæſtio. 12.

11 ¶Ex quibus†dubia eſſe videntur ea, quæ dixit Petrus de Peralta. in l. cum ita legatur. §. *in fideicõmiſſo*. ff. de lega. 2. nume. 16. Quod ſcilicet quanuis ſub nomine generis, familiæ, poſterorum, deſcendentium, & ſimilium fœminę, & maſculi comprehendantur, *ſecùs tamen eſt ſub nomine domus*, *ſtirpis*, ſeu cippi: ſub his namque nominibus ſoli agnati comprehenduntur. Cùm enim hæc nomina aſſiduè confundi ſoleant, ídque præſertim in Hiſpania communiter obſeruari ſolitum ſit, vt pluſquàm notiſſimum eſt: nõ debemus ex eis verbis coniecturam agnationis deducere: niſi alia id ſuadeant: nullo nãque pacto percipere poſſumus, quid diſtet domus à familia, ſeu ſtirps, à genere, ſeu progenie ſaltim ſecũdùm communem, atque vſitatam ſignificationem. Ideóque plus certo arbitramur, idem de domo, & ſtirpe, & cippo, quod de familia, genere, ſeu progenie in Hiſpania, vbi deſunt ſtatuta Italiæ cognatos propter agnatos excludentia, dicendum ac reſoluendum eſſe.

12 ¶Ex quibus conſequitur fœminam in Primogeniorum ſucceſſione ſemper ad inſtar ſecundi gradus maſculo eiuſdem lineæ & gradus, extante, redigendã eſſe: quanuis Primogenita ſit, primúmq; gradum ætate, atque Maioritate obtineat: prout optimè conſiderat Paul. Caſtren. in Maioratibus Hiſpaniæ loquens conſilio 164. numer. 18. libr. 2. vbi inquit†in Maioratus ſucceſſione fœminam ad inſtar ſecundi gradus redigi maſculo exiſtẽte. Cuius dictũ quotidie ſolet eſſe in ore aduocatorum:

quod etiam dixit Soc.in l.Gallus.§.quidam rectè.
numero quarto,ad fin.ff.de libe.& poſthu.& cõſi-
lio 227.numero tertio.libro ſecundo. Carol.Rui-
nus.conſilio 120.numero 11.libro primo. & conſi-
lio 117.numero octauo.& conſilio 151. numero 15.
& conſilio 154.numero tertio.& conſilio.167.n.11.
libro ſecundo.Idem conſi.168.nu.6.lib.3. Curtius
Iuni.conſ.125.nu.5.
13 ¶Similiter etiam ex dictis,tam in iſto capite,quã
in præcedentibus, deduci†poterunt quatuor ob-
ſeruationes, quæ in Primogeniorum ſucceſſione
neceſſariò conſiderandę ſunt.¶Primò namque cõ
ſideranda eſt linea,vt † illi, qui ex linea vltimi poſ
14 ſeſſoris procedunt,cęteris præferantur,nec tranſi-
tus fiat ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes
finiantur text.in cap.1.de natu.ſucceſ.feud.ibi.*Ad
ſolos & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte
fuit.*Et iterum ibi.*Sed omnibus ex hac linea deficien
tibus omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.* Per quẽ
text.id communiter Scriben.ibidem annotare ſo-
lent:prout ibi dixit Afflictus.numero 77.Idque e-
tiam notant.Paul.d.cõſilio 164.numero11.libro 2.
Soci.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. numer. 14.co-
lumna penul.Idem in l.hæredes mei.§.cum ita co
lumna ſeptima.ff.ad Trebel. idem conſilio 73.nu-
mero 14.cum ſequent.libro quarto. Præpoſitus in
capit.1.numer.octauo.de feudo Marchiæ. Ruinus
conſilio 19.numero ſexto.libr.2.Soci.Iuni. conſil.
126.numero 27. lib.1. Rolan. Valle, qui plura re-
fert conſilio 100.numer.14.cum plurib.præced.&
ſequent.& alibi,ſæpè Scriben.¶Secundo conſide-
randus eſt gradus,vt qui ſunt poſſeſſori magis cõ-
iuncti præferantur remotioribus. ¶Tertiò conſi-
derandus eſt ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem
lineæ & gradus præferatur maſculus, vt paulò an-
tè,oſtenſum eſt.¶Quartò conſideranda eſt ætas,vt
inter pares linea,gradu,& ſexu,maior natu pręfe-
ratur minori, vt in primo capite huius tertij libri
latiùs annotauimus.Quæ obſeruationes menti te-
nendæ erunt ad Primogeniorum ſucceſſionem,
atque voluntatis inſtitutorum interpretationem.
Alibi namque hoc pacto diſtinctæ atque declara-
tæ non inueniuntur:quanuis enim Corneus cõſil.
199.numer.38.lib. 2. dixerit in feudo, in quo iure
Primogenituræ ſucceditur,conſiderandũ eſſe pri
mo loco gradum.2.ſexum. 3. verò ætatem. omiſit
primum, quod de linea conſideranda dictum eſt.
Poteſt namque eſſe,quòd quis ſit eiuſdem gradus
& maior natu,non tamen eiuſdem lineæ,ideóque
ab eo qui ex linea Primogenitorum deſcendit, ex
cludendus erit.
15 ¶Ex eiſdem etiam infertur,†excluſionem fœmi
narum propter maſculos eiuſdem gradus à Maio-
ratus ſucceſſione, fauorabilem eſſe.cùm ea iuri cõ
muni conueniat.Earum†autem excluſionem pro-
pter maſculos remotioris lineæ ac gradus eſſe o-
dioſam, atque irrationabilem, cùm aduerſus iura
communia ac Regia introducta ſit.Ideóque.text.
in l.maximũ vitium.C.de libe.præter,dixit, quòd
inducentes differentiam inter maſculos & fœmi-
nas ſunt accuſatores naturæ,& talis differentię ſe-
xus conſideratio eſt damnatrix naturæ iniqua, &
intolerabilis,impia,& nimia ſubtilitate introducta
vt habetur.in d.l.maximũ vitium & in §. cæterum
Inſtitu.de legi.agna ſucceſſ.& in l.lege. duodecim
tabularum.C.de legi.hæredi.& vltra prædictas i-
niquitates, fœminarum excluſio continet quan-
dam exhæredationis ſpeciem.Ideóque,odioſa cẽ-
ſenda eſt.Bald. in l.ſed & milites in princip. ff. de
excuſa.tuto. l. cùm quidam.vbi per Scribentes.ff.
de liber.& poſthum.Bald.in l.illam num. quarto.
C.de collatio.Bartol.in l.1.nume.33 C.de ſumma.
Tri.& fide Catho.Corneus conſil.202. numer. 11.
libr.2.Decius conſil.372.nume.1.Sigiſmundus in-
ter conſilia feudalia conſi.39.numer.21.& 22. cám-
que appellat communem opinionem. Socinus Iu
nior conſilio primo.numer. 46. lib.1. & plures a-
lij quos ſupra libro ſecundo. capit. 12.numer.51.
nuncupatim citauimus.
16 ¶In hoc autem†aduertendum eſt,de hac re eſſe
tres communes, ac diuerſas Scribentium ſenten-
tias.Prima,quòd excluſio fœminarũ propter maſ
culos.ſit fauorabilis,conſiderata præcipua diſpo-
nentium intentione,prout ſupra lib.1.cap.18.n.4.
latiùs annotauimus.Quam opinionem communẽ
appellauit Albertus Brunus, qui illam ſimpliciter
ſequitur de ſtatutis excluſiuis fœmin. articul. 4.
quæſtione.1. columna tertia. vbi latè proſequitur
materiam. Secunda,quòd hæc excluſio ſit odioſa
& irrationabilis: prout paulò antè probauimus.
Tertia, quòd reſpectu capitis incluſiui maſculo-
lorum,excluſio fœminarum propter maſculos ſit
fauorabilis, reſpectu verò capitis excluſiui fœmi-
narum ſit odioſa,prout ſupra libr.1.cap.18. nume-
ro quinto oſtenſum eſt,de quibus opinionibus me
minit Socinus Iunior d.conſi.1.n.46. Vbi inquit,
eſſe magis communem opinionem,quòd hæc ex-
cluſio odioſa cenſenda ſit.
¶Sed†quoniam,quælibet harum trium opinio-
nũ authoritate grauiſſimorum virorum compro-
bari poteſt,Scribentéſque paſſim in conſiliis, atq;
in lecturis,quoad hæc,variare ſolent, dicentes in-
terdum quòd excluſio fœminarum odioſa ſit, in-
terdum verò,quòd fauorabilis,nonnunquam etiã
quòd partim fauorabilis,partim autem odioſa ſit,
adeò,vt nullo pacto ex dictis eorũ valeat aliquid,
quod verum ac certum ſit,deduci: placuit in hac
re duos caſus diſtinctionis proponere, quibus hu
ius rei ſubſtantia quoad Primogeniorum ſucceſ-
ſionem comprehendetur.Primus,quando odium
à fauore ſeparari poteſt.& in hoc caſu, proculdu-
biò diſpoſitio fœminarum excluſiua,erit fauora-
bilis iudicanda reſpectu maſculorum,reſpectu ve
rò fœminarum odioſa. Quæ propoſitio vera atq;
infallibilis eſt,prout ſupra lib.1.d.c.18. numero 5.
latiùs oſtendimus, vbi etiam exempla in quibus
dictum hoc verificari poteſt,adiecimus: quod in
exemplis,quæ ibidẽ aſſignauimus, hoc eſt, quoad
alimentorum atque dotium pręſtationem veriſſi-
mum eſt, tametſi hanc diſtinctionem conſtanter
reiecerint Menochius in primo remedio recupe-
randæ poſſeſſionis num.37. & 38. & Franc. Piſci-
na de ſtatu.exclu.fœmin.numer.42.cum ſequent.
dicentes, in ſtatutis excludentibus fœminas pro-
pter maſculos, non eſſe faciendam odij & fauo-
ris ſeparationem:imò in eis eſſe attendendum ſo-
lum fauorem, qui principaliter in eis verſatur,
non autem odium, de quo in eis incidẽter agitur.
Non enim Primogenia in Hiſpania,niſi aſſignatis
alimentis permittuntur. Ideóque tam principale
eſt id quod ad alimentorum aſſignationem atti-
net,ſicut illud quod Primogenij inſtitutionẽ con-
tingit,cùm vnum ſine alio eſſe non valeat. In qua
ſpecie vtrumque ęquè principale iudicandum erit
diuerſis reſpectibus ex doctrina Bartol.in l.ambi-
tioſa.n.9.ff.de decr.ab ordi.faci. Iunctis his quæ
ſupra.



ſupra.lib.2.cap.4.num.15.adduximus.
¶Imò quanuis fateamur, in fœminarum exclu-
ſione,agnationis fauorem principaliter verſari,nõ
ex hoc ſequitur idcircò ſolum fauorem, non autẽ
odium conſiderandum eſſe. Nam illud quod dici
ſolet diſpoſitionem fauorabilem atque odioſam,
ſimul, tanquàm fauorabilem iudicandam eſſe ſo-
lum,in indiuiduis atque inſeparabilibus procedit,
in illis autem quę ſeparationem recipiunt,vtrum-
que ſuo iure cenſendum erit,ſiue id magis,ſiue mi
nus principale ſit. Cum enim vtrumque diſtinctũ
atque ſeparatum ſit,conſequens eſt, vt propriam
naturam obſeruare debeat.l.1. §. ſed ſi mihi.ff.de
verbo.obligat.vbi communiter Scribentes anno-
tare ſolent. Quod etiam in ſpecie de qua agimus
Scribentes in d.l. venia & in d.l. qui exceptionem
frequentiùs cenſuerunt,ita vt mirandum ſit,quòd
præfati Scribent.ab ea communi opinione ex tam
fragili fundamento diſceſſerint.
¶Secundus caſus eſt,quando odiũ à fauore ſepa
rari non poteſt,prout cõmuniter, vbi de ſola ſuc-
ceſſione Maioratus agitur,contingere ſolet.In qua
ſpecie,dicendũ erit(prout paulò antè dicebamus)
quòd ſcilicet ſi excluſio fiat propter maſculos eiuſ
dẽ lineæ & gradus,fauorabilis cẽſenda ſit, cùm ea
iuri communi cõueniat. In qua ſpecie intelligẽda
eſt prima opinio,de qua ſuperiùs meminimus. Si
verò† excluſio fiat propter maſculos remotiores,
18 odioſa iudicanda ſit. Hæc namque excluſio quan-
dam exhæredationem & odiũ etiam irrationabi-
le continet,ideóque ſtrictè,atque tenaciter inter-
pretanda eſt. Quod eleganter ſic interpretantur
Cinus in l.quæcunque.C.de ſeruis fugi. Iacob.de
Are.in l.ſi quis in tantum.numero ſecundo.C. vn-
de vi.Lanfran.in tractatu.de interpreta.ſtat. n.34.
Anchar.conſilio 361.Corneus, conſilio 115.nume-
ro quinto, cum ſequentibus & conſilio 170. nu-
mero quarto,cum ſequen.libro ſecundo,idẽ con-
ſilio 97.numero quarto.libro primo.idem conſil.
decimo. numerò quinto. libro tertio & conſilio
246.numero ſexto. libro ſecundo. Ioan. de Ana.
conſilio 27.numero ſexto. Iaſon conſilio 24. nu-
mero primo.libro primo.Bertran. conſilio 24.nu
mero tertio.libro primo.Fortunius. in l.Gallus.§.
idem credendum.numer.57.ff.de liber. & poſthu.
Aymon. conſil. 259. numer. 8. Cephal.conſi. 110.
nume.43.Idque verum mihi videtur, atque etiam
magis Hiſpanorum Primogeniorum naturæ con-
ueniens.In quibus non de agnationis, ſed de fami
liæ conſeruatione agi ſolet, quanuis contrarium,
imò quòd ſtatutum excludens filiã propter agna-
tos etiam tranſuerſales ſeu remotiores ſit ſimpli-
citer atque abſolutè fauorabile reſoluant Albert.
Brunus in tract.de ſtatu.exclu.fœmi.artic.4. quæ-
ſtione 1. columm.3. & 4. atque etiam Fran. Piſcina
de ſtatu.exclu.fœmi.numer. 41. vbi plures idem
opiniones refert, quæ omnes,in ſtatutis Italiæ lo-
quuntur,quorum finis eſt non ſolùm familiæ, ſed
etiam agnationis conſeruatio.
¶Sícque intelligenda eſt ſecunda opinio,quam
magis communem appellauit Soci.Iun.d.conſi.1.
19 numer.49.lib.1. Quæ 2.opinio†apertiùs procedit,
quando filia primi Maioratus inſtitutoris propter
maſculos remotiores excludi prætenditur, tunc
namque huiuſmodi excluſio nedum odioſa, ſed
etiam irrationabilis, atque contra omnem æqui-
tatem cenſenda eſt,quod dixit Bal.in [illegible] num.3.
C.qui non poſſ.ad liber.perue.Corneus.conſil.82.
numer.8.libr.4.Alexand.conſil. 16. ante numer.1.
lib.1.Socin.Iun.d.conſil.1.numer.46.libr.1.vbi in-
quit hanc opinionem eſſe notabilem ac ſingularẽ,
20 atque ſecundum ſenſum ſuum. Et quanuis Bal. &
cæteri qui illum ſequuntur,loquantur in filia quæ
à parentis hæreditate excluditur, nihilominus ta-
men † in filia vltimi Maioratus poſſeſſoris ex pari-
tate rationis videtur idem dicendum eſſe. Cùm
enim poſtquàm ſucceſſio Maioratus ad parentem
deuenit,ad eius deſcendentes neceſſariò pertineat
nec poſſit ad alios remotiores niſi eiſdem deficiẽ-
tibus,transferri(prout ſuperius oſtendimus)con-
ſequens eſt,vt filia etiam in hoc caſu dici poſſit hę
reditate parentis priuata,atque diſpoſitio eam ſuc
ceſſione parentis priuans pœnalis,correctoria, &
21 odioſa cenſenda ſit. Excludere†namque aliquem
à ſucceſſione iure communi ſibi competenti, eſt
pœna.l.ſi is,qui hæres verbo.*Pœnas*.ff.de vulg.per
quem text.dixit Iaſon.ibi numer. 4. quòd ſtatutũ
reddens aliquem ſucceſſionis incapacem, dicitur
pœnale,correctorium, & odioſum. Quod etiam
Paul.& plures alij Scriben. ibidem aduertunt. De
quo tamen dicendum erit,prout infra.c. ſequenti.
n.21.& 22.dicemus.
22 ¶Quibus adiicitur,†excluſionem fœminarũ pro
pter maſculos remotiores priuilegium aduerſus
iura communia continere. Ideóque neceſſariò re-
ſtringendam. atque ſtrictè interpretandam eſſe l.
ſi quando.C. de inofficio. teſta.l. impuberi. ff. de
adminiſtr.tuto.Idque in ſpecie dixit Bald. in l.ve-
nia.numero 5.C.de in ius vocan.vbi Salice. Fulgo.
Paul.& cæteri Scrib.idipſum verum eſſe profiten-
tur.Alexan.conſil.128.numer.3.libr.1.& conſi.158.
num.9.lib.6.Carol.Ruinus. in l. Gallus.§. & quid
ſi tantum numer.90.ff.de libe. & poſthu. Guilliel.
Benedict.in rep.c.Rainuntius.verbo.duas habens
filias.num.176.de teſta.Ioan.Hanibal.in rep. Rub.
23 ff.ſolut.matrim.num.160. Omnis†namque receſ-
ſus à iure communi odioſus eſt, diſpoſitióque à
iure communi exorbitáns ſtrictè atque tenaciter
interpretãda erit,vt ex pluribus probat Tiraquel.
de retract.in præfatione.numer.62.Aymon conſi.
159.nu.8.Franc.Piſcina.in quæſtio. de fœminarum
excluſione.nu.4.
24 ¶Nec obſtat†ſi dicatur,hanc fœminarũ exclu-
ſionem propter maſculos remotioris gradus, fauo
rabilem cenſendam eſſe,cùm, quãuis nos retrahat
à iuribus nouiſſimis. reducat nos ad iura antiqua:
hoc eſt, ad mediam iuris prudentiam.& ll. dige-
25 ſtorum ex quibus fœminæ propter maſculos re-
motiores excludebantur:quo caſu†lex etiam cor-
rectoria reducens nos ad terminos iuris antiqui
fauorabilis, non autem odioſa cenſenda eſt.gloſſ.
ordin.in ca.ſtatutum.verb.*Numerandum.* de præ-
ben.lib.6.Alex.in l.ſi cõſtante.nu.5.ff. ſolut.matri.
Iaſ.in Auth.quas actiones.n.24.C. de Sacroſanct.
Eccleſ.Aymõ de antiqui.temp.4.par.in prin. n.4.
Curtius Iun.cõſi.102.nu.5.& cõſilio 5. numero 21.
Idem in l.venia. nu.25. C.de in ius.vocan.Franciſ.
Piſcina,qui plura refert in d.diſputa.nu.5. & iterũ.
26 num.94.Ex quibus dixit Greg.in l.12.tit.33 par.7,
verb.*Varon*.ad fi.fœminarum †excluſionem fauo-
rabilem cenſendam eſſe:niſi quando propter maſ-
culos remotiores excluditur filia, cui à Maioratus
inſtitutore legitima debetur. Quam opinionẽ ſe-
quutus fuit Cephalus cõſ.120.n.9.& 11.& cõſ.278.
n.108.vbi Corn.Alex.Rub.& Curtius.Iun. ad idẽ
refert:quanuis illam reiiciat Franciſ. Piſcina.n.45.
qui etiam vbi fœmina legitima priuatur,ſtatuta eſ
ſe omninò fauorabilia iudicanda profitetur.

¶Hæc

27 ¶Hęc nāq; opinio admitti nō pōt quādo propter
maſculos remotiores fœmina excluditur, id nāq;
preterquā quod eſt cōtra iura ciuilia nouiſſima: eſt
etiā cōtra ius diuinū, & aduerſus ius duodecim Ta
bularū, atq; ius pretoriū, & alia iura antiqua, quæ
etiā fœminas admittebāt. Quæ omnia ī hui⁹ capi-
tis prīcipio retulim⁹, atq; etiā retulit Brun⁹ de ſtat.
excludē. fœm. ar. 2. q. 1. Ideóque † nō pōt dici, quòd
fœminarū excluſio propter maſculos remotiores,
reducat nos ad iura antiqua, cūquāuis reducat nos
ad mediā iuris prudētiā: & etiā ad legē Voconiam
qua ꝓhibitū erat, ne quis hæredē fœminā faceret,
nec vnicā filiā, de qua lege dixit Auguſtin⁹ de Ciui
tate Dei. li. 3. nihil illa iniquius dici, aut excogitari
poſſet. nos tamē retrahat à iure diuino, & legibus
duodecim Tabularū, & aliis iurib. quæ digeſtorū
legibus multò antiquiora ſunt. De lege autē Sali-
ca quæ fœminas à Regni ſucceſſione omninò ex-
cludebat, in hac parte agendum non eſt, cū eā legē
non à Romanis, ſed à Gallis editam fuiſſe conſtet.
28 ¶Quib⁹ adiicitur, ꝙ † opinio dicentiū, ꝙ lex corre-
ctoria reducēs nos ad terminos iuris antiqui, fauo
rabilis eſſe cēſeatur, ſatis dubia: ſit vt ingenioſè o-
ſtēdit Tiraq. de retract. in prefatione. n. 59. atq; etiā
29 Frāc. Piſc. de ſtat. excl. fœm. n. 95. Imò ſi verū eſſet,
ꝙ ex eo, ꝙ excluſio fœminarū ꝓpter maſculos re-
motiores, reducit nos ad mediā iuris prudētiā, fa-
uorabilis cenſenda eſſet, continuò ſequeretur, hoc
indiſtinctè verum eſſe, ſiue excludatur fœmina, cui
legitima debetur, ſeu fœmina, cui legitima debita
nō eſt. Media nāq; iuris prudētia, etiā filias, qb⁹ le-
gitima debita erat, à parētū hęreditate ꝓpter agna
tos maſculos excludebat. Quapropter ea † diſtin-
ctio, quæ fieri ſolet, ꝙ ſcilicet ſi excludatur fœmi-
na, cui legitima debita eſt, excluſio ſit odioſa, ſi ve-
rò, ea cui legitima non debetur, ſit fauorabilis, ex
capite, & abſq; iuridico fundamento facta eſſe vi-
detur, quanuis. n. inficiari nō poſſit, ꝙ excluſio fœ
minæ, cui legitima debita nō eſt, min⁹ rigoris cō-
tinere videatur. quā excluſio filię cui legitima de-
betur: vtrūq; tñ iuri cōi & Regio aduerſatur. Quo
rū iuriū correctio, odiū cōtinere cōpertiſſimū eſt.
30 ¶Nec etiā obſtat ſi dicatur fœminarū excluſionē
fauorabilē cenſendā eſſe, cōſiderata principali ſta
tuētiū intētione, etſi acceſſoriè in fœminarū ꝑiu-
diciū cōuertatur ex l. q exceptionē. ff. de cōd. īdeb.
& ex his quæ Scri. in l. venia. C. de in ius vocā. an-
notare ſolēt. Nā illud intelligēdū eſt, quādo fœmi
næ ꝓpter maſculos eiuſdē lineæ & grad⁹ excludū-
tur. Secus aūt quando ꝓpter remotiores. Ea nāq;
excluſio adeò iniqua atq; aduerſus iura cōmunia
reputatur, vt odiū hoc ꝑpōderet agnationis cōſer
uationi, vt in ſimili cōprehēditur ex his quæ notāt
Bal. & alij quos ſupra iſto. c. n. 19. citauimus. Abſur
diſſimū † nāq; eſſet adeò agnationis fauorē extēde
re, vt in adeò graue filiorū damnū cōuertatur. Cū
ſufficiat ꝙ agnatiōis fauor aduerſus fœminas eiuſ-
dē lineæ, & gradus etiā natu maiores admittatur,
abſq; eo quòd ꝓtrahatur ad fœminas lineę & gra-
dus proximioris, ꝑſertim in his Regnis vbi publica
vtilitas quæ in Maioratuū inſtitutione verſatur, nō
agnatiōis, ſed ſolū familiæ & nominis cōſeruatio-
31 nē requirit, & † fœminarū excluſio propter maſcu-
los remotiores, ſit cōtra propriā & peculiarē Hiſpa
norū Primogeniorū naturā, legib. Regiis explicatā.
Quod ſolū ſufficiēs eſt vt materia hæc velut iuris
communis correctoria & odioſa reſtringenda ſit.
¶Ex qbus cōſtat, quòd excluſio fœminarū propter
maſculos remotiores odioſa, excluſio aūt propter
maſculos eiuſdē lineę & gradus fauorabilis cēſen-
da ſit: quod probabile videtur, tametſi viderim a-
liquos rectiſſimos atq; peritiſſimos votis illā opi-
nionē amplectētes quòd ſcilicet excluſio fœmina
rū odioſa cenſeatur, quādo fœmina ab inſtitutore
deſcēdēs propter maſculos remotiores q ab eodē
inſtitutore nō deſcēdūt, excludi ꝑtēditur, fauora-
bilē verò qñ excluditur propter maſculos remotio
ris lineæ & gradus ab ipſo inſtitutore deſcēdētes,
tametſi vltimi poſſeſſoris reſpectu, trāſuerſales ſint
q̄ opinio cōprobari pōt ex his quæ in ſimili s̄. iſto.
c. n. 19. & 25. & s̄. li. 2. c. 12. n. 52. tradidimus, de quib.
tamen cùm caſus ſe obtulerit, deliberandum erit.
32 ¶Ex eiſdē etiā infertur, quòd † cū fœmina habeat
fundatā intētionē iure cōi, vt deficientib. maſcu-
lis eiuſdē lineæ ac gradus, in Primogenio ſuccedat
ad hoc, vt ab eo, quòd ſibi iure cōi cōpetit, exclu-
ſa cenſenda ſit, excluſio ſit euidētiſſimè probanda,
aliàs aūt in caſu dubij in ei⁹ fauorē ſemper pronū-
tiādū eſſe. Vbi. n. ius aliquid diſponit, debet euidē-
tiſſimè de cōtraria volūtate conſtare, vt à iure cōi
recedamus l. 1. C. de cōd. incer. vbi cū maſcul⁹ trāſ-
uerſalis voluiſſet fœminā deſcēdētē excludere, in-
quit Imperator, ꝙ fœmina ꝑferatur excluſo ma-
ſculo: niſi alia defuncti volūtas euidēter probet. l.
Luci⁹. §. quęſitū. ff. de leg. 3. ibi. *Reſpōdi pertinere, niſi
aliud ſenſiſſe teſtatorē probetur.* l. nuptura. ff. de iure
doti. ibi. *Niſi euidētiſſimè cōtrariū probetur.* l. liber-
tas. §. fin. ff. de manu. teſt. ibi. *Niſi aliud ſenſiſſe pa-
trē familiàs manifeſtiſſimis rationib. probauerit.* l. ſi
plures. ff. de vulg. ibi. *Niſi alia fortè fuerit mens te-
ſtatoris. Quod vix credendū eſt, niſi euidenter fuerit
33 expreſſum.* Is † enim q habet ꝑſumptionē iuris cōtra
ſe, oneratur duriorib. probationib. Alb. & Ful. per
tex. ibi. in l. ſi extraneus. ff. de condictio. cauſa data.
vbi Iaſ. nu. 15. idipſum annotauit. Curtius ī. l. 1. n. 28.
34 C. qui admit. Regulę nāq; † iuris nō elidūtur per du
bias probationes, ſeu cōiecturas, vt dixit Bal. in l. 2.
C. de bō poſſ. ſecūd. tab. n. 5. idē Bal. in l. ꝑcib. n. 23.
C. de impub. Iaſ. in l. nō hoc. n. 15 ad fin. C. vnde le-
git. Quib. adiicitur illud quod dixit idē Bal. in prę-
lud. feu. §. 4. diuiſio. n. 46. vbi elegāter inquit, ꝙ na
tura ſemper ineſſe videtur: niſi per pactum impro
prietur. idem Bal. in l. 1. C. commodati. nu. 1.
35 ¶Quod cōprobatur ex tex. in Auth. de nō eligen.
ſecūd. nubētes. §. cum igitur. colla. 1. per quem tex.
dixit Bald. in Auth. ex teſtamēto. in 1. lectu. n. 5. C.
36 de ſecund. nup. quòd † in materia priuatiua, vel ex-
cluſiua. illud quod nō eſt expreſſum, priuationem
ſeu excluſionem non inducit: ídque ex pluribus
comprobat Curt. Sen. conſi. 44. colum. 9. Curtius
Iuni. conſi. 5. num. 11. & alibi ſæpe Scribent.
37 ¶Ex quib. etiam infertur, quòd † ex triplici ſtatu, li
tes, quæ ſuper excluſione, vel admiſſione fœmina-
rū verſantur, eſſe poſſūt: videlicet, quòd lis ſit clara
ex parte maſculi remotioris gradus, vel ex parte
fœminæ, vel dubia, maſculus ſolùm in primo caſu
poterit obtinere: fœmina verò in duob. caſib. ſe-
quētib. neceſſariò maſculo remotioris gradus prę-
ferēda erit: cū iure cōmuni eius intētio fundata ſit.
38 ¶Ex his aūt quę prædixim⁹, nō inficiamur, † quòd
ſi ex euidētiſſimis, & clariſſimis cōiecturis cōſtite
rit. Maiorat⁹ inſtitutorē eius volūtatis fuiſſe, vt fœ
minę ꝓpter maſculos remotiores excluderētur, ea
volūtas, qua id preciſè colligatur ſequēda ſit: imò
veriſſimū eſſe profitemur, eā in hoc caſu omninò
ſequēdā eſſe: dūmodò cōiecturę ei⁹ qualitatis ſint,
vt nihil aliud inducere valeant, nec aliqua iuridica
ratione ſubterfugi queāt. Illud nāq; quod ex legi-
timis



timis coniecturis elicitur, inducit euidentem vo-
luntatem: etſi verbis expreſſum non fuerit. l. licet
Imperator, vbi Bart. & cōmuniter Scribent. id no
tant. ff. de lega. 1. l. quidam teſtamento. ff. de vulga.
l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. quæſitum.
ff. de lega. 3. l. ſi tutor petitus. vbi glo. ordi. C. dē pe
40 ri. tuto. Quæ eleganter inquit, coniecturas † ac prę
ſumptiones legum præſertim illas, quæ ex verbis
teſtantium deducuntur, eſſe liquidiſſimas proba-
tiones. Tex. iuncta glo. ver. *Probatur.* in l. 1. C. de te
ſta. mili. vbi probatur, quod quādo. l. requirit liqui
dam probationem, ſufficit probatio, quæ ſit per le
gitimas coniecturas. l. diuortio. §. ſi fundus verb.
*Palam.* ff. ſolu. matri. vbi dicitur illud palam conſta
re, quod ex coniecturis comprehenditur. Quibus
poſſent plura alia coniungi, quæ paſſim ad Scrib.
in idem cumulantur.
¶Similiter etiam non ſolùm dicitur voluntas te
ſtantis illa, quæ ab eo expreſſè, atq; in indiuiduo
præfertur: ſed etiam illa, quæ ex coniecturis reſul-
tantibus ex verbis ab eo prolatis cōprehenditur.
l. cùm virū. C. de fideicōmiſſis. l. pen. ff. de lega. 1. l.
cùm præponeretur, & l. qui ſolidum. ff. de lega. 2. l.
ſi quis locuples. in fi. ff. de manu. teſta. Quibus plu
ra cumulant Soci. conſil. 6. nu. 9. lib. 3. & Pariſ. cōſ.
35. nu. 12. cum ſequen. lib. 3. Quod quando conie-
cturæ præciſæ, atque apertiſſimæ ſunt, verū nobis
videtur: prout apertiùs in cap. ſeq. probabimus.
41 ¶Vltimò autem loco ex ſupradictis etiam infer-
tur, quod cū fœmina ex iuris cōmunis diſpoſitio-
ne maſculis eiuſdē gradus ac lineæ deficientibus,
ad Maioratus ſucceſſionem admittēda ſit: ſi † ma-
ſculus remotioris lineæ ac gradus illam exclude-
re prætendat: interim in Maioratus poſſeſſione
ipſa tuenda atque conſeruanda erit, ſempérque in
iudicio poſſeſſorio obtinere debet. Quod proba-
tur ex tex. in cap. 1. §. 1. ſi de inueſti. inter domi. &
vaſſal. verſ. ſi autem poſſeſſione. Idem probat text.
qui in id frequentius allegari ſolitus eſt, in ca. 1. §.
inter filiām. ſi de feud. defunct. cōten. Romani ſit
int. domi. & agna. ibi, *Apud filiā poſſeſſione interim
eſſe collocandā.* & in verſ. defuncto, eiuſdē. §. ibi *Re-
ſpodi filiā in poſſeſſionem feudi manere debere: donec
de eo iudicetur*, per quem tex. cēſuerūt Andreas de
Yſer. Bal. Aluaro. & cōmuniter Scri. ibidem quod
ſi filia petat ſe mitti in poſſeſſionem bonorū pa-
rentis, & agnati, cōtendant ea bona eſſe feudalia,
ſibíque eorum ſucceſſionem excluſa filia pertine
re, quòd filia eſt in poſſeſſionem mittenda, agna-
torum contradictione non obſtāte: donec de pro
prietate diſcutiatur. Quod etiam ex illo tex. dedu-
cit Ioan. Andr. in tit. de teſtam. §. ſequitur. col. pen.
verſi. ſed pone. in addi. incip. Dubitatur etiā. Idem
in tit. de feudis. §. quoniā. verſi. 21. in addi. incipien.
Ceſſante. Quem referunt, & ſequuntur Alex. nu.
30. Iaſ. nu. 76. Curt. Iun. nu. 84. in l. fi. C. de edic. Di
ui Hadria. tollen. Bal. in c. 1. de contē. inter maſcul.
& fœmi. de benefi. ante nume. primū. Curtius Iu-
nior in tracta. feudo. 3. par. principa. q. 21. verſi. Vi-
geſimo primo quæro, Deci. conſi. 4. num. 10. Idem
conſi. 467. nu. 9. Carol. Ruinus conſi. 18. num. 20.
lib. 1. Alber. Brun. conſi. 1. nu. 12. Ioan. Rampecius
inter conſilia feudalia. conſi. 2. nu. 7. cum ſeq. Go-
zadi. conſi. 6. nu. 87. & conſi. 7. num. 10. & 11. Curti.
Iuni. conſi. 30. nu. 10. & conſi. 41. num. 5. Pariſ. conſ.
22. nu. 65. & conſi. 41. nu. 2. lib. 1. Portius, qui plura
refert. conſi. 1. nu. 17. Claudius Cantiuncula conſ.
32. nu. 57.
42 ¶Et quāuis tex. in d. §. inter filiā, loquatur in fi-
lia reſpectu ſucceſſionis patris: idē tamen dicendū
eſt in ſorore reſpectu ſucceſſionis fratris, vt opti-
mè aduertit Deci. conſi. 498. num. 4. & conſi. 517.
nu. 7. & conſi. 588. num. 8. & 10. Curtius Iun. conſi.
41. nu. 5. 6. & 10. Gozadi. conſi. 7. nu. 11. Pariſ. conſi.
23. nu. 89. & 90. lib. Portius. d. conſ. 1. nu. 18.
43 ¶Hoc autē reſtringi debet: † niſi agnati probare
velint in continenti bona eſſe feudalia: non autem
allodialia. Tunc namque admittenda erit eorum
contradictio, atque hoc cognito filia excluſa, ipſi
in feudo ſuccedent: argumento tex. in l. ſi is, à quo
in prin. ff. vt in poſſe. lega. Per quem tex. ita limi-
tat & declarat prefatam cōmunē opinionem And.
de Yſer. in d. §. inter filiam. quem ſequuntur ibi
Præpo. & Aluaro. eandémque opi. ſequitur Goza-
di. conſi. 7. nu. 2. & conſi. 50. nu. 20. & num. 26. Pari-
ſius. d. conſi. 1. nu. 65. Claudius Canciūcula conſi.
23. num. 56. Quamuis plures relati à Gozadi. conſi.
10. num. 4. & à Tiraquel. in tracta. LE MORT
SAISIT LE VIF. 4. par. declarati. 5. n. 20. dicāt
fœminam tuendam eſſe in poſſeſſione: etſi conſtet
bona, de quibus agitur, eſſe feudalia Quorum o-
pinio ſequenda non eſt, ex his rationibus quas
Scrib. paulò antè citati adducunt. Idque probari
videtur ex deciſione. l. 2. tit. 14. part. 6. Quod pari
ratione in maſculo fœminam propinquiorē à Ma
ioratus ſucceſſione excludere contendente, dicen
dum erit.
44 ¶Ex quibus † aſſignari poteſt nouus intellectus
ad text. in l. 45. Tauri. quæ hodie eſt. l. 8. titul. 7. lib.
5. in noua. ll. Reg. collecti. qua diſpoſitum eſt poſ-
ſeſſionem ciuilem & naturalem bonorum Maio-
ratus tranſire in ſequentem ſucceſſorem eo in-
ſtanti, quo vltimus poſſeſſor mortuus fuerit. Nam
ſi iudicio poſſeſſorio ex dict. l. Tauri. introducto,
agnati tranſuerſales contendant ſe in eodem Ma-
ioratu ſucceſſores eſſe, filia vltimi poſſeſſoris ex-
cluſa admittendi erunt, ſi id in continenti proba-
uerint. Dicetur autem id in cōtinenti fieri: ſi pro-
batum fuerit intra. 50. dies, qui ex. l. 9. dict. titul. 7.
lib. 5. aſſignati ſunt, ad probandum in dicto reme-
dio poſſeſſorio, quod pro adipiſcenda actuali poſ
ſeſſione bonorum Maioratus ex præfata l. 9. in-
troductum eſt. Prout infra iſto lib. cap. 13. num. 16.
oſtendemus. Idque comprobatur ex eo, quod in-
fra iſto lib. cap. 13. numer. 9. dicemus, vbi apertiſſi-
mè probabimus remedium ex dic. l. introductum
eſſe poſſeſſorium: habens tamen mixtam proprie
tatis cauſam ideóq; in eo exceptiones etiam pro-
prietatis iudicium attinentes, admittendas eſſe,
dummodo intra terminum ab illa lege præſtitu-
tum probentur. Sícque pluries obtentum, atque
obſeruatum vidimus.

*SVMMARIA.*

1 *Maioratus inſtitutio ob cōſeruationem agnationis expreſſè facta, ad fœminarum excluſionem de ca-
ſu ad caſum ex identitate rationis extendenda erit.*
2 *Fæmina eſt finis agnationis, eiúſque ſucceſſio agnationis conſeruationi aduerſatur.*

*Quando fœminæ Primogenitæ propter maſculos remotioris lineæ & gradus, à Maioratus ſucceſſione excludantur.*

## CAPVT V.

IN capite pręcedenti viſum fuit, qualiter maſculus eiuſdem lineę & gradus, etſi minor natu ſit, fœminam Primogenitam à Maioratus ſucceſſione excludat. Similitérq;, quòd ſi ipſe maſculus in remotiori gradu ac linea conſtitutus ſit, ab illa pręcedi debeat: quod iure cõmuni ſic ſtatutũ eſt. Sed quoniam pluries Maioratuum inſtitutores fœminas aduerſus iura communia à Primogeniorum ſucceſſione propter maſculos remotiores excludere ſolent, ſuper earúmque excluſione, ſeu admiſſione lites innumeræ excitantur, conueniens ac neceſſarium viſum fuit id in hoc capite reſoluere.

¶In primis autem illud in hac re animaduertendum eſt, *interdum* adeò clarè & præciſè à Maioratuum inſtitutoribus fœminarum excluſionem propter maſculos remotiores in eiſdem Maioratibus apponi ſolitam eſſe, vt de ea nulla difficultas vnquam ſupereſſe poſſit. Veluti ſi inſtitutor dixerit, quod ad ſui Maioratus ſucceſſionẽ vocat maſculos proximiores primogenitos ex ſua familia procedẽtes, & quod nullo pacto vult, quod fœmina in Maioratu ſuccedat, ſed quod ſemper propter maſculos, etiã remotioris lineę ac gradus excludatur. In qua ſpecie hæc clara, atq; aperta diſpoſitio præciſe obſeruanda eſt, nec litibus aperienda via: non enim admittenda eſt voluntatis quæſtio, vbi in verbis nulla ambiguitas inuenitur. l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. 3. l. cõtinuus. §. cùm ita. cum ſimilib. ff. de verb. oblig. Sed quoniam *frequentiùs cõtingere ſolitum eſt, vt hæc fœminarũ* excluſio propter maſculos remotiores, non clarè, & apertè, ſed dubiè, atque inuolutè, à Maioratuum præſertim antiquorum inſtitutoribus apponatur, quod eſſe ſolet prolixarũ litium incentiuũ: in eorum Primogeniorũ interpretatione, ſequentes concluſiones obſeruandæ erunt: in quib. præcipua huius rei ſubſtantia comprehendetur: ita vt propè nullus caſus poſſit accidere, qui eiuſdẽ concluſionibus obſeruatis ex eis, vel ad earum ſimilitudinem decidi non valeat.

1 ¶Prima cõcluſio ſit, quod† ſi in Maioratus inſtitutione eiuſdẽ inſtitutor profiteatur ſe ea ratione Maioratum inſtituere, vt bona ipſa perpetuò in agnatione conſeruentur, ex huius rationis expreſſione fœminæ atque etiam maſculi ex eis deſcendentes perpetuò excluſi cenſendi erunt, etiam in caſibus in diſpoſitione non expreſſis: eáque diſpoſitio ex rationis identitate de caſu ad caſum ex-
2 tendenda erit. Cuius cõcluſionis ratio ea eſt, quod fœminæ † ſucceſſio agnationis conſeruationi repugnat: cùm ipſa ſit finis agnationis. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verborum ſig. l. Iuriſconſultus. in prin. ff. de gradi. & in §. 1. Inſtitu. de legi. agna. ſucce. l. aduerſus. C. de crimin. expila. hæred. l. quicunque. cum ſimilib. C. de re milita. lib. 10. quibus conuenit illud Euripidis.

Mulier egreſſa paternis ædibus.
Non ampliùs eſt parentum, ſed coniugis:
Maſculũ verò genus perpetuò manet in ædibus.

Et quod rurſus idem Euripides adiicit.

Filij maſculi columnæ ſunt familiarum.

Ideóque in hac ſpecie fœminæ propter maſculos remotiores excluduntur, ídq; efficit agnationis fauor. Sub vocatione namq; agnatorũ, deſcendentes ex fœminis non comprehenduntur: cùm ipſi non agnati, ſed cognati eſſe dicãtur. l. ſunt autem. ff. de legiti. tuto. vbi dicitur quod† illi ſunt agnati,
3 qui ſunt cognati per virilis ſexus cognationẽ cõiuncti: quaſi à patre cognati, & in §. ſunt aũt Inſti. de legi. agna. tute. & in §. 1. Inſtit. de legi. agna. ſucce. d. l. Iuriſconſultus. cum ſimilibus. ff. de gradib. quæ ratio fœminas etiam agnatas comprehendit, de quibus dicendum erit: prout infra iſto. c. cõcluſione. 12. & 13. dicemus.

4 ¶Hoc autem, quod prædiximus cõprehenditur ex doctrina Bart. in l. liberorũ. nu. 12. ad fin. & nu. 13. ff. de verb. ſig. vbi inquit† in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, poſſe argui de caſu ad caſum ex identitate rationis, ſi ratio expreſſa ſit in ſtatuto. Lapus allega. 101. col. 11. Imol. in l. ſi vero. §. de viro ad fin. ff. ſolut. matri. Deci. conſi. 372. nu. 4. Alber. Brunus qui plura refert in d. tract. artic. 3. q. 1. col. 2. & 3. & omnes Scrib. quos ſtatim citauimus, dicentes: ex ratione ſubintellecta poſſe argui ſi vna ſola reddi poſſit. Qui omnes proculdubiò præſupponũt ex ratione expreſſa in diſpoſitione, potiori ratiõe ad omnes caſus, qui ſub ratione comprehendi poſſunt, argui poſſe, ídque apertius dixit Curti. Iuni. conſil. 154. nu. 11. fin. verb. vbi inquit, quòd quando ratio eſt expreſſa, res eſt extra omnẽ dubitationem. Cepha. cõſil. 55. nu. 5. Franc. Piſcin. in ſua diſputa. ſuper ſtat. exclu. fœmi. nu. 23.

5 ¶Quod† non ſolùm procedit quando ratio, vt prædiximus, expreſſa eſt: ſed etiam quando à iure ſubintelligitur ex eo, quòd vna tantùm reddi poteſt. Ex ea namque ratione poteſt argui de caſu ad caſum: ita vt diſpoſitio omnes illos caſus comprehendat, qui ſub ratione comprehẽdi poſſunt. Text. in l. milites argum. in princip. ff. de re milita. gloſ. in l. quamuis. C. de fideicommiſ. Alex. qui plura refert conſil. 48. numero. 4. lib. 1. iunctis pluribus aliis quæ ſuprà lib. 1. capit. 5. numer. 9. & 10. adduximus. Quod dixit eleganter Bald. in l. maximum vitium. nume. 7. ante fin. C. de lib. præterit. vbi inquit, in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos poſſe argui à ratione ſubintellecta, quæ eſt vnica & finalis: ſcilicet vt bona in agnatione conſeruentur. Idipſum etiam dixit Roma. conſil. 32. colum. 2. verſic. 3. quia hoc ſtatutum. Idem Roma. conſil. 120. in fin. conſil. 404. col. 1. Cuma. conſil. 2. col. 1. Fulgo. conſil. 78. col. 2. Angel. in §. 1. col. fin. verſi. Secundo addas Inſtituti. de iure natu. gen. & ciuil. Albert. Bru. qui plura refert in dicto tract. arti. 3. q. 1. col. 2. & 3. Deci. dic. conſ. 372. nu. 4. Curt. Iun. d. conſi. 154. nu. 10. cũ ſeq. Pariſ. conſi. 41. nu. 10. lib. 3. Fran. Piſcina. in d. diſputatione nu. 35.

6 ¶Idque† etiam in materia correctoria, & odioſa locum habet, tam ex ratione expreſſa, quam ſubintellecta: vbi vna tãtùm reddi poteſt, vt s. lib. 1. ca.
7 5. n. 10. declarauimus. Vbi† enim adeſt rationis identitas, non dicitur procedi per extenſionẽ, ſed per cõprehenſionem: prout ibid. nu. 12. etiã oſtendimus. Idq; in terminis de quibus agimus, nouiſſimè probat Fran. Piſcina in ſua diſpu. exclu. fœminarum. nu. 15. cum ſeq. & latiùs. nu. 23.

¶Quæ



8 ¶Quæ† omnia apertiùs procedũt, vbi in diſpoſitione inuenitur aliquod verbũ, quod ex ſui natura, etiam ſecundum latam interpretationẽ, maſculos cõprehendit, veluti filij deſcendentes poſteri, vel ſimile. Tunc namque diſpoſitio correctoria, atque exhorbitans proculdubiò de caſu ad caſum ex identitate rationis extendenda erit, vt declarat Imol. in l. ſi verò. §. de viro. col. 4. verſic. aut agitur. & col. 8. veſi. tum quarto. ff. ſolu. matr. Soc. conſ. 9. nu. 20. lib. 3. & conſ. 82. lib. 4. Aymon. con. 98. num. 13. Soci. Iuni. conſi. 1. nu. 15. lib. 1. conſi. 6. num. 19. & 20. eod. lib. Riminal. conſi. 224. num. 27. lib. 2. Gratus. conſi. 5. nu. 9. lib. 2. Gozadi. conſi. 59. nu. 4. Pariſius. conſi. 44. nu. 16. lib. 2. Aymon de antiqui tẽpo. 4. par. nu. 86. cum ſeq.

9 ¶In quo tamẽ animaduertẽdum eſt, † quod etſi Scrib. quos infra iſto c. nu. 29. citauimus, dicere ſolẽt: in diſpoſitionibus hominum nõ eſſe pręſumẽdum, quod quis maſculos vocauerit ratione cõſeruãdæ agnationis, cùm pluribus aliis rationib. moueri potuerint: hæc tamẽ diſtinctio in Primogeniis, vbi ſimpliciter, & abſolutè maſculi ſolùm vocãtur, & fœminæ præciſè excludũtur, admittenda non eſt. Non enim hoc alia ratione quàm cõſeruationis agnationis veriſimiliter fieri potuit, prout in ſequenti cõcluſione dicemus. Secus autẽ vbi in aliquibus caſibus maſculi tantùm vocantur: in aliquibus autem fœminæ admittuntur: in quibus potiùs ratio prædilectionis, ac prælationis maſculorũ, quàm conſeruationis agnationis cõſiderari poteſt: præſertim, ſi de maſculis iam natis tẽpore Maioratus inſtitutionis agatur: ſicque id pluries intellectum vidimus, cõprobatúrque ex his, quæ infrà iſto. c. 7. cõcluſione dicemus. Ex quibus videtur dicendũ ex rationis identitate, diſpoſitionem fœminarum excluſiuam, de caſu ad caſum trahendam eſſe.

10 ¶Sed quãuis Scrib. ſuperiùs relati hoc profiteri ſoleant: plures tamen cõtrarium opinantur, † dicẽtes, diſpoſitionem fœminarũ excluſiuam ex ratione expreſſa, vel ſubintellecta de caſu ad caſum trahendam non eſſe. Quod dixit Ioan. de Imol. in l. ſi verò. §. de viro. propè fin. ff. ſolu. matr. vbi inquit, diſpoſitionem, quæ propter certas perſonas, vel in certis caſibus fœminas propter maſculos cauſa conſeruandæ agnationis excludit, non eſſe ex idẽtitate rationis ad alios caſus, ſeu perſonas protrahendam. Quem ſequuntur cõmuniter Scrib. quos ſuprà lib. 1. c. 5. nu. 37. nuncupatim citauimus.

11 ¶Ex quib. Scrib. paſſim dicere ſolent, † ſtatutum excludens matrem defuncti propter patruum nõ habere locũ in patruo magno: quia etſi in eo militat ratio conſeruandæ agnationis, quæ mouit ſtatuẽtes, illa tamẽ agnationis ratio ad perſonam nominatam reſtringenda erit: cùm ſtatutũ ſit correctorium iuris cõmunis, quod notant Iacob. Butri. col. 1. Bal. nu. 1. Paul. nu. 2. Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 4. Dec. nu. 2. & 3. in l. 1. C. de ſucceſſo. edict. vbi cõmuniter Scrib. id notãt Alex. cõſi. 97. num. 5. cum ſeq. lib. 1. Deci. qui plura refert cõſi. 287. nu. 9. Riminal. cõſ. 223. nu. 67. cum ſeq. lib. 2. Gratus. cõſil. 3. nu. 9. libr. 2. Gozadi. cõſi. 59. num. 4. Pariſius cõſil. 44. nu. 16.
12 lib. 2. Soci. Iuni. cõſil. 1. nu. 15. lib. 1. ¶Similiter etiã ſi† ſtatutũ dicat, quod mater nõ ſuccedat filio extãtibus agnatis: poterit tamen ſuccedere filiæ, vt notãt Archidia. in cap. ſi quis ſuadẽte. colum. 3. 17. q. 4. Domini. in c. generali. 4. col. de elect. lib. 7. Imo.
13 in l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de leg. 2. ¶Similiter ẽt† ſtãte ſtatuto, quod exiſtẽte patruo nõ ſuccedat auus maternus, non cenſebitur excluſa auia materna: prout dixit Bal. in l. quæcunq;. nu. 11. C. de ſeru. fugiti. Alex. in l. illã. C. de colla. nu. 7. vbi plura in idẽ
14 adducit. ¶Similiter etiã† ſtatutũ excludẽs patruũ, non porrigitur ad amittam. Corn. in l. illam. nu. 15. C. de coll. vbi inquit ſic in cauſa propria, obtinuiſ-
15 ſe. ¶Eadem etiam ratione† ſtatutum excludẽs matrem propter fratrem defuncti, nõ excludet illam propter ſororem. Corneus. cõſi. 335. numer. 9. cum pluribus ſequen. lib. 1. vbi plura alia in idem addu-
16 cit. ¶Itẽ† in materia fœminarum excluſiua, nõ habet locum regula, Si vinco vincentem te, vt opinantur. Bar. in l. 2. §. videndum. nu. 2. ff. ad Tertul. Alexand. in dict. l. illam. C. de collatio. nu. 7. idem
17 cõſi. 97. num. 9. lib. 2. Curt. Iuni. cõſi. 5. nu. 8. ¶Similiter etiam† in hac materia fœminarum excluſiua, etiam ex identitate, vel Maioritate rationis, diſpoſitio de caſu ad caſum non extenditur. Pau. in dict. l. illam. nu. 8. & 9. vbi Alexand. nu. 6. cum ſeq. Corneus. nu. 4. & 5. Deci. nu. 11. & cõmuniter Scri. id notant. Imol. in l. ſi vero. §. de viro. in fi. ff. ſolut. matri. Claudius in l. ſi cõſtante. nu. 27. ff. ſolut. matri. Corneus cõſi. 82. num. 10. & cõſ. 191. nu. 4. libr. 4. Pariſius cõſi. 41. nu. 81. lib. 3. vbi hanc dixit communem opinionem. Tiraquel. de ceſſante cauſa. 1. limita. nu. 14. Quæ & quàm plura his ſimilia latè congerit Alber. Brunus de ſtatu. excluden. fœmin. propter maſculos articul. 5. col. 1. 2. atque Aymon. cõſi. 98. nume. 13. Soci. Iunior cõſi. 1. nu. 15. libr. 1. & cõſi. 6. nu. 19, & 20. & cõſi. 10. num. 25. & conſilio. 30. nu. 34. eodem lib. Gozadinus cõſi. 59. numer. 4. Gratus cõſ. 5. nu. 9. libr. 2. Antonius Gabriel communium opinio. lib. 6. de verb. ſign. conclu. 6. nu. 1. cum ſequent. & conclu. 7. nume. 1. cum ſequen. qui omnes in id tẽdunt, vt etiam ex ratione expreſſa, diſpoſitio fœminarum excluſiua de caſu ad caſum extendenda non ſit: quando ratio ad certas perſonas expreſſas, atque ſpecificatas referri videtur. Qua in re inueniuntur tot authoritates grauiſſimorum virorum dicentium, ex ratione expreſſa, diſpoſitionem de caſu ad caſum trahendam eſſe, & aliorum dicentium contrarium, vt non facilè poſſit vera concordia, nec reſolutio comprehendi.

18 ¶Sed† vt in hac re tam ambigua, & difficili, vera reſolutio deinceps habeatur, duo caſus diſtinctionis penitus diuerſi, atque ſeparati conſiderandi ſunt. Primus, quãdo† Maioratus inſtitutor ſimpliciter & abſolutè Maioratum cauſa conſeruandæ agnationis inſtituit. In quo caſu, dicendum erit, ex idẽtitate rationis diſpoſitionem de caſu ad caſum trahẽdam eſſe. Secundus caſus eſt, † quando
20 hanc rationem conſeruandæ agnationis Maioratus inſtitutor certis perſonis, ſeu gradibus adiecit: veluti quãdo dixit, volẽs agnationẽ in perſona Titij, & deſcẽdẽtiũ ſuorũ cõſeruare, vel ſimile, in quo caſu dicẽdum erit, cõſeruationem agnationis ad perſonas nominatas reſtringendam, nec ad alias perſonas ex rationis idẽtitate extendendam eſſe. Quam diſtinctionem fecit Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ſolut. matr. prope fin. Soci. Iu. cõſ. primo numero 15. libro primo, & cõſi. 108. numero 31. & 32. libro 2. Gozadi. cõſ. 59. nu. 4. Pariſ. cõſ. 44. num. 16. libro 2. Carol. Moli. in cõſuetud. Pariſ. titul. 1. §. 16. numer. 4. Gratus cõſilio. 5. numero 9. lib. 2. Rimi. cõſilio. 224. numero. 27. lib. 2. Brunus. in dict. tract. articul. 3. colum. pen. & fi. Idque mihi probat text. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demonſtra. vbi dicitur. *Quæ conditio ad genus perſonarum, non ad*

 *certas,*

*certas, & notas perſonas pertineat, eã exiſtimamus totius eſſe teſtamẽti, at eã quæ ad certas perſonas accõmodata fuerit, referre debemus ad eũ dũtaxat gradum quo hæ perſonæ inſtitutæ fuerunt.*

¶ Primus autẽ caſus diſtinctiõis, quod ſcilicet, ex ratione generica, & abſoluta cõſeruationis agnationis, diſpoſitio de caſu ad caſum protrahẽda ſit, comprobatur ex his, quæ latiùs ſupra iſto capitul. adducta ſunt, probãtes, quòd ex eo, quod hæc materia correctoria ſit in ea extẽſio ex idẽtitate rationis nõ excludat. Nec obſtat ſi dicatur, quòd hęc materia vbi de excluſione fœminarum propter maſculos remotiores agitur: nõ ſolum ſit iuris cõmunis correctoria: ſed etiam pœnalis: prout ſupr.
21 capitul. quarto, numero. 2. oſtẽſum eſt. Et quòd licet verum ſit quòd in materia correctoria admittẽda ſit extẽſio de caſu ad caſum, ex ratiõe expreſſa, vel ſubintellecta, quãdo vna tantum reddi poteſt: in†materia autem correctoria, & pœnali ſimul extẽſio idẽtitate rationis expreſſè, vel ſubintellectè admittẽda nõ eſt. glo. ordi. in clem. 2. verbo. *in eiſdem* de ætate, & qualitate. Ex qua gloſ. id verum eſſe profitẽtur Roma. conſ. 129. Idem Roma. in l. ſi quis id quod, in principio. ff. de iuriſdic. omni. Iudi. Anto. de Butri. in capitul. fi. de cõſuet. in 1. & 12. fallen. Domini. in capitul. 1. colum. 5. 1. fallen. de tempo. ordi. lib. 6. Alex. in l. ſi conſtãte. nu. 5. ff. ſolut. matri. Iaſ. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. num. 22. idem Iaſ. in dict. l. ſi quis id quod. num. 17. Deci. in capitu. trãſlato. de cõſtit. nu. 2. Aymõ. Crauet. qui plura refert ad antiquita. tempo. 4. par. in princ. nu. 85.

22 ¶Ad hoc namque reſpõderi poteſt, †hãc fœminarum excluſionem nõ poſſe dici propriè diſpoſitionem pœnalem. Cùm enim inſtitutor nullo iure teneatur fœminam ad Maioratus ſucceſſiocem inuitare: etiamſi filia vltimi poſſeſſoris ſit, poſſitque illam à Maioratus ſucceſſione excludere propter maſculos remotiores: prout ſupra lib. 2. cap. 2. num. 51. oſtẽdimus conſequẽs eſt, vt fœminam propter maſculos remotiores à Maioratus ſucceſſione excludere: nõ tam pœna, quàm excluſio à lucro, quod ſibi à iure deferebatur, niſi excluſa foret cẽſenda ſit: prout dixit Iuriſcõſultus in l. Titio cẽtum. §. Titio cẽtum. cl. primero. ff. de cõditio. & demonſtra. vbi communiter Scribẽt. id notãt. Ideóque ex ratione prædicta nõ poteſt excludi extẽſio, quæ aliàs in materia correctoria ex rationis idẽtitate admitti ſolet. Ad hoc namque vt materia dicatur eſſe pœnalis: ita vt extẽdi nõ poſſit, requiritur, quod ſit propriè, ac merè pœnalis, vt optimè explicat. Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matri. col. 7. & 8.

¶Nec obſtat etiã, ſi dicamus de perſona ad perſonam extẽſionem admittẽdam nõ eſſe. Id namq; ex ratione expreſſa, atque ex veriſimili diſponẽtis volũtate fieri poteſt, vt ſupra. lib. 1. cap. quarto, numer. 25 cum ſeq. oſtẽſum eſt. Quod præſertim in caſu, de quo agimus dicẽdum eſt, in quo nõ de extẽſione, ſed potiùs de comprehẽſione tractatur, vt ibidem etiam oſtẽdimus. Idque verum mihi videtur: dummodò ratio eadem omninò ſit veriſimiliſque diſponẽtis volũtas concurrat, verbáque alia Maioratus huiuſmodi interpretationi nõ repugnent.

23 ¶Sed quoniam hæc opinio, quod ſcilicet diſpoſitio de perſona ad perſonam ex ratione expreſſa, vel ſubintellecta extendi valeat, ſatis controuerſa eſt, vt in d. c. 4. numero. 25. lib. 1. latiùs oſtẽdi, præſertim in materia de qua agimus, quæ tãquam iuris cõmunis correctoria æſtimari ſolet, aliquãdo vidi iudices non facilè huiuſmodi extenſionem, ſeu verius comprehẽſionem admittere. Ea†tamen facillimè in quatuor caſibus admitti, ſemper ſolita eſt. Primus, quando perſona, ad quam fit extenſio ab ipſa perſona expreſſa deſcendit. Secundus, quando perſona, ad quam fit extenſio, non includeretur, magis dilectus eſſet deterioris cõditionis, quã minus dilectus. Tertius, quãdo reſultaret abſurditas, vel aliàs diſpoſitio eſſet illuſoria. Quartus, quando perſona ad quam extenſio fieri vult: ſaltim ſublata verborum expreſſorũ ſignificatione cõprehenditur. De quibus omnibus in ſequentibus concluſionibus dicemus.

24 ¶Imò etiam in 2. membro huius diſtinctionis: quando†ſcilicet ratio conſeruandæ agnationis certis tãtùm perſonis adiecta eſt, dici poterit, quod ea diſpoſitio ad omnes ex eiſdem perſonis deſcẽdentes extendatur: niſi præciſè ac limitatè ad perſonas expreſſas cum taxatiua tantùm reſtricta fuerit, ex his, quæ infrà iſto cap. nu. 41. cum ſeq. dicẽda erunt.

25 ¶Secũda cõcluſiõ ſit, quod†ſi Maioratus inſtitutor maſculos ſimpliciter & abſolutè ad eiuſdẽ ſucceſſionẽ inuitauerit, nec de fœmina in aliqua parte meminerit: ex hac maſculorum vocatione, etſi expreſſè rationem cõſeruandæ agnationis nõ adiecerit, cenſeatur voluiſſe agnationem cõſeruare, atq; fœminas propter maſculos remotiores excludere Quod dixit Ioan. Andr. referẽs Iaco. de Areni. in addi. ad Specul. tit. de ſucceſſio. ab inteſt. verſic. Eſt ſciẽdum. Idem Ioan. Andr. referẽs Richar. de Malũbre. in eiſdem addi. ad Specul. in rub. de teſta. ad fi. Cinus & Salic. in l. 1. C. ad leg. Iul. de adul. Mattheſilamus. notab. 130. vbi inquit ita fuiſſe cõſultum per multos ſolennes Doctores ferè totius Italiæ. Alex. in l. venia. n. 6. C. de in ius voca. Corn. cõſ. 224. nu. 8. lib. 2. Soci. conſ. 12. nu. 2. lib. 3. & cõſ. 62. nu. 4. lib. 3. Deci. qui hanc opinionẽ cõmunem eſſe profitetur, cõſil. 172. nu. 4 Curti. Seni. cõſ. 51. 1. quæſtio. Alba. cõſ. 87. num. 14. Curtius Iunior. cõſ. 154. nu. 10. & 11. vbi hanc opinionem cõmunẽ eſſe profitetur, idem cõſ. 172. nu. 6. & 7. & Gratus cõſ. 89. nu. 1. lib. 2. Albert. Bru. qui hanc opinionẽ communẽ eſſe profitetur, de ſtatutis exclud. fœm. arti. 3. q. 1. col. 2. Soci. Iun. in cõſ. 119. nume. 33. cũ ſeq. lib. 1. Sylua. conſ. 53. nu. 45. Cephalus conſ. 251. nu. 4. &
26 alij, quos in ſequenti concluſione citauimus. Qui etiã†hanc opinionẽ veram, & communẽ eſſe paſſim profitentur, iunctis his, quæ ſup. libr. 1. c. 1. nu. 36. latiùs adduximus. Idque etiam ſequutus fuit Fran. Piſcina, qui plura refert in ſua diſputa. de ſtatu. excluden. fœmi. nu. 22. & numer. 35. Celſus conſ. 75. num. 6. Anto. Gabriel qui etiam plura cumulat communiũ opi. lib. 6. concl. 6. nu. 1. tit. de ſtatutis.

27 ¶Sed quãuis præfati, atque alij etiam Scrib. maximi nominis, & authoritatis dictam opinionem ſequantur: plures tamen contrariam opinionem veriorem eſſe profitentur: dicentes, Ex†maſculorum vocatione non præciſè rationem conſeruandæ agnationis conſiderandam eſſe, imò plures alias aſſignari poſſe: veluti ſi diſponens voluerit maſculos vocare, ex eo quòd ipſi ſuſtinent onera familiarum: fœminis verò ſufficiat, quòd dos competẽs aſſignetur, vel ex cauſa prædilectionis, vel ex aliis cauſis, ex quibus non cenſetur habita agnationis ratio, nec per conſequens, quòd diſponẽs voluerit fœminas excludere propter maſculos remotio-



remotiores: niſi ratio conſeruandæ agnationis expreſſa ſit. Quod dixit Bar. in l. liberorũ. ff. de verb. ſigni. num. 12. in fine, & numẽ. 13. vbi inquit†in ſtatuto excludente fœminas propter *maſculos*, non poſſe dici ſtatuentes ea ſola ratione motos fuiſſe, vt agnatio conſeruaretur, cùm poſſint aliæ rationes aſſignari: niſi ea ratio conſeruandæ agnationis expreſſa ſit: idipſum etiam dixit Bald. in l. ſi defunctus. n. 8. C. de iuis, & legi. hære. Lapus allega. 101. col. 11. in fi. Imol. in l. ſi verò. §. de vero. ff. ſolu. matri. Soci. conſi. 48. n. 26. lib. 4. Areti. conſ. 20. n. 9. Iaſ. in l. 1. n. 4. C. de ſucceſſo. edic. vbi plura in idem adducit Curtius Seni. conſi. 44. n. 30. Deci. conſi. 333. n. 2. & conſi. 309. n. 7. & conſi. 315. num. 6. & conſi. 670. n. 5. Grattus conſil. 19. n. 31. lib. 1. & cõſi. 20. n. 3. lib. 2. vbi dixit hanc eſſe communem opinionem, Pariſius conſil. 41. n. 82. lib. 3. Soci. Iun. conſ. 10. n. 21. libr. 1. Capycius deciſione. 21. nu. 9. Tiraquel. de ceſſante cauſa. limita. 21. n. 14. Riminal. conſ. 223. n. 67. 68. 69. & 70. lib. 2. Alber. Brunus de ſtatutis excluden. fœmi. arti. 3. q. 1. col. 1. Cùm igitur ex vocatione maſculorum non cenſeatur habita agnationis ratio conſequens eſt, vt ex ea non debeat induci fœminarum excluſio propter maſculos remotiores: ſed quòd caſus omiſſus ad iuris communis diſpoſitionem reducendus ſit.

28 ¶Quibus adiicitur, quòd†is qui contendit in aliqua diſpoſitione ſolam vnam rationem potuiſſe interuẽnire, illud præciſè probare debet: aliàs nãque plures rationes interueniſſe præſumendum erit: prout opinantur Salicet. in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. actio. Alex. in l. ſi conſtante. n. 5. ff. ſol. matri. Curti. Seni. conſi. 80 col. 4. Iaſ. in Auth. quas actiones. nu. 22. C. de Sacroſan. Eccleſ. & in l. 1. C. de ſucceſſ. edicto. n. 4. Grattus conſil. 26. nu. 30. & cõſ. 38. num. 15. lib. 1. Soci. Iuni. conſil. 10. nu. 21. Gometius in §. omnium Inſti. de actionib. n. 28. Fran. Piſcina qui plura refert de ſtatutis excludẽ. fœm. nu. 35. Beroius in c. Rainuntius. de teſtam. n. 218. Pariſ. conſ. 41. num. 83. lib. 3. Thomas Parpalia in l. 1. col. 2. in fi. ff. ſolu. matri. Anto. Gabriel qui plura refert communium opinionum libr. 6. ti. de ſtatutis, concluſ. 6. nu. 5. & alibi ſæpe Scrib.

29 ¶Et quamuis Scribent. ſuperiùs citati *cenſeant*, quòd ex maſculorum vocatione præſumatur ſemper conſiderata agnationis ratio, illud communiter dicere ſolent in caſu ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos, in quo veriſimiliter cenſetur habita agnationis ratio. Quorum opinio in ea ſpecie ſumpta proculdubiò vera eſt: ſed†in diſpoſitione teſtantis, ſeu aliter diſponentis cõtrarium dicendum erit. Cùm veriſimile ſit eum ex aliis etiam rationibus affectionis, ſiue prædilectionis fuiſſe motum. Ideóque in hoc caſu hanc ſecundam opinionem veriorem eſſe dixit Corneus in l. 1. C. de condi. inſer. nume. 20. Grattus conſil. 3. numer. 18. libr. 1. Parius conſil. 41. num. 83. lib. 3. vbi id optimè declarat. Idque veriſimile videtur: quamuis Soc. in d. l. Gallus. §. nunc de lege. Velleia. n. 60. col. pen. hanc rationem differentiæ conſiderans dicat, propter illam non eſſe à communi opinione recedendum.

¶His autem non obſtantibus, prima opinio verior eſt: quamuis enim is, qui facit aliquam vocationem, ſeu fideicommiſſum temporale inter maſculos, poſſit aliis rationibus ad id efficiendum induci: is tamen qui aliqua bona maſculis perpetuo iure Maioratus poſſidenda reliquit veriſimiliter non potuit alia ratione, quàm conſeruationis agnationis moueri. Cùm reſpectu eorum, qui in poſterum naſcituri ſunt, non poſſit particularis alia ratio reſpectu vnius, quàm alterius aſſignari: vt infra iſto. c. numer. 53. dicemus. Ideóque hęc ratio tanquam vnica expreſſa cenſenda eſt. Quod tamen intelligendum erit: quando ſemper Maioratus inſtitutor maſculos ad eiuſdem ſucceſſionẽ ſimpliciter & abſolutè inuitauit, nec fœminam in aliqua parte Maioratus admiſit, prout latiùs infrà iſto c. 7. concl. dicemus.

¶Tertia cõcluſio ſit, quòd etiam ceſſante agna-
30 tionis ratione, Maioratus†inſtitutor ex ſola maſculorũ vocatione ex natura & proprietate huius verbi, maſculus, fœminas excludere cenſendus ſit. Ad poſitionem namque maſculorum, ſequitur excluſio fœminarum. Quod probatur ex text. in l. 1. C. de adult. ibi. *Quæ cũ maſculis iure mariti facultatem accuſandi detuliſſet, non idẽ fœminis priuilegium detulit.* l. 1. vbi Bald. & Scrib. ff. de legib. & in l. ſcripturas. C. qui poti. in pigno. hab. & in cap. Rainaldus. verb. ſi abſque maſculis. de teſt. vbi Glo. Goſfredus. Hoſti. Ioa. And. Anton. de Butri. & Cardi. nu. 11. Id notant, dicentes verbum, *maſculis*, fœminæ non conuenire. Idque ſatis eleganter notat Bart. in l. cùm auus. nume. 4. ff. de conditio. & demõſtra. vbi inquit, quòd ſi teſtator diſponat, quòd ſi inſtitutus decedat abſq; filiis maſculis, reſtituat hęreditatẽ Titio: quod ſi decedat abſq. filiis maſculis filiis verò fœminis relictis: nihilominùs hæreditas erit Titio reſtituẽda. Is. eñ. qui de maſculis diſpoſuit, videt fœminas excluſiſſe. l. cùm ita. ff. de cõdi. & demonſt. l. cùm prætor. cũ ſimilibus. ff. de iudi. Sícque†in hac ſpecie limitat tex. in d. l. cũ auus.
31 & in l. cùm acutiſſimi C. de fideicommiſ. & alia iura dicentia, quòd in ſubſtitutione alicui ſimpliciter facta, ſubintelligitur clauſula illa, ſi ſine liberis maſculis, ſeu fœminis deceſſerit: nam ea iura non procedunt, quando appoſita fuit clauſula: ſi ſine liberis maſculis deceſſerit. Tunc namque etſi filiæ fœminæ extent, non excludent ſubſtitutum. Ex vocatione namque maſculorum videtur teſtatorem fœminas excluſiſſe. Cuius dictum refert, & ſequitur Bart. Soci. ibidem. colum. 4. ver. Demum ponemus alias quæſtiones, vbi eiuſdem dicti elegantem rationẽ aſſignat, profitetúrque eam Bart. opinionem in iudicando ſequendam & amplectẽdam eſſe, illámque ab aliquo reprobatam non inueniſſe. Ibíque plures alios illam ſequentes refert Iaſ. in l. ſi quis id quod. nume. 13. & nume. 21. ff. de iuriſdictione omnium iudi. Deci. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. numer. 92. Soci. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & poſthum. nume. 6. colũ. penu. verſ. Quartò deciditur. vbi hanc opinionem magis communem eſſe profitetur Alexand. conſ. 197. numer. 10. libr. 6. Socin. Iuni. conſ. 119. numer. 33. cum ſequentib. libr. 1. Sylua. conſ. 53. numer. 45. Portius conſ. 1. nume. 30. & num. 58. & numer. 59. Idem conſil. 116. num. 9. & 10. Pariſius conſ. 48. nume. 10. libr. 2. Idem conſ. 57. numer. 18. eodem lib. Aymon. Craue. conſ. 113. num. 2. & conſ. 130. nume. 9. Albanus conſ. 87. nume. 14. Cephalus conſi. 251. nu. 49. Natta. cõſ. 128. nu. 2. Greg. Lopez qui alios refert in l. 3. titu. 13. parti. 6. in verb. *Mugeres*, colu. 7. vbi inquit dictum Bar. in d. l. cũ auus. eſſe cõmuniter approbatũ Burgos de Pace, qui aliqua ẽt refert in Procœm. ll. Tauri. n. 123. cũ ſeq. Ant. Gabriel. lib. 6. communium opinionum, tit. de verb. ſignif.

concluſion.6.nume.106.& omnes,alij, quos in ſe-
cunda concluſione, citauimus, & alibi ſæpe Scri-
bentes.
32 ¶ De huius autem concluſionis veritate pluries
etiam controuerti ſolet:nam † ſi ex ſolo verbo,ma
ſculis fœminarum excluſio propter maſculos re-
motiores induci prætendatur:id tamen non aliter
quàm per argumentum à contrario ſenſu fieri po-
33 teſt.quod † nullo pacto ad iuris communis corre-
ctionem admittendum eſt.Tex.in l.fina.§. filiis au
tem.C.de bonis quę liberis glo.ordina. vbi Felin.
& communiter Scribentes id notant.c.ſignificaſti.
de forocompeten.Scribentes communiter in l. ſi
cùm dotem.ff.ſolu.matrimo.Iaſ.in l.1.nume.52.ff.
de officio eius,cui manda.eſt iuriſ.l.2.vbi per Scri
bentes.C.de condi.inſert.
¶ Præterea ſecluſa agnationis conſeruandæ ra-
tione eadem ratio, quæ ad excluſionem ſubſtituti
militabat in filiis maſculis,in filiis fęminis etiã mi
litare videtur.Cũ ſicut pater præſumitur noluiſſe
hæreditatẽ deferri ad agnatos vel cognatos extra-
neos, excluſis propriis filiis maſculis:eadẽ etiã ra-
tione cẽſendus ſit,illos noluiſſe admittere,excluſis
filiis fœminis ex l.cùm auus.& ex d.l.cùm acutiſſi-
34 mi. Cùm igitur eadẽ ratio in vtroque militet,ſuc-
cedit regula quòd † verbum,maſculus,fœminas e-
tiam deficientibus maſculis, comprehendat: vbi
eadem ratio in maſculo, & in fœmina concurrit.
Quod probatur ex eleganti doctrina Bald.in cap.
licet vniuerſis.de teſti. Idem Bald. in l. ſi ita ſcri-
ptũ.ff.de lega.2.Anto.de Butri.in c.fina. colum.9.
de conſue.Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. om-
ni.iudi.nume.24. Soci. Iunior cõſil.30.numer.54.
libr.2.Iaſ.in l.1.nume.16.ff.de legi.& Hippoli. in l.
vna.C. de rapt. virgi.numer.225.cum pluribus ſe-
quent.Pariſius conſil.26.num.24.lib.3.
¶ Quæ omnia comprobantur ex eo, quòd Ma-
ioratuũ inſtitutores frequentiùs ſolent de maſcu-
lis,quàm de fœminis mentionẽ facere:ex eo,quod
in maſculis, potiùs, quàm in fœminis velint me-
moriã ſuam conſeruare:non autem ex eo,quòd ve-
lint eas,deficientibus maſculis excludere.Quo ca-
35 ſu,ſuccedit alia regula,quòd † incluſio vnius perſo
næ,vel caſus,non inducit alterius excluſionẽ: ſi in-
cluſio propter maiorem frequẽtiã facta ſit,vt opi-
natur Imola in Clementina. 1. colu.4.de reſcript.
Cuius dictum ſequitur Felin.in capit.Nonne be-
ne dicimus de præſumptio numero 5.Iaſon.in d.l.
1.ff.de legib.num.1,vbi loquitur in caſu de quo a-
gimus,& in l.admonendi.ff.de iureiurand.numer.
36 107.Sícque eadem ratione † in diſpoſitione de ma
ſculo præciſè loquẽte,comprehenditur fœmina:
quando propter maiorem frequentiam, vel vſum
loquendi diſpoſitio fuit in maſculo formata, vt
cenſuit Feli. in cap. quoniam, numero quarto, de
teſti.Iaſon.in d.l.1.ff.de legi.numero 24.Hippolit.
in d.l.vna.numer.232.C.de raptu virgi. poſt.gloſſ.
verb. *Sponſam*. Iaſon. in d. l. admonendi.ff.de iur.
iurand.numer.107.Deci.conſil.568.numer.2. & 3.
vbi ſingulariter inquit verbum, *Maſculos*,appoſi-
tum cenſeri ſolùm gratia demonſtrationis,& non
ad excluſionem fœminarũ,maſculis deficientibus.
37 ¶ Sed quanuis hæc omnia probabilia eſſe videã-
tur: nunquam tamen in forenſibus controuerſiis
admitti ſolent.Imo † eo ipſo,quod Maioratus in-
ſtitutor maſculos ad Primogenij ſucceſſionem in-
uitauerit,cenſetur fœminas propter maſculos re-
motiores excludere voluiſſe, Idque ex veriſimili
voluntate,quæ ex verbo,maſculis,elicitur.Non e-
nim ad aliud veriſimiliter hoc verbum, maſculis
adiici potuit:quàm ad fœminarum excluſionem.
¶ Nec obſtat ſi dicatur, quòd Maioratus inſti-
tutor potuerit moueri aliis rationibus ad maſcu-
lorum vocationem: quàm ob rationem conſer-
uandæ agnationis. Nam illud verum eſt,ad hoc
vt ſciamus,ex hac ratione non expreſſa, non poſ-
ſe ſumi argumentum excluſionis fœminarum vl-
tra caſus, vbi inſtitutor verbum maſculis expreſ-
ſit:ſi in alia parte de fœminis meminit, vt infra i-
ſto capite ſeptima concluſione dicemus. Sed ad
hoc, vt in caſu, quo expreſſit verbum, maſculis,
ex eo non cenſeatur fœminas propter maſculos
remotiores excludere:nil refert, quòd aliis ratio-
nibus ad id efficiendum adduci potuerit: tum,
quia ſub verbo maſculis nulla fœminarum vo-
catio comprehenditur: tum etiam quia etſi ad
hoc aliis rationibus moueri potuerit, hæc ratio
conſeruandæ agnatonis ad id efficiendum præ-
cipua eſt.Ideóque potiùs attendenda atque con-
ſideranda erit: prout Scribent. pro hac principali
concluſione citati conſiderant. Sícque iſta intel-
ligi,atque practicari ſolent. Vtrum autem hæc
diſpoſitio de maſculis agnatis tantùm ,vel de ma-
ſculis etiam cognatis intelligenda ſit, dicen-
dum erit, prout infra iſto cap.concluſio.ſexta di-
cemus.
38 ¶ Quarta concluſio ſit,quòd † quoties in Primo
genio conſeruandæ agnationis ratio genericè &
abſolutè expreſſa eſt, vel quando nulla alia reddi
poteſt:tunc verba quę ſolent tam maſculos,quàm
fœminas ex propria natura comprehendere,ſo-
lùm maſculos, non antem fœminas comprehen-
dent. Ideóque ſi in aliqua parte ipſius Primoge-
nij verbum, filiis deſcendentibus, poſteris,vel ſi-
mile adiiciatur,quod ex propria natura ſoleat tam
maſculos, quàm fœminas comprehendere, ex vi
rationis expreſſæ, verbum hoc,ad ſolos maſculos
39 reſtringendum erit.Quod probatur ex eo, quod
in ſimili dixit Bald in l. Tres fratres.ff.de pact.vbi
eleganter inquit,† quòd quanuis filiorum appella
tione filiæ fœminæ comprehendantur: fallit ta-
men,quando adeſt ſtatutum, quòd filiæ fœminæ
non ſuccedant. Tunc namque ex eo quòd ſtatu-
tum cenſetur conſeruare agnationem,verbum,fi-
liis ſolùm filios maſculos comprehendet. Verba
namque generalia diſponentis,reſtringenda ſunt
ad limites ipſius ſtatuti, ac rationis conſeruandæ
agnationis.Quod etiam verum eſſe opinatur in ſi-
mili Barto.in l.hæredes mei.§.cùm ita.nume.4.ff.
ad Trebel.vbi Paul.nume.3.Alexand.nume.8.Ri-
pa.numer.75.Hanc opinionem veram eſſe profi-
tentur, eámque Ripa. ibi communem appellat
Bart.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi.nume.5.ff.de ope.
liber.Alexand.in l.Gallus.§.quidam rectè.nume.
12.ff.de liber.& poſthum.Iaſ.in l.ſi quis id, quod
ff.de iuriſdi.omni.iudi.numer.18. Idem Iaſ.in d.l.
Tres fratres,nume.12.Alber.Baunus in.d.tracta.5.
articu.principa.12.quæſtio.vbi latiſſimè proſequi-
tur materiam,Tiraquellus de retract. Lignagier.
§.1.glo.9.numero 194.Idem Tiraquel.in repe. l.ſi
vnquam.verb.Suſceperit liberos.numer.84.C.de
reuocand.dona.Anton. Gabriel.communium o-
pinionum libr.6.titu.de verb.ſignifi.conclu.6.nu-
mero 78. & alibi ſæpe Scribentes, quod pari ra-
tione ad Maioratus inſtitutionem ea ratione fa-
ctam,vt bona in agnatione perpetuò conſeruen-
40 tur,trahi poteſt.Sícque vidimus † plerunque in
forenſibus controuerſiis trahi ad Hiſpanos Maio-
ratus,



ratus,quibus ratio conſeruandæ agnationis expreſ
ſa,vel ſubintellecta eſt, omnia ea, quæ Scribentes
trahere ſolent ad ſtatuta, quibus maſculi propter
fœminas excluduntur. Quod niſi alia ratio diuer-
ſitatis adduci poſſit,probabile mihi ſemper viſum
fuit.
¶ Quinta concluſio ſit,quòd † excluſa aliqua fœ
41 mina propter maſculos,cenſentur excluſi omnes,
qui ab eadem fœmina deſcendunt, quod dixit
Bar.in l.2.§.videndum;ad fin.numero.2.ff.ad Ter-
tul.vbi eleganter inquit, quòd ſi ſtatutum diſpo-
nat, quòd filia excludatut propter maſculos, i-
dem dicendum erit, ex identitate rationis de ne-
pte, & aliis ab ipſa filia deſcendentibus. Idque
etiam ſequitur idem Bart. in l.liberorum. numer.
14.ff.de verb.ſignifi. Bald. in l. maximum vitium.
numero 7.C.de liber.præter. Cinus in l.prima.C.
quæ ſit long.conſue.Paul.in l.illam.numero octa-
uo,& 9. C.de colla. vbi reſoluens quæſtionem il-
lam, vtrum ſcilicet aliqua fœmina excluſa pro-
pter maſculum, cenſeantur excluſæ aliæ fœminæ,
in quibus viget eadem ratio, diſtinguit vtrum
fœmina, quæ excludi prætenditur, dependeat ab
illa fœmina, quæ expreſſè ac nominatim exclu-
ſa fuit: & tunc inquit, ſimiliter illam excluſam
42 cenſendam eſſe. Excluſa † namque radice, cenſen-
tur excluſi omnes illi,qui ex ea radice procedunt.
Si verò ab illa non dependeat, non cenſeri fœ-
minam excluſam: etſi ei,quæ excluſa fuit, ſimi-
lis ſit. Quam diſtinctionem inquit veram eſſe, ſi-
cut Euangelium.Cuius dictum ſequitur Corneus
ibi.nume.7.Deci.numer.13. & communiter Scri-
bentes ibidem. Idipſum etiam dixit Alexand.in
l. ſed ſi hac.§.liberos. nu.8. ff. de in ius vocan.Lu-
do.Roma.conſilio. 40. numero. quarto, Decius
conſilio.399.nume.8. & conſil.488. nume.2.Cur-
tius.Iunior.conſi.5.numero.34.Brun. de ſtatu.ex-
clud.fœmi.arti.6.numer. 89. Georgius Nattan.in
eodem tracta. ſecunda quæſtione principali, nu-
me.38.Laurus in eod tracta.numer.134.Ioan.Lece
rier.de Primoge.lib.1.quæſtio. 23. Tiraquellus.de
Primogen. quæſtio 12. Pala.Ruui.in rep.Rubr.de
doña. inter vir. & vxor. §.23.numero.14.Aymon.
Craue.conſi.127.numer.4. Anton.Rube.conſilio.
16.numer.13.Anto.Gometius in l.40. Tauri.n.31.
Pinel.qui plura refert,in l. ſi viua matre, per text.
ibi.C.de bon.mater.numer.19. Gregor. Lopez in
l.3.titul.13.part.6.in glo.verb. *Mugeres*.colum.7.&
8. Alciat.in l.liberorum.numer.11.ff.de verbor.ſi-
gni. Idque veriſſimum eſt,prout etiam ex pluri-
bus probat Franciſ.Piſcina in ſua diſputatione ex-
cluſio.fœminarum,nume.decimooctauo,cum ſe-
quent.
¶ Quod † non ſolùm in deſcendentibus ab ipſa
43 perſona excluſa, verùm in aſcendentibus ipſius
procedit.Ideóque excluſa matre propter agnatos,
auia,& proauia, excluſæ cenſendæ erunt:cùm per
medium matris defunctæ coniungantur. Quod
comprehenditur ex his,quæ notant Barto.in dict.
l.2.§.videndum.numero. 2. & Paul.in dict.l.illam.
num.8.& 9. C.de colla. & communiter Scriben-
tes ibidem. Quorum opinionem aſſerit commu-
nem eſſe Albert.Brun.in d.tracta. arti.6.3.memb.
2.quæ.col.3.verſi.ſed Paulus.
¶ Similiter etiam procedit † in deſcendentibus
44 ab ipſo maſculo excludente, ſi agnati maſculi
ſint.Barto.in l.liberorum.ff.de verbor.ſignifi. nu-
me. 12. Albert.Brun.in d.tracta. articu.8.quæſtio.
19.ad fin.Aretin.conſi.162.numero nono, Curtius
Iun.conſi.5.n.34.& alibi ſæpe Scrib.Quod extante
ratione conſeruandæ agnationis expreſſa,vel ſub-
intellecta verum eſt.
¶ Sexta concluſio, quod † qñ in aliqua diſpoſitio
45 ne vocantur filij,ſeu deſcendentes maſculi,ea di-
ſpoſitio de maſculis deſcendentibus ex maſculis:
non autem de filiis, vel deſcendentibus maſcu-
lis, qui à fœmina deſcendunt, intelligenda eſt.
Quod probatur ex eleganti doctrina Ioan. Andr.
referentis Richard.de Malumbre in addi. ad Spe-
cul.in Rubr. de teſta.in fi.cuius doctrinam ſequi-
tur Bald.conſil.40. libr. 3. ſecundum nouam im-
preſſionem.Idem Bald. in l. 1. ff.de ſenato.vbi aſ-
46 ſignat elegantem rationem: ſcilicet † quia non po
teſt plus iuris eſſe in cauſato, quàm in influenti
47 potentia cauſæ. Sicut † enim fœmina ipſa ſi viue-
ret, excluderetur à ſucceſſione: ſimiliter etiam
maſculus ab illa deſcendens excludendus erit.
Quod etiam ſequitur Mattheſi. notab. 130. Franc.
Cremen.notab.120.Paul.numero.16.Alexand.nu-
mero tertio,Iaſon.numer.16.17. & 18.& commu-
muniter Scriben.in l.Gallus. §. nunc de lege Vel-
leia.ff.de liber.& poſthum.Corol.Molin.qui plu-
ra refert in conſuetud. Pariſien. titu. primo.§.16.
nu.6.Grego.Lopez in d. l.3.tit.13.parti.6.verbor.
*Mugeres*,columm.7.& 8. Idque etiam profitentur
omnes Scribentes quos ſupra in hoc capite cita-
uimus: dicẽtes ex maſculinitatis expreſſione cen-
ſeri habitam rationem agnationis. Cùm enim
maſculi à fœminis deſcendentes non agnati, ſed
cognati eſſe cenſeantur: conſequens eſt, vt in di-
ſpoſitione,in qua agnatio conſideratur, ſuccedere
non poſſint:etiamſi ipſi maſculi ſint,vt communi
ter in d.§.nunc de lege Velleia.Scribent.annotare
ſolent. Quod eſt ſingulare pro extenſione conclu
ſionis præcedẽtis.Adeò namque verum eſt, quod
† excluſa filia, deſcendentes ex ea per conſequens
excluſi cenſeantur, vt hoc non ſolùm procedat
in fœminis, ſed etiam in maſculis deſcendenti-
bus ex ea.Quod etiam omnes Scribent.pro præce-
denti concluſione citati non obſcurè cenſue-
runt.
48 ¶ Hæc autem concluſio intelligenda eſt in
omnibus caſibus, quibus diximus atque infe-
riùs dicemus,in Maioratus inſtitutione conſide-
ratam fuiſſe agnationis conſeruationem, † ſed v-
bi in Maioratu de conſideranda agnatione non
agitur, ſub appellatione maſculorum, maſculi
ex fœminis deſcendentes comprehenſi eſſe cen-
ſentur: veluti ſi Maioratus inſtitutor vocauit fi-
liam ſuam,& eius deſcendentes maſculos:ſub hac
namque vocatione deſcendentes maſculi, etiamſi
ab aliqua fœmina ab ipſo inſtitutore deſcendenti
procreati fuerint, comprehenduntur,cùm in hoc
Primogenio, ex vocatione maſculorũ non cenſea
tur habita agnationis ratio, ſed ſolùm nudæ ma-
ſculinitatis: quod ſic reſoluit Ancharr. conſ.359.
col. 3. & 4. Raphael. Fulgoſius ſic intelligendus
conſ. 86. Socinus in l.cùm auus. numero. 82.ante
finem.ff.de conditio. & demonſtrati. Fran. de A-
reti.col. penul.& fin.Bartho. Socinus nume.59.in
d.l.Gallus.§.nunc de lege Velleia. Decius qui e-
leganter loquitur in propoſito, conſ.303.nume.8.
Anto. Rubeus qui meliùs quàm alius id declarat,
conſ.22.numero.12.Carol. Molin.in conſuetu.Pa-
49 riſi.titu.1.§.16.numero.7. Idque etiam compro-
batur ex his quæ infrà iſto cap.n. 49.dicemus pro
bantes, quòd † quando Maioratus à fœmina inſti-
tutus fuit, verbum maſculis, maſculos ex fœ-
mina

mina deſcendentes comprehendit: quod ſummè notandum atque memoriæ commendandum erit: vidimus namque de his litem ſatis controuerſam ſuper quodam oppulentiſſimo Primogenio, quæ ſecundùm hanc noſtram opinionem deciſa fuit.

50 ¶ Septima concluſio, quòd † quoties in aliqua parte, ſeu clauſula Primogenij, vocantur fœminæ, etiamſi pluries in eo Primogenio maſculi vocati fuerint, in eo non cenſetur habita agnationis ratio, ſed ſolùm prælatio maſculis tributa: ita vt in eorum defectum fœminæ eiuſdem gradus ſuccedant: quod dixit Bald. conſilio 473. libro 5. vbi inquit, tunc cenſeri agnationem conſeruatam, quando fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur, & quòd tunc quicunque agnatus quantumcunque remotus, fœminam propinquiorem excludet: idipſum etiam notat Alex. conſ. 115. nu. 10. lib. 2. vbi inquit non cenſeri habitam rationem agnationis, vbi fœmina in aliqua parte diſpoſitionis vocata inuenitur. Socin. in l. cùm auis numero 82. verſiculo. Secundus caſus. ff. de conditio. & demonſtra. Idem Socinus in l. Gallus. §. nūc de lege Velleia. ff. de liber. & poſthu. colu. fin. circa finem: idem conſ. 28. n. 26. lib. 4. idem conſi. 9. n. 20. lib. 3. Decius conſ. 370. n. 30. Gozadinus conſ. 29. n. 3. Socinus Iun. conſ. 6. nu. 20. verſi. Nec etiam obſtat, lib. 1. idem conſ. 118. n. 5. eòdem lib. & conſ. 158. n. 42. lib. 2. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſ. titu. 1. §. 16. n. 8. & 9. Curtius Iuni. conſil. 172. nu. 4. & 5. Aymon. conſ. 180. n. 1. & conſi. 306. n. 5. Quod eſt ſatis ſingulare ad hoc, vt in hoc, caſu non poſſit ex ratione conſeruandæ agnationis de caſu ad caſum Primogenium extendi: cùm ex huiuſmodi diſpoſitione non fœminarum excluſio, ſed ſolùm maſculorum prælatio & prædilectio comprehendatur: ſicque vidimus hæc pluries ad fœminarum admiſſionem in forenſibus controuerſiis adduci. Idque verum eſt, quanuis inter ipſos maſculos qui fœminis præferuntur, & illorum reſpectu non dubitandum ſit, quin fœminæ excluſæ cenſeantur.

¶ Ex quibus infertur non bene dixiſſe Ancharra. & Florian. inter conſilia ipſius Ancharran. conſilio 359. incipient. Nos petrus, atque etiam Socinum. conſi. 81. numer. 12. libro 4. Corneum conſil. 14. nume. 10. lib. 1. Bald. inter conſilia Angeli conſilio 68. & Angel. conſil. 69. Socinum Iun. conſ. 25. nume. 37. cum ſequentibus, libro primo: & Grattum, & Carolum Ruinum in locis, in quibus illos refert Antoninus Gabriel communium opinionum lib. 6. tit. de ſtatutis, conc. 6. numer. 2. & Gregorius Lopez in l. 3. titu. 13. parti. 6. in gloſ. verbo. *Mugeres*, colum. 7. verſ. Et procedit: qui omnes opinati ſunt, non ideò ceſſare rationem conſiderationis agnationis, quòd teſtator in aliqua parte fœminam, ſeu maſculum cognatum ad eius ſucceſſionem vocauerit: nam vel ea omnia falſa ſunt, vt ex ſuperiùs adductis comprehenditur: vel erunt intelligenda vno ex duobus modis. Primò quando ratio conſeruandæ agnationis à teſtatore expreſſa fuit: non autem quando illam volumus ex vocatione maſculorum deducere: tunc namque illam deducere non poſſumus, quando in aliqua parte cognatus vocatus fuit. Secundò, quòd cenſeatur conſiderata ratio agnationis quoad ſolas perſonas vocatas, non autem vt ex earum vocatione poſſimus eam diſpoſitionem ex ratione conſiderationis agnationis extendere ad alios nō vocatos, quod ex verbis Scribentium, quos paulò antè citauimus, comprehenditur. Sicque intelligendus eſt text. in capit. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. reſtringendo illum ad ſolos maſculos vocatos, ſi de illo ad Primogeniorum materiam arguamus.

51 ¶ Octaua concluſio, quòd † diſpoſitio fœminarum excluſiua, de caſu ad caſum extendenda ſit, quoties ſi ad illum caſum non extenderetur, perſona proximioris gradus atque magis dilecta deterioris conditionis quàm ea quæ eſt remotioris gradus atque minùs dilecta, futura eſſet l. Publius. §. 1. ff. de condi. & demonſtrationib. l. ſi viua matre. C. de bon. mater. Per quæ iura id opinatus fuit Fulgoſ. in lege prima ad fin. C. de cond. inſert. Vbi limitat Tex. ibi dicentem, ſubſtitutionem factum alicui, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcere relicto nepote ex filia, niſi teſtator habens filium maſculum & filiam, non vocata filia, filio ſubſtitutum dederit, ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit: tunc namque verbum *Liberis*, de maſculis intelligendum erit: nam ſi aliter intelligeretur, filia teſtantis deterioris conditionis eſſet, quàm neptis: vbi enim filia non vocatur: neptis etiam excluſa cenſenda erit, ne deterioris conditionis filia quàm neptis eſſe cenſeatur, quem etiam ſequitur Paulus ibi numero nono vbi inquit, quòd in quadam magna cauſa fuit primus, qui pro hac opinione conſuluit: quanuis poſteà requiſitus pro exhibēdo conſilio, nunquam voluerit pro hac parte conſulere: quia vidit conſilia plurimorum doctorum in contrarium, & quòd propter eius difficultatem cauſa illa tranſactione compoſita fuit. Quam etiam opinionem ſequitur Corneus numero tertio. Idq; etiam ſequutus fuit Socinus in l. cùm auus. numer. octuageſimo ff. de condi. & demonſtra. Deci. conſil. 15. nume. 5. & conſilio 480. numero. 2. Curtius Iuni. conſil. 35. numer. 5. Cepola, conſil. ciuili. 49. numero 7. Iaſ. conſilio 1. & 2. libro 2. quaſi per omnia illa duo conſil. latiſſimè proſequitur materiam. Deci. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. numer. 98. Soci. Iuni. conſil. 1. numer. 114. lib. 1. Gozadinus conſilio 89. numero 5. Carol. Ruinus conſilio 133. numero 3. libr. 3. Franciſcus Piſcina, qui plura in id congerit in ſua diſputati. de fœminarum excluſione numer. 16. cum ſequentib. qui in id omninò videndus erit.

52 ¶ Et quanuis contrariam opinionem veriorem eſſe profiteantur Bolog. inter conſilia Alexandr. conſil. 53. nume. 18. & numer. 21. cum ſequentib. libro 4. & Iaſ. qui alios refert conſil. 3. nume. 5. colu. 8. libr. 2. Eorum † tamen opinio intelligenda eſt: quando ſubſtitutus erat extraneus, ſeu etiam cognatus: ſed quando ſubſtitutus erat agnatus, verior opi. videtur, quòd conſeatur habita ratio agnationis, & per conſequens, quòd neptis ex prædicta ratione excludenda ſit. Sicque has opiniones conciliauit Deci. conſil. 370. numer. 2. & 3. vbi ſic intelligit text. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. & in l. cùm auus. ff. de cōditionib. & demonſtrationib. & l. primam. C. de condi. inſert. Quam concordiam etiam admittunt Soci. conſil. 6. num. 20. lib. 3. Gozadi. d. conſil. 89. nume. 9. Grattus cōſil. 68. num. 12. lib. 1. D. Dida. de Couar. in c. Rainaldus. in princi. de teſtam. numer. 2. Pinelus in l. 3. C. de bon. mater. num. 24. vbi opinionem hanc communem eſſe profitentur.

¶ Sed etſi hæc concordia communiter ab Scribentibus probetur de ea tamen dubitat Pinel. in

d. l. 3.



d. l. 3. C. de bon. mater. n. 27. vbi inquit, ex hac tam leui coniectura pręſumendum non eſſe, teſtantem voluiſſe excludere eius legitimam ſobolem fœmineam propter maſculos tranſuerſales, cùm potuerit eſſe, quòd non vocauit filiā ex eo, quòd erat donata, vel nupta, vel aliàs eidem non dilecta, vel odioſa vel ex pluribus aliis rationibus, quæ in excludenda nepte non militant: ídque profitetur ſibi verum videri, niſi agatur de Maioratu vel de bonis ſimili vinculo perpetuò affectis, vbi poſſit conſiderari conſeruatio ſanguinis & honoris familiæ. Tunc namque inquit hanc coniecturam ſufficere ad filiæ excluſionem, propter maſculos remotiores.

¶ Hæc autem exactiùs attendenda eſſe videntur. Nam nec etiam in Maioratuum ſucceſſione hæc coniectura tanti æſtimanda eſt, vt ex ea ſola fœminæ ab inſtitutore, vel vltimo Maioratus poſſeſſore, deſcendentes, propter maſculos remotiores excludantur. Idque ex eiſdem rationibus quas Pinelus dicto numero 27. adduxit, facilè ſuadetur. Quæ omnes in Primogeniorum ſucceſſione vbi fœminæ propter maſculos remotioris gradus excluſæ non ſunt, æquè militant, cùm in Primogeniorum ſucceſſione fœminæ propter maſculos remotiores non excludantur, niſi id expreſsè ac præciſè diſpoſitum ſit, etiamſi de familiæ ac ſanguinis conſeruatione in eiſdem agatur: imò id eſſet contra Primogeniorum naturam, vt in capite præcedenti latiùs oſtendimus. Ideóque prædicta concordia ſolùm admittenda erit, vbi in Maioratu, agnationis conſeruationis ratio, ſiue expreſſa, ſiue ſubintellecta adiecta eſt, vel aliàs id ex præſumpta mente Maioratus inſtitutoris comprehenditur. Nec ſufficit ad hoc efficiendum ſola illa coniectura, ſcilicet, ne deterioris conditionis ſit filia, quàm neptis. Cùm ad id efficiendum, Maioratus inſtitutor aliis rationibus moueri potuerit, quæ agnationis conſeruationem præciſsè non inducant. Quod comprehenditur ex his, quæ dixit Deci. dicto conſilio 370. numero ſecundo & tertio: vbi ſolùm hanc opinionem admittit. vbi teſtator de conſeruanda agnatione agit. Quod etiam alij Sribentes, qui illum ſequuntur non obſcurè ſentire videntur. Híſque adſtipulatur deciſi. text. in l. licet Imperator. ff. de legat. 1. ibi. *Quid ſi certa cauſa fuerit cur ab inſtituto reliquerat in inſtituto ceſſaret.*

53 ¶ Illud tamen animaduertendum eſt, hanc coniecturam quæ ex d. l. Publius. §. 1. & ex d. l. ſi viua matre elici ſolet, maioris effectus eſſe: quando de perſonis Maioratus inſtitutoris ignotis agitur: quàm cùm de perſonis eidem notis controuertitur. Cauſæ namque ex quibus inſtitutor Maioratus poteſt plures, perſonas remotiores proximioribus anteponere, in perſonis ignotis ipſi inſtitutori militare non videntur: imò veriſimiliter non maior affectio ad vnam, quam ad aliam habuiſſe, cenſendum eſt: niſi ex gradu proximiori, vel remotiori. Quod comprobatur ex text. in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inofficioſo teſtamento vbi dicitur, quòd is, qui natus non eſt, nec poteſt eſſe gratus, nec ingratus teſtatori. Per quem text. ſic limitat, & intelligit ſuperiùs adducta Bartolus Socin. in l. cùm auus. colummna 49. & 50. numero 80. ff de condit. & demonſtrat. vbi inquit ſatis eleganter, quòd † in filiis, vel deſcendentibus non natis, ſed naſcituris non poteſt aſſignari ratio, quare maiorem affectionem habeat teſtator ad vnum, quàm ad alium: & recedatur ex ea, à deciſione tex. in d. l. ſi viua matre. *Quod etiam repetit* conſilio ſexto numero decimonono libro tertio vbi id notabiliter declarat. Idque etiam dixit Iaſ. in l. qui filiabus. numero decimonono ff. de legat. 1. quanuis in hoc etiam dici poſſit, quòd eadem ratio affectionis, quæ Maioratus inſtitutorem induxit ad præferendum filium, quem nouit & ad quem maiorem affectionem habuiſſe compertum eſt, potuit etiam illum inducere ad præferendos illius deſcendentes, etſi illos non cognouerit: quæ ratio ex l. cùm auus. ff. de condit. & demonſtra. & ex lege cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſ. cum ſimilibus deriuatur. Quod ſummè conſiderandum, atque cùm caſus occurrerit animaduertendum erit.

54 ¶ Nona concluſio, quòd † diſpoſitio fœminarū excluſiua de caſu ad caſum extendenda erit, vbi ſi non extenderetur, reſultaret abſurdum, ſeu repugnantia, vel aliàs diſpoſitio ipſa illuſoria redderetur. Quod comprobatur ex eleganti doctrina, quam ponit gloſſa in capite quanquam de vſur. libro ſexto verbo, *aliter facta*, vbi inquit, quòd diſpoſitio pœnalis extenditur de caſu ad caſum: ne ſi non extenderetur, aliás illuſoria futura eſſet. Per quā gloſſ. id opinatur, Imola in l. ſi verò. §. de viro. columna 8. verſic. Fallit ſecundò. ff. ſolu. matrim. Alber. Brunus loquens in materia fœminarum excluſiua, in dicto tractat. 5. articul. principali. verſiculo. Nono temperatur Iaſ. in l. talis ſcriptura. numer. 21. ff. de lega. 1. Aymon. Craueta de antiquita. tempo. 4. parte. numer. 137. vbi plura in idem adducit: quòd extante ratione expreſſa agnationis conſeruandæ, vel ſubintellecta, verum mihi videtur.

55 ¶ Decima concluſio, quòd † quoties in materia fœminarum excluſiua Maioratus inſtitutor diſcretiuè de maſculis, & fœminis diſpoſuit, maſculos nomine filiorum, fœminas verò nomine filiarum appellans verbum, filiorum, non ad filias fœminas: ſed ſolùm ad filios maſculos referendum erit: etſi qualitas maſculinitatis adiecta non fuerit: prout dixit ſatis eleganter Baldus in lege in multis. ff. de ſtatu. hominum cuius dictum refert & ſequitur Socinus conſilio ſexageſimotertio. nume. 15. libro 3. Iaſ. in l. ſi quis id quod numer. 13. ff. de iuriſdic. omn. iudi. Idem Iaſon. in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulgari. numero octauo. Idem Iaſon. in lege talis ſcriptura. numero trigeſimo octauo ff. de lega. 1. Albertus Brun. in dicto tractatu articulo quinto quæſtione decimatertia columna fina. Gregorius Lopez. in l. 3 titul. 13. parti. 6. gloſſ. verb. *Mugeres*, colu. 7. Anto. Gabriel qui plura refert communium opinionum lib. 6. ti. de verb. ſig. conclu. 6. num. 57.

56 ¶ Vndecima cōcluſio, quòd † ſi in primis vocationibus Maioratus inſtitutor ſemper inuitet ad eius ſucceſſionem filios ac deſcendentes maſculos: quanuis in ſequentibus ſubſtitutionibus vocet filios, vel deſcedentes abſque adiectione huius verbi, maſculos, hæc maſculinitatis qualitas repetita cenſenda erit. Cùm verba hæc ex his, dixit Maioratus inſtitutor, in præcedentibus ſubſtitutionibus declaranda, & accipienda ſint, & eius mentis ac voluntatis præſumatur fuiſſe in ſubſtitutionibus: cuius comprehenditur fuiſſe in inſtitutionibus. Quod dixit Bartolus in lege finali numero ſecundo. ff. ad Trebellianum Abb. conſi. 36. numero. 3. libro 1. Raphael Cuman. conſilio 117. co-

lum. 2

lum.2. Curti.Seni.conſ.50. colum.penult. & conſil. 75.incipi. Dominus Ludouicus columna tertia Paul.Caſtren. conſil. 123. colum. fina.libro primo Anchara. conſil.82. colum. 4. verſicul. poſtremo. Corneus conſi.20.numero.22.& 23.libro 4.Idem conſ.275.numer.5.eodem libro, Aretinus conſilio 143.numero. 5. Alexander conſil. 52. numero. 20. cum ſequentib.libro.4.Idem Alexander conſilio. 29.numer.4.libr.1.Iaſ.in l.Centurio.ff.de vulgari. & Pupi.numero.59.Iaſ.in l.ſi quis id, quod nume. vigeſimoprimo.ff.de iuriſdi.omn.iudi.Idem in l. qui filiabus.numer.3.ff.de lega.1.Iaſon.conſil.140. columna.octaua libr. 2. vbi hanc communem opinionem eſſe profitetur,& conſil.141.column.nona eodem libro. Ripa. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus el primero.numero.17.ff.ad Trebellia. Deci.conſilio 15.numer.3.Idem Deci.conſilio 370.numero. 3.Idem conſil. 495. numero.10.& 11. Guido Papæ deciſi.485.& conſil.87.numero.2. Curtius Iunior. conſil.11.numer.7.& 8.vbi in final.verb.hanc communem opinionem eſſe profitetur. Idem conſil. 114.numero.19.Gozadi.conſil. 45.in princip. Pariſi.conſil.18.num.vigeſimoprimo, cum ſequentibus libr.2.& conſi.72.num.34.libr.4. Soci.Iunior conſi.90.numer.17.libr.1.Burgos de Pace in Proœmio.ll.Tauri, nume. 130. Gregorius Lopez in l.3. tit.decimotertio,partic. 6.in gloſſ.verb. *Mugeres*. column.8. verſicul. Sed quid ſi fœminæ. Grattus conſil.89.numero 1. & 2.libro. 2. Ruinus conſilio 147.numer.7.libr.2. Anton. Rube.conſil. 62. numer.2.in fin.vbi hanc etiam communem opinionem eſſe profitetur, Iulius Clarus, qui etiā cōmunem opinionem appellat libr.3.ſenten.§.teſtamentum.quæſtio.76.ad finem. Petrus de Peralta, qui etiam hanc dixit communem opinionem in l.Titia cum teſtamento. §. Lucius Titius. el ſecundo, numero quinto,& 6. ff. de lega.2. Fran. Piſcina in ſua diſput.de exclu.fœmi.num.vigeſimoſecundo, Anto. Gabriel qui plura refert lib.3. communium opinionum, tit.de teſtamentis, cōcluſio.10.num.1.

¶Sed quamuis tot viri grauiſſimi prædictam opinionem ſequantur, plures tamen, atque maximi nominis iuris interpretes, contrariam ſententiam veriorem eſſe profitentur, dicentes, quòd etſi verbum, maſculos, in vna ſeu etiam pluribus partibus Maioratus appoſitum ſit: non tamen in alia eiuſdem parte, vbi deeſt, ſupplendum erit. Imò ex eius expreſſione facta in vna parte, cenſendum eſt, Maioratus inſtitutorem verbum, maſculis, in alia parte conſultò omiſiſſe, cùm ſi id voluiſſet, expreſſiſſet. Quod potiori ratione in materia, de qua agimus, dicendum erit: cùm verbum hoc ad fœminarum excluſionem propter maſculos remotiores aduerſus iura communia ſupplendum non ſit. Quod verum eſſe profitentur Petrus de Ancharra. ſibi contrarius, conſilio.120.incipiendo. Pro clariori deciſione.in finali. Ioannes. de Ana. conſilio.vigeſimoſecundo, num.3. Socin.conſilio.69.num.5.lib.3.Idem conſilio. 63. numero 27. eodem.libro. Alexander. ſibi contrarius, conſilio. 38.num. 8. lib. 6. Curtius Seni. ſibi etiam contrarius, conſilio. 63. col. 11. Bolog. conſilio.53. inter conſilia. Alexander.num.17.cum ſeq.libr. 4. Corneus conſilio.230.numer.6.libr.3.Iaſon. conſ.142. col.pen.volum.2. Deci.conſ.417.nu.19. & conſil. 309 nu.8. Carol.Ruinus.conſ.93.nu. 15.lib. 2. Antonius.Rubeus conſ.31.num.6.Socin. Iuni.conſil. 29.numero.12.lib.1.& conſ.100.nume. 2. lib.2.vbi hanc communem opinionem eſſe profitetur. Grattus conſilio.18.numer.58.libr.2. Pariſius conſilio. 14.nume.20.cum ſequenti.libri.3. & conſ.35. numer.16.cum ſequen.eodem libro. Alciatus in l.Herennius.ff.de verbo.ſign.numer. 4. Celſus conſil. 120.numer. 52.cum ſequen. Quibus plura pro vtraque parte cumulat Franc. Marzarius. in ſuo Epito.fideicommi.q.21.quæ apud ipſum videri poterunt. Similiter etiam plura cumulat Anto. Gabriel lib.3.comm.opinio.titu.de teſtam. conc.10. num.6.

¶In hac autem opinionum varietate, hæc ſecunda opinio proculdubiò mihi magis placet, niſi in caſibus, quos ſtatim declarabimus. Idque vltra eas rationes quas paulò antè adducebamus, comprobatur ex eleganti doctrina Ioan.de Imol. in Clementi.1.col.fina. de ſupplen.negli. Præla.vbi inquit, †nunquam præcedentia in ſequentibus
57 cenſeri repetita: quando agitur de repetenda qualitate aduerſus diſpoſitionem iuris communis. Cuius dictum refert & ſequitur Iaſ.in l. talis ſcriptura.nu. 28.ff.de lega. 1. vbi plura in idem adducit idem Iaſ.in l.ſi idem cum eodem. n.4.ff. de iuriſd.omn.iudi. Idque etiā anteà dixit Bar.in l.Prętor.la ſegunda.§.erítque differentia.n. 1.ff.vi.bon. rapt. Quem etiam ſequitur Feli. in c. cauſam quæ de reſcript.n.4.cum ſeq. Gozadi. qui plura refert conſ.9.num.36. Carolus Ruinus conſ.187.num.10. lib.3.Soci.Iuni. conſ.142. n. 26.lib. 3. & alibi ſæpe Scrib. Quod præſertim in materia fœminarum excluſiua dicendum erit, ex his, quæ in c.præced. latiùs adducta ſunt.

¶Hæc autem ſecunda opinio, quam nunc tan-
58 quam probabiliorem eligimus, non procedit, vbi ratio conſeruandæ agnationis in Maioratu expreſſa vel ſubintellecta eſt. Tunc namque †certiſſimum eſt, qualitatem maſculinitatis in vna parte ſubſtitutionum expreſſa, ad alia referenda eſſe. Sícque declarat, & intelligit doctrinam Bartol. in in dicta. l. final. ff. ad Trebellianum. Socinus in l.cùm auus.colum.49.& 50.Socin.numer. octauo cum ſequen.ff. de condi. & demonſtra. Ancharra. conſilio.26.col.1. Crottus in l. Gallus.§. & quid ſi tantum.col.16.verſicul. 2. concluſio. ff. de libe.& poſthu. Deci.conſil.370.numero.3.Idem conſilio. 480.nu.2.& 3.& conſi.515.nu.3.Carol.Ruinus.conſil.146.n.7.& 147.nu.7.& 148. n. 6. & 149.numer. 11.lib.2.Curtius Iuni.conſil.139.n.15.cum ſeq. Anton.Rubeus conſil.31.nu.6.& conſi.71.nume. 6.& conſil.141.num.7.Pariſi.conſi.18.nu.34. & 35.libr. 2.Grattus conſil.54.nu.29.& 30.lib. 2.& conſil.35. n.17.cum ſeq.libr.1.& conſil.111 num. 17.cum ſeq. lib.2. Quod etiam propè omnes Scrib. quos pro prima opinione citauimus, ſentire videntur: hancque concordiam inter opiniones contrarias ſequutus fuit Anto.Gabriel.d.lib.3. titu. de teſtam. conc.10.nu.16.

59 ¶Secundò etiam †ea opinio non procedit, quando verbum, filiis maſculis, & verbum, filiis in vna atque eadem oratione inueniuntur, & ab eodem verbo reguntur. Tunc namque verbum, maſculis, in vna parte adiectum, in alia repetitum eſſe cēſetur, quòd ſic declarāt Decius cōſ.15.n.3. Carolus Ruinus in cōſiliis quæ ſupr.iſto cap.n.56.citauimus. Gozadi.cōſ.45.n.1.& 2. Ant.Gabriel.d.lib.3. tit.de teſta.conc.10.n.7. Grattus in cōſiliis, quę ibi ĕt citauimus. Pariſ.d.conſ.18.n. 33.& 34.& 37.libr. 2. Idq; cōprobat ex doctr.Bar.in d.l. Præt.§.erítq; differētia.n.1.ff.de vi.bō.rap. quod ſcilicet qn̄ qualitas eſt appoſita in vna oratione, & regiť ab eodē verbo, ſemper in vtroque caſu repetita cenſenda erit: ſecùs autem ſi in diuerſis orationibus repetitio fieri prætēdatur. Quod etiam notat idem Bart. in l.Sciæ.§.Caio.n.3.ff.de fund.inſtruct.idem Bart. in l.in repetendis.n.1.col.3.ff.de lega.3. & vtrobiq; per Scrib. Ex quo videtur dicendum, quòd ſi in vna oratione dixerit Maioratus inſtitutor: poſt mortem Seij, Titius & filij eius maſculi, & eis deficiētibus filij, qui ex Mæuio ſupererint, ſuccedant: cēſebitur repetita qualitas maſculinitatis in filiis Męuij: quia omnes vocationes regūtur ab eodem verbo, ſuccedant, & in vna atque eadem oratione comprehenduntur.



¶Sed quāuis hoc à prædictis grauiſſimis Authoribus probetur, crederē, quod in caſu de quo agimus, & ſimilibus nō admitteretur: niſi ratio cōſeruandę agnationis expreſſa, vel ſaltim ſubintellecta in Maioratu adiecta eſſet. Nam prædicta Bar.opinio huic clauſulæ applicari poſſe nō videtur. Cum quanuis filij Titij, & Męuij ab eodem verbo regātur: oratio tamen diuerſas perſonas comprehēdat, & in vnaquaque earum poſſit diuerſa ratio verſari. Ideóque potius in hac parte dicendum videtur: qualitatē maſculinitatis repetendam non eſſe. Imò quanuis eſſemus in terminis in quibus Bartol. loquutus fuit: adhuc in caſu, de quo agitur repetitio inducenda non eſſet. Cùm agamus de materia fœminarum excluſiua, & iuris communis correctoria. In qua etiam in caſibus vbi aliàs qualitas in vna parte appoſita in alia repetita cēſenda eſſet, repetitio non procederet. Bartolus autem non loquitur in materia correctoria. imò in ea expreſsè dixit repetitionem non eſſe inducendam: etiam ſi oratio vna ſit, atque ab eodem verbo regatur: prout ipſe Bartol.in d.l.Prętor.§.eritque differentia.nu.1. profitetur. Quod Scribentes ſupra relati etiam cenſuerunt.

60 ¶Poſſet tamen † prædicta opinio dicentiū qualitatem maſculinitatis in eadem ratione repetendā eſſe, procedere: quando verbum: *maſculis*, eſſet appoſitum in filiis alicuius certæ, atque determinatæ perſonæ, & poſtea in eadem oratione, de filiis illius, abſque adiectione verbi: *maſculis*, mentio facta fuit. Tunc namque verbum illud, de eiſdem filiis ſimpliciter prolatum cum eadem qualitate intelligendum erit, quoties de eiſdem mentio facta fuerit. Quod dixit Anto.Rubeus conſil.31.nu.6. & conſil.71.n.6.& iterum conſi.14.n.7. quem ſequutus fuit. Peralta.in l.Titia.cum teſtamento. §. Lucius Titius el.2.ff.de lega.2.nu. 6. Carolus Ruinus conſil.124.n.5.paulò ante finem lib.3.idem conſil. 168.n.13.eod.lib. Anto.Gabriel.d.libr.3.tit.de teſtamentis concluſione 10.n.13.

¶Similiter etiam poſſet prædicta opinio proce-
61 dere quādo † Maioratus inſtitutor dixiſſet, Titius & eius filij maſculi, & eis deficientibus Seius, & ſui ſuccedant, quod Hiſpanè loquendo ſic dici ſolet. *Succeda Fulano y ſus hiios varones y a falta dellos Fulano y los ſuyos*. Tunc namque verbum illud *los ſuyos* omnes qualitates tam filiationis quàm maſculinitatis cōprehēdit. Ideóque, ad vtramq; qualitatem referendum eſt. Nec mirum ſi quādo Maioratus inſtitutor dixit, Succedant Titius & filij ſui maſculi, & eis deficientibus Sæius & eius filij, dixerimus qualitatem maſculinitatis non videri repetitam, cùm enim Maioratus inſtitutor verbū *filiis* adiecit, potuiſſet verbum *maſculis* adiicere. Ideóque, ſi illud nō adiecit: non voluiſſe maſculinitatem repetere cenſendum eſt, ea namque repetitio ex verbo *filiis* ex ſui natura non inducitur, cùm autem adiecit verbum *ſuis* non erat, neceſſe verbum *maſculis* adiicere, cùm verbum *ſuis*, tam ad maſculinitatem quàm ad filiationem neceſſariò referendū eſſet. Neque eſt cur potius ad vnum quàm ad aliud referatur, quod ex his quæ Scribētes in l.1.C.de liber.pręter.& in l.3.§.filius.ff.de liber.& poſth.& in l.talis ſcriptura.ff.de lega. 1. annotare ſolent, comprobari poterit. Idque in terminis de quibus agimus, comprehendi poteſt ex Gratto.conſil.111.numer.31.& 32.libr.2. quibus plura alia exempla coniungi poſſent, quorum aliqua apud Alciat in d.l.Herennius.ff.de verbo ſigni.videri poterunt.

¶Illud tamen a imaduertēdum eſt, quòd ſi Maioratus inſtitutor Primogenium, inſtituit, atque plures vocationes maſculorum fecit: nec vlteriùs ad faciendas alias vocationes proceſſit, quanuis hoc caſu proximiores poſt nominatos admittendi ſint, nō tamen cum repetitione qualitatis maſculinitatis admittendi erunt, prout ſupra lib.1.cap.6. numer.26.latius annotauimus. Quod quando ratio conſeruandæ agnationis in ipſo Primogenio expreſsè appoſita non eſt, apertiſſimè procedit. Nō enim tot ſpecialitates introducēdę ſunt, vt ſcilicet ex coniectura volūtatis Maioratus ſucceſſio, etiam deficientibus vocationibus vlteriùs progrediatur, & quòd etiam maſculi remotiores in eiſdē aduerſus ius commune fœminas, proximiores excludant, quando autē in ipſo Maioratu ratio conſeruandæ agnationis tacitè ſiue expreſsè adiecta eſt, hæc dubia videntur, cum ex ratione expreſſa vocationes. tam nominatim factæ, quàm ſubintellectæ accipiendæ, atque interpretandæ ſint: quod cum caſus contingerit maturius conſiderandum
62 erit.

¶Tertiò prædicta ſecunda opinio nō procedit, quando qualitas maſculinitatis per viam regulæ generalis in Maioratu appoſita eſt, veluti quando Maioratus inſtitutor dixit; *Volo quòd ſemper in hoc Maioratu maſculi & non fœminæ ſuccedant*, tunc namque verbum *filius* poſteà adiectum, de maſculis intelligendum erit. l.3.§.filius ff.de liber. & poſthu.l.quæ conditio.ff.de condit.& demonſtrat. Idque ſic declarat Grego. Lopez in l.3.tit.13. parte 6.in gloſſ.verbo.*mugeres*.colum.8.verſic.ſed quid ſi fœminæ. Idque comprobatur ex eleganti doctrina Bartol.in l.Prætor.§.erítque differentia. numero 1.ad fin.ff.vi bon.rapto.vbi inquit † quod quando aliquid eſt appoſitum in aliqua diſpoſitione per viam regulæ generalis, id quod dictum eſt ibidem cenſetur in ſequentibus repetitum l.regula.ff.de iu.& facti igno. Vbi Bart.n. 1.& alibi ſępè Scrib.

63 ¶Quartò † prædicta ſecūda opinio nō procedit, quando ſi qualitas maſculinitatis repetita nō cenſeretur, deterioris cōditionis eſſet proximior, quā remotior. Tunc namque qualitas, maſculinitas, in vna parte adiecta, in alia repetita cenſenda erit, prout cenſuerunt Curtius Iun.conſi.114. num. 19. Grattus conſil.111.num.24.cum ſequen.lib.2. Ruinus.conſil.124.numero 4. libr. 3. & propè omnes Scrib. quos ſupra iſto ca.num.51.citauimus, de quo tamen dicendum erit, prout ſupra iſto cap.nu. 52. dictum eſt.

64 ¶Quintò prædicta ſecunda opinio nō procedit, quando verbo, filiis, adiectum fuerit verbū, ſupra

ſcriptis, vel ſupradictis, vel præfatis, vel aliud ſimile. †Ex natura namque horum verborum qualitas maſculinitatis in prima ſubſtitutione appoſita, cenſetur in ſequenti repetita. Curtius Iunior conſil. 115, nu. 21. Anto. Gabriel. d. l. 3. de teſtamen. conclu. 10. n. 14. Idem lib. 6. de verbo ſigni. concl. 6. nu. 112. cum ſequentibus.

65 ¶Sextò, † prędicta ſecunda opinio nō procedit, quando Maioratus inſtitutor facta maſculorum vocatione adiecit, eodem modo in omnibus aliis caſibus & vocationibus ſuccedendum eſſe. Tunc nāq;, etſi in aliis ſubſtitutionibus, verbum *Maſculis* adiectum non ſit: illud neceſſariò repetitum cenſendum erit, ceſſat namque diſputatio, vbi in verbis nulla ambiguitas inuenitur. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de lega. 3. ſicque Primogeniorum inſtitutores fœminas excludere volentes, vocant maſculos, & excludunt illas in vocatione filij Primogeniti, atque deſcendentiū, & poſteà adiiciunt. *Y que aßi vaya por todos mis deſcēdiētes, o que la miſma ordē ſe guarde entre todos mis deſcēdiētes, y los demas llamados perpetuamente a la ſucceßion deſte mi Mayoradgo.* Quib. verbis adiectis, lites atq; controuerſiæ, vt plurimùm ceſſare ſolent, niſi ex adiectione aliarum vocationum particularium obſcu-
66 ritas contingat. Ideóque †melius eſt hac clauſula appoſita nihil aliud circa particulares ſubſtitutiones ſuperaddere.

67 ¶Antequam autem ad ſequentem cōcluſionem progrediamur, duo dicta notabilia in hac materia repetitionis maſculinitatis annotāda ſe offerunt. Primùm, quòd †quando Maioratus inſtitutor, poſt qualitatem maſculinitatis adiectam dixerit, quòd tunc & eo caſu habens dictam qualitatem ſuccedat, ea qualitas in alia parte etiam ſimilem rationem habente, repetita cenſenda non erit, quaſi ex his verbis cenſeatur Maioratus inſtitutor qualitatem ad illum caſum reſtringere, nec in aliis ſimilibus repetitionem qualitatis inducere voluiſſe, quod dicit Anchar. conſi. 357. verſi. Quarto hoc probatur, Rom. conſil. 131. & conſil. 138. Decius conſil. 287. n. 10. & 11. & conſil. 314. nu. 3. & 4. Curtius Seni. conſil. 29. n. 4. Soci. conſil. 281. n. 9. libr. 2. Grattus conſil. 124. n. 38. lib. 1. Anton. Rub. conſil. 31. n. 5. Celſus. conſil. 25. n. 8. de quo tamen videnda ſunt quæ infra iſto lib. c. 8. n. 6. dicemus.

68 ¶Secundum, quòd †qñ ſubſtitutio facta eſt alicui ſub aliqua qualitate expreſſo nomine proprio, nunquam inducitur qualitatis repetitio. l. ſi plures. ff. de lega. 3. l. 1. §. id quod ex ſubſtitutione. ff. ad l. Falcidiam. & Scribent. in l. ſi duobus. §. 1. & in l. ciuitatibus. §. Lucius Titius. ff. de legatis primo. Bart. Cumanus Paul. Imola. & Soci. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demonſtra. Signorollus conſi. 172. n. 11. Pariſ. conſi. 2. n. 57. lib. 3.

69 ¶Duodecima cōcluſio, quòd †ſi in Primogeniorū ſucceſſione, vbi agnationis cōſeruandę ratio adiecta eſt, vocētur deſcendentes per lineam maſculinam, fœmina quæ ex maſculis deſcendit, nō cenſebitur ſub ea vocatione comprehēſa. Cùm enim Primogenia perpetua eſſe debeāt, eorúmque ſucceſſio tractum ſucceſſiuum prę ſe ferat, non debet admitti: ea perſona per quàm agnatio in poſterum ſupprimenda ſit: etſi ipſa per lineam maſculinam deſcendere dicatur. Quod ex mente diſponentis, atque ex Primogeniorum natura cō prehenditur: prout ſupra lib. 1. c. 6. numer. 38. latiùs oſtendimus. Idque verum mihi videtur. Quamuis enim dici poſſet, quòd fœmina agnata per tempus vitæ ſuæ ſuccedat: cùm eius ſucceſſio agnationis conſeruationi non repugnet, & ea mortua filiis, ac deſcendentibus eius maſculis, & fœminis, qui cognati ſunt excluſis, agnati proximiores admitti poſſent prout dixit Albert. Brun. de ſtatu excluden. fœmi. propter maſculos artic. 6. 2. membro. 3. quæſtione. Veriſimiliùs tamen videtur noluiſſe inſtitutorem admittere eam perſonam, quæ finis agnationis futura eſſet, & cuiuis deſcendentes ab eius Primogenij ſucceſſione excluduntur, cū Maioratus ſucceſſio ſemper futura proſpiciat, nec ad eam admitti ſoleat ea perſona, cuius deſcendentes excluduntur. Idque præcipuè dicendum erit: quando in alia parte Maioratus, fœmina etiā agnata propter maſculos remotiores excluſa fuit, vel quādo ſemper agnati maſculi vocantur, tunc namque hæc concluſio abſque vlla difficultate procedet: quamuis mihi ex Primogeniorū natura ſemper etiam ſimpliciter ſumpta probabilis viſa fuerit. De quo tamen videnda ſunt ea quæ ſcribit Franc. Piſcina. in ſua diſputatione de fœminarum excluſione. n. 21.

70 ¶Decimatertia cōcluſio, quòd †vbicunque ad Maioratus ſucceſſionem ſolùm agnati vocantur, fœmina agnata ab eius ſucceſſione excluſa cenſenda erit, quod eiſdem rationibus, quas in præcedenti cōcluſione aſſignauimus, deducitur, probatúrque ex his, quæ ſupra lib. 1. c. 6. n. 40. cum ſequentibus annotauimus, vbi plures ex Scri. idipſum dicentes citauimus.

71 ¶Decimaquarta concluſio, quòd †quoties maioratus inſtitutor genericè, & abſolutè fœminas propter maſculos, à maioratus ſucceſſione excluſit, nec ſe illas propter maſculos remotiores excludere velle adiecit, ea excluſio propter maſculos eiuſdem lineæ, ac gradus: non autē propter remotiores intelligenda eſt. Ita vt maſculo eiuſdē gradus, & lineæ deficiente, fœmina in eius defectum, ad huiuſmodi maioratus ſucceſſionem admittenda ſit, ac ſi nihil peculiare circa hoc à maioratus inſtitutore diſpoſitum fuiſſet. Quod dixit Baldus cōſi. 275. verſic. Item non eſt verum. volum. 2. Paulus Caſtrenſis, qui ſingulariter, & in propriis terminis loquitur conſi. 47. n. 1. & 2. lib. 1. Anchar. conſi. 339. n. 7. Alex. qui in id ſolet frequentius allegari in l. ſi dotali. n. 5. ff. ſolu. matrim. Idem conſi. 204. n. 16. lib. 2. Corneus conſil. 125. n. 1. lib. 4. Idem conſi. 119. n. 37. lib. 2. Socin. conſil. 30. n. 25. li. 1. Albertus Brunus qui plura refert in d. tracta. artic. 12. quæſt. 14. Curtius Iunior in tracta. feud. tertia parte limitat. 15. Præpoſitus loquens in maioratibus de feud. Marchiæ n. 10. Decius conſil. 451. n. 3. cum ſequen. Idem conſil. 568. num. 4. Pariſ. conſil. 21. n. 29. lib. 1. Idem conſil. 81. n. 20. cum ſeq. lib. 3. Ioan. Lecerier. de Primogen. q. 19. col. 2. libr. 1. Tiraquellus de Primoge. q. 10. n. 25. Burgos de Pace. in procem. legū Tauri. n. 121. cum ſeq. Carolus Ruin. conſi. 31. nu. 6. lib. 3. Socinus. Iun. conſil. 187. n. 17. lib. 2. & conſil. 188. n. 9. eod. libro. & conſil. 30. nu. 60. eod. volum. Grattus conſi. 19. n. 43. lib. 1. Gozadi. conſi. 37. n. 12. Sigiſmundus. conſil. 39. n. 28. Carolus Molineus in conſuetudin. Pariſis. titul. 1. §. 16. & alibi ſæpè Scribentes. Quod niſi ex aliis vocationibus, ſeu coniecturis, ſeu ex ratione conſeruandæ agnationis expreſſa, vel ſubintellecta aliud comprehendatur, verùm mihi videtur.

72 ¶Decimaquinta cōcluſio, quòd †fœmina ſemel à maioratus ſucceſſione excluſa nō cēſebitur perpetuò



petuò excluſa: ſed ſolùm ſuſpenſa durante cauſa excluſionis Ideòque ea deficiente, admittēda erit, ac ſi excluſa nunquam fuiſſet. Aduerti tamē quòd ſi hæc opin. vera eſſet, ex illa ſequeretur quòd mortuo maſculo remotiori, qui fœminas excluſit, abſque liberis maſculis, inter fœminas admittēda, ſic illa quę per maſculos excluſa fuit, fœmina deſcendente ab ipſo maſculo, vel aliis fœmineis illis proximioribus. Quod corroborari poteſt ex his quæ dixit Socinus Iunior conſilio 1. numero 1. & num. 14. & Thobias Nonius conſilio 1. numero 56. de quo tamen deliberandum erat. Quamuis enim in diſpoſitionibus, quæ in prima ſucceſſione finiuntur, fœmina ſemel excluſa perpetuò excluſa cenſenda ſit: etiamſi cauſa excluſionis deficiat: in Maioratibus autem propter eorum perpetuitatē, hoc non procedit: imò etiamſi ſemel excluſa ſit, ceſſante perſona, quæ illam excluſit, atque eius deſcendentibus, iterum atque iterum admittenda erit: prout ſupra lib. 1. capit. 6. num 22. apertiſſimè probauimus.

73 ¶Decimaſexta cōcluſio, quòd †quādo Maioratus à fœmina proceſſit, nunquam in caſu dubij diiudicandum erit, fœminam propter maſculos remotiores ab eius ſucceſſione excludendā eſſe. Quod conſulit Ancharra. conſil. 339. colum. 5. verſicul. 3. quòd proles Roma. conſil. 367. incipien. circa primum. Socinus. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. colu. fina. verſic. Pro quo tamen. ff. de libe. & poſthum. Idem in l. cùm auus colum. 46. verſi. Tertius caſus. ff. de conditio. & demonſtrat. Iaſon in l. ſed ſi hac. §. liberis. numer. 10. ff. de in ius vocan. Idem Iaſon conſil. 117. colum. 2. lib. 4. Curtius in tracta. feud. part. 3. colum. 2. Limita. 2. Ioan. Crottus in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. n 11. Ripa. lib. 1. Reſponſ. capit. 1. numer. 74. Deci. in l. fœminæ. num. 98. ff. de regulis iuris. Gozadi. conſil. 71. numero 6. Carolus Molineus in conſuet. Pariſi. titul. 1. §. 16. nume. 7. Tiraquellus de legibus connubia. l. 5. numero 24. Idem Tiraquellus de primog. q. 10. ad fin. Franc. Piſcina in ſua diſputatione de ſtatutis excluden. fœmin. numero 22. Burgos de Pace. in procemio. legum Tauri. numer. 131. Peralta. in l. cū pater. à filia. numer. 64. ff. de lega. 2. Portius conſil. 6. numer. 19. quod intelligendum eſt, etiam quando adſunt coniecturæ ex quibus fœmina propter maſculos excludi ſolet: ab illis enim ex hac coniectura diſcedendum erit, aliàs namque hæc concluſio nullius effectus eſſet, cùm ſemper in dubio fœmina excluſa cenſenda non ſit.

¶Hoc autem intelligi ſolet, quando ſola mulier Maioratum inſtituit: ſecus tamen, quādo à maſculo, & fœmina ſimul Maioratus inſtitus fuit. Tunc namque potius perſona maſculi quàm fœminæ attendenda erit, ex l. prima. ff. de Senato. vbi quando mulier concurrit in aliquo officio cum maſculo maſculus ſemper fœminæ præfertur. Quod Decius in l. fœminæ num. 50. ff. de regulis iuris etiam annotauit. Sícque prædictam cōcluſionem ex hac ratione limitat Burgos de Pace in procemio legū Tauri num. 131.

74 ¶Sed quamuis ipſe id verum eſſe profiteatur: cōtrariū tamen verius eſſe videtur. Imò, quòd † quādo diſpotio, à viro, & vxore, ſeu à maſculo, & fœmina ſimul facta eſt: in caſu dubij ſemper cenſeatur vterque ſexus vocatus indifferenter, paritérque viro, atque vxori proſpectum eſſe: non autem ad maſculos tantùm diſpoſitio referenda ſit. Quod probatur ex eleganti doctrina Bald. in Authent. qui rem numer. 5. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. vbi ſingulariter dixit, quòd ſi à viro, & vxore pro ſe & filiis ſuis Emphyteoſis accepta ſit, illud verbum filiis, ita intelligendum ſit, vt pariter viro, & vxori proſpectum eſſe videatur. Cuius dictum ſequuntur Soci. in l. cum vir vxori ff. de condit. & demonſtra. fina. verb. Nicolaus Boerius qui plura refert deciſione. 277. n. 2.

¶Quod comprobatur ex eo, quòd quādo vir, & vxor ſimul Primogenium inſtituunt, vnuſquiſque eorum cenſetur donare partem ſuam. atque ex ea Primogenium inſtituere, vt dixit eleganter Bald. in l. cum quidam numer. 11. C. de impuber. Idem Bald. in l. etſi liqueat, numer. 1. C. de inoffic. donat. l. qui tabernas. ff. de contrahen. empt. vbi Scriben. id annotare ſolent. Si igitur in parte vxoris neceſſariò hæc coniectura ex ſuperiùs adductis accipienda atque admittenda ſit: conſequens eſt, vt etiam in parte viri accipienda ſit, cùm Primogenium ipſum indiuiduum eſſe debeat.

¶Nec obſtat ſi dicatur eadem & potiori ratione idipſum dicendum eſſe in parte viri, quòd ſcilicet, cum ex parte eiuſdē admittenda ſit cōiectura maſculinitatis, idipſum in parte vxoris dicendum ſit, cùm Primogenium indiuiduum eſſe debeat. Nam ſi hoc pacto verba Maioratus interpretanda eſſent, non æquè viro, & vxori proſpiceretur, cum ſolus ſexus maſculinus ad Maioratus ſucceſſionem admitteretur. Quod non eſt veriſimile: ſed prout prædiximus, diſpoſitio intelligenda ſit, ſi viro, & vxori æquè proſpicitur, cùm maſculus admittendus ſit primo loco: fœmina verò maſculo deficiēte. Ideóque in dubio ea interpretatio accipienda eſt per quam vtrique parti conſulatur. l. ex his. quæ in fraud. cred. Paulus in l. 1. numero tertio. ff. ſi quis cautio. Matthæus de Afflictis deciſione 373. num. 6.

¶Nec obſtat, quòd vbi concurrunt maſculus & fœmina maſculus fœminæ præferendus ſit. Nam ſatis in hoc, maſculo conſulitur: cum fœminæ eiuſdem gradus præferatur. Nec adeò maſculi fauor protrahendus eſt, vt fœminam etiam proximioris *lineæ & gradus excludat: id* namque ex iure communi in fauorem maſculi introductum non inuenitur: ideóque hæc interpretatio menti vtriuſque conuenientior eſſe videtur.

75 Decimaſeptima concluſio ſit, quòd †quoties fœmina propter maſculum excluditur, ea diſpoſitio de maſculo legitimo, aut per ſubſequens matrimonium legitimato: non autem de legitimato per reſcriptum, vel aliter, intelligenda ſit, Bald. qui loquitur in ſtatuto fœminas propter maſculos excludente, in capitulo per tuas de maior. & obedi. numero 2. Iaſon. in l. 1. numero 31. C. quando non pet. part. Deci. in l. vt liberis. num. 8. *vbi hanc* opinionem communem, & veriorem appellat. C. de collat. Tiraquellus, qui plura in idem adducit in repet. l. ſi vnquam C. de reuoc. dona. verbo ſuſceperit liberos. numer. 8. Idem Tiraquellus de Primogen. quæſtio 31. numer. 51. Carolus Molineus in conſuetud. Pariſi. tit. 1. §. 8. glo. 1. n. 50. Iacobus Philippus Portius conſil. 106. numer. 89. & alibi ſæpè Scribent.

76 ¶Decimaoctaua concluſio, quòd quoties fœmina propter maſculos remotiores excluditur, non cenſetur excluſa propter maſculum, qui monaſterium incapax ſucceſſionis ingreſſus fuit: prout

ſupra lib.1.cap.13.numer.70.annotauimus: quanuis benè excludatur propter monachum, qui monaſterium capax ſucceſſionis ingreſſus eſt: prout ibidem.nume.80.oſtenſum eſt. De quo tamen dicendum erit: prout in eodem capit.numero.94.& 95.reſoluimus. Quod†etiam pari ratione de quolibet filio maſculo inhabili ad ſuccedendum dicendum erit, vt probat Portius conſ. 23.nu.10.

77 ¶Decimanona concluſio, quòd†quãdo fœminę propter maſculos remotiores excluduntur, neptis ex filio maſculo Primogenito propter filium maſculum ſecundogenitum à Maioratus ſucceſſione excludetur: quamuis ſecus dicendum ſit, quando fœmina non propter maſculos remotiores: ſed tantum propter maſculos eiuſdem lineæ & gradus excluſa eſt: prout infra, ca.8.n.7.cum ſequent. latiùs reſoluemus.

78 ¶Vigeſima, & vltima cõcluſio, quòd†ex ſolo nominis, atque armorum delationis præcepto in primogeniis appoſito, non comprehenditur agnationis cõſeruandæ coniectura: ita vt fœmina propter maſculos remotioris lineæ, & gradus à Maioratus ſucceſſione excludenda ſit. Quod probatur ex his, quæ ſupra lib.2.cap.14. num. 8.cum ſequentibus, latiùs adduximus. Quæ omnia ſummè notanda, atque menti perpetuò tenenda ſunt. Sed quoniam ſuper his quæ in hoc capite, atque etiam in præcedenti dicta ſunt, pluries in forẽſibus controuerſiis diſputari ſolitum eſt, cum caſus ſe obtulerit de his omnibus deliberandum erit.

*SVMMARIA.*

1 *Contentio inter patruum, & nepotem ſuper Primogeniorum ſucceſſione, ſemper anceps, atque difficilis exiſtimata eſt.*

2 *Cauſa nepotis aduerſus patruum ferè apud omnes gentes, & nationes in Primogeniorum ſucceſſione potior fuit.*

3 *Nepotem eſſe patruo in Regni ſucceſſione præferendum in his Regnis, lege Regia partitarum deciſum eſt.*

4 *Nepotis, & patrui cauſa in Primogeniorum ſucceſſione in his Regnis poſt legem partitarum ſatis controuerſa fuit.*

5 *Lex 2.tit.15.part.2.in Regni ſucceſſione præferens nepotem patruo, ad quæcunque alia Primogenia extendenda eſt.*

6 *Legem partitarum non ſolùm in Regni ſucceſſione: ſed in aliis Primogeniis diſponere, pluribus rationibus probatur.*

7 *Exempla, & rationes, quæ in d.l.partitarum adiecta ſunt, Regibus, atque etiam aliis Primogeniorum poſſeſſionibus conueniunt.*

8 *Emmanuelis Acoſtæ viri alioqui doctiſſimi opiniones de aſſignandis differentiis inter Regni, & Maioratuum ſucceſſionem diluuntur.*

9 *Regni ſucceſſio iure ſanguinis: non autem iure hæreditario defertur.*

10 *Filius Primogenitus Regis poteſt in Regno ſuccedere: etiamſi in parentis hæreditate non ſuccedat.*

11 *Filius Primogenitus Regis, vtrum poſſit de ſucceſſione Regni paciſci, abſque parentis conſenſu.*

12 *Rex ſucceſſor vtrum ſtricto iuris rigore teneatur debita Regis prædeceſſoris ſoluere.*

13 *Primogenitus Regis: vtrum poſſit à parente ex cauſa, Regni ſucceſſione priuari.*

14 *Fructus pendentes vtrum pertineant Regni ſucceſſori, vel Regis hæredibus.*

15 *Primogeniti Regum, vtrum differant à Primogeniis aliarum perſonarum quoad repræſentationem.*

16 *Primogeniti Regum, quòd in vita parentum Reges appellentur, qualiter intelligendum ſit.*

17 *Filius Comitis poteſt in vita parentis Comes appellari.*

18 *Primogeniti, atque omnes alij filij poſſunt in vita parentis bonorum eius domini appellari.*

19 *Deſignatio Principis facta in vita Regis, cuius effectus ſit.*

20 *Principis appellatio, quo tempore in Hiſpania cœperit.*

21 *Cæſar apud Romanos appellabatur is, qui mortuo Imperatore in Imperio ſucceſſurus erat: is autem, qui Imperium poſſidebat Auguſtus.*

22 *Cæſaris deſignatio à Principis deſignatione in quo differat, ſeu conueniat.*

23 *Primogenia facta poſt legem partitarum, ſecundùm legem, 40. Tauri interpretanda ſunt.*

24 *Leges Tauri declaratoriæ: non iuris communis correctoriæ cenſendæ ſunt.*

25 *Primogenia, quæ in Hiſpania ante leges partitarum facta fuerunt, etiam ſecundùm legẽ 40. Tauri interpretanda ſunt.*

26 *Nepos ante leges partitarum ex Hiſpana conſuetudine patruum præcedebat.*

27 *Diſpoſitio. l.2.tit.15.par.2.non noua diſpoſitio: ſed antiquæ conſuetudinis, atque obſeruationis declaratio eſt.*

28 *L.40.Tauri exactiſſimè declaratur eidémque vera decidendi ratio aſſignatur.*

29 *Linea recta Primogenitorum ſemper cenſetur vocata in Primogenij ſucceſſione, in infinitum.*

30 *Linea illius, qui ſemel ius Primogenituræ, acquiſiuit cæteris præferenda eſt, nec eſt admittendus alius donec deficiant omnes qui ex illa proceſſerint.*





31 *Primogenitus efficit primum caput in linea deſcendentium, & ſecundogenitus ſecundum ad inſtar edicti Prætorij de bonorum poſſeſſionibus.*

32 *Ius Primogenituræ non debet exire ex illa linea, in quam ſemel intrauit.*

33 *Noua, & ſubtilis inductio.l.2.tit.15.part.2.*

34 *Linea quòd non poſſit incipere niſi ab illo, qui ſucceſſionem acquiſiuit, qualiter intelligendum ſit.*

35 *Linea vltimi poſſeſſoris, à linea Primogeniti diſtinguitur.*

36 *Maioratus ſucceſſio duobus modis conſideranda eſt, vno quando Primogenitus naſcitur: altero verò quando ſuccedit.*

37 *Primogenitus ſtatim cùm naſcitur, ius ad Maioratus ſucceſſionem certum, atque inuariabile acquirit, quod ad eius Primogenitum tranſmittit.*

38 *Ius Primogenituræ tranſmitti poteſt.*

39 *Maioratus ſucceſſio pluribus ordine ſucceſſiuo delata, primis morientibus, ſequentibus, ex propriis vocationibus defertur.*

40 *Repræſentationem non admitti: niſi in his, quæ iure hæreditario deferuntur: qualiter intelligendum ſit.*

41 *Repræſentatio admittitur in ſucceſſionibus, in quibus linea recta, & iure Primogenituræ ſuccedendum eſt, etſi iure hæreditario non deferantur.*

42 *Repræſentatio admittenda eſt in iuribus patronatus, & anniuerſariis, atque Emphyteoſi iure Primogenituræ relictis.*

43 *Primogenitorum perpetua vocatio efficit, vt omnes in infinitum ex repræſentatione ſuccedant, etſi ſucceſſio iure hæreditario non deferatur.*

44 *In fideicommiſſo familiæ, cognationi, ſeu propinquis relicto repræſentatio ſemper admittenda eſt: etſi in eo iure hæreditario non ſuccedatur.*

45 *Fideicommiſſum, quòd aliàs tranſmitti non poſſet, efficitur tranſmiſſibile, ſi fauore agnationis relictum ſit.*

46 *L.Si libertus præterito.§.1.ff.de bon.li.& l.tut.§.ſi duo.ff.de legi.tutorib.declarantur.*

47 *Repræſentatio ſemper admittitur in feudo, etiamſi iure hæreditario non deferatur.*

48 *Verbum,* repreſenten la perſona de ſus padres. *in l. 40. Tauri appoſitum: vtrum ad gradum proximitatis, ſeu ad qualitatem Primogenituræ referendum ſit.*

49 *Maſculinitas parentis non poteſt tranſmitti in filiam, nec ab illa etiam repræſentari.*

50 *In Maioratuum ſucceſſione non eſt de gradus proximitate tractandum, vbi in remotiori lineæ prærogatiua concurrit.*

51 *Leges partitarum, & Tauri: non tam proximitatem, quàm lineam rectam Primogenitorum conſiderauerunt.*

32 *Leges partitarum & Tauri, in nepotis aduerſus patruum prælatione, ius cõmune ſequutæ fuerunt.*

## *Qualiter in Hiſpanorum Primogeniis, ex repræſentatione ſuccedatur.*

## CAPVT VI.

IN Primogeniorum ſucceſſione ſæpiſſimè controuerti ſolitũ eſt, vtrũ filius filij Primogeniti, filio ſecũdo genito natu etiam maiori præferendus ſit: an è conuerſo filius ſecundo genitus eidem præferatur: Quæ difficultas omninò eo caſu ceſſat, quo filius Primogenitus poſt mortem vltimi Maioratus poſſeſſoris deceſſit. Cũ iam proximitas non reſpectu Maioratus inſtitutoris: ſed vltimi poſſeſſoris conſideranda ſit. Filiúſque ſecundogenitus tanquam vltimo poſſeſſori tranſuerſalis cenſeri debeat. Ideóque, nepos tanquam vltimi poſſeſſoris filius, fratrem eiuſdem in hac ſucceſſione: ſicut in quacunque alia præcedere debet. Idque veriſſimum eſt, pluriéſque tam in horum regnorum, quàm in aliorum ſucceſſione obſeruatum fuit: prout latè probat Tiraquellus de Primogenitura.q.40.n.1.cum ſeq.

1 ¶Quãdo†autem filius Primogenitus patre eius adhuc viuente mortuus eſt, contentióque inter filium ſecundogenitum, & nepotem filium Primogeniti verſatur: quæſtio hæc apud antiquos, & modernos Iuriſconſultos ſemper anceps, atque penitus inextricabilis viſa fuit. Filius namque ſecundogenitus ex perſona propria potiora iura habere videtur cũ vno gradu propinquitatis, atque ætate, etiam frequentius filium fratris ſui Primogeniti præcedat, ipſéque filius vltimi poſſeſſoris ſit. Contra verò nepos patruo etiam in hac ſpecie præferendus eſſe videtur, cum ipſe ex perſonæ parentis repræſentatione in eodem gradu, quo filius ſecundogenitus, conſtitutus ſit ex lineáque Primogeniti deſcendat. Eundémque gradum cum qualitate Primogenituræ repræſentet. Ideóque, à quamplurimis maximi nominis viris, hæc quæſtio frequentiſſimè ad partes agitata, atque controuerſa fuit. Quorum plures partes patrui: plures verò nepotis defendũt, interdum vnam: interdum verò alteram opinionem veriorem, atque frequẽtiori Scribẽtium calculo comprobatam eſſe profitẽtes: adeò, vt pluries ex iurium ac rationum ambiguitate militibus armatis potius, quàm iuriſperitis eius deciſio commiſſa fuerit: prout ex antiquis, & recentioribus quàm plures teſtantur. Quos ex Moderníoribus ſigillatim recenſuerunt Decius conſilio. 443. Ioannes Lecerier de

Primogenitura libr.1.q.25.& 26. Thomas Grammaticus deciſ.1. Tiraq. qui omnium latiſſimè id expendit de Primog.q.40. Dominus Didacus de Couar.in q.pract.c.38.n.6.Matthæus de Afflict.in Rub. de ſucceſſio. feud. vbi latiſſimè proſequitur materiam.Acoſta,qui etiam copioſiſſimè id proſequitur in libello,quem de patrui, & nepotis ſucceſſione cõſcripſit.Iacobus Aſaa Luſitanus in ſuo tracta. de Primogeniis per totum. Quod etiam quamplures alij Iuriſconſulti fecerunt, quos præ-
2 fati authores ſpecificè recenſuerunt.†Ex quorum ſententiis apertiſſimè comprehendi poterit, ferè apud omnes gentes, & nationes cauſam nepotis aduerſus patruum ſemper fuiſſe potiorem.

3 ¶Sed quãuis hæc opinio antiquis temporibus in Regnis Caſtellæ, & Legionis controuerſa etiam eſſet,poſtmodùm autem ex l.2.tit.15.par.2.in Regni ſucceſſione antiqua difficultas ceſſauit. Ea namque lege Regia diſpoſitum eſt, quòd†ſi filius Primogenitus moriatur antequàm ſuccedat in Regno relicto filio,vel filiæ Primogenitis,quòd eius filius, vel filia debet cæteris excluſis in Regno ſuccedere.Quòd adeò clarè in Regni ſucceſſione deciſum eſt,vt de hoc poſt illam legem dubitari nõ valeat.

4 ¶Hoc autẽ in Regni ſucceſſione ex illa lege iam deciſo, dubitari†nihilominus in hoc Regno ſolitum erat:vtrum idem in cæteris Primogeniis obſeruandum eſſet. Super quibus plura dubia in his Regnis exorta fuerunt,vt conſtat ex lite apud noſtrates, ac exteros Iuriſconſultos diutiùs controuerſa ſuper Primogenio Illuſtris viri Peraſani de Ribera.De qua ſupra lib.1. in præfatione. num.12. meminimus: ſuper cuius Primogenij ſucceſſione omnes Scri.quos ibidem nuncupatim citauimus, conſulti fuerunt. Ex quorum reſponſis conſtat, omnes reſpondiſſe in ea lite, nepotem patruo pręferendum eſſe. Idque Iudicum ſupremorum ſententia comprobatum fuiſſe accepimus.

5 ¶Ex quibus conſtat poſt dictæ legis promulgationem cauſam nepotis aduerſus patruum in cuiuſlibet Primogenij ſucceſſione fuiſſe in hoc Regno potiorem.Idque comprobatur ex eo,quod ſ. lib.1.c.2.latiùs annotauimus, probantes Hiſpanorum Primogenia, ab ipſo Hiſpaniarum Regno deriuari,ſuccedendíque rationem accipere:adeò, vt†ſi de Primogenij ſucceſſione dubitetur, ea lis ſecundum leges Regias de Regni ſucceſſione loquentes decidenda ſit. Ideóque cum lex Regia in fauorem nepotis aduerſus patruum dubium hoc expreſſè in Regni ſucceſſione deciderit, conſtat idipſum in aliis Primogeniis neceſſario ſeruandum eſſe.

6 ¶Imò, vt pluribus etiam viris doctiſſimis interdũ viſum eſt: quãuis† lex illa partitarum (literæ eius cortice tantùm inſpecta dubium hoc ſolum in Regni ſucceſſione decidere videatur: conſiderata verò eius mente, & ratione, ac verbis præcedentibus generalibus, non eſt cur illam ad ſolam Regni ſucceſſionem reſtringamus, cùm non ſolùm de Regni ſucceſſione: ſed etiam de quacunque alia,quæ iure Primogenituræ defertur, diſponat.Quod probatur ex verbis generalibus, quæ in eiuſdẽ legis principio adiecta ſunt ibi. *Mayoria en nacer primero es grã ſennal de amor.* Quæ ratio quãuis reſpectu filiorum Regis appoſita ſit, generalis tamen eſt, omniáque Primogenia comprehendit conſtat namque Primogenituram etiam eſſe magnum amoris ſignum: quando in aliquo Ducatu, Comitatu vel Marchionatu, vel alio maximo patrimonio ſucceditur, ex quibus verbis quæ in pręfatione dicta ſunt, conſtat legem illam non ad ſolam Regni ſucceſſionem: ſed ad omnia alia Primogenia protrahendam eſſe. l.regula. circa fin.ff. de iur.& facti.igno.ibi. *Nam initiũ cõſtitutionis generale eſt.* Per quem tex.dixit Bart.ibi.quòd ſi prętatio legis generalis ſit, genericè eſt accipienda, atque interpretanda:quamuis in ſequentibus ſpecificè diſponat,cui Bartoli ſententię plura alia ſuprà lib.1.c.5.nu.2. cum ſeq.cumulauimus. Quibus etiam adiicienda ſunt ea, quæ de ratione generali Scrib.dicere ſolent,quòd ſcilicet: quãdo lex eſt in ratione generalis:in dicto verò ſpecialis non ſpecificè: ſed genericè accipienda ſit, & quòd illud, quod ſpecificè diſpoſitum eſt, cenſetur cauſa demonſtrationis, nõ reſtrictionis diſpoſitum fuiſſe. Baldus in l.de quibus.nu.35. ff.de legib.glo.ordinaria in l.ſed ſi lege.§.item ſi rem diſtraxerit. ff.de peti.hæred.Aymon qui plura refert conſ.190.n.2. & conſil.193.n.3.Iaſ.in l.filiusfamilias.§. Diui.2.lectura.n.146.ff. de lega.1. Cuius doctrinam ſequitur Ripa.ibi.n.18.& eſt communis ac vera reſolutio,vt profitetur Loazes.ibid.n.98.

7 ¶Item idipſum vltra pręfationem, & rationẽ in principio.d.legis adiectam, probatur ex exẽplis, quæ in eadem lege adducta ſunt, ad probandum illa, quæ poſtmodùm in ea deciduntur,in d.l.namque verſi.*E ſegun ley*, adducitur exemplum Abrahæ & Iſaac,& etiam exemplum Iacob. quos conſtat Reges non fuiſſe: quamuis eorum bona filiis ſuis iure Primogenituræ delata fuerint, vt notiſſimum eſt.

¶Item idipſum oſtenditur ex verbis quæ in eadem lege ſubiiciuntur dum in ea dicitur. *Ca ſegun natura pues que el padre y la madre cobdiciã auer linaje que herede lo ſuyo,aquel que primero nace y llega mas ayna para cõplir lo que deſeã ellos, aquel por derecho: deue ſermas amado dellos & lo ha de auer*, quę†ratio etiam omnia Primogenia cõprehendit.

¶Idipſum etiam comprobatur ex verbis eiuſdẽ legis.ibi.*Todo maſculo que nacieſſe primeramẽte ſeria llamado coſa Sãta de Djos.* Ex quibus cõſtat eam legem non de ſolo Regis Primogenito; ſed de omni Primogenito locutam fuiſſe, atque iuxta exempla,quæ adducit,intelligendam eſſe: dictum namque legis,ſeu Iuriſconſulti ſecundùm ea, quæ ad id probandum adducit accipiendum, atque intelligendum eſt Bartol.in l.non ſolum.§.ſi liberationis verba.num. 7.ff.de libera.lega.& alibi ſæpe Scribentes.

¶Quod etiam apertiùs ex eadem lege cõprobatur.ibi. *Y eſto vſarõ ſiempre en todas las tierras del mũdo do quier que el Sẽnorio, ouierõ por linaje,y mayormente en Eſpanna.* Ex quib. verbis conſtat eam legem non ſolùm profiteri in Regni ſucceſſione id obſeruari:ſed etiam in omnibus bonis,quæ iure ſanguinis, & Primogenituræ deferebãtur,apud omnes gentes & nationes idipſum vſitatum fuiſſe. In quibus verbis alia etiam Hiſpanorum Primogenia, quorum ſucceſſio iure ſanguinis defertur,cõprehẽduntur. Quæ omnia quamuis preciſè non probaſſent eam legem in omnibus Primogeniis expreſſè locutam fuiſſe: apertè tamen oſtendunt ex eiuſdem legis ratione, ac verbis generalibus in ea adiectis, atque ex ſucceſſionis ſimilitudine proculdubiò ad omnia Hiſpanorum Primogenia trahendam eſſe. Quod opinati fuerunt Abb.conſil.85.n.3.& 6.lib.1.Paulus conſil.164.n.1. & 6.



& 6.li.2.Bolog.conſil.62.colum.2.& 5.Caſtillo. & Ciſuentes in d.l.40.Tauri.& ibi Palat. Ruui.nu.3. & Antonius Gometius nu.11. 12.& 65.D.Didacus de Couar.reſolutionum lib.3.cap.5.nu.5.Duennas Reg.316 Grego.Lopez in l.2.tit.15.par.2.in verbo. *Si dexare.* in principio.Peralta in Rub.ff.de hæred. inſtitu.n.122.& in l.3.§.qui fideicommiſſum, num. 120.ff.eod.& alibi ſæpè Scrib. Ita vt hæc proculdubio communis opinio appellanda ſit.

8 ¶Ex quibus cõſtat hac in re lapſum fuiſſe Emmanuelem Acoſtam virum alioqui doctiſſimum in q. quàm ſolenniſſime de ſucceſſione patrui, & nepotis diſputauit pag.165.&iterum pag.178.dum inquit, quòd ſi ante legem 40. Tauri de qua ſtatim agemus,& poſt dictam l.2.titul.15.part.2.lis in Regnis Caſtellæ ſuper alicuius Maioratus ſucceſſione inter patruum,& nepotem ageretur, potior cauſa patrui futura eſſet,cùm ea lex,vt ipſe inquit, nec verbis, nec ſententia quicquam de Maioratibus diſpoſuerit. Ex his namque,quæ paulò antè adducta ſunt,ea ſentẽtia iure probari nequit:cùm vel ea partitarum lex tam in Regno:quam in aliis Primogeniis diſponat,vel ſaltim eius diſpoſitio ad omnia Hiſpanorum Primogenia,ex rationis identitate trahenda ſit.

¶Nec obſtat † ſi dicatur in caſu,de quo agimus de Regno ad Maioratum differẽtiã poſſe aſſignari ex eo,quòd regnum iure hæreditario: Maioratus verò iure ſanguinis,ſeu ex diſpoſitione inſtitutoris deferatur Quod ex text.in ca.licet de voto.Acoſta in eadem quæſtione de patruo,& nepote.pag.136. probare conatur in id plures Scribentes adducẽs Qua ratione,inquit,nõ mirum eſſe:ſi in regno repræſentatio:prout in aliis hęreditariis ſucceſſionibus concedatur: in Maioratibus autem minimè: quia in his, quæ iure ſanguinis deferuntur vt ipſe inquit.repræſentatio non admittitur.

9 Nam ſi benè conſideremus,hoc etiam iuris fundamentis obſeruari ſuſtineri non poteſt.Regnum namque† Caſtellæ nõ iure hæreditario:ſed potius iure ſanguinis, ſeu ex antiquiſſimo ſuccedẽdi ordine defertur: veluti alia Primogenia,quæ ex ſola temporis antiquitate conſtant,deferuntur: prout ſ.lib.1.cap.8.n.9.cum.pluribus pręcedẽtibus,&ſequentibus apertiſſimè demonſtrabimus.Quod etiam in eod.lib.c.9.nu.5.oſtenſum eſt, vbi verum intellectum ad text.in d.capitulo licet de voto aſſignauimus Idque reſpectu vltimi poſſeſſoris veriſſimum atque extra omnem dubitationis aleam mihi eſſe videtur. Quod vltra illos, quos in locis paulò ante relatis citauimus, verum eſſe cenſuerunt Oldradus conſil.224 col.2.Bald.conſil.121.n. 10.verſic.Modo facio.lib 3 Abb.conſil.3.li.2.nu.2. Card.Alex in c.1.col.4.de feudo Marchię Guillel. Benedict.in c.Rainuntius de teſtam.verb.in eodẽ teſtamento el.1.num.148.concluſ.10.& 11.Carolus Molin.in conſuet.Pariſi.titul.1.§.8.glo.3.nume.8. Idque probat.l.2.tit.15.part.2. atque proculdubio verum eſt,non obſtantibus his quæ in cõtrarium notant Oldrad.conſil.94.n.8.& Ioan.Lecerier. de Primog.li.3.q.2.& Tiraquel.q.15.num.3.vbi plures idem aſſerẽtes referunt. Ipſi namque ſuam ſententiam præſertim comprobant ex text.in ca.licet de voto:ſecundùm vulgarem intellectum.Quem ſupra lib.1.c.5.n.5.reiicimus.

¶Ex eiſdem etiam diluuntur plura alia, quæ ex hac vltima ſententia ipſemet Emmanuel. Acoſta
10 deducit.Quorum primum eſt,quòd ſi filius regis parentis hæreditatem repudiet ſtatim regni ſucceſſio ad filium ſecundogenitum, filio Primogenito excluſo trãſmittetur:cùm enim † regnum nõ capiatur à rege defuncto:ſed vel à lege, vel conſuetudine,vel antiquiſſima populorum cõceſſione,ſeu inueſtitura,non poſſum capere quid interſit:an filius Primogenitus vltimi regis hæres ſit, vel non,ad hoc,vt regni ſucceſſio eidem deferenda,vel adimenda ſit.

11 ¶Secũdum,quòd ſcilicet de regno filius Primogenitus viuẽte rege vltimo poſſeſſore paciſci non poſſit abſque eius conſenſu, & perſeuerantia. Etſi de Maioratu filius viuente patre vltimo eiuſdem Maioratus poſſeſſore abſque eius cõnſenſu paciſci poſſit, cùm non de eius hæreditate:ſed primi inſtitutoris ſucceſſione agatur. In hoc namque non video,qualiter inter regnum,& Maioratum differentia aſſignari valeat:cùm regni & Maioratus ſucceſſio non ab vltimo poſſeſſore capiatur. De quo tamen,vtrum,† ſcilicet de regno, ſeu Maioratu paciſci inter filios poſſit:dicendum erit: prout ſupra lib.1. c.6.n.44.& 45.& ſupra iſto lib.cap.2.n.22.oſtenſum eſt.

12 ¶ Tertiũ,quòd ſcilicet res ex ſtricto iuris rigore teneatur debita regis prædeceſſoris ſoluere,etiam ſi eius hæres nõ ſit,nec debita in regni vtilitatem contracta ſint: quamuis Maioratus poſſeſſor ad id nullo iure compelli poſſit.Quod ipſe Acoſta ibidem.pagi.140.cum ſequentibus conſtanter aſſeuerat:id tamen nullo pacto iure probari poteſt. Cùm enim† ſuccedens in regno,regis vltimi poſſeſſoris,nec hæres,nec ſucceſſor ſit,conſequens eſt vt ad eius debita aſtrictus eſſe non poſſit:niſi alias eius hęres ſit,vel debita in regni vtilitatem cõtracta fuerint,vel ex quadam æquitate, vel decentia id conſiderandum ſit:prout ſupra lib.1.cap.10.nu. 30.cum ſequentibus demonſtrauimus.

13 ¶Quartũ,quòd ſcilicet rex vltimus regni poſſeſſor poteſt ſequentem regni ſucceſſorem ex cauſa legitima regni ſucceſſione priuare:quãuis vltimus Maioratus poſſeſſor ſequentem ſucceſſorem etiam ex cauſa legitima Maioratus ſucceſſione priuare nequeat.Quod†etiam eiſdem rationibus nullo pacto ſuſtineri poteſt,nec probatur ex tex.in ca. licet de voto:ſecundum verum eius intellectum, quem eidem ſupra lib.1. cap.9.n.5.aſſignauimus.

14 ¶Quintũ quòd † ſcilicet fructus,qui in regno tempore mortis regis vltimi regni poſſeſſoris pendentes inuenti fuerint,ſint aliter diuidendi:quàm fructus bonorum Maioratus. Quod falſum eſſe infra iſto li.c.11.apertiſſimè demonſtrabimus. Quæ omnia in hac parte annotare libuit: ne Hiſpanos Iuriſconſultos præfati viri alioqui doctiſſimi authoritas decipiat.

15 ¶His igitur differentiis,quæ inter regnũ, & Maioratum,à prædicto inſigni Doctore aſſignantur, reiectis:ſupereſt†vt aliam etiam,quę ad repræſentationem attinet,quam ipſe inter regnum, & Primogenium aſſignat, in eadem quæſtione de patruo, & nepote. pagi.199.cum ſequen.diluamus: inquit enim.Ideò in regni ſucceſſione nepotẽ patruo præferendum eſſe, quòd regis filius Primogenitus:etiam viuo patre dignitatem quandã habeat inſeparabilem,vt Scribit Bal. in l. ex hoc iure.n.5.ff.de iuſt.& iure.Idẽ in l.liberti, libertæque. nu.18.C.de oper. liber.vnde cùm ipſum ius regiæ dignitatis cœperit habere aliquam executionem in perſona Primogeniti, in vita parentis admitti poteſt,quòd ea ad Primogeniti poſteros trãſitum faciat,vt Scribit Bal.conſ.389.nu.1.lib.2.ſubiungit

etiam eam conſiderationem potiùs in his regnis
procedere. In quibus more maiorum inſtitutum
eſt, quòd filius Primogenitus, viuo patre rege, rex
deſignetur. Vt etiam fuit mos regum antiquorum
ſecundùm ea, quæ Scribit Abulen. lib. 2. Paralipo-
men. c 11. q. 30. & fina. Quæ omnia in Primogeniis
bonorum patrimonialium non procedunt.

¶Quibus adiiciēdum eſt, inter eos Hiſpaniarum
reges, qui proximè poſt Pelagium Regnarunt, vſi-
tatum fuiſſe, vt regum filij, reges, viuētibus patri-
bus appellarentur. Quod in quibuſdam Sanctæ
Compoſtellanæ: Sanctæ etiam Ouetenſis Eccle-
ſiæ & aliis vetuſtioribus priuilegiis, quorum non
pauca mihi videre contingit, obſeruatum vidi, in
eiſdem namque inter loquendum rex ipſe vbi de
filiis ſuis meminit, illos filios & reges ſimul nun-
cupat. Et in ſubſcriptionibus etiam ipſi ſe reges ap
pellant.

16 ¶Cæterum hæc differentia non tanti æſtimanda
eſt, vt ex illa, à præcedenti opinione recedendum
ſit. Nam † quod dici ſolet Primogenitum regis in
vita parentis poſſe Regem appellari abuſiuè & im
propriè, atque largo (vt aiunt) ſumpto vocabulo,
nō autem propriè præcisè accipiendum eſt: prout
profitentur Marti. Lauden. col. fina. & Cardin. A-
lexand. colu. 3. in cap. 1. Quis dicatur Dux, Comes,
aut Marchio Iaſ. in l. in ſuis. nume. 21. ff. de libe. &
poſth. Tiraquellus de Primogen. q. 33. n. 8. vbi plu-
ra in idem adducit.

17 ¶Imò vtcunque ſit omnes, qui dicunt filium re-
gis poſſe vocari regem in vita parentis: † idipſum
etiam in filio Comitis verum eſſe profitentur, vt
viuente patre poſſit Comes appellari: prout in-
quit glo. in c. fina. 24. q. Abb. in c. tanta. n. 10. qui fi-
lij ſint legi. Iaſ. in d. l. in ſuis. nu. 19. & alibi ſępè Scri
18 ben. Imò † idem de quocunque Primogenito dici
poteſt, vt cenſuit Bal. in l. cùm antiquioribus. n. 10.
verſi. 10. C. de iur. delibe. Et etiam de quocunque
filio reſpectu bonorum parentis Iaſ. in d. l. in ſuis.
n. 14. & alibi Scrib. annotare ſolent.

19 ¶Item† deſignatio Primogeniti, quā in Hiſpania
Reges facere ſolent, nihil aliud Primogenitis tri-
buit: quā illud, quod eis à iure cōpetebat. Ideóque
hæc nō noua deſignatio: ſed potiùs iuris iam quæ-
ſiti declaratio eſt. Cùm enim in his regnis iam nō
electione ſed ſucceſſione ius Regium deferatur
eo ipſo, quòd Primogenitus naſcitur hoc Primo-
genituræ ius abſque aliqua alia declaratione eidē
defertur. d. l. ſeruanda tit. 15. par. 2. Principis autem
deſignationis, quæ in his Regnis fit, ea eſt cauſa,
vt ſcilicet id, quod ex iure Primogenituræ eidem
competebat, deinceps omnibus notum atque cō-
pertum ſit: ita vt nulla lis, aut controuerſia ſuper
Regni ſucceſſione in futurum ſupereſſe poſſit, &
illa etiam, vt id, quod ex eodem iure Principi de-
bitum erat, iuriſiurandi religione firmetur. Non
autem, quòd ex eo illi aliquod ius denuò quoad
eius adminiſtrationem, conferatur. Proindéque
Principes in Hiſpania ab omnibus Optimatibus,
ac proceribus, & ciuitatum inſignium procura-
toribus publicè deſignari atque etiam eis iura-
mentum fidelitatis ſolenni ritu præſtari ſolitum
videmus: vnde in poſterum Principes iurati ap-
20 pellantur. Quæ † Principum appellatio in Rege
Henrico tertio principium accepit. Is namque
viuente patre Ioanne primo Princeps primum
nuncupatus eſt, cùm ante illum Regij Primoge-
niti non Principes, ſed infantes hæredes appellari
ſoliti eſſent, vt ex horum Regnorum Chronicis
vnicuique id legere volenti facilè conſtabit.

21 ¶Hoc autem etiam apud Romanos vſitatū fuit.
Inter eos namque † is qui Imperiū poſſidebat at-
que adminiſtrabat, Auguſtus nuncupabatur. Is au
tem, qui eo mortuo, in Imperio ſucceſſurus erat,
Cæſar appellari, atque deſignari ſolitus fuit. Ex
qua deſignatione & appellatione ſolum compre-
hendebatur, illum eſſe poſt Imperatorem viuentē
imperaturum, Regni adminiſtratione ſibi penitus
interdicta. Quod Spartianus in vita Aelij Seueri
ad Domitianum, poſt principium, & Eutropius in
Diocletianum atque hiſtoria Tripartita lib. 5. ca. 5.
& iterum. c. 12. & 45. lib. 6. c. 1. ſic declarant.

22 ¶ Cæterū† illa Cæſaris deſignatio, ab Hiſpanorum
Principis deſignatione in eo differebat, quòd Cæ-
ſari deſignato ius nouum cōferebatur: cum Impe-
rium non ſucceſſione: ſed electione conſtaret, &
ante illam deſignationem nullum ius ſibi ad Im-
perij ſucceſſionem competeret. Cuius cōtrarium
in Hiſpaniarū Principe probabimus, in eo autem
Cæſaris, & Principis deſignatio cōueniunt. Quod
ex hac deſignatione neutri ius aliquod ad Regni,
ſeu Imperij moderationem atque adminiſtratio-
nem confertur. Quod hodie etiam in Imperij ſuc-
ceſſione eodem penè ordine, quo antiquis tempo
ribus obſeruatur. Is namque, qui Poſt Imperatorē
in Imperio ſucceſſurus eſt Rex Romanorum ab
eiuſdem Imperij electoribus deſignatur. Ex qua
deſignatione nō ius aliquod eidem ad Imperium
adminiſtrandum confertur: ſed is Imperij ſucceſ-
ſor, mortuo Imperatore viuente, conſtituitur. I-
deóque non eſt cur ex hac differētia diuerſum ius
in Regni, ſeu alterius Maioratus Primogenito ſta-
tuendum ſit.

23 ¶Ex quibus ſupereſt vnū ſingulare & quod plu
ries in his Regnis controuerſum vidimus, † quòd
ſcilicet ea Primogenia, quæ poſt dictam legem par
titarum & ante dictam l. 40. Tauri de qua ſtatim
agemus, inſtituta fuerunt, quoad hoc ſecūdum e-
iuſdem legis. 40. Tauri diſpoſitionem, intelligen-
da, atque interpretanda ſint. Cùm pręterquā quod
vt ſuperius oſtenſum eſt, hæc opinio ante legem
partitarum & Tauri proculdubiò verior, atque
probabilior, erat opinionum conflictus, qui circa
hæc antea verſabatur ex d. l. 2. titul. 15. part. 2. in his
Regnis ceſſauerit. Idque proculdubiò tenendum
eſt: quamuis contrarium veriùs eſſe opinetur Aco
ſta. in d. q. de patruo, & nepote pagi 21. & pagi. 32.
Cuius opinio. in hoc etiam reiicienda eſt.

24 Quod comprobatur ex eo, quòd† omnes leges
Tauri nō correctoriæ iuris communis: ſed ſolum
declaratoriæ cenſendæ ſint. Ideóque ad præterita
etiam negotia retrahendæ ſunt. Id namque eſt de
natura legis declaratoriæ. l. leges. C. de legibus.
text. in capitulo finali de conſuetudine. Quod
probatur ex procemio earundem legum Tauri. i-
bi. *Hauian meneſter declaracion.* Et ibi *Vieſſen y de-
claraſſen lo que por ley enlas dichas dubdas ſe hauia
de guadar*. Idque optimè declarant Pala. Ruui. in l.
27. Tauri. nu. 17. & Burg. de Pace in Proœ. ll. Tau-
ri. num. 432. & iterum in 1. parte legis. 3. numer. 37.
De quibus extat Regium præceptum inter ſche-
dulas Regij conuentus Pinciani. fol. 20. Idque ho-
die ſic diſpoſitum atque deciſum eſt ex l. 6. titu. 1.
libr. 2. in noua ll. Regni collectione. Ita vt dein-
ceps de hoc nullo pacto dubitari valeat.

25 ¶Imò nō ſolum ea Primogenia, quæ poſt leges
partitarum inſtituta fuerunt, ſecundum hanc opi-
nionem interpretanda ſunt, ſed etiam illa, quæ
ante



ante leges partitarum inſtituta fuiſſe, compertum
26 fuerit. Quorum aliqua vidimus, & alia ante eas le-
ges facta etiam fuiſſe accepimus, quod ea ratione
probatur, quòd ſcilicet † ante eas leges ex Hiſpa-
niæ cōſuetudine obſeruatū fuerit, vt nepos in Ma-
ioratus ſucceſſione patruo præferretur: etſi parēs
eius viuēte Maioratus poſſeſſore, mortuus fuiſſet.
De qua conſuetudine teſtantur Abb. conſi. 85. n. 5.
lib. 1. Paulus conſil. 164. n. 10. lib. 2. Barba. conſi. 10.
n. 1. & 2. lib. 2. Præpoſitus. in d. c. de feud. Marchiæ.
n. 12. in fin. & Soci. conſi. 2. 52. n. 10. & 11. lib. 2. Bolo-
gni. conſil. 62. col. 7. Didac. del Caſtillo. in gloſſ. 1. l.
40. Tauri. col. 3. in prin. Montaluus. lib. 1. fol. ll. ti. 3.
in gloſſ. in verb. *a ſu hiio*. col. 8. verſ. ſed circa hanc
27 materiam, & col. ſeq. fol. 9. Tiraq. qui plura refert
de Primoge. q. 40. n. 12. Idque apertiſſimè inſinuat
dicta. l. 2. tit. 15. part. 2. ibi. *E eſto vſarō ſiempre en to-
das la tierra del mūdo, e mayormēte en Eſpāna.* Quæ
verba quamuis in eiuſdem legis principio appoſi-
ta ſint, ad omnia in ea contenta referenda ſunt.
Cùm † omnia, quæ ea diſponuntur non tam no-
uiter diſpoſita: quàm ex antiqua conſuetudine, &
aliis cōſtitutionibus deducta cēſenda ſint. Ideóq;
lex illa poſt prædicta verba, vtitur verbo. *Puſierō.*
Et iterum verbo. *Eſtablecieron*, & verb. *Y a un man
daron*, & nō verb. *Mandamos y eſtablecemos*, vt aliæ
leges vti ſolent: ſecundùm quam conſuetudinem
Maioratus etiam ante legem partitarum inſtituti
intelligendi ſunt. Quod vltra illud, quod genericè
dici ſolet, quòd ſcilicet quælibet diſpoſitio circa
patriæ conſuetudinem accipienda, atque inter-
pretanda ſit. De quo plura ſupra lib. 1. ca. 3. num. 2.
diximus. In ſpecie, de qua agimus verum eſſe pro-
fitentur Areti. conſil. 162. n. 10. Soci. conſil. 252. nu.
10. lib. 2. & conſil. 47. n. 4. lib. 3. Deci. conſil. 397. n.
6. ad fin. & n. 7. Bolog. conſil. 62. col. fin. Barba. cōſi.
10. n. 1. & 2. lib. 2. Curtius. Iuni. conſil. 1. nu 113. lib. 1.
Ruinus. conſ. 143. nu. 7. li. 2. & alibi ſæpè Scrib.

¶Sed quoniam his non obſtātibus adhuc ex ad-
uocatorum proteruia plures lites in his Regnis
ſuper his, quæ dicta ſunt, & aliis idipſum attinen-
tibus verſabantur, tempore Ioannæ Hiſpaniarum
28 Reginæ Regiis Cōſiliariis viſum fuit, neceſſarium
eſſe id lege Regia decidere, vt lites huiuſcemodi:
tam quoad præterita: quam quoad futura nego-
tia ſupprimerentur. Eáq; ratione promulgata fuit.
l. 40. Tauri. Quæ hodie eſt l. 5. tit. 7. libr. 5. in noua
legum Regni collecti. qua hæc omnia dubia deci-
ſa ſunt in hæc verba.

¶ *En la ſucceßion del Mayoradgo: aunque el hiio ma-
yor muera en vida del tenedor del Mayoradgo, o de
aquel a quien perteneſce ſi el tal hiio mayor dexare
hiio, o nieto, o deſcēdiente legitimo, eſtos tales deſcen-
dientes del fiio mayor por ſu orden prefieran al hiio
ſegundo del dicho tenedor, ode aquel a quien el dicho
Mayoradgo perteneſcia. Loqual no ſolamente man-
damos que ſe guarde y platique en la ſucceßion del
Mayoradgo a los aſcendientes: pero aun en la ſucceſ-
ſion de los Mayoradgos a los tranſuerſales: de manera
que ſiempre el hiio y ſus deſcendientes legitimos por
ſu orden repreſenten la perſona de ſus padres, aunque
ſus padres no ayā ſuccedido en los dichos Mayoradgos
ſaluo ſi, otra coſa eſtuuiere diſpueta: por el que prime-
ramente conſtituyo y ordeno el Mayoradgo, que en
tal caſo mandamos que ſe guarde, la voluntad del qu
lo inſtituyo.*

¶Ad† cuius legis interpretationē plura ſatis eru
ditè, atque ingenioſè adduxit Reuerendiſſimus
D. Did. de Couarr. Segouienſis Præſul digniſſi-
mus in ſuis. qq. practi. q. 38. adeò, vt nihil mihi ſu-
peraddendum eſſe videretur, vt tamen inſtituto
ſatis faciamus eis quæ ipſe dixit, aliqua breuiter
adiiciemus.

¶In primis autem neceſſarium duximus veram
decidendi rationem ad d. l. 40. Tauri aſſignare. Ex
qua in ca. ſequēti plures cōcluſiones deducemus.
Ex quibus huius materiæ ſubſtātia perfectiſſimè
29 comprehendetur. Vera autem decidendi ratio ad
illam legē ea eſt, quod† ſcilicet in Primogenij inſti
tutione ſemper cenſeatur vocata linea recta Pri-
mogenitorum ſucceſſiuè in infinitum de Primo-
genito in Primogenitum ex propria vocatione,
etiam abſque iuris alterius tranmiſſione: prout
ſupra lib. 1. c. 1. nu. 17. latiùs oſtendimus. Sub voca-
tione namque Primogeniti non ſolùm filius Pri-
mogenitus: ſed nepos & omnes Primogeniti ex
eo deſcendentes in perpetuū, tam ex linea deſcen
dentium: quàm tranſuerſalium vocati eſſe intelli-
guntur. Quod ſic opinantur. Abb. conſi. 85. nu. 3. &
5. lib. 1. Paul. conſil. 164. nu. 4. cum ſeq. lib. 2. Tiraq.
de Primog. q. 40. n. 156. Pala. Ruui. in Rep. Rub. de
don. int. vir. & vxor. §. 69. n. 21. Deci. conſil. 498. nu.
19. Pariſi. conſil. 72. nu. 102. 103 & 107. lib. 4. Socin.
Iunior conſil. 108. n. 2. li. 2. D. Did. de Couar. in qq.
practi. c. 38. nu. 6. & 7. & alibi ſæpè Scrib. Ideóque
dum ſupererit, aliquis ex linea illius qui ſemel ius
Primogenituræ acquiſiuit, nullus qui ex alia linea
procedat, admittendus erit.

¶Ex quib. infertur, quòd cum filius Primogeni-
tus etiam viuente patre hoc ius Primogeniturę, vt
paulò antè probauimus conſequatur: etiamſi in
vita parentis ipſe moriatur ad nepotem ex filio
Primogenito, & eius deſcendentibus Maioratus
ſucceſſio deferenda ſit, vt ſemper eiuſdem Maio-
ratus ſucceſſio lineam rectam Primogenitorum
30 ſequatur. Cùm incluſio lineæ Primogeniti omnes
alias lineas excluſerit, vſquequò omnes hi defi-
ciāt, qui ex eius linea proceſſerint. Quod not. ele-
ganter Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure de-
liber. n. 11. verſic. 9. quia Primogenitus. vbi inquit,
quòd Primogenitus naſcendo ſe incluſit, & per
conſequens excluſit perpetuò ſecundogenitum.
Ideóq; † dum aliquis ex linea Primogeniti ſuper-
erit, nec ſecundogenitus, nec etiam alius ex eius
linea procedens ad Maioratus ſucceſſionem ad-
31 mittendus erit. Idipſum etiā optimè declarat Pau.
d. conſil. 164. n. 4. & 5. lib. 2. vbi inquit, quòd† filius
Primogenitus efficit primū caput in linea deſcē-
dentium. Secundogenitus autem ſecundùm caput
conſtituit, vt eo ordine ad inſtar edicti prætorij
de bonorum poſſeſſionibus ad Maioratus ſucceſ-
ſionem filij admittendi ſint: ita, vt dum aliquis ex
primo capite ſupererit, nullus ex ſecundo capite
in eo Maioratu ſuccedere poſſit. Idipſum dixit
Præpo. in c. 1. nu. 10. ad fin. de feud. Marchiæ. Soci.
conſil. 47. n. 13. in fine. lib. 3. Idem Socin. conſil. 252.
n. 17. lib. 2. Deci. conſil. 397. num. 4. D. Didacus de
Couarr. qui plura refert in quæſtionibus practi. c.
38. n. 6. & nu. 12. Fernand. Menchaca. de ſucceſſio.
creati. lib. 3. §. 27. nu. 10. Idque ſummè comproba-
tur ex his, quæ dixit Alexand. conſil. 4. numer. 10.
& 14. libr. 4. Idque optimè declarat Alciatus. Pa-
rergon. lib. 8. capit. 15, ad fin. verſic. ſubtiliter. Idem
conſil. 184. & conſil. 96. numer. 39. Peralta. in rep.
Rubr. ff. de hæred. inſtitut. numer. 130. verſicul. vl-
timo ex præmiſſis. & alibi ſæpè Scrib.
32 ¶Quæ omnia etiam comprobantur ex his, quæ
dicun

dicunt Scrib. quos ſupra iſto lib.c. 4.nu.14.citaui-
mus: dicentes, quòd quoties ſucceſſio ad vnam li-
neam deuenit non debet fieri trāſitus ad aliam: niſi
deficientibus omnibus his, qui ex illa linea pro-
ceſſerint, arguendo de ſucceſſione, iam delata ad
ius Primogenituræ ſemel delatū. Sicut† enim ſuc-
ceſſio ipſa non debet exire ex illa linea, in qua ſe-
mel ingreſſa eſt, ita etiam Primogenituræ ius non
debet tranſitum facere ex ea linea, in qua ſemel
radicatum eſt: niſi omnes ex eadem linea proce-
dentes deficiant. Cùm eadem ratione, qua Maio-
ratus inſtitutor prætulit filiū Primogenitum: eius
liberos etiam prætuliſſe cenſendus ſit.l.cum auus.
ff. de condit.& demonſtrat.l.cum acutiſſimi: cum
ſimilibus.C.de fideicommiſſ.

33 ¶Idipſum etiam non obſcure probat.d.l.2.ti.15.
part.2.hoc modo ponderata. Inquit enim, quòd in
Maioratu ſemper linea recta ſuccedendum eſt, vt
comprehenditur ex verbis eiuſdem legis ibi. *Pu-
ſierō que el Sennorio del Reyno le heredaſſen ſiempre
aquellos, qui veniessen por linea derecha.* Ex quibus
verbis in regno Caſtellæ ſemper linea recta Pri-
mogenitorū cæteris anteferenda eſt, & hęc lex ius
commune huius regni appellat, vt infra iſto libro
c.12.nu.11. dicemus. Ex qua generali regula in ea-
dem lege deducitur, quòd mortuo Primogenito
in vita Regis ius Primogenituræ ad filiū filij Pri-
mogeniti deferatur. Quod inſinuat apertiſſimè
lex illa dum dicit. *E porēde eſtablecieron, que ſi hiio
varō no ouieſe, la hiia mayor heredaſſe el Reyno. Y aū
mandarō que ſi el hiio mayor murieſſe ante que here-
daſſe ſi dexaſſe hijo, o hija que ouieſſe de ſu muger legi
tima, que aquel, o aquellal o ouieſſe, &c.* Quaſi aper
tius dicat, ex ea genericā propoſitione, quā pręmi
ſimus, quod ſcilicet in Regno linea Recta ſuccedē
dū ſit, deducitur quòd ſi Rex nō habuerit filiū ma
ſculū, filia fœmina ſuccedat: ne Regnum in lineam
tranſuerſam deuolatur. Item etiā deducitur, quod
filio Primogenito in vita Regis defuncto eius fi-
lius Primogenitus ſuccedat, vt ſcilicet Regni ſuc-
ceſſio ſemper lineam rectā ſequatur. †Ex cuius le-
gis verbis apertiſſimè etiam comprehenditur in
Primogenitorum ſucceſſione nō ſolùm cōtinuan
dam eſſe lineam rectam illius ad quem ſemel eius
ſucceſſio delata fuit, ſed etiam illius ad quē ſemel
ius Primogenituræ deuenit, quāuis Maioratus ſuc
ceſſionem non acquiſierit. Quæ dictæ.l.2.partita-
rum inductio noua, atque ſubtilis eſt.

34 ¶Nec obſtat† ſi dicatur, quòd linea nō poteſt in
cipere, niſi ab illo, qui ſucceſſionem occupat, vt
probatur ex text.in cap.1. vbi per Scrib.de ſucceſ.
feud.& in ca.1.de ſucceſſio.fratrum, vel gradibus,
ſuccedentium in feud.not.Alciat.conſi.494.n.10.
& conſi.499.n.3.& conſil.523.nu.10.& quòd om-
nes, qui deſcendunt ab ipſo, qui ſucceſſionem oc-
cupauit dicuntur eſſe ex eius linea: prout probat
Rapha.Fulg. conſil.229.col.2. & Iaſ.inter conſilia
feudalia.Alber.Brun.conſi.9.col.2.

35 ¶Ad hoc nāq; reſpōdetur,† quòd aut quærimus
de linea vltimi poſſeſſoris, aut de linea Primoge-
niti. Si de linea vltimi poſſeſſoris quæramus, non
dicitur efficere lineam: niſi ille, qui in Maioratu
ſucceſſit. Si verò quæramus de linea Primogeni-
torum, is qui Primonatus fuit, illico ius Primoge-
nituræ acquiſiuit, & lineam ſecundogeniti exclu-
ſit, lineam Primogenitorum inter ſe, & illos, qui
ab ipſo deſcenderint conſtituens, vt ſuperiùs pro-
batum eſt. Idque præ cæteris prob.tex.in d.l.2.tit.
15.parti.2.atque ſic neceſſariò intelligendum eſt in
Primogeniorum ſucceſſione: ne plura abſurda, at-
que inconuenientia ex huius tam receptæ ſenten-
tiæ reiectione ſubſequantur.

36 ¶Ad cuius aſſumpti maiorem comprobationem
conſiderandum eſt, quòd† Maioratus ſucceſſio al
tero de duobus modis conſiderari debet. Primò,
quatenùs filio Primogenito ſtatim cùm naſcitur
in habitu eadē ſucceſſio acquiritur. Secundò, cum
iam mortuo parente realiter & actualiter ſibi de-
fertur, atque ab ipſo apprehenditur. Quam ſuc-
ceſſionum differentiam optimè conſiderauit Bel-
lamera.decisione.723.n.16. verſic. accedo ad ſolu-
tiones. Atque etiam Caro. Mol.in conſuet.Pariſi.
tit.1.§.8.gl.3.n. 5. comprehenditúrque ex his, quæ
paulò ante adducta ſunt.

37 ¶Similiter etiam cōſiderandū eſt, quod† eo ipſo,
quod Primogenitus naſcitur, ſtatim eidē cū iure
primogenituræ ſpes quędā certa atque incommu
tabilis, ac ius ſuccedendi in habitu ad Maioratus
ſucceſſionem ſuo loco, & tempore acquiritur.
Quod quamuis in vita parentis ſuſpenſum eſſe di-
catur: illi tamē auferri non poteſt: ſed ad eius pri-
mogenitum tranſmittitur, vt opinantur Oldral.
conſ.224.n.27.cum ſeq.& Alb.in proœ.ff.§.diſci-
puli.n.22. Abb.conſ.85.n.2.lib.2. Soci.cōſ.252.nu.
15.lib.2.Bellamera.deciſ.717.nu.6.& in deciſ. 723.
n.17.ad fin. Tiraq.de Primoge.q.21.n.7.& q.43.n.
14.& 20.& q.40.n.66.& nume.93.& n.196. Carol.
Moli.d.§.8.gl.3.nu.5.& 6.& alibi ſæpè Scrib.quos
etiam ſuperiùs citauimus. Ideóque, non mirum ſi
hoc ius conſiderandum ſit, ad hoc, vt ex eo primo
genitus ante realem, & actualem ſucceſſionem,
lineam propriam efficiat, ita vt ab illa dū aliquis
ex ea ſuperſit, ad aliam tranſitus faciēdus non ſit.

38 ¶Id etiam vltimo loco conſiderandum eſt, quòd
quamuis diceremus, in hac ſpecie conſiderandam
eſſe aliquam iuris primogeniturę tranſmiſſionem
de filio in nepotem, ea iuris principiis non repu-
gnat: imò ſatis clarè ex eiſdem cōprobari poteſt.
Id namque fieri poſſe oſtendit Bart, in l.is poteſt.
n.8.ff.de acquir.hæred.vbi inquit, quod† quāuis fi
liatio nō trāſmittatur: ius tamē Primogeniturę be
nè trāſmiti pōt de filio in nepotem. Cuius dictū
Paul.Aret Iaſ.& commun.Scrib. ibid. ſequuntur.
Quod etiam ſequuntur Carol.Ruin.conſi.86.n.5.
lib. 3. alij quos refert Tiraquellus de Primogen.
q.40.nu.88.

39 ¶Imò† cùm ex Maioratus inſtitutiōe Primogeni
ti omnes, vt prædiximus, comprehendantur, nulli
dubium, niſi quòd hæc Primogenituræ qualitas in
ſequētem vocatum faciliùs trāſmittatur, in eáque
valeat parentem repræſentare, etſi in perſona pa-
rentis vocatio eo moriente defecerit, quod pro-
batur ex eo, quòd quando plures, vnus poſt alium
ad alicuius fideicommiſſi ſucceſſionem vocan-
tur, atque vocatio primi in cauſam caduci deue-
nit, ex eo quòd ipſe in vita teſtantis mortuus fuit:
nihilominùs tamēn ſequentes ex propriis voca-
tionibus ſuccedēt. Idque probatur ex tex.in l.vna.
§.pro ſecundo, & in §. ſin autem aliquid ſub con-
ditione.C.de cadu.tollen.l.quādiu.la.3.§.is autem
vbi Bart.& communiter Scrib.id notant.ff.de ac-
quir.hæred. Ex quibus iuribus id verum eſſe profi
tentur Alex.conſ.1.n.1.& 2.li.2. Soc.conſ. 37.n.10.
li.1.Iaſ.conſ.148.li.2.& conſ.203.eod.lib. vbi hanc
dixit eſſe communem opinionem Alciatus.conſi.
508.n.4.Pariſi.conſ.70.n.20.libr.3. Tiraquellus in
l.ſi vnquam.C.de reuocā.don.verb libertis.n.50.
& alibi ſæpè Scribent.

¶Nec



40 ¶Nec obſtat ſi dicatur in his ſucceſſionibus, quę
iure hæreditario non deferuntur veluti in Maio-
ratus ſucceſſione, repræſentationem admittēdam
non eſſe, ex tex.in l.tutela.§.ſi duo.ff. de legi.tutel.
& in l.ſi libertus præterito. §.1. ff. de bon.liberto.
per quæ iura dixit Nicolaus de Matharel. in l.fina.
C.de iuriſdi.omni.iudi. Quem refert Bald.in l.li-
bertæque.n.18.C.de ope.liberto. quòd quādo non
ſucceditur iure hæreditario, repræſentatio admit-
tenda non ſit. Quod etiam dixit. Bart. in Authent.
poſt fratres la.1. num.1.C.de legi hæredi.& plures
alij, quos referunt Acoſta. in quæſtione patrui, &
nepotis.pag.34.cum duabus ſequenti.atque Tho-
bias Nonius conſ.4.n.8.

¶Ad hoc namq; reſpōdetur, †quòd quāuis com
munis regula ſit, quòd in his, quæ iure hæredita-
rio non deferūtur, repræſentatio admittenda non
ſit: hoc tamen in tribus caſibus non procedit, qui
omnes ad Primogeniorum ſucceſſionem adapta-
41 ri poſſunt. Primus, †quando ſuccedendū eſt, linea
recta iure Maioratus, atque Primogenituræ. Tunc
namque etſi ea ſucceſſio iure hæreditario non de-
feratur, repræſentatio, atque ſubrogatio vnius
Primogeniti in locum alterius admittēda eſt. Nō
enim aliter poſſet iure Primogenituræ, nec linea
recta verè, atque præciſè ſuccedi, ex his, quæ ſupe
riùs adducta ſunt. Quod† non ſolum in Primoge-
niis: ſed in anniuerſariis, & patronatibus, atque
Emphyteoſi iure Primogenituræ relictis, pari ra-
tione dicendum erit, vt infra c.ſeq.nu.19.dicemus.

43 ¶Secūdus, †quādo non ſolùm filius Primogeni-
tus: ſed eius filius Primogenitus, & omnes deſcen
dētes in infinitum ad maioratus ſucceſſionem in-
uitati ſunt. Tūc namque cum vnuſquiſque Primo
genitus habeat propriā vocationem, nullo pacto
dubitari poteſt: niſi quòd mortuo parente ipſe in
eius locum ſubrogandus ſit, eiúſque perſonam re-
præſentare debeat: prout ſupra lib.1.c.1. n.17.oſtē
ſum eſt. Quāuis hæc non tam repræſentatio, quā
propria vocatio, ac ſubſtitutio cenſenda ſit: prout
declarāt omnes, quos ſ̃.lib.1.c.1.n.17.nuncupatim
citauimus, atque vltra illos Alciatus. cōſi.585.n.7.
& Deci.conſil.515.n.1.& Fabius Acorombonus in
l.hæredes mei.§.cum ita. numer. 13.ff.ad Trebell.
Et Zanchius ibi n.232.

44 ¶Tertius, †qn̄ fideicommiſſum factum fuit fa-
milię deſcendentibus, ſeu cognationi propinquis,
vel ſimilibus ſub hoc nomine collectiuo. Tunc
namque repræſentatio admittenda erit: etſi in eo
fideicommiſſo iure hæreditario ſuccedēdum non
ſit. Cum enim in hoc fideicōmiſſo iuxta ordinem
ſucceſſionis ab inteſtato ſuccedendum ſit: conſe-
quens eſt, vt in eo repræſentatio: ſicut in aliis ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato admitti debeat, vt in ca-
pitul.ſeq.n.20 & 21.apertiſſimè oſtēdemus. Quod
45 comprobatur ex eo, quod† fideicōmiſſum, quod
aliàs tranſmitti nō poſſet, efficitur trāſmiſſibile: ſi
fauore agnationis relictum ſit Cepha. cōſ. 114.nu.
15.Fran.Piſcina de ſtatutis excl.fœmi.n. 58. Idque
non ſolum in fideicommiſſo: ſed in Primogenio,
& in alia quacunq; diſpoſitione in qua familia vo-
cata eſt, dicēdum erit. Sicq;† intelligendus eſt tex.
in d.l.tut.§.ſi duo ff.de legi.tut. & tex.in d.l.ſi liber
tus præterito.§.1.ff.de bo.liber. & alia iura, quæ in
contrarium adduci ſolent.

47 ¶Extra quos caſus ſēper reprę̄ſētatio in ſucceſſio
ne hæreditaria admittēda, in aliis verò deneganda
erit: †niſi ī feudo, ī quo iure ſingulari repræſētatio
ſemper admittatur: etiāſi iure hęreditario nō defe-
ratur: prout ex plurib.probat Iaſ.in l.ſi auię.n.5.C.
de ſucceſ.edic. Afflict.in c.1.nu.12. & 23.de ſucceſſ.
feud. Tiraq.q.de Primog.40.n.18. Grām.deci.1.ad
fin. Acoſta.de patruo, & nepote pag. 184. quorum
opinio ſequenda eſt, reiecta opinio. Anto.de Ro-
ſellis.de ſucceſſio.ab inteſtā.nu.118. Quibus regu-
lis obſeruatis, ex eis facilè comprehendetur hu-
ius materiæ reſolutio, quæ ad Scrib. Hiſpanis ſatis
diffusè tractatur, atque ex eis etiam deducitur ve-
ra ad d.l.partitarum decidendi ratio.

¶Ex qua ratione etiā moti fuerūt legū Taurinarū
cōditores, ad declarandū, quod in Primogenis, ēt
mortuo Primogenito in vita Maioratus poſſeſſo-
48 ris, ei⁹ filij ac deſcēdētes cæteris præferātur. Quod
probat eadē lex Tauri ibi. *De manera que el hiio ma
yor y ſus hiios y deſcēdiētes legitimos por ſu ordē re-
preſentē la perſona del ſus padres: aūque ſus padres
no ayā ſuccedido en los Mayoradgos.* In quo animad
uertēdū eſt, quòd lex Tauri nō dixit, *repreſentē el
grado de parēteſco, o de proximidad de ſus padres*: i-
mò dixit, *que repreſenten la perſona de ſus padres.*
Quod† verbū eſt magis generale, & potiùs ad qua-
litatē Primogenituræ, quæ reſidebat in perſona pa
tris: quā ad gradum, referendū eſt. Quòd aūt ver-
bū illud ad qualitatē Primogenituræ referendum
ſit, probatur triplici conſideratione. Prima quia ſi
ad gradum verba hæc referenda eſſent: neptis ex
filio Primogenito non poſſet ex repræſentatione
gradus parentis filium ſecundogenitū maſculum
49 excludere. Cùm enim† maſculinitas parētis in fi-
liam tranſmitti non poſſit, nec etiam ab illa re-
præſentari, vt inquit elegāter Bart.in l.liberorum.
num.13.ff.de verbo. ſigni. Cuius doctri.ſequuntur;
Rapha.Fulgo.Alex.n.5.Iaſ.n.6. Deci.n.7.& cæteri
Scrib.in l.venia.C. de in ius vocan. Alciatus.lib.1.
de verbo.ſigni.n.28.Peralta.in l.cum ita.§.in fidei-
commiſſo.ff.de lega.2.n.18. Aymon.conſi.108.n.1.
Cepha.conſil.13 n.9.Portius.conſil.6.n.68.& cōſi.
2.n.17. Si neptis ſolum gradum parentis repręſen-
taret, proculdubiò à filio ſecundo maſculo exclu-
deretur. Cùm etiamſi eſſet in ipſomet gradu, quo
parens eius fuit: ſi eſſet fœmina à maſculo ſecun-
dogenito excludenda foret, prout ſupra iſto libr.
ca.3.latiùs oſtendimus. Ideóque neceſſariò dicere
debemus, quòd qualitas perſonæ parentis, quæ ex
d.l. Tauri repræſentatur, eſt qualitas Primogeni-
turę. Ex qua neptis in linea Primogenitorum con-
50 ſtituitur, & ſubrogatur. Quæ Primogenitorum li-
nea omnes alias excludit, atque omnes perſonas
ex eis procedentes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ſiue
eiuſdem gradus, ſiue alterius ſint, vt paulò antè
probauimus, & etiam ſ̃.iſto li.c.n.14.oſtenſum eſt,
vbi diximus primo loco conſiderandam eſſe lineā:
ſecundò ſexum: tertiò ætatem: vltimo autem loco
proximitatis gradum.

¶Secunda conſideratio: †quia cū linea recta Pri
mogenitorum ſemper cōſideranda ſit, omnéſque
Primogeniti in infinitum ex Maioratus inſtitu-
tione vocati eſſe cenſeantur: non eſt cur dē gra-
dus repræſentatione tractemus, cùm etiam in ca-
ſibus vbi gradus repræſentatio non admittitur, is
qui ex Primogenito deſcendit, ex repręſentatione
ſolius Primogenituræ cæteris in proximiori gra-
du exiſtentibus in Maioratus ſucceſſione præfe-
rendus ſit, vt inferiùs dicemus. Quod hanc no-
ſtram decidendi rationem ad d.l.40.Tauri eui-
dentiſſimam reddit.

¶Tertia

51 ¶Tertia cōſideratio: quia vt dict. l. 40. Tauri euidentius oſtendat non conſideraſſe gradus: ſed ſolius Primogenituræ repræſentationem: inquit, *repreſentādo la perſona de ſus padres por ſu orden*, nec dicit, *repreſentādo la de ſus abuelos, ni la de ſus aſcēdientes.* Cum enim omnes Primogeniti vnus poſt alium ad Maioratus ſucceſſionem vocati ſint, & ex ea vocatione vnuſquiſque Primogenitus ius Primogenituræ ex Maioratus inſtitutione conſequatur, non eſt neceſſaria aſcendentium repræſentatio: ſed ſolùm tenetur filius oſtendere ſe eſſe filium illius, ad quem ius Primogenituræ deuenit, ſiue in Maioratu ſucceſſerit, ſiue non. Ex hoc nāq; ſolo repræſentando parētis Primogenituram, ipſe Maioratus ſucceſſionem conſequitur: ſicut pater ſuus: ſi viueret repræſentando perſonam ſui parentis, idipſum efficere poſſet, & hoc eſt, quod lex illa inquit. *repreſentādo la perſona de ſus padres por ſu orden*: id eſt, quòd ſucceſſio Primogenituræ trāſeat gradatim de patre in filium, & de Primogenito, in Primogenitum: non repræſentando gradum: ſed ſolùm perſonam, ac Primogenituram parentis ordine ſucceſſiuo, quilibet poſt parentem ſuum Primogenitum: quòd ſi lex illa voluiſſet, quòd gradus proximitas eſſet, repræſentanda imperfectè diſpoſuiſſet, dicēdo. *De manera que el hiio y ſus deſcēdientes repreſentando la perſona de ſus padres*, cū pluries neceſſarium eſſet repræſentare gradū auorum, & proauorum. ne in gradus proximitate, à filiò ſecundogenito vltimi poſſeſſoris, filij, ſeu deſcendentes Primogenitorum præcederentur: quæ inductio. & conſideratio plurimùm ad dictæ leg. Tauri intellectum conducit. Quibus adiicitur Hiſpano ſermone loquēdo non rectè verbum illud, *Padres*, poſſe ad omnes aſcendentes referri.

¶Ex quib. †conſequitur ex dictis leg. partitarum & Tauri, non eſſe conſideratam gradus, ſed lineæ Primogenitorum repræſentationem: cùm vbi gradus non repræſentatur, ſola repræſentatio lineæ Primogenitorum omnes in proximiori gradu exiſtentes excludat. Idque verum mihi videtur. Sed quando hoc aliquis inficiari velit, ſaltem negare non poterit, quòd illud. quod principaliter in ea lege repræſentandum eſſe diſponitur, eſt qualitas iſta Primogenituræ, ſeu linea Primogenitorum. Quāuis gradus etiam ex eius diſpoſitione neceſſariò repræſentandus eſſet.

52 ¶Similiter etiam †deducitur dictas leges partitarum & Tauri nihil aduerſus iura cōmunia diſponere: etiamſi repræſentationem ad caſus, in quibus iure non admittebatur, extenderint. Cùm enim repræſentationem non ad gradum: ſed ad ſolam lineam Primogenitorum, & Primogenituræ qualitatem conceſſerint, conſtat nihil iuri communi cōtrarium diſpoſuiſſe: cùm iure communi ſolùm inſpecto, neceſſariò, idipſum dicendum eſſet: imò cùm ex Maioratus inſtitutione omnes Primogeniti vnus poſt alium ex propria vocatione inuitati eſſe cenſeantur: prout ſupra lib. 1. c. 1. nu. 17. oſtenſum eſt. Conſtat vnumquemque qui ex patre Primogenito natus fuit, ſolùm ex qualitate Primogenituræ parentis in eo repræſentata transfuſa, atque ſubrogata, admittendum eſſe. Quod ex pluribus probat, atque verum eſſe oſtendit Dominus Didacus de Couarr. in quæſtionibus practicis. ca. 38. n. 6. verſicul. ipſe vero. Cuius opinio mihi proculdubiò vera, ex his, quæ dicta ſunt, videtur.

¶Viſa igitur, ac perpenſa vera. d. l. 40. Tauri. decidendi ratione, ſupereſt, vt ad eius enarrationem deſcendamus. Sed quoniam ea lex in duas partes diuiditur. Prima, quòd in Maioratus ſucceſſione ſit locus repræſentationi: tam inter deſcendentes. quàm inter tranſuerſales. Secunda, quòd ea repræſentatio valeat ex diſpoſitione Maioratus inſtitutoris excludi, in vno ex duobus capitibus ſequentibus, primam: in alterò verò ſecundam eius partem gratia clarioris intelligentiæ interpretabimur.

*SVMMARIA.*

1 *Filius non poteſt perſonam parentis repræſentare: niſi eo caſu, quo pater eius ſi viueret in Maioratu ſuccederet.*
2 *Perſona, quæ à Maioratus ſucceſſione excluditur, repræſentari non poteſt.*
3 *Inteſtatus mori non dicitur is, qui etiamſi, vellet, non poſſet facere teſtamentum.*
4 *Ius in potentia, & ſpe acquiſitum à parente, ſufficit vt filius poſſit eius perſonam repræſentare.*
5 *Ius repræſentandi in hæreditate aſcendentium, deſcendentibus in infinitum conceſſum eſt, nec in pronepotibus finitur.*
6 *Tex. in §. cum filius Inſtitu. de hæreditat. quæ ab inteſta. deſerun. declaratur.*
7 *Deſcendentes in ſucceſſione Maioratus, quoad repræſentationē, appellantur hi, qui ab vltimo Maioratus poſſeſſore deſcendunt, etſi à primo inſtitutore non deſcendant.*
8 *Deſcendentes à primo inſtitutore, quoad repræſentationem dicūtur tranſuerſales: ſi ab vltimo Maioratus poſſeſſore non deſcendant.*
9 *L. 40. Tauri, quæ concedit tranſuerſalibus ius repræſentationis: vtrum procedat in his tranſuerſalibus, qui à primo inſtitutore non deſcendunt.*
10 *Repræſentatio in Maioratibus tranſuerſalibus conceſſa, abſque graduum reſtrictione intelligenda eſt.*
11 *Relatiuum, omnia præcedentia comprehendit.*
12 *Repræſentatio admittenda eſt, in his bonis, quæ iure Maioratus à Rege Henrico Secundo, Nobilibus Hiſpaniæ donata fuerunt.*
13 *Repræſentatio: vtrum in Regia ſeu Dominica conceſſione admittenda ſit.*

14. *Repræ-*



14 *Repræſentatio admittitur in Primogeniis: non ſolùm ex vltima voluntate: ſed etiam ex contractu inſtitutis.*
15 *Verbum, ſucceſſio ſucceſſorem vniuerſalem, & particularem, & ſucceſſorem ex contractu, atque ex vltima voluntate comprehendit.*
16 *Primogenitus viuo patre deſcendens, ſpem ſibi ex donatione competentem in filium ſuum tranſmittere poteſt.*
17 *Diſpoſitio l. 40. Tauri non ſolùm habet locum in Maioratu: ſed etiam in Regni ſucceſſione.*
18 *In Regno Hiſpaniæ non poteſt ſuccedere tranſuerſalis, qui à Rege Pelagio non deſcendat.*
19 *Repræſentatio iuxta formam. l. 40. Tauri admittenda eſt in feudo, Emphytheoſi iure patronatus, anniuerſariò iure Maioratus relictis.*
20 *Repræſentatio: vtrum in fideicommiſſis familiæ relictis admittenda ſit.*
21 *Repræſentatio non datur in fideicommiſſis familiæ relictis, inter filios fratrum: quando ipſi inter ſe: non autem cum patruis ſuccedunt.*
22 *Leges partitarum frequenter Azonis opiniones ſequi ſolent.*
23 *Azo legum partitarum collectioni intereſſe non potuit.*
24 *Azo, quo anno mortuus, & ſepultus fuerit.*

## *Ad quas perſonas, caſus atque gradus in Primogeniorum ſucceſſione repræſentatio protrahenda ſit.*

## CAPVT SEPTIMVM.

VT autem primam dictæ legis. 40. Tauri partem expendamus, atque ea dubia, quæ ſuper eius intellectu frequentiſſimè controuerti ſolent vera reſolutione dirimantur, illud hoc in capite tractandum ſe offert: vtrum ſcilicet repræſentatio, quę ab eadem lege deſcendentibus, ac tranſuerſalibus in Maioratuum ſucceſſione conceditur, genericè, ac abſolutè, accipienda, ac intelligenda ſit: an ad aliquas perſonas, ſeu gradus reſtringatur. In qua quæſtione quæ frequens, & aſſidua eſt, ſequentes concluſiones obſeruandæ erunt.

1 ¶Prima igitur concluſio ſit †in Maioratus ſucceſſione ſolùm in eo caſu repræſentationem filio cōcedendam eſſe, quo eius pater ſi viueret, poſſet in Maioratu ſuccedere. Cum enim ea ſucceſſio ex repræſentatione perſonæ parentis deferenda ſit, cōſequens eſt, vt pater, qui non eſt vocatus, nec poſſet etiamſi viueret in Maioratu ſuccedere, non poſſit à filio repræſentari. Cùm non poſſit plus iuris eſſe in cauſato: quàm in influenti potentia cauſæ: prout ad aliud propoſitum dixit Bal. in l. prima. ff. de Senato. Iunctis his, quæ ſupra iſto libro cap. 5. nu. 45. cum ſequen. tradidimus. Idque in repræſentatione loquens dixit Bald. in l. venia
2 nu. 5. C. de in ius vocan. vbi inquit, quòd nepos ex filio ſuccedit ex repręſentatione parentis, qui ſuccedebat: neptis †autem ex filia non ſuccedit: quia repræſentat perſonam, quæ excludebatur. Cuius dictum in hac ratione ſequuntur ibi Alexand. nu. 5. Iaſ. nu. 6. Deci. num. 7. & communiter Scribent. Idque etiam apertiſſimè ſentit Ioan. Andr. in Rubric. de feud. col. pen. verſ. Item quanuis, Oldral. conſil. 224. nu. 37. Tiraquellus de retract. Lignagier. §. 1. glo. 9. num. 102. Carolus Molineus in conſuet. Pariſi. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. nu. 12. Idque in terminis dictæ. l. 40. Tauri. dixit Grego. Lopez in l. 3. tit. 13. partita. 6. in verbo. *Mugeres*. col. 6. verſic. lex. etiam Taurina. Quod etiam verum eſſe profitetur Acoſta in dict. quæſt. patrui, & nepotis pagin. 69 ad finem. Idque apertiſſimè probat dict. l. 40. Tauri. ibid. *Aunq; ſus padres no ayan ſuccedido en los dichos Mayoradgos*. Requirit námque lex potentiam ſuccedendi: quanuis effectus ſequutus non ſit: aliàs námque ineptè diceretur. *Aunque ſus padres no ayan ſuccedido en los dichos Mayoradgos*: ſi etiā mortuo vltimo Maioratus poſſeſſore, non poſſent in e-
3 iuſdem Maioratibus ſuccedere: ſicut † non dicitur propriè mori inteſtatus is, qui etiamſi vellet, teſtamentum facere non poſſet. l. 1. in princip. verſic. planè. ff. de ſui. & legit. hæred. Per quem text. id communiter Scribent. ſequuntur: prout profitetur Alexand. conſil. 115. nume. 1. cum ſequent. lib. 2. Idem conſi. 153. nume. 7. lib. 7. Tiraquellus in tracta. LE MORT SAISIT LE VIF. 3. part. 7. declarati. nume. 1. cum ſequent. & alibi ſæpè Scribent. Quæ inductio iuncta cum verbis illius. l. *repræſentando la perſona de ſus padres* vera mihi videtur. Non enim concedimus admittendā eſſe repræſentationem Primogenituræ parentis in filio, cuius pater aliquo tempore ius Primogenituræ non habuit, ex quo excluſerit ſecundogenitum, & incluſerit omnes illos, qui ex eius linea proceſſerunt.

4 ¶Quæ omnia: quando pater nullo tempore Primogenituræ ius, nec in potentia, nec in ſpe habere potuit, intelligenda ſunt, veluti ſi erat ſpurius, ſeu naturalis, etiamſi legitimatus eſſet in caſibus in quibus reſoluimus legitimatum ad Maioratus ſucceſſionem non admitti, vel aliter à Maioratus ſucceſſione à tempore natiuitatis excluſus fuit. Secùs †autem ſi pater aliquo tempore ius Primogenituræ ſaltim in ſpe, vel in potentia habuerit. Tunc námq; etiamſi ex poſtfacto inhabilis ad Maioratus ſucceſſionem efficiatur: nihilominùs tamen filius eius repræſentando perſonam parentis, ſucceſſionem Maioratus conſequetur. Si enim inhabilis, & incapax ad ſuccedendum pro mortuo habendus eſt. l. ſi necem. §. deportatus. ff. de bon. liber. cum aliis, quæ ſupra libro primo capit. 9. nume. 29. latius adduximus: conſequens eſt, vt idem in filio incapace dicendum ſit. Quod ex dicta. l. 40. Tauri in mortuo ante delatam ſibi Maioratus ſucceſſionem deciſum eſt. Atque etiam in nepote à filio Primogenito furioſo relicto ſupra libro primo capitul. 13. ex

L pluribus

pluribus oſtendimus, ídque pari ratione ad filium relictum à parente monacho vel clerico, vel muto & ſurdo qui à Maioratus ſucceſſione excluſi ſunt trahendum erit. Non enim requirit. dict. l. 40. Tauri. quòd parentes ſucceſſerint in Maioratu ſed quòd veniente die vocationis in eo ſuccedere poſſent: quanuis nec dies venerit, nec in ipſo Maioratu ſucceſſerint ex morte vel incapacitate in vita vltimi poſſeſſoris ſibi contingenti.

5 ¶Secunda concluſio, quòd † quando agitur de ſucceſſione aſcendentium ius repræſentandi: nedũ ad nepotem: ſed etiam ad pronepotem, & omnes
6 alios deſcendentes protrahendum erit. Ea namque eſt repræſentationis natura, vt quando agitur de repræſentando perſonam aſcendentis, id abſq; reſtrictione gradus ſeu perſonæ effici poſſit. De pronepote eſt text. expreſſus in §. cum filius Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. deferuntur. † Qui text. præbuit anſam aliquibus dicendi vltra pronepotes non eſſe repræſentationem inter deſcendentes concedendam: ſed verius eſt etiam ad vlteriores in hoc caſu repræſentationem protrahendam eſſe. gloſſ. ordina. in §. multis verb. *Vſque ad quintum* Inſt. de ſucceſſ. liber. Quam ſeq. Ioan. Fab. ibidem. n. 1. vbi inquit, quòd liberi vocantur in infinitum. Idem in. §. cæterùm Inſti. de legi. agna. ſucceſſ. n. 3. Salicet. in Authen. in ſucceſſione. in fin. C. de ſu. & legi. hæred. Pro qua opinio eſt tex. in §. item vetuſtas verſ. ita tamen. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. deferun. Idque ex pluribus probant. D Dida. de Couarr. in quæſtion ibus practi. q. 38. num. 5. atque Greg. Lopez. in l. 3. tit. 13. par. 6. verbo. *Ningun pariente.* Aduerſus Montal. ibid. qui contrarium verius eſſe profeſſus eſt, pro quorum opinio. & aduerſus opinionem Montal. eſt tex. dict. l. 40. Tauri ibi: *Eſtos tales deſcendientes del hiio mayor.* Quæ verba omnes deſcendentes comprehendunt.

7 ¶Tertia concluſio ſit, quòd † deſcẽdentes in caſu prædictæ. l. 40. Tauri, appellantur non ſolùm hi, qui à primo Maioratus inſtitutore deſcendunt, ſed etiam hi, qui deſcendunt ab vltimo Maioratus poſſeſſore: etiamſi à primo Maioratus inſtitutore non deſcendant. Cùm enim proximitas ad ſucceſſionem Maioratus, non à primo inſtitutore: ſed ab vltimo poſſeſſore conſideranda ſit, conſequens eſt vt reſpectu illius, omnes qui ab eo deſcendunt, nõ tanquàm tranſuerſales: ſed tanquam deſcendentes cenſendi ſint. Quod expreſſim eadem. l. 40. Tauri inſinuat in prima ſui parte: dum loquens de repræſentatione deſcendentium, id in deſcendentibus ab vltimo Maioratus poſſeſſore exemplificat: nec declarat vtrum à primo Maioratus inſtitutore deſcendant, vel non. Idque verum eſſe profitetur D. Didaçus de Couarru. dict. quæſtione 38. nu. 6. iuxta principi. Imò hi, qui à primo Maioratus inſtitutore deſcendunt: non tanquam deſcendentes: ſed tanquam tranſuerſales cenſendi erunt: ſi reſpectu vltimi poſſeſſoris non deſcendentes ſed tranſuerſales ſint, vt in ſequenti concluſione dicemus.

8 ¶Quarta concluſio ſit, quòd † tranſuerſales in caſu dictæ legis. 40. Tauri non tantùm dicuntur hi, qui ipſi Maioratus inſtitutori tranſuerſales ſunt: ſed hi etiam qui quanuis ab eo deſcendant, vltimo tamen Maioratus poſſeſſori per lineam tranſuerſam coniunguntur. Hi námque habita conſideratione proximitatis ad vltimum poſſeſſorem proculdubiò tanquàm tranſuerſales: non tamen ta[illegible]n deſcendentes conſiderandi erunt.

9 ¶I[illegible] † pluribus viſum eſt dictam. l. Tauri nõn eſſe intelligendam de his tranſuerſalibus qui à primo Maioratus inſtitutore non deſcendunt: ſed de his ſolùm, qui ab eo deſcendunt. Reſpectu tamen vltimi poſſeſſoris tranſuerſales ſunt, quod triplici ratione probari poteſt. Prima ex eo, quòd dict. l. Tauri in extenſione repræſentationis quam facit ad tranſuerſales abſque aliqua reſtrictione, iuris communis correctoria ſit. Ideóque ad caſus in quibus minus ius commune corrigitur, reſtringenda erit. Secundò, idipſum probatur ex verbis eiuſdẽ legis ibi. *Pero aun en la ſucceßion delos Mayoradgos alos tranſuerſales.* Cùm enim proximitas ad ſuccedendum in Maioratu reſpectu vltimi poſſeſſoris conſideranda ſit, conſequens eſt, vt illa verba. *En la ſucceßion delos Mayoradgos alos tranſuerſales,* de his, qui vltimis poſſeſſoribus tranſuerſales ſunt, à primo tamen inſtitutore deſcendunt: non autem de his, qui ſunt trãſuerſales reſpectu inſtitutorum intelligi debeant. Tertiò, id etiam probatur ex verbis dictæ legis in priori eius parte: dum eadem lex loquens in deſcendentibus, non loquitur de deſcendentibus inſtitutoris, ſed tantùm vltimi Maioratus poſſeſſoris: vt conſtat ex verbis eiuſdẽ legis. ibi. *Aunque el hiio mayor muera en vida del tenedor del Mayoradgo:* ex quibus verbis interpretanda videntur verba quæ ſequuntur, vbi lex dixit, quòd idipſum, quando tranſuerſalibus ſucceditur, ſeruandum ſit, vt id intelligatur de tranſuerſalibus vltimi poſſeſſoris, non autem inſtitutoris. Verba namque dubia legis, ſeu alterius diſpoſitionis in vna parte declarantur ex his, quæ diſponens dixit in alia. l. 1. vbi per Scriben. cum ſimilibus. ff. de reb. dub. Quod vidimus maximi nominis viros in cauſis, quæ ſuper hoc articulo contigerunt maximo conatu profiteri. Atque hanc opinio. veram eſſe profitentur Anto. Gomet. in l. 8. Tauri. n. 2. atque Greg. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *El mas propinquo pariente.* col. 2. verſicu. ſed quid ſi aliquis vbi inquit, prædictam legem. 40. Tauri ſolùm in tranſuerſalibus à primo inſtitutore deſcendentib. intelligendam eſſe.

¶Sed quanuis hæc opinio ſubtilis ſit, contraria tamẽ ſententia mihi verior eſſe videtur. Quod patet ex eo, quod ex illa lege repræſentatio tranſuerſalium atque deſcendentium æquiparata ſit, atque idem ius repræſentandi, quod conceditur. quando ſucceditur aſcendenti, concedatur etiam quando ſucceditur tranſuerſali. Conſtat autem verba eiuſdem legis tam de tranſuerſali vltimi poſſeſſoris, quàm inſtitutoris, intelligenda eſſe: cùm tam vnus quam alter tranſuerſalis eſſe dicatur, & ad hoc, vt ſucceſſor tranſuerſalis ſit, non requiratur, quod à primo inſtitutore deſcendat. Imo ſi verè conſideretur apertiùs verbum tranſuerſales, eos qui non deſcendunt à primo inſtitutore, quàm eos, qui ab ipſo deſcendunt, deſignat, cum primi non poſſint aliter quàm tranſuerſales appellari, vltimi vero non poſſint tam propriè tranſuerſales, quàm deſcendentes reſpectu primi inſtitutoris, dici. Cùm igitur verba legis generalia ſint, neceſſario iuxta communes, ac generales iuris regulas genericè, & abſolutè intelligenda, atque accipienda erunt. Nec eſt cur potiùs ad vnum, quàm ad alium tranſuerſalium illa reſtringamus.

¶Nec obſtat ſi dicamus legem illam in hac extenſione



tenſione repræſentationis reſpectu trãſuerſalium eſſe iuris communis correctoriam. Ideóque quantum eſt poſſibile reſtringendam eſſe. Nam præterquàm quod dici poteſt in hac parte dictam legem non eſſe iuris communis correctoriam, habito reſpectu ad Hiſpanorum conſuetudinem & legem partitarum: quæ eſt ius cõmune huius Regni, & ius commune Romanorũ: præſuppoſita Hiſpanorum Maioratuum natura, & ſuccedendi cõſuetudine: & dicitur vt in ſeq. cõcluſione dicemus: in qua & ſemper dicitur non eſſe correctoria in extenſione repræſentationis in infinitum tantùm: non tamen in illius inductione, vt in ſequenti cõcluſione dicemus: etiamſi correctoria eſſet, reſtrictionem contra verba pati non poſſet, ſed ſolùm illam, quæ verba in ea appoſita paterentur. Conſtat autem verba illa de tranſuerſalibus primi inſtitutoris eſſe intelligenda ex eo, quod hi ſolum propriè & omni reſpectu tranſuerſales ſint, & ex eo etiam, ꝙ l. ipſa dicit illud ſeruandum eſſe: quãdo tranſuerſali ſucceditur. Quæ verba non poſſunt. niſi de primo Maioratus inſtitutore tranſuerſali intelligi. Cùm quanuis in Maioratibus proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris conſideranda ſit: non tamen vltimo poſſeſſori ſuccedatur. Ideóque dũ lex dixit. *En la ſucceßion del Mayoradgo alos trãſuerſales:* intelligit neceſſariò de primo inſtitutore tranſuerſali, cùm illi non autem vltimo poſſeſſori in Primogeniis ſuccedatur, vt pluries in hoc libro oſtenſum eſt, quãuis ex rationis idẽtitate tam de tranſuerſali inſtitutoris quàm vltimi poſſeſſoris verba legis intelligenda ſint. Ex quo etiam ſecunda ratio quæ pro contraria parte adducebatur deſtructa remanet.

¶Similiter etiam non obſtat tertia & vltima ratio, quæ pro contraria parte adducebatur, ꝙ ſcilicet lex Tauri in prima ſui parte loquatur de ſucceſſione reſpectu vltimi Maioratus poſſeſſoris: nõ autem inſtitutoris. Ideóque in ſecunda parte eodem modo intelligenda ſit. Nam quòd. l. illa in prima ſui parte loquatur de deſcendentibus vltimi poſſeſſoris: non autem inſtitutoris, facilè negari poteſt: verba námque eiuſdem legis tam ad deſcendentes inſtitutoris: quam vltimi poſſeſſoris referri poſſunt, nec ex eo, quòd lex illa dicat. *Aunque el hiio mayor muera en vida del tenedor del Mayoradgo,* excluditur ab eius ſucceſſione nepos ex filio Primogenito primi inſtitutoris procedens. Nam etſi verba illa ad vltimum Maioratus poſſeſſorem tranſuerſalem referenda eſſent, opinionem contrariam non probant. Non enim ex ea lege infertur, quòd is vltimus poſſeſſor tranſuerſalis cui ſuccedi prætenditur, deſcendat à primo Maioratus inſtitutore: cùm poſſet in Maioratu ſucceſſiſſe, etiamſi primo inſtitutori tranſuerſalis eſſet, finita linea deſcendentium. Et eſſet abſurdum dicere, quòd ſi vltimus poſſeſſor inſtitutoris tranſuerſalis eſſet, non poſſet eidem ſuccedere: niſi ille, qui à primo inſtitutore deſcenderet: cùm is ante vltimũ Maioratus poſſeſſorem ſuccedere debuiſſet: & eſſet apertiſſimã diuinatio, id in prædicta lege abſque ratione & fundamento ſupplere. Ideóque hæc ſecunda opinio verior ac probabilior mihi videtur: prout etiam viſa fuit D. Didaco de Couarruuio in quæſtionibus practic. dict. cap. 38. nu. 10. verſi. Secundo poteſt. & etiam Emmanueli Acoſta. in dict. quæſtio patrui & nepotis. pag. 134. Idque ſic in caſu contingenti pronuntiatum fuiſſe accepimus.

10 ¶Quinta concluſio ſit, Quòd † in Maioratus ſucceſſione reſpectu tranſuerſalium non ſolùm ſucceditur per repræſentationem inter fratres, & filios fratrum ſed etiam inter alios remotioris gradus. Non enim repræſentatio iſta regulis iuris communis ſubiicienda eſt, quibus poſt fratres, fratrúmque filios inter tranſuerſales repræſentatio non admittitur, text. in Authent. poſt fratres. C. de legit. hæred. cum ſimilibus. Quod ex rationibus quas in capite præced. numero 48. cum ſeq. aſſignauimus, probatur. Si enim non gradus, ſed tantùm perſona parentis, quoad qualitatem Primogenituræ repræſentatur, deriuando illam de patre in filium, & de Primogenito in Primogenitum, atque ex Maioratus inſtitutione omnes Primogeniti ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, non eſt cur iſtam repræſentationem ad gradus de quibus in d. Authẽ. poſt fratres, reſtringamus: ſicut nec vocationes Maioratuum reſtringuntur, ſed omnes agnatos, & cognatos etiam in milleſimo gradu exiſtentes cõprehendere debent, prout ſuperiori libro 1. cap. 3. numero 14. oſtenſum eſt: ſicque in terminis dictę. l. Tauri repræſentationem non eſſe ad fratres fratrúmque filios coarctandam: ſed ad omnes Primogenitos protrahendam, cenſuit D. Didac. de Couarru. in quæſt. pract. c. 38. nu. 10. verſic. Tertio. ad intellectum, cum verſ. ſeq. atque etiam Acoſta in dicta quæſtione patrui, & nepotis, pagi. 134. Quorum ſententia ſequenda eſt: quanuis contrariam ſententiam ſecuti fuerint Gregorius Lopez in d. l. 2. titul. 15. par. 2 in gloſſ. verbo, *El mas propinquo pariente.* colum. 2. & Antonius Gometius in d. l. 8. Tauri, nu. 20.

¶Pro hac autẽ concluſione, & opinione. D. Didaci de Couarru. & Emmanuelis Acoſtæ, quam nunc tanquam veriorem eligimus, facit. d. l. 40. Tauri in tribus locis ponderata. Primò in illis verbis. *Lo qual no ſolamento mandamos, que ſe platique en la ſucceſsion del Mayoradgo a los aſcendientes, pero aun la ſucceßion de los Mayoradgos a los tranſuerſales.* Ad quod probandum præmittendum eſt, quòd in ſucceſſione aſcendentium, deſcendentes in infinitum ex repręſentatione admittũtur prout: ſupra iſto cap. nu. 5. latiùs oſtendimus. Cùm igitur ex ea lege diſponatur, quòd illud quod in ſucceſſione aſcendentium dictum erat, in ſucceſſione tranſuerſalium etiam obſeruetur: conſtat neceſſariò illud cum omnibus qualitatibus, quæ in deſcendentibus appoſitæ erant, in tranſuerſalibus intelligendum, atque accipiendum eſſe ex text. in l. 1. vbi per Scribentes. ff. de lega. 1.

¶Nec obſtat ſi dicatur legem illam id tantùm diſponere, quòd ſcilicet repræſentatio tam reſpectu aſcendentium, quàm tranſuerſalium locum habeat. Hoc autem intelligendum eſſe, non alterando ipſiuſmet repræſentationis naturam: imò illam in terminis iuris communis relinquendo, vt ſcilicet in deſcendentibus in infinitum protrahatur: in tranſuerſalibus verò filios fratrum non excedat: nam hoc poſſet dici ſi lex illa Tauri dixiſſet. *La qual repreſentacion mandamos,* &c. Sed vt intelligeremus eam legem nedum voluiſſe in trãſuerſalibus repræſentationem tantùm admittendam eſſe: ſed id efficiendum eſſe cum omnibus qualitatibus, cum quibus repræſentationem deſcendentium admiſit. Non dixit, *Lo qual repreſentacion:* ſed adiecit relatiuum illud, *La qual no ſolamente mandamos,* &c. genericum, atque indefinitum: vt omnia præcedentia cum ſuis qualita-

21 tibus, & ampliationibus in tranſuerſalibus repetita eſſe cenſerentur. Ea†namque eſt relationis ſimpliciter atque abſolutè natura, vt omnia ea, ad quæ poteſt fieri relatio, abſque aliqua reſtrictione cōprehendat l. hæres meus. §. vxori. ff. de lega.3. ibi *Proculus ad omnia.* Quod veriſſimum eſt, l. ea tamē adiectio. ff. de lega.3. vbi per Scriben. Bart. & cæteri in l. cunctos populos. in princ. C. de ſumma Trinita. & fid. Catho. Iaſ. in §. omnium Inſti. de actio. nu.24. & alibi ſæpè Scrib.

¶Secundo, ad hoc ponderatur dicta l.40. Tauri, ibi: *De manera que ſiempre el hiio y ſus deſcendiẽtes legitimos por ſu orden repreſenten,* &c. in illo verbo. *Semper,* quod perpetuò, & in omni tempore, atq; ſine aliqua præfinitione intelligendum eſt. l. fina. vbi gloſ. & Scribentes. ff. ad leg. Pompe. de parri l. prima, vbi etiam per Scribentes. ff. ſolut. matrim. l. ſemper. ff. de iure imm. Alberti. in ſuo Dictionario, verb. ſemper. Deci. conſil.38. nu.2. & alibi ſæpe Scribentes. Quod etiam ex natura huius verbi, DESCENDENTES, comprehenditur: cùm appellatione deſcendentium omnes deſcendentes in infinitum comprehendantur. l. liberorum, cum ſimilibus. ff. de verb. ſignifi. Idque adiecta dictione, ſemper, apertiùs procedere, ſatis cōpertū eſt.

¶Tertiò pōderatur etiam verbum illud, *El hiio y ſus deſcendientes legitimos.* in d. l.40. Tauri appoſitum. Cùm enim reſpectu ſucceſſionis aſcendentium. l. ipſa dixiſſet in prima ſui parte, vbi de deſcendentibus loquuta eſt. *Hiio, o nieto, o deſcendientes,* & iterū, *Eſtos tales deſcendientes,* &c. vt non dubitari poſſet, idipſum reſpectu ſucceſſionis tranſuerſalium efficere voluiſſe, ſtatim ac de tranſuerſalium ſucceſſione loquuta fuit, adiecit verba illa *De manera que ſiempre el hiio y ſus deſcendientes,* ac ſi expreſſiùs dixiſſet, quòd etſi ex eo, quod prædixerat, quòd ſcilicet diſpoſitum in ſucceſſione aſcēdentium, in ſucceſſione etiam tranſuerſalium obſeruandum eſſet, comprehenderetur repræſentationem nedum ad filios, ſed ad omnes deſcendentes protrahendam eſſe, vt tamen deinceps in his nulla dubitandi occaſio ſupereſſe poſſet. Id lex illa expreſſiſſimis verbis declarat, adiiciendo verba illa. *De manera que ſiempre el hiio y ſus deſcendientes.* &c. Quæ omnia à ratione decidēdi, quam ad leges partitarum & Tauri aſſignauimus, apertiſſimè deriuantur & idipſum iure communi etiam inſpecto mihi dicendum videtur: ſumpta Iuriſconſ. declaratione ex l.12. tit.15. par.2. ibi *le heredaſſen ſiempre aquellos que viniſſen por linea derecha* & Hiſpanorum conſuetudine, & quòd iam introducta inter tranſuerſales Repræſentatione primogenituræ, ea primogenituræ qualitas ad omnes in infinitum & vltra gradus à iure permiſſos iure communi inſpecto protrahenda eſſet, cum Primogenitura ipſa nūquam moriatur ſed ad omnes deſcendentes extendenda ſit in infinitum: tametſi contrarium in hac ſpecie verius eſſe opinatus fuerit Tiraquel. de Primoge. q.41. n.4. qui plures alios idipſum opinātes refert: ibi tamen in fina. verb. dixit, quòd in illis gētibus, in quibus vltra illos gradus repręſentatio locū habet, filius Primogenitus ſemper patruo præferendus erit. Cuius dictum optimè ad diſpoſitionem dict. l.40. Tauri applicari poterit, quæ etiam vltra illos gradus repræſentationem admiſit: ex quibus comprehenditur clara & aperta huius quæſtionis reſolutio: quæ frequentiſſimè in Hiſpania controuerti ſolita eſt.

¶Quæ omnia nedum procedūt quando de deſcendentibus à fratre vltimi poſſeſſoris agitur, ſed etiam vbi agitur de concedenda repræſentatione inter filios, vel alios deſcendentes in infinitum à fratre, vel ſorore patruele, vel patruo, vel auunculo, vel alio quolibet conſanguineo vltimi poſſeſſoris cum lex genericè de tranſuerſalibus diſponat, nec hanc reſtrictionem verba eius patiantur: ſolùm enim diſponit quòd ſemper tranſuerſalis repræſentet aſcendentem in iure Primogenituræ, ita vt linea Primogenitorum etiam in tranſuerſalibus ſemper, & in quocunque gradu omnibus aliis lineis præferatur, etiamſi is qui ex alia linea procedit, proximior ſit: idque indiſtinctè obſeruandum erit. Tametſi forſan ex aduerſo dici poſſit eam legem ſolùm repræſentationem illam quæ à iure communi conceſſa erat vſque ad filios fratrum, & ad omnes deſcendentes ipſorum fratrum in infinitum extendere, non autem nouam repræſentationem introducere inter eos tranſuerſales, inter quos iure communi nulla erat cognita repræſentatio: faciliùs enim quid coadiuuatur, quam in ſua radice fundetur. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſerui. vendi. Nec tot ſpecialia quoad idem introducenda ſunt: quam ob rem de hoc vltimo, cum caſus contigerit, deliberandum erit.

12 ¶Sexta concluſio ſit, †in ſucceſſione eorum Primogeniorum, quæ ex clauſula teſtamenti Regis Henrici ſecundi in Hiſpania inſtituta fuerunt (Cuius clauſulæ tenor hodiè inſertus eſt in l.11. tit.6. lib.5. in noua leg. Reg. collectione) ſimiliter ſeruandum eſſe repræſentationis ordinem in d. l.40. Tauri præſtitutum, cum omnibus extenſionibus, & qualitatibus in eadem lege adiectis. Cùm in his bonis ex d. l. diſpoſitione iure Maioratus ſuccedendum ſit.

¶Sed in hac re dubium facere videtur, † quòd iuxta plurium & grauiſſimorum virorum ſententiam, in Dominica, ſeu Regia conceſſione non eſt admittenda repræſentatio: cùm affectio Regis, vel alterius Domini donantis non ſit eadem conſideratione cenſenda: prout cenſentur diſpoſitiones parentum, cognatorum, vel agnatorum. Rex namque donans id tantùm conſiderare videtur, quod potiùs ſuo obſequio, atque Regni commodo, & conſeruationi conuenit: ſcilicet, vt is admittatur, qui ei meliùs ſeruire poterit, atque Regnum prudentia & fortitudine defendere: prout conſiderant in ſimili Abb. conſi.85. nu.4. lib.1. Præpoſitus Alexan. in cap.1. colum.17. de feudo Marchiæ, & Bald. in l. cum acutiſſimi. nume.13. C. de fideicom. Socin in l. cum auus. nume.47. ff. de cond. & demonſtr. Pro quibus eſt bonus text. in l. in cōuentionalibus. in prin. vbi per Scrib. ff. de verbor. oblig. Qua ratione ſemper in Regia donatione videtur vocatus patruus, qui ſolet eſſe ætate maior: atque ideo prudentior ac fortior præſumi debet, vt conſiderat Iuriſconſultus in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega.2. & conſiderauit Bald. in l. ſi quis ſeruo. in fin. C. de furt. atque Matthæus. de Afflict. in cap.1. de ſucceſſio. feud. num.68. & alibi 13 ſæpè Scrib. idque in propriis terminis, quòd ſcilicet in donatione Regia, ſeu Dominica non ſit locus repræſentationi, verum eſſe cenſuit Bartol. in Auth. poſt fratres. numer.1. C. de legi. hæredi. vbi ex hoc defendit ſententiam Bonifacij latam pro Rege Roberto aduerſus Regem Vngariæ Caroli Marteli filium Primogenitum, de qua in Clemen. paſtoralis. de re iudic. Quod etiam ſenſit Bal. in l. liberti, libertæque. nu.18. C. de bon. libert.



libert. & Ioan. Lecerier de Primoge. lib.1. q.25. nu.8. & etiam Tiraq. de Primoge. q.40. num.220. vbi inquit, quòd ſi conceſſio Dominica iure Maioratus facta, ſit feudalis, nepos patruo propter repræſentationem, quæ in feudis admittitur, præferendus ſit: ſi verò non ſit feudalis, præferri debet patruus: quia in hoc caſu repræſentatio locum non habeat. Ex qua Bart. doctrina, & aliis pluribus reſoluit Emmanuel Acoſta. in d. quæſt. patrui & nepotis. pag.29. cum pluribus præce. & ſeq. quòd bona quædam, quæ in regno Portugalliæ Reges nobilibus illius Regni donarunt, quæ poſteà eiſdem confirmata fuerunt, ea lege, vt illa iure Maioratus poſſiderent: prout in Regno Caſtellæ in bonis à Rege Henrico ſecundo donatis ex clauſula ſui teſtamenti factum fuit, ea inquam bona non nepoti, ſed patruo deferenda ſint.

¶Quicquid autē in aliis Regiis donationib. dicendum ſit, in Regia tamen donatione, ſeu cōceſſione iure Maioratus facta, proculdubiò dicendum erit diſpoſitionem dictæ l. 40 Tauri ſeruandam eſſe: cùm enim in illis donationibus iure Maioratus ſuccedendum ſit, conſequens eſt, vt ea lex, quæ de Maioratibus loquitur, ea omnia comprehēdat. Cui enim verba legis conueniunt, lex etiam ipſa debet conuenire. l.4. §. toties cum ſimil. ff. de damno infecto.

¶Nec obſtat ſi dicatur mentem Principis in hac parte non conuenire cum mente Maioratus inſtitutoris, ex rationibus quas paulò antè adducebamus: nam ſi bene id conſideremus: potiùs ad mētem iuris, & legum de Maioratibus loquentium: quàm ad proprium cōmodum diſpoſitiones Principum referendæ ſunt. l. ex facto cum ſimil. ff. de vulga. Imò quanuis ad proprium Principis cōmodum, ac obſequium diſpoſitio Principis referenda eſſet: non eſt cur ex hoc cenſeamus eum à iuris regulis, ac generali Hiſpaniarum cōſuetudine in his Primogeniis deuiaſſe. Cùm enim in perſonis ignotis in poſterum Primogenij inſtitutio verificanda ſit, nulla congrua differentiæ ratio aſſignari poterit, ex qua, potiùs de patruo, quàm de nepote Princeps confidat: cùm poſſit eſſe nepos patruo prudentior, & fortior, atque etiam ætate maior: prout pluries compertum eſt. In quo caſu nulla ratio particularis aduerſus nepotem, & pro patruo in Regia donatione adduci poteſt. Ideóque ex hac tam leui coniectura à tam ſolidiſſimis ac firmiſſimis iuris principiis recedendum non erit.

¶Similiter etiam non obſtat, ſi dicatur ꝙ in his donationibus Regiis, iure, repræſentatio admittēda non ſit, cum in eis iure hæreditario non ſuccedatur, nam hęc regula in ſucceſſionibus Primogeniorum triplici ratione non procedit, prout ſup. c. præced. nu.49. cum ſeq. oſtenſum eſt. Quod præſertim extante deciſione legum Partitarū & Tauri dicendum erit, ex quorum diſpoſitione iam dubitari non poteſt, in quacunque diſpoſitione iure Maioratus facta, repræſentationem admittendam eſſe.

14 ¶Septima cōcluſio, quòd†in Primogeniis nō ſolùm in vltima voluntate, verùm etiam in cōtractu inſtitutis, repręſentatio, de qua in dict. l.40. Tauri, admittenda ſit. Nam quanuis dicta l. Tauri dicat, *En la ſucceßion del Mayoradgo:* quæ verba potiùs ad vltimam voluntatem, quàm ad cōtractum referēda eſſe videntur. l. nihil aliud. ff. de verb. ſign. † ver-15 bum tamen, ſucceſſio, genericè ſumptum, tam ſucceſſionem vniuerſalem, quàm particularem: & tam ſucceſſorem ex vltima voluntate, quàm ex contractu comprehendit. l. fluminum. §. adiicitur. ff. de damno infect. vbi glo. & communiter Scrib. id notant. l.1. §. illud. cum ſimilib. ff. quorum lega. Socin. qui id optimè declarat conſil.102. nu.6. li.3. l. in conuentionibus. vbi per Alciat. ff. de verb. ſig. Idque notiſſimum eſt.

16 ¶Quibus adiicitur, quòd†Primogenitus viuo patre decedens ſpem ſibi ex donatione competentē in filium ſuum tranſmittere valeat, vt opinantur Oldrad. conſ.224. nu.28. in fin. referens in id Ioannem de Lauduno Abb. conſi.85. nu.2. & 3. lib.1. Paulus conſi.164. nume.7. lib.2. Deci. conſil.443. n.30. Matth. de Afflict. in cap.1 n.26. de ſucceſſio. feu. & alibi ſæpe Scribentes: idque ex eo quod ſuperiùs diximus, & inferiùs dicemus, quòd ſcilicet in omnibus diſpoſitionibus iure Maioratus factis repræſentatio admittēda ſit, apertiùs comprobatur.

17 ¶Octaua concluſio ſit, †dictam l.40. Tauri non ſolum in bonis cuiuſlibet Maioratus particularis, ſed etiam in ſucceſſione Regni intelligendā atque accipiendam eſſe. Quod ex eiſdem rationibus, quibus diximus de ſucceſſione Maioratuum legem ſecundam tit.15. part.2. intelligendam eſſe, comprobatur. Sicut enim ex Regni ſucceſſione ad Maioratum argumentatio procedit: ita etiam è conuerſo de Maioratu ad Regnum argumentari poteſt, vbi ratio differentiæ in contrarium non aſſignatur: prout ſupra lib.1. cap.2. nu.26. & cap.3. num.1. cum ſequ. oſtēſum eſt, nec in caſu de quo agimus ratio aliqua differētię de Regno ad Maioratum aſſignari poterit: prout etiam in cap. præcedēti. nu.8. cum ſequ. oſtendimus.

¶Hoc autem quod prædiximus, quòd ſcilicet dicta l.40. Tauri, in Regni ſucceſſione procedat, nō intelligendum eſt in eo ſolùm, quod diſponit filio ſcilicet Primogenito in vita parētis defuncto, nepotem patruo eſſe pręferēdum. Hoc namque ex l.2. titulo 15. part.2. diſpoſitum erat, nec ad hoc erat neceſſaria dictæ l.40. Tauri diſpoſitio: ſed in his etiam quæ de extenſione repræſentationis in infinitum, tam quoad deſcendētium, quàm quoad tranſuerſalium ſucceſſionem ex illa deduximus: in quibus idipſum etiam in Regno dicendum erit. 18 Quod apertiùs in Regni Hiſpaniarum ſucceſſione procedit: cùm† non poſſimus tractare de ſucceſſione tranſuerſalium, qui à Rege Pelagio non deſcendant. Ex quo in eius ſucceſſione ceſſabūt difficultates, de quibus ſupra in tertia concluſione tractauimus.

19 ¶Nona concluſio, quòd† in feudo, Emphyteoſi, priuata, vel Eccleſiaſtica. iure patronatus, anniuerſario, familię iure Maioratus relictis, erit locus repræſentationi iuxta formam à dicta lege.40. Tauri præſtitutam. Cùm enim in his omnibus iure Maioratus ſuccedendum ſit, nulli dubium, niſi quòd in eis omnia ea, quæ in aliis Primogeniis diſpoſita ſunt, ſeruanda ſint. Quod comprobatur ex his, quæ ſupra lib.1. cap.1. num.26. & 27. adducta ſunt, vbi probauimus leges Regias de Maioratibus loquentes habere locum in iuris patronatibus, & anniuerſariis, & ſimilibus diſpoſitionibus iure Maioratus factis. Idque in ſpecie. d. l.40. Tauri verum eſſe cenſuit. D. Dida. de Couarru. in quæſtionibus Practi. cap.38. nu.13. verſic. Ego verò vſque ad finem.

20 ¶Decima & vltima cōcluſio, ꝙ†in fideicommiſſis familiæ, vel aliis ſub nomine collectiuo relictis, in quibus iure Maioratus ſuccedendū nō eſt,

non erit admittenda repræſentatio eo ordine, quo in dicta. l. 40. Tauri in Primogeniorum ſucceſſione diſpoſitum eſt, vt ſcilicet inter quoſcunque trãſuerſales, atque etiam in infinitum repræſentatio procedat. Quod probatur ex verbis dictæ legis. 40. Tauri, ibi. *En la ſucceßiõ del Mayoradgo*. Ex quibus verbis comprehenditur, quòd ad hoc vt habeat locum repræſentatio cum qualitatibus in ea l. contentis, priùs conſiderandum eſt: an de ſucceſſione Maioratus tractetur. Si igitur de Maioratus ſucceſſione non agatur, ſed de fideicommiſſo familiæ relicto, in quo iure Maioratus ſuccedẽdum non ſit: videndum eſt, quid iura communia circa hæc, quo ad fideicommiſſorum ſucceſſionem ſtatuerint: cùm id dicta lege 40. Tauri deciſum non ſit.

¶Qua in re animaduertendum eſt, quòd gl. in l. cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo. verb. *Proximo* ff. de lega. 2. dixit in fideicommiſſi ſucceſſione admittendam eſſe repræſentationem, quam ea gloſſa in tranſuerſalibus, vſque ad filios fratrum reſtringit. Cuius glo. opinionem ſequutus fuit Imola ibidem, Corn. in l. fin. C. de verb. ſigni. nu. 5. vbi inquit opin. dictæ glo. eſſe ſeruandam in practica. Idem Corn. conſil. 37. nu. 6. lib. 1. & conſil. 24. num. 32. lib. 2. Soci. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. col. fin. Alex. conſi. 26. nu. 13. li. 3. vbi hanc dixit magis communem opinionem: quod etiam profitetur ibi Carol. Moli. in addi. Magna litera. C. dicens opinionem dictæ glo. eſſe veram, atque communiter approbatam. Gozadi. conſilio 4. n. 31. Anto. Rubeus conſil. 82. num. 5. Soci. Iuni. conſi. 11. n. 8. lib. 1. Qui etiam inquit opinionem illius glo. eſſe magis communem, eámque magis communem appellat Tiraquellus plures in idem referens, de Primoge. quæſtio. 40. nu. 184. & nu. 187. & Fortius conſil. 52. nume. 4. Cephal. conſil. 16. nu. 32. & conſilio 283. n. 18. D. Dida. de Couarru. in quęſtionibus practic. quæſt. 38. n. 4. & Roland. Valle. qui latiſſimè id proſequitur conſ. 68. num. 21. Acoſta in quæſtione patrui, & nepotis, pag. 86. & Franci. Marzarius, qui plura refert in ſuo Epitom. fideicommiſ. quæſtione. 18. vbi inquit ita fuiſſe deciſum in Rota Florentina. Thobias Nonius conſil. 4. n. 6. 7.

¶Illius autem gloſſæ opinio fulcitur ſolidiſſimo fundamento, ad quod non poteſt congruum reſponſum aſſignari, quòd ſcilicet in fideicommiſſo familiæ relicto, eo ordine proximiores admittẽdi ſint, quo ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur & admittuntur. l. fin. C. de verb. ſigni. Cùm igitur ad ſucceſſionem ab inteſtato. cum patruis nepotes concurrant: conſequens eſt, vt idipſum in fideicommiſſo familiæ relicto dicendum ſit. Idque proculdubiò ſequendum & amplectendum eſt: quanuis glo. opi. reprobent Bal. Rapha. Cuma. Florianus de S. Petro in dict. §. in fideicommiſſo, & alij quos refert Petrus de Peralta ibi ſuper gloſ. verbo, *Proximo*. qui ibidem nu. 19. opi. gloſſæ probat in fideicommiſſo vniuerſali, quo iure hæreditario ſucceditur, illámque improbat in fideicommiſſo particulari: ſed ego tam in fideicommiſſo ſingulari, quàm particulari facto familiæ, illius glo. opin. probo: cùm in vtroque eo ordine quo in ſucceſſionibus ab inteſtato ſuccedendum ſit: ex deciſ. tex. in d. l. fin. C. de verb. ſigni.

21 ¶Vltimo autem loco illud prætermittendum nõ eſt, quòd ſcilicet † inter filios fratrum in his fideicommiſſis familiæ relictis, in quibus iure Maioratus ſuccedendum non eſt, repræſentatio admittẽda non erit, quando ipſi inter ſe non autem cum patruis ſuccedunt. Nam quanuis iure communi conſiderato, filij fratrum inter ſe in ſtirpes, non autem in capita ſuccedere debuiſſent, vt probari videtur ex tex. in Auth. de hæredi. ab inteſt. §. ſi verò neque colla. 9. & ex text. in §. huiuſmodi eiuſdem Auth. iuncto verſic. Sed & ipſis. & ex text. in Auth. poſt fratres. la ſegunda, in princ. C. de legi. hæredi. per quæ iura hanc opinionem ſequutus fuit Accurſius in Authen. ceſſante. C. de legitim. hæredi. & in l. lege duodecim tabularũ. C. de ſuis & legi. hæredi. Cuius opinionem ſequuntur Dynus, Cinus, Paulus, Corneus, & communiter Scribentes in d. Auth. Ceſſante. Faber in §. cæterùm. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. nu. 3. vbi hanc dixit communem opinionem. Eandem etiam dixit communem opinionem Nicola. de Vbal. de ſucceſſ. ab inteſta. 3. par. col. 1. Alexand. conſil. 55. nu. 4. lib. 4. vbi Carol. Moli. in addi. idipſum profitetur. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 11. glo. 12. nu. 5. vbi quamplures huius opinionis defenſores refert. Anto. Gometius qui plures etiam idipſum tenentes referens, hanc opinionem communem eſſe profitetur in l. 8. Tauri. n. 12. Eandémque dixit communem opinionem Gregor. Lopez in l. 5. titul. 3. par. 6. in verbo, *Por cabeças*.

¶Hodie autem contraria opinio, imò quòd filij fratrũ ſuccedere debeant inter ſe in capita, & non in ſtirpes, comprobata eſt ex deciſ. dict. l. 5. titu. 13. part. 6. † quæ partitarum lex ſequuta fuit opi. Azo-
22 nis: ſicut frequenter leges partitarum eiuſdem opinionem amplecti ſolent in ſumma. C. de legi. hæredi. Quam ſequuti etiam fuerunt Iacob. Butriga. Salice. & Bal. in dict. Auth. Ceſſante. & Hoſtien. in ſumma. de ſucceſſo. ab inteſta. §. Viſo. Anto. de Roſellis in tracta. de ſucceſſio. ab inteſt. nu. 101. cum plurib. ſeq. vbi inquit hanc opin. eſſe veram ſicut Euangelium. Zaſius lib. 1. ſing. reſponſorum. capit. 7. Fortunius Garſia in l. Gallus. §. idem credendum. nu. 19. ff. de liber. & poſthu. D. Did. de Couar. in Epit. ſucceſſio. ab inteſta. quod poſuit ad fin. lecturæ, quam fecit ſuper tit. de teſta. num. 8. & plures alij quos refert Tiraquel. dict. §. 11. gloſ. 12. nu. 3. & 4. Eáque partitarum lex ex. l. 8. Tauri correcta non eſt: quanuis contrarium profiteatur, atque ex pluribus probare conetur Ant. Gometius in dict. l. 8. Tauri. num. 13. & 14. illa namque lex nec opin. Azonis improbat, nec probat, nec aliquid quod illam contingat, diſponit: prout ex ea conſtat apertiſſimè, & optimè aduertit. D. Didacus de Couarru. in Epito. ſucceſſio. ab inteſta. nu. 7. ad fin. Quod ſummè notandum erit ad fideicommiſſa familiæ relicta, in quibus iure Maioratus non ſucceditur: in his namque inter tranſuerſales ſolùm vſq; ad filios fratrum cum patruis concurrentes repræſentatio concedenda erit: in cæteris autem, & in ipſis etiam filiis fratrum inter ſe ſuccedentibus proculdubio deneganda.

23 ¶Sed quoniam paulò antè diximus partitarum leges frequenter Azonis opiniones ſequi ſolitas eſſe † libet in hac parte errorem plurium diluere, qui hinc dicere ſolent, Azonem fuiſſe vnum ex Iuriſconſultis, qui legum partitarum collectioni atque conſtitutioni interfuerunt. Id namque præterquã quòd ex hac ratione pręcisè non probetur, nec ab aliquo authore ſcriptum hucuſque fuerit, impoſſibile eſſe apparet, conſiderato eo tempore, quo leges partitarum factæ fuerunt: & eo etiam tempore quo ipſe Azo mortuus fuit. Leges namque partitarum, vt in horum librorum præfatione numer. 21. monſtrauimus, cœptæ fuerunt à Rege Ferdinando. 3. qui cognomento ſanctus dicitur: expeditæ autem & abſolutæ à Rege Alfonſo. 10. eius filio, qui ſapiens cognominari ſolet. Rex autem Ferdinandus obiit anno Domini. 1252. Quo anno etiam regnare cœpit Rex Alfonſus. 10. eius filius primogenitus: prout in Chronico eiuſdem Regis Ferdinand. c. fina. & eiuſdem Regis Alfonſi cap. 1. ſcriptum extat. At Azo, obiit Bononię anno Domini. 1200. prout conſtat ex inſcriptione, quæ in monumento eius appoſita eſt, quod cõſtructum apparet in eadem ciuitate Bononienſi ad viam publicam, prope turrim ſancti Seruatij, in hæc verba.



# TRINITATI
## AZONI IVRISCONSVLTORVM
### *NVMINI,*

Anno Gratię. 1200. Hîc tumulato in ſepulchro vetuſtate collapſo, ac inter rudera vix agnito Io. Franciſcus Aldrouandus Dictator, & Conſules Bononi. P. impenſa conciui ſuo B. M. memoriam poſuerunt. Anno ſalutis 1416. V. I dus Octobris.

Quod refert Fernandus Fichardus in vitis recentium Iuriſconſultorum pagi. 128. Idque etiam ex pluribus aliis authoribus, qui de tempore, quo ipſe Azo floruit, meminerunt, comprehendi poterit. Ex † quibus conſtat, non potuiſſe Azonem legũ partitarum conſtructioni intereſſe: cùm Rex Fernandus tertius per triginta & quinque tantùm annos regnauerit, vt habetur in eius Chronico. c. 76. Iuxta cuius computationis numerum eo tempore, quo Rex Fernandus tertius regnare cœpit, quindecim retro annis iam Azo mortuus, atque etiam ſepultus fuerat. Illud autem tanquam veriſſimilius credi, atque coniectari poteſt, quòd vel aliquis Azonis diſcipulus earundem legum collectioni interfuit, vel quòd Iuriſconſulti, qui eidem operi conficiendo interfuerunt, Azonis ſententias tanquam ſolidiores ſequuti fuerint: prout propè omnes Iuriſconſulti eo tempore facere ſolebant. Quod mihi veriſimilius videtur.

---

*SVMMARIA.*

1 *Repræſentatio ex verbis ambiguis non excluditur.*
2 *Repræſentatio non excluditur ex coniecturis: niſi expreſſa & clara diſpoſitio ad id interueniat.*
3 *Diſpoſitum non dicitur illud, quod ex coniecturis comprehenditur.*
4 *Verba tunc. & eo caſu reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*
5 *Repræſentatio excluditur ex coniecturis, quæ ex verbis eliciuntur: ſi adeò præciſæ ſint, vt ad aliud referri non poßint.*
6 *Verba tunc, & eo caſu: qualiter intelligenda ſint.*
7 *Repræſentatio neptis, vtrum excludatur ex Maioratu fœminas propter maſculos excludente.*
8 *Repræſentatio neptis excluditur ex Maioratu, in quo fœminæ propter maſculos remotiores excluduntur.*
9 *Tex. in c. vnico. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis. declaratur.*
10 *Repræſentatio neptis non excluditur ex Maioratu admittente fœminas, in defectum maſculorum eiuſdem lineæ & gradus.*
11 *Repræſentatio vtrum excludatur ex eo: quòd Maioratus inſtitutor vocauerit proximiorem ad Maioratus ſucceßionem.*
12 *Verbum, proximus, & verbum, proximior, idem ſunt.*
13 *L. ſi libertus præterito. §. 1. ff. de bon. liber. declaratur.*
14 *Iura libertorum ad hæredes iure hæreditario non tranſeunt.*
15 *L. Tutela. §. ſi duo. ff. de legi tute. declaratur.*
16 *Repræſentatio: vtrum excludatur ex eo, quòd Maioratus inſtitutor præceperit, quòd ſuccedatur, ſalua gradus prærogatiua.*
17 *Repræſentatio gradum, nec alterat, nec corrumpit.*
18 *Repræſentatio vtrum excludatur ex vocatione filij Maioris.*
19 *Filius maior & filius Primogenitus idem ſunt.*
20 *Repræſentatio, vtrum excludatur ex vocatione filij Primogeniti ſuperſtitis.*

*Quando ex Maioratus inſtitutoris peculiari diſpoſitione, in eius ſucceſſione repræſentatio admittenda non ſit.*

## CAPVT OCTAVVM.

VT autem vltimam legis. 40. Tauri partem interpretemur, id in hoc capite examinandum ſupereſt, ex quibus ſcilicet verbis Maioratus inſtitutor repręſentationem ab eiuſdem Maioratus ſucceſſione excludere velle cenſendus ſit. Nam quòd ſi id diſpoſuerit, diſpoſitio eius ſeruanda, atque ſequēda ſit, eadem lege Tauri palam deciſum extat.

1 ¶Illud autem in primis animaduertendum eſt, quòd ſcilicet ad hoc vt præfatæ legis diſpoſitio in hac parte ſeruanda ſit, requiritur quòd Maioratus inſtitutor id expreſſe ac dilucidè diſponat. † Non enim ex verbis ambiguis, & quæ aliud inducere poſſint, à communi horum Regnorum obſeruatione, & legis partitarum & Tauri diſpoſitione recedendum erit, ex his, quæ ſupra iſto lib. c. 4. num. 32. cum ſequ. vbi de excluſione fœminarum tractauimus, latiùs adducta ſunt. Quod apertiùs oſtenditur & probatur ex verbis dictæ legis. 40. Tauri, dum in ea dicitur. *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que inſtituyo y ordeno el mayoradgo, que en tal caſo mandamos, que ſe guarde la voluntad del que lo inſtituyo.* Ex quibus verbis apertiſſimè comprehenditur, quòd ad hoc vt excluſio repræſentationis ex diſpoſitione teſtantis inducatur, requiritur voluntas, quæ ex verbis ac diſpoſitione Maioratus inſtitutoris conſtet. Vbi igitur inuenta fuerit voluntas Maioratus inſtitutoris, quæ ex eius diſpoſitione apertiſſimè comprehendatur, ſequenda eſt aliàs vero, in † caſu dubij ex legum diſpoſitione repræſentationem admittentium, Primogenium ipſum interpretandum erit.

2 ¶Ex quibus verbis plures † deducere ſolēt, in caſu de quo agimus, non ſufficere, quòd voluntas Maioratus inſtitutoris repræſentationem excludere volentis ex coniecturis comprehendatur: niſi ad id eius expreſſa diſpoſitio interuenerit. Quod probatur ex ſingulari doctrina Cardi. Alexand. in c. 1. nu. 10. de feud. Marchiæ, vbi præſupponens in ſucceſſione feudorum repræſentationi locum eſſe reſoluit quòd ſi quis contra feudorum naturam ex verbis conceſſionis inueſtituræ voluerit repræſentationem impedire, debet ad hoc oſtēdere verba conceſſionis clarè & apertè contrarium diſponentia. Idipſum etiam opinatur Matthæus de Afflict. in c. 1. in prin. nu. 18. verſic. Sed hæc concluſio. de eo qui ſibi, & hæredi. ſuis: vbi præſupponens lege Regia cautum eſſe, vt nepos patruo præferatur, inquit, quòd ad hoc, vt ex verbis inueſtituræ cenſeatur receſſum eſſe à Regni conſtitutione, debet hoc apparere per expreſſam Principis diſpoſitionem. Quod etiam in terminis. d. l. 40. Tauri ex pluribus probat Petrus de Peralta in Rub. ff. de hæred. inſti. verſi. Et ne id prætermittam. num. 130. & verſi. Si autem.

3 ¶Quod comprobatur ex eo, quia † non dicitur diſpoſitum eſſe illud quod ex præſumptione, aut coniecturis comprehenditur: prout inquit Dominicus in c. 1. §. licet. num. 5. de procura. lib. 6. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſi. tit. 1. §. 13. glo. 3. n. 7. verſi. In contrarium vbi ad hoc allegat tex. in l. ex facto. la primera. ff. de hæred. inſtituen.

4 ¶Idipſum etiam apertius redditur ex verbis appoſitis in illa lege Tauri: dum in ea dicitur, *Que en tal caſo mandamos*, &c. Dum enim l. ipſa iam dixiſſet: *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que inſtituyo el mayoradgo.* Quòd ſolùm ſufficeret ad eius legis perfectam diſpoſitionem, vt excluderet voluntatem illam, quæ ex præſumptionibus, coniecturis, ac veriſimilitudine elici ſolet, adiecit verba illa: *Quæ en tal caſo mādamos que ſe guarde la voluntad del que le inſtituyo*, ac ſi expreſſius dixiſſet, *Que ē tal caſo*: ſcilicet vbi præceſſit diſpoſitio expreſſa, & non in alio, inſtitutoris voluntas ſeruāda ſit: id † namque operantur verba illa, Tunc, &, eo caſu, vt ſcilicet reſtringāt diſpoſitionem ad caſum expreſſum, nec ad alium ſimilem, vel habentem eādem rationem protrahatur. Quod dixit Bal. conſ. 57. libro. 2. ſecundum impreſſionem antiquam, atque etiam Ancharra. conſi. 357. quos ſequuti fuerunt. quamplures. quos ſupra iſto lib. c. 5. num. 67. nuncupatim citauimus.

5 ¶Hoc tamen intelligendum eſt, niſi coniecturæ ex verbis ipſius diſpoſitionis comprehendantur. Tunc namque ſi † ipſæ coniecturæ adeò præciſæ ſint, vt ex illis nihil aliud, quàm repræſentationis excluſio deduci poſſit ex eiſdem, à dicta l. 40. Tauri diſpoſitione recedi poterit. In hoc namque caſu etiamſi diſpoſitio ſpecifica, atque indiuidua nō ſit, concurrunt voluntas, atque Maioratus inſtitutoris expreſſa diſpoſitio. Quod ſufficit ad hoc: vt dictæ l. 40. Tauri diſpoſitioni in vltima ſui parte locus ſit, cùm expreſſum, & euidens, atque manifeſtum dicatur illud, quod ex verbis diſponentis etiam coniecturaliter elicitur: prout ſupra. libr. 1. cap. 17. nume. 27. & ſupra iſto libro. capit. 4. nume. 38. cum ſequentib. latiùs oſtenſum eſt. Idque ſatis probatur ex tex. in l. Gallus. §. quidam rectè. ibi. *Vt eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſſint.* ff. de li. & poſth. vbi communiter Scribē. idipſum annotare ſolent, quod in terminis dict. l. Tauri ſic in ſpecie ſentire videtur Pala. Ruui. in ead. l. 40. Tauri. numero. 22. vbi quærens qualiter conſtabit de diſpoſitione teſtatoris contraria eidem legi, remittit ſe ad doctrinam Bal. in l. liberti, libertæque. C. de operis liberto. vbi ipſemet Bald. numero. 18. quærens qualiter in caſu de quo agimus, conſtare poſſit: an diſponens excluſerit repræſentationem, vel illam admiſerit, inquit, quòd aut ſciri poteſt intentio concedentis ex verbis, vel ex conſuetudine regionis, vel ex cōſuetudine cōcedētis, & tūc ſeruabitur quod actū eſt. Idipſum etiā videtur ſentire idē Pala. Ruui. in l. 45. Tauri. n. 29. atque Dida. del Caſtillo in dict. l. 40. in gl. verb. *Diſpueſta*. vbi etiā remittit ſe ad dictam doctrinam Bal. Idque etiam clariùs dixit Gregor. Lopez in l. 3. titu. 13. partita ſexta. in verbo. *Mugeres*. columna ſeptima. ad fina. verſic. Idémque dicendum eſt. Eámque opi. etiam amplecti videtur. Illuſtriſſimus Dominus Didac⁹ de Couarruuias in quæſtionibus practic. capit. 38. numero. 10. ad fin. vbi inquit, quòd ad excludendam repręſentationem in caſu dict. l. 40. Tauri requiritur diſpoſitio expreſſa, aut ita tacita, quòd in dubium reuocari non poſſit: idque verum mihi videtur. Dummodò coniecturæ ex quibus repræſentatio excludi prætenditur vrgentiſſimæ ſint, atque eius conditionis, vt nihil aliud ex eis deduci valeat: aliàs autem legum diſpoſitio ſequenda erit nec



nec ab eius diſpoſitione ex leuibus, aut incertis cō iecturis recedi debet: quę omnia cùm caſus contigerit, exactiſſimè expendenda erunt.

¶Quibus non obſtant ea, quæ ſuperiùs adduximus, quòd ſcilicet, cùm in caſu de quo agimus, legis diſpoſitio contraria ſit, requiratur clara & expreſſa diſpoſitio in contrarium, vt ab illa recedi debeat. Illud namque expreſſum atque manifeſtum dicitur, quod ex coniecturis quæ ex verbis diſponentis eliciuntur, comprehenditur prout ſupra iſto lib. c. 4. n. 38. cum ſeq. latiùs oſtenſum eſt.

6 ¶Similiter etiam non obſtat ſi dicatur, † quòd verba illa, *Que en tal caſo*, poſita in d. l. Tauri. eiuſdem. l. diſpoſitionem ad caſum expreſſum reſtringant: nec ad caſus ſimiles, ſeu eandem rationem habentes diſpoſitionem extendi permittant: nā quāuis ea opinio à viris doctiſſimis, de quibus ſuperiùs mentionem fecimus, probetur ab illa tamen diſcedunt. Alba. conſi. 51. numero 19. & Bello, Supputatio. libro primo. capit. 17. & Zanchus in repetitio. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. numer. 2048. quos refert Franc. Marzarius, qui etiam ab eadem opinione diſcedit, in ſuo Epito. fideicō. q. 24. Et quanuis ea opinio vera eſſet, huic tamen noſtræ ſententiæ non contradicit: lex namque Tauri inquit, quod quando aliter fuerit diſpoſitum ab inſtitutore, tunc & eo caſu ſeruetur eius voluntas. Quod verificatur, quando coniecturæ ex verbis eliciuntur: cùm eo caſu, vt ſuperiùs diximus, adſit eius voluntas, atque diſpoſitio.

¶Hoc igitur præſuppoſito, reliquum eſt, vt ad quæſtiones, hanc vltimā dictæ legis Taurinæ partem attinentes condeſcendamus. Primo autem
7 loco dicendum ſe offert: vtrum † quando fœminæ propter maſculos à Maioratus ſucceſſione excluduntur, eiuſdem legis diſpoſitioni locus non ſit: imò neptis à filio Primogenito relicta, à patruo maſculo excludatur: in qua quæſtione, vt in ea vera reſolutio habeatur, diſtinguendum erit. Nam aut in eo Maioratu fœmina propter maſculos etiā remotioris lineæ & gradus excluſa eſt: aut ſolùm excluditur propter maſculos eiuſdem gradus & lineæ.

8 ¶In primo caſu † dicēdum erit, neptem propter patruum proculdubiò à Maioratus ſucceſſione excludendam eſſe. Cùm enim in eo Primogenio agnationis, atque etiam maſculinitatis ratio habita eſſe cenſeatur ex eo conſequitur maſculum etiā lineæ & gradus remotioris, atque in linea ſecundo, vel tertio genitorum conſtitutum, fœminam propinquioris lineæ & gradus, ac ex linea Primogenitorum deſcendentē excludere. Non enim huius Maioratus inſtitutor tam lineæ & gradus propinquitatem, quàm maſculinitatem & agnationē conſiderare voluiſſe, cenſendus eſt: quę maſculinitatis qualitas non poteſt à nepte repræſentari, Bart. communiter ſequutus in l. liberorum. nu. 13. ff. de verbo. ſignifi. iunctis his, quæ ſupra. c. 6. num. 49. latiùs adduximus: qua ratione hanc ſententiā veriorem eſſe opinatur Bartol. communiter etiam ſequutus in l. cùm auus. ff. de condi. & demonſtra. nume. 4. illámque probat tex. qui ſic intelligendus
9 eſt † in c. vnico de eo, qui ſibi, & hære. ſuis. ibi. *Quia nō patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inueſtitus.* Qui tex. loquens in feudo ex cuius natura fœmina extantibus maſculis, etiam remotioribus, nō ſuccedit, ad Maioratus vbi fœmina propter maſculos remotioris lineæ & gradus ab eorū ſucceſſione excluditur, ex identitate rationis adduci poteſt: non autem vbi ſolum in eadem linea & gradu maſculi fœminis præferuntur, vt communiter in omnibus Maioratibus contingere ſolet: prout aliqui terminos æquiuocantes facere ſolent. Per quem text. id verum eſſe cenſuerunt Socinus in d. l. cùm auus. num. 80. Ancharra. conſil. 159. & conſi. 359. Abb. conſi. 57. num. 6. lib. 1. Bald. conſi. 137. lib. 2. Pariſi. conſ. 9. nu. 31. lib. 1. & iterùm conſi. 72. nu. 5. lib. 4. Carol. Ruinus conſi. 9. n. 4. lib. 1. Cephalus conſi. 30. num. 47. cum ſeq. lib. 1. & conſi. 258. nu. 17. eod. volu. Ferretus conſi. 108. n. 2. & alibi ſæpè Scri. quorum plures & alij, etiam qui de his æquiuocè loquuntur in hoc caſu, & in his terminis intelligēdi ſunt. quæſt. noſtra vbi. donatarius reliquit. illam decidit. quod nihil ad caſum de quo agimus.

10 ¶In ſecundo caſu, quando † ſcilicet fœminæ ſolum propter maſculos eiuſdem lineæ & gradus à Maioratus ſucceſſione excluduntur, dicendū erit. eo caſu, neptem ex filio maſculo Primogenito relictam, patruum à Maioratus ſucceſſione excludere. Quod probarur euidentiſſima ratione: cùm enim etiam in hoc Maioratu fœmina non poſſit niſi à maſculo eiuſdem lineæ ac gradus excludi, cōſtat in caſu de quo agimus, neptem à patruo nullo pacto excludi poſſe: cùm ipſa ſit in linea recta Primogenitorum conſtituta: filius autem ſecundogenitus non: quamobrem neceſſariò debet à nepte præcedi. Quod verum eſſe profitentur Petrus de Bellapertica in l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. num. 13. verſi. In contrarium tamen. Bald. n. 5. & Paul. n. 4. in l. venia. C. de in ius vocan. Paul. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. nu. 2. Neapoda. in conſti. Neapoli ti. de ſucceſſio. ab inteſta. verſ. Ex maſculis. qui id optimè declarat. Andr. de Yſern. in d. c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis. n. 2. Prępoſi. in c. 1. n. 10. de feudo Marchiæ. Corneus conſi. 199. n. 37. lib. 2. & conſ. 230. n. 8. li. 3. Deci. conſi. 568. n. 3. & 4. Matth. de Afflict. in c. 1. in princ. de ſucceſ. feud. n. 76. & 77. cum ſeq. & in c. 1. de natu. ſucceſſ. feu. à num. 20. vſque ad num. 56. Carol. Ruin. conſi. 143. n. 8. lib. 2. & conſi. 144. nu. 2. lib. 2. Pala. Ruuios in rep. Rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 69. num. 29. Ioan. Licerier de Primoge. q. 25. & 26. Caro. Molin. in conſue. Pariſi. tit. 1. §. 12. glo. 1. n. 2. Tiraq. de Primoge. q. 14. n. 3. & 4. & 6. D. Dida. de Couarru. in quæſtionibus pract. c. 38. n. 8. Thom. Gramma. deciſ. 1. n. 16. & 28. Gozadi. conſi. 4. n. 15. Aymon. conſ. 67. n. 4. Pariſi. conſil. 41. nu. 79. lib. 3. vbi etiam numero 81. iſtam communem opinionem eſſe profitetur, ídque probat tex. in l. 2. titu. 15. parti. 2. & l. 9. tit. 13. parti. 6. & l. 4. tit. 4. parti. 3. ſicque hæc omnia intelligenda ſunt: niſi ex aliis coniecturis conſtet fœminam eſſe excludendam propter maſculum, etiam lineæ & gradus remotioris. Tunc enim obſeruandum erit illud, quod paulò ante dicebamus atque hoc etiam pacto accipienda ſunt ea, quæ circa hæc ſcripſerunt Peralta in Rub. ff. de hæredi. inſti. num. 126. verſi. Videbatur præter ea. cum ſeq. Anto. Gometius in l. 40. Tauri. n. 62. & nu. 63. Grego. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. in gloſſ. ver. *Mugeres*. col. 7. & Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 40. de natu. ſucceſſ. feud. & Socin. Iuni. conſi. 1. numero 59. lib. 1. & plures alij Scriben. Quorum opinio in prælatione maſculorum ordinaria procedere poſſe non videtur.

11 ¶Secundo etiam loco reſoluendum ſe offert: vtrum † in Primogeniis, in quibus diſpoſitum eſt eorundem ſucceſſionem proximiori cognato, ſeu agnato

agnato eſſe deferendam repræſentationi, de qua
in d.l.40. Tauri locus ſit: an ex horum verborum
appoſitione ea excluſa eſſe cenſeatur. In qua quæ-
ſtione plures ex Scribentibus dicere ſolent, ex his
verbis repręſentationem excludi,per tex.qui id a-
pertis verbis probare videtur in l.libertus pręteri-
to.§.1.ff.de bon.liber.Per quē text.in fideicōmiſſo
relicto proximiori ex familia non eſſe locū repre-
ſentationi opinantur Ang.in §.cùm filius in fi.Inſt.
de hæred.qui ab inteſt.deferuntur.Iaſ.cōſ.215. col.
pen.li.2.Pariſi.cōſi.30.n.58.lib.2.& cōſil.37.nu.57.
eod.lib.D.Did.de Couarru.c.38.n.4.& verſ. Ter-
tiò ad intellectum gloſ.& Acoſta,qui plura refert
in quæſtione patrui & nepotis,pagi.130.Anto.Go
metius in l.40.Tauri.n.41.

¶Hæc autem opinio in Hiſpanorum Primoge-
niis proculdubiò non procedit. In eis namq; ſem-
per debet ſuccedere proximior, tam ex ipſorum
Primogeniorum natura, quàm ex iuris diſpoſitio
ne,ex tex.in l.2.tit.15.parti.2.Et nihilominùs in eis
locus eſt repręſentationi,ex deciſ.tex.in dict.l.40.
Tauri Ideóque quoad Primogeniorum ſucceſſio-
nem non eſt cur de hac opinione poſt deciſ.d.l.
40. Tauri dubitandum ſit. Si enim ex his verbis
repræſentatio in Primogeniorum ſucceſſione ex-
cluderetur nullum penè eſſet Primogenium, in
cuius ſucceſſione repræſentationi locus eſſet:
cùm quaſi in omnibus ea verba apponi ſolita ſint.
Quod ſatis legis.40.Tauri verbis ac menti repu-
gnaret.

¶Imò nec etiam in fideicommiſſo relicto fami-
liæ,ea opinio procedere poteſt: ſiquidem ex ver-
bo proximiori in fideicommiſſis familiæ relictis
repræſentatio vſque ad filios fratrum non excludi
tur. Quod probatur ex tex.in l.fina.C. de verb.
ſign.vbi in fideicommiſſo relicto familiæ, in quo
proximior ſuccedere debet,ex deciſ.tex. in l. cum
ita legatur.§.in fideicommiſſo.ff. de lega.2. diſpo-
nitur ſeruandum eſſe ordinem ſucceſſionis ab in-
teſtato: *qui ordo eſt, vt repræſentatio inter deſ-
cendentes in infinitum, inter tranſuerſales verò
vſque ad filios fratrum admittatur.* Cùm igitur in
fideicommiſſis familiæ relictis is ordo ſeruandus
ſit, neceſſariò dicendum eſt,in ea ſucceſſione re-
præſentationi, prout in ſucceſſionibus ab inteſta-
to,locum eſſe.

¶Idipſum probatur ex ſententia glo.in d.l.cùm
ita legatur.§.in fideicommiſſo,verbo,*Proximo*,vbi
gloſ.relata ad tex.inquit,quòd quando hi,qui pro
ximo gradu procreati ſunt, ad fideicommiſſum
vocantur, in fideicommiſſis familiæ relictis, ad-
mittitur repræſentatio.Cuius gloſſ.opin.commu-
nem & veram eſſe,in c.præced.num. 20. oſtenſum
eſt.Si igitur ea opin. quando in fideicommiſſo is
qui proximo gradu conſtitutus eſt. ad eius ſucceſ-
ſionem inuitatur, communis ac vera eſt idipſum
neceſſariò in caſu,de quo agimus, dicendum erit:
cùm † inter hæc verba,proximior,& proximus ni-
12 hil diſtet:imò idipſum ſit dicere,in hoc fideicom-
miſſo ſuccedat,qui proximo gradu procreatus eſt:
vel ſuccedat is, qui proximiori gradu procreatus
eſt. Proximo namque proximior eſſe non poteſt,
cùm proximus ſit quem nemo antecedit.l.2.§.hæ-
reditas. & §. legitima.ff. de ſuis & legi. hæredi.l.1.
§.proximus.ff.vnde cognati.l.proxim⁹. cū ſimil.ff.
de verb.ſig.Verbū nāq; proximū, eſt ſuperlatiuū
eius, quod ꝑpè dicitur:cuius cōparatiuū eſt, pro-
pior.Ideóque dicendum eſt.proximum idem eſſe,
quod proximiorem: prout notant Bald. conſil.
146.col.fina.lib.2.atque ex pluribus ſatis ingenio-
sè atque eruditè id probat Tiraq.de retract.Ligna
gier.§.11.glo.1.num.1.Ideóque hæc differentia nō
rectè iuxta verborū proprietatē à præfatis autho-
ribus conſideratur,cùm approbantes opi.glo.in d
§.in fideicommiſſo.vbi verbum,proximo,appoſi-
tum eſt, ab eius ſententia in caſu de quo agimus,
diſſentiant:etſi verè vterque caſus idē ſit, nec poſ-
ſit de vno ad aliam differentiæ ratio aſſignari.
13 ¶Nec † obſtat deciſio tex.in d.l.ſi libertus præteri-
to.§.1.ff.de bon.liberto. Quia ratio quare in ea l.
repræſentationi locus non datur,non eſt, quia hæ
reditas liberti pertinet ad proximiorem: ſed quia
ea ſucceſſio eius qualitatis eſt, vt in ea repræſen-
tatio non admittatur, ex eo, quòd proximiori ius
ipſum patronatus non iure hæreditario defertur.
Ideóque cum in his,quæ iure hæreditario non ca-
piuntur,repræſentatio admittenda non ſit, vt ſup.
iſto lib.c.6.n.40.oſtenſum eſt: non mirum ſi ip-
ſum ius patronatus,& per conſequens liberti hæ-
reditas,quæ ab illo pendet,ad nepotē,mortuo pa-
14 rente,non trāſierit:quòd † autem iura libertorum
ad heredes iure hereditario non tranſeant,probat
tex.vbi Bar.n.3.& 4.Alex. num.1. & communiter
Scribē.id notant in l.ſi patroni.ff.ad Trebel. Paul.
n.4.in l.quia perinde.§.reſtituta.ff. eod.titu quem
legit.ſimul.cum.l.quanuis.ff.eod.atque Alex.ibid.
num.3.& alij quos ſupra lib.1.c.24.n.6. citauimus.
Ideóque verba illius.l.ibi.*Quia ad proximum quē-
que*, ſic intelligenda ſunt, quòd ſcilicet proximus
quiſque in eo caſu ſuccedere debeat, qui proxi-
*mus* eſt *filius*, *non autem nepos*: cum in materia
de qua in eadem. l. agitur, repræſentationi locus
non ſit: in materia autem repræſentationem ad-
mittenti, prout eſt materia Primogeniorum,nulli
dubium, niſi quòd illa verba repræſentationem
non excluderent.

¶Quod etiam comprobatur ex eo quia ſi tex. il-
lle in materia,in qua iure hæreditario ſucceditur,
intelligendus eſſet,probaret aliud: quod D D.ſu-
periùs citati nunquam cenſuerunt, nec etiam co-
gitarunt, quòd ſcilicet in materia, in qua iure hæ-
reditario ſucceditur, repræſentatio admittenda
non ſit, quando proximiori hæreditas delata eſt.
Quod eſſet contra omnia iura dicentia, in ſucceſ-
ſione hæreditaria ab inteſtato, repræſentationem
admitti: etiamſi ea ſucceſſio proximiori deferen-
da ſit.Cùm igitur tex.ille in ſucceſſione, quæ iure
hæreditario capitur,non loquatur:ex eo cōſequi-
tur, non ex verbo proximiori repræſentationem
excludi:ſed ex eo,quòd ſucceſſio,de qua ibi agitur
non ſit eius qualitatis, vt in ea repræſentatio ad-
mittenda ſit:etiamſi verbum illud proximiori de-
ficeret, qui eſt verus ac ſing. intellectus ad text.in
15 d.l.ſi libertus præterito.§.1.ff.de bon.liberto.& † e-
tiam ad tex.in l.tutela.§.ſi duo.ff.de legiti.tut. Ea-
que iura ſic intellexerunt Nicolaus de Matarellis
in l.fina.C.de iuriſd.omn.iudi.& Bal.in l.liberti,li
bertæque nu.18. C.de oper.liberto.& aliiquos ſu-
pra,c.6.n.40.citauimus.

16 ¶Tertiò etiam controuerti poteſt:vtrū † ſi Ma-
ioratus inſtitutor præceperit, quòd in ea ſucceda-
tur, ſalua gradus prærogatiua,ex hoc cenſeatur re-
præſentationem excludere voluiſſe. In qua quæ-
ſtione dicendum videtur.quod ſic:quod probatur
ex tex.in Auth.defuncto.C. ad Tertul. vbi diſpo-
nitur,quòd quando in aliqua hæreditate ſuccedē-
dum eſt,ſalua gradus prærogatiua, in ea ſucceſſio
ne repræſentatio non admittitur, per quem tex. id
verum



verum eſſe profitentur Paul.& Raphael Fulgo. &
communiter Scriben.ibidem. Curtius Iun.in l.2.
num.15. C.de ſucceſſ.edicto.Deci.conſil.408.nu-
mer.12 cum ſequentibus Pariſi.conſil.37.num.57.
libro.2,D.Dida.de Couarru.in quæſtionibus pra-
cti.cap.38.numero.4.verſicu.Quartò vbi fideicō-
miſſum.Curtius Iuni.cōſil.154.nu.9.Gozadi.cōſil.
4.nume.33.Aymon.cōſ.67.nume.5.Peral.in l.cùm
ita legatur.§.in fideicommiſſo. num.19.ff.de leg.2.
Aluarus Velaſcus Luſitanus in quæſtionibus iuris
Emphyteoti.quæſtio.50.nume 37.Franciſ.Marza-
rius in Epito.fideicom.q.32. & plures aliquos re-
fert Portius conſi.54.n.25.

¶Cæterùm hæc Scrib.ſententia,quæ proculdu-
biò communis eſt,non adeò firma atque indubi-
tata eſt, vt ab illa facilè diſcedi non poſſit: quia
cum nepotes,& pronepotes,& alij inter deſcendē
tes, & filij fratrum ex repræſentatione inter tranſ-
uerſales,gradum aſcendentium, vel parentum re-
præſentent,rectè dici poterit,in eorum admiſſio-
ne ſeruari gradus pręrogatiuam,ſicut in ſucceſſio-
17 ne ab inteſtato ſeruari ſolet.Quando enim † remo-
tior admittitur ex repræſentatione, non dicitur
gradus corrumpi,nec alterari, ſed repræſentari,vt
dixit Bald.in l.1.C.de ſecund.nup.num.7. Alexan.
conſil.26.nu.13.lib.3.Roland. à Valle,qui plura re
fert conſi.38.n.8.lib.4.Portius conſi.54. nu.14. Ex
quibus hanc opinionem aduerſus communem cō
ſtanter defendunt.Soci.Iuni.conſi.126. nume.12.&
13.lib.1.& Porti.conſi.54.n.14.

¶Sed quāuis communis opinio in fideicommiſ
ſis familiæ relictis,ſeu in aliis ſucceſſionibus, quæ
non iure Maioratus deferuntur,admittenda foret,
in Primogeniorum autem ſucceſſione admitten-
da non videtur: imò credimus, ea non obſtante,
adhuc repræſentationi locum eſſe. Cùm enim li-
nea Primogenitorum cæteras lineas præcedere
debeat,etſi deſcendentes ex illa in gradu remotio
ri conſtituti ſint, vt pluries in duobus capitibus
præcedentibus oſtendimus,conſequens eſt, vt nul
lo pacto prærogatiua gradus poſſit lineæ præro-
gatiuam infringere:cùm linea,vt ibidem, atque ſu
pra iſto lib.c.4.nu.13. oſtendimus, primo loco in
Primogeniorum ſucceſſione conſideranda ſit.Po-
terunt autem verba illa intelligi, vt prærogatiua
gradus inter eos,qui in eadem linea cōſtituti ſunt
ſeruetur,non autem inter eos, qui in potiori linea
inueniuntur. Hi namque debent cæteros, ex alia
linea procedentes præcedere:& ſi ab eis in gradus
proximitate pæcedantur, vtcunque autem ſit, ex
his verbis,quæ nimis generalia ſunt, poſſúntque
diuerſimodè intelligi, atque præciſè repræſenta-
tionem non excludunt à diſpoſitione dictæ l.40.
Tauri:recedendum eſſe non videtur,tametſi pro-
pter huius articuli difficultatem id non pręciſè ve
rum eſſe profiteamur.

18 ¶Quarto,etiam loco controuerti poterit † vtrum
ex his verbis,ſcilicet *ſuccedat filius Maior natu*,re-
præſentatio excluſa cenſeatur, vbi filius ſecundo-
genitus,nepote ex filio Primogenito relicto, natu
maior eſt. Qua in re videtur dicendum, quòd ſic.
Quod ex eo probatur: quia Maioratus inſtitutor
qui dixit,quòd ſuccedat filius maior natu, cenſe-
tur ſolùm pręrogatiuam ætatis conſiderare:quan-
uis ſecus dicendum ſit,in eo,qui dixit. Succedat
filius Primogenitus.Is námque ſolam qualitatem
ac lineam rectam Primogenituræ conſideraſſe vi-
detur, quam differentiam inter vocationem filii,
maioris natu, & vocationem Primogeniti aſſig-
narunt Alex.conſi.4.n.13.verſicul.Item iura & ra-
tiones lib.4.Pala.Ruui.in rep.Rub.de dona. inter
vir. & vxo.§.69. in ſi. Tiraquellus. de Primogen
quæ.40.nu.160.Alciatus Parergo. lib. 8.capite.15.
Idque etiam in terminis Maioratus loquens ſic re
ſoluit Acoſta in quæ.patrui, & nepotis. pagin.12.
ad fin.

19 ¶His autem non obſtantibus dicendum erit ex
his verbis in Hiſpanorum Primogeniis repræſen-
tationem non excludi. Si enim id benè conſide-
remus † nulla differentia inter verbum hoc filius
maior & filius Primogenitus poteſt. aſſignari: i-
mò verè vtrumque verbum idem ſignificat, quòd
dixit.Bald.in l.cum antiquioribus.C. de iure deli-
be.numer.11. verſiculo. & primo præmitto, vbi
inquit, quòd filius primogenitus idem eſt, quòd
maior,vel primò natus.Abb.cōſil.85.nume.3.& 5.
lib.2.Soci.in l.ſi cognatis.nume.5.ff.de reb. dubiis.
Barba.cōſil.29.& 11.lib.2.Pariſi.conſil.72.num.90.
lib.4.Pala.Ruui.in rep.Rub.de dona. inter vir. &
vxo.§.69.nu.21.Io. Lecerier de Primoge.lib.1.q.2.
nu.2.& 3.Tiraquel.de Primoge.q.1.nu.12.D.Dida
de Couarru.in quæſtionibus pract.c.38.n.6. verſi.
Etenim:quibus adiicienda ſunt ea, quæ ſupra lib.
1.c.1.n.1.adduximus,probantes Maioratum, atque
Primogenituram idem eſſe.Idque veriſſimū eſt.

¶Quintò & vltimò ſupereſt diſcutienda alia ar-
dua atque difficilis quæſtio,vtrum † ſcilicet ex vo-
catione facta in Maioratu de filio Primogenito ſu
perſtite,hoc eſt, *Del hiio mayor que fincare viuo al
tiempo de la muerte del vltimo poſſeedor*, cenſeatur
excluſa repræſentatio:adeo,vt filius ſecundogeni-
tus ſuperſtes, nepoti ex filio Primogenito in vita
vltimi poſſeſſoris,mortuo relicto pręferendus ſit.
In qua quæſtione aliqua tantum pro vtraque par-
te in medium adducemus, illam ex profeſſo nec
diſcutientes, nec reſoluentes: cùm in ſimili caſu
pendeat lis ſatis controuerſa.

¶Quod autē ex his verbis repræſentatio exclu
ſa eſſe cenſeatur,probari videtur ex eo,quod Ma-
ioratus inſtitutor ex his verbis noluerit Primoge-
nitum ſimpliciter ad Maioratus ſucceſſionem in-
uitare,nec demonſtrare: ſed illum ſolùm, qui tē-
pore mortis vltimi poſſeſſoris Primogenitus ſu-
perſtes inueniretur.Quamobrem etſi in omnibus
Maioratibus regulariter nepos filium ſecundoge-
nitum excludat:id in Maioratu, in quo verba hæc
appoſita ſunt,locum non habet:cùm qualitas Pri-
mogenituræ non fuerit vllo tempore radicata in
Primogenito,nec ſecundogenitus excluſus: imo
filius ſecundogenitus verè filius Primogenitus ſu
perſtes dici poterit: non Primogenitus, qui non
ſuperuixit.Quibus rationibus, & etiam aliis in ſi-
mili vocatione de filio ſuperſtite facta, nepotem
ad filij ſecundogeniti excluſionem ex repræſenta-
tione parentis admittendum non eſſe: imo ipſum
fore à filio ſecundogenito excludendum, verum
eſſe cenſuit gl.in l.qui plures,verbo, *Ad ſuperſtites*
ff.de vulga.cui eſt alia conſimilis in l.Lucius.§.pa-
ter puerum.verbo,*Pertinere*.ff.ad Trebel.& alia in
l.cùm quidā.verbo,*Hæredes eius*.& in verbo. *No-
tat*.ff.de lega.2.& alia in l.hæredes mei.§.peto.ver
bo,*Suſcepiſſet*,& verbo,*Vel vni* ff.ad Trebel.Idip-
ſum etiam voluit Azo in ſumma.C.de his, qui an.
aper.tabul.n.3. vbi etiam Goffredus Doctor anti-
quus:idipſum annotauit Bal. in l.quidam elogio.
n.23.C.de iur.deliber.vbi Paul.nume.6.idem Bal.
conſilio.435.fina.verb.libro.4.Ancharra. conſilio.
426.num.3.idem Ancharra.conſil.390. numero 1.
Corneus

Corneus cõſilio 290.numer.2.cum ſequentib. lib. 4.cõſiderato ſummario eiuſdem conſilij: quanuis ipſe non fundet deciſionem ſuàm in verbo, ſuperuiuentes. Idem Corn.conſi.248.numer.3.& 4. lib. 1.vbi ſingulariter id declarat, & quanuis poſteà cõtrarium reſoluat, illud efficit aliis rationibus, quæ hanc opinionem non contingunt: ideóque hoc dictum illæſum remanet: idem Corneus conſi.143. n.9.lib.3.& conſil.182.num.6.lib.2.Bertran. conſil. 156.lib.6. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, per totum conſil.idem conſil.186.lib.4.Cuma.cõſil.222.n.2.Alex.conſil.4.nu.1.lib.4.Idem Alex.cõſil.30 nu.2.cum ſeq.lib 2.idem Alex. conſil.204.n. 3.eod.lib.& conſil.109.nu.4.lib.7.Socin.conſil.76. n.6.lib.3.Franc.de Aretin.in d.l. qui plures quam legit.ſimul.cũ l.ſi plures.ff.de vulga.n.3.Alex. poſt Rapha. Cuma.ibidem, in d.l. hæredes mei.§.peto. n.5.ff.ad Trebel. Alex.in §.cùm ita.eiuſdem leg.hęredes mei.n. 6. atque ibidem Franc.de Ripa.n.59. Roma.in l. qui patri. nu.12.ff. de acquir.hæred.vbi Alex.nu.15.Iaſ.conſi.29.per totum conſil.& maximè col.fina.verſic. Septimò, & vltimò lib.3.Deci. conſil.79.nu.1.& 2.& melius conſil.287.num.13.& conſil.299.n.15.Soci.in l.ſi cognatis.nu.5.ff.de reb. dub.vbi Iacob.Sadoletus col.2.idipſum profitetur Carol.Ruin.conſil.181.nu.2 lib.2. idem conſil.169. n.7.eodem.lib.idem conſi.101.n.10.eodem lib.idẽ conſi.139.num.14.& 15.lib.3.Curtius Iuni. qui latè & notabiliter id proſequitur conſi.57.num.9.cum ſeq.idem conſil.69.nu.2. cum ſeq.idem conſil.161. nu.16.idem in l.2.nu.14.C.de ſucce.edicto. Anto. Rube.cõſil.40.nu.9.Soci.Iuni.conſi.14.n.10. lib.4. vbi n.7. inquit hanc opinionem eſſe communiter receptam & ab ea non eſſe recedendum. Idem Soci.Iuni.conſi.30.n.7.eod.lib. vbi idipſum profitetur. Quod etiam in aliis conſil. repetere ſolitus eſt, Auguſti.Beroius cõſil.97.n.9.lib.2. Riminald. conſil 27.n.1.lib.1.Gozadi.conſil.29.num.17. & 33. Paul.Pariſi.conſi.37.nu.46.cum plurib.ſequ. lib.2. vbi latiſſimè proſequitur materiam, idem conſil. 9.n.19.& 23.cum ſeq.eod.lib.idem conſi 63 nume. 4.cum ſeq.lib.3.idem conſil.21.n.14.lib.3.Chaſſan. conſi.53.nu.10.Alciat.conſi.99.nu.18.idem Alciat. conſi 585.n.5.Natta. conſil.551.nu. 25.lib.3. Philippus Portius conſi.8.nu.32.39 & 49.& 50.idem cõſ. 15.numer.23.& 25.cum pluribus. & ſequenti.idem in lib.communium opinio.regula.33.verſi. Quartò limito: & iterum in verſi.Septimò limito.idem conſi.9.n.2. & 4. vbi inquit hanc eſſe communem opinionem. Iacobus Mandellus conſil.60.n.12. & 13. Aluarus Vaez. in quæſtionibus iuris Emphyteoti.1.par.quæſtio.50.nume.16.& nume.40.Acoſta in quæſtione patrui & nepotis, pagi.28.verſic. Concludo itaque Anto.Gabriel.lib.4.communiũ opinionum, ti.de fideicom.concl.3.nu.8.pro quorum opinione facit tex.in l. cùm pater. §. hæreditatem.in 1.ff.de lega.2. iuncta expoſitione Accurſij, Dyni, Alberici, & aliorum Scribent.ibidem, & text.iuncto.gl.in l.generali capite.§.filios ex Seio. ff.de vſufr.leg.l.quoties.la primera. ff.de reb. dub. l.hæredes, mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.

¶Contrariam autem ſententiam, imò quòd ex his verbis repræſentatio excluſa non cenſeatur, ex eo, quòd hæc conditio à iure inſit: vel ex eo, quòd etiam filio appoſita, in nepote, patre prædefuncto, verificetur: reſponderunt Roma. conſil. 56.nume.2. & 3. Aegidius à Bellamera. deciſ.725. Rapha. Cuma.conſil.13.Fulgo.conſil.15.numer.13. Corneus conſil.37.numer 5.lib.1.idem conſi. 207. lib.2.nume.13. Alex.in l.qui patri.ff.de acquir. hæred.nume.13.idem Alex.conſil.9.nume.1.& 2.lib.1. vbi Carol.Moli.in addi.idipſum profitetur. Barb. in addi.ad Bal.in l.cum antiquioribus. C. de iure delibe.ſuper nume.11.verbo. Conſtat Iaſ.conſ.134, colu.fina.lib.4.Decius conſi.379.nume.2.Crottu. in rep.l.reconiuncti.nume.117.ff.de lega.3. Ruinus conſi.179.numero 9.lib.2.idem conſil. 79.numero 13.lib.3.idem conſil.130.nume.3.lib.3.Riminal.conſil.78.nume.7.lib.1.Grattus conſi.7.num.15. & cõ. 8.nume.1.cum ſequentibus lib.1.Socin.Iuni.conſil. 116.num.11.19.& 23.& nume.29.lib.1. Tobias Nonus conſ.4.n.14.15.Pariſ.conſil.36. numero 10.lib. 2.idem conſi.76.num.12.lib.2.idem conſi.78.num. 5.& 9.eod.lib.& conſil.36. numero 14. eodem libro, idem conſil.5.numero 35.& 44. & 45. lib.3. & conſi.50.numer.34.eod.lib. Aymon Crauera cõſi. 306.num.3.idem in l.cùm filiofamiliàs. num. 261. & nume.352.& nume.354.ff.de legã.1.Hiero. Zanchus in l.hæredes mei.§.cùm ita.nume.219.& 220. ff.de Trebel. Idque in propriis terminis Hiſpanorum Maioratuum ſic concludunt, atque reſoluunt Abb.d. conſil.85.lib.1.Roma.conſi.2.& Paul.conſ. 164.lib.2.Bologni.conſi.62.col.6. 9.fin.cum ſequ. Bellamera.d.deciſ.723.num.16.& 17.cum ſequent. Barba.conſil.10.lib.2.& in addi.ad Bal. in d.l.cum antiquioribus.C.de iure delibe.verbo, Conſtat. Quòd quando ex aliquibus coniecturis conſtat, diſponentem non ſolùm filium ſuperuiuentem ſed omnes illius deſcendentes ad ſucceſſionem inuitaſſe: omnes ſuperiùs citati id apertiùs procedere profitentur.

¶Pro eadem etiam opinione adduci ſolet l.2.ti. 15.parti.2. vbi ad Maioratus ſucceſſionem vocatur filius Primogenitus, cum hac adiectione *Deſpues de la muerte de ſu padre*, & nihilominùs inquit lex, quòd eo defuncto, nepos, excluſo patruo, ad Regni ſucceſſionem admittendus ſit. Ex quibus & aliis pluribus, quæ pro vtraque parte adduci poſſent, hæc quæſtio dubia redditur. Dubium autem iam ex eo præſertim pendet: vtrum ſtantibus legibus partitarum & Tauri, hodie ex his verbis repræſentatio ex eiſdem legibus introducta, excluſa cenſenda ſit: cùm l.Tauri vt ſuperiùs annotauim⁹, requirat expreſſam diſpoſitionem, ac voluntatem inſtitutoris ad hoc, vt repræſentatio excluſa cenſenda ſit, nec ex verbis dubiis debeat à legum ſententia diſcedi. Nos autem quia, vt prædiximus, lis ſuper his verſatur, ad eius reſolutionem vlteriùs non progredimur. Et hæc ad dict.l.40. Tauri interpretationem dixiſſe ſufficiat. Sed quoniam ſuper his & aliis quæ in duobus capitibus pręcedentibus diximus, plerunque lites difficillimæ verſari ſolent: cùm ea in forenſem controuerſiam deuenerint, de illis deliberandum erit. aduerte ne decipiaris, quòd ea quæ in hoc capite & duobus præcedentibus diximus, potius diſſerendi, quàm reſoluendi gratia data fuerunt: cum enim dubia hęc noua atque difficillima ſint, earum deciſionem ac præciſam reſolutionem in ſequentem editionem reſeruauimus.





*S V M M A R I A.*

1 *Proximitas in deſcendentibus vltimi poſſeſſoris ab ipſo vltimo poſſeſſore, abſque vlla contradictione conſideranda erit.*
2 *Proximitas vltimi poſſeſſoris conſideranda non eſt, niſi proximior à familia primi Maioratus inſtitutoris procedat.*
3 *Proximitas inter tranſuerſales vltimi Maioratus poſſeſſoris: vtrum ab ipſo, an à primo inſtitutore conſideranda ſit.*
4 *In Maioratibus non agitur de ſucceſſione vltimi poſſeſſoris: ſed primi inſtitutoris.*
5 *Maioratus inſtitutor cenſendus eſt ſibi proximiores cæteris præferre.*
6 *Proximitas tempore mortis eius, qui fideicommiſſum reliquit, conſideranda eſt.*
7 *In fideicommiſſo relicto familiæ ſuccedendum eſt, ſecundùm ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.*
8 *Proximitas in ſucceſſione feudi reſpectu primi authoris conſideranda eſt.*
9 *Legatum factum cognatis, de cognatis teſtatoris intelligendum eſt.*
10 *Verba, quæ poſſunt referri ad teſtatorem, & ad grauatum, in dubio ad teſtatorem referenda ſunt.*
11 *Proximitas in ſucceſſione ab inteſtato, reſpectu vltimi morientis conſideranda eſt.*
12 *L.cum ita legatur.§.in fideicom.ff.de lega.2.declaratur.*
13 *Proximitatem conſiderare in Maioratus ſucceſſione, à primo inſtitutore eſſet impoſſibile, vel ſummè difficile.*
14 *Proximitas in feudis conſideratur reſpectu vltimi admiſſi.*
15 *Proximitas in Regni ſucceſſione conſideratur ab vltimo Regni poſſeſſore.*
16 *Proximitatem reſpectu perſonæ, cui ſucceditur conſiderandam eſſe: qualiter intelligendum ſit.*
17 *L.cùm ita legatur.§.in fideicom.ff.de lega.2.iterum declaratur.*
18 *L.ſi.C.de verb.ſig.declaratur.*
19 *Tex.in c.1.§.his verò.& §.vlt.de ſucceſſione fratrum declaratur.*
20 Bar.*doctrina in l.ſi cognatus.ff.de reb.dub.declaratur.*
21 *Proximior præſumitur is qui ſe cognatum, ſeu agnatum eſſe probauerit: niſi ex aduerſo probetur alium eſſe proximiorem.*
22 *Subſtitutus ſub conditione, ſi alter ſine liberis deceſſerit, non tenetur probare illum ſine liberis deceſſiſſe: niſi conſtet aliquo tempore illum liberos habuiſſe.*

## *Proximitas in Maioratus ſucceſſione, vtrum reſpectu inſtitutoris, an vltimi eiuſdem poſſeſſoris conſideranda ſit.*

### CAP. IX.

IN Primogeniorum ſucceſſione ea quæſtio frequentiſſimè controuerti etiam ſolet: vtrum ſcilicet proximitas illius, qui de Maioratus ſucceſſione contendit, reſpectu Maioratus inſtitutoris, ſeu vltimi eiuſdem poſſeſſoris conſideranda ſit. Quam quæſtionem plures ex antiquis, & modernis Iuriſconſultis pleniſſimè tractarunt. Quorum aliqui, proximitatem reſpectu inſtitutoris: alij verò reſpectu vltimi poſſeſſoris conſiderandam eſſe opinantur: interdum vnam, interdum verò alteram communem opinionem eſſe profitentes: quos ſupra lib.1.c.6. nu.46.& 47. nũcupatim citauimus, vbi †opinionem dicentium proximitatem reſpectu vltimi Maioratus poſſeſſoris conſiderari debere, veriorem ac probabiliorem, vſúque communiter receptam eſſe diximus. Sed quoniam articulus hic in Primogeniorum ſucceſſione pluries contingit, atque inter alios notabilis, ſumméque difficilis eſt, conueniens duximus illum in hac parte ad vtramque partem diſcutere, vt deinceps eius veritas omnibus innoteſcat.

1 ¶Qua in re in primis pręmittendum eſt, quod ſi agamus de deſcendentibus vltimi Maioratus poſſeſſoris, quæſtio hæc abſque vlla difficultate erit, cum eadem ratione, qua Maioratus inſtitutor prætulit in eius ſucceſſione vltimum Maioratus poſſeſſorem: eadem etiam cenſendus ſit eius deſcendentem prætuliſſe. Quod ex l.cùm auus. ff.de conditio. & demonſtra. & ex l. cùm acutiſſimi.C. de fideicom. apertiſſimè probatur, redditúrque apertius ex communi regula, quam in Maioratus ſucceſſione pluries in hoc libro, & etiã aliis præmiſimus, quòd ſcilicet, quoties Maioratus ſucceſſio in vna linea ingreſſa eſt, non debet fieri tranſitus de illa ad alias, donec aliquis ex eadem linea ſuperſit: prout ſupra iſto lib. capit.4. numero.14. oſtenſum eſt. Quibus adiicienda ſunt ea, quæ de recta linea ſemper in Primogeniorum ſucceſſione continuanda ſupra iſto lib.cap. 6.nume.9.cum ſeq.latiùs adduximus. Cùm igitur ſucceſſio Maioratus ad vltimum eius poſſeſſorem deuenerit, non eſt dubitandum, quin deſcendentes eius omnibus aliis præferri debeant: etſi Maioratus inſtitutori proximior eſſe compertum ſit. Quod adeò clarum eſt, vt vlteriori comprobatione non egeat: ídque verum eſſe profitetur D.Dida.de Couarru.in quæſtionibus practi.capit. 38. numero.1. verſi.Secunda concluſio, qui cùm regulariter opinatus fuerit, proximitatem reſpectu Maioratus inſtitutoris conſiderandam eſſe. In caſu tamen de quo agimus cõtrariam ſententiam veriorem eſſe profitetur.

2 ¶Similiter etiam præmittẽdum erit†dubiũ hoc non eſſe proponẽdum inter illum,qui vltimo poſſeſſori proximior eſt:non tamen ex familia primi inſtitutoris procedit.Is namque à quocunque alio remotiori qui ex familia primi Maioratus inſtitutoris deſcendat, excludetur. Cùm enim Maioratus ſucceſſio ad eos ſolos, qui ex familia inſtitutoris proceſſerint, deferẽda ſit,vt ſupra lib.1.cap.1. & alibi ſæpè oſtenſum eſt, conſtat eum qui ex primi inſtitutoris familia non deſcendit,non poſſe aliquo pacto prætẽdere eiuſdem Maioratus ſucceſſionẽ:etſi vltimo poſſeſſori proximiori gradu coniunctus ſit.Idque etiam veriſſimum eſt.

3 ¶His igitur ſic premiſſis dubium in hac quæſtione in eo ſolùm caſu verſabitur,vbi vltimus poſſeſſor abſque deſcendentibus deceſſit†atque de ſucceſſione Maioratus inter tranſuerſalem proximiorem vltimi poſſeſſoris ex familia primi inſtitutoris procedentem,& alterum primi inſtitutoris reſpectu proximiorem: reſpectu verò vltimi poſſeſſoris remotiorem:de Maioratus ſucceſſione contenditur.

¶In qua quæſtione prima facie dicẽdũ videtur, Maioratus ſucceſſionem ei, qui primi inſtitutoris reſpectu proximior eſt,deferendam eſſe. Quod probatur euidentiſſima ratione,quæ non videtur 4 poſſe congruum reſponſum admittere. Nam † in Primogeniis clariſſimum eſt non agi de ſucceſſione vltimi poſſeſſoris ſed primi inſtitutoris.l.cohęredi.§.cùm filiæ.cum ſimilib.ff.de vulga. Quod in hoc libro pluries oſtendimus,communitérque ab omnibus Srib.receptum eſt.Cùm igitur de ſucceſſione primi inſtitutoris agatur, ineptiſſimum eſſe videtur excludere proximiorem illius de cuius ſucceſſione agitur,& admittere illum, qui alteri de cuius ſucceſſione non agitur,proximior eſt: ſicut ineptum videretur, ſi agens de ſucceſſione Titij,ad illam obtinendam cõtenderet,ſe eſſe conſanguineum proximiorem Petri,de cuius ſucceſſione *non agebatur.*

5 ¶Quod etiã cõprobatur ex eo,†quod is qui Maioratum inſtituit cenſendus ſit eos,qui ſibi cõſanguinitate proximiores fuerint,cæteris præferre, atq; propter illos cæteros remotiores excludere: cùm quanto magis quis ſit inſtitutori coniunctus,cenſeatur etiam magis dilectus.l.ſi viua matre,cum ſimilibus.C.de bon.mater.

6 ¶Tertio idipsũ probatur ex tex.in l.cùm ita legatur.§.in fideicõmiſſo.ff.de lega.2. vbi † proximitas tempore mortis eius,qui fideicõmiſſum reliquit,conſideranda eſt:ex quo cõſtat,non reſpectu vltimi poſſeſſoris,,ſed primi inſtitutoris proximitatem cõſiderandam eſſe: cùm eo tempore nullus in fideicommiſſo ſucceſſerit,cuius reſpectu valeat proximitas conſiderari.

7 ¶Pręterea & quartò,id etiam probatur ex tex.in l.fina.C.de verb.ſigni.vbi †in fideicõmiſſo relicto familiæ,ſuccedendum eſt:ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.Conſtat autem in ſucceſſione ab inteſtato proximitatem reſpectu illius, de cuius ſucceſſione agitur conſiderandam eſſe.

8 Quinto idipſum etiam probatur ex tex.in c. 1.§. vlt.de ſucceſſ.fra.vbi †in ſucceſſione feudi proximitas reſpectu primi authoris conſideranda eſt. Per quem tex.id dixit Bald.ibi.nu.2. vbi eleganter inquit.Nota,quòd in feudis ſucceſſio ſuum aſpicit ſtirpitem,& non alium,qui non ſit ſtirps agnationis cõmunis.Quod etiam repetit in c. 1.nu.2.de eo qui ſibi & hære. ſuis, dicens quòd non eſt curandum,quo tramite feudum deſcẽderit:ſed quid ſit eius primum principium,& prima radix & fundamentum.Idem Bald. conſi.37.lib.2.Pariſ. conſi. 23.131.lib.1.& conſil.63.nu.22.lib.2.

9 ¶Sextò etiam idipſum probatur ex eleganti doctrina Bar.in l.ſi cognatis.nu.2.ff. de reb. dub. vbi elegãter inquit,quod † legatum factum cognatis, intelligitur de cognatis teſtatoris.Idẽ Bar.in l.peto. §. fratre. ff. de lega. 2. nu. 1.vbi ſubiungit,quòd ita tenent Dynus,& Petrus,& omnes. Idipſum etiam voluit Iaſ.conſilio 125. prima colum.lib.2.& conſil.159.in princ.lib.4.Peralta in d.§.in fideicõmiſſo. num.24.col.pen.& fina.Rolandus Valle.d. conſil.100.nu.5. Quod etiam comprehenditur ex 10 gloſſ. ſing. in l. ex facto.in princ.verbo. *Sua.*ff. ad Trebel.vbi probatur,quod† verba quæ poſſunt referri ad teſtatorem,& ad grauatum,in dubio referenda ſunt ad teſtatorem.Quam glo.poſt Scrib.ibidẽ ſequitur Alex.conſi.66.nu.2.lib.1.vbi Carol. Moli.in addi.Hyppoli ſing.21.. Curtius Iuni. conpl.5.num.34.& alibi ſæpe Scrib.Ex quibus & aliis opi.hæc defendi ſolet.

¶His tamen non obſtantibus,cõtraria ſentẽtia, imò quòd proximitas reſpectu vltimi Maioratus poſſeſſoris,non autem inſtitutoris conſideranda ſit:probatur ex eo,quòd quoties fideicommiſſum ſeu Maioratus defertur familiæ,agnationi,ſeu cognationi in eo fideicommiſſo ſuccedendum eſt eo ordine,quo in ſucceſſione ab inteſtato ſucceditur l.fin. C. de verb.ſig. glo. in l. cùm ita legatur.§.in fideicommiſſo.in verbo, *Moreretur.* vbi communiter Scrib.id notant.ff.de lega.2. Alex. conſil. 55. nu.2.ad fin.lib.4.Carol.Ruinus conſil.49.num.11. lib.2.& conſil.168.nu.3.eod.lib.&alibi ſæpe Scribẽ.†in ſucceſſione autem ab inteſtato ſemper proximitas conſideratur reſpectu vltimi morientis: ergo idipſum dicendum erit in ſucceſſione Maioratus quæ ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato regulanda eſt.

12 ¶*Secũdò †idipſum probatur ex tex.in* l.cùm ita legatur.§.in fideicommiſſo.ff.de lega.2.ibi. *Et qui ex his proximio gradu procreati ſunt*,intelligẽdo de his,qui procreati ſunt ab his,qui tempore mortis teſtantis proximiores erant: prout intelligit gloſ. ibidem verb.*Ex his*.Quam communiter Scrib.ſequuntur:& intelligendo etiam text. illum de ſucceſſione per fideicommiſſum,non autem per vulgarem:ſecundum intellectum quem plures ad illum tex.aſſignarunt:quem ſupra lib.capit.5. num. 27.reiecimus.Tex.autem ille,his præmiſſis, ſic inducitur in fideicõmiſſo relicto familiæ, poſt proximiores ſuccedũt hi,qui ab ipſis procreati ſunt. Ergo iam non conſideratur proximitas reſpectu teſtantis,ſed vltimi poſſeſſoris:cùm poſſint ſupereſſe eo tempore plures alij teſtanti proximiores. Quibus præferuntur hi,qui ex proximioribus deſcendunt.

¶Quod autem poſſint eo tempore adeſſe plures teſtanti proximiores. quàm ipſi deſcendentes ex proximioribus,conſtat apertiſſimè: ſi præſupponamus,quod proximiores teſtantis fuerunt ipſius conſobrini qui excluſerunt filium alterius conſobrini iam mortui, ex eo, quòd in hoc caſu non poterat repræſentare perſonã parentis:cùm vltra filios fratrũ non detur repræſentatio:ex deciſ.tex. in Auth.ceſſante.& in Auth.poſt fratres. C. de legit.hæredi. Mortuis autem proximioribus,præſupponamus ſimiliter quod ſuperfuerunt nepotes; vel pronepotes conſobrinorum filiis eorum



prædefunctis, & alter filius cõſobrini, qui à principio fuerat excluſus. Quo caſu certiſſimum eſt quòd habito reſpectu ad teſtatorem,hic filius cõſobrini,nepotes aliorum conſobrinorum vno gradu præcedit: habito autem reſpectu ad vltimum poſſeſſorem, apertiſſime à nepotibus eiuſdẽ præceditur:cum is eius reſpectu ſit tranſuerſalis, nepos verò deſcẽdens.En igitur qualiter poteſt eſſe, quòd adſit alius, qui gradus proximitate deſcendentes proximiorum præcedat. Nihilominùs tamen Iuriſcõſultus in d. §. in fideicommiſſo deſcendentes ex proximioribus vocat, excluſis his, qui teſtanti proximiores ſunt:in quib.verbis præcisè noſtram concluſionem probat.Idque procul dubio verum eſt:quamuis Reuerẽdiſſimus.D.Didacus de Couarru.in quæſtionibus pract. c.38.nu. 1.verſic.Deinde dixerit non poſſe dari alium proximiorem teſtanti, quàm deſcendentes ex proximioribus:ideóq; ex illa lege opinionem noſtram non probari. Eius namque dictum in hac parte facilè ex ſuperiùs adductis diluitur.

¶Tertiò hoc etiã probatur ex eo,quòd eadem affectio, ex qua motus fuit Maioratus inſtitutor ad præferendum vltimum Maioratus poſſeſſorem cæteris,videtur conſideranda, ad hoc,vt ſimiliter cenſeatur alijs præferre omnes illos, qui eidem proximiores fuerint: quæ ratio in his,qui ex vltimo poſſeſſore deſcendunt, concludit neceſſariò ex deciſione tex.in l. cum acutiſſimi,cum ſimilib. C.de fideicom. In cæteris verò ex quadam veriſimilitudine, atque præſumpta voluntate teſtantis hanc noſtram opinionem non modicum coadiuuat.

13 ¶ Quartò id etiam alia ratione cõprobatur:nam ſi†in Maioratus ſucceſſione proximitas reſpectu primi Maioratus inſtitutoris conſideranda foret, id à cõmuniter accidentibus eſſet impoſſibile:vel ſaltim adeo difficile, vt moraliter loquendo, impoſſibile dici poſſet. Cùm enim prope omnia horum Regnorum Primogenia antiquiſſima ſint: ſi in eorum ſucceſſione proximitas à primo inſtitutore conſideranda foret, neceſſarium eſſet mille annorum circulos reuoluere, de quibus nullo pacto haberi poſſent certa teſtimonia. Ideóque vt hæc inconuenientia vitentur: conuenientiùs viſum fuit,ab vltimo poſſeſſore proximitatem deriuare: quàm proximitatis probationem penè impoſſibilem efficere. Quæ ratio non ſolùm antiquiſſima Primogenia, verùm etiam ea,quæ hiſce temporibus inſtituuntur,comprehendit. Quãuis enim hodie proximitas reſpectu inſtitutoris probari poſſit:futuris tamen temporibus eadem probationis difficultas in eorum ſucceſſione neceſſariò continget.

14 ¶Quintò idipſum probatur ex deci.tex.in c.1.de natu.ſucce. feu.vbi†in feudo paterno,quamuis ex prouiſione parentis deferatur: quoad ſucceſſionẽ tamen conſideratur proximitas reſpectu vltimi admiſſi. Per quem tex.id notat And. de Yſern ibi dicens,quòd ad feudi ſucceſſionem admittitur is, qui eſt proximor vltimo vaſſallo: cuius dictum refert & ſequitur, plura in eius comprobationem adducens,Decius conſil.445.nu.29.Thobias Nonius qui plura & refert conſ.1.nu.4.

15 ¶Sextò & vltimò,vltra ea quę iure communi ſtatuta erant:idipſum probatur ex l.2.titul.15.part.2. vbi diſponitur,†quòd mortuo Rege vltimo Regni poſſeſſore, ſuccedat in Regno propinquior cognatus, quem ipſe Rex relinquerit tempore mortis, vt comprehenditur ex eiuſdem legis verbis,ibid. *Deue,heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouieſſe.* Per quam legẽ dixit Gregorius Lopez in gl.verbo, *El mas propinquo pariẽte*, deciſam eſſe quæſtionem illam de qua latè inſudauit Socin. in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. col.fi. vtrum ſcilicet in ſucceſſione fideicommiſſi, in quo proximior vocatus eſt, conſiderari debeat proximitas reſpectu teſtantis,vel vltimi eiuſdem poſſeſſoris: nam ſecũdùm illam.l. reſpectu vltimi poſſeſſoris cõſideranda erit.Quod apertius probat.l.9.titul.1.par.2. ibi.*O alguno delos otros, que ſon mas propinquos parietes a los Reyes al tiẽpo de ſu finamiẽto.* vbi Greg. Lopez in gl.in verbo,*de ſu finamiento*,idipſum annotauit. Quæ leges adeò clarè in Regni ſucceſſione quæſtionem hanc definiunt, vt nullus contradictioni aditus ſuperſit. Quarum deciſio ad Hiſpanorum Primogenia neceſſariò trahenda eſt: cùm de vno ad aliud non valeat aſſignari differentiæ ratio, ex his, quæ ſup.lib. 1.cap. 2. & 3.latius tradidimus. Idque verùm mihi videtur: tametſi Petrus de Peralta in dict.§.in fideicommiſſo. nu.24. pag.379.harum legum inductionem reiecerit,volens quoad hoc inter ſucceſſionem Regni, & aliorum Primogeniorum differentiam conſtituere. Sed reuerà id efficere non potuit.

16 ¶Quib.non obſtant ea, quæ pro prima opinione adducta fuerunt. Et primò non obſtat, †quòd proximitas conſideranda ſit reſpectu illius perſonæ,cui ſucceditur, & non alterius,à quo ſucceſſio non capitur.Nam illud eſt verum, quando dominium illius rei, de cuius ſucceſſione agitur, reſidet in ea perſona, cui verè ſucceditur, nec deuenit ad eam perſonam, cuius reſpectu proximitas conſiderari prætenditur. Tunc namque ineptiſſimum eſſet ab eius perſona proximitatem conſiderare: ſed quando dominium eius rei deuenit ad aliquem,cuius morte ipſa res capitur, quamuis ex alterius diſpoſitione,non eſt inconueniens, quòd proximitas ab eo conſideratur: ídque vel ex eo, quòd ex ſucceſſione cenſeatur res effecta vltimi poſſeſſoris, & ab eo in alios iuxta ſucceſſionis ordinem ab inteſtato deferenda ſit: vel ex eo,quod ea ratione, qua diſponens prædilexit vltimum poſſeſſorem,cenſeatur omnes eius cognatos proximiores prædilexiſſe, vel ex eo, quod impoſſibile eſſet in diſpoſitione perpetua, proximitatem à primo inſtitutore deriuare.Quæ rationes adeo ciuiles ac morales ſunt, vt ex eis poſſit à prædicta regula,quod ſcilicet proximitas ab ea perſona,cui ſucceditur,conſideranda ſit, iuſtiſſimè diſcedi, vt ſuperiùs latiùs oſtenſum & probatum eſt.

¶Similiter etiam non obſtat ſecũda ratio, quod ſcilicet Maioratus inſtitutor cenſeatur magis dilexiſſe ſibi proximiores: quàm eos, qui vltimo poſſeſſori proximiores fuerint. Nam hæc ratio etiam conuerti poteſt, dicendo, quod imo ſicut teſtator prædilexit vltimum poſſeſſorem, ita etiam eidem proximiores prædilexiſſe cenſendus ſit: cùm hi etiam ex eius familia procedant, & ab illa etiam linea deriuentur, quam inter cæteras prædilexit, vel eidem ſaltim proximiores ſint. Quæ conſideratio, iunctis aliis, quas paulo ante adduximus, proculdubio huic rationi præponderat.

17 Non etiam obſtat l.cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. vbi proximitas tempore mortis teſtantis conſideranda eſt. Nam†ea.l.intelligenda eſt, quando tractatur de ſucceden-

do ipſi teſtatori immediatè: ſecùs autem quando agitur de ſuccedendo eidem per medium aliarùm perſonarum. Eo námq; caſu proximitas non tempore mortis, ſed tempore delatæ ſucceſſionis conſideranda erit. Sícque intelligendus eſt text.in d.l.cùm,ita legatur.§.in fideicõmiſſo: prout ſupr. lib.1.c.6.nu.49.illum intelleximus. Imò text.ille non loquitur de fideicõmiſſo perpetuo familię relicto,ſed de eo,quod in prima ſucceſſione conſumitur. Ideóque proximitas ſolùm tempore mortis conſideratur:prout ſupra lib.1.c.5. nu.27. cum ſeq.apertiùs oſtendimus. Secundùm quem intellectum non poteſt tex.ille contra noſtram opinionem adduci, & quomodocunq; intelligatur, potiùs noſtram opinionem probat, vt ſupra, iſto ca. nu.12.oſtenſum eſt.

18 ¶Non etiã obſtat.l.fina.C.de verb.ſigni. imo, potiùs noſtram opinionem probat.Nam†in eo quod illa.l.dixit in fideicommiſſo relicto familiæ, ſecundum ordinem ſucceſſioni ab inteſtato præſtitutũ ſuccedendum eſſe,apertiſſimè innuit,quod in prima ſucceſſione tẽpore mortis primi inſtitutoris proximitas ab eo cõſideranda ſit:in poſterum aũt tempore mortis fideicõmiſſariorum reſpectu vltimi fideicõmiſſarij,per cuius medium bona fidei commiſſo ſubiecta capiuntur, proximitas conſiderari debeat. Is namque eſt ordo ſucceſſionis ab inteſtato,vt proximiores vltimi deſcẽdentis in eius hæreditate ſuccedant.

19 ¶Similiter etiã†nõ obſtat tex.in c.1.§.vlt.de ſucceſſ.fratrum. vbi probatur proximitatem in feudi ſucceſſione reſpectu primi acquirentis cõſiderandam eſſe.Ille namque tex.nedum non probat contrariam opinionem,imò noſtram ſummè coadiuuat.Non enim decidit in aliqua ſui parte proximitatem reſpectu primi acquirentis conſiderandam eſſe:imò in ſui principio probat eſſe conſiderandã reſpectu vltimi deſcendentis: dũ dicit. *Mortuo eo qui beneficium tenebat, prima cauſa liberorũ eſt*,&c. Quod adeò clarè ex illo tex. comprehenditur, vt ad id vlteriori comprobatione opus non ſit.Idque ipſum probat tex.in c.1.de ſucceſſ. feu.& eſt communis Scrib.reſolutio, vt ſuperius oſtenſum eſt.

¶Tex.autẽ ille in §.his verò. nihil his cõtrarium diſponit. Inquit.n. quod feudũ ex ſucceſſione nõ poteſt deuenire,niſi ad illos, qui ex primo acquirente deſcẽdunt.Quod diuerſiſſimũ eſt à quęſtione de qua agimus: an ſcilicet proximitas ab vltimo feudi poſſeſſore, an à primo acquirente conſideranda ſit.Non enim ibi excluditur is, qui à primo acquirente non deſcẽdit,ex eo quod proximitas ab eo deriuãda ſit:ſed ex eo,quod ipſe in inueſtitura nõ cõprehenditur:ideóq.in eo caſu ẽt ſi primo acquirẽti proximior eſſet,proculdubiò à feudi ſucceſſione excluderetur:cũ nõ ſit cauſa excluſionis,quod primo acquirẽti proximior nõ ſit: imò ẽt ſi eſſet frater primi acquirentis, à feudi ſucceſſione excluderetur. Quod ex propria feudorũ natura procedit, quæ tranſuerſales acquirentis ad eorum ſucceſſionem non admittit,nec ad Maioratus illius text. deciſio in hac parte trahi poteſt. Qui ex propria natura ad tranſuerſales etiam primi inſtitutoris, deficiente eius deſcendentia protrahuntur vt ſup.lib.1.c.4.nu.38.cum ſeq. oſtendimus: quod nihil ad quæſtionem, de qua agimus, attinet.Nõ enim nos dicimus, quod proximiores vltimi Maioratus poſſeſſoris, qui ſub Maioratus diſpoſitione non comprehenduntur, ad eius ſucceſſionem, excluſis proximioribus primi inſtitutoris,admittãtur:ſed quod inter illos qui ex familia primi inſtitutoris procedũt, atque ad eius ſucceſſionem vocati ſunt,proximiores vltimi poſſeſſoris,proximioribus primi inſtitutoris pręferendi ſint.Sicq; intelligendus eſt tex.in d.§.his verò.atque ea,quæ circa hæc dixit.D.Dida.de Couarr.in quæſtionibus practi.d.c. 38. nu.1. aliter enim eius dicta procedere non poſſent.

20 ¶Vltimò etiam†non obſtat doctrina Bart.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.n.2. Nam quamuis verum ſit, quòd quoties teſtator reliquit fideicommiſſum familiæ cenſeatur illud relinquere familiæ ſuæ,& non familiæ grauati,atque Bart. opi.communis & vera ſit,nec ſit de illa dubitandum: id à quæſtione de qua agimus,diuerſum eſt: ſiquidem apertiſſimum eſt, quod Maioratus inſtitutor, qui vocauit familiã, non ſentit de familia grauati: ſed de propria familia:cùm in dubio, ex proprię familiæ non autem alterius affectione, ad fideicõmiſſum relinquendum motus fuiſſe cenſendus ſit. In caſu autem de quo agimus,non dubitatur,an Maioratus inſtitutor voluerit præferre illum, qui ex familia vltimi poſſeſſoris procedit, his, qui ex propria familia procedunt: ſed vtrum inter illos qui ex ſua familia procedunt, voluerit præferre vltimi poſſeſſoris proximiores, his qui ſibi proximiores ſunt.In qua ſpecie, ex rationibus de quibus ſuperius meminimus, cẽſetur vltimi poſſeſſoris proximiores,his qui ſibi proximiores ſunt,prętuliſſe: cùm enim omnes ex ſua familia procedant, ea ratione, qua vltimum poſſeſſorem cæteris prætulit, cenſendus eſt etiam ei proximiores prætuliſſe. Ex quib.omnibus, & aliis, quæ in id adduci poſſent, hæc noſtra opi.verior,& probabilior,atque volũtati Maioratuum inſtitutorũ conuenientior cenſenda eſt,quàm cõmunis vſus, atq; totius Hiſpaniæ obſeruatio hucuſq; probauit: adeò vt de eius veritate iam dubitari nequeat, niſi teſtator aliud diſpoſuerit:tunc namque eius diſpoſitio ſeruanda erit. Quod in Regno Luſitaniæ lege generali deciſum eſt:prout refert Acoſta in q. patrui & nepotis,pag.131.vbi eius legis tenorem interpoſuit.

21 ¶Illud aũt animaduertendum eſt, †quòd ſi quis aſſerat ſe eſſe proximiorẽ vltimi Maioratus poſſeſſoris,atque idcirco ſibi eiuſdem Maioratus ſucceſſionem pertinere contendat: probaueritq; ſe eſſe eius cognatum, eo ipſo proximior præſumendus erit:niſi ex aduerſo probetur alium eſſe proximiorem.Quod profitentur Alex.nu.15. & Iaſ.nu.83.in l.is poteſt.ff. de acquir. hære. idem Alex.conſ.20. in fin.lib.1.Corn.conſ.65.nu.3.lib.4.Ant.Gabriel, qui plura refert lib.1.communi.opi. conclu.6.nu.
22 23.cum ſeq. Si†verò quis prætendat ſe eſſe proximiorem vltimi poſſeſſoris, ex eo quòd is abſque liberis deceſſerit,probato ſe eſſe eiuſdem cognatum,non tenebitur probare,quòd vltimus Maioratus poſſeſſor abſq; liberis deceſſerit, ſed in hoc habebit fundatam intentionem: cùm habere liberos, ſit facti:factáque non præſumantur, niſi probentur Quod dixit Bart.in l.ex facto.§. ſi quis autem.nu.1.ff. ad Trebel. vbi Ang. & Paul. idipſum opinantur:quorum opi.dixit communem eſſe Anto.Gabriel.d.conclu.6.nu.25. niſi cõſtet vltimum poſſeſſorem aliquãdo liberos habuiſſe: tunc namque is, qui dixit, filios ante parẽtem deceſſiſſe,illud probare tenebitur.Quod notat Ripa.ſic diſtinguens inter opiniones contrarias, in d.§.ſi quis autem.nu.9.Anto.Gabriel qui alia refert.d.concl.6. num.26.





*S V M M A R I A.*

1 *Proximior tempore mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris conceptus, remotiores iam natos in Maioratus ſucceſſione præcedit.*

2 *Conceptus pro iam nato habetur in fauorabilibus.*

3 *Proximitas in Maioratibus tempore mortis vltimi poſſeſſoris: non autem inſtitutoris conſideranda eſt.*

4 *Maioratus ſucceſſio non poteſt eſſe in pendenti.*

5 *Actus morientium pendere non poſſunt.*

6 *Dominum non poteſt eſſe in aere,præſertim in Maioratibus.*

7 *Proximitas illorum,qui nec nati,nec concepti ſunt tempore delatæ ſucceſſionis, in Maioratibus non attenditur.*

8 *Principium primæ exiſtentiæ in conditionibus conſideratur: non illud quod ex poſtfacto ſucceſſerit.*

9 *Proximiore tempore mortis vltimi poſſeſſoris ad Maioratus ſucceſſionem admiſſo, cæteri excluduntur.*

10 *Succeſſione Maioratus in vnam lineam ingreſſa,non poteſt fieri tranſitus ad aliam.*

11 *Admiſſus ſemel ad Maioratus ſucceſſionem,perpetuò admiſſus cenſendus erit.*

12 *Actus ſemel perfectus non vitiatur: etſi deueniat ad caſum,à quo incipere non potuit.*

13 *Feudum, quod ſemel fecit trãſitum ad fœminam,ob maſculi defectum:non amouetur ab illa,etiam ſi maſculus ſuperueniat.*

14 *Dominij acquiſitio perpetua eſſe debet.*

15 *Teſtatus & inteſtatus non poteſt quis mori quoad tempus:ſicut nec quoad bona.*

16 *Vocatus ad Maioratus ſucceſſionem ſub conditione negatiua admittendus non eſt,niſi prius conſtet contrariam conditionem affirmatiuam adimpleri non poſſe.*

17 *Conditiones negatiuæ non adimplentur,niſi per reductionem ad impoſſibilia.*

18 *Conditio negatiua non admittit implementum momentaneum: ſed in ea requiritur, quòd implementum duret.*

19 *Subſtitutio illius,qui in locum alterius vocatus eſt,ceſſat,donec eſt ſpes,quod in primo locum habere poteſt.*

20 *Subſtitutus ſub conditione,ſi alter liberos non habuerit,non poteſt ſuccedere: donec eſt ſpes quòd primus liberos habere valeat.*

21 *In legato perpetuo facto familiæ,non ſolùm comprehenduntur nati tempore mortis teſtantis: ſed etiam naſcituri.*

22 *Conditio negatiua ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris non reſtringitur: ſed ſufficit, quòd quocũque tempore impleatur.*

23 *Tempus mortis vltimi poſſeſſoris non eſt conſiderandum quando de contraria voluntate teſtantis conſtat.*

24 *Tempus mortis non eſt conſiderandum in diſpoſitione conditionali: ſed tẽpus impletæ conditionis.*

25 *Maſculus,qui poſt ſucceſſionem fœminæ natus fuit,illam excludit.*

26 *L.ſi.ff.communia prædiorum exactiſſimè declaratur.*

27 *Actus morientium pendere poſſunt,in diſpoſitionibus conditionalibus.*

28 *Actus morientium pendere poſſunt, quoad effectus ſucceſſionum: non autem quoad diſpoſitionis ſubſtantiam.*

29 *Valentia actus reſpectu cauſæ efficientis non poteſt pendere: ſed potentia paſſiua ſic.*

30 *Naſcituri ad Maioratus ſucceſſionem vocari poſſunt.*

31 *Actus morientium pendere poſſunt,ex voluntate teſtantis.*

32 *Actus morientium pendere poſſunt donec durat ſpes,quòd id,quod pendet eſſe poſſit.*

33 *Actus morientium non poſſunt pendere conſiderato ſtatu præſenti: ſecùs ſi ſtatus futurus conſideretur.*

34 *Actus morientium non poſſunt pendere ex arbitrio tertij: ſed benè ex arbitrio teſtantis.*

35 *Succeſſio Maioratus,ad quem deferenda erit: quando diſpoſitio eſt in pendenti.*

36 *Excluſus ſemel,quod perpetuo cenſeatur excluſus qualiter intelligendum ſit.*

37 *Tex.in cap.1.§. quin etiam Epiſcopum,vel Abbatem declaratur.*

38 *Proximior tempore mortis vltimi poſſeſſoris in Maioratu irreuocabiliter ſuccedere debet.*

39 *Maioratus natura ea eſt,vt ſolũ tempus mortis vltimi poſſeſſoris,quoad proximitatẽ conſideretur.*

40 *Conditio negatiua in Primogeniorum ſucceſſione,tempore mortis vltimi poſſeſſoris purificatur.*

41 *Conditio negatiua, quæ ad certum tempus refertur in illo purificatur, nec eſt aliud tempus expectandum.*

42 *Tempus mortis vltimi poſſeſſoris,quo ad proximitatem in patronatibus,anniuerſarius,feudo , atque Emphyteoſi,& fideicommiſſo iure Maioratus relictis,conſiderandum eſt.*

43 *Conditio negatiua in aliis diſpoſitionibus extra Maioratus , tempore mortis vltimi poſſeſſoris non purificatur:ſed tempore,quo impoſſibile ſit affirmatiuam impleri non poſſe.*

44 *Alienatione rerum Maioratus facta:vtrum ſucceſſio Maioratus , tranſeat ad illum , qui tempore alienationis proximior erat,ſeu ad illum proximiorem,qui poſtea natus fuit ante mortem vltimi poſſeſſoris.*

45 *Proximiores,qui tempore factæ alienationis,nec nati,nec concepti erant admittuntur ad eandem alienationem reuocandam.*

---

*Maioratus ſucceſſionem , in pendenti etiam per momentum exiſtere non poſſe , ſed mortuo vltimo poſſeſſore, illicò ad proximiorem deferri.*

## CAP. X.

IN Primogeniorũ ſucceſſione plerunque contingere ſolet , vt quamuis tempore mortis vltimi eiuſdem Maioratus poſſeſſoris, vel eo tempore quo aliàs Maioratus ſucceſſio defertur , aliquis vltimo poſſeſſori proximior inueniatur,poſt modici tamen temporis interuallũ, alius eidem proximior natus ſit, inter quos de ipſius Maioratus ſucceſſione contenditur, quod frequentiſſimè contingit in his primogenijs , in quibus aliquis ad eorum ſucceſſionem vocatur, ſub ea conditione , videlicet , ſi ex aliqua fœmina quæ vocata non fuit, filij maſculi non ſuperfuerint,vel genericè in defectum filiorum maſculorum à fœminis quæ vocatæ non erant deſcendentium , in qua ſpecie ſi tempore mortis hæ fœminæ filios maſculos non habuerint , poſteà autem naſcantur,is qui tempore mortis proximior erat, prætendit ſe fuiſſe ſemel admiſſum , perpetuóque eius admiſſionem duraturam eſſe,filius autem maſculus qui poſt mortem vltimi Maioratus poſſeſſoris natus eſt,contendit vocationem eius,qui tẽpore mortis proximior erat conditionalem fuiſſe ideóque pendente conditionis implemento ius reuocabile ſibi acquiri non potuiſſe, imò purificata conditione,& Maioratus ſucceſſionem ſibi deferendam eſſe,& à primo auferendam , quod etiam ex conditionum Maioratus contrauentione frequentiſſimè etiam contingit, quando ex inſtituto ris voluntate illicò Maioratus ſucceſſio ad proximiorem deferenda eſt: dubitari námque ſolet,an is qui tempore contrauentionis proximior erat, ſeu proximior qui poſteà natus fuit ad Maioratus ſucceſſionem admittendus ſit , ídque in pluribus alijs caſibus ſimilibus contingere poterit , ideóque operæpretium duximus oſtendere qualiter hæc intelligenda atque practicanda ſint. Vidimus námque lites innumeras, quæ ſuper his in opulentiſſimorum Primogeniorum ſucceſſione contigerunt.

1 ¶Antequàm autem ad vlteriora progrediamur, præmittendum†eſt , in hac quæſtione non agi de illo qui tempore delatæ Maioratus ſucceſſionis iam conceptus erat:ipſe námque, etſi ex poſtfacto naſcatur , proximiorem tempore mortis ex iam natis excludet , ſi ipſe qui conceptus eſt ſi natus
2 fuiſſet : eidem proximior eſſet†in hac namq; ſpecie cõceptus pro iam nato habendus. erit. l.qui in vtero.ff.de ſtatu homi.l.communi.§.ſed ſi.ff.communi. diuidun.l cum inter.C. de fideicom.libert. Tiraq.qui plura refert de retract.Lignagier. §.primo.glo.9.nu. 75. & in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos. nu.123. Idque omnes Scribentes quos ſtatim citabimus,indifferenter probant. Ideóque quæſtio noſtra in his tantum proximioribus verſabitur, qui tempore delatæ Maioratus ſucceſſionis,nec nati,nec etiam concepti erant.

3 ¶Similiter etiam præmittẽdum eſt, in hoc capite agendum non eſſe de his qui tempore mortis primi inſtitutoris nati non erant , ſed de his qui tempore mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris , vel delatæ eiuſdem ſucceſſionis , nec erant nati , nec concepti , nam quamuis in fideicommiſſis qui in primo ſucceſſionis actu cõſumuntur, hi qui tempore mortis eius qui fideicommiſſum reliquit nati non ſunt , ad eius ſucceſſionem non admittantur,ex deciſione text.in l.cum ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. in Maioratibus autem ſeu fideicommiſſis perpetuis , vel aliis diſpoſitionibus tractum ſucceſſiuum habentibus , omnes hi qui tempore mortis primi Maioratus inſtitutoris nati non erant , ad eorum ſucceſſionem admittendi ſunt , dummodò tempore mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris, vel delatæ ſucceſſionis nati ſint:prout ſupra lib.1.cap.6.numero. 49. oſtenſum eſt.

¶His igitur ſic præmiſſis,in hac queſtione dicẽdum videtur† in Maioratus ſucceſſione conſiderandam eſſe proximitatem tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſeu delatæ ipſius Maioratus ſucceſſionis , adeò vt etiamſi ex poſtfacto naſcatur alius, qui ſi eo tempore natus fuiſſet , Maioratus ſucceſſorem excluderet , non ſit ab eo ſucceſſio ſemel ſibi delata atque acquiſita auocanda , quod ex pluribus regulis ac iuris principijs comprobatur.

4 ¶Primò,quia†ſucceſſio Maioratus nõ poteſt eſſe in pendenti , ſed ſtatim ſequenti ſucceſſori deferri debet , cùm in Maioratuum ſucceſſione de diſpoſitione morientis agatur,conſtat autem diſpoſitiones morientium nullo pacto in pendenti exiſtere poſſe.l.fin. in fine.ff. communia prædio.per
5 quem tex.dicit Albe.ibidem quod†actus morientium non poſſunt pendere tempore ceſſionis eorum:nam ſi tempore ceſſionis vtiliter cadunt, valent.Sed ſi inutiliter cadunt propter aliquod obſtaculum vel impedimentum nunquam reconualeſcunt. Quod etiam repetit.Bald.ibi dicens, quod ſi dies vltimæ voluntatis inhabiliter ceſſit, nunquam valet ex poſtfacto confirmari , quod etiam Bald. & communiter Scribentes ibidem aduertunt , & plures alij quos infrà pro iſta opinione



nione nuncupatim citabimus. Ex quibus conſtat non eſſe expectandam natiuitatem illorum qui tẽpore delatæ Maioratus ſucceſſionis , nec nati nec concepti erant.Cùm ſi id efficiendum eſſet Maioratus ſucceſſio interim pendere debuiſſet.quod iuris principiis repugnaret.

6 ¶Secundò:quia ſi Maioratus ſucceſſio poſſet ſtare in pendenti,dominium interim vacaret , atque eſſet in aëre,cùm non poſſit ad hæredes vltimi poſſeſſoris tranſire,ſi ipſi extranei ſint , neque etiam ad proximiorem non natum nec conceptũ vt ſtatim dicemus †Dominium autem in aëre nec per momentum eſſe poteſt,ſed illicò ad vnum,vel ad alium trãſire debet,vt ſupra libro primo capit. 19. num.10.oſtendimus quod præſertim in Maioratibus dicẽdum erit,in quibus ex diſpoſitione. l. 45.Tauri mortuo vltimoMaioratus poſſeſſore ſtatim poſſeſsio ciuilis & naturalis in ſequẽtem ſucceſſorẽ tranſire debet,adeò vt non poſsit dari vacatio nec per momentum,vt infrà iſto libro capitulo.12.nu.20.dicemus.

7 ¶Tertiò,quia † in Maioratuum ſucceſsione, nõ eſt attendenda proximitas illorum , qui nec nati, nec concepti ſunt tempore delatæ ſucceſsionis, nec excludere debẽt eos qui ſemel ſucceſſerint, hi qui ex poſtfacto nati vel concepti fuerunt.l. 1. §. ſi quis proximior.ff.vnde cognati l.pen. §. quandiu. ff.vnde legiti.l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis & legiti. hæredi.l. Titius.ff.eodem l.ſi quis filio exhęredato in princ.ff. de iniuſto rupto. l.Paulus.§.Paulus. ff. de bonis liberto.tex.in §.cum autem.verſiculo planè Inſti. de hæredi quæ ab inteſta.defer.& vtrobíque Scribentes communiter id annotare ſolent.

¶Quartò,quia in Maioratuum ſucceſsione proximitas,habilitas,ſeu capacitas Maioratus ſucceſſoris tempore mortis vltimi poſſeſſoris,vel delatę ſucceſsionis conſideranda eſt.l.ſi cognatis.ff.de rebus dub.l. interuenit. ff. de lega præſt.iunctis aliis quæ ſuprà libro. 1. capitul.13.nume.36.& 37.& capitulo.6.num.49.eodem lib.& ſupra iſto libro capit.2.latiùs oſtendimus, cùm igitur tempore mortis vltimi poſſeſſoris,ſeu delatæ ſucceſsionis, proximitas conſideranda ſit,conſequens eſt , vt proximitas poſt illud tempus ſuperueniens,attendi non debeat

8 ¶Quintò,quia † in conditionibus conſiderandũ eſt principiũ primæ exiſtentię,non autem id quod ex poſtfacto ſucceſſerit. Vt eleganter dixit Bald. in l.precibus numer.6.C.de impub.& aliis ſubſti. idem Bald. in Authentico:ſed & ſi quis.numer. 6. C.de ſecund.nuptiis,ſufficit namque quòd implementum conditionis tempore delatæ ſucceſsionis exiſtat,& ſi ex poſtfacto non durauerit.l.ſi quis hæredem.C.de inſtitu.& ſubſti.iunctis aliis quæ ſuprà libro primo capit.6.numero 16.cum ſequentibus latius adducta ſunt.

9 ¶Sextò,quia†admiſſo ad Maioratus ſucceſsionẽ illo,qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris proximior inuenitur,cæteri ex aliis lineis procedentes perpetuò cenſentur excluſi,etiam ſi cauſa excluſionis nõ durauerit.tex.in cap.1.§ quin etiam Epiſcopum vel Abbatem iunctis aliis quæ in eodem c.ſexto.nu.22.libro primo latius cumulauimus.

10 ¶Septimò,quia cũ Maioratus ſucceſsio in proximiorem ſemel ingreſſa fuerit,non poteſt ad aliũ etiam proximiorem tranſire,donec is qui ſemel in Maioratu ſucceſſit,atque omnes qui ab illo proceſſerunt, deficiant.Ea† namque eſt Primogeniorum natura, vt quoties eorum ſucceſsio in vnam lineam ingreſſa fuerit,non valeat fieri tranſitus ad aliam,donec ex ea linea aliquis ſuperfuerit:prout ſupra iſto libro,capitulo 4.nu.14.oſtenſum eſt.

11 Octauò,quia ſicut ſemel excluſus perpetuò manere debet excluſus , ſaltim durante ea perſona quæ illum excluſit,vt ſuperiùs oſtendimus , ſimiliter † ſemel admiſſus perpetuò debet durare admiſſus,donec ipſe,ſeu omnes eius deſcendẽtes ſupererint,cùm cõtrariorum eadem debeat eſſe diſciplina l.1.cum vulga.ff.de his qui sũt ſui vel alieni iuris. Idque in ſpecie de qua agimus probatur ex tex.in l.poſt mortem §.fin.ff.de bono poſſe cõtra tabu.tex.in §.ſemel.Inſti.quibus ex cauſis manumit. non licet , vbi communiter Scribentes id annotare ſolent.

12 ¶Nonò,quia †actus ſemel perfectus atque conſummatus nõ vitiatur etiam ſi deueniat ad caſum à quo inciperè non potuit.tex.in l.& ſi pluribus.§. & ſi placeat.ff.de verbo.oblig.l. vt pomum.§. 1. ff. de ſeruitu.l.via.§.quacunque ff.de ſeruit.vrba prędio.tex. in c.factum legitimè de regulis iuris lib. 6.l.non eſt nouum cum ſimilibus. ff. eodẽ quibus plura cumulat Tiraquel.de ceſſante cauſa,limitatione 12.nu.1 cum ſequentibus.

¶ Decimò,quia quando ex exiſtentia cauſæ alicui ius quæſitum fuit , is non erit eo iure priuandus,etiamſi cauſa defecerit.d. l. poſt mortem.§.1. ff.de bono.poſſe.contra tabu.l.non putauit. §. ſed ſi poſt mortem. ff. eodem iunctis aliis quæ latiùs cumulat Tiraquellus de ceſſante cauſa. limita. 11. nu.1.cum ſequentibus.

13 ¶Vndecimò,quia vbi extantibus maſculis fœmina nõ ſuccedit,ſi tempore mortis parentis maſculus non adſit,fœmina admittenda erit, adeò vt etiamſi maſculus poſteà cõceptus ac natus fuerit, fœmina ſemel admiſſa ab illo non excludatur: quod probatur ex tex.in c.1.de eo qui ſibi & hæred.ſuis.ſecũdum intellectum,quem ad illum tex. aſſignauerunt Iacobus de Bellouiſo & Nicolaus de Neapolis ibidem, ſequutus fuit Bald.ibi numero.5.Vbi elegãter inquit,quòd † ex quo ſemel feudum fecit tranſitum ad fœminam ex maſculi defectu , ab ea cui iam infixum eſt, amoueri non debet propter ſuperuenientem caſum naſcentis maſculi : vbi aſſignat elegantem rationem , quòd
14 ſcilicet, dominij† acquiſitio debeat eſſe perpetua. l.ſiue poſſidetis.C.de probatio.ſed ſi maſculo ſuperueniẽte dominium ſemel acquiſitum ad illum tranſmittendum foret, non poſſet dici dominium perpetuum,ſed ſolum temporale eſſe:quod etiam ſequitur Aluarotus ibi colu.4.vbi inquit hanc eſſe communem opinionem. Quam etiam communem opinionem appellat Curtius in tract. feudorum prima parte tertiæ partis principalis numero 33.idem conſil.110.numero.10.Palatius Ruu.in repetitione Rubri.de donatio inter virum,& vxo. §. 69.num.33 Albertus Brunus de ſtatutis excluſiuis fœminarum articulo 10.primæ quæſtionis num.1. Iacobinus de feudis.§.& fœminis nu.17.& Ruinus conſilio 154.nu.3.lib.2.& conſ.151.nu. 4. eodem libro Anto. Gabriel.qui plura refert communium opinionum lib.6.concl.4.nu.1.

15 ¶Duodecimò & vltimò, quia † ſicut non poteſt quis mori pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quoad bona.l.ius noſtrum cum ſimilibus.ff.de regulis iuris , ſimiliter non poteſt mori pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus quoad tempus: cùm de re ad tempus validum ſit argumentum. l. hæreditas ex die.ff.de hæredi.inſtituendis.l.1.cum

 ſimilib.ff.

ſimilib.ff.de acquirenda hæred. ſi autem dominiũ rerũ Maioratus poſſet eſſe aliquo tempore in pendẽti pro illo ſaltim tempore Maioratus inſtitutor inteſtatus moreretur. Igitur cõſtat id fieri non poſſe: ex quibus & aliis iuris euidentiſſimis principijs quæ in idem adduci poſſent, hanc ſententiã veram eſſe profitentur Paul, qui latiſſimè quæſtionem iſtam proſequitur conſ.16.li.2.nu.8.& 9.verſic.ſuper quarto videtur mihi dicendum. Io.And. in additio.ad Specul.in Rubri.de teſtam.additione prima verſic.item.Lambertinus. Alex.conſ.14. nu.8.libro 4.Socinus conſi.152.numer. 14. libro I. Curtius Iunior conſilio.57. numero.11.& 12.Carolus Ruinus conſilio.88.num.2. libro. 3. Pariſ.conſilio. 83. num.11. & 12.libro 2.Gozadinus conſilio. 36.nu.7.Anton.Rubeus conſilio.8.numero primo cum ſequentibus Aymon. conſilio. 212. numero. 6. Pala. Ruuios in repeti.Rubri. §. 69.numero.33. & omnes Scribentes qui ſuperius in fundamentis huius opinionis citati ſunt, qui omnes in effectu idipſum opinantur: quod etiam videtur probare Gregorius Lopez *in l.11.titulo.31.part.3.*verbo.*Otorgado.* vbi hanc quæſtionem indeciſam reliquit, quia eo tempore ſub iudice lis erat.

¶Sed quamuis hæc concluſio ſolidiſſima, atque indubitata eſſe videatur, non tamen deſunt, qui illam ex pluribus ſubuertere conentur, dicentes quòd etiamſi tempore mortis teſtantis, vel delatæ ſucceſſionis quis proximior ſit, id non ſufficiat, ſed à proximiore poſtmodùm nato, atque concecepto excludendus ſit, quæ concluſio ex pluribus comprobari poterit.

¶ Primò, quia in Primogeniorũ ſucceſſione (vbi de his dubitari ſolet) ſemper vocatur ſequens conditionaliter in defectum proximioris, vt in principio huius capitis prępoſuimus, videlicet ſub conditione, ſi filiæ fœminæ filios maſculos non habuerint, vel alia ſimili, ex quo fit, vt ad hoc vt purificetur hæc conditio fiátque locus vocationi ſequentis, neceſſariò expectanda ſit mors illarum fœminarum, quarum filij illum qui tempore mor-
16 tis vltimi Maioratus poſſeſſoris proximior eſt, prę cedere debent: vocatus† námque ſub cõditione negatiua non eſt admittendus, niſi prius cõſtet contrariam conditionem affirmatiuam adimpleri nõ poſſe.l. quidquid adſtringẽdæ.ff.de verb. obliga.l. ita ſtipulatus.*La grande.*§.1.ff.eodem.tex.in Authẽtica de non eligen.ſecundo nuben. §. proſpeximus colla.prima tex.notab.in l.ſi pecuniã. ff.ſi cert.peta. vbi diſponitur quòd vocatus ſub conditione negatiua ſi ante affirmatiuam contrariam defectam petat: ante tempus petere videtur, & quòd interim quòd conditio non deficit, diſpoſitio pendet ex quibus dixit eleganter Bal. in l.Mutianæ in
17 fine.ff.de conditio. & demonſtra. quòd †cõditiones negatiuæ non adimplentur niſi per reductionem ad impoſſibile. Ideóque dum viuit ea perſona cuius liberis deficientibus quis admittitur, non poteſt dici conditio adimpleta cum ſemper valeat conditio purificari, tex.vbi gloſſ. ordin.communiter approbata in l.hoc genus verbo. *nubendo*.ff.de conditio.& demõſtra. Vbi probatur quòd† in con-
18 dirione negatiua non ſufficit momentaneum implementum, niſi ipſum implementum durauerit vſque ad mortem illius, in cuius perſona cõditio purificanda eſt, idipſum probat text.in Authentico cui relictum vbi communiter Scribentes *id notant.*C.de indicta vidui. toll.ídque ex pluribus cõprobant Iaſ.in l.diuortio.§. quod in anno numer. 24.ff.ſoluto matrim. Felinus in capi.2. circa finem verſiculo, fallit ſexto de tregua & pace. Alciatus in l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verb. ſigni.& alibi ſæpè Scribentes. Cùm igitur conditio ſequentis purificata non ſit, conſtat eius vocationem attendendam non eſſe. Nec ex ea primo loco vocatis quorum conditio ex poſtfacto purificatur, prę iudicium generari poſſe.

19 ¶Secũdò, quia† donec eſt ſpes quòd ſubſtitutio in perſona primo loco ſubſtituti locũ habere poteſt, ceſſat ſubſtitutio illorum qui eis deficientibus vocati ſunt. l. cum teſtamento in principio.ff. de hæredi.inſti.l.ſi mater.§.finali.ff.de vulga.l.quãdiu.la.3.ff.de acqui.hęredi.l.vnica.§.in primo cum ſimilibus.C.de cadu.tolle.

20 ¶Tertiò, & magis in ſpecie, quia† vocatus ſub cõditione, ſi primus inſtitutus non habuerit liberos ex ſe natos, non poteſt ſuccedere quandiu durat ſpes habendi liberos, quæ durat vſque ad mortem l.Lucius.ff.de hæredi.inſtitu.l.ex facto.§.ſiquis autem.ff.ad Trebell.per quæ iura id dixit Bar. in l.liberorum.n.18.ff.de verbo. ſignifi. pro qua Bartoli doctrina eſt tex.in d.l.inter agnatos. §.fin. ff.vnde legitimi.l.1.§.ſi quis proximior. ff. vnde cognati.l. 1.§.fina.ff.quis ordo in bono.poſſe.ſeruetur, & vtrobíque per Scrib.

21 ¶Quartò, quia† in legato facto familię vbi datur ſucceſſio ſecundùm gradus prærogatiuam, nõ ſolùm ſubſtituti cenſentur hi qui tempore mortis teſtantis ſunt in familia, ſed etiam naſcituri, text. vbi bona gloſſ.verbo. *Ex familia.* in l.peto.fratre. ff.de legat.2.per quem tex.iuncta gloſſ.dixit Bald. ibidem, quòd ſi tempore quo moritur teſtator reperitur vnus tantùm proximior in familia, ſed ſperatur in futurum quòd poſſit eſſe par cum illo in eodem gradu, quòd licet admittatur is, qui eo tempore reperitur in familia, nõ tamen admittendus erit ſimpliciter, ſed præſtita cautione de reſtituendo pari: quando naſcatur, quod reputat ibi. Bald. ſingulare quibus plura cumulat Tiraquellus de re tractu.Lignagier. §.1.gl.9.nu.86.

¶ Quinto hoc etiam comprobatur ex eo, quòd
22 Maioratus inſtitutor genericè dixerit ſuccedat Titius ſi Mæuia liberos non habuerit, nec ad tempus mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris diſpoſitionẽ ſuam retulerit: in† qua ſpecie quocunque tempore Mæuia liberos habuerit, conditio verificatur, & ſubſtitutus in defectum liberorũ excluditur. tex. in l.hæc conditio in princip. ff. de conditio. & demonſtr.ibi. *Vt qui ſic teſtatus fuerit impleri ſolùmmodo coditionem voluerit nec exegerit quãdo.* l. ſi quis hæredem. C de inſtit.& ſubſti.ibi.*Sãcimus quocũque tẽpore impleta fuerit conditio, ſiue viuo eo, ſiue mortis tẽpore, ſiue poſt mortẽ conditionem videri eſſe completam.*l.in ſubſtitutione.ff.de vulg. primo reſponſo.ibi. *Quandocunque erit.* l. cum pater.§.fidei tuę.ff.de lega.2.l.ſi ita fuerit, cum ſimilibus.de leg. 2.quod vtrobíq; communiter Scribentes annotare ſolent.

23 Sextò, † hæc opinio etiam coadiuuatur ex eo, quòd ex prę ſumpta voluntate diſponentis, pluries hi qui tempore mortis eiuſdem, nec nati, nec conceptiſunt ad eius ſucceſſionem admittuntur, excluſis his qui eo tempore nati inueniuntur vel ſimul cum illis. l. ſubſtitui. ff. de vulga.l.ex facto.ff. eodem.l.non ſine in princ. C. de bonis quæ liber. tex.in §.proximior autem.Inſti.de legi.agnato.ſucceſſio. Tiraquellus de retractu. Lignagier.§.1.glo. 9.nu. 83.cum ſequentibus. Loazes in l. filiusfamilias.



lias.§.Diui.num. 529.ff.de lega. 1.poſt Ripam.ibi. num.17.

24 ¶Septimò, quia iura dicentia quòd is qui tẽpore mortis nec natus nec conceptus eſt, nõ poteſt ſuccedere, intelligẽda ſunt in diſpoſitione pura, ſecùs autẽ in cõditionali: † in illa námque non tempus mortis ſed purificationis conditionis attendendum erit.l.cũ qui poſt.ff.de condi.& demonſtra.l.interuenit.ff.de lega.præſtan.l.cum pater. §. hæreditatẽ.ff.de lega.2.quibus plura cumulat Tiraquellus de retractu Lignagier.§.1.gloſſ.9. num. 95.Sícque intelligendus eſt, tex.in l.1.§.ſi quis proximior.ff.vnde cognati.& in l.ſi cognatis cum ſimilibus.ff.de rebus dubiis.

25 ¶Octauò, in id adducitur glo.num.c.1.de eo qui ſibi & hæredi.ſuis verbo *Pro maſculo.*quæ ex illo tex.deducit, quod† maſculus excludit Germanam ſuam cum iam feudum ad ipſam tranſitum feciſſet, quam ſequitur ibi Andreas de Iſernia Prępoſi. & Marti Laud. quorum opinionẽ ſequitur Iacob. de ſancto Georgio de feudis verbo. Et fœminas.col.2.verſiculo ſed ponamus. Curtius de feudis.3.part.16.quæſtione principali. Celſus conſ.26. num.48.

¶Ex quibus & aliis quæ in reſponſione ad contraria latiùs adducentur hanc opinionem veriorem eſſe profitentur plures & maximi nominis iuris interpretes dicentes præferendum eſſe proximiorem.non natum nec conceptum tempore delatæ ſucceſſionis etiam ad excluſionem illius remotioris ad quem ſemel ſucceſſio delata fuit, ídque in ſpecie ex pluribus comprobant Roma.cõſilio.134.colum.3.verſicul. quo ad quartum, idem Roma conſ 438. num .10. cum ſequentibus.Paul. conſilio.24.incip.in cauſa quæ vertitur lib.1.num. 8.& 9.Socinus conſ.86.nu. 11.libro 3.& conſ.51.nu. 42.li.4.Anchar.conſ.220.col. 2.Carol.Ruinus cõſ. 22.n.9 cum ſeq.lib.2.Soci.Iun.conſ.126.n.53.li. 1.idẽ cõſ. 172.n.89.& per totum conſ.li.2.quod conſilium omninò videndum erit, Guido Papę.q. 511. & quæſt.6.12.Boerius deciſione.172.nu.6.quod & alibi ſæpè Scribentes annotare ſolent.

¶Quibus non obſtant ea, quę pro contraria ſen-
26 tentia adducta ſunt. Et primò, non † obſtat l. fi.ff. commu.prędi. quòd ſcilicet diſpoſitiones moriẽtium non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, nam ad illam l.quæ in hac materia pręcipua eſt multipliciter re-
27 ſponderi poterit. Primò, quòd procedat in diſpoſitione pura, ſecus autem in conditionali, cùm† natura conditionis ſit, vt ſemper actum ſuſpendat, ídque in ſpecie ſic intelligit atque declarat ibi gl. verb.*Defunctorum*, & Bar.n.7.& Paul.ibidem. n.5. quod ſequitur Floriã.ibidem colu. 2. qui ſingulariter loquitur atque diſtinguit & eſt de mẽte omnium Scribentium quos pro hac parte citauimus, ídque in ſpecie dixit Bart. in l.vſusfructus nu.6.ff. de ſtipul.ſeruo.& adeò notum eſt non egeat vlteteriori comprobatione. Secũdo, quòd ea lex procedat in ſubſtantia diſpoſitionis, quæ † in actibus
28 morientium pendere non poteſt, ſecùs autem in effectibus ſucceſſionis: in his namque diſpoſitiones morientium optimo iure pẽdere poſſunt, nec in hoc poteſt aſſignari aliqua differentia inter diſſpoſitiones viuentium atque morientium, ſicque eam legem intelligit atque declarat Bart.ibi nu. 5. & Oldrad.conſ.23.in princ.atque Bart.per tex.ibi. in d.l. vſusfruct.n.7.quem ſequitur ibi Imol.colu. fin.pro quo eſt text. in l.cum hìc ſtatus.§.ſiue autẽ ff.de don.inter virum & vxo.ibi.*Poteſt dici pendere acceptilationẽ nõ ipſam, ſed effectum eius*, quod op-
29 timè atque eleganter declarat Bal.in l. eam quam n.49.C.de fideicom.vbi inquit† quòd valentia actus quæ ſumit primordiũ in cauſa efficiẽti nõ poteſt eſſe in pendenti: ſed potentia paſſiua, hoc eſt. reſpectu ſuccedentium optimo iure in pendenti
30 eſſe poteſt. Ideóque † naſcituri ad ſucceſſionẽ Maioratus ſeu fideicommiſſi vocari poſſunt text. vbi gl.verb. *ex familia*.in l.peto.§.fratre.ff.de lega. 2.l. quoties vbi communiter Scrib.id notant.C. de fideicom.ídque verum eſt atque deducitur ex mente omnium Scribentium quos pro hac parte cita-
31 uimus. Tertiò, quòd ea lex procedat, niſi ex mentę teſtantis aliud colligatur, ex † mente namque teſtantis diſpoſitiones morientium pendere poſſunt.Bar.in l.Pomponius.n.3.ff.de neg.geſtis facit tex.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebelli. ídque ſic in ſpecie intelligunt & declarant Roma.d. conſ.134.& Carol.Ruinus.d.conſ.22.lib. 2.col. fin.
32 Quartò, quòd † ea lex procedat quando iam certũ eſt, quòd id quod pendet, non poteſt in effectum deduci, ſecùs autem donec ſpes eſt quòd eſſe poſſit: tunc namque ea ſpe durante, benè poterit diſpoſitionis effectus pendere, ita in ſpecie dicit
33 Pau.d.cõſ. 24.col.6.li.1.Quintò quòd† ea lex procedat conſiderato ſtatu præſenti, ſecùs autem reſpectu ſtatus futuri: reſpectu nãq; futuri ſtatus benè poterit diſpoſitio pẽdere gl.in §.ſed ſi ab hoſtibus, Inſt.quibus modis ius patriæ poteſt ſolui.verbo.*Pẽdet*. Similis gl.in l.ſed & ſi quis.ff.de vſufructu.& in l.2.§.ſi pèdeat.ff.ad ad Maced. & in l.ſeruus.§.cũ ſeruus.ff.de acqui. rerũ. domini. & in l.ſi ſeruus cõmunis Mæuij. §.1.ff. de ſtipula.ſeruorum Bar.in d.l.Pomponius.n.3.ff. de nego. geſtis. & vtrobíque Scrib. cõmuniter idipſum annotare ſo-
34 lent. Sextò, † quòd d.l.finalis.procedat non reſpectu arbitrij teſtantis ex quo diſpoſitio pendere poteſt, vt ſuperiùs oſtẽdimus, ſed reſpectu arbitrij alieni ex quo pendere non poteſt *vltima voluntas.* l.captatorias.cum ſimilibus.ff.de hæredi.inſti. Sícque d.l.fin.intelligit Bart.in d.l. vſusfructus. ff. de ſtipul.ſeruo.n.6.Ex quibus intellectibus remanet ſatisfactum.d.l.fin.& regulæ quæ ex illa comprehenditur, quod ſcilicet actus morientium in pendenti eſſe non valeant.

¶ Non obſtat etiam ſecundum fundamentum quod pro contraria parte adducebamus, quod ſcilicet ſi diſpoſitio Maioratus poſſet eſſe in pendenti, interim dominium eſſet in aëre, nam † quanuis diſpoſitionis effectus debeat eſſe in pendenti, donec conditio purificetur, interim tamen dominiũ eſſe non debet in aëre, ſed vel ſequenti ſucceſſori reuocabiliter deferendum erit, vt ſtatim dicemus, vel eiſdem bonis dum conditio purificatur erit curator præſtandus. l. ſi hæres inſtituatur. §. item ſi conditioni.ff.de hæredi inſt.Bald.in l.Gallus.§.inſtituens colu.2.verſic.4.& vltimo nota.ff.de liber. & poſthu.

¶Non etiam obſtat tertium fundamẽtum, ſcilicet in Primogeniorum ſucceſſione non eſſe attendendam proximitatem illorum qui tempore delatæ ſucceſſionis, nec nati nec concepti ſunt: id namque verum eſt, niſi ex inſtitutoris voluntate aliud comprehendatur: prout in caſu de quo agimus comprehenditur ex conditionis appoſitione, tunc enim hi qui nec nati nec concepti ſunt, cæteris remotioribus præferẽdi erunt, prout ſupra iſto. c.n. 3.oſtenſum eſt. Item illud procedit in diſpoſitione pura, ſecùs in conditionali: tunc namque tempus condi-

pus conditionis impletæ attendendum erit, vt ſu-
periùs oſtendimus. Ex quibus etiam quarto fun-
damento ſatisfactum erit.

¶ Non etiam obſtat quintum fundamentum,
quòd ſcilicet ſufficit, quòd implementum condi-
tionis tempore delatæ ſucceſſionis exiſtat, etſi ex
poſt facto non durauerit, nam quamuis ea regula
vera ſit,non tamen ad caſum de quo agimus, ada-
ptari poterit, cum enim diſpoſitio ſub qua proxi-
mior vocatus eſt,ſit conditionalis,non poteſt dici
quòd purificetur,neque etiam quòd ſucceſſio de-
feratur tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſed tē-
pore quo etiam poſt eius mortem proximior na-
tus fuit, quod tempus neceſſariò expectandũ eſt:
ideóque hæc ratio potiùs ſecundam opinionem
coadiuuat.

36 ¶ Non etiam obſtat ſextum fundamentũ, quòd
ſcilicet†linea ſemel excluſa perpetuò excluſa cen
ſenda ſit,atque ſimiliter ſeptimum,octauum,no-
num,decimum,vndecimum, & duodecimum fun
damentum. Quæ omnia fundamenta in id ten-
dunt,vt quoties ſucceſſio in vnam lineam ingreſ-
ſa eſt,non debeat ad aliam tranſitus fieri donec il-
la finiatur etiam ſuperuenientib. proximioribus,
& quòd dominij acquiſitio perpetua eſſe debeat,
& quòd factum legitimè non retractatur, etiamſi
perueniat ad caſum à quo incipere non potuit.
Nam illa omnia vera ſunt , quando ſucceſſio ad
aliquam lineam peruenit perfectè atque irreuoca
biliter:ſecùs autem, quando peruenit ad illam re-
uocabiliter pendente aliqua conditione , qua pu-
rificata, linea illa excluditur & ſucceſſio ad aliam
tranſmittitur: tunc námque nihil obſtat cùm ſuc-
37 ceſſio quæ reuocabilis erat,in euentum conditio-
nis reuocetur, † ſicque intelligendus eſt tex.in ca.
1. §.quin etiam Epiſcopum vel Abbatem , & om-
nia alia iura quę pro contraria parte adducta ſunt.
idq; comprehenditur ex doctrina Bal.in l.2. C.de
liber.præter,num.2.& ex his quæ notat Bart. in l.
fin. §.1.nu. 1. & 2.ff.ad Tertull. Idque in ſpecie de
qua agimus reſoluunt And. de Iſern. & Martinus
Lauden.in d.c.1.de eo qui ſibi & hæredi.ſuis & ali
bi ſæpè Scribentes.Ex quibus quæſtio hæc reddi-
tur ſatis difficilis,& ambigua.

38 ¶Sed his omnibus nō obſtantibus in Primoge
niorum ſucceſſione dicendum eſt primam ſenten
tiam veriorem eſſe,imò†quòd is qui tēpore mor
tis vltimi poſſeſſoris proximior inuenitur,irreuo-
cabiliter in Maioratu ſuccedere debeat. Adeò vt
ſi ex poſtfacto alius proximior inueniatur,ſucceſ-
39 ſio non ſit ab illo auocanda.Ad quod probandum
præmittēdum eſt†Primogeniorum naturam eam
eſſe,vt eorum ſucceſſio,nec per momentum vaca-
re poſſit, ſed quòd ſtatim mortuo vltimo poſſeſſo
re in ſequentem qui eo tempore proximior inuē-
nitur,tranſire debeat. Nec aliud tempus expectan
dum ſit,ita vt ſemper Maioratus ipſe poſſeſſorem
atq; verum & legitimũ dominium habeat : prout
ex ipſa Maioratus natura atque ex deciſione.l.45.
Tauri apertiſſimè comprehenditur. Ex quibus in
40 fertur†quòd quāuis in aliis diſpoſitionibus con-
ditiones negatiuæ non cenſeantur eſſe purificatæ,
donec conſtiterit impoſſibile eſſe, illas adimpleri
poſſe,& quòd nō adimpleantur, niſi per reductio
nem ad impoſſibile. In Primogeniorum tamen
ſucceſſione illas pro impletis habendas eſſe,ſi tem
pore mortis vltimi poſſeſſoris adimpletæ nō ſint:
nam cum ex Primogeniorum natura conditiones
vocationum ſecundùm tempus mortis intelligen
dæ atque conſiderandæ ſint, vt ſuperius oſtenſum
41 eſt,ſuccedit regula:quòd†quando certum tempus
conditionibus negatiuis adiectum eſt,ſolum illud
eſt expectandum , vt ſubſtituto in defectum illius
conditionis locus fiat. l. quidquid aſtringendæ. §.
ſi ſtipulatus.ff.de verbo. obliga.l.ſi peculium.§.fi.
cum ſimilibus.ff.de ſtatu.liber.Sicque dictas leges
in ſpecie de qua agimus declarauit Paulus de Ca-
ſtro.d.cōſi.16.num.9.libro.2.& eſt de mente om-
nium Scribentium qui hanc partem ſequuntur.
Qua conſideratione obſeruata , quæ veriſſima eſt
& ex omnibus regulis quas pro prima parte addu
ximus,comprobatur : hæc noſtra opinio euidens
atque indubitata redditur , ex eaque reſpondetur
ad omnia fundamenta quæ pro ſecunda opinio-
ne adducta ſunt,quæ tendunt ad probandũ, quod
conditio non eſt purificata.nec ſucceſſio transfer-
ri poteſt in ſequētem, donec eſt ſpes quòd primo
loco vocatus admitti poſſit. Cùm enim conditio
tempore mortis vltimi poſſeſſoris purificata ſit,
nec aliud tempus expectari debeat , conſtat ea ad
caſum de quo agimus,adaptari non poſſe.

42 ¶Ex quibus infertur† hoc ipſum in patronati-
bus,anniuerſariis, feudo , atque Emphyteoſi iure
Maioratus relictis , obſeruandum eſſe , cùm enim
hoc eueniat ex Hiſpanorum Primogeniorum na-
tura, conſequens eſt , vt in omnibus diſpoſitioni-
bus iure Maioratus relictis , idipſum obſeruan-
dum ſit. Quod etiam in fideicommiſſis perpe-
tuis gradatim & ſucceſſiuè inter omnes qui ex fa-
milia proceſſerunt relictis,pari ratione dicendum
erit.

43 ¶Similiter etiam infertur†in alijs diſpoſitionib.
quæ in prima ſucceſſione conſumuntur,& in qui-
bus neceſſariò proximitas tempore mortis vltimi
poſſeſſoris conſideranda non eſt:conditionis im-
plementum attendendum non eſſe, vſquequo cer
tum ſit,illam adimpleri non poſſe ex regulis quæ
pro ſecunda opinione adductæ ſunt , quas ex ſola
Primogeniorum natura,à caſu de quo agimus re-
iecimus. Sicque omnes regulæ atque fundamenta
quæ in contrarium adduximus , intelligēda atque
concilianda ſunt.

44 ¶Sed quamuis hæc omnia,quādo Maioratus ſuc
ceſſio ex morte vltimi eiuſdem poſſeſſoris defer-
tur,vera ſint, atque frequentiſſimè ſic intelligi at-
que practicari ſoleant : pluries tamen de illis du-
bitatum vidimus quando ex Primogeniorum le-
gibus, ob contrauentionem conditionum præci-
pitur quod ſtatim Maioratus ſucceſſio in ſequen-
tem vocatum transferatur. Contingere†namque
ſolet, vt facta à Maioratus poſſeſſore bonorum i-
pſius Maioratus alienatione , vel alia cōditionum
contrauentione , eo tempore nondum is filium
maſculum procreauerit fœminaque ſucceſſionem
Maioratus ſibi adiiciendam eſſe maſculo poſtea
nato excluſo contendat , vel quòd non habeat li-
beros,& tranſuerſales, liberis poſteà natis præfe-
rendi eſſe profiteantur,in qua ſpecie is qui tempo
re alienationis proximior erat, ex omnib. regulis
quas pro prima opinione pręmiſimus,proximio-
rem poſteà natum excludere contendit, dicēs:ni-
hil differre caſum alienationis à caſu mortis, cùm
vtroque caſu ſucceſſio ad ſequētem in gradu de-
ferenda ſit, quod præſertim ex Maioratuum legi-
bus coadiuuatur,quibus caueri ſolet, vt facta alie-
natione illicò Maioratus ſucceſſio ad ſequentem
ſucceſſorē deferatur, ac ſi vltimus Maioratus poſ-
ſeſſor naturaliter mortuus fuiſſet.

¶ Sed



¶ Sed quamuis hæc opinio ſtricto iuris rigore
conſiderato ex eiuſdem regulis quas præmiſimus
vera eſſe videatur : nihilominus tamen contra-
ria ſententia admitti poterit,ſaltim quando is,qui
tempore alienationis rerũ Maioratus , proximior
erat,ante proximioris natiuitatem rem ipſam alie
natam non reuocauit,nec ipſius Maioratus ſucceſ
ſionem ſibi ex alienatione ſubſequuta vendicauit.
Quod ex eo præſertim probatur, quòd quāuis ve
rum ſit,quòd in hoc caſu dies alienationis & dies
mortis vltimi Mrioratus poſſeſſoris æquiparentur
id tamen ſequentis ſucceſſoris petitionem atque
iudicis declarationem requirit. Ideóque ſi ante-
quàm id fiat,proximior naſcatur,non adeò ſtrictè
res iſta accipienda eſt , vt ſucceſſio nondum remo
tiori acquiſita, illico proximiori non deferatur.
præſertim ſi ipſe proximior litem ſuper rerũ Ma-
ioratus alienatione inchoauerit , vel inchoatam, à
remotiore finierit: eſſet namque abſurdum in hoc
caſu filios vltimi poſſeſſoris propter tranſuerſales
à Maioratus ſucceſſione excludere,nec id ex men
te Maioratus inſtitutoris proceſſiſſe cenſendum
erit.Ex quibus rationibus & aliis,hoc ipſum opi-
natus fuit Paul. conſ. 24. incip in cauſa quæ verti-
tur.nu.8.& 9.lib.1.vbi inquit , †quòd hi qui tem-
45 pore factæ alienationis nec nati, nec cōcepti ſunt.
admittuntur ad reuocandam alienationem illarũ
rerum,quarum alienatio prohibita erat : & ſubii-
cit,quòd eſt de nimia iuris ſubtilitate dicere quòd
ideò prædicti excluduntur : quia non erant nati,
nec concepti,tempore factæ alienationis. Ex quo
palam conſequitur quòd quamuis ex alienatione
eo die quo alienatio facta fuit ius ſucceſſionis cō-
ſtitutum eſſe cenſeat, nihilominùs tamen actio ad
alienationem ipſam reuocandam, proximioribus
poſteà natis,præſtari debeat:non enim aliter poſ-
ſet his qui tempore alienationis nec nati, nec con
cepti erant , ius ad res alienatas reuocandas con-
petere:quod probat text. iuncta gloſſa. in l.peto.
§. fratre , verbo , *Ex familia.* ff.de lega.2. Rapha.
Fulgo.num.1.Corneus.num.2.Iaſ.num.2.& cæteri
Scribentes in l. quoties ab omnibus. C. de fidei-
commiſſ. Andre. de Iſernia Marti. Laudē.Iacob.
de Bellouiſo.Aluarot,& Præpos.in capit.1.§. hoc
quoque notandum.de ſucceſſio.feud. Tiraquellus
qui plura refert de retractu. Lignagier.§.1.gloſſ.9.
numer.86. cum ſequentibus. Carolus Ruinus qui
id ex plurib.probat conſ.22.n.9. cum ſequentibus
vſque ad finem. lib. 2. qui loquitur quando vltra
prohibitionem alienationis diſponens adiecit,
quòd eo ipſo quòd alienatio fieret , dominium in
ſequentem transferretur ac ſi alienās ipſe mortuus
fuiſſet.Et quāuis præfati Scribentes nō loquantur
in his rebus quarum ſucceſſio vni tantùm deferen
da eſt,eadē tamen ratio verſatur in his reb.in qui-
bus proximiores ex familia debent ſuccedere,reſ-
pectu illorũ qui nec nati,nec cōcepti ſunt.Sicut.ēt
his qui poteſteà cōcipiuntur atq.naſcūtur,pars rei
alienatæ reſeruatur , ſimiliter etiam proximiori,
qui omnes excluderet,ſi eo tempore natus, ſeu cō
ceptus eſſet res tota in ſolidum reſeruanda erit,
quod prædicti Scribentes dicere non potuerunt,
cum nec Primogenitorum naturam , nec ſubſtan-
tiam comprehenderint : quæ opinio quando res
alienata, non erat ab eo qui tempore alienationis
proximior inuentus fuit ſibi vendicata æquiſſi-
ma mihi videtur , ſicque illam in caſu contingen-
ti receptam vidi.Cæterum ſi iam res fuiſſet à pro-
ximiore ſibi vendicata , contrarium mihi dicendũ
videtur,ſi verò res nondum vendicata erat à pro-
ximiore, ſed lis tantum aduerſus rei alienatæ poſ-
ſeſſorem ab illo cæpta atque eo tempore natus
fuit proximior litíque ſe oppoſuit , res magis du-
bia videtur , quāuis adhuc æquitas huius opinio-
nis militare videatur : ideóque de hac vltima ſpe-
cie, cùm caſus contigerit, deliberandum erit,quo
ad omnes autem has ſpecies videnda ſunt ea quæ
infra lib.4.cap.1.dicemus:vbi reſoluemus quæ re-
quirantur ad hoc vt remotior poſſit vendicare rē
Maioratus ab eiuſdē poſſeſſore alienatam, ob ne-
gligentiam proximioris : ea namque quæ ibi di-
centur plurimùm ad huius articuli veram reſolu-
tionem conducent.

*SVMMARIA.*

1 *Fructus feudi qualiter inter hæredes vaſalli,& dominum diuidantur.*
2 *Fructus fideicommiſſi: qualiter inter hæredem,& fideicommiſſarium diuidendi ſint.*
3 *Fructus qualiter inter hæredes fructuarij & proprietarium diuidantur.*
4 *Fructus qualiter diuidantur inter hæredes Prælati,ſeu beneficiati,vel penſionarij,& Prælatum ,ſeu beneficiatum.*
5 *Fructus commendæ qualiter inter hæredes Commendatarij, & ſequentem commendatarium diuidendi ſint.*
6 *Fructus qualiter inter hæredes mariti,& vxorem diuidantur.*
7 *Fructus qualiter inter hæredes Emphyteotæ,& dominum diuidantur.*
8 *Fructus qualiter inter emptorem,& venditorem diuidendi ſint.*
9 *Fructus qualiter diuidendi ſint: quando res ex pacto de retrouendendo retrahitur.*
10 *Fructuum feudi diuiſio potiùs ex mera voluntate : quàm ex ratione , à feudorum collectoribus facta fuit.*
11 *Fructus bonorum Maioratus: vtrùm ſequenti ſucceſſori,à die delatæ ſucceſſionis præſtandi ſint, aut inter illum,& hæredes vltimi poſſeſſoris pro rata diuidi debeant. latiſſimè diſcutitur.*
12 *Opinio dicentium fructus rerum Maioratus inter hæredes vltimi poſſeſſoris,& nouum ſucceſſorem eſſe pro rata diuidendos,tanquam probabilior eligitur.*
13 *Onera Maioratus poſſeſſoris oneribus matrimonij iuſtè comparari poſſunt.*
14 *L.Herennius. ff. de vſuris declaratur , oſtenditurque non poſſe ad Maioratuum ſucceſſores adaptari.*

15 *L.de*

15 *L.defuncta.ff.de vſufruct.declaratur.*
16 *L.Iulianus.§.ſi fructus.ff.de acti.empti.declaratur.*
17 *Penſiones rerum Maioratus etiam pro rata diuidendæ ſunt.*
18 *Anni principium, à quo tempore numerandum ſit, vt fructuum diuiſio pro rata efficienda ſit.*
19 *Pœnæ Fiſcales qualiter inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem diuidendæ ſint.*
20 *Pœna Fiſcalis debetur illi, cuius tempore condemnatio facta fuit.*
21 *Pœna Fiſcalis, quæ ipſo iure debita eſt, non eſt adiicienda illi, cuius tempore cōdemnatio facta fuit: ſed ei cuius tempore delictum commiſſum fuit.*
22 *Pœna Fiſcalis debetur illi, cuius tempore condemnatio facta fuit, & non illi, cuius tempore facta fuit executio.*
23 *Pœna Fiſcalis: vtrum debeatur illi cuius tempore condemnatio facta fuit: ſi tempore primi lis iam diffinitiuè concluſa erat.*
24 *Pœna debetur iudici, qui in prima inſtantia condemnationem fecit: etſi ſententia, ab alio in gradu appellationis confirmetur.*
25 *Pœnæ Fiſcales inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem pro rata diuidendæ ſunt, qualiterque hoc intelligendnm ſit.*

## *Qualiter inter Maioratus ſucceſſorem & vltimi poſſeſſoris hæredes fructus pendentes diuidendi ſint.*

### CAPVT XI.

MOrtuo vltimo Maioratus poſſeſſore
controuerti ſæpiſſimè ſolet, quali-
ter diuidendi ſint fructus, qui eo tē-
pore in rebus Maioratus pendentes
inueniuntur: quamobrem neceſſa-
rium erit, hoc etiam congrua reſolutione compo
nere, in his namque propter opinionum conflictū
atque ipſius rei difficultatem, accepimus contra-
rias ſententias in ſupremis Hiſpaniarum conuen-
tibus interdum latas fuiſſe.
¶Vt autem huius rei difficultas comprehenda
tur, præmittendum eſt, in fructibus rerum Maiora
tus nihil circa hæc, nec iure communi, nec Regio
ſtatutum eſſe, ſed neceſſariò ex his quæ in aliis ca-
ſibus ſimilibus deciſa ſunt, eſſe huius articuli re-
ſolutionem deducendam, ideóque cum de feuda-
tario, fideicommiſſario, fructuario, prælato ſeu be
neficiato, Emphyteota, marito reſpectu rerum do
taliū, & emptore & vēditore, & eo qui rē pacto de
retrouendendo ſubiectam poſſidet, ad Maioratus
poſſeſſorem frequenter Scribentes Hiſpani argu-
mentari ſoleant, vt s̃. lib.1.c.7. oſtenſum eſt: viden-
dum erit quid in his iure communi & Regio ſta-
tutum ſit, vt inde cōſtet cui ex illis Maioratus poſ-
ſeſſor potiori ratione comparandus ſit.
1 ¶In primis autem ſciendum eſt, †in feudo deci-
ſum eſſe vt quoties vaſſallus ante Kalendas Mar-
tias mortuus fuerit, omnes illius anni fructus ad
dominum pertineant, eo autē poſt Kalendas Mar
tias ante Auguſtum decedente, omnes illius anni
fructus hæredibus vaſſalli adiiciendi ſint: ídque
conſtat ex tex. in c.1.§.his conſequenter, hîc fini-
tur lex Cora. vbi communiter Scribentes id anno
tare ſolent.
2 ¶In fideicōmiſſo tamē deciſum eſt, † vt omnes
fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fi deicommiſ
ſi dominium ex fundo percipiuntur, ad fideicom-
miſſarium pertineant: quamuis maior pars anni
3 ante diem quo fideicommiſſum ceſſit, præterita
ſit. l.Herēnius in prima.ff.de vſuris. In†fructuario
autē cōſtat, eo mortuo fructus iam perceptos vel
ſaltim ſeparatos ad eius hæredes pertinere. Sed
non perceptos, proprietario adiiciendos eſſe, etiā
ſi iam maturi, & perceptioni proximi ſint. l.defun
cta ff. de vſufructu. l. ſi vſufructuarius. ff. quibus
mod. vſusfructus amittatur. l.in ſingulos in fine. ff.
de annuis legatis, de quo videnda erit. l. 3. titulo o-
ctauo parti.5. Sed†inter hæredes prælati, ſeu bene
4 ficiati mortui, & ſequentem Prælatum ſeu bene-
ficiatum, & inter penſionarium, & Prælatum ſeu
beneficiatū fructus pro rata diuidendi ſunt: prout
opinatur Albert. in l.diuortio in princip. num.12.
ff.ſoluto.matrimonio. cuius opinionem aduerſus
communem ſequuntur. D.Dida.de Couarr. libro
primo reſolutio. capitulo 15. nu. 12. & Auendanius
reſponſo.5. num.1. quorum opinio aduerſus com-
munem ex rationibus quæ apud ipſos videri pote
runt mihi verior videtur: illámque frequentiſſimè
5 in forenſib. controuerſiis receptam vidi. † Quod
etiam in diuiſione fructuum Commendarum Sā-
cti Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ ſimiliter ex ea-
rum ordinum conſtitutionibus obſeruari ſolitum
6 eſt. Similiter etiam†inter hęredes mariti, & vxorē,
ſeu inter hæredes vxoris & maritum fructus eſſe
ſoluto matrimonio pro rata diuidēdos, probat te.
in l.diuortio in princip. ff.ſoluto matrimonio, cui
7 eſt ſimilis in l.26. titulo.11. part.4. Item†in Emphy
teoſi fructus qui mortuo Emphyteota, ex re Em-
phyteotica percipiuntur ad dominum ſeu ad ſe-
quentem Emphyteotam pertinent. Alexand. in
l.diuortio in princip. num.4. vbi Socinus colum.3.
8 verſi.2. nota id benè declarat. Item†in emptore &
venditore, fructus pendentes ad emptorem perti-
nent, penſiones verò ad venditorem, cui illas em-
ptor cedere tenetur. l.Iulianus.§.ſi fructibus. ff.de
actio, empti. & venditi, vbi Barto. & communiter
9 Scribentes id notant. Quod†etiam in eo qui ex pa
cto de retrouendendo rem retraxit, ſeruandum e-
rit, vt ex pluribus reſoluit Tiraq. de retractu con-
uentio.§.5. gloſſ.4. nu.5. & 6. cum ſequentibus quę
omnia latiſſimè reaſſumunt Bar. Bald. Paul. Ale-
xand. Iaſon. & communiter Scribentes. in d.l.di-
uortio in princ. & Tiraquellus vbi ſupra nume.1.
cum ſequentibus Carolus Molineus in conſuet.
Pariſi. titu.1.§.1. glo.1. n.33 cum ſequentibus. D.Di
dacus de Couarr. libro primo reſolutio. capitulo.
decimoquinto, numero primo, cum ſequentibus.
Auendanius. dicto. reſponſo. quinto, per totum
ídque etiam alibi ſæpè Scribentes annotare ſo-
lent.
¶Sed quāuis omnia hęc diuerſis cōſiderationi-
bus



10 bus valeant ad Hiſpanorum Maioratus adaptari,
id tamen quod de feudatario diximus, reiici ſoli-
tū eſt, ex eo, †quòd feudorū collectores ad diſpo-
nendum illud quod in d.cap.1.§.his conſequenter
diſpoſitum eſt, potiùs ex mera voluntate quàm ex
regulis iuris communis, ſeu ex rationis dictamine
moti fuerint: prout Bal. & cæteri Scribentes ibidē
profitētur & aliquos referunt Tiraquellus vbi ſu-
pra n.3. & Carolus Molin. in conſuetu. Pariſi. tit.1.
§.1. gl.8. n.11. & D.Didacus de Couarr. d.c.15. n.14.
qua ratione eius deciſio ad alios caſus trahenda
non eſt: prout ibidem Scribentes cōſiderant, atq;
11 ſupra li.1.c.7. oſtenſum eſt: ideóque Hiſpani Scri-
bentes quoad hæc in duas diuerſas ſententias di-
uiſi ſunt: alij†namque opinantur, Maioratus ſuc-
ceſſorem debere frui fructibus rerum Maioratus
à die mortis vltimi poſſeſſoris: alij verò quòd fru-
ctus pro rata inter ſucceſſorem, & vltimi Maio-
ratus poſſeſſoris hæredes diuidendi ſint. Supereſt
igitur vt diſcutiamus quę harum duarum opinio-
num verior, atque Maioratus naturæ conuenien-
tior ſit.
¶Quòd aūt fructus Maioratus, ſucceſſori à die
delatæ Maioratus ſucceſſionis indiſtinctè pertine-
re debeant, probatur ex text. in d.l.Herennius. la 1.
ff. de vſuris, quæ id expreſſè in fideicommiſſario
diſponit, cui potius quàm alij Maioratus ſucceſſor
comparandus eſſe videtur ex his quæ ſupra libr.1.
c.1. n.7. adducta ſunt. Imò quamuis Maioratus poſ
ſeſſorem vſufructuario, Emphyteotæ, ſeu illi qui
rem venditam cum pacto de retrouendendo rede
mit, vel emptori comparemus idipſum dicendum
erit, vt paulò antè probatum eſt: ideóque hāc ſen-
tentiam tanquam veriorem ſequuti fuerunt Ant.
Gometius in l.40. Tauri n.74. Emmanuel Acoſta.
de patruo & nepote pag. 144. qui vltimus inquit,
ſecundum hanc opinionem in Senatu Regio Lu-
ſitano pronūtiatum fuiſſe, nóſque idipſum inter-
dum in quodam Caſtellæ ſupremo cōuentu pro-
nuntiatū fuiſſe à viris grauiſſimis accepimus, hoc
adiecto, vt Maioratus ſucceſſor ſolueret hæredib.
vltimi Maioratus poſſeſſoris expenſas cauſa fru-
ctuum ab ipſo vltimo poſſeſſore factas, ex doctri-
na Bal. in l.ſi pater. nu.5. C.de vſufructu, & ex his
quæ latè congerit Tiraquellus de retractu cōuen
tio.§.5. gl.4. n.7.
¶ Quòd autem fructus rerum Maioratus inter
hæredes vltimi eiuſdē poſſeſſoris, & nouum ſuc-
ceſſorem pro rata diuidendi ſint, probatur ex tex.
in d.l.diuortio in princ. ff. ſoluto matrimonio, &
aliis quæ in id ſuperius adduximus, ſumpta simili-
tudine ex eo, quód ſicut Maioratus poſſeſſor ha-
bet dominium reuocabile, ſic etiam maritus con-
ſtante matrimonio habet dominium rerum do-
talium, quamuis dominium illud reuocabile ſit. l.
dote ancillam, cum ſimilibus. C. de rei vendi. &
ex ratione decidendi quam communiter Scriben-
tes aſſignare ſolent ad text. in dicta. lege. diuortio.
eius nāque legis decidendi ratio in quantū diſpo-
nit fructus dotis eſſe pro rata inter maritum &
hæredes vxoris diuidendos: ea eſt, quod cùm fru-
ctus dotis marito propter onera matrimonij ſu-
ſtinenda præſtentur, cōſequens eſt, vt illis integrè
frui debeat pro rata illius tēporis quo onera ma-
trimonialia ſuſtinuit, quod communiter Scriben-
tes ibidem annotare ſolent, quæ ratio ſummè Ma-
ioratuum Hiſpanorū poſſeſſoribus cōuenit. Cùm
enim ea Primogenia eò præſertim dirigantur, vt
ex eis familiæ conſeruentur, pluráque onera Ma-
ioratuum poſſeſſoribus iniuncta quæ ſupra libr.1.
nuncupatim enarrauimus ex fructibus eorum bo
norum adimpleantur, cōſequens eſt vt maioratus
poſſeſſor qui rerum Maioratus dominium etiam
reuocabile habet, atque ad tot onera aſtrictus eſt,
ad mariti ſimilitudinem fructibus rerum maiora-
tus pro rata eius temporis quo onera Primogenio
iniūcta ſuſtinuit, frui debeat. Abſurdiſſimū nāque
foret reditibus Maioratus, qui ex tritico, oleo,
vino, ſeu aliis fructibus ſimilibus conſtat, frauda-
re maioratus poſſeſſorem qui toto fermè anno
Primogenij onera ſuſtinuit, ex eo, quòd paulò an-
te collectionem fructuum deceſſit, cùm ſecūdùm
naturam ſit, vt commoda cuiuſque rei illum ſequi
debeant, quem onera & incommoda ſequuntur. l.
ſecūdùm naturam. ff.de regulis iuris, quod in Prę-
lato, & beneficiato ſic ſemper deciſum vidimus
ex eo enim, quòd hi onera Epiſcopatus, ſeu bene-
ficij ſubierunt, eorum hæredibus fructus pro rata
oneris adiici ſolent: prout ſupra iſto. c.nu.4. oſten
ſum eſt. Idque etiam in feudo dici poterit quoties
feudum ipſum non ad dominum, ſed ad ſequen-
tem agnatū deuoluitur, & ſi quando ad dominum
reuertitur contrarium deciſum ſit, ex text. in dicto
c.1.§.his conſequenter hic finitur lex corra: prout
opinatur Raphael Cumanus in d. l. diuortio in
principio quem ſequuntur, ibidem Alexan. nu.3.
& Soci. n.10. ſic intelligentes tex. in d.§. his conſe-
quenter. Ideóque idipſum inter maioratus ſucceſ-
ſorem, & hæredes vltimi eiuſdem maioratus poſ-
ſeſſoris ſeruandum eſſe cenſuerunt. D.Didacus de
Couarru. Variarum reſolutio. lib.1. c.15. nu.14. qui
adiicit, ſic ſententia Regij Granatenſis conuentus
deciſum fuiſſe, & Auendanius in d. reſponſo. 5.
n.6. vbi in id citat Socinum conſ. 42. in fine lib.2.
atque Ioan, Lupum in repeti. Rubr.§. 62. num.10.
quod etiam interdum ſic reſponſum atque etiam
exequutum vidimus.
¶Sed Emmanuel Acoſta. in d.quæſtione patrui
& nepotis pag.144. qui prioris ſentētiæ partes tue
tur, hanc ſimilitudinem quæ de marito ad maio-
ratus poſſeſſorem ex oneribus quæ vterque ſubit,
fieri ſolet, non admittit Inquit enim quod ea one
rum ſpecies quam maioratus poſſeſſor ſubit ab ea
ad quā maritus aſtrictus eſt, diuerſiſſima eſt, atque
ideò eidem non comparanda, maritus nāque ma-
trimonialia onera ſubire tenetur, quæ vt omnibus
conſtat, grauiſſima ſunt, maioratus autem poſſeſ-
ſor interdum propè nulla onera, vel ſaltim modi-
ca ſubit, ideóque non mirum ſi ea conſideranda
non ſint, ad hoc vt ex eis leges in marito loquen-
tes ad maioratus poſſeſſorem extendamus, hæres
namque, vt ipſe inquit, onera hæreditaria ſubit,
nihilominùs tamen fideicōmiſſario rem fideicom
miſſo ſubiectam debet cum fructibus etiam pen-
dētibus reſtituere, ex deciſione dictę. l. Herēnius,
quod etiam pari ratione in vltimo maioratus poſ-
ſeſſore reſpectu ſequentis ſucceſſoris dicendum
videtur.
12 ¶Quamuis autem hæc vrgere videātur, †opinio
tamen dicentium quòd fructus rerum maioratus
debeant pro rata inter hæredes vltimi poſſeſſoris
& ſequentem ſucceſſorem diſtribui, verior mihi
ſemper viſa eſt, ex ſimilitudine mariti qui domi-
nium rerum dotalium, reuocabile tamen vt maio
ratus poſſeſſor habet, & ex eo etiam quod ſicut
ipſe maritus oneribus matrimonij, ita etiam ma-
N ioratus

ioratus poſſeſſor oneribus ipſius maioratus aſtrictus eſt, cùm enim ex communi ratione decidendi fructus pro rata marito præſtãdi ſint, ex eo, quòd onera matrimonij ſubierit, cõſtat ex rationis idẽtitate idipſum in Maioratus poſſeſſore qui etiam Maioratus onera ſubit, dicendum eſſe.

13 ¶Neque obſtat ſi dicatur Maioratus poſſeſſoris onera non eſſe eiuſmodi, vt oneribus mariti comparanda ſint: nam† ſi benè cõſiderentur onera Maioratus poſſeſſoris non tam parui æſtimanda ſunt, vt non valeant oneribus matrimonij comparari, maritus nanque ex fructibus rerum dotalium tenetur ſolum, ſe atque vxorem & liberos alere: Maioratus autem poſſeſſor, ſe & vxorem, & liberos, & fratres, & ſorores inopes alere, atque etiam familiæ ſplendorem maximis impenſis conſeruare aſtrictus eſt: quæ onera nedum eius qualitatis ſunt, vt oneribus matrimonij adæquari valeant, imò adeò protrahuntur. vt illa etiam in pluribus excedant, præſertim ſi Maioratus ex Regno, Ducatu, Comitatu, Marchionatu, vel ex alia ditione conſtet, quorum Maioratuum ſucceſſores infinita onera ſubire ſolent, atque adeò grauia, vt vix Centum millia Ducatorum redditus, eiſdem impendendis vt plurimum ſufficiant, in quibus iniuſtiſſimum eſſet quòd Maioratus poſſeſſor qui toto fermè anno hæc onera ſubiit, eiuſdem fructibus omninò priuaretur, ex eo quòd menſe Auguſti mortuus fuerit, præſertim ſi eo anno, quo mortuus fuit in ipſo Maioratu ſucceſſit, in qua ſpecie nihil iniuſtiùs ſeu iniquiùs excogitari poſſet.

¶Quibus adiicitur, quòd ex hac fructuum diuiſione, plures lites inter Maioratus ſucceſſorẽ atq; hæredes vltimi poſſeſſoris vitantur. Nam ſi Maioratus ſucceſſor à die mortis vltimi poſſeſſoris fructibus, & penſionibus Maioratus integrè frui deberet, illicò eiuſdem Maioratus poſſeſſor ante tempus fructus colligeret, atque penſiones exigeret ſucceſſórque ipſius maioratus contenderet nihilominùs hæc ſibi adiicienda eſſe & pluribus aliis litibus ſimilibus via aperiretur ex his quæ latiſſimè congerit Tiraquellus de retractu. conuentio. §.5.glo.4.n.15. cum pluribus ſequentibus, meritò igitur eligenda eſt eą opinio quę tot litibus aditum præcludit, atque æquitatem maximam præ ſe fert: ex qua ſola æquitate candẽ opinionẽ in hęrede & fideicommiſſario amplexus fuit Socinus conſi. 42.n.6. cum ſequentibus lib.3. de quo nimiũ mirati ſumus cum in ea ſpecie contra caſum d. l. Herennius reſponderit.

14 ¶Neque obſtat† tex. in d.l. Herennius, nam quãuis lex illa inter hæredem, & fideicommiſſarium procedat, ad Maioratus tamen poſſeſſores ſeu ſucceſſores nullo pacto adaptari poteſt, hi namque non omninò fideicommiſſariis ſimiles ſunt, vt ſupra lib.1. c. 1.nu.14. & alibi ſæpè oſtenſum eſt, imò quanuis illos fideicommiſſariis æquiparemus adhuc ea lex ad caſum de quo agimus adduci nõ poterit, quando enim hæredi fideicommiſſum ſimplex iniungitur, non id agere videtur teſtator vt hæres commodum ex illo fideicommiſſo conſequatur, ſed vt illud ſtatim fideicõmiſſario reſtituat, nec fructus interim lucrifaciet. l. in fideicommiſſariam in principio cum ſimilibus. ff. ad Trebell. Item hæres quartam Trebellianicam detrahere debet, ideóque non mirum ſi fructibus pro rata frui non debeat, cùm id ex mente teſtatoris non comprehendatur, & ſibi commodum quartæ ſufficiat, quod ad Maioratuum ſucceſſores nullo iure trahi poteſt: in illis namque id efficere voluiſſe inſtitutor præſumẽdus eſt. vt tam primus quàm ſecundus, & vlteriores Primogenij ſucceſſores æqualiter bonorum Maioratuum fructibus fruantur cum omnium fauore æqualiter Primogenium inſtituerit.

¶Item d.l. Herẽnius quæ inter hæredẽ & fideicommiſſarium loquitur, non poteſt ad vlteriores Primogeniorum ſucceſſores adaptari, cùm vltimus Primogenij poſſeſſor, non hæres ſed potiùs fideicommiſſarius ſit, inter quos ratio d.l. Herennius non militat, imò potius idem fauor vtrique fideicommiſſario debitus ſit, vt paulò ante oſtenſum eſt.

¶Quibus adiicitur quòd in hęrede & fideicommiſſario non militat ratio onerum quibus Maioratus poſſeſſor aſtrictus eſt, ideóque non mirum ſi ratione onerum Maioratus poſſeſſor fructibus rerum eiuſdem Maioratus frui debeat hæres autem fructibus rerum hæreditariarum pro rata nõ fruatur quanuis enim hæreditas etiam oneribus hæreditariis ſubiecta ſit non tamen ea onera his quibus Maioratus poſſeſſor aſtringitur, adæquari poſſunt, vt pluſquam notiſſimum eſt.

15 ¶Nõ etiã obſtat† text. in d.l. defuncta. ff. de vſufructu, cùm enim maioratus poſſeſſor, verus dominus vtilis atque etiam directus ſit, vt ſupra li. 1. ca. 19. oſtenſum eſt conſequens erit, vt in fructuario diſpoſita ad maioratus poſſeſſorem trahi non valeant, qua ratione etiam diluitur quod in Emphyteota etiam Scribentes opinantur: is namque ſolum dominus vtilis eſt, maioratus autem ſucceſſor, vtilis & directus vt ſupra li.1.c.19.nume. 16 oſtendimus.

16 ¶Similiter etiam nõ obſtat† quod in emptore & venditore deciſum eſt ex d.l. Iulianus. §. ſi fructibus: id namque præterquàm quòd ad maioratus ſucceſſores trahi non poteſt, ex natura emptionis & venditionis procedit atque cum emptio & venditio hac lege facta eſſe cenſeatur, in pretij conuentione id ab emptore venditore conſiderari ſolet, pretiúmque ipſum fructuum perceptioni correſpondet, quòd ſi aliter emptor & venditor id efficere volunt, poterunt pactionibus venditionis naturam alterare, ne alter eorum damnum incurrat. Ideóque non mirum ſi id quod venit ex natura venditionis inter eos ſeruandum ſit, quod in maioratuum poſſeſſoribus non procedit, qui ex neceſſitate & non ex propriis pactionibus, ſed ex legibus, & conditionibus à primo inſtitutore appoſitis reſtituunt, ideóque ad illos trahẽdum non erit. Ex quibus hanc vltimam ſententiam ſemper dum de ſimilibus negotiis ageretur elegimus, atq; ſecundùm illam plerumque abſque lite & controuerſia plures diuiſiones fructuum maioratus factas fuiſſe accepimus,

17 ¶Quæ omnia nedum in fructibus rerum maioratus † verumetiam in penſionibus vera ſunt, cùm ſit perpetuũ ac regulare penſiones illis adiiciẽdas das eſſe ad quos fructus pro quibus præſtantur, ſpectant. Idque ſic declarant Bal. nu.4. & Salicet. n.3 in l. fructus. C. de actio. empti. Alberi. per text. ibi in l. defuncto. ff. de vſufruct. Paul. & Salicetus in l. Iulianus. §. fructibus. ff. de actio. empt. Dominus Didacus de Conarru. qui id optimè declarat, reſolutio. lib.1. cap.15. nu.1. idque proculdubiò ſi effectum conſideremus, verum mihi videtur.

¶Illud



18 ¶Illud autem prætermittendum nõ eſt, pluries dubitati ſolitum eſſe à quo tempore numerãdum ſit anni principium, vt fructus ac penſiones rerum Maioratus pro rata ſint inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem diuidendi. Alij namque contendunt à Ianuario in Ianuarium, ſeu à Paſchate Natiuitatis in ſequens Paſcha. Alij verò à die Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ ſeu à menſe Septembri annum computandum eſſe: qua † in re is ordo ſeruari ſolet, quòd ſcilicet ſi res Maioratus locatæ fuerint, ab eo die quo locatio cœpit, annus computandus ſit, cùm enim de hoc hominis prouiſionẽ habeamus, non eſt cur ad iuris ſeu conſuetudinis diſpoſitionẽ recurrendum ſit. l. ſemper in ſtipulationibus cum ſimilibus. ff. de regulis iuris. Si verò res Maioratus locatæ non fuerint, eiúſque qualitatis ſint, vt earum fructus vel penſiones toto fermè anno indifferenter percipiantur, annus à die Natiuitatis Domini computetur, ſic namque annus ſimpliciter ſumptus ſemper computandus eſt text. in extrauagan. 1. §. nos de omnipotentis Dei de pœniten. & remiſſio. in extrauaganti communibus, & in extrauaganti, quemadmodum, eodem titulo gloſſa ordinaria in extrauaganti, prima de cenſibus ſub eiſdem extrauagantibus. Rota deciſion. 50. in nouis, quod ſic apud Hiſpanos vſitatur: prout omnibus conſtat, atque profitetur D. Didacus de Couarru. libro primo reſolutio ca.12. numero primo, quanuis in aliquibus locis annus à Ianuario in Ianuarium in his fructuum diuiſionibus efficiendis computari ſoleat. Si autem res Maioratus eius qualitatis ſint, vt fructus earum certo tẽpore anni percipiantur tunc ex eo tempore quo percipi ſolent, anni principium computatur, ideóque ſi redditus ex tritico vel hordeo conſtent, à die ſanctæ Marię mẽſis Auguſti annus computari ſolitus eſt; ſi verò cõſtent ex vino à die ſancti Michaelis menſis Septembris. Si autem ex fructibus pecudum vel armentorum à die ſancti Petri menſis Iulij annus computandus erit. Si verò conſtent ex oleo à prima die Ianuarij annus computatur, ſed quoniam in his diuerſæ prouinciæ varias obſeruationes habere ſolent, in huiuſmodi diuiſionibus faciendis quoad anni initium mos regionis obſeruandus erit.

19 ¶Vltimo autẽ loco etiã controuerti ſolet, † qualiter diuidendæ ſint pœnæ fiſcales: quando delictũ commiſſum fuit tempore vltimi Maioratus poſſeſſoris, & ſententia lata tempore ſucceſſoris, in qua quęſtione prima facie dicendum videtur pœnas fiſcales præſtandas eſſe illi cuius tempore delictum commiſſum fuerit, quaſi ex eo tempore ius ad ipſas pœnas percipiendas fiſco acquiſitum fuit, quod in ſpecie cenſuerunt Petrus Cinus & Bald. in l. fin. ff. de iuriſdi. omni Iudi. Petrus de Ancharano in capitulo primo nè prælati vices ſuas, quẽ refert Ioan. de Anania ibidem nume. quarto quorum opinionum dixit communem Alexand. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo nu. 11. ff. ſoluto matrim. poſt Bald. in Roman. in eiuſdem l. principio, idem Alexand. conſil.7. num.5. libr.3. Iaſ. in l. more. ff. de iuriſdi. omni. Iudi. numer.21. Tiraquellus qui hanc etiam communem opinionem eſſe profitetur de retract. conuentio. §. 5. glo.4. num.19. vbi plura in idem adducit. Nicola. Boerius qui etiam plura refert deciſio 5. nume.20. cum ſequentibus. Guillelmus Benedictus in Repeti. cap. Rainuntius de teſtam. verbo, cætera bona, numer. 38. qui aliter diſtinguit ſecutus *Alexand. in d. §. ſi vir. in fundo.* & alibi ſæpè Scribentes.

20 ¶Sed his non obſtantibus contrarium dicẽdum videtur, imò † quòd huius pœnæ exactio non ſpectet ad primum, ſed ad ſecundum, cuius tempore ſententia lata fuit, quod ex ea ratione probatur, quòd ſcilicet huiuſmodi pœnæ, fiſcales ante factam condemnationem fructus nondum percepti, *ſed tantùm veluti ſeminati eſſe cenſeantur*, ideóque non ad illum cuius tempore pœna ipſa percepta fuit, ſpectare debent, cum ante ſententiam nullum ius ad pœnam ipſam fiſcalem acquiſitum fuerit, ſicque reſoluit Bald. ſibi contrarius in l. fin. C. de fructibus, & litium expen. numero 9. Imola. in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo vbi Fran. de Aretio. colum. vlt. idipſum verum eſſe profitetur. Iacob. Rebuff. in l.3. C. de ſuſcepto. & Archa. libr.10. nume.2. Guido Papæ deciſio.535. Tiraquellus qui plura refert de retractu. conuentio. §.5. glo. 4. numer.21. Bertrandus qui optimè loquitur cõſi. 214. numer.1. libr.2. & hanc dicit eſſe meram veritatem Carolus Molineus in additio ad Alexandr. conſil.7. lib.3. litera B. idem conſuet. Pariſi. tit. 1. §. 1. glo.1. n.51.

21 ¶*Hoc tamen tripliciter limitari ſolet: Primò*, † niſi ſimus in caſibus vbi pœna ipſo iure commiſſa eſt, cùm enim condemnatio, non ad pœnæ acquiſitionem, ſed ſolùm ad executionem & declarationem neceſſaria ſit, conſequens eſt, vt primo, non ſecundo debeatur cùm tempore primi fiſco acquiſita fuerit: quod ſic in ſpecie reſoluit Iacob. Rebuf. in dicta lege 3. C. de ſuſcepto. & Archa. numero ſecundo quem ſequutus fuit Stephanus Bertrand. d. conſilio 214. fin. verbis Tiraquellus. d. §.5. glo.4. n.21.

22 ¶Secundò † niſi condemnatio tempore primi facta fuerit, & executio tempore ſecundi: tunc namque pœna fiſcalis primo, non autem ſecundo adiicienda erit, ſi ex cauſa oneroſa fructus iuriſdictionis pertineant, ſecùs autem ſi ex cauſa lucratiua: prout opinatur *Alexand. in d.l. diuortio. §. ſi vir in fundo.* numero 11. poſt Bald. in principio eiuſdem legis, colum. fin. Tiraquellus d. §.5. gloſſ.4. numero 23. Iaſo. in l. more. numero 25. ff. de iuriſd. omni. iudi. Boerius deciſio 5. numero 24. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter empto. & vend. numero 163. & alibi ſæpè Scribentes, idque mihi indiſtinctè verum eſſe videtur: ea namque diſtinctio iure non probatur: ſed potius ex his quæ in ſequenti limitatione dicemus, reiicienda eſt. Imo plus dixit Bald. in d.l. fin. C. de fructi. & litium expen. nu-
23 mero 11. quòd † ſi tempore primi cauſa diffinitiuè concluſa erat, ſibi pœna fiſcalis adiicienda ſit quanuis cauſa ipſa tempore ſecundi terminetur, quaſi iam videatur cauſa deciſa, quando adeo eſt deciſioni proxima: quod ſingulariter notandum, & aduertendum eſt, quanuis de eius dicti veritate dubitari poſſit.

24 ¶Tertiò, niſi iam condemnatio tempore primi facta fuiſſet, & cauſa in gradu appellationis penderet: nam quamuis ſententia poſteà confirmetur, pœna tamen primo cuius tempore cõdemnatio facta fuit, non autem ſecundo, cuius tempore fuit confirmata, adiicienda erit, idque ſic in ſpecie opinantur Nicolaus Boerius deciſio 5. numer. 20. cum ſequentibus. Carolus Molineus in addit. ad Alexand. d. conſi.7. litera. B. lib.3. idque hodie lege Regia deciſum eſt lata in comitiis apud Pintiam habitis anno 1548. capit.86. quæ lex non inuenitur

in noua legum Regiarum collectione, vbi diſpo-
nitur, quòd† pars pœnæ fiſcalis quæ iudici appli-
canda eſt, pertineat ei qui in prima inſtantia ſen-
tentiam condemnatoriam protulit, quamuis ſen-
tentia ipſa in ſecunda inſtantia confirmetur.
25 ¶Sed quãuis hæc omnia in vſufructuario, ſeu in
emptore vel donatario fructuum iuriſdictionis
vera ſint, in caſu tamen de quo agimus, dubia mi-
hi vidẽtur, imò†proculdubiò exiſtimamus, quòd
ſi eo anno quo vltimus Maioratus poſſeſſor mor-
tuus fuit, cauſa deciſa fuerit, pœna fiſcalis pro
rata inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris, &
ſequentem ſucceſſorem diuidenda ſit: cùm enim
pœnæ fiſcales fructus iuriſdictionis eſſe dicantur,
vt ſupra lib.1.c.25.nu.22.latius oſtendimus: conſe-
quens eſt, vt idẽ in aliis fructibus, vt paulò antè re
ſoluimus, dicendum ſit. Ideóque cauti eſſe debent
vltimi Maioratus poſſeſſoris hæredes, vt intra an-
num lites huiuſmodi decidi curent, ſi enim poſt
annum decidantur, nihil ſibi ex pœnis fiſcalibus
adiiciendum erit, niſi malitioſè harum litium de-
ciſio poſt anni lapſum retardata fuerit: id namque
quod in fraudem hæredum factum fuit eis nullo
pacto nocere poterit.

¶Quę omnia in pœna quę nõ ipſo iure irrogatur,
intelligenda ſunt, ſi enim pœna fiſcalis ipſo iure
incurſa fuerit inter hæredes vltimi maioratꝰ poſ-
ſeſſoris, & eiuſdẽ ſucceſſorẽ, pro rata diuidi de-
bet, etiãſi poſt annũ ſentẽtia declaratoria profera-
tur, dũmodò vltimo anno delictũ cõmiſſũ fuerit,
cùm enim pœna ipſo iure incurratur, non eſt con
ſiderandum tempus condemnationis, ſed tempus
delicti: prout paulò antè oſtenſum eſt.

¶Ex quib. etiam decidi poterit quid dicendũ ſit,
quãdo ſentẽtia tempore vltimi Maioratus poſſeſ-
ſoris lata fuit, & tẽpore ſequẽtis ſucceſſoris execu
tioni mandata, ſi enim vltimo anno ſententia lata
fuit, pœna fiſcalis inter vltimi Maioratus poſſeſſo
ris hæredes, & ſequẽtem ſucceſſorẽ diuidẽda erit,
nõ habita executionis ratione: nõ enim in his exe-
cutio, ſed cõdẽnatio cõſideratur, vt ſuperius oſtẽ-
ſum eſt, quæ omnia (retẽta ea opinione, quod ſcili
cet fructus vltimi anni inter hæredes vltimi Maio
tus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem diui-
dendi ſint, quam ſuperius tanquam probabilio-
rem elegimus) vera eſſe videntur.

*SVMMARIA.*

1 *L.45.Tauri. quæ hodie eſt l.8.tit.7.lib.5.Noui ordina.exactiſſime in hoc capite, & ſequenti interpretatur.*
2 *Dominium rei donatæ ex iure communi mortuo donatario in ſequentem vocatum ipſo iure transferebatur.*
3 *Dominium, & poſſeſſio iure Regio partitarum mortuo donatario in ſequentẽ vocatũ transferebatur.*
4 *L.7.titu.4.part.declaratur.*
5 *L.45.Tauri quid vltra legem partitarum, diſpoſuerit.*
6 *L.45.Tauri ab ſtatutis Galliæ, & Italiæ, originem ſumpſit.*
7 *L.45.Tauri quid vltra Galliæ, & Italiæ ſtatuta diſponat.*
8 *Mediolanenſe decretum ſimile eſt.d.l.45.Tauri diſpoſitioni.*
9 *Statuta Galliæ, & Italiæ ſunt contra ius commune, in eo, quod transferunt poſſeſſionem defuncti in hæredem abſque apprehenſione.*
10 *L.45.Tauri, in quibus deuiet à iure communi noſtri Regni.*
11 *Leges Pandectarum, & Imperatorum in his Regnis: non tanquam leges: ſed tanquam dicta Sapientum accipienda ſunt.*
12 *Maioratus ſucceſſor non poterit tertium à rerum maioratus poſſeſſione expellere abſque iudicis authoritate.*
13 *Poſſeſſio, quæ ex leg.Tauri diſpoſitione in hæredem transfertur vocatur ciuilis, & ciuiliſſima, artificialis, & datiua.*
14 *Poſſeſſio naturalis ex ſtatutis Galliæ, & Italiæ non transfertur.*
15 *Poſſeſſio ciuilis, & naturalis ex l.45.Tauri in Maioratus ſucceſſorem transfertur.*
16 *L.45.Tauri potuit diſponere, quod poſſeſſio ciuilis, & naturalis in maioratus ſucceſſorem transferatur: etiam tertio poſſidente.*
17 *Poſſeſſio, quæ non erat, nec poterat eſſe penes vltimum maioratus poſſeſſorem, in ſequentem ſucceſſorem non transfertur.*
18 *Poſſeſſio ciuilis nec naturalis nõ poteſt eſſe mortuo maioratus poſſeſſore in penes tertium, quem eo viuente bonorum maioratus poſſeſſio tranſlata eſt.*
19 *Poſſeſſio ciuilis, & naturalis, quæ ex l.45.Tauri transfertur: vtrum vera: an ficta poſſeſſio dicenda ſit.*
20 *Poſſeſſio rerum maioratus mortuo vltimo poſſeſſore illicò in ſequentem transfertur: adeò, vt nec per momentum vacare dici poſſit.*
21 *Hæreditas iacens non poteſt dari, vbi datur continuatio dominij, ſeu poſſeſſionis.*
22 *Poſſeſſio, quæ de vltimo maioratus poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem transfertur, vtrum ſit diuerſa: an eadem.*
23 *Quaſi poſſeſſio iurium incorporalium transfertur de vltimo maioratus poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem.*

24 Poſſeſſio



24 *Poſſeſſio rerum Maioratus transfertur de vltimo poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem: etiamſi is infans, furioſus, vel mente captus, ſeu ignorans vel conceptus, & nondum natus ſit.*
25 *Succeſſor Maioratus, vtrum ante apprehenſionem actualis poſſeſſionis valeat poſſeſſionem ex acto ficto in alium transferre.*

*Qualiter mortuo vltimo Maioratus poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem dominium atque poſſeſſio ciuilis, & naturalis bonorum Maioratus ipſo iure transferantur.*

## CAPVT XII.

INter alia, quæ ſingulari quodã præ-
cepto Hiſpanorum Maioratibus tri
buta ſunt, illud non parui æſtiman-
dum eſt quod ſcilicet mortuo vlti-
mo Maioratus poſſeſſore, illicò poſ-
ſeſſio ciuilis, & naturalis bonorum Maioratus in
eiuſdem ſucceſſorem ipſo iure, atque abſque ali-
quo actu apprehenſionis transferuntur: etiamſi
viuente vltimo Maioratus poſſeſſore, ſeu eodem
mortuo ea bona in alterum tranſlata fuiſſent.
1 Quod†ex l.45.Tauri quæ hodie eſt l.8.titu.7.li.5.
in noua leg. Reg. collectione deciſum eſt, cuius
verba hîc interſerere libuit: quia in hoc, atque e-
tiam ſequenti capite de eius intellectu latiſſimè
diſſerẽdum erit, verba autem eiuſdem. l. hæc ſunt.

*¶Mandamos, que las coſas, que ſon de Mayoradgo: agora ſean villas, o Fortalezas, o de otra qualquier calidad que ſean, muerto el tenedor del Mayoradgo luego ſin otro acto de apprehenſion ſe traſpaſſe la poſſeſſion ciuil, y natural enel ſiguiente en grado que ſegun la diſpoſicion del Mayoradgo deuiere de ſucceder enel aunque aya otro tomado la poſſeſſion de ellas en vida del tenedor del Mayoradgo, o el muerto, o el dicho tenedor le aya dado la poſſeſſion dellas.*

2 ¶Vt autẽ huius legis origo percipiatur præmit-
tendum eſt, ante illam idipſum diſpoſitum fuiſſe,
quoad dominij tranſlationem ex text. in l. quo-
ties. C. de dona. quę ſub modo, vbi probatur, quòd
ſi†res donetur alicui ad certum diem: ita vt poſt
illum in alium tranſeat, aduenĩẽte eo die, in alium
dominium eius rei ipſo iure tranſibit. Quod ex
illa. l. quoties deduxerunt Spec. tit. de Emphyteoſi
q.70. idem Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 7.
quæritur. Decius conſil. 239. n. 8. Idem Decius in l.
traditionibus. C. de pact. n. 14. Ripa. lib. 3. reſponſ.
c.1. nu. 8. quamuis iure tantùm communi inſpecto
de huius opinionis veritate meritò dubitari poſ-
ſet. Cùm non ſatis compertum ſit, vtrum ex d. l.
quoties dominium poſt mortem primi donatarij
in ſequentem ipſo iure transferatur, ſibíque actio
vtilis in rem competat: an eidem ſola perſonalis
actio ad rem ipſam petendam præſtetur: prout ex
pluribus probat ſatis ingenioſè, atque eruditè, vt
aſſolet, Reuerendiſſimus Dominus Didacus de
Couarru. Segouienſis Præſul meritiſſimus. Reſol.
lib. 1. c. 14. n. 3. cum ſeq.
3 ¶De trãſlatione autem poſſeſſionis iure cõmuni
nihil diſpoſitum fuerat, donec ſuperuenit deciſio.
l.7. tit. 4. part. 5. ibi. *Y de aquel dia en adelante gana-*
*rian la poſſeſſion, y el Sennorio della ſus herederos del*
*que ouieſſe hecho la donacion o el otro aquiẽ nõbraſſe*
*para auer la.* Vbi†probatur, nedum dominium, ſed
etiam poſſeſſionem rerum donatarum trãſire ipſo
iure in illum, cui res aliquæ poſt certum diem do-
4 natæ fuerunt. Quæ lex†adeo clara, atque aperta
eſt, vt nullum alium intellectum admittat. Sícque
eam intellexit Roderi. Xuarez in l. quoniam. C. de
inofficio teſta. in 8. quæſtione ſuper intellectu le-
gis Regiæ nu. 6. Idem allega. 19. atque Gregorius
Lopez qui eam legem ad Primogeniorum ſucceſ-
ſionem extendit in eiuſdem legis commentario.
verbo. *poſſeſſion.* Idque verũ eſt: tametſi Dominus
Didacus de Couarr. in d. ca. 14. nu. 5. voluerit eam
legem intelligere, vt procedat ſequuta traditione
vel apprehenſa poſſeſſione, qui intellectus diui-
natorius eſt, violátque eiuſdem legis literã aper-
tiſſimè: prout ipſemet. D. Didacus de Couarr. ibi-
dem quamuis inuitus, vt ipſe inquit, profitetur.
¶Ex quibus cõſtat, ante pręfatam legem Tauri-
nẽſem idipſum in qualibet donatione diſpoſitum
fuiſſe quoad dominij & poſſeſſionis trãſlationem,
quod hodie ex ea diſpoſitum eſt. Sed†quoniam id
5 in Maioratibus expreſſè deciſum non erat, con-
ueniens fuit, vt ex ea lege id in Primogeniis deci-
deretur, ad quod ea lex neceſſaria fuit, & ad hoc
etiam quod denuò in ea ſtatutum fuit, vt ſcilicet
eius legis diſpoſitio procederet, etiamſi poſſeſſio
in morte vel in vita vltimi Maioratus poſſeſſoris
in alium tranſlata fuiſſet.
6 ¶Quæ†lex in eo quod de tranſlatione poſſeſſio-
nis diſpoſuit vltra prædictam legem partitarum à
pluribus etiam legibus, atque ſtatutis Galliæ, &
quaſi totius Italiæ originem aſſumere potuit: ex
quibus diſpoſitum eſt, vt poſſeſſio defuncti in hæ-
redem abſque aliquo actu apprehenſionis conti-
nuetur: prout refert Tiraquellus in tracta. *le mort*
*ſaiſit le vif.* in præfatione ſecunda declarati. nu. 1.
vbi plures quæſt. ſubiungit, quæ ad huius legis in-
terpretationẽ neceſſariæ non ſunt. Cùm enim ea
ſtatuta de poſſeſſione defuncti in hæredem con-
tinuanda diſponãt, Doctores Italię, & Galliæ, cir-
ca ea controuertere ſolent: vtrum procedant in fi-
deicommiſſario vniuerſali, ſeu hærede cum be-
neficio inuentarij, vel ſubſtituto directo, vel in
hærede ex parte inſtituto, vel in hærede hæredis,
vel in filio adoptiuo, vel legitimato. Quibus alias
innumeras quæſtiones adiungunt, in quarum re-
ſolutione plures librorũ chartas conſumunt. Quæ
omnia ad huius legis interpretationem nihil atti-
nent cùm in ea de hærede nullum verbum appo-
ſitum ſit: ſed ea lex poſſeſſionem in vocatum ad
Maioratus ſucceſſionem transferat, ſiue is ſubſti-
tutus, vel inſtitutus, vel adoptiuus, vel legitimatus,
vel cuiuſcunque alterius qualitatis ſit.
7 ¶Ea autem Galliæ, atque etiam Italię ſtatuta, nõ
adeò protrahuntur, vt poſſeſſionem à tertio: ſiue
in vita, ſiue in morte illius de cuius hęreditate agi
tur occupatam in hæredem transferant. Imò com
muniter limitari ſolent: niſi poſſeſſio per tertium
occupata fuerit. Nõ enim ea ſtatuta poſſeſſionem,

 quam

quam defunctus tempore mortis nō habebat: ſed
illam tantùm, quæ tempore mortis penes defun-
ctum erat, in hæredem transferunt, ne fictio tranſ
lationis poſſeſſionis in præiudicium tertij intro-
ducatur vel plures fictiones circa idem concurrāt,
Quod in d.l.Pomponius.§.quæſitum.ff. de acquir.
poſſeſſ. & in l. cùm hæredes in principio.ff. eod.
communiter Scribentes annotare ſolent, & plures
alij, quos nuncupatim refert Tiraquell.in d.tracta.
de morte, quarta parte declarati.3. num.7. Ideóq;
dicta † lex Taurinenſis in hoc, quod de poſſeſſione
per tertium occupata in Maioratus ſucceſſorem
transferenda diſponit, cætera Galliæ atque etiam
Italiæ ſtatuta excedit: † nec aliud conſimile ſtatu-
8 tum in cis Prouinciis vigere accepimus: niſi decre
tum ſeu ſtatutum Mediolanenſe, quo diſpoſitū eſt
poſſeſſionis occupationem ab alio interim factam
nullius eſſe momenti: prout refert Tiraquellus in
d.tracta.quarta part.declarati.3.n.19. In quo ſtatu-
tum illud huic noſtræ legi cōſimile eſt.

9 Ex quibus infertur legem hanc Taurinēſem eſſe
magis aduerſus iura cōmunia: quàm Galliæ, atque
Italiæ ſtatuta. Quæ communiter in eiſdem Prouin
ciis vigere ſolent. Ea † namque ſtatuta ſunt cōtra
ius commune in eo, quod trāsferunt poſſeſſionem
defuncti in hæredem abſque apprehenſione: ad-
uerſus l.cum hæredes in prin.ff.de acquirēda poſ-
ſeſſione & l.Pomponius.§.quæſitum ff.eodem tit.
Idque communiter receptum eſſe profitentur Ti-
raquellus qui plura in idem adducit in d.tracta.de
morte in præfati.declara.3.nu.2 cum ſequentibus,
& Anton.Gabriel.lib.5. communium opinionum
10 titulo de acquir.poſſe.cōclu.9.n.1. † Noſtra autem
lex.45. Tauri eſt cōtra iura communia, in eo quòd
transfert poſſeſſionem bonorū Maioratus ex vlti-
mo poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem: prout in
prædictis ſtatutis communiter diſponi ſolet. Et e-
tiam in eo, quod concedit eam poſſeſſionis tranſ-
lationem tertio poſſidente: ideóque non dubium
quin ea lex ſtrictè accipiēda, nec de caſu ad caſum
extendenda ſit: prout de ſtatutis Italiæ reſoluunt
Tiraq.plura in idem adducēs.d.3.decla.n.3.& An-
to.Gabriel.d.conclu.9.3.

¶ Sed quanuis hoc prima facie verum eſſe videa
tur mihi autem id exactius conſideranti dicēdum
videtur in primo dicto eam legem eſſe iuri com-
muni huius Regni conſonam, cùm vt prædiximus
dictæ legi partitarum concordet. In ſecūdo autem
dicto eam eſſe iuri communi contrariam. Ideóq;,
quando de tertij poſſeſſoris præiudicio non agitur
eam legem extendendam eſſe, idque verum vide-
tur quanuis communiter, ab Scriben.receptum ſit
ſtatuta Italiæ non eſſe extendenda cùm iuri com-
muni aduerſentur. Ius namque commune horum
11 Regnorum eſt illud, quod in legibus partitarum
atque aliis legibus huius Regni ſtatutum inueni-
tur † nec leges pandectarum, nec Imperatorum in
his Regnis tāquam leges: ſed tāquam dicta Sapiē-
tum accipiēda ſunt: prout in l.1. Tauri diſpoſitum
eſt, atque ex pluribus probat Pala.Ruui.in repet.
Rub.de do.inter vir.& vxo. in princ.n.16. idipſum
etiam dixit Carolus Graſſalius li.1.Regal.Franc.in
7.iure pagi.94.cum ſeq.vbi ex pluribus probat le-
ges Imperiales à Gallis non admitti, niſi quatenus
rationi nittuntur.

12 ¶ Illud autē ad hæc animaduertendū eſt, † quòd
quanuis ex dict. l. Tauri poſſeſſio ciuilis, & natu-
ralis transferatur etiam tertio poſſidente quòd in
ea ſpecie non poterit Maioratus ſucceſſor tertium
poſſeſſorem propria authoritate à poſſeſſione re-
rum Maioratus expellere: ſed tenebitur interdictū
poſſeſſorium, de quo inferiùs dicemus, propone-
re. atque eum tertium poſſeſſorē citati facere, vt ex
ſententia ſibi actualis poſſeſſio adiudicetur. Quod
dixit Bal.in Rub.de cauſa poſſe. & proprie. nu. 13.
Alexand.conſil.82.numer.4.lib.2. Decius in fina.
C. de edict. Diui. Hadrian.tollen.numer.33.& 34.
Tiraquel.in d.tracta.quarta parte declara 3.nu.17.
Ægidius Boſſius qui loquitur in decreto Medio-
lanenſi tit.de Principe & eius priuileg.nume. 297.
Gregorius Lopez in d. l. 7. titulo quarto parti.5.
verbo *Poſſeſſion*. Antonius Gabriel. li. 6. cōmuniū
opinionū tit.de acquir poſſeſſ.concluſione.9.n.22.

13 ¶ Hæc † autem poſſeſſio, quę ex d.l.Tauri diſpo-
ſitione trāsfertur vocatur ciuilis, & ciuiliſſima: ar-
tificialis, & datiua: quia legis, atque iuris ciuilis ar-
tificio conceditur, nec ab aliquo actu apprehen-
ſionis naſcitur. Ideóq; natiua dici nō poteſt: prout
eleganter not.Bald.in Rubr.de cauſa poſſe.& pro-
priè.nu.13.quem refert plura in idem adducēs Ti-
raquel.in præfati tractat. de morte declara 4.nu.1.
14 cum ſequenti. Qui etiam in eodem tractatu.5.par-
declara 6. inquit † poſſeſſionem, quæ ex ſtatutis
Galliæ, & Italiæ transfertur, non eſſe naturalem.
ſed ſolùm ciuilem in quo lex noſtra Tauri pluri-
15 mum differt à præfatis ſtatutis. † Cùm ex eius diſ-
poſitione in eum, qui ad Maioratus ſucceſſionem
vocatus eſt, non ſolùm poſſeſſio ciuilis: ſed etiam
16 naturalis trāsferatur. Idque † per illam legem pro-
culdubiò diſponi potuit: etiamſi ea poſſeſſio per
tertium occupata fuiſſet, vt ex pluribus probat An
to.Gometius in d.l.40. Tauri n.111.

17 ¶ Hoc tamē intelligendum eſt: quando vltimus
Maioratus poſſeſſor habebat poſſeſſionē ciuilem,
& naturalem Si enim habuiſſet poſſeſſionem ci-
uilem tantùm, vel naturalem tātùm, vel ſolùm de-
tentationem: ſola ea poſſeſſio, quæ apud defunctū
erat in ſucceſſorem transfertur. Cùm † enim poſ-
ſeſſio defuncti in ſucceſſorem cōtinuetur, ſeu trās
feratur: conſequens eſt, vt ea poſſeſſio, quæ apud
defunctum nō erat, non poſſit in ſucceſſorem cō-
tinuari, nec transferri, vt ex pluribus probat Tira-
quellus in d.tracta.de morte.3.part.declara.2.3. 4.
5.& 6. Antonius Gabriel.li.5.communium opinio
num tit.de acquir.poſſeſſ. conclu.9.n.14. Idque ve
riſſimum eſt, intelligendo, quando id procedebat
ex ipſarum rerum Maioratus natura. ſecùs autem
quando id ex alienatione vel tranſlatione vltimi
Maioratus poſſeſſoris proceſſit: tunc namque eo
non obſtante poſſeſſio in ſequentem ſucceſſorem
ex d.l.45. Tauri transfertur.

¶ Ex quibus infertur, † quòd cū in Maioratus ſuc
ceſſorem poſſeſſio ciuilis, & naturalis pertrāſeat:
etiam tertio poſſidēte, quòd penes illum tertium
18 nō poteſt eſſe poſſeſſio ciuilis nec naturalis. Cum
duo non poſſint vnam. atque eandem rem in ſo-
lidum poſſidere: ſed ſolum habebit nudam facti
detētationē, Ideóque nec poterit præſcribere. nec
lucrari fructus, nec competent ſibi remedia poſ-
ſeſſoria nec producet poſſeſſio illa aliquem effe-
ctum iuris, ex his quæ poſſeſſio producere ſolet.
Cum iſta detentatio facti non ſit apta producere
ciuiles effectus, vt notiſſimum eſt. Idque ſic reſol-
uit Anto.Gometius in d.l.45. Tauri.n.117.ad fi.

19 ¶ Sed dubitari ſolet: vtrum † ea poſſeſſio ciuilis, &
naturalis, quæ ex d.legis miniſterio transfertur ve
ra, atque



ra, atque propria poſſeſſio ſit: an verò ficta, & im-
propria. In qua quæſtione dicendū erit, quod quā
uis Bald.in Rubrica de cauſa poſſeſſio. & proprie.
numer. 13. dicat. Impoſſibile eſſe hanc poſſeſſio-
nem quæ abſque apprehenſione ex legis diſpoſi-
tione transfertur aliter quàm per fictionem in-
duci poſſe, quem plures ſequuntur, quos refert Ti
raquellus in d.tracta.quinta parte declara. prima
num.1. Ea tamen poſſeſſio nihilominus vera dici
poteſt, prout probatur ex text. in capi.contingit.
de dolo, & cōtu.ibi. *Verus conſtituatur elapſo anno
poſſeſſor*. Per quem tex.dixit Bal.ſibi contrarius ibi
dem.numer.1. quòd vera poſſeſſio poteſt acquiri
abſque actu corporeo. Quod inquit eſſe mirabile,
& inquit, quòd ſi lex fingat actum corporeum, ſeu
poſſeſſionem, vel tranſlationem: poſſeſſio tamen,
quæ per iſtum actum fictum quæritur, vera eſt: ſi-
cut communiter dici ſolet de poſſeſſione quæſita
per actum fictum, vt nihilominus ſit vera poſſeſ-
ſio.l.certè cùm ſimilibus.ff.de præca. Idipſum etiā
probat tex.in l.raptores.C.de Epiſco.& cleri. vbi
poſſeſſio, quæ abſque actu corporeo ex l. transfer-
tur, pleniſſima poſſeſſio appellatur, & per conſe-
quens vera cenſeri debet; prout aduertit Bar. ibi-
dem. numer. 1. Quod etiam ſequitur Tiraquellus
qui plures alios in idem refert in d. tracta. 5. parte
declarat.1.numer.4.cum ſequentibus. Idq; etiam
ſequutus fuit Anto.Gometius in d.l.45. Tauri.nu
mer.111.ad fin. Anto.Gabriel.qui plures vtramque
opinionem ſequentes refert.lib.5. communiū opi
nionum titulo de acquir.poſſeſ.conclu.9.nume.6.
Tellius qui hanc etiam opinionem ſequitur in l.
17. Tauri.n.48.

20 ¶ Ea † autem ciuilis, & naturalis poſſeſſio, quæ ex
d.l.Tauri diſpoſitione transfertur, illicò mortuo
vltimo Maioratus poſſeſſore in ſequētem ſucceſ-
ſorem continuatur: adeò vt nullum tempus me-
dium conſiderari poſſit inter mortem vltimi poſ-
ſeſſoris, atque poſſeſſionis tranſlationem in ſe-
quentem ſucceſſorem. Nec dici poſſit etiam per
momentum eam poſſeſſionem vacare. gloſ. ordi.
in l.cum hæreditas. C. depoſi. verbo *ſucceſſeritis*.
21 Quæ inquit, quòd † vbi datur continuatio domi-
nij, vel poſſeſſionis non eſt dare hæreditatem ia-
centem. Quod in l.cum hæredes.in princ.ff.de ac-
quir.poſſeſ.& in l.ſi ſorori. C.de iur.delibe. com-
muniter Scribentes, annotare ſolent. Idque etiam
notat Tiraquellus in dict.tracta. 2. part.declarati.
62.nu.10.

22 ¶ Quod adeò verum eſt, † vt à pluribus opinatū
fuerit, eam poſſeſſionem, quæ de vltimo poſſeſ-
ſore in ſequentem Maioratus ſucceſſorem tranſ-
fertur, non eſſe nouam, nec diuerſam: ſed eandem
ſubſtantia, & qualitate cum illa, quā vltimus Ma-
ioratus poſſeſſor habebat cui opinioni non de-
ſunt vrgentia fundamenta: nam ſi ex ſtatuto poſ-
ſeſſio defuncti continuatur in hæredem: ergo ea-
dem erit poſſeſſio hæredis cum poſſeſſione de-
functi. Aliàs namque non rectè diceretur poſſeſ-
ſio de vno in alium continuari. Quod etiam de
verbo, transfertur, quo dicta. l. Tauri vſa fuit, dici
poſſet, non enim poteſt dici transferri de vno, in
alium: niſi illud, quod defunctus habebat l. lega-
tum.& l.ſi adimendo.ff.de adimen.& transfe.lega.
Ideóque hanc eſſe eandem poſſeſſionem cum ea,
quam defunctus habuit, non nouam dixit Bald.in
Auth.defuncto.C.ad Tertu.nume.6. idem Bal.in
Rub.de cauſa poſſe.& proprie.nu.11.& plures alij,
quos refert Tiraq.in d.tract.5.par. declara.1.nu.7.

¶ Sed verius eſt, eam poſſeſſionem diuerſam eſſe
ab illa, quā vltimus Maioratus poſſeſsor habuit,
quoad ſubſtantiam, & actualem effectum ipſius
poſſeſſionis: quamuis eadem ſit, quoad qualitatem
habitualem, vt ſcilicet Maioratus ſucceſſor ha-
beatur pro poſſeſſore: nō aliter quàm defunctus,
ſi viueret, haberetur. Quod ſic declarant Bal.in c.1.
de contenti.inter maſcu.& fœmi. nu.1. Zaſſius in
Epito. feud.par.6.charta.5. Tiraq.in dicto tracta.5.
part.declara.5.numer.1. Anto.Gometius in d.l.45.
Tauri, nu.114.

23 ¶ Sed † & ea poſſeſſionis tranſlatio, de qua in d.l.
Tauri agitur, nedum in poſſeſſione rerum corpo-
ralium, ſed etiam in iurium corporalium quaſi
poſſeſſione procedit, ac locum habet: vt ex pluri-
bus probat Tiraquel.in d.tracta.de morte.4.part.
declara.7.nu.1.cum ſeq. Idque in bonis Maioratus
loquens dixit Menchaca.de ſucceſ. reſol.li.1.§.10.
n.25.26.& 27. vbi d.l. 45. Tauri in poſſeſſione lo-
quentem, ad quaſi poſſeſſionem trahendam eſſe
profitetur.

24 ¶ Similiter † etiam hæc bonorum Maioratus poſ-
ſeſſio in infantem furioſum, vel mente captum,
ſeu ignorantem transfertur: cùm enim ad illam
acquirēdam nullus actus requiratur, ſed ea ſolùm
ex legis diſpoſitione transferatur: conſequens eſt,
vt nihil referat, an Maioratus ſucceſſor intellectū
habeat, vel nō: cùm nihil ex parte eius exercēdum
ſit. Quod ſic probat Tiraquel.de morte.2. part.de
clara.17.n.4. Qui id ſolum ex practica, atque ſty-
lo communi defendit: ſed id etiam ex iuris diſpo-
ſitione procedit, vt ex pluribus probat Anto.Go-
met.in d.l.45. Tauri.nu.112. Idque pari ratione in
ventre dici poterit: in ventrem namque ex eiſdem
fundamentis poſſeſſio ciuilis, & naturalis bonorū
Maioratus tranſibit, quod ex tex.in l.1.& quaſi per
totum. ff. de ventre in poſſeſ. mitten. iunctis his,
quæ ibi notant, Scribentes, comprobari poterit.

25 ¶ Illud tamen prætermittendū nō erit: † quòd is
qui ex d. l. Tauri miniſterio res Maioratus poſſi-
det, nec actualem poſſeſſionem vnquam apprehē
dit, non poterit eandem poſſeſſionem transferre
ex precario, conſtituto, vel ex alio quolibet actu
ficto: ne duplex fictio circa idem concurrat. Bald.
in Rub de cauſa poſſe. & proprie.n.13.cuius dictū
ſequuntur alij, quos refert Tiraquel.in d.tracta.de
morte.5.par.declarati.2.n.1.& 2. Sed huius articuli
reſolutio pendet ab ea quæſtione, quam ſuperius
tractauimus: vtrum ſcilicet poſſeſſio, quæ tranſ-
fertur ex d.l. Tauri, ſit vera, an ficta. Si enim vera
eſt, vt ſup.iſto.c.num.19. reſoluimus: nulli dubiū,
niſi quòd etiā ex actu ficto transferri poſſit: prout
concludit Tiraquel.d.declara.2.nu.2. Quæ omnia
breuiſſimè perſtringere libuit, ad præfatæ.l. Tauri
intellectum, ex eo, quòd in d.tracta. à Tiraquello
viro quidem doctiſsimo latiſsimè, atque ex pro-
feſſo diſcuſſa ſint. Idque præſertim mihi tractan-
dum ſupereſſet: qualiter ſcilicet ea, quæ ſuper ſta-
tutis Galliæ & Italiæ ſcripta ſunt, ad d.l.Tauri in-
terpretationem adduci poſſint. Quibus in capite
ſequenti plura alia adiicientur.

## *SVMMARIA.*

1 *Forma remedij ſummarij, quod pro conſequenda actuali tenuta, & poſſeſsione bonorum Maioratus eius ſucceſſori à legibus Regiis conceſſum eſt.*

2 *Interdictum adipiſcendæ poteſt intentare Maioratus ſucceſſor, pro cõſequenda actuali bonorum Maioratus poſſeſsione.*

3 *Poſſeſſor ciuilis & naturalis poteſt intentare interdictum adipiſcendæ pro conſequẽda actuali & corporali detentione.*

4 *Poſſeſsio ciuilis & naturalis acquiritur ex conſtituto.*

5 *Poſsidens ex conſtituto poteſt interdictum adipiſcendæ proponere pro conſequenda actuali poſseſsione.*

6 *Interdicta recuperandæ & retinendæ, etiam competunt Maioratus ſucceſſori.*

7 *Interdicta adipiſcendæ, recuperandæ, atque retinendæ poſſunt à ſucceſsore Maioratus diuerſis reſpectibus cumulari.*

8 *Succeſſor Maioratus, qui ſemel bonorum ipſius Maioratus poſſeſsionem apprehendit: vtrum poſsit in Regio conſilio remedium tenutæ proponere.*

9 *Remedium poſſeſſorium quod ex l.45. Tauri conceditur, habet cauſam proprietatis annexam.*

10 *Proprietatis cauſam annexam plura interdicta poſſeſſoria habere ſolent.*

11 *Interdictum quorum bonorum habet annexam proprietatis cauſam.*

12 *Exceptiones proprietatis cauſam attinentes, admittendæ ſunt in remedio poſſeſſorio, quod ex l.45. Tauri conceſſum eſt.*

13 *Exceptio proprietatis admittitur in omnibus remediis poſſeſſoriis, vbi ex illa excluditur poſſeſsio agentis.*

14 *In interdictis poſſeſſoriis habentibus annexam proprietatis cauſam, quicquid detrahit proprietati, detrahit etiam poſſeſsioni.*

15 *Exceptiones proprietatem attinentes, quæ in iudiciis poſſeſſoriis admittuntur, debent in continenti probari*

16 *Exceptiones dicuntur probari in continenti: quando probantur intra terminum à lege præſtitutum inſtantiæ.*

17 *Appellatio vtrum admittenda ſit in remedio poſſeſſorio, quod ex l.45. Tauri conceſſum eſt.*

18 *Appellatio in omnibus interdictis poſſeſſoriis habentibus annexam proprietatis cauſam, admittenda eſt.*

19 *Titulus, ſi de momenta. poſſeſ. ſue. appella. in his Regnis, atque etiam in Gallia non ſeruatur.*

20 *Probationes factæ in hoc interdicto, quod ex l. 45. Tauri competit, facient fidem in iudicio ordinario proprietatis.*

21 *Sententia lata in remedio poſſeſſorio, quod ex l.45. Tauri competit: vtrum pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio.*

22 *Fœmina non eſt mittenda in poſseſsionem bonorum Maioratus ſi ex diſpoſitione ipſius Maioratus ab eorum ſucceſsione excludatur.*

23 *Exceptiones illegitimitatis & incapacitatis in remedio. l.45. Tauri admittendæ ſunt.*

24 *Poſſeſsio, quæ ex ſtatuto de defuncto, in hæredem transfertur, non poteſt transferri niſi in habilem & capacem.*

25 *Carbonianum edictum, vtrum habeat locum in remedio poſſeſſorio, quod ex dict. l. 45. Tauri competit.*

26 *Bonorum poſſeſsio Carboniana in Hiſpanis primogenitis locum habet.*

27 *Bonorum poſseſsio Carboniana in feudis præſtatur.*

28 *Bonorum poſseſsio Carboniana non competit niſi præteritis, vel inſtitutis ſub appellatione filiorum legitimorum: cùm ipſi legitimi non ſint.*

29 *Bonorum poſseſsio Carboniana non habet locum, niſi vbi agitur de hæreditate.*

30 *Bonorum poſseſsio Carboniana, vtrum competat pro legatis, vel fideicommiſsis.*

31 *L.3. ff. de Carbon. edicto. l. de bonis. ff. eod. & alia iura declarantur.*

32 *Bonorum poſseſsio Carboniana in Maioratibus ex contractu inſtitutis, & in aliis etiam ex teſtamento, non tamen iure inſtitutionis factis, locum non habet: qualitérque hoc intelligendum ſit.*

33 *Carbonianum edictum non habet locum niſi in hæreditate paterna: non autem in materna, vel aliorum cognatorum hæreditate.*

34 *L. de bonis. ff. de Carbonia. edicto. iterum declaratur.*





35 *L.2. tit.14. part.6. & l.7. tit.23. part.3. declarantur.*

36 *Quæſtio ſtatus differtur vſque ad tempus pubertatis, etiam vbi bonorum poſſeſsio Carboniana non competit.*

37 *Quæſtio ſtatus differtur in bonis Maioratus, etiamſi bonorum poſſeſsio Carboniana non detur.*

38 *Cautela, vt in quibuſcunque bonis Maioratus bonorum poſſeſsio Carboniana locum habeat.*

39 *Bonorum poſſeſsio Carboniana non datur filio, quem euidenter conſtat illegitimum eſſe.*

40 *Remedium poſſeſſorium ex l.45. Tauri: vtrum competat primo ipſius Maioratus ſucceſſori.*

41 *Correctio legum ex ſubauditis intellectus inducenda non eſt.*

42 *Verba improprianda non ſunt ad iurium correctionem.*

43 *Remedium l.45. Tauri: vtrum competat ei, qui ex coniecturis ad Maioratus ſucceſsionem vocatus eſt, vel ad id expreſſa vocatio requiratur.*

44 *Remedium l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollen. non competit niſi hæredi ſcripto.*

45 *Hæres ſcriptus quis dicatur.*

46 *Exemplum ſcripturæ maioratus: vtrum ſufficiat ad proponendum remedium poſſeſſorium, quod ex d.l. 45. competit.*

47 *Remedium. l. finalis. C. de edict. Diui Hadrian. tollen. non datur niſi oſtendenti teſtamentum originale.*

48 *Exemplum regulariter non probat, niſi fuerit ſumptum authoritate iudicis, & cum partis citatione: etiamſi notarius profiteatur ſe vidiſſe originale ſine macula.*

49 *Citatio per edictum requiritur in exemplatione inſtrumenti, vbi certus aduerſarius non inuenitur.*

50 *Remedium l.45. Tauri: vtrum competat ei, qui prætendit maioratus ſucceſsionem ex immemoriali præſcriptione.*

51 *Remedium. l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollen. non competit hæredibus ab inteſtato.*

52 *Remedium. l.45. Tauri: vtrum detur contra titulo poſsidentem.*

53 *Remedia poſſeſſoria non dantur contra titulo poſsidentem.*

54 *Remedium. l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollen. & interdictum quorum bonorum, non dantur contra titulo poſsidentem.*

55 *Titulus, qui habetur pro non titulo, non impedit remedium poſſeſſorium.*

56 *Remedium. d.l.45. Tauri non competit ei, qui intra ſex menſes à morte vltimi maioratus poſſeſſoris, & occupationis rerum maioratus, illud non intentauit.*

57 *Remedium. d.l.45. Tauri: vtrum competat ei, qui intra ſex menſes actionem ineptam propoſuit, & poſt ſex menſes actionem aptam intentauit.*

58 *Remedium. d.l.45. Tauri: vtrum competat ei, qui intra ſex menſes actionem aptam propoſuit: illam tamen intra illud tempus aduerſario intimari non fecit.*

59 *Remedium. l.45. Tauri: vtrum competat ſequenti ſucceſſori in vita vltimi poſſeſſoris: quando ipſe vltimus poſſeſſor alij ſucceſsionem maioratus prætendenti, poſſeſsionem bonorum maioratus tradidit.*

60 *Terminus ſex menſium, de quo in l.9. tit.7. lib.5. noui ordi. vtrum currat contra minores, abſentes & ignorantes.*

61 *Minor vtrum aduerſus declinatoriam fori omiſſam reſtitui poſsit.*

62 *Remedium. lege. 45. Tauri datur vocato ad ſucceſsionem maioratus abſque Regia facultate inſtituti.*

63 *In remedio ſummario tenutæ conſequendæ non reſtituitur minor aduerſus probationem omiſſam.*

64 *In poſſeſſorio remedio ad conſequendam veram maioratus poſſeſsionem, an minor ſit reſtituẽdus, aduerſus omiſſam probationem, Regia requiritur declaratio. & n.65.*

65 *Lex generaliter diſponens non comprehendit minores, nec priuilegiatos.*

66 *Teſtum defectus admittendi ſunt, quando agitur de poſſeſsione concedenda, vel auferenda.*

67 *In iudiciis poſſeſſoriis etiam ſummariis, probationum publicatio neceſſaria eſt.*

68 *In remediis poſſeſſoriis admittenda eſt teſtium impugnatio.*

69 *In interdictis poſſeſſoriis fructuum condemnatio fieri debet.*

70 *Remedium quod interim appellatur, proponi poteſt in interdictis poſſeſſoriis.*

71 *Quod in remedio. d. l.45. Tauri non procedit.*

72 *Niſi fuerit timor ſeditionis, aut ſcandali.*

73 *Iudicium proprietatis pro bonis Maioratus in eo Regio conuentu tractandum eſt, in cuius diſtrictu maior pars bonorum maioratus inuenitur.*

74 *Iudicium proprietatis tractandum erit in Regio conuentu, in cuius diſtrictu eſt caput bonorum maioratus: etſi alibi maior pars bonorum maioratus ſita ſit.*

*De remedio poſſeſſorio, quod ex l. 45. Tauri Maioratus ſucceſſori, pro conſequenda actuali tenuta, ſeu poſſeſſione rerum Maioratus præſtari ſolet.*

## CAP. XIII.

HActenùs oſtēſum eſt, qualiter in Primogenij ſucceſſorem poſſeſſio ciuilis & naturalis bonorum ipſius Primogenij ipſo iure pertranſeat. Sed quoniam plerumq; mortuo vltimo eiuſdem Primogenij poſſeſſore, euenire ſolet, vt alius, qui ipſius Primogenij ſucceſſionem iniuſtè prætendit, bonorum, quæ ſub eodem Primogenio comprehenduntur detentione, perſiſtat, eámque pluries armis, atque violentia defendat: neceſſarium fuit vero ſucceſſori remedium præſtare, vt eius virtute actualem etiam tenutam, ſeu poſſeſſionem, breuiſſimè, ac ſummariè conſequatur: belláque & cædes, atque etiam tumultus, & ſeditiones, quæ ex his contentionibus exoriri ſolent, vitentur. Ideóq; †in dictæ legis 45. Tauri executionem, atque declarationem, ex quadam Regia
1 pragmatica in Comitiis generalibus anno milleſimo quingētesimo quadrageſimo tertio apud Madritiū habitis edita, quæ eſt l. 9. titu. 7. libro quinto, in noua legum Regni collectione diſpoſitum fuit, vt mortuo Maioratus poſſeſſore, is qui bonorum eiuſdem maioratus ſucceſſionem prætendit, intra ſex menſes, à die, quo poſt mortem vltimi Maioratus poſſeſſoris bonorum Maioratus poſſeſſio, ab aduerſario occupata eſt, computandos in Regio, ac ſummo Regnorū Caſtellæ Senatu compareat, ibidémque remediū poſſeſſoriū ſummariū ex ipſa l. Tauri proueniēs, proponat, rerúmq; Maioratus detentatore citato, intra. 50. dies in prima inſtātia probationes hinc inde fiant, & abſque aliqua alia concluſione, ſeu iudiciarij ordinis obſeruatione, cauſa ipſa terminetur: ſententiáq;, non obſtante ſupplicatione, ſtatim exequatur. Facta verò executione, ſupplicatio admittatur, & proſequatur, probationéſq; intra 40. dies fiant, & abſq; alia concluſione cauſa terminetur: & ſi ſententia ſecunda ſit reuocatoria primæ, ea etiam exequatur. Quod iudicium ſummarium pro ſola tenuta à principio conceſſum fuerat: in eadémque lege præcipiebatur, vt eo iudicio finito, cauſa ipſa ad Regios ſupremos conuētus, quoad poſſeſſionem, & proprietatem decidenda remitteretur. Sed hoc vltimum ex l. 10. titu. 7. lib. 5. eiuſdem nouæ legum Regiarū collectio..is innouatum eſt. Ex ea nāque diſponitur, quòd in hoc iudicio ſummario etiam de poſſeſſione cognoſcatur, ſoláque proprietatis cauſa ad Regios conuentus remittatur. Super cuius iudicij ordine atque ſubſtantia, plura dubia, atque difficiles quæſtiones quotidie in forenſibus controuerſiis exoriri ſolent. Quæ in hoc capite tractandæ atque reſoluendæ erunt.

2 ¶ In primis autem ſciendum eſt, †frequentiùs ad conſequendam actualē tenutam, ſeu poſſeſſionem bonorum Maioratus, interdictum adipiſcēdæ intentari ſolitum eſſe, in hunc ſenſum, vt ſcilicet is, qui eſt verus poſſeſſor ciuilis & naturalis, efficiatur realis, & actualis. In quo tamen animaduertendum erit, quòd in ſtatutis Galliæ, & Italiæ, ex quibus non transfertur poſſeſſio naturalis, ſed tantùm ciuilis, vt reſoluit Tiraquel. in dict. tractat. de morte. in præfati. declaratione 7. numer. 1. cum ſequentib. & etiam in capit. præceden. numero. 14. reſoluimus, apertiſſimum eſt, quòd is qui eſt poſſeſſor ciuilis, & legalis, pōteſt intentare interdictū adipiſcendæ: vt efficiatur etiam poſſeſſor naturalis & actualis, vt profitentur Bald. in Rubr. de cauſa poſſeſ. & proprie. numer. 13. Iaſ. in l. ſi ſorori. nu. 2. vbi plures in idem refert. C. de iur. delib. Decius conſil. 84. numer. 1. & plures alij, quos nuncupatim refert Tiraquel. in d. tracta. de morte. 6. par. 2. declaratione, num. 2. cum ſequentibus. Sed in caſu de quo agimus, id dubium eſſe videtur: cùm poſſeſſio, quæ ex d. l. Tauri transfertur, nedum ciuilis, ſed etiam naturalis & vera, non autem ficta ſit. Ideóque cùm Maioratus ſucceſſor verè atque ciuiliter, & naturaliter poſſideat, non videtur, quòd ſibi ſuperſit aliquid, ad quod ſit neceſſarium interdictum adipiſcendæ proponere.

3 ¶ Sed verius eſt, †quòd Maioratus ſucceſſor, quanuis verus poſſeſſor ſit, atque ciuiliter & etiam naturaliter poſſideat, adhuc poteſt interdictum adipiſcendæ proponere, vt actualis atque corporea detentatio, quæ eſt apud illum, cum quo contendit, ſibi adiiciatur: ſic namque videmus in eo, in quem poſſeſſio ex conſtituto tranſlata eſt: nam etſi illa ſit vera poſſeſſio. l. certè. cum ſimilibus.
4 ff. de precario. & ex †conſtituto, ciuilis & naturalis etiam poſſeſſio acquiratur, vt ex pluribus probat
5 Tiraquel. in tracta. conſtituti. 1. parte. numer. 4. Is tamen †in quem poſſeſſio ciuilis & naturalis ex conſtituto tranſlata eſt, poteſt interdictum adipiſcendæ pro conſequenda reali, ſeu actuali tenuta, atque detentatione proponere: prout etiam ex pluribus probat idem Tiraquellus in tractat. conſtitu. 1. parte, numer. 10. idem in tractatu de morte. 6. parte, declaratione 2. numer. 4. Idque verum, atque communiter ſic obſeruari ſolitum eſt: nam propè ſemper in huius remedij propoſitione peti ſolet, vt actor mittatur in actualem tenutam ac poſſeſſionem bonorum Maioratus, in executionem dictarum legum partitæ, & Tauri de quibus in c. præcedenti latiùs dictum eſt.

¶ Quamuis autem in hoc remedio frequētiùs in
6 terdictum adipiſcendæ proponi ſoleat: poterit †tamen is, qui prætendit Maioratus ſucceſſionem, ſi malit remedio retinendæ vti: prout inquit Ioan. Faber. in §. retinendæ Inſtit. de interdictis, & in §. ſui autem Inſtitut. de hæredi. qualitat. & differen. cuius dicta ſequuntur Guido Pap. deciſio. 552. Guillelmus Bened. in c. Rainuntius. verb. mortuo itaque teſtatore. in 2. numer. 72. Tiraquel. de morte. 6. parte, declaratio. 5. numero. 1. cum ſequentib. Anton. Gabriel. lib. 5. commun. opinion. tit. de acquirenda poſſeſſione, conc. 7. nu. 3.

¶ Similiter etiam poterit interdictum recuperandæ proponere, prout opinantur Fab. in §. 1. num. 1. Inſtit. de hære. quali. & differ. & Bal. in c. item cùm quis. de reſtit. ſpol. n. 1. & in Rub. de cauſa poſſe. & proprie. n. 13. quem ſequitur Ripa in eadem Rub. nu. 24.



num. 24. Decius conſil. 84. num. 1. Guillelmus Benedictus in d. c. Rainuntius. verbo, mortuo itaque teſtatore. in 2. num. 72. Tiraquel. de morte. 6. part. declaratione 4. numer. 4. Carolus Molin. in addit. ad Alexand. conſ. 153. lib. 6. litera. C. Anto. Gabriel. d. titu. de acquir. poſſeſſio. concluſione. 7. nume. 1. quamuis ibidem plures contrariam opinionē veriorem eſſe tenentes referat. ſed hæc opinio, attenta diſpoſitione. d. l. 45. Tauri verior eſt, vt ſtatim probabimus.

¶ Imò †nō ſolùm is qui prętēdit maioratus ſucceſſionem, poterit vnumquodque ex his remediis de per ſe proponere, ſed omnia ſimul (diuerſis ta-
7 men reſpectibus) cumulare: prout reſoluūnt Tiraquel. de morte. 6. parte, declara. 3. nu. 1. & Ant. Gabriel, d. concl. 7. nu. 6.

¶ Animaduertendū tamē eſt, quòd prefati Scriben. dicunt poſſe Maioratus ſucceſſorem ſolùm cumulare remedium retinendæ & adipiſcendæ, nec mentionem faciunt de interdicto recuperandæ: quaſi ex hoc videantur non ſenſiſſe poſſe Maioratus ſucceſſorem intentare ſimul cum interdicto adipiſcendæ & retinendæ, interdictum recuperandæ, veluti aliis remediis contrarium. Sed verius eſt poſſe Maioratus ſucceſſorem etiam interdictum recuperandę ſimul proponere, reſpectu diuerſarum rerum quæ in hæreditate, ſeu Maioratu continentur: cùm poſſit reſpectu vnius rei ſpoliatus eſſe, reſpectu autem alterius turbatus, & reſpectu etiam alterius, nec turbatus, neque ſpoliatus: imò & reſpectu vnius atque eiuſdem rei poterit Maioratus ſucceſſor omnia hęc remedia ſimul proponere, diuerſis repectib. Cùm enim ex d. l. Tauri poſſeſſio ciuilis & naturalis in Maioratus ſucceſſorem tranſlata ſit, poterit optimo iure Maioratus poſſeſſor pro conſequenda actuali tenuta interdictum adipiſcendi intentare: reſpectu verò ciuilis interdictum retinendæ: & reſpectu naturalis, quam ſibi violenter aliquis vſurpauit, recuperandæ interdictum proponere: cùm tria hæc interdicta poſſint diuerſis reſpectibus cumulari: prout in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. à Bartol. & communiter Scribētibus traditum eſt. Cauſa autem ex qua Tiraquel. & Anton. Gabriel interdicti recuperādæ cumulationem omiſerunt, eſt, quia ex ſtatutis Galliæ & Italiæ poſſeſſio naturalis non trāsfertur: ideóque cùm hæc duo remedia reſpectu ſolius ciuilis poſſeſſionis, repugnantiam continerent: meritò alterum eorum omiſerunt: vtcunque autem id ſit, in bonorum Maioratus poſſeſſione non dubitandum eſt, quin hæc omnia remedia cumulari valeant. Sícque pluries vidi in hoc remedio actorem petere, vt ſibi actualis tenuta, & poſſeſſio bonorum Maioratus conferatur, tuendo ac defendendo & reintegrando illum in ea, quatenus ſibi neceſſarium fuerit. Quæ interdictorum cumulatio diuerſis reſpectibus ſumpta, iure ſuſtineri poteſt, atque etiam pluries vtilis eſſe poterit.

¶ Hęc tamen intelligēda ſunt ante apprehenſam
8 à Maioratus ſucceſſore actualem bonorum Maioratus poſſeſſionē, virtute d. l. Tauri. Ea †verò ſemel apprehenſa, nec interdictum adipiſcendę, nec recuperandæ, nec retinendæ, ex d. l. 45. Tauri, Maioratus ſucceſſor in Regio cōſilio proponere poterit: ſed aliis remediis ordinariis, & etiam coram ordinariis iudicibus vti debet: quod ex pluribus probat Tiraquellus in ſtatutis Galliæ & Italiæ loquens, in d. tractatu de morte. 7. parte, declaratione. 4. n. 1. cum ſequentibus, quāuis finaliter quoad hoc nihil quod certum ſit, reſoluat.

¶ Sed quāuis hoc quoad interdictum adipiſcendæ certiſſimum ſit, cùm illud nō competat ei, qui ſemel poſſeſſionem adeptus eſt, quamuis ab illa deiectus fuerit, vt eſt notiſſimum: quoad interdictum autem recuperandæ, ſeu retinendæ, dubium mihi videtur: imò exiſtimo, quòd etiamſi Maioratus ſucceſſor poſſeſſionem bonorum maioratus propria authoritate vel aliàs apprehenderit, ſi ſtatim ab ea, ab alio, maioratus ſucceſſionem prætendente, deiectus, aut ſpoliatus fuerit, ſeu in ea poſſeſſione turbetur, poterit interdictū ex d. l. 45. Tauri proponere, dum tamē id fiat intra ſex menſes à tempore mortis vltimi maioratus poſſeſſoris, & primæ poſſeſſionis apprehenſionis computandos. Nam præterquam quòd non attendenda ſit poſſeſſionis apprehēſio, quæ non durauit iuxta iura vulgaria: in caſu de quo agimus militat eadē ratio & cauſa finalis, ex qua à legibus Regiis interdictum poſſeſſorium ſummarium, atque executiuum conceſſum fuit. Eſt namque neceſſarium hanc contentionem ſummario iudicio dirimere, ne partes ad arma, atque etiam ad rixas & ſeditiones deueniant: quæ fuit cauſa finalis dictarum legum Regiarum. Cùm igitur concurrat ratio & cauſa finalis dictæ legis, neceſſariò eius diſpoſitio etiam in hoc caſu ſeruanda erit: dummodò ſpoliatio, ſeu turbatio ab eo, qui eiuſdem maioratus poſſeſſionem prætēdebat, facta ſit. Si enim ab alio citrà prætenſionem ſucceſſionis maioratus id ex alia cauſa facta fuerit, contrariū dicendum videtur. Quæ omnia proculdubiò vera eſſe videntur, atque comprobari poterunt ex his, quæ adducit Tiraq. in d. tracta. 7. par. 4. declar. nu. 2. & 6.

¶ Illud tamē ſemper præ oculis in hoc remedio poſſeſſorio tenendum eſt, quòd †quanuis ſit remedium poſſeſſorium, eius tamen naturæ & quali-
9 tatis eſt, vt habeat mixtam cauſam proprietatis: adeò vt in eo non poſſit obtinere: niſi ille, qui prius ſe eſſe verum ipſius maioratus ſucceſſorem probauerit. Ad quod probandū, †pręſupponimus
10 plura eſſe in iure interdicta poſſeſſoria, quæ habent mixtam cauſam proprietatis: de quibus habetur in l. 2. §. quædam. ibi, *Nā proprietatis cauſā continet hoc interdictum.* ff. de interdictis. l. 3. §. hoc autem. ff. de iti. actúque priua. & vtrobique per Scrib. Alexa. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 76. cum ſeq. ff. de acquir. poſſeſ. vbi etiam Iaſ. nu. 34. & alibi ſæpe Scrib. Hoc igitur præſuppoſito quod interdictum hoc, quod ex præfata. l. Tauri competit, habeat proprietatis cauſam annexam, comprehenditur ex notab. doctri. Bald. in Rub. de cauſ. poſ. & proprie. nu. 13. vbi inquit, quòd in caſu ſtatuti transferentis poſſeſſionem defuncti in hæredem, abſque apprehenſione, diſputādum eſt de proprietate: idem Bald. conſ. 330. incipien. Statuto cauetur. lib. 1. Alex. conſi. 82. n. 6. lib. 2. Iacobi. in l. ſi ſorori. nu. 15. C. de iur. delibe. Tiraq. de morte. 2. par. declaratione. 2. nu. 1. & 3. idque apertius probatur ex d. l. 45. Tauri, vbi diſponitur, quòd mortuo vltimo maioratus poſſeſſore, poſſeſſio ciuilis & naturalis bonorum eiuſdem maioratus tranſeat in eum ſucceſſorem. *Que ſegun la diſpoſiciō del Mayoradgo deuiere de ſucceder en el.* Ex quib. verbis comprehenditur, quòd ad hoc, vt in eum, qui prætendit ſe eſſe maioratus ſucceſſorem, bonorum maiora-

Maioratus poſſeſſio transferatur, priùs tractandũ atque diſcutiendum ſit, vtrum is ſit verus ac legitimus eiuſdẽ Maioratus ſucceſſor, vel nõ. Quod neceſſariò proprietatis cauſam continget. Idque ex ea lege notat Pala.Ruuios.ibidem.nu.2.dicens, ꝙ is, qui prætendit vti illius legis remedio, debet probare ſe vocatũ abſque vlla dubitatione. Quem in hoc ſequutus fuit Greg.Lopez in l.7.tit.4 part.
11 5.in glo.verb.*Poſſeßion.* Quod in ſimili in interdicto quorum bonorũ diſpoſitum eſt: nam†etſi interdictum illud poſſeſſorium ſit, habet tamen annexam proprietatis cauſam: nec cõpetere poteſt, niſi illi, qui ſe verum atque legitimum hæredẽ eſſe oſtenderit. l.1.C.quorum bon.ibi.*Nõ aliter poſſeſſor inſtitui poteris, quàm ſi te defuncti filiũ eſſe, & ad hæreditatẽ, vel bonorum poſſeßionẽ admiſſum, probaueris.* Per quem tex.cenſuerunt Bal.Salic.&communiter Scrib.ibidem, quòd interdictum illud habet annexam proprietatis cauſam. Quod etiã dixit idem Bald.in Rub.de cauſa poſſe. & proprie.n.13. & alibi ſæpe Scriben. Idque apud omnes abſolutiſſimum eſt, quotidiéque ſic intelligi, atque practicari ſolet. Non enim remedium poſſeſſorium ex d.l. Tauri proueniens, conceditur niſi illi, cui clarè & apertè ipſius Maiorat⁹ ſucceſſio delata eſt.

¶Ex quo huius materiæ ſolidiſſimo principio, plura ad præfatæ. l. Tauri declarationem deduci
12 poterunt. Primum, †quòd in hoc interdicto poſſeſſorio, quod ex d.l.45.Tauri competit: ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, vel recuperandæ ſit, admittẽdæ ſint exceptiones proprietatis cauſam attinentes. Cùm enim non aliter poſſeſſio in eum, qui Maioratus ſucceſſionem prætendit, transferri potuerit, quàm ſi ipſe verus atque legitimus ipſius Maioratus ſucceſſor ſit: conſequens eſt, vt in quolibet interdicto poſſeſſorio, quantumcunque priuilegiato, etiamſi recuperandæ, vel retinendæ ſit, omnes exceptiones ad id attinentes admittendæ ſint: etiamſi proprietatis cauſam cõcernant. Quod
13 dixit Bald.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir. poſſe.vbi eleganter inquit, †quòd etiam in interdicto recuperandæ admittitur exceptio proprietatis: quando per eã excluditur poſſeſſio agen
14 tis. Cuius dictum ſequitur Alexan.ibidem.nu.24. & Ripa.n.81.& hoc eſt, quod dicere ſolent Scrib. quòd†in his interdictis poſſeſſoriis proprietatis cauſam annexam habentibus, quicquid detrahit proprietati, detrahit etiam poſſeſſioni: prout notant Scrib. ſuperius citati: comprobatúrque ex his, quæ dixit Barto.in l.1.§.& parui refert.ff.quod vi, aut clam.nu.3.vbi in interdicto poſſeſſorio admittuntur omnes exceptiones excludẽtes qualitatem à iure, vel ſtatuto requiſitam ad hoc, vt competere poſſit. Cuius dicta ſequitur Abb.in c.item cum quis.nu.9.de reſtitu.ſpolia. ídque in terminis.d.l, Tauri ſic declarat Gregor.Lopez. in d.l.7.titul.4. part.5 in glo.verbo, *Poſſeßion.* & l.2.tit. 14.par.6. verbo, *Luego.*

¶Hoc†tamen intelligendũ eſt, quãdo exceptiones in continenti probantur: ſecus autem ſi altiorẽ
15 indaginem requirant. Tunc namque exceptiones proprietatis cauſam attinentes in huiuſmodi interdicto admittendę non ſunt. Non enim ſummariè de eis cognoſci poſſet. Quod in quocunque iudicio ſummario regulare eſt. l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.ſi is à quo. in princ. ff.vt in poſſe.lega.l.3.§.ibidem.ff.ad exhib. glo.ord.in l.2. C.de edicto Diui Hadrian.tollen.verbo, *Quanuis.* Quibus adiicienda ſunt ea, quæ ſupra iſto lib.c.4. nu.43.& 44.in id latius adduximus. Idque in terminis.d.l.45.Tauri dixit Greg. Lopez in d.l.7.tit. 4.part.5.in gl.in verbo, *Poſſeßion.* & in d. l.2.tit.14. part.2.in gl.verbo. *Luego.* Et quamuis ibidẽ dicat, id ſaltim quando Maioratus in teſtamento inſtitutus eſt, procedere: ſuperius tamen adducta tam in Maioratu ex teſtamẽto, quàm ex contractu inſtituto ſimpliciter atque indiſtinctè intelligenda ſunt. Non enim poteſt in his ratio differentiæ de contractibus ad teſtamenta aſſignari: præſertim cùm Maioratus etiam in contractu inſtituti vim vltimæ voluntatis retinere receptum ſit: prout ſupra li.1.c.12.apertius oſtendimus.

16 ¶Dicetur autẽ†exceptiones huiuſmodi in continenti probari: quando intra terminum à iure aſſignatum inſtantiæ, & proceſſui principali probantur: prout notat Barto.in Extrauagan.ad reprimendum in gl.verbo, Summariè, col.1.text.in l. ſi is, à quo vbi per Scrib.ff.vt in poſſe.lega. Alexand. conſil.166.n. 6.& 7.li.2. Iacobi de ſancto Georgio in l.2.nu.7.C.de edict.diui Hadrian. tollen. ſicque communiter obſeruari ſolitum eſt. Admittuntur namque in hoc remedio poſſeſſorio, quod ex l.45. Tauri Maioratus ſucceſſori competit, omnes exceptiones concludentes eum non eſſe verum ac legitimum ſucceſſorem, etiamſi proprietatis cauſam cõtingant: dummodò de eis poſſit plenè conſtare intra terminum dicto iudicio ſummario à legibus Regijs præſtitutum, nec altiorem indaginem requirant.

17 ¶Secundo etiam infertur, quòd quamuis regulariter à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio appellari nõ valeat: in hoc†tamẽ iudicio poſſeſſorio, quod ex prædicta.l.45.Tauri conceditur, appellatio, ſeu ſupplicatio admittenda ſit: cùm illud ſit interdictum ſummarium poſſeſſorium, quod habet an-
18 nexam proprietatis cauſam: in†quibus interdictis appellatio admittenda eſt, vt dixit Bal.loquens in ſtatuto Mediolani, conſil.330.incipien. Statuto cauetur.lib.1.vbi inquit, quòd in his interdictis non habet locum titulus, ſi de momenta.poſſe.fue.appella. ídque ex pluribus ſic reſoluit Tiraquel.in tracta.de morte.6.part.declaratio.6.n.1. cum ſeq.
19 Quibus accedit†hodie in his Regnis communiter non ſeruari titulum, ſi de momenta. poſſeſ.fue. appellat.cù in quocũque iudicio poſſeſſorio ſemper appellari, atque ſupplicari ſoleat: eáque appellatio, ſeu ſupplicatio nedum habeat effectum deuolutiuum, ſed ſuſpenſiuum: prout omnibus compertiſſimum eſt. Quod etiam, quamuis nõ ſimpliciter & indiſtinctè in Regno Galliæ ſeruari profitetur Tiraquel.d.6.declarati.nu.6.ſicque in caſu, de quo agimus, dicendum foret: niſi ex d.l.9.tit.7. lib.5, in noua leg.Reg.collectione contrariũ diſpoſitum fuiſſet. Ex ea namque ſupplicationi effectus deuolutiuus, non autem ſuſpenſiuus cõceſſus eſt. Ideóque prima ſententia, non obſtante ſupplicatione, exequenda erit: ſicque ſemper obſeruari ſolitum eſt.

20 ¶Tertiò etiam infertur, quòd†quãuis probationes factæ in iudicio poſſeſſorio ſummario, non faciãt fidem in iudicio petitorio ordinario. l.pen. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l.à Diuo Pio. §.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica. text.in ca.veniens. de teſtib.& vtrobique per Scribẽ. Probationes tamen factæ in hoc iudicio poſſeſſorio, proculdubio fidẽ facient in petitorio; cùm hoc interdictum





habeat annexam cauſam proprietatis. Quod ſic declarat Alexand.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.nu.76.cum ſequen. Guido Papæ deciſ.136.numer. 1. & 2. ídque etiam in quolibet iudicio poſſeſſorio regulare eſt, dummodo teſtes parte citata, & planè examinati fuerint: prout declarat Iacob.Butrig.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.maio. quem refert & ſequitur Alexan.in dict. §. nihil commune. numer.78.quod etiam ſatis inſinuat Guido Papæ. dict. deciſ.136. ídque proculdubiò in hoc iudicio poſſeſſorio verum eſt: quanuis ſemel viderim in quadam lite, quæ ſuper ampliſſimo quodam Maioratu verſabatur, ex doctiſſimorum aduocatorum conſilio, teſtes ſuper iudicio poſſeſſorio, ſeu tenutæ receptos, iterum in iudicio petitorio examinatos fuiſſe. Sed id ad maiorem cautelam factum fuit: quanuis omnes neceſſarium non eſſe exiſtimarent.

¶Quartò etiam infertur, quòd quanuis ſententia lata in iudicio poſſeſſorio regulariter non pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio, iuxta iura vulgaria: ſententia tamen lata in hoc iudicio poſſeſſorio pariet exceptionem rei iudicatæ in petitorio, ex eo, quòd annexam habeat proprietatis
21 cauſam. Sententia† namque lata in iudicio poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis, pariet exceptionem rei iudicatæ, ac ſi in petitorio lata fuiſſet, vt opinatur Barto.in dict.l.naturaliter §.nihil commune.num.4. Cuius opi. ſequutus fuit ſimpliciter Iaſ.ibi.nu.54.plura in eius comprobationem adducens: quanuis Alex.ibi.nu.76.diſtinguat inter poſſeſſorium, in quo tractatur principaliter de proprietate: & poſſeſſorium, in quo de illa tantùm incidenter diſcutitur. Sed hæc altercatio, in caſu de quo agimus, ſuperflua eſt: cùm in hoc interdicto poſſeſſorio ſola poſſeſſionis cauſa definiatur, ſempérque cauſa proprietatis ad Regios conuentus remitti ſoleat, nec conceſſa ſit Regiis conſiliariis ſimpliciter iuriſdictio, vt de huiuſmodi poſſeſſorio cognoſcere valeant: ſed limitatè vt de ſola poſſeſſione cognoſcant, cauſamque proprietatis ad Regios conuentus, vbi ſimiles cauſæ tractari ſolent, remittant.

22 ¶Quintò etiam infertur, quòd†quanuis fœmina ſemper ſit mittenda in poſſeſſionem bonorum parentis, quanuis agnati tranſuerſales contendant ea bona eſſe feudalia, atque ex eo fœminam eſſe ab eorum ſucceſſione excludendam: prout ſup.iſto lib.4.num.41.latiùs adduximus: in caſu tamen de quo agimus, id ſeruandum non erit. Cùm enim non poſſit mitti in bonorum Maioratus poſſeſſionem, niſi is, qui legitimus ſucceſſor fuerit, conſtat in hoc iudicio neceſſariò tractandum eſſe an fœmina propter maſculos remotiores excludatur, vel non: quòd ſi maſculus remotioris lineæ & gradus, fœminam ex Maioratus diſpoſitione ab eius ſucceſſione excludere debeat: is, ea excluſa admittetur. Si verò ordinaria ſuccedendi forma in eo Primogenio ſeruanda ſit, maſculus ab ipſa fœmina excludendus erit, poſſeſſióque ei concedenda, quem legitimum eius Maioratus ſucceſſorem eſſe, compertum fuerit: quod eò maximè dicendum erit, quòd hæc contentio ex ſola Maioratus diſpoſitione propè ſemper diffiniri ſoleat: nec aliæ probationes, quæ altiorem indaginem requirant, ad id neceſſariæ ſint: imò etiamſi ad id probationes faciendæ ſint, admittentur: dummodò intra terminum ad id efficiendum legibus Regiis præſtitutum id expediri valeat.

23 ¶Sextò & vltimò ex his etiam infertur†in hoc iudicio admittendam eſſe exceptionem ſpurietatis, ac illegitimitatis, & incapacitatis, & omnes alias, quæ perſonam ſucceſſoris inhabilem, & incapacem ſucceſſionis Maioratus reddunt. Quod probatur ex eo, quia cùm poſſeſſio rerum Maioratus non tranſeat ipſo iure, niſi in illum, qui ipſius Maioratus verus atque legitimus ſucceſſor eſt: ſpuriúſque, ſeu illegitimus, vel aliàs incapax in Maioratu ſuccedere non poſſunt, quando ad eius ſucceſſionem expreſſè ex Maioratus diſpoſitione non admittuntur, in caſibus, in quibus ſpurij admitti poſſunt, conſtat incapacibus remedium hoc non eſſe concedendum: ſed in hoc iudicio de eorum incapacitate diſputandum eſſe. Quod comproba-
24 tur ex eo, quòd†quando ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, poſſeſſio defuncti transfertur in hæredem abſque apprehenſione, poſſeſſio illa non tranſit in inhabilem, ſeu incapacem ſucceſſionis: ſed in eum tantùm, qui eſt verus ac iuſtus hæres, & habilis & capax ſucceſſionis. Idque opinantur Bald. in Rub.de cauſa poſſe.& proprie. nu. 13. Alexand. conſil.82.nu.6.lib.2.Ioan.Baptiſta de Caſtellio. in ſua allega.incip.Magnificus & excellens. quæ habetur poſt ſingulari. Franc. Cremen. colum. 12. verſicul.Item iſta continuatio. Iacobi.in l.ſi forori.nume.5.C.de iur.delib.Guillel.Benedict. in repetit.cap.Rainuntius.verbo, Mortuo itaque teſtatore.el ſegundo.nume.72.de teſtam. Tiraquel.latiſſimè in tracta.de morte.2.parte, declara.1.num. 1. & 2. cum ſequen.qui refert plura ſtatuta Galliæ expreſſè diſponentia poſſeſſionem defuncti tranſire in hæredem habilem & capacem abſque aliquo actu apprehenſionis: Anto. Gabriel qui plura refert communium opi.lib.5.titul. de acquir. poſſeſ. concl.9.n.8.

¶Hæc autem quando is, contra quem exceptio ſpurietatis, ſeu incapacitatis opponitur, adultus, *ſeu maior adulto eſt, clariſſimè procedunt: ſed* quando is contra quem huiuſmodi defectus op-
25 ponitur, impubes eſt, dubitari ſolet: † vtrum quæſtio hæc legitimitatis differenda ſit, vſquequo ipſe ad pubertatem perueniat: poſſeſſióque Maioratus, præſtita ſatiſdatione, ac ſummaria legitimitatis cognitione adhibita, adiicienda ſit, ex edicto Carboniano.l.1. C. de Carbo. edicto.l.1. & per totum titul.ff.eod.l 2.titu.14.par.6.l.7.titul.22. part.3. In qua quæſtione Scribentes reſoluunt,
26 quod†hæc Carboniana bonorum poſſeſſio in Hiſpanorum Primogeniis locum habet. Quod ex
27 eo probare ſolent, quod † in feudis etiam bonorum poſſeſſio Carboniana præſtetur: prout dixit Bald.in cap.1.nume.14.An agnatus, vel filius. Cuius doctri.ſequuntur Alexand.numer.7.Deci. numer.1.l.1. C. de ſucceſſo. edicto.Iaſ. in Rubric.C. eod.numer.3. idem Iaſ. in prælud. feud. numero. 41. Gregor. in dict. l. 2. titul. 14. part.6.verbo, *Propriedad.* & in dict.l. 7. titu.22.part.3.verb. *El fecho.* Idque in Hiſpanorum Maioratibus loquens, verum eſſe profitetur Grego. Lopez in dict. l. 2. in gloſ.verb. *De todas las otras coſas.* & verb. *Propriedad.* & Domin. Anto. de Padilla in l. eam, quam. C. de fideicommiſ. numer. 127. qui inquit, quod ipſe accepit id in cauſa grauiſſima vſu receptum fuiſſe.

¶Quanuis autem hæc opin. probabilis mihi videatur: duo tamẽ quoad illam ſe offerunt conſideranda, vt õmninõ percipiatur qualiter, & in quib.

caſibus Carbonianum edictum Hiſpanorum Ma-
28 ioratibus adaptari valeat. Primùm, quòd † bono-
rum poſſeſſio non competit niſi vel præteritis, vel
inſtitutis ſub appellatione filiorum legitimorum,
cùm ipſi legitimi non ſint, vt probatur ex text. in l.
1.§.Pomponius.& in l.cùm ſine.ff.de Carbon.edi-
cto.& in l.3.§.quanuis.ff.eod.atque optimè decla-
29 rat Iaſ.in Rub.C.de Carbo.edicto.nu.2.vbi † enim
non agitur de hæreditate, Carboniano edicto lo-
cus non erit.l.de bonis.ibi. *Ita demum autem huic
edicto locus eſt, ſi ſtatus & hæreditatis controuerſia
ſit*.ff.de Carbo.edict.Quod propè ex omnibus le-
gibus illius tit.probatur: quæ omnes de ſola hære-
ditate loquuntur: idque conſtat ex tex.in l.fi.C. de
edict.Diui Hadria.tollen.iunctis his, quæ ibidem
Scrib. annotare ſolent, vbi non niſi hæredi ſcripto
remedium poſſeſſorium, quod ex illa l. introductū
eſt, competit. Idque in aliis bonorum poſſeſſioni-
bus ſecundùm tabulas, & contra tabulas deciſum
eſt: illæ namque non niſi hæredibus neceſſariis
præteritis, vel hæredibus inſtitutis competunt:
prout.ff.& C.de bon.poſſe. contra tabul. & ſecun-
dùm tabul.per totum facilè videri poterit. Ideóq;
Iuriſconſultus in l.1.in princ.verſicul. Et generali-
ter.ff.de Carbo. edict. inquit bonorum poſſeſſio-
nem ex Carboniano edicto non cōpetere: niſi his,
quibus bonorum poſſeſſio contra tabulas compe-
tit. Quibus rationibus dixit Grego.Lopez in d.l.2.
tit.14.part.6.in gl.verb.*Propriedad*.in fina. verb. ꝙ
in Maioratu qui defertur iure inſtitutionis, ha-
bet locum Carbonianum edictum: in aliis verò nō
ad quod allegat.l.cum ſine.ff.de Carbo.edicto.vbi
in iuribus libertorum, & ſepulchrorum non datur
Carbonianum edictum.

¶Sed quanuis hoc ex mente dictarum legum eſ-
ſe videatur: nihilominùs tamen contrarium dicen-
dum eſſe videtur, ex deciſ.text.in l.3.in princ.ff. de
Carbo.edict.ibi.*Et cùm de fideicommiſsis, vel lega-
tis quæritur, differri poteſt cauſa in tempus puberta-
tis*. Per quem tex.dixit gloſ.ibidem, verbo, *Et cùm*.
30 in 1.lectura. Quod † ſi filio fiat aliquod legatū, vel
fideicommiſſum à patre, tanquam filio legitimo: &
poſteà negetur eſſe filium legitimum, erit ſibi dan
da bonorum poſſeſſio ipſius legati, ſeu fideicom-
miſſi ex edicto Carboniano, & ſtatus controuerſia
in tempus pubertatis differenda. Quam glo. in d.1.
lectura ſequuntur ibi Bartol.fina.verb. & Alberic.
etiam in final. eámque opin. eligit. quanuis ſub
verbo, fortè. Azo in ſumma.C. de Carboni.edict.
col.2.n.1.

¶In hac autem re, quæ nimis dubia ſemper mihi
viſa fuit, hæc diſtinctio faciēda eſſe videtur. Nam
aut agimus de Carboniano edicto: quatenùs ex
eo diſpoſitum eſt, quod cauſa ſtatus differatur vſ-
que ad tempora pubertatis, & in hoc caſu dicen-
dum erit, quod etiam in legatis & fideicommiſſis
31 locum habeat. Quod † probatur ex text.qui ſic eſt
intelligendus in d.l.3. in prin.ff.de Carbo. edicto.
Non enim inquit tex.ibi, quod in legatis, ſeu fidei
commiſſis Carbonianū edictum ſimpliciter ſum-
ptum locum habeat: ſed tantùm, quod cauſa vſque
ad tempus pubertatis differenda ſit. Quæ verba in
illa.l. non ſine magna cauſa adiecta eſſe videntur.
Aut quærimus: vtrum legatario, vel fideicommiſ-
ſario bonorum poſſeſſio interim præſtanda ſit ex
edicto Carboniano: & in hoc caſu dicendum erit,
quod non. Et ita ſunt intelligenda iura, quæ ſupe-
riùs retulimus, dicētia: non niſi hæredi bono-
rum poſſeſſionem ex Carboniano edicto conce-
dendam eſſe. Nec id mirum videri debet: cùm in
pluribus caſibus quæſtio ſtatus in tempus puber-
tatis differenda ſit: bonorum autem poſſeſſio de-
neganda: vt probatur ex dicta.l.3.§.1.ff. de Carbo
edict.& ſtatim dicemus. Ex quibus videtur di-
32 cendum, quòd † in omnibus Maioratibus ex con-
tractu inſtitutis, & in aliis etiam in teſtamento,
non tamen iure inſtitutionis factis, Carboniana
bonorum poſſeſſio præſtanda non ſit: quanuis
quæſtio legitimitatis in tempus pubertatis differri
debeat. De quo tamen videnda erunt quæ infra i-
ſto.c.n.37.cum ſeq.dicemus.

¶Secundum quod etiam circa hoc animaduertē-
33 dum erit, eſt: † quòd cùm edictum Carbonianum
non habeat locum, niſi reſpectu hæreditatis pa-
ternæ, vel aui paterni: non autem in hæreditate
materna, nec in aliis hæreditatibus: prout proba-
tur ex dict.l.1.ff. de Carbo. edict. & C. eod. & ex
dict.ll.partitarum, quas paulò ante citauimus. Ho
die etiam ſi de Maioratu ex vniuerſa hæreditate,
vel eiuſdem portione in teſtamento inſtituto age-
retur, non poſſet agi de Carboniana bonorū poſ-
ſeſſione, niſi à filio, vel nepote petente poſſeſſio-
nem Maioratus à patre, vel auo inſtituti: niſi veli-
mus ad vltimi Maioratus poſſeſſoris filium, vel
nepotem, edictum Carbonianum extendere: quod
iure fieri poſſe non videtur: cùm ibi non de hære-
ditate vltimi Maioratus poſſeſſoris, ſed primi in-
ſtitutoris agatur. Sed quanuis in filio, vel nepote
vltimi Maioratus poſſeſſoris dicendum eſſet, cla-
riſſimum erit hoc non eſſe ad tranſuerſales vlti-
mi poſſeſſoris, & primi inſtitutoris extenden-
dum.

¶Illud autem quod.prædiximus, quòd ſcilicet in
hæreditate materna Carbonianum edictum lo-
cum non habeat, inquit Iaſ. in Rub.C.de Carbo.
edict.numer.2. hodie non procedere, quando fi-
lius à matre vt filius legitimus inſtitutus fuit, &
ipſi hæreditatem petenti opponitur, quòd non
eſt filius legitimus. Nam tunc inquit, quòd ſi ipſe
filius impubes ſit, eidem eſt præſtanda bonorum
poſſeſſio ex Carboniano edicto, quæſtióque le-
gitimitatis in tempus pubertatis differenda erit:
nec in hoc caſu eſſe rationem differentiæ inter
hæreditatem paternam & maternam. Quod pro-
bat optima ratione, ad quam percipiendam præ-
mittendum eſt Carbonianum edictum filiis præ-
teritis competere: inſtitutis autem, vel exheredatis
non: vt probatur in l.1.ff. de Carboniano edicto.
Item præmittendum eſt, quòd Carbonianum e-
dictum competit filio impuberi inſtituto, tan-
quam filio legitimo, ſi aduerſus illum opponatur,
quòd non eſt filius.l.3.§.quanuis.ff.de Carbo.edi-
cto.quod communiter Scriben.admittere ſolent.
His igitur præmiſſis, inquit Iaſon, quòd in primo
caſu non competit Carbo. edictum filiis ad bona
materna poſſidenda, ex eo, quòd quanuis præteri-
ti ſint, cenſeantur tamen exhæreditati: quia præte-
ritio matris habetur pro exhæredatione: text.in §.
mater.Inſtitu. de exhæred. libero. Ideóque non
mirum ſi in hoc caſu, quoad bona patris Carbo-
nianum edictum competat: quoad bona verò
matris non. In ſecundo autem caſu, quando fi-
lius inſtitutus eſt, vt filius legitimus, inquit, quòd
nulla ratio differentiæ inter patrem & matrē aſſi-
gnari poteſt. Atque ideò tam pro bonis maternis,
quàm paternis bonorū poſſeſſio ex Carbo. edicto
in eo caſu præſtanda ſit: quod inquit nunquam
alibi legiſſe: ſícque limitat.l.de bonis.ff.de Carbo.
edicto



edicto, dicentem, quòd in bonis matris non ha-
bet locum Carbonia.edictum: intelligit namque
illam, quando filius fuit præteritus: ſecùs autem
quando inſtitutus fuit: tunc namque idem in bo-
nis matris, quod in bonis patris dicendum eſſe in-
quit. Idque ſequitur Grego.Lopez in d.l.2.titu.14.
part.6.verb.*De ſu padre*.
34 ¶Sed † hæc opi.Iaſ.atque intellectus, quem ex illa
ad Text.in d.l.de bonis. aſſignauit, iure mihi non
probatur. Siquidem non poteſt eſſe, quòd Iuriſcō-
ſultus motus fuerit ad denegandam filio in bonis
matris bonorum poſſeſſionem ex Carboniano e-
dicto, ea ſola ratione, quòd ſcilicet præteritio ma-
tris habeatur pro exhæredatione: cùm ea bonorū
poſſeſſio non ſolùm filiis præteritis, ſed etiam in-
ſtitutis competat, vt ſuperiùs oſtenſum eſt. Cùm
igitur ſimpliciter Iuriſconſultus in ea lege dicat, fi
lio in bonis matris denegandam eſſe bonorū poſ-
ſeſſionem: conſtat eam legem ſimpliciter etiā in-
telligendam eſſe: nec credendum eſſe Iuriſconſultū
fuiſſe motum ratione imperfecta, & quę vnum tā-
tùm caſum comprehenderet: cùm ea ratio in ea le
ge expreſſa non ſit: & dicenti eam eſſe vnicam, o-
nus probationis incumbat, vt ſup.iſto lib.c.5.n.28.
oſtenſum eſt: imò ratio præcipua, quare in bonis
paternis habet locum bonorum poſſeſſio, in bonis
vero maternis non quanuis quæſtio ſtatus in tem-
pus pubertatis (vt ſtatim dicemus) differatur: mi-
hi videtur ea eſſe, quòd ſcilicet ex bonis paternis
filius alendus, ſit nec bona materna communiter
huic oneri aſtricta ſint. Ideóque bona paterna filio
vt ex eis alatur, ex Carboniano edicto adiiciuntur,
vt probatur ex tex.in l.ſed etſi is verſi. *An autem
veſcendi*.ff.eod.l.de bonis.§.qui pupillo. ff. eod. &
quanuis quandoque etiam mater filium alere te-
neatur, cōſideratum fuit in illis legibus illud, quod
magis propriū ac naturale eſt, frequentiuſque cō-
tingit: non autem id quod ex accidenti, & nō adeò
frequenter contingere ſolet.l. nam ad ea. ff. de le-
gib. vel Iuriſconſultus potuit etiam aliis rationib.
moueri, quas vnuſquiſque conſiderare poterit. Id-
eóque non mirum eſt, ſi vna ratione ceſſante, præ-
dictarum legum diſpoſitio illico ceſſare non de-
beat: cùm ex aliis ſuſtineatur: tex. in §.affinitatis cū
ſimilib.Inſti.de nupt.

¶Quod iure Regio conſiderato apertiùs procedit:
35 nam † dictæ leges partitarum, ſcilicet l.2.tit.14. par.
6.& l.7.tit.23.part.3.non loquūtur in caſu, quo fi-
lius bonorum poſſeſſionem contra tabul. propo-
ſuit: ſed quando petiit ſe mitti in poſſeſſionem bo
norum patris: in quo caſu decidunt præſtita ſatiſ-
datione mittendum eſſe. Nec de matris hæredita-
te aliquid diſponunt, in quo dictæ leges hanc no-
ſtram opi.non modicum coadiuuant: nec poſſunt
abſque maxima verborum violatione de bonis ma
ternis intelligi: quanuis Grego.Lopez in d.l.2.ver
bo, *De ſu padre*, dicat, in hac parte ſuppleri poſſe,
quòd idem ſit in matre. Quod admitti poſſe non
videtur.
36 ¶In hoc tamen animaduertendum eſt, ꝙ † quan-
uis in hæreditate matris, & aliis hæreditatibus præ
ter paternam, non detur Carboniana bonorum
poſſeſſio: in eis tamen quæſtio ſtatus vſque ad pu-
bertatem differenda erit. Quod probatur ex text.
in d.l.de bonis in princip.ff.de Carbo.edict. & ex
l.3.§.quanuis.ff.eod. Idque ſic communiter rece-
ptum eſt.

¶Ex quo infertur, ꝙ ſi filius ſit in poſſeſſione bo-
norum Maioratus materni, vel alterius tranſuerſa-
lis, & alius eorum poſſeſſionem petat prætendens
37 illum eſſe illegitimum: ſi † filius in poſſeſſione exi-
ſtens impubes ſit, quæſtio erit vſque ad pubertatē
differenda, & interim is bonorum poſſeſſione frue
tur, nec in hoc caſu erit conſtituenda differentia:
vtrum de bonis patris, ſeu matris, ſeu alterius con
ſanguinei, vel extranei agatur: cùm in omnibus
idem ius conſtituendum ſit. Quod dixit Bart.in d.
l.de bonis in princ. vbi ſingulariter inquit, quòd
in hoc caſu iſta dilatio poterit prodeſſe in bonis
maternis, & habebit vim Carboniani edicti, vt ſi
poſſidet filius, & alius ageret contra eum, dicens
non eſſe filium: nam tunc quæſtio differtur, & in-
terim remanet filius in poſſeſſione, ſicut in Carbo-
niano. Quod eſt veriſſimum & ſing.atque ex di-
38 ctis legibus apertiſſimè deducitur: ideóque † filius,
qui timet quòd cōtra eum quæſtio illegitimitatis
ſuper bonis matris, vel alterius tranſuerſalis oppo
nenda eſt, cautus eſſe debet, vt poſſeſſionem bono-
rum quamprimùm poterit, ingrediatur: vt partes
rei, non autem actoris ſuſtineat. Quod etiam quā-
do Maioratus non ex inſtitutione, ſed ex legato,
vel fideicommiſſo, vel aliàs inſtitutus fuit, pari ra-
tione dicendum erit.

¶Vltimo autem loco prætermittendum non eſt,
39 quòd † ſi ex probationibus in cauſa ſummaria te-
nutæ factis, conſtiterit euidenter, filium ſe eſſe le-
gitimum contendentem illegitimum eſſe, atque
calumnioſè agere, non erit eidem bonorum poſ-
ſeſſio conferenda, etiamſi impubes ſit l.3.§. cauſæ
cognitio.ff.de Carbo.edicto. Quæ omnia ſummè
notanda ſunt, ad intelligendum qualiter bonorum
poſſeſſio ex Carbonia.edicto Maioratibus conue-
niat.

¶Sed vt ad alia remedium poſſeſſorium, quod d.l.
45. Tauri competit, attinentia, pertranſeamus,
ſciendum eſt, ſuper eiuſdem legis intellectu con
40 trouerti etiam ſolitum eſſe: † an remediū illud cō-
petat ei, qui eſt primus Maioratus ſucceſſor, atque
immediate ab ipſo inſtituente Maioratus poſſeſ-
ſionem capit, an ſolùm procedat in ſecundo, ſeu
vlterioribus ipſius Maioratus ſucceſſoribus. Quæ
quæſtio contraria eſt illi dubitationi, quam ſo-
lent mouere Scrib.Galli, atque Itali ſuper intelle-
ctu ſtatutorum illarum pronūciarum. Cùm enim
ea ſtatuta diſponant poſſeſſionem defuncti in hæ-
redem transferri, ſeu continuari, non dubitant
Scriben.an in primo hærede ea ſtatuta locum ha-
beant, prout nos dubitamus: ſed an procedant in
ſecundo hærede donatario, ſeu fideicommiſſario,
ſeu in hærede hæredis: prout videri poteſt apud
Tiraquel.de morte reg.2.declara.5.cum ſeq.quod
huic noſtræ dubitationi contrarium eſt. In hac
autem quæſtione videtur dicendum ex identitate
rationis, tam in primo ſucceſſore, quàm in ſe-
quentibus eam legem accipiendam, atque intelli-
gendam eſſe. Non enim poteſt aſſignari diuerſita-
tis ratio, quare aliud in primo, aliud verò in ſe-
quentibus Maioratuum ſucceſſoribus ſtatuen-
dum ſit: cùm etiam in prima ſucceſſione dubium
eſſe poſſit, quis in Maioratus ſuccedere debeat. Ex
quo dubio poſſunt exoriri lites atque contentio-
nes quas conuenit ex remedio.dict.legis Tauri, in
Regio conſilio breuiter, atque ſummariè diluere.
Qua ratione Anto.Gometius in dict.l. 45. Tauri,
qui latè hanc quæſtionem diſputauit. numer. 117.
reſoluit: eam legem tam de primo ſucceſſore,
quàm de ſequentibus intelligendam eſſe.

¶Sed quanuis opi.hæc ęqua ſit: contraria tamē

ſententia verior mihi videtur. Ea namque lex Tauri non diſponit poſſeſſionem rerum Maioratus de primo Maioratus inſtitutore in ſucceſſores transferri: ſed ſolùm de ſucceſſore in ſucceſſorem. Quod patet ex verbis illius legis: ibi, *Muerto el tenedor del Mayoradgo*. Non enim dixit lex, *Muerto el inſtituydor del Mayoradgo*: Sed, *Muerto el tenedor del Mayoradgo*. Et iterum ibi, *Se traſpaſſe la poſſeßion ciuil y natural en el ſiguiente en grado*. Quæ verba denotãt quòd alius ſucceſſor præceſſit, qui ſequentem proximitate præcedebat: aliàs non rectè dixiſſet, *Al ſiguiente en grado*: cùm Maioratus inſtitutor non faciat gradum ſucceſſionis, in quo dict. l. Tauri legem 7. tit. 4. part. 5. ſequuta eſt: qua diſponitur, ꝙ ſi donata fuit aliqua res, ea lege, vt poſt mortem donatarij, vel poſt certum diem in alium deueniat, ex eo die dominium ac poſſeſſio eiuſdem rei, in eum qui poſt illum vocatus eſt, ipſo iure tranſibit. Non enim illa lex inquit, quòd dominium & poſſeſſio rei donatæ tranſeat de donante in donatarium: ſed quòd de donatario in ſecundo loco vocatum trãsferatur. Secundùm quem intellectũ d. l. Tauri eſt legi Partitarum, & iuri communi horum Regnorũ conſona. Ideóque non eſt, cur verba illius legis impropriemus, ſeu extendamus: vt illam ad omnium legum, tam huius Regni, quàm Romanorum correctionem extendamus. Idque in ſimili ſtatuto cẽſuerunt Alex. conſi. 153. nume. 3. & 4. lib. 6. Rubeus conſil. 121. nu. 3. dicentes huiuſmodi ſtatutum ſemper in quantum poſſibile eſt, ad ius commune reducendum eſſe.

¶Præterea hoc ipſum apertiùs probatur ex eadẽ lege Tauri, ibid. *Aũque aya otro tomado la poſſeßiõ dellos en vida del tenedor del Mayoradgo, o el muerto o el dicho tenedor le aya dado la poſſeßion dellas*. Quę verba apertiſſimè declarant, quòd præcedentia nõ poſſint intelligi de Maioratus inſtitutore: quanuis lato ſumpto vocabulo, etiam poſſeſſor bonorum Maioratus dici poſſet. Si enim ea verba ad inſtitutorem Maioratus referri poſſent, lex illa in hoc quoddam ſatis abſurdum, atque aduerſus omnem rationem diſpoſuiſſet, ꝙ ſcilicet poſſeſſio bonorũ Maioratus de inſtitutore ad primum Maioratus poſſeſſorem transferretur: etiamſi ipſe primus inſtitutor tempore mortis ea bona non poſſideret. Quod eſt cõtra omnia iura, atque cõmunes Scrib. reſolutiones qui ſuper ſtatutis Galliæ, & Italiæ ſcripſerunt. Omnes namque reſoluunt, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd de defuncto in hęredem poſſeſſio continuetur: id intelligendum ſit, quando defunctus poſſidebat: aliàs autem poſſeſſio quę apud defunctum non erat, non poteſt in hæredem continuari: prout ex pluribus probat Tiraq. in d. tract. de morte. 4. par. declara. 3. n. 7. cum ſeq. iunctis aliis quæ ſupra c. præced. nu. 17. latiùs adduximus. Item diſponeret etiam aliud abſurdiſſimum, quòd ſcilicet ſi Maioratus inſtitutor in vita ſua alteri poſſeſſionem rerum Maioratus tradidiſſet, non obſtante traditione Maioratus inſtitutoris ea poſſeſſio in primum ſucceſſorem transferatur: quod non eſt veriſimile illius legis authores ſenſiſſe: cùm Maioratus inſtitutor poſſit regulariter eiuſdem Maioratus inſtitutionem reuocare. Ideóque nullo pacto l. illa ad caſum, de quo non loquitur, & ex quo ſi de ipſo loqueretur, tot abſurda ſequerentur, extendenda eſt: quam opinionem probare videtur Emmanuel Acoſta de patruo & nepote, pagi. 145. cum ſeq.

¶Nec obſtat ſi dicatur ex identitate rationis legẽ illam ad primum Maioratus ſucceſſorẽ protrahẽdãm eſſe: nam præterquã quòd in primo ſucceſſore ratio illius l. non militet: cùm poſſit Maioratus inſtitutor planè, & apertè diſponere id quod in primo ſucceſſore fieri vult, & in vita, ſeu in morte illi poſſeſſionem bonorum Maioratus tradere, & ex proprio iudicio, quoad hæc omnia iurgia dirimere: quod non poteſt cõmodè facere, quoad ſequentes ſucceſſores, etiam ſi ea ratio in illo militaret, non eſſet l. illa ad caſum, de quo euidenter non loquitur, protrahenda: cùm id eſſet contra omnia iura communia & Regia. Ad quorũ iuriũ correctionem lex nec ex veriſimilitudine, nec ex rationis identitate extendenda eſt: cùm ipſa voluerit quoad tranſlationem poſſeſſionis, ius commune huius Re-
41 gni illæſum ſeruare. Legum † namque correctio ex ſubauditis intellectibus inducenda non eſt gl. ordina. in c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. de electi. lib. 6. l. præcipimus. vbi per Scrib. C. de appellatio.
42 Nec † debemus impropriare verba legum ad iuriũ correctionem: imò potiùs illa impropriare debemus, ne legũ correctio ex eis inducatur, vt ex pluribus probat Feli. in c. cauſam quæ. de reſcrip. nu. 5. Idque ex eo præſertim dicendum erit: ne aliter legem illam intelligendo ea abſurda, & inconueniẽtia, quæ paulò antè annotauimus, exoriantur. Sícq. nunquam vidimus, nec etiam audiuimus in Regio horum regnorum conſilio, primum Maioratus ſucceſſorem poſſeſſionem bonorum eiuſdem Maioratus vnquam petiiſſe. Quòd ſi aliquando quoad primũ ſucceſſorem dubium ſuper ampliſſimi Maioratus ſucceſſione verſaretur, ex quo ſeditiones exoriri ſperarentur, non abſonum eſſe arbitraremur, ꝙ ea cauſa in Regio conſilio aduocaretur, ibidémq, quoad tenutam, vel poſſeſſionem decideretur, non ex eo, quòd poſſeſſio ciuilis & naturalis in primum ſucceſſorem tranſlata fuerit, cùm leges Tauri, & aliæ in eius declarationem editæ, hunc caſum non comprehendant: ſed ex eo, quòd hoc optimæ Regnorum moderationi, atque eorum publicæ tranquillitati conueniens ſit: prout in aliis cauſis ſimilibus frequenter fieri ſolitum eſt.

43 ¶Similiter etiam controuerti ſolet: † vtrum d. l. remedium competat ei: qui non expreſſè ac indiuidualiter ad Maioratus ſucceſſionẽ inuitatus eſt: ſed ſolum eius vocatio ex coniecturis deducitur. In qua quæſtione, prima facie dicendũ videtur remedium d. l. ſolùm ei, qui expreſſè, atque in indiuiduo vocatus eſt, præſtandum eſſe. Cùm enim remediũ hoc ſummarium, atque exequutiuũ ſit: cõſequens eſt, quòd ad hoc, vt competere poſsit, expreſſa vocatio requiratur. Quod probatur ex tex. in l. fin. C. de edicto Diui Hadria. tollen. ibi. *Vt ſi quis ſcriptus hæres ex aſſe, vel ex parte inſtitutus, competenti iudici teſtamentum oſtenderit*. Per quem tex. dicũt cõmuniter Scrib. in proprio loco remediũ illius legis non competere: niſi hæredi ſcripto in teſtamento. Scriptus autẽ ille dicitur, qui oculis corporeis non autem interpretatione legitur in teſtamento. l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. l. 1. ff. ſi tabul. teſta. null. extab. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. Deci. qui plura refert in d. l. fin. nu. 36. C. de edict. Diui Hadria. tollen. Idq. apertiùs probare videtur. dict. l. 45. Tauri, ibi. *Que conforme a la diſpoſicion del Mayoradgo deuiere de ſucceder en el*.

¶Sed quanuis hæc ſtringere videãtur, breuiter tamen mihi dicendum videtur, quòd etiã ei, qui ex cõiecturis ex verbis Maioratus reſultantibus vocatus eſt, competit remedium ſummarium, atque exe-



exequutiuum ex d. l. Tauri introductum. Is namq; expreſſè vocatus dicitur, vt ſup. lib. iſto. c. 4. nu. 38. cum ſeq. latiùs annotauimus. Ideóque remedium ſummarium, atque exequutiuum ei cuius vocatio virtualiter ex inſtrumento cõprehenditur; ſeu ea ex coniecturis elicitur, præſtandum eſſe, ac ſi verè in eo expreſsè vocatus fuiſſet, dixit Bald. in l. fina. C. de edict. Diui Hadria. tollen. nu. 38. idem Bal. in l. ſi quis ad declinandam. nu. 6. C. de Epiſcopis, & cleri. Roderi. Xuar. qui plura in idem cumulat in repet. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. 2. extenſione, nu. 2. cum ſeq. Feli. nu. 4. & Dec. nu. 4. in cap. tranſlato. de conſti. Iaſ. in l. certi cõdictio. in princ. nu. 20. cum ſequen. ff. de cert. petat. Bellonus qui in terminis ſtatuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem id ex pluribus cõprobat ſupputa. lib. 4. cap. 17. nu. 5. cum ſequen. vbi ad cõtraria reſpondet Tiraquel. de morte. 2. parte, declarati. 10. nu. 2. cum ſequen. qui quamuis in contrariam partem inclinet, adeò tamẽ dubius eſt, vt cõprehendi non poſſit, quam ex his opinionibus eligat. Sed hãc opinionẽ, quod ſcilicet ei qui ex cõiecturis ex verbis Maioratus deductis vocatus eſt, remedium ſummarium, ac executiuũ, quod ex dicta l. Tauri cõpetit, præſtetur: pluries in forenſibus controuerſiis receptam vidimus.

¶Illud etiam animaduertendum eſt, ex exemplo Maioratus præſtari non poſſe remedium poſſeſſorium, de quo in d. l. 45. Tauri, niſi appareat originale, vel exemplum ex mandato iudicis cum partis
44 citatione ab ipſo originali ſumptum. Cùm † enim remedium, quod ex l. fin. C. de edict. Diui Hadria. tollen. pro conſequenda hæreditatis poſſeſſionè competit, non detur niſi hæredi ſcripto teſtamentum originale oſtendenti, vt ex ea l. diſpoſitũ eſt: & ibi cõmuniter Scrib. annotare ſolent, atq; reſol-
45 uit Grego. Lopez in l. 2. tit. 14. part. 6. verbo, *Carta de teſtamento*. Gozad. conſil. 21. nu. 15. & alibi ſæpe
46 Scrib. conſequens eſt, † vt eodem modo bonorum Maioratus poſſeſſio, non niſi oſtenſa ſcriptura originali ipſius Maioratus præſtanda ſit: cùm quoad hoc in vtroque remedio eadem ratio verſetur. Quod apertiùs probat. l. 41. Tauri, quę hodie eſt l. 1. tit. 7. lib. 5. in noua ll. Reg. collectione, ibi. *Mandamos que el Mayoradgo ſe pueda probar por la ſcriptura de la inſtituciõ del, cõ la ſcriptura de la licentia del Rey que la dio, ſiẽdo tales las dichas eſcripturas,*
47 *que hagan fee*. Cùm † igitur ex eius legis diſpoſitione oſtendenda ſit ſcriptura Maioratus authẽtica, atque eius qualitatis, vt fidẽ faciat, cõſtat ex exẽplari remedium poſſeſſorium præſtari non poſſe.
48 Exemplũ † namq; regulariter nõ probat, niſi fuerit ſumptum authoritate iudicis, & cum partis citatione. Tex. in Auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & in ca. 1. de fide inſtitu. & vtrobiq; per Scrib. Quod procedit etiamſi notarius, qui exemplum ſignauit, profiteatur ſe vidiſſe originale, atq; eſſe ſine macula, vt opinatur Iaſ. in d. Auth. ſi quis in aliquo documento. nu. 2. & 7. poſt Albe.
49 Aug. Paul. & Scrib. Quod † procedit, ac verum eſt, etiamſi tempore, quo inſtrumẽtum exemplatum fuit, nullus aduerſarius certus eſſet, qui citari poſſet: nam adhuc exemplatio non poteſt fieri, niſi pręcedat citatio per edictum ſolenne: prout opinantur Abb. nu. 5. & Feli. nu. 1. in c. Albericus de teſti. poſt innoc. ibid. Quod proculdubiò verum eſt. Nos autem in caſu contingenti vidimus à ſupremo Caſtellæ conſilio præſtitam bonorum Maioratus poſſeſſionem, ex quodam exemplo Primogenij antiquiſſimo, quod penes vltimum Maioratus poſſeſſorem inuentum fuit, & quod tanquam vera ſcriptura Maioratus fuit ſemper obſeruatum & cui etiam plura alia veritatis adminicula aſſiſtebant.

50 ¶Sed controuerti etiam ſolet: † vtrum ei, qui ex Primogenio, quod ex ſola temporis antiquitate conſtat ſe vocatum eſſe ad eius ſucceſſionem prætendit, competat remedium ſummarium atque executiuum, pro conſequenda rerum ipſius Maioratus poſſeſſione. Qua in re videtur dicendum eidem remedium ſummarium, atque executiuum non competere: ſed id via ordinaria expediendum eſſe. Quod ex d. l. fin. C. de edicto Diui Hadria. tol. probatur: vbi diſpoſitũ eſt, quòd ei qui non oſtenderit ſcripturam teſtamenti, in quo ipſe hæres inſtitutus fuit, poſſeſſio hæreditatis non præſtetur:
51 ideóque † remedium. d. l. non cõpetere hęredibus ab inteſtato: quamuis teſtibus ſe legitimos hæredes eſſe probauerint, communiter receptum eſſe profitentur Alex. ibi. nu. 22. Iaſ. nu. 23. Deci. nu. 39. Poſt. Cin. Salic. & Fulgo. ibid. Calderi. cõſil. 36. ſub titul. de teſtam. Ang. in §. Quadrupli. colum. 12. Inſtit. de actio. Gozadi. conſil. 7. nume. 15. Idque pari ratione in Maioratuum ſucceſſione dicendum videtur.

¶His tamen non obſtantibus, cõtrarium dicendum eſt: nam lex Tauri. 45. quæ de tranſlatione poſſeſſionis loquitur, non requirit ſcripturam Maioratus, ad hoc, vt ex ea poſſit remedium ſummarium pro poſſeſſione actuali cõſequenda, concedi: ſed ſolùm inquit, quod trãsferatur poſſeſſio: *En el ſiguiente en grado, que cõforme a la diſpoſiciõ del Mayoragdo deuiere de ſucceder en el*. Quę Maioratus diſpoſitio pręcisè ſcripturam non requirit: imò teſtibus, atque ſcriptura priuata teſtibus legitimè cõprobata probari poterit: vt ſup. lib. 2. c. 8. num. 1. cum ſeq. latiùs oſtenſum eſt: imò poteſt probari Maioratus per teſtes de tenore, & amiſſione ſcripturæ deponentes, & per teſtes etiam, qui de immemoriali præſcriptione deponant. Cùm igitur his modis diſpoſitio Maioratus probari poſſit, conſtat, quòd verba d. l. 45. Tauri, ibi. *Que cõforme a la diſpoſicion del Mayoradgo*, non debeant referri neceſſariò ad ſcripturam publicam, ſed potiùs ad formam, quæ in d. l. 41. Tauri ad probandam Maioratus diſpoſitionem inducta eſt, referenda ſunt. Ideóque non eſt cur dicamus, dictam. l. fina. C. de edict. Diui Hadria. tollen. quæ de deſcripto hærede loquitur, ad caſum ex dicta l. 45. Tauri deciſum, trahendam eſſe: cùm ea de hærede ſcripto nõ loquatur: ídque comprobatur ex doctrina ſingulari Bald. in Rub. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. num. 13. vbi ad ſciendum an ſtatuta diſponentia, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ſint trahenda ad diſpoſitionem dictæ leg. fina. C. de edict. Diui Hadria. tollend. conſiderat: an ſtatuta diſponant, quòd poſſeſſio continuetur in hæredem, & tunc non ſint trahenda ad dictam legem finalem: an in hæredem ſcriptum, & tunc iuxta illius legis diſpoſitionem interpretanda ſint.

¶Quod etiam comprobatur ex eo, quòd quãuis dicta l. Tauri ad dictæ legis finalis deciſionem trahenda ſit, adhuc dicendum erit, in caſu de quo agimus remedium poſſeſſorium ex ea competens præſtandum eſſe: nam quamuis iure communi inſpecto remedium. dict. l. fina. non competeret, niſi hæredi ſcripto in teſtamento. Hodie autem ex deciſ. l. 3. titul. 13. libr. 4. in noua legum Regni colle-

collectione diſpoſitum eſt remedium dictæ legis, etiam hæredibus ab inteſtato venientibus præſtandum eſſe. Cuius legis diſpoſitio optimo iure Maioratibus applicari poteſt: cùm in eis eodem ordine, quo ab inteſtato ſucceditur, ſuccedendum ſit. l.fin.cum ſimilibus.C.de verb.ſignifi. Idque verum mihi videtur: dummodò adeò certum, ac indubitatum ſit, bona de quibus agitur, Maioratui ſubiecta eſſe, vt id in dubium reuocari non valeat. Si verò de hoc dubium ſupereſſe poſſit, quod infra terminum quinquaginta dierum inſtantiæ dicti remedij præſtitutum decidi non valeat, ſed altiorem indaginem requirat: tunc remedium poſſeſſorium, de quo in dicta.l. Tauri, denegandum erit, réſque ipſa via ordinaria tractanda.

Quando autem inter partes conuenit rem eſſe Maioratui ſubiectam, de ſuccedendi tamen ordine lis verſatur: tunc potiori ratione dictum remedium concedendum erit: cùm in eo Maioratu eodem ordine, quo in aliis Maioratibus communiter ſuccedi ſolet, ſuccedendum ſit, vt ſup.lib.1.c.3. nu.22.oſtenſum eſt. Quod ſic in caſu contingenti obſeruatum vidimus.

52 ¶Similiter etiam dubitari ſolet: † vtrum remediũ dictæ legis.45. Tauri competat aduerſus poſſidentem, cum titulo: ſiue titulus ipſe ab vltimo poſſeſſore, vel ab alio proceſſerit. In qua quæſtione prima facie dicendum videtur, ex dicta lege Tauri quæſtionem hanc deciſam eſſe; dum in ea dicitur: *Aunque otro aya tomado la poſſeßion en vida de el tenedor del Mayoradgo, o el muerto, o el dicho tenedor le aya dado la poſſeßion de ellas.* Ex quibus verbis comprehenditur remedium dictæ legis competere ei, qui ſiue in vita vltimi poſſeſſoris, ſiue eo mortuo, bonorum Maioratus poſſeſſionem apprehenderit: etiamſi ea ipſi ab vltimo Maioratus poſſeſſore tradita fuerit. In qua parte videtur lex ipſa loqui de poſſeſſione titulata. cùm dimiſſio, ſeu donatio, vel alienatio vltimi Maioratus poſſeſſoris titulum neceſſariò præſupponat.

¶Sed his non obſtantibus, contrarium dicendum
53 videtur: cùm † remedia poſſeſſoria non ſoleant cõpetere contra titulo poſſidentem, vt opinantur Bart.in l.manifeſſimi.§.ſed cùm.num.5.C. de furtis. Bald.in l.2.nu.1.C.eod. Andre.de Barulo, & Io. de Platea, in l.ſi Coloni.C.de agrico.& cenſi.lib.11. Scriben.communiter in l.rem quæ nobis.ff. de acquir.poſſeſ. Alex.conſil.118.nu.1.& 2.lib.2. vbi latè proſequitur materiam. Quod in remedio legis finalis.C.de edicto Diui Hadria.tollen. probatur, ex ea.d.l.ibi, *Non autem legitimo modo ab alio detinentur*: vbi communiter Scriben.id notant.l.1.& 2. ff.quorum lega.vbi Bart.& Scrib. dicunt, remediũ quorum bonorum æquiparari petitioni hæredita-
54 tis, † quæ non datur contra titulo poſſidentem. Idque quando titulus à defuncto, ſeu ab hærede obtentus eſt, clariſſimè procedit, vt ibidem Decius.nu.41.poſt alios reſoluit. Idque bene declarãt Carolus Ruinus conſil.64.col.fi.lib. 4. atque Rolandus.à Valle conſi.48.nu.22.

¶Item in hac parte præfata.l. Tauri iuris communis correctoria eſt, & ſtatutis quæ in Gallia atque Italia communiter obſeruari ſolent, excellit: prout in cap.præced.num.10.oſtenſum eſt. Ideóque ſufficit, quod dicamus ex illa diſpoſitum eſſe, quòd poſſeſſio vltimi Maioratus poſſeſſoris transferatur in ſequentem ſucceſſorem abſque apprehenſione, etiamſi vltimo Maioratus poſſeſſore viuente, ab alio occupata fuerit: quando ea occupatio abſque titulo facta fuit: nec debemus legem illam ad tranſlationem poſſeſſionis ex titulo legitimo factam extendere: cùm ſi id efficiendum eſſet, in hoc plura ſpecialia concurrerent, quæ nullo pacto circa idem ex vulgaribus iuris regulis tolerari poſſunt.

¶Quibus non obſtat dicta.l.45.Tauri, ibi: *O el dicho tenedor le aya dado la poſſeßion dellas.* Nam bene poterat tradi poſſeſſio ab vltimo Maioratus poſſeſſore, abſque titulo & cauſa legitima. Quę nuda traditio loco tituli non habetur. l. nunquam nuda.cum ſimilibus.ff.de acquir.rer. domi. Ideoque.l. illa in hac parte non de traditione ex titulo emptionis, ſeu venditionis, ſeu ex aliquo alio titulo habili ad tranſlationẽ dominij: ſed de nuda traditione intelligenda erit: cùm lex ipſa id clarè non diſponat, nec ex ea tot abſurda, atque ſpecialia aduerſus iura communia inducenda ſint.

¶Pro huius autem articuli reſolutione diſtinguẽdum eſſe mihi videtur. Nam aut titulus, ex quo res Maioratus à præcedenti Maioratus poſſeſſore alienatæ fuerunt, eſt titulus ſimplex venditionis, ſeu donationis factus ab ipſo vltimo poſſeſſore propria authoritate, & abſque cauſa legitima, atque per conſequens euidenter nullus. Et tunc dicendum erit, hoc titulo non obſtante, remedium poſſeſſorium ex dicta lege.45. Tauri præſtandum eſ-
55 ſe. Ille † namque titulus habetur pro non titulo: idcóque non impedit prædictum remedium poſſeſſorium Bal.in l.inciuilem.num.2.C.de furtis.Bart. & cæteri Scribentes in l.ſi aliàs autem.§.ſi duobus nu.1.ff.de publi.l.nec vllam.§.1.ff. de peti. hæredi. Angel.in §.ſed iſtæ quidem.colum.penul. Inſti.de acti. Scriben. communiter. in l. rem quæ nobis.ff. de acquiren.poſſeſ. & alibi ſæpé. Quod præſertim in hoc iudicio dicendum eſt, cùm poſſeſſorium remedium ex d.l.Tauri conceſſum, mixtam habeat proprietatis cauſam.

¶Aut titulus, ex quo alienatio facta fuit, proceſſit à primo Maioratus inſtitutore, vel alienatio ex debitis eiuſdem facta fuit, vel aliàs Regia facultate interueniente. Et tunc dicendum erit, pro rebus hoc pacto alienatis, remedium dictæ legis. 45. Tauri præſtandum non eſſe: ſed negotium hoc ad Regios Conuentus eſſe remittendum, vt ibidem petentibus via ordinaria iuſtitia miniſtretur. Hæc nãque negotia eius qualitatis eſſe ſolẽt, vt de eis nõ facilè valeat in iudiciis ſummariis cognoſci: ſed altiorem indaginem requirere ſoleant: idque etiã quando titulus ab alio tertio acquiſitus fuit: dubitatúrque vtrum ea res in Maioratu comprehenſa fuerit, vel non, ſeu aliter de eius tituli veriſimilitudine conſtat, dicendum videtur.

56 ¶Sed † quoniam ex deciſione.l.9.ti.7.lib.5.in noua legum Regni collectione diſpoſitum eſt, quòd remedium illud proponendum ſit intra ſex menſes à die mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris, atque occupationis factæ ab illo, qui prætendit ſe eſſe Maioratus ſucceſſorem computandos, dubi-
57 tari ſolet: † vtrum ſi is, qui actualem poſſeſſionem conſequi prætendit, tanquam eiuſdem Maioratus legitimus ſucceſſor propoſuit ineptum libellum intra terminum dictorum ſex menſium, & poſt ipſos ſex menſes tranſactos proponit aptam actionem ex alia cauſa: vtrum ex deciſione dictæ legis excludatur, ſeu ex primæ actionis propoſitione intra ſex menſes facta, admittendus ſit. In qua ſpecie dicendum eſt, quòd ab hoc remedio excludi debeat, ac ſi intra ſex menſes nullam petitionem propoſuiſſet. Prima namque petitio tanquam inepta non eſt attendenda: ſecunda autem tanquam noua iudicanda erit: prout dixit Gloſſ. in l. ſi pater.C.ne de ſtatu defuncto.verb.*Status*.cui eſt alia conſimilis in auth.offeratur.C. de litis conteſtatione verb.*Pro nihilo*. quas vtrobiq. cõmuniter Scribentes ſequuntur Bald.in l.edicta.C.de eden.2.lectu.nu.17.idem Bal.in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur. Matth.de Afflict.in conſti.Reg.Siciliæ.lib.2. Rub. 18.nu.6.& alibi ſæpe Scrib. idque quando ſecunda petitio omninò noua eſt, verum mihi videtur: ſecùs autem ſi noua iudicanda non ſit. Quod ex his, quæ Scrib.in d.l.edita.C.de eden.& in d.l.ius ciuile.adducere ſolent, facilè reſolui poterit.

58 ¶Sed dubitari etiam ſolet: † vtrum is, qui intra ſex menſes actionem aptam propoſuit, ſed poſt ſex menſes illam aduerſario intimari fecit, cenſeatur dictæ legis deciſioni ſatisfeciſſe: an ex ſex menſium lapſu ab eiuſdem legis remedio excludatur. In qua quæſtione prima facie dicendum videtur, quod non ſufficiat libelli productio: niſi ſubſequuta fuerit citatio, ſeu eiuſdem libelli intimatio. Quod probatur ex eleganti doctrina Bald. in l. fina.§. illud.nu.1.C.de temp.appella. iuncta glo.ibi. verb. *Exordium*, vbi inquit, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ teſtamentũ nõ inſinuatũ poſſit inſinuari, niſi prius fuerit petita caſſatio, ꝙ ſi ſuper ceſſatione eiꝰ dẽ teſtamẽti fuerit propoſitus libellus, nec parti intimatus: nihilominus poterit teſtamẽtũ ipſum inſinuari: quia cùm libellus non fuerit intimatus, idipſum eſt, ac ſi non fuiſſet productus. Ex quibus etiam dixit Ang.in Auth.de iudicib.§.appellatio.n.5.colla.6.quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd à ſententia ſit infra decem dies appellandum, & infra alios.20. dies ſit appellatio proſequẽda: quòd ſi quis in proſecutionem appellationis, intra.20. dies libellum propoſuerit, nec parti illum intimari fecerit, non videatur ſtatuto ſatisfeciſſe. Quibus plura cumulat Feli.in c.illud.de præſcrip.n.11.

¶Quanuis autem hæc ſtringere videantur, contrarium tamen verius mihi videtur: nam.d.l.9.titul.7. lib.5.noui ordi.non requirit iudicij exordium, nec perſecutionem, ſed ſolùm nudam libelli propoſitionem, vt conſtat ex verbis eiuſdem.l.ibi. *Y paſſado el dicho tiempo otro viniere al nueſtro Conſeio pidiendola.* Non enim lex illa excludit ab eius remedio, niſi illum qui poſt terminum ſex menſium venerit ad Regium conſilium, petens bonorum Maioratus poſſeſſionem: imò ex eiſdem verbis, eum qui venit ad Regium conſilium, bonorúmque poſſeſſionem petiit, intra terminum ſex menſium expreſſè admittit. Quo caſu ſola libelli propoſitio ſufficit, nec citatio, nec eiuſdem libelli intimatio requiritur: vt comprehenditur ex eleganti doctri. Bald.in l.1.C.quando libell.Princip.dat.n.3. vbi inquit, quòd aut ſtatutum nihil aliud exigit, quàm libelli productionem, & tunc non ſit neceſſaria citatio: ſed ſola libelli oblatio ſufficiens eſt, aut requirit aliquem proceſſum, & tunc requiritur citatio, quæ eſt cuiuſlibet proceſſus initium. Cuius dictum refert & ſequitur Felin.in d.c.illud de præſcriptio.n.11. Sícque in caſu contingenti pronuntiatum vidimus.

59 ¶Illud autem prætermittẽdum non erit, † quòd ſi vltimus Maioratus poſſeſſor vt in vita ſua bonorum Maioratus poſſeſſionem in alium, quem prętendit eiuſdem Primogenij ſucceſſorem efficere, tranſtulerit: tertius qui eiuſdem ſucceſſionem prętendit, non poterit, eo viuente, remedium d.l. 45. proponere. Cùm enim ipſe viuente vltimo Maioratus poſſeſſore vocatus non ſit, nec poſſit ad Maioratum ipſum ius aliquod prætendere, conſequẽs eſt, vt vſque ad mortem eiuſdem, remedium hoc præſtandum non ſit: eo præſertim, quòd vltimus Maioratus poſſeſſor poſſit Maioratum ipſum, cui voluerit fruendum præſtare, vt ſupra lib.1.c. 21. oſtenſum eſt. Idque apertiſſime inſinuant verba.d.l. 9.tit.7.lib.5.noui ordina. ibi. *Y en caſo que algun poſſeedor de Mayoradgo falliciere, &c.* Quanuis non diffiteamur, quòd ſi aliquis alius caſus euenerit, ex quo vltimus Maioratus poſſeſſor pro mortuo habendus ſit, poſſit in vita eiuſdem remedium dictæ legis proponi.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm. ff.de lib.& poſthu.ibi, *vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſint.* l.ſi necem.§.deportatus. cum ſimil.ff de bon.lib.

60 ¶Similiter etiam † illud animaduertendum eſt d. l.diſpoſitionem quoad lapſum ſex menſium minores, infantes, abſentes, atque ignorantes comprehendere: ita, vt vltra hoc tempus remedium d.l.45. Tauri eis pręſtandum non ſit, atque ſi id tranſactũ fuerit, ſit illis reſtitutio deneganda: prout in tempore ad retractum conceſſo reſoluit Tiraquel. de retract. Lignagier.§.35.gloſſ.2.3.& 4.vbi plura in idem adducit. Quæ omnia ad caſum, de quo agimus, ex ſimilitudine rationis trahi poterunt. Quibus adiiciendum eſt, quòd minor ſeu abſens, vel ignorans ex lapſu ſex menſium, non admittit ius ſuum: ſed ſolùm facultatem proponendi hoc remedium in Regio ſupremo conſilio. A qua facultate excluſus, poterit nihilominùs ius ſuum: tam quoad poſſeſſionem, quàm quoad proprietatem coram iudicibus ordinariis proſequi. In quo caſu ſibi reſtitutio deneganda erit. Cùm etiam minori, qui declinatoriam fori, vel aliam ſimilem dilatoriam exceptionem omiſit reſtitutio concedi non ſoleat, ex eo quòd damnum hoc irreparabile non ſit, nec etiam ſit pro modica læſione reſtitutio concedenda, vt opinatur Innocen.in c.coram.de offi. delega. Quem ſequuntur Bald.in l.peremptorias. nu.28.C.ſenten.reſcind.non poſſ. Ange.& Ludou. Roman.in l.1.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit. Idem Angelus in l.quidam conſulebant.ff.de re iudi.Feli.in c.fraternitatis.de teſtib.n.6.ver.fallit.2.

61 ¶Sed hæc vltima ratio parum tuta eſt: † cùm etiã aduerſus declinatoriam fori minor poſſit reſtitui: quando ex eius omiſſione graue damnum incurrit, vt arbitratur Bald.in c.1.de offi.iudi.numero 7. Quem ſequitur Imol.in d.l. quidam conſulebant. col.antepe.& Iaſ.in d.l.1.ff. ſi quis in ius vocat.nu. 38.Capycius, qui plura refert, reſoluítque hoc iudicis arbitrio committendum eſſe; deciſ.13.n.2. cũ ſeq. Non autem eſt dubium, quin in caſu, de quo agimus, ex lapſu ſex menſium, minori damnum enorme ſequatur, cùm amittat remedium ſummarium ac executiuum, atque ſupremorum conſiliariorum iudicium, quod maximi momenti eſt. Ideóque ex aliis rationibus quæ à Tiraquello vbi ſup. latiſſimè traduntur, huius quæſtionis reſolutio aptiùs colligi poterit, quæ in lapſu termini vera eſſe videtur. Non enim eſt veriſimile, legiſlatores ſenſiſſe.d.l.remediũ minoribus, abſentibus, vel ignorantibus poſt plures annos, quibus iam Maioratus ab aliquo pacificè poſſidetur, ex reſtitutione præſtandum eſſe: quod ex verbis, ac ratione dictarum legum facilè comprehendi poterit.

¶Sed dubitari poterit, quid dicendum ſit: quando mortuo vltimo Maioratus poſſeſſore, minor

qui prętendit Maioratus poſſeſſionem,remedium
pro illa adipiſcenda, coram iudice ordinario, vel
aliquo ex Regiis conuentibus propoſuit: & tandē
pœnitentia ductus intra ſex menſes ad regium ſu
premum conſilium recurrit,remedium,quod ex.
d.l.45.Tauri ſibi competit,ibidem proponens,pe
ténſque aduerſus primam actionem coram ordi-
nariis iudicibus propoſitam in integrum reſtitu-
tionem. Qua in re ex ſuperiùs adductis videtur di
cendum,minori reſtitutionem aduersùs primę a-
ctionis propoſitionem concedendam eſſe. Cōſtat
namque ex huius actionis propoſitione remediū
ſummarium,ac executiuū, atque ſupremorum cō
ſiliariorum iudicium amiſiſſe: quod nullo pacto
modicum damnum iudicari poteſt:ſi ex iudicantis
arbitrio perpendendum, atque æſtimandum ſit.
Quod ex innoc. in d. c. coram. comprehenditur:
probatúrque ex his,quæ paulò ante adducta ſunt.
Idque verum mihi videtur,niſi forſan minori ma-
gis expediret remedium ordinarium pro Maiora-
tus poſſeſſione conſequenda, quàm executiuum
proponere: veluti ſi neceſſarium ſibi eſſet aliquid
probare, quod intra. 50. dies probari non valeat
vel ſi potius expediebat ſibi iudicium proprietatis
quàm poſſeſſionis proponere,vel ex alia ſimili cau
ſa conuenientius eſſet ei remedium ordinarium,
quàm ſummarium intentare. Ad quæ omnia in-
telligenda cauſæ cognitio requiritur,nec illicò re-
ſtitutio ex ſola propoſitione huius remedij coram
iudicibus ordinariis concedanda erit.

¶Similiter etiam controuerti poteſt: vtrum mi
nor, qui viuente vltimo Maioratus poſſeſſore, a-
ctionem propoſuit, vt declaretur eo mortuo ſibi
Maioratus ſucceſſionem pertinere:ſi pendēte hoc
iudicio, Maioratus poſſeſſor moriatur, valeat re-
licto illo iudicio remedium ſummarium, ac exe-
cutiuum ex dicta.l.45. Tauri proponere,petita re
ſtitutione. Qua in re dicendum eſt: caſum, de
quo agimus, ad remedium reſtitutionis non ſpe-
ctare. Minor namque in proponendo hoc reme-
dium, viuente vltimo poſſeſſore, nullo pacto cir-
cumuentus dici poteſt:cùm fecerit id, quod quili-
bet maior, ac prudens feciſſet, potuiſſetque vlti-
mus Maioratus poſſeſſor viuere tot annis, vt in il-
lis,lis ſuperMaioratus ſucceſſione finiretur.Quod
longè vtilius ſibi futurum eſſet: quàm eo mortuo
iudicium ſummarium, atque executiuum propo-
nere.Quamobrem etſi aliter contigerit, non po-
terit minor aduerſus hunc contrarium euentum
reſtitutionem petere.In his namque quę ſe habēt
ad eſſe,& ad non eſſe, quoad læſionem minor non
reſtituitur l.verum.§.ſciēdum.ff.de mino.Per quē
tex.dixit Barto.ibi ante num.primo, quòd minor
non reſtituitur, quando læſus fuit caſu fortuito. l.
fideicommiſſo.C.de tranſactio.vbi Deci.n.3. poſt
cæteros Scrib.vbi plura in idem adducit.l.ſi pater
puellæ.vbi etiam communiter Scrib.id notant.C.
de inoffi.teſta.

62 ¶Prætereà illud etiam ſciēdum eſt,† remedium
ex d.l.45. Tauri introductum, non ſolùm in Ma-
ioratibus ex Regia facultate inſtitutis, ſed etiam
in his,qui abſque Regia facultate, ex legū Regia-
rum diſpoſitione inſtituti ſunt, præſtandum eſſe:
idque etiam in iuriſpatronatibus, atque anniuer-
ſariis iureMaioratus relictis procedere:prout ſup.
lib.1.c.1.nu.25.cum ſeq.oſtenſum eſt.

¶Sed quoniam,prout in huius capitis principio
præmiſimus:etſi antiquis temporibus remedium
hoc pro conſequenda actuali tenuta tantùm con-
ceſſum fuerit, hodie iam non remedium tenutæ,
ſed remedium poſſorium effectum ſit, libet ali-
qua dubia proponere, quæ ex hac mutatione mihi
occurrunt.

63 In primis autem dubitari poteſt,†vtrum in hoc
remedio iam poſſeſſorio minor aduersꝰ probatio
nem omiſſam reſtituendus ſit. Qua in re in primis
illud apud omnes abſolutiſſimum eſt,quòd in re-
medio ſummario atque executiuo, quod concedi-
ſolebat pro ſola actuali tenuta conſequenda: dum
tamen poſteà cauſa poſſeſſionis & proprietatis
plenariè examinaretur,hæc reſtitutio concedenda
non erat: prout ex pluribus probat Capycius de-
ciſ.13.num.2.cum ſequ. vbi in fina.verbis profite-
tur,ſic fuiſſe in conſilio Neapolitano bis iudica-
tum:atque.D.Dida. de Couarru. in quæſtionibus
practi.q.17.n.4.verſi.Sextum. Sicque nunquam vi
di ſimilem reſtitutionem minoribus conceſſam
fuiſſe in Regio ac ſupremo Caſtellæ conſilio, eo
tempore, quo ſolùm de remedio tenutæ, quoad
ſucceſſionem Primogeniorum, in illo agebatur:
imò,ſi benè memini in quodam negotio petita,at
que etiam denegata fuit.

¶Cęterum cùm iam remedium hoc non ſolùm
ad tenutam,ſed ad verā bonorum Maioratus poſ-
ſeſſionem conſequendam concedatur, dicendum
videtur,in illo reſtitutionem huiuſmodi concedē
64 dam eſſe.In†remediis namq; poſſeſſoriis, quę pro
adipiſcenda,retinenda,vel recuperanda poſſeſſio-
ne conceduntur,minor aduerſus probationem o-
miſſam reſtituendus eſt.glo.ordina. quam ibidem
Scrib.ſequuntur in l.1.in glo. fina. circa medium.
C.ſi de momen.poſſe.fue.appellat. Iaſ.in l.1. n.10.
ff.de iuriſdi.omn.iudi.& in Auth.Sacramenta pu-
berum.n.57.C.ſi aduerſus vendi. D.Dida. de Co-
uar.d.c.27.n.3.verſi. Sextum. Capycius.d.deciſ.13.
n.11.Quod etiam ſic in his Regnis in omnibus re-
mediis poſſeſſoriis obſeruari ſolitum eſt.

¶Sed his non obſtantibus, dicendum eſt huiuſ-
modi reſtitutionem etiam hodie concedendam
non eſſe.Nam quamuis ex l.10.tit.7. lib.5.in noua
leg.Reg.collectione diſpoſitum ſit,remedium exe
cutiuum, quod pro tenuta bonorum adipiſcenda
olim conſtitutum erat:hodie non pro tenuta, ſed
pro poſſeſſione præſtandum eſſe. Vt tamen hæc
omnia dubia vitarentur,eadem ipſa lege diſponi-
tur, in omnibus aliis ſeruandum eſſe illud, quod
ex legibus antiquis in iudicio tenutæ quoad iudi-
cij formam, & quoad alia ſeruandum erat: prout
cōſtat ex verbis eiuſdē legis,ibi. *Guardandoſe en lo
demas todo lo cōtenido en la dicha ley.* quæ eſt lex
præcedens.9.in ordine eod.tit.& lib.Ex quib.ver-
bis cenſetur hæc difficultas omninò ſublata.Nam
quamuis hoc in ea lege expreſſum non ſit, virtuali
ter tamen in ea comprehenditur,ex eo,quòd in re
medio tenutæ nunquam huiuſmodi reſtitutio cō-
ceſſa fuerit,nec iure etiam concedenda ſit.

¶Sed adhuc non videtur ex ea lege hanc con-
trouerſiam ceſſare:dicta namque.l.9.non declarat
vtrum aduerſus probationem omiſſam remedium
reſtitutionis minoribus concedendum ſit: nec ex
verbis generalibus eiuſdem legis cenſetur hoc re-
65 medium eiſdem denegatum: lex † namq; genera
liter diſponens minores,ſeu alias perſonas,priuile
giatas,non comprehēdit:niſi de illis ſpecificè diſ-
ponat.l.Decurionibus.C.de ſilentia.lib.12.l.ſcien-
dum.in princ.vbi glo.& communiter Scrib. id no
tant. ff. qui ſatiſda. cogan. quod in reſtitutione in
integrum probatur ex tex.iuncta glo.fina.in c.co-
ram.de



ram. de in integrum reſti. vbi omni dilatione iam
Eccleſiæ denegata, tandem ex reſtitutione in in-
tegrum admittitur: quaſi ea ſub generali denega-
tione comprehenſa non cenſeatur. Idque ſic re-
ſoluit Areti.conſ.104.n.5.& 6.plura in idem addu-
cens. Et quanuis poſteà eadem lex ſubiungat, in
omnibus aliis ſeruanda eſſe ea, quæ in d.l. conten-
ta ſunt, ſub illis verbis hoc non comprehenditur:
cùm nec in illius.l.verbis expreſſum ſit: nec etiam
virtualiter ex ea elici poſſit: quòd ſi dicatur ex con
muni ſtylo id obſeruatum fuiſſe, hoc nihil obſtat:
ille namque ſtylus ideò in hoc remedio introdu-
ctus erat,quòd in illo non de poſſeſſione, ſed tan-
tùm de tenuta agebatur. Cùm autem nunc etiam
de poſſeſſione agendum ſit: debet etiam ſtylus re-
medio poſſeſſorio correſpondere:ceſſantéque cau
ſa,quare ſtylus introductus fuit,ſtylus etiam ceſſa-
re debet: ſicut ceſſante cauſa legis, ceſſare debet
& ipſa lex.l.adigere.§.quanuis.cum ſimilibus.ff.de
iure patrona. Quibus adiicitur grauiſſimum eſſe
abſque lege, atque iuridico fundamento minorē
à remedio reſtitutionis in cauſa poſſeſſoria tam
grauis præiudicij excludere:præſertim cùm illa de
poſſeſſorio habente cauſam proprietatis annexam
agatur:in quo omnia illa, quæ in cauſa proprieta-
tis admittuntur, admittenda ſunt, vt ſup.iſto cap.
nume.12.probauimus.Ex quibus quęſtio hæc ſatis
dubia videtur. adeò vt ad illius deciſionem Regia
declaratione opus eſſet. Quamobrem cùm caſus
contigerit, de ea deliberandum erit: videtur nam
que dictam.l.10.nihil in hoc,& in his etiam quæ ſe
quuntur,innouare voluiſſe.

¶Idipſum etiam pari ratione dicendum erit, in
66 teſtium reprobatione:nā†quāuis in remedio ſum
mario,atque executiuo, vbi non agitur de poſſeſ-
ſione concedenda, ſeu auferenda, non admittatur
teſtium reprobatio,vt ex pluribus probant Capy-
cius deciſ.55.nu.4.cum ſeq.& D.Dida.de Couar-
ru.d.c.17.nu.4.verſi.Septimo,& ſemper in reme-
dio.d.l.45.Tauri,quando in illa de ſola tenuta age-
batur,obſeruatum fuit:hodie tamen, cùm iam aga
tur de poſſeſſione concedenda,vel auferēda,iuſtiſ-
ſimum videtur hos teſtium defectus admittendos
eſſe. Sic namque in omnibus interdictis poſſeſſo-
riis admitti debent, vt apertiſſimè probant Barto.
in extrauagan.ad reprimendum.verbo, *Summariè*
Franc.de Aretin.in c.veniens. de teſtib.7.& 8. col.
Capycius dicta deciſ.55.num 5.cum ſeq.Atque D.
Dida.de Couarr.d.c.17.n.4.verſ.quòd ſi ageretur.
Idque ſic communiter in aliis interdictis poſſeſſo-
riis obſeruari ſolitum eſt.Qua ratione duriſſimum
videtur in hoc iudicio poſſeſſorio tanti præiudi-
cij hoc remedium excludere: quanuis huic opini.
d.l.10.planè reſiſtat.Quapropter de hoc etiam de-
liberandum erit.

¶Pari etiam ratione idem dicendum erit de pu-
67 blicatione: nam † etſi illa in remedio tenutæ nun-
quam facta fuerit, quanuis ſemper daretur parti-
bus copia probationum abſque publicatione: in
iudiciis tamen poſſeſſoriis,quāuis ſummariis,pro-
bationum publicatio neceſſaria eſt,vt dixit Bartol.
in d.extrauagan.ad reprimendum, verbo.*Figura.*
verſi.Et an requiratur publicatio. Quem refert, &
ſequitur quoad remedia poſſeſſoria, Capycius. d.
deciſ.55.n.3. ſicque ſemper in interdictis poſſeſſo-
riis obſeruari ſolet. Et etiam idipſum in hoc inter
dicto ſeruandum foret:niſi d.l.10.reſiſteret.

¶Similiter etiam idem dicendum erit in impugna-
68 tione,ſeu contradictione ſcripturarum: † quanuis
enim illa in remedio tenutæ admittenda non ſit
niſi ſit aliqua falſitatis ſuſcipio, quæ breuiſſimè
poſſit examinari: prout cenſuerunt Maſuerius in
ſua practi.tit.de poſſeſs.n.25. Capycius.d. deciſ.55.
n.8.ad fin.Dida. de Couarru.in d.c.17.nu.4. verſi.
Nono.In remediis tamen poſſeſſoriis nulli dubiū
eſt:niſi quòd ea exceptio admittēda ſit. Quod præ
ſertim in hoc remedio,quod habet annexam cau-
ſam proprietatis efficiendum foret:niſi.d.l.10. re-
ſiſteret.

69 ¶Ex his etiam decidi poterit alia quæſtio:† vtrū
ſcilicet in hoc interdicto, quod iam poſſeſſorium
eſt,fructuum petitio admittenda ſit, atque eorum
condemnatio,vel abſolutio facienda. Qua in re
dicendum eſt, quòd quamuis in remedio tenutæ,
in quo de poſſeſſione, non agebatur nunquam fru
ctuum condemnatio facta fuerit:etſi pluries peti-
ta fuiſſet.In hoc tamen interdicto: cùm iam in il-
lo de poſſeſſione agatur, fructuum condemnatio
facienda eſt. Ea namque in interdictis poſſeſſoriis
fieri debet.l.Iulianus la.2.§.in Fauiana in fi.ff.de v-
ſur.& in ca.grauis de reſti.ſpolia. Iaſ.in l.Gallus.§.
& quid ſi tantum.n.69.ff.de liber.& poſth.Hippo-
li.ſing.17.Quod in conſequentiam remedij reſtitu
torij venit. Non enim aliter poſset quis reſtitutus
dici:niſi res ſibi cum fructibus reſtitueretur. Cùm
id afferre debeat reſtitutio, quod abſtulit læſio. l.
quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.Idque æquiſ
ſimum mihi videtur:tametſi huic æquitati. d. l.10.
non modicum reſiſtat.

¶Ex eiſdem etiam inferri poteſt ad deciſionem al
70 terius quæſtionis:†vtrum ſcilicet in hoc remedio
quod iam poſseſsorium eſt, valeat etiam proponi
aliud,quod interim appellatur ad hoc, vt pronun-
tietur quis pendente eo iudicio in rerum Maiora-
tus poſseſſione eſse debeat.Et prima facie videtur
dicendum quòd ſit: cùm in interdictis poſseſso-
riis etiam de hoc remedio agi ſoleat: prout profi-
tentur Paulus Caſtrenſis.conſ.3.col.1. lib.1. atque
plures alij, quos referunt Capycius deciſ. 13. deci-
ſione 55. & Dom.Didacus de Couarru. lib. practi.
quæſtion.capitu.17.num.1.& 2. Quod ſic frequen-
tiſſimè in forenſibus controuerſiis obſeruari ſoli-
tum eſt.

71 ¶Sed†quanuis in aliis remediis poſseſsoriis hoc
ſatis abſolutum ſit:in hoc tamen interdicto, quod
ex d.l.Tauricompetit,contrarium dicendum erit.
Nam etſi in aliis interdictis poſseſsoriis, quæ via
ordinaria tractantur, poſſit ſummariè agi de hoc
remedio quod interim appellatur. In hoc tamen
interdicto,de illo nullo pacto agi poterit. Cùm e-
nim remedium hoc ſummarium, atque breuiſſi-
mum ſit,conſtat in illo non poſse de alio remedio
quod etiam ſummarium eſt,tractari,nec pronun-
tiari. Si enim id fieri poſſet,futurum eſſet,vt eodē
tempore cauſa ſuper negotio principali, atque ſu-
per interdicto,quod interim appellatur,terminan
da foret.Quo tempore non ſuper eo quod pendē-
te iudicio efficiendum eſt: ſed potiùs de negotio
principali agendum erit, ſuperflua námque eſset
pronuntiatio de eo,quod pendente iudicio efficiē
dum eſt: cum ſententia lata ſuper principali ſta-
tim exequenda ſit, atque aliud remedium abſor-
beat.

72 ¶Hoc tamen limitandum erit:† niſi veriſimiliter
timeatur, quòd partes ad arma peruenturæ ſint,
vel alias ſcandalum ſperetur.Eo námque caſu Re-
gij conſiliarij debent hoc ita componere, ne ſcan-
dalum oriatur,ſeu partes ad arma,& contentiones
deue-

deueniāt,ſiue prouidendo,quòd poſſideat pendē-
te lite ille quem ex probationibus ſeu aliter con-
ſtat tempore eiuſdem litis motæ poſſediſſe, vel
Maioratum ſequeſtrando,ſi non conſtet quis eorū
tempore motę litis poſſidebat.l.æquiſſimum cum
ſimilibus.ff.de vſufruct.Quibus forſan aliæ ſimiles
quæſtiones adiungi poſſent, quorum aliquæ ege-
rent Regia declaratione.

¶Vltimo autem loco ſciendum eſt, quòd ex eo
quod ex d.l.9.titulo.7.lib.5.noui.ordi. diſpoſitum
eſt, quòd terminata cauſa poſſeſſionis bonorum
Maioratus, proprietatis cauſa ad Regios conuen-
tus remittatur,pluries controuerti ſolet.Ad quem
ex Regiis conuentibus cauſa proprietatis remit-
tenda ſit: quando bona Maioratus, tam in Pincia-
ni: quàm in Granatenſis conuentus diſtrictu ſita
73 ſunt.Qua†in re dicendum eſt cauſam proprietatis
ad illum conuentum remittendam eſſe, vbi maio-
rem bonorum Maioratus partem eſſe, probatum
fuerit.l. ſi fideicommiſſum in principio vbi id cō-
muniter Scribentes annotare ſolent. ff. de iudi.l.
qui ita.§.fina.ff.ad Trebel.l.prima in principio. C.
vbi de hæred. agi.opo.Ioan.de Ana. conſ.4.nume.
3.Tiraquellus qui alia refert de retract.Lignagier.
§.36. gloſſ.3. numero ſexto, & alibi ſæpè Scri-
bentes.

74 ¶Hoc tamē limitari ſolet:†niſi caput ipſius Ma-
ioratus ſit,in alio diſtrictu.Tunc námque,quanuis
maior bonorum Maioratus pars ſit in alio, lis ad
eum conuentum in cuius diſtrictu caput ipſius Ma
ioratus eſt,remittenda erit.l. tertia in principio.ff.
de acquir.poſſeſſ.vbi Scribentes plura in idem ad-
ducunt. Quod ex pluribus probat Tiraquellus in
d.§.36.gloſſ.3.nume.4.& 5. Idque quando eidem
oppido, quod eſt caput Maioratus cætera oppida
ſubiecta ſunt,verum eſt:ſed quando vtrumque op
pidum de per ſe ſubſiſtit, habétque iuriſdictionē
ſeperatam dubium videtur ex his, quæ Tiraquel.i-
bidem adducit. Nihillominùs tamen cum ſimili-
bus quæſtio controuerſa fuiſſet ſuper ſucceſſione
Comitatus de Buendia lis ex decreto ſummi Ca-
ſtellæ ſenatus ad Regium conuentum Granatenſe
remiſſa fuit,vbi erat illius Comitatus caput: hoc
eſt oppidum de Buendia:quanuis in diſtrictu Pin-
ciani Conuentus maior ipſius Comitatus pars ſita
eſſet: tametſi forſan ad id efficiēdum iudices ex a-
liis etiam cauſis moti fuerunt.Ideóque exemplum
hoc non facilè ad alia negotia trahendum erit.

*SVMMARIA.*

1 *Iudicium agitari poteſt pro legatis annuis futuris,quorum dies nondum ceſſit.*
2 *Sententia lata ſuper vſuris nondum decurſis valet.*
3 *Ius conditionale poteſt in iudicium deduci ante euentum conditionis,ſi chirographum debiti dele-tum ſit.*
4 *Iudicium cœptum ſuper iure de futuro,valeat:ſi pendente iudicio ius ſuperueniat.*
5 *Cautio nedum pro damno præterito:ſed pro futuro peti poteſt.*
6 *Exceptio poteſt per viam actionis in iudicium deduci,& ſuper illa pronuntiari valet.*
7 *Ille,cui competit aliquod ius,poteſt petere,vt declaretur ſibi competere.*
8 *Comes poßidens Comitatum poteſt petere.vt declaretur Comes.*
9 *Diffamatus poteſt actionem proponere,vt diffamans à diffamatione deſiſtat.*
10 *Iudicium non poteſt fundari: ita, vt ex poſtfacto iudicium ipſum poßit eſſe inane, & fruſtra-torium.*
11 *Iura ſuperuacua remedia non admittunt.*
12 *Iudicium ſuper Maioratus ſucceßione viuente poſſeſſore intentatum, ex pluribus cauſis poteſt inane reddi.*
13 *Iudicium ſuper iure conditionali ante euentum conditionis fundari non poteſt.*
14 *Tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectat.*
15 *Proximitas in Maioratus ſucceßione conſideranda eſt eo tempore,quo ſucceßio ipſa defertur.*
16 *Maioratus ſucceſſor qui timet, quòd ſibi copia probationum deperire valeat, alijs remediis vti poteſt.*
17 *Maioratus ſucceſſor non poteſt viuente ſucceſſore ſuper eius ſucceßione actionem proponere.*
18 *L.1.C.de fideicommiſſ.declaratur.*
19 *L.in lege Aquilia ſi deletum ff.ad leg. Aquil.declaratur.*
20 *L.ſi rem alienam.la.1.§.fina.ff.de pig.actio.& l.ſi mandauero tibi la.1.ff.manda declarantur.*
21 *L.ſi finita.§.eleganter.ff.de damna infect.declaratur.*
22 *L.ſi contendat.ff.de fideiuſſo.l.ſi duo patroni.in principio.ff.de iureiurand.l. vti frui. §. vtrum.ff.ſi vſusfructus.peta declarantur.*
23 *L.diffamari.C.de ingenuis,& manumi.declaratur, lateque examinatur: vtrum eius deciſio extra diffamationem ſtatus procedat.*
24 *Exempla,ſeu facti contingentiæ legum deciſiones non reſtringunt.*
25 *Leges Romanorum inter libertos,& ingenuos,ſeu patronos,vt plurimum caſus formare ſolent.*
26 *Ratio decidendi ad d.l.diffamari aßignatur.*
27 *Remedium.d.l.diffamari:non ſolùm ab ea lege ſed ab alijs etiam proditum eſſe.*
28 *Maioratus ſucceſſori graue damnum irrogatur ex diffamatione ſibi circa Maioratus ſucceßionem contingenti.*

29 Cauſæ



29 *Cauſæ,quæ ſuper maximo patrimonio verſantur,cauſis criminalibus,atque ſtatus æquiparantur.*
30 *Ratio legis ſufficit:ſi concurrat in caſu,de quo agitur: etſi in caſu legis maior ratio verſetur.*
31 *Iudicium ſuper remedio.d.l.ſi contendat,ſeu d.l.diffamari: vtrum ſubſtineri valeat abſque diffa-mationis ſummaria cognitione.*
32 *Iudicium viuente poſſeſſore ſuper Maioratus ſucceßione,ventilari poteſt, ex dolo,vel dißipatio-ne poſſeſſoris.*

## *Vtrum is qui Maioratus ſucceßionem, mortuo vltimo poſſeſſore prætendit, valeat eo viuente actionem proponere, vt poſt mortem eiuſdem,verus ipſius Maioratus ſucceſſor declaretur.*

## CAPVT XIIII.

VLtimo autē loco pro huius libri con
plemento decidenda ſe offert,ardua
atque frequentiſſima quæſtio quæ
pluries in forenſibus controuerſiis
ad vtramque partem cōtrouerti ſo-
lita eſt,vtrum ſcilicet is qui mortuo vltimo Maio-
ratus poſſeſſore eiuſdē ſucceſſionem prætendit,va
leat eo viuente,de eius ſucceſſione agere,atq.actio
nem proponere,vt ex tunc verus eiuſdēMaioratus
ſucceſſor,mortuo vltimo poſſeſſore,declaretr. Cu-
ius quęſtionis deciſio adeo difficilis ſemper exiſti-
mata eſt, vt de eadem re in ſupremis horū Regno
rum cōuentibus in cauſis grauiſſimis cōtrariæ ſen
tentiæ obtentæ fuerint,ideóque operæpretiū erit,
vt illam breuiter diſcutiamus atque reſoluamus.
1 ¶Quod aūt ea lis viuente vltimo Maioratus poſ-
ſeſſore agitari valeat ex ſequētib.probari ſolet.Pri
mò,ex tex.in l.1.C.de fideicō.vbi† ꝓbatur, legata-
riū poſſe agere pro legatis annuis nō ſolùm ſibi de
bitis,vērum etiā in futurū debendis & pręſtandis,
quorū dies nondū ceſſerat, ex qua lege cōmuniter
ibidē dici ſolet ſuper iure de futuro iudiciū inſti-
tui poſſe.Secūdò idipſū ꝓbatur ex tex.in l.1. C.de
2 ſentē.quæ ſine certa quāt.profer.vbi† diſpoſitū eſt
valere ſententiā latā ſuper vſuris nondū debitis ſed
debendis omni tēpore quo ſolutio in poſterū dif-
ferri contigerit,& per conſequens poſſe iudicium
ſuper iure futuro ſuſtineri.Tertiò,id etiā probatur
ex tex.in l.lege Aquilia.ſi deletum chirographum.
3 ff.ad l.Aquiliā:vbi† propter deletum chirographū
conditionale permittitur creditori ius cōditionale
ante aduentum diei ſeu conditionis in iudicium
proponere. Quartò idipſum etiam colligitur ex
tex.in l.rem alienam.la.1.§.fin.ff.de pignora actio-
4 ne.l.ſi mandauero tibi la.1.ff.mandati vbi†ſuſtine-
tur iudicium inchoatum ſuper iure de futuro, &
poteſt de illo pronuntiari,ſi ex poſtfacto pendente
iudicio ius de præſenti ſuperueniat.Ex quibus iu-
ribus probatur,valuiſſe iudicium ſuper iure de fu-
turo in iudiciū deductū,non enim poſſet pronun-
tiari ſuper actione quæ iure admitti non potuit:&
per conſequens ſuper iudicio nullo. Quintò idip-
ſum comprehenditur ex tex.in l.ſi finita.§. elegan-
5 ter.ff. de damno infecto: vbi probatur,ꝙ † cautio
nedū pro dāno præterito, ſed etiā pro futuro peti
poteſt. Sextò,hoc etiā probatur ex tex. in l.ſi con-
6 tendat.ff.de fideiuſſor.vbi reus†poteſt in iudicium
exceptionem in viā actionis deducere,vt declare-
tur illam ſibi competere, quod iudiciū ſuper iure
de futuro ſuſtineri poſſe videtur:cùm ante actio-
nis propoſitionem nemo poſſit exceptionibus vti
cum exceptio ſit actionis excluſio.l.2.cum ſimilib.
ff de exceptio.Septimò,hoc ipſū probatur ex text.
in l.ſi duo patroni in princip.ff.de iureiurando, &
in l.vti frui.†.vtrum.ff.ſi vſusfructus peta. vbi diſ-
7 ponitur,ꝙ†ille cui competit aliquod ius,poteſt pe
tere,vt declaretur ſibi competere ex quibus dixit
8 Bart.per tex.ibi in d.l.vti frui.§.vtrum,quòd †licet
Comes poſſideat Comitatum,poteſt petere,vt de
claretur Comes,ideóque pari ratione dicendo vi-
detur Maioratus ſucceſſorem petere poſſe,vt ipſius
Maioratus ſucceſſor declaretur.Octauo, hæc om-
nia apertiùs procedere videntur, ſi diffamatio ex
parte Maioratus poſſeſſoris, vel alterius eius ſuc-
9 ceſſionem prætendentis cōcurrat. Ex†hac namque
diffamatione nulli dubiū niſi, quòd poſſit facilius
iudiciū hoc intentari,vt alter ab ipſa diffamatione
ſeu iactatione deſiſtat,ſeu ſibi de ea prętenſione in
poſterū perpetuum ſilentiū imponatur ex tex.in l.
diffamari. C. de ingen.& manumiſ. qui ſimile re-
medium genericè concedit ei qui de aliquo iure
quod ſibi cōpetit diffamatur: prout communiter
Scrib.ex illo tex.annotare ſolent,ex quibus & aliis
quæ in id adduci poſſent,hanc opinionem veriorē
eſſe opinātur Rode.Xuarez allegatio.4. D.Didac.
de Couar.li.1.variarum reſolutio.capit.18.num.8.
Didacus de Simancas de Primoge.Hiſpa.li.1.c.28.
eamque opinionem apud ſuprema tribunalia plu-
ries in forenſibus cōtrouerſiis receptam vidimus.
Sed his non obſtantibus opinio hæc ſimpliciter
ſumpta,nullo pacto iuris principiis rectè perpen-
ſis ac conſideratis ſuſtineri poſſe videtur, quod a-
pertiſſimè probatur ex ſequentibus.
10 ¶Et primò hoc probatur ex eo quòd†iudiciū nō
poſſit fundari ſuper petitione qua admiſſa iudiciū
ipſū aliquo reſpectu valeat ex poſtfacto eſſe inane
vel fruſtratoriū,quod probat tex.ſatis notabilis in
l.litigatores.§.final.ff.de recept. q. arbit. recep.ibi.
*Arbitrū non prius cogendum ſentētiam dicere, quàm
conditio extiterit,ne ſit inefficax ſentētia deficiēte cō
ditione.*l.prætori.ff.de iudi.ibi. *Alioquin illuſoria e-
runt huiuſmodi edicta, & decreta Prætoris.* l.1. ff.de
inoffi.teſtā.l.final.§.penu.C.de bonis quę liberis l.
26.titulo quarto par.3.ibi. *Ea ſi el trabaio que ouie-
ſen paſſado enoyendolas, tornarſe les ya en eſcarnio y
11 en verguēza.* Qua ratione†iura ſuperuacua remedia
nō admittūt.l.hæc ſtipulatio.§.Diuus.ff.vt legato.
ſeu fideicō.nom.caue.l.nō cogēdi.§.fin.cū ſimilib.
12 ff.de ꝓcur.Sed ſic,ꝙ†ſi iudiciū in vita vltimi poſſeſ
ſoris ſuper Maioratus ſucceſſione fundari permit-
teretur,iudiciū ipſum poſſet inane ac fruſtratoriū
eſſe: quanuis enim is qui de Maioratus ſucceſſio-
ne contenderet, eſſet filius eiuſdem vltimi poſſeſ-
ſoris,poſſet tamen ipſe parenti præmori,& ſic poſt
plurium annorū litigium, iudicium ipſum defice-
re atque inane reddi.Item quanuis tempore cœpti
iudicij vnus eſſet proximior,tempore tamen mor-
tis poſſet alter proximior eſſe, & quanuis etiam eo
tempore maſculus deficeret, poſſet tamen ex poſt
facto naſci,& etiamſi eo tempore Maioratus poſ-
ſeſſor,liberos non habeat,poteſt illos ex poſtfacto
procrea,

procreare:& ſic in huiuſmodi caſibus, & cæteris ſi
milib.iudiciũ præcedens illuſoriũ reddi. Igitur cõ
ſequens eſt,vt tale iudicium permitti nõ valeat,ſa-
tis eñ reſpublica his litibus vexatur quæ ex cauſa
præſenti,& neceſſaria,atque inuariabili verſantur,
abſque eo quòd de iure futuro voluntario atque
variabili ante tempus litigari permittatur, ex qua-
rum litium exercitio nullum aliud commodum re
portari ſolet, quàm poſt plurium annorũ lapſum,
atque maximam partium iacturam & patrimonio
rum conſummationem:intelligere id omne inane
atque fruſtratorium fuiſſe, prout non ſemel in ca-
ſibus ſimilibus contigiſſe mihi compertum eſt. Vi
dimus enim quòd cum viuente poſſeſſore de cu-
iuſdam Primogenij ſucceſſione ageretur, actore
contendente,quòd in defectum filiorũ vltimi poſ
ſeſſoris, ipſe ad eiuſdem Maioratus ſucceſſionem
vocatus eſſet,in eius fauorem in quodam ſupremo
horum Regnorum conuentu ſententiæ latæ fue-
runt,poſt quarũ prolationem,& multorum anno-
rum litigium maximáſque rixas ac contentiones
quæ ex eadem lite ortæ fuerunt,ipſe vltimus poſ-
ſeſſor liberos procreauit iudiciúmque ipſum illu-
ſorium atque inutile redditum fuit,quod quãtum
à viris Chriſtianis atque bona reipublicæ inſtitu-
tione alienum eſſe debeat, nullus eſt qui ignoret,
quæ ratio adeò vrgens eſt,vt ex ea ſola præcedens
opinio ſubuertatur atque iniquiſſima reddatur.
13 ¶Secundò,his etiam accedit† quòd pluribus iu-
ribus cautum ſit ſuper iure conditionali ac futuro,
cuius dies nondum ceſſit, nullo pacto iudiciũ ad-
mitti poſſe,quod ꝓbatur ex tex.ſatis notabili,quã
uis vulgari in l.non queẽadmodum.ff.de iud.vbi id
ipſum communiter Scrib.annotare ſolent.
14 ¶Tertiò hoc etiã probatur ex eo ꝙ† tractus fu-
turi temporis ad iudicis officium non ſpectet.l.1.
§.1.ff.de vſuris,ibi. *Quid enim pertinet ad officium iu
dicis futuri temporis tractus*.l.Anteius ait.§. in hoc
iudicio.ff.de aqua pluuia.arcen.l.non poteſt. ff. de
iudi.cum plurib.ſimilib.
¶Quarto idem etiã probatur ex tex.in l.ſi ita ſcri
ptum.§.1.ff.de lega.2.ibi. *Nec pertinet ad nos ante-
quàm dies veniat*.l.ſi filius qui patri. §. cum filius.
ff.de bon.libert.ibi. *Qui ſequentis gradus ſunt non
admittũtur interĩ*,& ibi.*Differri cõtrouerſia debebit*.
15 ¶Quintò id etiam cõprobatur ex eo,quòd† pro
ximitas in Maioratus ſucceſſione conſideranda ſit
eo tempore,quo ipſius Maioratus ſucceſſio defer-
tur,nec attendenda ſit præteriti vel ſequentis tem-
poris proximitas:vt s̃.iſto lib.capit.11.latiſſimè di-
ſeruimus. Cùm igitur ante mortẽ vltimi poſſeſſo-
ris ea proximitas nullo pacto ſciri poſſit, cum ſo-
leat ex tempore non ſemel variari:conſequens eſt
vt ante id tempus is qui prætendit Maioratus ſuc-
ceſſionem,actionem non habeat, atque per conſe
quens agere non poſſit,cùm nemo ſine actione ex
periatur.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego. geſtis,
& iudicium requirat fundamentum iuris agentis.
l.1.in princip.cum ſimilib.ff.ſi pars hæredi.peta.
16 ¶Sextò,prædicta etiam cõprobantur,ex eo ꝙ† ſi
Maioratus ſucceſſor timeat, ne probationũ copia
ſibi depereat, poſſit teſtes facere ad perpetuã rei
memoriã examinari,quod ei pluribus iuribus per-
miſſum eſt, atque ſimiliter mortuo vltimo Maio-
ratus poſſeſſore valeat iudicium ſummarium, at-
que executiuum quod ex l.45.Tauri ſibi competit
in Regio conſilio proponere,ex eoque breuiſſimè
Maioratus poſſeſſionem conſequi,quod longè vti
lius ſibi futurum erit, quàm in vita vltimi poſſeſ-
ſoris iudicium ordinarium incipere:vidimus nam
que huiuſmodi iudicio in vita vltimi poſſeſſoris
cœpto ipſum vltimum poſſeſſorem ante eius finẽ
mori,atque ex eius iudicij pendẽtia remediũ ſum-
marium atque exequutiuũ impediri,ex quo acto-
ri ipſius Maioratus ſucceſſionem prætendenti non
modicum damnum irrigatum fuit.
17 ¶Ex† quibus & aliis quæ in id cumulari poſſent,
hanc opinionem reiecta prima,in terminis Hiſpa-
norum Maioratuum tanquã veriorem ſequuti fue
runt Roder.Xuar. qui fuerat præcipuus contrariæ
opinionis author allegatione 3. qui etiam in alle-
gatione.4. inquit contra primam opinionẽ fuiſſe
iudicatum in Pintiano conuentu, atque Arias Pi-
nel.in l.1.C.de bon.mater.3.part. nu.78. qui aſſerit
ita fuiſſe in cauſa arduiſſima pronuntiatũ per gra-
uiſſimos viros & Anto.Gomet.in l.40. Tauri nu
70.& Fernãdus Menchaca de ſucceſſio. creatione
§.6.n.46.Nouiſſimè quę Dominus Ant.de Padil-
la.in l.1.C.de fideic.n.31.vbi inquit ſic ex. Pintiani
prætorij decreto deciſum fuiſſe : idque cõtingit in
lite quæ vertebatur ſuper ſucceſſione Comitatus
de Buendia,in ea autem lite in Granatenſi conuen
tu,contrarium pronuntiatum fuit, dum inter hæc
duo ſuprema tribunalia de illius negotij cognitio
ne contenderetur,quæ iuriſdictionis contentio ex
Regij conſilij decreto poſtmodùm deciſa fuit,iu-
diciúmque ipſum ad Granatenſem conuentum re
miſſum, vbi hæc lis & etiam aliæ grauiſſimæ vi-
uentibus Maioratuum poſſeſſoribus ventilantur.
Hanc etiam opinionem loquendo in fideicommiſ
ſis ſequuti fuerunt Boerius deciſione.154.n.3.Cal-
caneus conſil.21.nu.1.Æmilianus conſ.155. circa fi-
nẽ.Franc.Marzarius qui alia refert in Epitome fi-
deicom. tertia parte quæſtione 61. vbi inquit eam
opinionem eſſe in Rota Florentina canonizatam,
atque ſecundum illam fuiſſe in ea ſæpè iudicatum,
¶Quanuis autem quæſtio hæc ſatis dubia atque
controuerſia ſit,ego tamen hanc ſecundam opinio
nem,tanquam veriorem atque probabiliorem ele
gi. Cui non obſtant ea quæ pro prima opinione
18 adducta ſunt, & primo,non† obſtat primum fun-
damentum quod ex l.1.C.de fideicommiſſ. adduce
bamus,nam lex illa procedit,& locum habet quan
do de pręſenti competit ius aliquod deducibile,in
iudicium, & in eius conſequentiam venit aliud ius
futurum,ſeu conditionale : tunc enim propter ius
de præſenti toleratur, vt in eius conſequentiã ius
futurum,ſeu conditionale in iudicium deducatur,
ſecùs autem : quando nullum ius præſens cõpetit:
ſed ſolùm ius futurum in iudiciũ deducitur : vt in
caſu de quo agimus,tunc namque notiſſimum eſt,
quòd tale ius futurũ ſeu conditionale nõ poteſt in
iudicium deduci,ſicque illam legẽ intellexit gloſſ.
in eadem l.1.C.de fideicommiſ.verbo.*Impetrabis*,
quam ſequitur ibi Petrus. Cinus, & Iacob. de Ra-
uen. etiam Bartolus in lectura l.2.C. eod. titulo n.
primo & Alber.in eadem.l.1.n.5.qui hanc dixit cõ
munem opinionem eſſe, & Bald.nu.21.Angel.n. 3.
Salicet.nu.7.Paul.n.3.verſiculo, Quintum contra-
rium.Philippus Corneus qui etiam aſſerit hanc o-
pinionem communẽ eſſe.n.4.& Iaſon.n.7. & Do-
minus Anto.de Padilla.n.29.& communiter Scri-
bentes ibidem.ſicque intelligendus eſt tex. in d.l.
1.C.de ſenten.quæ ſine certa quan.proſe.prout in-
tellexit gloſſ.magna.ibid.verbo.*Cum iudicem*, quæ
adiicit quòd in dictis legibus debitum erat pluriũ
annorum ſeu mẽſium,& ne daretur occaſio,quod
ſuper debito cuiuſlibet anni vel mẽſis vna lis fun-
daretur



daretur,permiſſum eſt, vt ſimul cum debitis præ-
teriti temporis ius futurum etiam deducatur, cu-
ius glo.opinio in hoc etiam communiter approba
tur,vt prædicti Scribentes profitentur.
19 ¶Non† etiam obſtat tertium fundamẽtum quod
deducebamus ex l.in lege Aquiliã ſi deletum. ff.ad
l.Aquil. nam ideò in ea lege permittitur debitum
conditionale in iudicium deduci, quia debitor in
dolo fuit chirographum delendo, vt debitum ab
illo non exigeret, ideóque ceſſante dolo, eiuſdem
legis deciſio ceſſare debet ſícque etiam legẽ illam
intellexit Accurſius communiter ſequutus ab Scri
bentib.in d.l.1.C.de fideicommiſ.& in d.l. 1. C.de
ſenten.quæ ſine certa quãtitate,quod Bar.& cæteri
in l.1.ff.de vſuris profitentur, ídque apertius pro-
bat tex.in l.1.titul.2.parti.3.ibi, *Eſſo miſmo delo que
atiende que deue auer enel tiempo que es por venir de
que el ſemeja que le fazen coſa por que adelante pue-
da ſer en bargado,operdido todo*.
20 ¶Non† etiam obſtat quartum fundamentũ quod
deducebamus ex l.ſi rem alienã,la primera.§.fina.
ff.de pigno.actione & ex l.ſi mandauero tibi.la.1.ff
mandati,nam illæ leges intelliguntur, quando ius
futurum tanquam ius præſens,non autem antequã
futurum in iudicium deductũ fuit,tunc namque,ſi
ius præſens pendente iudicio ſuperueniat, ex eo
poteſt ſequi condẽnatio,ſecùs autem quando tan-
quam ius futurũ deductum fuit:tunc namque nul-
lo pacto iudicium validari potuit,etiam ex iure ſu
peruenienti, ſícque in ſpecie iura illa declarat atq;
intelligit Paul.in l.non poteſt.ff.de iud.num.8.fin.
verbis,idem Paul.in d.l.non quemadmodũ.ff.eod.
nu.3.vel (quod verius eſt), loquuntur quando ius
futurum in iudiciũ deductum fuit, & ex partis to-
lerantia cõtinuatum,tunc námq; ſi ius futurũ pen-
dente iudicio ſuperueniat,poterit de illo pronun-
tiari,ſecùs autẽ quando à principio id à patre op-
poſitum fuerit,eo namque caſu non potuit iudiciũ
continuari, nec per conſequens ſuper iure ſuper-
uenienti abſque noua inſtantia pronuntiari:quod
ex dictis iuribus comprobatur, atque ex tex.in ca.
Abbate ſanè de re iud.lib.6.vbi communiter Scri-
bentes id annotare ſolent.
21 ¶Non† etiam obſtat quintum fundamentũ,quod
deducebamus ex l.ſi finita.§.eleganter. ff. de dam-
no.infecto.ibi namque,id eſt ſpeciale propter do-
lum & cauillationes aduerſarij,prout Alexand. ibi
nu.7.poſt Bart.Ang. Roman.& communiter Scri-
bentes ibidem intelligit atque declarat, vel ideò
ibi id permittitur:quia damnum futurum cum dã-
no præſenti ſimul in iudicium deducebatur:prout
gloſſ.& Scribentes.in d.l.1.C.de fideicommiſ.& in
d.l.1.C.de ſenten.communiter cenſuerunt.
22 ¶Similiter etiã† non obſtat ſextum fundamentũ
quod ex l.ſi contendat.ff.de fideiuſſor. deduceba-
mus:nam in illa lege non dicitur ꝙ reus poſſit ius
futurum in iudicium deducere,ſed quòd valeat ius
quod de præſenti ſibi per viam exceptionis cõpe-
tebat:per viã actionis proponere,ideóque nõ me-
reretur ea lex aduerſus hanc noſtram opinionẽ ad
duci, cùm in ea nihil de iure futuro in iudiciũ de-
ducendo contineatur. Eodémque pacto reſponde
ri poteſt ad ſeptimum fundamentum contrariæ o-
pinionis quod de l.ſi duo patroni in principio.ff.
de iureiur.& ex l.vti frui.§.vtrũ.ff.ſi vſusfruct.peta.
deducebamus, quæ leges etiam in iure quod de
præſenti competebat,non autem in iure de futuro
diſponunt.
¶Vltimo etiam loco non obſtat tex.in d.l.diffama
ri.C.de ingenuis & manu.quem pro octauo funda
23 mento contrariæ opinionis adduximus:nã† quan-
uis ea lex diſponat diffamatũ ſuper iure quod ſibi
competit poſſe petere, vt diffamans ab actione &
diffamatione deſiſtat ſeu ſibi perpetuũ ſilentium
imponatur,nõ tamẽ permittit id effici poſſe ſuper
iure de futuro, ſed tantùm ſuper eo iure quod ſibi
de præſenti competit,vt ex eius verbis apertiſſimè
cõprehenditur,ideóque nõ meretur aduerſus no-
ſtram opinionem adduci,in qua non quis ſuper iu
re de pręſenti,ſed ſuper iure de futuro diffamatur,
quod nullo iure in iudiciũ deduci permiſſum eſt.
Vel poteſt ad d.l.diffamari aliter, & ſecundo mo-
do reſponderi,quòd ſcilicet ea lex nõ procedat in
diffamatione quæ ſuper Maioratus, vel bonorum
patrimonialium ſucceſſione fit, ſed tantùm in illa
quæ ſuper cauſa ingenuitatis, ſeu cauſa ſtatus facta
fuerit,prout ea lex clariſſimè diſponit, ideóque ad
alias cauſas trahenda non eſt, cum ex diffamatione
in cauſa ſtatus maximum præiudiciũ diffamato ir-
rogetur, ſtatúſque poſſit ex cõmuni opinione iu-
dicari,ideóque non mirum ſi eidem ex ea diffama
tione actio,ex dicta lege concedatur,quæ denegã-
da eſt in diffamatione quæ ſuper ſucceſſione Maio
ratus vel aliis rebus patrimonialibus contingit, cũ
ex ea diffamatione nulla iniuria ſeu damnum diffa
mato communiter irrogari ſoleat, neque etiam
ius diffamati diminui:quem intellectum aduerſus
communem ſubtiliter atque eruditè ex pluribus
probat atque deducit Franciſcus Sarmientus libro
primo ſelectarum interpretationum ca.2. num. 12.
cum pluribus præcedentibus per totum capitulũ
diffamationis querelam inſtituens aduerſus iuriſ-
conſultos ex eo,quod legem illam hucúſque malè
fuerint interpretati. Qui intellectus Fran.Sarmen-
to in regno Portugalliæ lege regia approbatus eſt.
Hæc.l.3.tit.1.3.parte inter leges extrauagantes lata
anno.1556.
¶Sed quanuis intellectus hic ſubtilis videatur,mi-
hi autẽ verus non videtur, imò, nihilominùs exi-
ſtimo eam legem de cuiuſcunque generis diffama
tione intelligendam eſſe,pręſertim ſi ea diffamatio
non leuis:ſed grauis,atque conſiderabilis ſit: quod
enim ea lex de liberto diſponit, exemplum atque
facti contingentiam potius quàm reſtrictionem
inducit, idem namque lex illa in qualibet alia diſ-
24 famatione dixiſſet, cùm† certiſſimum ſit exempla
ſeu facti contingentias leges non reſtringere.l.dã-
ni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de damno, infect.
gl.ordinaria.in cap. auditis verbo. *Ex poſtfacto*,
de electione quibus plura cumulat Tiraquellus in
repe.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.verbo, libertis,
num.29.Quibus adiicitur,leges vtplurimùm inter
libertos, ſeu ingenuos,& patronos caſus formare
ſolitas eſſe.ex eo quòd libertorum & ingenuorum
cauſæ eo tempore frequentiſſimæ eſſent,prout cõ
ſtat ex d.l.ſi vnquam & ex.l.fin.cum ſimilib. C. de
petitione hæredi.& aliis quamplurimis,quæ leges
in libertis loquuntur, & tamen in aliis procedere
25 cõmuniter receptum eſt, † lex namque loquens in
vno caſu propter maiorem frequentiam, ad alios
ſimilem rationem habentes trahenda erit, prout
ſupra iſto lib.cap.5.nu.36.latiùs oſtenſum eſt.
¶Quòd autẽ.dict.lex.diffamari, ad ingenuorum
tantum diffamationem reſtringenda non ſit, ex eo
26 demonſtratur,† ꝙ ſatis ciuili ac morali rationi con
ueniat,vt is qui iactat ſe eſſe dominũ alicuius pa-
trimonij quod alius poſſidet, & poſſeſſorem iniu-
ſtè illud poſſidere contendit, vel id in iudicium

P deduca

deducat, vel ab ea diffamatione in perpetuũ deſiſtat, alias namque poſſet quis per plures annos in ea diffamatione perſiſtere abſque eo quod diffamato remedium aliquod aduerſus huiuſmodi diffamationem competeret, quod ſatis abſurdum futurum eſſet. Vt igitur remedium in re adeò neceſſa-
27 ria non deficeret, † lex illa actionem hanc ſatis cuique diffamationi accommodatam præſtitit: quam etiam plures aliæ leges in ſimilibus caſibus præſtiterunt, vt conſtet non ſolùm ingenuis, ſed cæteris omnibus actionem illam ex ea lege pręſtitã fuiſſe, quod ex l. ſi ea. C. qui accuſa. nõ poſſunt & ex l. fin. C. de fide inſtru. & ex tex. in capitulo conquerente de officio ordin. vbi Abb. nu. 7. poſt Inno. & ex aliis etiam iuribus probatur: idque apertiſſimè ex l. 46. titu. 2. part. 3. comprehenditur: vbi illa, dictam legem diffamari, declarans dum iam exemplum dictæ legis adieciſſet, ſubiungit. *Ca en tales coſas como eſtas o en otras coſas ſemejantes, &c.* Quod Gregorius Lopez ibi in glo. verbo. *Alguno* ad finem ſic intelligit atque declarat.

28 ¶Idipſum etiam comprobatur ex eo, ꝙ † graue etiam damnum atque præiudicium irrogetur Maioratus ſucceſſori ex eo, quòd diffametur in eius Maioratus ſucceſſione vidimus namque ſemper ius ſuccedendi in aliquo Primogenio, ſeu alio magno patrimonio maximi æſtimatum fuiſſe atque frequentiſſimè eos qui in eo ſuccedere debent vxores ditiſſimas inuenire, ac eorum poſſeſſoris ita filios ſuos collocare ſolitos fuiſſe, ac ſi iam eis ſucceſſio delata fuiſſet: quę omnia ex diffamatione amitti ſolent, pluráque etiam alia damna incurri, adeò vt hæc diffamatio, diffamationi ſtatus merito adæqua-
29 ri valeat, cùm † cauſæ quę ſuper maximo patrimonio verſantur, cauſis ſtatus etiam æquiparari ſoleãt vt opinatur Bart. in l. teſtium. ff. de teſtibus num. 2. vbi Alex. in additione plura in idem adducit, idem Bart. in l. Athletę. §. dat remiſſionem. nu. 3. ff. de excuſa. tutorum: patrimonium namque, & pecunia ſunt vita hominis glo. ordin. in l. aduocati, verbo. *Vitam.* C. de aduoca. diuer. iudici, vbi communiter Scribentes id notant. Similis glo. in l. lex. quæ tutores verb. *Vitam.* C. de adminiſt. tuto. quibus plura ſimilia adiicit Tiraq. de nobilitate. c. 31. n. 349. cũ pluribus ſeq. quæ apud ipſum videri poterunt: ex quibus facilè comprehendi poterit, legem de diffamatione ſtatus loquentem, ad diffamationem de Primogenij vel alterius maximi patrimonij ſucceſſione factam ex rationis identitate extendendam eſſe, quod quando lex correctoria eſt, etiam procedit prout ſupra iſto libr. cap. 5. num. 6. latiùs oſtenſum eſt.

30 ¶Imò † quanuis maior ratio in diffamatione ſtatus concurreret, ſufficit ꝙ ratio dictæ legis in caſu de quo agimus etiam militet, vt eidem legi locus ſit, vt probatur ex tex. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. vbi ea lex quæ à iure cõmuni exorbitat, loquens in ſucceſſione ex teſtamento, in ſucceſſione, ab inteſtato locum habet, vt ibidem glo. & cõmuniter Doctores profitentur, quanuis maior ratio in cauſa teſtamenti quàm inteſtati militaret, quod ex pluribus comprobat Tiraq. in rep. d. l. ſi vnquam, verbo libertis. nu. 50.

¶Quæ omnia ex eo, coadiuuantur, atque euidentiſſima redduntur ꝙ iure diſpoſitum ſit etiam abſque aliqua diffamatione, eum cui aliquod ius cõpetit, poſſe illud in iudicium deducere, vt declaretur ſibi competere, quod in exceptione fideiuſſori competenti in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſor. deciſum eſt: quanuis exceptio ante actionem regulariter præponi nequeat: ſimiliter etiam is qui eſt Comes poteſt petere, vt Comes declaretur: prout ſu-
31 periùs oſtenſum eſt. Ex quibus iuribus † conſtat, quemlibet poſſe iudicium ſuper huiuſmodi declaratione proponere, etiamſi ſuper eo iure diffamatus non ſit, & ſit tale ius quod ex actione alterius deducendum erat. Non enim hîc agitur de vendicatione, ſed ſolùm de declaratione, qua ratione etiam à poſſeſſore intentari poteſt, vt communiter Scribent. annotare ſolent, quod ex pluribus comprobat, D. Didacus de Couarru. lib. 1. reſolutio. cap. 18. nu. 13. vbi opinionem hanc communem eſſe profitetur, ibíque. nume. 2. inquit hac ratione diffamationis ſummariam cognitionem iam in iudiciis in remedio. dict. l. diffamari, omitti ſolitam eſſe, qui ſtylus in remedio. dict. l. diffamari iure ſuſtineri non poteſt quanuis in remedio. d. l. ſi contendat iuri conſonus ſit. Cùm igitur abſque diffamatione remedium. l. ſi contendat frequentiſſimè ſuper quibuſcunque rebus proponi & admitti ſoleat ad effectum declarationis faciendæ, nihil obſtat quin etiam remedium. dict. l. diffamari pro quacunque re proponi permittatur, diffamatione præcedente: cùm id iuſtius atque rationabilius eſſe videatur. Ex quibus rationibus intellectus communis quem hucuſque etiam communis practica probauit, verior mihi videtur, quod ad caſum de quo agimus nihil attinet, ſiue enim d. l. diffamari genericè, ſiue ſpecificè intelligenda ſit, cùm non in iure futuro diſponat, non poteſt aduerſus noſtram opinionem adduci.

¶Ex quibus ſupereſt noſtra hæc ſententia ab aduerſæ opinionis fundamentis, & rationibus propugnata, quæ vt iuris principiis congruentior, ita etiam magis æqua atque rationabilis mihi ſemper viſa fuit, atque vtinam lege Regia comprobaretur vt tot lites atque contentiones inanes, & ſuperuacaneæ reſecarentur, atque à Regiis conuentibus penitùs reiicerentur.

¶Hæc tamen ex his quæ ſuperius dicta ſunt, limi-
32 tari poterunt † niſi vltimi Maioratus ſucceſſor prætendat bona Maioratus eſſe libera, illáque tanquã libera alienare vel diſſipare cœperit, vel ſcripturam Maioratus raſerit, cancellauerit, ſeu deleuerit, vel quicquam aliud ſimile fecerit, ex quo iuri Maioratus ſucceſſoris præiudicari poſſet, niſi ius futurum ſimul cum iure præſenti in iudicium deduceretur, tunc námque cùm iudicium ex dolo poſſeſſoris, atque ex cauſa de præſenti fundetur, non dubitandum eſt, quin etiam in vita eiuſdem, ſuper iure præſenti & futuro ſimul fundari & continuari valeat, quod ex legibus, & rationibus quas pro contraria opinione adduximus, facilè comprobatur, ſicque intelligendum eſt, quod dixit Roder. Xuarez allegatione. 4. prout ex verbis eiuſdem apertiſſimè comprehenditur, in qua ſolum ſpecie eius opinio admitti poterit, ita tamen, vt non temerè, & ex quacunque leui occaſione, ſed ex magna & graui cauſa, ad id efficiendum iudices inducantur.

*Finis tertiæ partis.*



# DE HISPANORVM MAIORATVVM FINE, ATQVE EXTINCTIONE,

## LIBER QVARTVS.

*Capita quæ in hoc Quarto libro continentur.*

HISPANORVN Primogeniorum alienationem, atque extinctionem, pluribus vinculis & legibus prohibitam eſſe. Caput primum.

Qualiter ex inſtitutorum reuocatione Primogenia finiantur. Caput ſecundum.

Qualiter ex Regiis facultatibus bona Maioratus alienari, atque etiam extingui ſoleant. Caput tertium.

De Regiis facultatibus, quę ad alienanda bona Maioratus ea lege conceduntur, vt ex pretio illorum alia in locum eorum ſubrogentur. Caput quartum.

Vtrum facultates ad bona Maioratus alienanda, vel hypothecę ſubiicienda conceſſę, de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam extendantur. Caput quintum.

Quibus ex cauſis etiam abſque Regia facultate bona Maioratus alienari, vel hypothecę ſubiici poſſint. Caput Sextum.

Bona Maioratus in caſu permiſſo: etiam ex Regia facultate: non niſi bonis liberis deficientibns alienari poſſe. Caput ſeptimum.

Sententia ſuper bonis Maioratus, cum eorum poſſeſſore lata: vtrum ſequentibus ſucceſſoribus non citatis pręiudicium afferat. Caput octauum.

Vtrum de rebus Maioratus valeat compromitti, tranſigi vel. Caput nonum.

Vtrum in bonis Maioratus pręſcriptio admittenda ſit. Caput decimum.

Vtrum bona Maioratui ſubiecta, ex criminibus ſaltim atrociſſimis ab eorum poſſeſſore commiſſis, fiſco adiici valeant. Caput vndecimum.

## *SVMMARIA.*

1 *Primogenia quantuncunque perpetua pluribus caſibus,atque mutationibus ſubiecta eſſe.*

2 *Bona Maioratus ex propria natura alienari prohibita ſunt.*

3 *Alienationis prohibitio,quæ ex verbo Maioratus deducitur: vtrum expreſſa,an tacita ſolum dicenda ſit.*

4 *Expreſſa alienationis prohibitio in Maioratibus appoſita,omnes effectus expreſſæ alienationis obnebit.*

5 *Expreſſa alienatio etiam ſine cauſa in Maioratibus appoſita ſeruanda eſt.*

6 *Alienationis expreſſa prohibitio: etiam in contractu Maioratus appoſita impedit dominij tranſlationem.*

7 *Bona Maioratus: nedum alienari: ſed pignori,ſeu hypothecæ ſubiici prohibentur.*

8 *Maioratus poſſeſſor prohibetur facere omnia illa,ex quibus ad alienationem perueniri poſſit.*

9 *Maioratus poſſeſſor prohibetur vſumfructum ſeu aliam ſeruitutem ſuper rebus Maioratus conſtituere.*

10 *Maioratus poſſeſſor non poteſt bona Maioratus ad longum tempus locare,ſeu in Emphyteoſim concedere.*

11 *Maioratus poſſeſſor non poteſt de rebus Maioratus tranſigere, nec compromittere, nec in illis hæredem inſtituere,nec illa ex delicto,nec etiam ex aliis pluribus cauſis alienare.*

12 *Alienationem rerum Maioratus reuocare poterunt ſucceſſores eo ordine, quo ad ipſius Maioratus ſucceſſionem admittuntur.*

13 *Proximiore negligente,remotior poterit alienationem bonorum Maioratus reuocare.*

14 *Terminus proximiori aſſignandus eſt, ad alienationis reuocationem, vt remotior illam eo lapſo reuocare poſſit.*

15 *Proximior non requiſitus an debeat intra annum reuocare, & ibi intelligitur tex.in c. 1. §. Titius filius.ſi de feu.fuer.controuer.*

16 *Alienationem rerum Maioratus reuocare non poteſt is qui alienauit,vel alienationi conſenſit.*

17 *Hæres alienationis non poteſt rerum Maioratus alienationem reuocare.*

18 *Alienationem nullam faciens,poteſt illam reuocare.*

19 *Alienans rem feudalem,ſeu fideicommiſſo ſubiectam, vel aliàs alienari prohibitam,poteſt alienationem reuocare.*

20 *Alienatio nulla poteſt reuocari,ab eo,qui illam fecit,vel eius hærede: quando nullus alius ſupereſt, qui illam reuocare poſſit.*

21 *L.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2 l.filiusfamiliàs.§.cum pater.ff. de leg.1. l. Iubemus.§.ſanè. C. de Sacroſ.Eccleſ.l.cum à matre.C.de rei vendi.declarantur.*

22 *Bona Maioratus qua ratione non poſſunt ab alienante vendicari.*

23 *Hæres non excluditur ab alienatione rerum Maioratus reuocanda: niſi ſolùm pro hæreditaria portione.*

24 *Hæres qui inuentarium confecit excluditur,à reuocatione alienationis bonorum Maioratus vſque ad valorem bonorum,quæ ex hæreditate ad illum peruenerunt.*

25 *Hæres alienantis non poteſt reuocare alienationem rerum feudalium: ſi inuentarium fecerit.*

26 *Hæres facto inuentario excluditur rerum Maioratus vendicatione: etiamſi nihil ſibi præter legitimam ſuperſit.*

27 *Filius in quota bonorum inſtitutus dato cohærede vniuerſali, poteſt bonorum Maioratus alienationem factam à patre vendicare.*

28 *Hæres excluditur à rerum Maioratus vendicatione: etiam quando defunctus de euictione non tenebatur.*

29 *Alienans rem Maioratus: quando de euictione teneatur.*

30 *Vtrum Maioratibus Hiſpanorum conuenire poſſint ea, quæ iure circa bona ſimplici fideicommiſſo ſubiecta ab hærede alienata diſponunt,ſeu inter hæc aliqua differentia conſiderari valeat.*

31 *Res ſemel effecta alienabilis,perpetuò remanet alienabilis.*

32 *Res Eccleſiæ ſemel conceſſa in Emphyteoſim,in perpetuò durat Emphyteotica.*

33 *Res ſemel effecta alienabilis, non efficitur ſemper alienabilis quando alienationis prohibitio in rem,non autem in perſonam dirigitur.*

34 *L.pater ſilium §. quindecim.ff.de lega.3.declaratur.*

35 *Res ſemel effecta alienabilis non durat perpetuò alienabilis: etiam quando alienationis prohibitio perſonalis fuit,dummodò cauſa fuerit realis.*

36 *Res ſemel effecta alienabilis non durat perpetuò alienabilis: etiam quando alienationis prohibititio fuit*



*tio fuit perſonalis,ſi res peruenit ad illam alienare volentem ex iudicio teſtatoris.*

37 *Res Maioratus ſemel ex Regia facultate,vel alias licitè alienata,perpetuò alienabilis efficitur.*

## *Primogeniorum alienationem, atque extinctionem pluribus vinculis, & legibus prohibitam eſſe.*

## CAPVT PRIMVM.

ANtequam de Hiſpanorum Primogeniorum fine, atque extinctione tractemus, conueniens, atque neceſſarium viſum fuit oſtendere quot vinculis, ac legibus eorum alienatio atque extinctio prohibita ſit: quantáque induſtria,atque ſolicitudine Primogeniorum inſtitutores nomina ſua,atque proprias familias,& earum diuitias æternas efficere contendant,vt exin-
1 de illicò comprehendatur†nihil ſub ſole adeò, firmum,ac perpetuum effici poſſe, quin ex pluribus cauſis caducum, & occiduum in poſterum reddatur. Quòd Salomon Eccleſiaſtes c.1.& 2.ſatis manifeſtè demonſtrat, atque Gregorius Nazianzenus. Oratio.16.egregiè indicat: dicens, *Nihil rebus humanis ſtabile eſt: ſed circulus quidam res noſtras circumrotat, aliaſque aliter fert mutationes ſæpius in die vno: nonnunquam etiam in hora.* Idque non tantum ſacris literis & Sanctorum Doctorum atteſtatione proditum: ſed etiam ab Ethnicis cognitum, ac deprehenſum eſt. Socrates namque in Republica Platonis, (cuius meminit Ariſto. li.5. Politico. cap.vltimo) inquit, *Sic natura comparatum eſſe, vt nihil perpetuò maneat: ſed in temporis ambitu omnia motu quodam orbiculari mutentur.* Idipſum etiam Seneca,lib.1.de breuitate vitæ probat,vt enim ipſe inquit. *Quidam diſponunt etiam ita,quæ vltra vitam ſunt,moles magnas ſepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, ſed ea omnia caduca ſunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint?* Vt enim inquit Imperator in Auth.de non alienan.§.vt autem colla. 1. *Omnis noſter ſtatus perpetuo motu conſiſtit.* Quod etiam aliorum plurimorum authorum teſtimonio poſſet comprobari: vt autem vtrũque euidentiſſimè demonſtremus, hoc capite Primogeniorum firmitatem, atque perpetuam ſtabilitatem deducemus, vt ſtatim illorum etiam finẽ, atque extinctionem oſtendamus.

2 ¶Qua in re in primis præmittendum eſt: †Hiſpanorum Primogeniis id ex propria natura inſitum eſſe,vt bona eiſdem ſubiecta,nullo pacto alienari valeant, quod ex eo præſertim probatur: quòd ſcilicet eorum bonorũ dominium non irreuocabile,ac perpetuum, ſed reuocabile, atque ad vitam tantum reſtrictum penes quemcunq; ex Maioratus poſſeſſoribus relictum ſit. Ex quo fit, vt nullus ipſorum in præiudicium ſequentium illud alienare poſſit. l.peto.§.fratre & §.prædium cum plurib. ſimilibus.ff.de lega.1. idipſum etiam conſtat ex eo, quòd bona Maioratus veluti fideicommiſſo ſubiecta eſſe dicantur,vt ſupra lib.1.cap.1.& 15. oſtenſum eſt. Ex quo etiam tacitè alienari prohibita ſunt. l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.l.fin.§. ſed quia & §. ſin autem cum ſimilibus. C. communia de lega. Idque etiam ex verbi Maioratus natura cõprehenditur. Qui enim dixit, ex bonis meis Maioratum inſtituo, eo ipſo præcipere videtur, vt ea bona, nec alienentur, nec diuidantur, cùm ea ſit huius verbi, Maioratus, natura, vt bona, quæ eidem ſubiecta ſunt inalienabilia, atq; indiuiſibilia perpetuò futura ſint. Idque ex Hiſpanorum etiam conſuetudine palam deducitur.

3 ¶Quod†adeò verum eſt,vt non ſolùm dici valeat bona Maioratꝰ tacitè alienari prohibita eſſe, quòd apertiſſimum eſt, ſed quod etiam ea bona expreſſè alienari prohibita ſint. Cùm enim ex huius verbi Maioratus natura ſub illo comprehendatur alienationis prohibitio: conſequens eſt, vt eo verbo ſemel expreſſo ea omnia, quæ ſub illo comprehẽduntur, expreſſa etiam cenſenda ſint. Illud namque expreſſum dicitur, quod venit ex natura expreſſi etſi verbis expreſſum non fuerit, & ſatis expreſſè loquitur, qui generali vſus eſt verbo. Quanuis enim dici ſoleat expreſſum illud eſſe, quod oculis corporeis legi ac inſpici poteſt, illud tamen intelligendum eſt, niſi aliquod verbum expreſſum ſit ex cuius natura plura alia cõprehendantur: omnia namque illa expreſſa dicentur, quæ ſub natura ipſius verbi expreſſi includuntur: prout ſupra lib.1. c.4.n.21.& c.17.nu.27. & 28. eod. lib. latiſſimè oſtenſum eſt. Quod ſatis ſingulare eſſet: ſi verum foret. Ex eo namque diluerentur plures differentiæ, quæ inter tacitam, & expreſſam alienationis prohibitionem in bonis Maioratus aſſignari ſolẽt, cum ſecundùm hanc opinionem bona Maioratus ſemper expreſſè alienari prohibita cenſenda ſint.

¶Sed quãuis hæc ſatis ſtringere videantur: illis tamen non obſtantibus contrariũ dicendũ erit: imò ꝙ ex hoc verbo Maioratus ſola tacita alienationis prohibitio reſultet. Nam etſi ex eo verbo plures ſubſtitutiones, & fideicommiſſa inter omnes illos, qui ex familia inſtitutoris proceſſerint comprehẽdantur: non tamen ex hoc ea bona expreſſè alienari prohibita ſunt: imò is, qui in illis bonis ſucceſſerit, poterit ea bona alienare pro eo tempore, quo eorum dominiũ penes illum eſſe debet. Nec alienatio poterit eo viuente reuocari. Quod nõ procedit ex eo, ꝙ bona hæc alienari prohibita ſint: ſed ex eoꝙ dominiũ Maioratum poſſidentis ad vitam reſtrictũ ſit, nec ipſe poſſit vltra id tempus alienare. Vt igitur alienatio omni tempore prohibeatur, neceſſarium eſt prohibitionem alienationis adiicere: prout ſupra lib.1.cap.16.nu.33. oſtenſum eſt.

¶Nec obſtat ſi dicatur ſub hoc verbo Maioratus in effectu prohibitionẽ alienationis cõprehendi. Ideóque ex eius verbi expreſſione, illã etiã expreſſam eſſe cenſeri: nam non eſt verũ, ꝙ ſub hoc verbo cõprehendatur alienationis ꝓhibitio ſimplex. & abſoluta: ſed ſolùm limitata, vt poſſeſſor non poſſit alienare vltra vitam ſuã. Imò veriùs dici poteſt ꝙ cõprehendatur alienationis permiſſio, dũ alienantis vita durauerit, & quãuis vltra vitã alienãtis ꝓhibitio alienationis ex eo verbo comprehẽdatur ea prohibitio tacita eſt, reſultátq; non tam ex verbo, Maioratus, quã ex dominio reſtricto, quod vnicuiq; ex vocatis ad illũ conceſſum eſt. Ex quo tacitè, nõ autem expreſſè bona alienari prohibentur: quod videmus in hoc verbo fideicõmiſſum. Nam etſi eo ipſo, ꝙ quis fideicõmiſſum relinquit, bona alienari ꝓhibita ſint: non tamen alienationis ꝓhibitio, quæ ex hoc verbo reſultat: expreſſa eſt: cùm nõ tam ex verbo, fideicõmiſſum, q̃ ex dominio ad vitã reſtricto, quod penes grauatũ eſt, alienationis prohibitio reſultet. Quapropter non ex-

preſſa:ſed tacita dicitur,vt in d.l.fin.§.ſed quia, &
in dict. l.Marcellus.§.res, quæ, & alibi ſæpè Scri-
ben.annotare ſolent.
4 ¶Quòd† ſi in Maioratu alienationis prohibitio
adiecta fuerit, ea omnes effectus prohibitionis a-
lienationis expreſſæ obtinebit, quos Iaſon. nu.4.
in lectura, & nu.69.in repetitione.Ripa.num. 47
cum ſequen. Loazes num.119. in l.filiusfamiliàs. §.
Diui.ff.de lega.1. & alibi ſæpè Scribentes recen-
ſuerunt: tametſi differentias inter tacitam & ex-
preſſam alienationis prohibitionem reiiciat Al-
5 ciatus in d.§.Diui.nu.13. Quæ† expreſſa prohibitio
etſi ſine cauſa fiat in Hiſpanorum Primogeniis,
ſeruanda erit, ex cauſa ſubintellecta conſeruatio-
nis familiæ, quæ ex verbo Maioratus, reſultat:vt
6 ſupra lib.1.c.6.num.30.cum ſeq.oſtenſum eſt,† eá-
que ſiue in contractu, ſiue in teſtamento appoſita
fuerit effectum obtinebit:quanuis regulariter alie
nationis prohibitio facta in contractu non ſoleat
dominij tranſlationem impedire, quod vltimũ in-
telligendum eſt,prout ſupra lib.1.cap.12.nu. 33. cũ
ſequentibus declarauimus.
7 ¶Nedum† autem bona Maioratus alienari: ſed e-
tiam pignori,ſeu hypothecæ ſubiici prohibentur.
Hoc enim ſub alienationis prohibitione tacita,ſeu
expreſſa cõprehenditur:cùm ex hypotheca ad alie
nationem perueniatur.l.final.C.de reb. alien. non
alien.Bart.l.in quorum.nu.2.ff.de pigno. Scriben-
ter communiter in d.l.filiusfamiliàs.§. Diui. Mat-
thæ.de Afflictis,qui plura refert in cap.1.§.præte-
reà nu.1.& 2.de cap.Corradi. Qua † ratione etiam
Maioratus poſſeſſor prohibetur facere omnia illa
ex quibus ad alienationem perueniri poſſit.l.codi-
cillis.§.matre. vbi Bart. & com. Scribentes id not.
ff.de leg.2.Tiraquellus qui plura refert,de retract.
9 Lignagier.§.1.gloſſ.14.nu.14.Similiter †etiam pro
hibetur vſumfructum, ſeu aliam ſeruitutem in re
Maioratus conſtituere. Nec etiam vt in vita eius
duret, ſi bona Maioratus expreſſè alienari prohi-
*bita ſint: prout ſupra lib.1.cap. 20. oſtenſum eſt.*
10 Non†etiam poterit Maioratus poſſeſſor bona Ma-
ioratus ad longum tempus locare, ſeu in Emphy-
teoſim concedere,vt ſupra eodem lib. cap.21.mõ-
11 ſtrauimus.Nec†, illa ex delicto, nec ex compro-
miſſo, ſeu tranſactione, vel alia cauſa ſimili alie-
nare: de quibus tamen dicendum erit prout in-
fra cap. 9. & 11. dicemus: nec illis extraneum
ſeu etiam legitimum hæredem inſtituere vt ſu-
pra lib.1.cap.6.oſtenſum eſt. Nec illa etiam ex
cauſa euidentis vtilitatis permutare, vt infra iſto
libro cap.6.dicemus. Nec etiam pro ſe,vel liberis
ſuis alendis, vel dotandis, vel donatione propter
nuptias conſtituenda: nec pro ſe, vel filiis ſuis ab
hoſtibus redimendis: niſi hæc omnia ex debito
primi Maioratus inſtitutoris deſcendant, vt infra
*iſto libro cap.6.*apertiſſimè oſtendemus.Nec tan-
dem aliquid ex quo bona Maioratus diſſipet, effi-
cere poterit: ſed ſolùm bonis Maioratus, & eius
emolumentis bona fide, & citra ſequentium ſuc-
ceſſorum præiudicium vti: prout etiam ſupra lib.
1.cap.22.oſtendimus.
12 ¶Cæterùm† ſi Maioratus poſſeſſor bona eiuſdem
Maioratus alienauerit, eorundem bonorum alie-
nationem ſucceſſores eo ordine quo vocati ſunt,
reuocare poterunt.l.peto.§.fratre.ff.de lega. 2. hoc
13 tamen obſeruato,quòd †ſi proximior negligẽs in
alienatione reuocanda fuerit, eo requiſito, atque
id efficere nolente,ſequens ad reuocationem alie-
nationis admittendus erit,vt in dict.l.peto. §. fra-
14 tre & in l.cum patre.§.libertis.ff.de leg.2. Scriben.
annotare ſolent: ad † quod terminus proximiori
præfiniendus eſt, vt intra illum alienationem re-
uocet:illo tamen elapſo ſequenti vocato locus fiet.
l.fi. C. qui admi.l.generaliter. §. Imperator. ff. de
decurio.Gregorius Lopez in l.10.tit.26. part. 4.in
glo.verbo.*Vendiendo*.col.3.
15 ¶Quòd† ſi requiſitus non fuerit proximior, nec
ei terminus aſſignatus adhuc videtur, quòd intra
annum,ex quo ſciuit rem alienatam, teneatur alie
nationem reuocare,eóque elapſo ſequens vocatus
ad reuocationem admittatur, quod probari vide-
tur ex tex.in c.1.§.Titius filios ſi de feu. fuer. con-
tro.inter domi.& agna.vbi tex.inquit,quòd agna-
tus proximior qui habet ius reuocandi rem alie-
natam agnato remotiori, debet hoc petere intra
annum,ad ídque notandum eſſe illum tex. aduer-
tit Bald.ibi verſi.Item nota. & alij plures quos re-
fert Thommas Grammati.deciſio. 103.nu.19. Sed
nihilominus contrarium dicendum eſt, imò quòd
ſi proximior agnatus non fuerit requiſitus, nec ei
terminus ad reuocandum aſſignatus, etiam anno
elapſo admittendus ſit,neque ſequens vocatus eo
viuente, admittatur:vt conſtat ex tex.in dict.l. pe-
to.§.fratre. & tradit benè in noſtris terminis An-
dreas de Yſernia in cap.1.§. hoc quoque nu. 6. de
ſucceſſio.feu.& idem Yſer.in cap.1.§. quid ergo.n.
7.de inueſti.de re aliena.facta.
¶Nec oberit nobis text.ſuperiùs citatus in ca.1.
§.Titius filios.ſi de feud. fuerit controuerſia inter
domi.& agna.cui dupliciter reſponderi poteſt:pri
mò quòd ille tex.ſolùm loquitur, quando aliena-
tio fit in alium agnatum remotiorem: tunc enim
agnatus proximior intra annum à die ſcientiæ re-
uocare debet: ſi verò alienatio fiat in extraneum,
tunc etiam poſt annum audietur, nec ſummoue-
tur niſi præſcriptione ordinaria, prout intellexe-
runt illum tex.glo.Bal.Yſernia, & alij, ibi.Alex.in
l.ſi mihi,& Titio.nu.21.ff.de verbor.oblig.Decius
*conſil.44.nume.4.Baldus in tracta.præſcriptio* 4.
parte.4.partis princip.quæſt.7.Alber. Brunus cõ-
ſil.66.colum.3.verſi.ſed maior. Vel ſecundò etiam
reſpondetur, quòd ille text.ſi benè expendatur,
nihil ad materiam noſtram Maioratuum, neque
ad quæſtionem de qua agimus, pertinere videtur;
ratio enim quare in caſu illius text. agnatus debet
reuocare intra annum alienationem,ea eſt, ſecun-
dùm Bald.Aluaro.& Marti.Laud & alios ibi: quia
inueſtitura feudi de qua quæſtio erat,intra annum
petenda eſt: vt in cap.1.§. prætereà de prohib. feu.
aliena.per Frederi. & in cap.1. de capit. Corra.Id-
eóque lapſus anni facit,vt non ſit agnatus amplius
audiendus, & ita ad aliam materiam non feuda-
lem non poteſt ex illo tex.inferri:prout perpendit
optimè Iaſ.ſic intelligens illum tex.in l.prætor ait.
§.fina.nume.15.ff.de noui.ope.nun.& Deci.in dict.
conſi.44.nu.4.
16 ¶Ad† huiuſmodi autem alienationes reuocan-
das is qui alienauit ſeu alienationi conſenſit,admit
tendus non eſt, vt in d.l. cum pater. §. libertis.ff.
deleg.2.vbi communiter Scribẽtes id notant. Imò
non ſolùm is qui alienauit, non poterit alienatio-
17 nem rerum Maioratus reuocare: ſed† nec etiã eius
hæres id facere poterit.l.cum à matre.C.de rei vẽ-
dicatio.l.ex qua perſona.ff.de regulis iur. l. vendi-
cantem.ff.de euictio.l.filiusfamiliàs. §. cùm pater.
ff.de lega.2.vbi probatur, quòd ſi pater prohibuit
fundum alienari extra familiam, filiúſque illum a-
lienauit, nepos qui fuit hæres patris alienantis
non



non poteſt fundum vendicare:ſed exhæredatus ſic
qui tex.id apertiſſimè probat ad idque à commu-
niter Scribentib.ibi commendari ſolet. Idque ex
illo tex.in Hiſpanorum Maioratibus loquentes an-
notarunt Rode.Xuarex,qui id latiſſimè diſputauit
in l.quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta-
mento ampliatione.7.numero.4.cum pluribus ſe
quentibus.Gregorius Lopez qui id etiam optimè
reſoluit in l.24.titulo.5.par.5.verbo. *Entonce*. Sen-
títque Antonius Gometius in l.40. Tauri nu.84.
Idque verum mihi videtur,tametſi Pinel. in l.1. C.
de bonis mater.tertia parte num.99. quanuis du-
bius,atque etiam Petrus à Peral.in Rub. ff. de hæ-
red.inſti.num.94.cum pluribus ſequentibus con-
trariam opinionem probent, dicentes, hæredem
alienantis poſſe bona Maioratus vendicare, quo-
rum opinionem in hac parte probare non poſſu-
mus:quanuis enim ad alia iura & fundamenta de
quibus ſtatim dicemus,reſponderi poſſet. tex. ta-
men in d.§.cum pater congruum reſponſum non
capit.Plures limitationes ad regalium, quòd hæ-
res admittendus non eſt ad reuocandam alienatio
nem rei pro limitatione alienari facta. Idem ponit
Tobias Nonius omninò videndus conſ.2.num.15.
cum ſeq.
¶Nec obſtat ſi dicatur alienationem rei alienari
prohibitæ nullam eſſe,ideóque ipſummet qui alie
nauit,poſſe illam reuocare,& à fortiori eius hære-
18 dem†is namque qui facit actum nullum poterit
de eius nullitate & reuocatione agere. l. quemad-
modum.C.de agrico.& conſi.lib.11.l.Iubemus. §.
ſanè.C.de Sacroſ.Eccleſi.vbi Bald.num.1.& com-
muniter Scribentes id notant: per quæ iura dicere
19 ſolent Scribentes †vendentem rem feudalem, vel
fideicommiſſo ſubiectam, ſeu alias alienari prohi-
bitam poſſe eiuſdem rei alienationem reuocare:
quod cenſuerunt Aretinus conſilio 123.nu.7.Soci.
conſilio 79.num.47.libro quarto Aymon Craue.
conſil.200.num.6.7.& 8. Tiraquellus de retract.
Lignagier.§.26.gloſſ.2.num.6.Grattus.conſilio 91.
num.25.libro primo Andreas Abexea,de pactis.n.
229.Curtius Iunior.conſilio.175.n.10.in fin. Tho-
mas Gramma.deci.93.n.8.& 9.Matthæ.de Afflict.
deciſion.240.nume.idem in conſti.Neapoli. Rub.
5.num.7.& in capi.1.§.ſi Titius.n.15.ſi de feud.fue.
controuer.& latiſſimè Peralta in Rub.ff.de hære-
de.inſti.nume.95. cum ſequentibus, & alibi ſæpè
Scribentes:ex quo videtur dicendum,quòd á for-
tiori eius hæres id facere poſſit:prout plures ex di
ctis Scrib.aduertunt.
20 ¶Nã hæc† omnia intelligenda ſunt: quãdo nul-
lus alius eſt qui valeat alienationem nulliter factã
reuocare:ſed ſolùm ille in cuius fauorem alienatio
prohibita fuit,vel eius hæres:ſecùs tamen,quando
alienatio etiam fauore aliorum prohibita fuit, &
ſuperſunt alij,qui illam reuocare poſſint. Tunc
namque,is qui alienauit,vel eius hæredes illam nõ
reuocabunt ſed vlteriores,qui alienarunt, nec a-
lienationi conſenſerunt,nec etiam fuerunt hære-
21 des alienãtis.Sícque† intelligendi ſunt text.in d.l.
cùm pater.§.libertis & in d.l. quemadmodum, &
in d.l.iubemus.§.ſanè,& in d.l. filiusfamiliàs. §. cũ
pater.& in d.l.cum à matre.cum ſimilibus: prout
optimè cõſiderauit Paul.in d.l.filiusfamiliàs.§.Di-
ui.num.3.quem ſequitur Ambroſi. de Opizo. nu.
9.& Loazes.numero.60.ibidem.Quod in minore
Eccleſia,vniuerſitate,& aliis ſimilibus verum eſt,
ídque ſingulariter conſiderandum,atque animad-
uertendum erit,ne in hac materia æquiuoce pro-
cedatur, vt prædictis Scribent. & alij etiam con-
tingit.
22 ¶Imò,vtcunque hæc intelligenda ſint, † illud ta-
men verum eſt,eam regulam quòd ſcilicet faciens
actum nullum,poſſit eiuſdem reuocationem pete
ret,non poſſe adaptari ad alienantem bona prohi
bita alienari,ſeu Maioratui,vel fideicommiſſo ſub
iecta. Is namque ex alienatione, quanuis ea nulla
ſit,ius Maioratus amittit,illúdque in ſequentes ſuc
ceſſores deuoluit.l.peto.§.fratre cum ſimilibus. ff.
de leg.2.Atque proinde à vendicanda ea re, in qua
nullum ius habet,ipſe atque eius hæredes ſubmo-
uendi erunt.Quod ſic reſoluit,atque declarat Cor
neus conſilio. 244.num.3.libro.3.atque Tiraquel-
lus,qui optimè id proſequitur de retract. Ligna-
gier.§.26.gloſſ.ſecunda num.8. Eaque obſeruatio
ſemper in alienatione rerum Maioratus conſiderã
da eſt,vt errores dicentium contrarium diluantur
quod præſertim in recentioribus Maioratibus di-
cendum erit,in quibus ſemper prouideri ſolet, vt
illicò facta alienatione dominium bonorum Ma-
ioratus in ſequentem vocatum transferatur.
23 ¶Hæres †autem,qui non in ſolidum, ſed ſimul
cum aliis hæres eſt, à rei à parente alienatæ reuo-
catione non ſubmouebitur ſimpliciter, & abſolu-
te:ſed tantùm pro rata hæreditariæ portionis. d.l.
cum à matre ibi.*Pro qua portione*.vbi glo. & com.
Scrib.id not.Bald.numer.14. & Corneus numero.
6.in l.fina.§.in computatione.C.de iur.delibe.Ro-
deri.Xuar.in l. quoniam in prioribus.7.limita.nu.
7.Pinellus in l.1.tertia parte,numero 79.C.de bon.
mater.Nicolaus Atela.in l.generaliter.C.de ſecũd.
nupt.ſecunda parte nu.27.cum ſequentibus Grat-
tus conſilio 89.nu.19. libro 2. Aymon conſilio 131.
numero ſeptimo.
24 ¶Quæ omnia procedunt ac vera ſunt,† etiamſi
hæres alienantis inuentarium confecerit: adhuc
namque ab alienationis reuocatione ſubmouebi-
tur vſque ad quantitatem eorum bonorum, quæ
ex hæreditate alienantis ad illum peruenerunt.
Sola autem hæc differentia erit inter hæredem in-
uentarium non conficientem, & illum qui inuen-
tarium confecit, quòd non conficiens inuentariũ
tenebitur ratificare factum defuncti pro ea portio
ne,pro qua hæres eſt quotitatiuè,veluti pro dimi-
dia tertia,vel quarta, etſi tantundem ex bonis de-
functi ad illum non peruenerit. Inuentarium au-
tem conficiens pro ſola ea quantitate, quæ ad illũ
peruenit, etſi in ſolidum hæres fuerit. Bal.commu
niter ſequutus in d.l.cum à matre. numero.12. Al-
beri.colum.1.in fin.Bald.num.12.Alexand.num.8.
Corneus num.7.Iacobi.num.12. in d.§.in compu-
tatione.Xuar.in rep.l.quoniam in prioribus.7. am
pliati.num.16.Boerius deciſione 23.num.72. Ioan.
Arelatanus in d.l.generaliter.num. 124.Pinel.in d.
l.prima.C.de bon.mater. tertia parte numero 79.
& numero 81.verſiculo. Ampliatur 7. vbi plures
contrariam opinionem ſequẽtes refert vltra quos
idipſum dixit Matthæus de Afflict. vbi hanc dixit
eſſe communem opinionem,& indubitatam,in ca
pit.primo,an agnatus,vel filius.num.3. & in capit.
1.§.hoc quoque de ſucceſſ.feud.numero 22. & 74.
Rolan.à Valle.cõſilio 97.nume.50. Petrus de Pe-
ralta in rub.ff.de hæredi.inſti.nume.82. & 83.& nu
mero 94.
¶Ex quibus,ſemper dubia mihi viſa eſt opinio
dicentium ad reuocationem alienationis rerum
feudalium, filium hæredem facto inuentario ad-
mittendum eſſe,ſi feudum familiare: non autem

hæreditarium ſit, vt profitentur Scribentes communiter, quos nimium diligenter citat Pinel. in d. l. prima, parte 3. numer. 93. cum enim inuentarium hæredem ab hæreditaria, obligatione non liberet: niſi vltra vires hæreditarias conueniatur: conſequens eſt, vt ea opinio in qua tota vis obligationis apponitur, in confectione inuentarij nullo pacto probari poſſit. Quamobrẽ verius videtur indiſtinctè filium hæredem à vendicando feudo repelli: ſiue feudum hæreditarium, ſiue familiare ſit, vt opinantur Martinus Syluanus de feudis numero 169. Bald. in capit. 1. §. hoc quoque de ſucceſſione feudi numero 20. Ruinus conſilio 25. numer. 10. cum ſequentibus libro 2. Afflict. in conſtitu. Neapoli. lib. 3. Rubro. 5. numer. 9. Crottus. in dict. l. filiusfamilias. §. Diui. numero 146. & ibi Loazes. num. 191. & alij, quos ſigillatim enumerat Pinel. in d. l. prima parte tertia nu. 81. verſiculo ampliatur quintò: de hoc autem quantum ad feuda attinet deliberandum erit.

26 ¶Cæterum †idipſum etiam dicẽdum erit, etiam ſi facto inuentario filio hæredi nihil aliud præter legitimam ſuperſit. Nam etiam pro quantitate legitimæ à re Maioratus vendicanda repellendus erit: legitima námque ære alieno deducto filiis præſtanda eſt. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inofficio teſtam. Idcircóque creditores filio in legitima præferendi erunt, quod not. Baldus, Paulus, Salicet, Corneus, Alexand, Iaſon. & cõmuniter Scribentes in d. l. fin. §. in cõputatione reprobata gloſ. ibi, quæ contrariam opinionem ſecuta fuit gloſſ. communiter approbata in d. l. cum matre. verbo. *Non probiberis*. Xuarez. in d. l. quoniam in priorib. 7. amplia. num. 11. Ioan. Arelata. in d. l. generaliter num. 128. quorum opinio vera mihi videtur: tametſi Pinel. in d. l. prima tertia parte numer. 79. verſiculo. Ego autem contra Scribent. ſequar opinio. gloſſ. in d. l. final. §. in computatione, dicens, in caſu, de quo agimus filium euictionem præſtare debere: poſſe tamen rem à parente alienatam vendicare. Eius namque opinio prǽciſè eſt aduerſus tex. in l. vendicantẽ. ff. de euictio. vbi is, qui de euictione tenetur à revendicanda repellitur, cui legi congruum reſponſum ipſe non præſtat, nec re vera præſtari poteſt.

27 ¶Quod †intelligendum eſt, quãdo filius in quota hæreditatis inſtitutus eſt: ſecùs autem, quando in quota bonorum ſeu in legitima tanquam quota bonorum, vel re certa inſtitutus eſt, dato cohærede vniuerſali. Cùm enim in eo caſu iure hæreditario non ſuccedat, nec actiones actiuæ, nec paſſiuæ in illum pertranſeant: conſequens eſt, vt à re à patre alienata vendicanda repelli non poſſit. Tametſi ex quota bonorũ æs alienum, atque id, quod nomine euictionis debetur, detrahendũ ſit. Quod dixit gloſſa in d. l. cũ à matre: verbo, *Non probiberis*. quam ibi Scribent. communiter ſequuntur, atque Xuarez in d. l. quoniam in prioribus. 7. ampliatione n. 12. *in qua ſpecie opinio* Pineli quam paulò antè reiecimus admitti poterit.

28 ¶Imò filius hæres patris à re ab ipſo alienata vẽdicanda ſubmouendus erit: nedum quando pater de euictione tenebatur: ſed etiam ſi ipſe ab euictione liber eſſet. Nam etſi ex regula legis vendicantem. ff. de euictionibus repelli non poſſit: poterit tamen repelli ex regula. l. cum à matre, & l. ex qua perſona. ff. de regulis iuris. Quæ iura etiã quãdo alienans, de euictione non tenetur, locum habent: vt opinatur gloſſ. in d. l. cum à matre, verbo. *Non probiberis*, quam ibidem communiter Scribentes ſequuntur. Eámque ſequutus fuit Xuarez in d. l. quoniam in prioribus limita. 7. num. 15. cum ſequentibus: vbi latiſſimè proſequitur materiam, quorum opinionem communem eſſe profitentur Tiraquellus de retract. Lignagier. §. primo gloſſ. 9. num. 47. Socin. Iuni. in l. 4. §. Cato. numero. 221. ff. de verb. obliga. Pinel. in d. l. prima tertia parte n. 81. verſiculo ampliatur ſecundo. Sícque in caſu de quo agimus non eſt facienda diſtinctio, quam plures facere ſolent: vtrum ſcilicet res Maioratus ſciẽti ſeu ignoranti vendantur: nam quanuis illud ad ſciendum vtrum hæres vel defunctus de euictione teneantur, vel non, vtile eſſe poſſit.
29 †Cùm quando res Maioratus ſcienti vendita eſt, venditor non teneatur de euictione: quando autem ignoranti ſic. l. ſi fundum. C. de euictio. Xuarez. in d. 7. limita. nume. 15. Pinel. in d. l. prima, 3. parte, nume. 79. verſiculo antequàm vero. Tiraquellus, qui plura idẽ refert. de retract. Lignagier. §. 12. gloſſ. prima, numero 7. & 8. Quando tamen agitur de re Maioratus ab hærede vendicanda, hæc diſtinctio neceſſaria non eſt: cùm ſiue pater ſcienti vel ignoranti illam vendiderit, vel de euictione teneatur, vel nõ ſemper filius hæres pro portione hæreditaria ab illa vendicanda repellendus ſit.

¶Nec in hac re ſequenda eſt, quædam peregrina deciſio Alberici in d. l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberandi. columna ſecunda dicentis, quòd ſi filij interſit habere rem venditam à patre, & de euictione vbi euictio habetur emptori ſatisfacere quòd eo caſu facto inuentario poteſt rem vendicare, & euictionem præſtare quam deciſionem refert Grego. in d. l. 24. titulo. 13. par. 5. verbo. *Entonce*. Et dicit illam eſſe menti tenendam propter authoritatem Alberici: quanuis ipſe exiſtimet quòd in practica ſecundùm illam nõ obtineretur. Illamque etiam refert Pinelus in d. l. prima. 3. part. n. 80. verſiculo. Ex quo iam ſequitur: nam quanuis ea opinio quandam æquitatis rationem prę ſe ferre videatur: ab omnibus tamen iuris regulis, quas pręmiſimus deuiat proindéque nullo pacto admittenda erit.

30 ¶Sed quãuis prædictæ opiniones, quas circa rei Maioratus ſemel alienatæ vendicationem præmiſimus, in fideicommiſſis ſimplicibus iuris principiis conſideratis probabiliores eſſe appareant, in Maioratibus autem interdum admiſſam vidimus opinionem illorum qui opinati fuerunt bona Maioratus ab hærede alienantis eiuſdémque Maioratus ſucceſſore facto inuentario vendicari poſſe, bonis hæreditariis emptori traditis: quod ſuadetur ex ex eo quòd in vendicandis bonis Maioratus à poſſeſſore alienatis, fauor publicus verſetur, vt pluries in hoc libro oſtenſum eſt, ex quo publico fauore res alienatæ ab ipſomet alienante vendicari permittũtur, ex tex. in d. l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſi. iuncta gloſ. verbo. *vendi*. ibi. *Sed certè imò eſt fauor, ſcilicet publica vtilitas*, vbi Barto. & cõmuniter Scribẽtes. id notãt. Idipſum dixit Bart. in auth. res, de non alien. aut permut. reb. Eccleſiæ in rub. n. 6. Idẽ Bar. in C. poſt mortẽ n. 1. ff. de ado. gloſ. in l. Iuris gentium §. ſi pacis verb. non liceat. vbi Iaſon. n. 4. ff. de poſt Calca. conſi. 126. numero. 4. quod etiã in d. l. Iubemus. §. ſanè. Doctores aduertũt. Idque etiam comprobatur ex eo quòd prima opinione obſeruata res Maioratus, (quæ alioqui indiuiduæ eſſe debent) facilè diuidi poterunt, ſi enim is, qui ex duabus partibus hæres eſt, rem

Maioratus



Maioratus vendicet ab illa vendicanda pro hæreditaria portione ſubmouebitur, tertiáque eius rei pars ſibi adiudicabitur duabus apud emptorẽ manẽtibus quod aduerſus inſtitutorum voluntatem & publicam vtilitatem, palam futurum erit. Nec videtur huiuſmodi abſurdis ex vendicatione ſequentiũ ſucceſſorum conſultum eſſe: ſequẽs namque ſucceſſor, nõ poteſt rem Maioratus integram vendicare, niſi pro ea parte quæ apud emptorem remanſit: qua vendicata plura dubia inter illum & pręcedentem ſucceſſorem circa eius partis ſucceſſionem, ſeu pretij reſtitutionem, & alia exoriri poterunt: ob quę abſurda, atque inconuenientia vitãda æquius videtur eam opinionem eligere, ex qua Maioratus conſeruationi pleniùs conſulatur, & emptori etiam ſatisfiat: quę omnia cum caſus contigerit ſummè aduertenda atque conſideranda erunt.

31 ¶ Vltimo autem loco ſciendum eſt, † re alienari prohibita ſemel alienata, ſeu alienabili effecta eam perpetuò alienabilem eſſe atque tanquam rem liberam vendi, atque alio quolibet pacto alienari poſſe. l. pater filium. §. Quindecim libertis. ff. de lega. tertiò. per quem tex. notant. Bartol. & Scribentes ibidem quòd ſi is, qui prohibitus eſt alienare rem extra familiam, alienet illam vni ex familia, ille in quem ſemel licitè alienata eſt poteſt illam cui voluit alienare. Quod etiam in ſimili probatur ex l. tutor rerum, vbi Barto. & Scribentes id not. ff. de adminiſtra. tuto. Per quæ iura dicere ſolent Scri-
32 bentes, quòd † res Eccleſię ſemel conceſſa in Emphyteoſim perpetuò durat Emphyteotica: adeò, quòd ſi redeat ad Eccleſiam, poſſit iterum in Emphyteoſim concedi abſque noua ſolẽnitate. Quod etiam de re ſemel in feudum conceſſa, & de cauſa, ſemel effecta delegabili, & aliis ſimilibus frequenter Scribent. opinantur: prout Ripa. in d. l. filiusfamilias numero. 66. Crottus numer. 43. Loazes numer. 134. & alibi ſæpè Scribẽtes profitentur, atque probat Tiraquellus plura in idem adducẽs de retract. Lignagier. §. 32. gloſſ. vnica. nu. 6. cum ſequẽtibus quæ regula veluti Brocardica ab Scrib. paſſim tradi, atque plurium quæſtionum deciſioni adaptari ſolet.

¶Hęc autem regula tripliciter limitanda eſt Pri-
33 mò † niſi prohibitio alienandi realis, non autẽ perſonalis ſit. Tunc namque etiamſi res ſemel in vnũ ex familia alienetur, non poterit ab illo in extraneum alienari: cùm prohibitio realis ac perpetua
34 eſſe cenſeatur: † ſicque intelligendus & limitandus eſt tex. in d. §. Quindecim, qui de prohibitione perſonali non autem reali diſponit. Quod Bartol. ibidem numero 4. & in l. peto. §. fratre nu. 3. ff. de lega. 2. palam profitetur, opinantúrque Paul. num. 7. Iaſ. numero 11. D. Anton. de Padilla. nu. 28. in l. voluntas. C. de fideicõmmiſſ. Iaſ. in rep. d. l. filiusfamilias §. Diui nu. 9. quem ſequuntur Crottus, Ripa. atque Loazez ibidem in locis, quibus illos paulò antè citauimus, quę limitatio ad illum tex. proculdubio communis ac vera eſt.

35 ¶Secundò limitatur, † vt non procedat quando prohibitio alienationis perſonalis eſt: cauſa autem prohibitionis realis: ex cauſa namque prohibitio perſonalis ampliatur, atque realis efficitur. Ita, vt nec re ſemel licitè alienata ex poſtfacto in perſonam prohibitam alienari poſſit. Bal. in d. l. voluntas. num. 11. Bart. in d. l. pater filium. §. fundum. nu. primo, & 2. Ripa. qui alia refert in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui num. 66.

36 ¶Tertiò limitatur, † quando portio alienari prohibita peruenit ad illum, qui eam vult alienare, ex iure accreſcendi, vel aliàs ex iudicio teſtatoris: tũc namque etiãſi prohibitio perſonalis ſit, ad illum extenditur, réſque cum ſuo onere, atque alienandi prohibitione ad illum tranſibit. Quod opinatur gloſ. verbo. *Non videtur*. in d. l. volũtas. C. de fidei commiſſ. quam ibidem, & alibi etiam communiter Scribentes ſequuntur: prout teſtatur D. Antonius de Padilla ibidem nu. 29. atque eam ſequuntur Crottus numero 42. Ripa. num. 66. Loazes nu. 134. qui vltimus eam communem opinionem eſſe profitetur in d. l. filiusfamilias. §. Diui Segura. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum nu. 203. ff. de lega. 2. & alibi ſæpè Scribent.

¶ Animaduertendum autem eſt, quòd etiamſi prohibitio alienationis realis ſit (prout in Maioratibus cõtingit, quorum prohibitiones reales eſſe cenſentur, vt ſupra libr. 1. cap. 4. latius oſtendimus)
37 res † tamen ſemel licitè extra familiam alienata (veluti ex Regia facultate, vel ex alia cauſa neceſſaria, ex quibus res Maioratus alienari poſſunt: de quibus infra iſto libro capite 3. cum ſequentibus dicemus) perpetuò remanet alienabilis, atq; libera: non autem Maioratui ſubiecta, quo ad omnes effectus. Nec obſtat id, quod paulò antè dicebamus, quòd ſcilicet, quando prohibitio realis eſt, res ſemel alienata non poſſit iterùm in perſonam prohibitam alienari: nam illud intelligendum eſt, quãdo prima alienatio fuit facta in perſonam de familia ex permiſſione inſtitutoris: ſecùs autem ſi in perſonam extraneam licitè ſemel facta fuerit, veluti ex Regia facultate, vel ex debitis Maioratus inſtitutoris, vel aliàs: tunc namque res ſemel alienata. vel alienabilis effecta perpetuò tanquam libera alienari poterit, nec ampliùs ad Maioratum redire debet, Quod probatur ex gloſſa in Authentica res quæ. verbo. *Obligationem*. C. communia de lega. iunctis aliis, quæ infra iſto lib. c. 6. num. 4. latiùs adduximus. Quibus plura alia adiici poſſent, quæ in hac parte prætermittimus ex eo, quòd ſupra li. 1. eorũ aliqua prædixerimus, & ex eo etiam, quòd illa, quæ hîc omiſſa fuerint apud repetentes in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui omnibus facilè obuia eſſe poterunt.

## *SVMMARIA.*

1 *Maioratus ex ſua natura reuocabilis eſt.*
2 *Teſtamentum nulla via irreuocabile fieri poteſt etiam iuramento de non reuocando accedente nec ex Principis facultate.*
3 *Traditione rerum Maioratus ab inſtitutore facta, irreuocabilis fit.*
4 *Traditione ficta quæ fit per conſtitutum: vtrum Maioratus fiat irreuocabilis.*
5 *Poſſeſſio ciuilis transfertur per conſtitutum, & dominium vtile & directum.*
6 *Statutum loquens de traditione, habet locum in conſtituto*

7 *Conſti-*

7 *Conſtituto quando transferatur poſſeßio tam præſentium quàm futurorum.*
8 *Precario transfertur poſſeßio.*
9 *Vſusfructus reſeruatione transfertur poſſeßio, & Maioratus irreuocabilis fit.*
10 *Scripturæ traditio eundem effectum operatur.*
12 *Declarantur.ll.17.& 44.Tauri,& nu.12.& 17. & 18.& 25.& 28.& 29.*
13 *Cōfeßio inſtitutoris Maiorat⁹, vocatū poßidere res in Maioratu cōtētas, idē operatur quod cōſtitutū.*
14 *Ceßione quando Maioratus fiat irreuocabilis.*
15 *Ceßio in quibus locum traditionis habeat.*
16 *Maioratus vel meliorationes ex cauſa oneroſa cum aliquo tertio factæ irreuocabiles fiunt & quomodo id procedat.*
19 *Maioratus in vltima voluntate factus: vtrum fiet irreuocabilis ſecuta traditione.*
20 *Petrus à Peralta taxatur.*
21 *Traditio vnius tantum rei ex contentis in Maioratu an ſufficiat ad eius irreuocabilitatem, an verò omnium neceſſaria ſit.*
22 *Apprehenſio vnius rei ex pluribus non transfert poſſeßionem in aliis.*
23 *Apprehenſione partis: quando quæratur poſſeßio totius.*
24 *Donatio facta à patre filiofamilias valet in caſibus quibus in eum transfertur dominium.*
26 *Traditio facta de vna re quando agitur de acquiſitione alicuius iuris operatur illius iuris acquiſitionem, etiam quo ad alias.*
27 *Indefinita æquipollet vniuerſali, qualiter intelligatur.*
30 *Animus non reuocandi ex quibus verbis colligatur.*
31 *Conſtitutum ſimpliciter factum, vel de bonis tam præſentibus quàm futuris, operatur irreuocabilitatem Maioratus ſeu meliorationis etiam in bonis futuris.*
32 *Antonius Gometius à Tellij impugnatione defenditur.*
33 *Maioratus vel melioratio in iuribus, incorporalibus, vel in bonis in quibus inſtitutor non habet poſſeßionem, an poßit fieri irreuocabiliter ſine ceßione, & nu.35.& 38.*
34 *Conſtitutum ad iura incorporalia non extenditur, & num.37.*
36 *Intelligitur l.3.ff.pro ſocio.*
39 *Verbum, quodcunque, ſi apponatur in donatione iurium & actionum quod denotet effectum & perfectionem actus, habet vicem ceßionis.*
40 *Maioratus vtrum fiat irreuocabilis ex pacto de non reuocando & nu.45.*
41 *Clauſula acceſſoria contractus reuocabilis, etiam reuocabilis eſt & nu.47.*
42 *Clauſula ad contractus executionem appoſita, non alterat eius ſubſtantiam, & nu.49.*
43 *Clauſula conſueta apponi: quando operetur aliquid, & nu.51.*
44 *Intelligitur & declaratur.l.vbi ita donatur.ff.de donati.cau.mor.& nu.52.& 53.*
46 *Pactum de non contraueniendo non alterat naturam contractus.*
48 *Clauſula acceſſoria quando ſequatur naturam diſpoſitionis principalis.*
50 *Declaratur tex.in clemen.1.de præbendis.*
54 *Maioratus fit irreuocabilis, quando id in facultate Regia ad eum faciendum præcipitur.*
55 *Iuramentum vtrum faciat Maioratum irreuocabilem.*
56 *Iuramentum ſequitur naturam contractus.*
57 *Iuramentum cū pacto de ratū habendo vel non contraueniendo, an faciat Maioratum irreuocabilē.*
58 *Maioratus an requirat acceptationem primi vocati, vt non poßit reuocari, & nu.60.& 64.*
59 *Acceptatio in donatione, an ſit neceſſaria hodie attenta.l.ordinamenti, & nu.60.*
61 *Donatio non eſt propriè contractus, ſed largo modo.*
62 *Declaratur.l.3.tit.de las exceptiones.lib.3.ordi.*
63 *Alteri per alterum ſi ex ſtatuto quæratur obligatio, intelligitur cum acceptatione abſentis.*
65 *Alteri per alterum qualiter quæratur obligatio iuramento interueniente.*
66 *Maioratus ante acceptationem reuocari poteſt, etiamſi cū iuramento & cum clauſula de non reuocando factus ſit.*
67 *Notarij acceptatio nomine abſentis facta, vtrum Maioratum irreuocabilem efficiat.*
68 *Ex acceptatione notarij, acquiritur vocato ad Maioratus ſucceſſionem actio vtilis ſine ceßione.*
69 *Actio vtilis quæ acquiritur vocato ad Maioratus ſucceßionem ex acceptatione notarij, vtrum acquiritur ſibi reuocabiliter, an irreuocabiliter.*
70 *Notarius vtrum poßit acquirere abſenti ſolum in iudicialibus, an id etiam ad actus extraiudiciales protrahendum ſit.*
71 *L.7.tit.11.part.5.declaratur.*
72 *Opinio Caroli Ruini in pluribus conſiliis taxatur.*
73 *Acceptatio primi vocati ad Maioratus ſucceßionem vtrum Maioratum irreuocabilem efficiat, etiam reſpectu ſequentium ſucceſſorum.*

74 *Doctri*



74 *Doctrina Bartoli in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verb. oblig.exactißimè declaratur.*
75 *Donatio facta infanti abſque acceptatione, irreuocabilis efficitur.*
76 *Præſentia donatarij ſimul cum eius taciturnitate pro acceptatione reputatur.*
77 *Acceptatio donationis vtrum mortuo donante, vel donatario fieri valeat.*
78 *Maioratus inſtitutio ex Regia facultate facta etiam omninò irreuocabilis effecta, reuocari poterit ſi in Regia facultate dicitur, quod poſt inſtitutionem ab ipſo inſtitutore liberè valeat reuocari.*
79 *Quo pacto Maioratus irreuocabilis effici valeat, etiam exiſtente facultate, ex qua permittatur inſtitutori, vt poſt illum inſtitutum, eum ipſum liberè reuocare poßit.*
80 *Maioratus omninò quo ad inſtitutorem irreuocabilis effectus, nihillominus ex diſpoſitione iuris in pluribus caſibus reuocari poterit.*
81 *Maioratus alias irreuocabilis, reuocari poterit ex ſuperuenientia filiorum, ſaltem quo ad eorum legitimam, ſeu alimenta.*
82 *Maioratus irreuocabilis ex tertio, & quinto inſtitutus, vtrum reuocetur bonis inſtitutoris diminutis.*
83 *Legibus dicentibus quo ad meliorationem tertij & quinti tempus mortis meliorantis expectandum eſſe, vtrum valeat à meliorante, & meliorato in præiudicium cæterorum filiorum renuntiari.*
84 *Maioratus à viro, & vxore ſimul inſtitutus vtrū altero illorū mortuo, poßit à ſuperſtite reuocari.*

## *Qualiter ex inſtitutorum reuocatione Primogenia finiantur.*

### CAPVT SECVNDVM.

INter alias extinctionis Primogeniorum cauſas, illa primo loco tractanda ſe offert, quæ ex eorum reuocatione ab ipſo primo inſtitutore facta reſultat. Qua in re in primis pręmittendum eſt, quòd Hiſpanorum Primogenia ex propria natura reuocabilia ſunt: adeò, vt ipſemet inſtituens poſſit illa: prout ſibi libuerit mutare, atque alterare: ſiue Regia præcedente facultate, ſiue abſque illa, ſiue in contractu, ſiue in vltima volūtate inſtituta ſint. Vt probat tex.in l.44.Tauri, quæ hodie eſt l.4.titu.7.lib.5. in noua. leg.Reg. collectione, in quo Primogenia etiam in contractu inſtituta vltimæ voluntatis naturam ſortiuntur, vt ſupra libro primo capitulo.12.latiſſimè declarauimus.

1 ¶Quod † adeò verum eſt, vt non ſolùm Maioratus reuocari valeant, quo ad vocationes, ſeu conditiones illas mutando, vel alterando, ſed etiā ita, vt in totum ſupprimantur, & ea bona in poſterum libera efficiantur. Cùm enim Primogenia, ſiue in contractu, ſiue in teſtamento inſtituta vltimæ voluntatis naturam ſortiantur, conſequens eſt, vt in totum etiam reuocari valeant, ſicut quælibet alia vltima voluntas in totum reuocari poteſt: quod etiam ex d.l.44.Tauri, apertiſſimè comprehenditur.ibi. *Pueda lo reuocar a ſu voluntad.* Idque adeò clarum eſt, vt mirandum ſit de Petro de Peralta viro alioqui doctiſſimo qui in l. tertia.§. qui fideicommiſſam nu.120. verſi. imò plus poſſet attentari.ff. de hæred. inſti. dixit Maioratum non poſſe in totum reuocari, ita vt bona libera efficiantur: ſed ſolùm vocationes, & ſubſtitutiones alterari bonis ipſis ſemper Maioratui ſubiectis remanētibus.

¶Quanuis autem Primogenia, quę in contractu ſiue in vltima voluntate inſtituta ſunt, ſemper mutari atq. reuocari valeant: inter illa tamen, quæ in teſtamento, & ea, quæ in contractu inſtituuntur
2 multum intereſt. Illa † námque quæ in teſtamento inſtituta ſunt, nullo pacto valent irreuocabilia effici. Non enim poteſt inueniri via, ex qua teſtamēta irreuocabilia fiant.l.cùm duobus.§.idem reſpōdit.ff.pro Socio.ibi: *Nec libertatem de ſupremis iudicijs reſtringere quis poterit.* Bart. communiter ſequutus in l.ſi quis in principio teſtamenti.nu.11.cū ſequent.ff.de lega.3.Deci.conſi.292.nume.1.Boer. qui plura refert deciſio.204.num.18.l.25. titulo.1. part.6.ibi. *Porende ningun home no puede fazer teſtamento tam firme, que lo non pueda deſpues mudar quando quiſiere faſta el dia que muera.* Quod adeo verum eſt, vt neque ex iuramento de non reuocādo teſtamentum irreuocabile effici poſſit, Bart. in d.l.ſi quis in principio.n.14.Bal.in l.1.n.67.C.de Sacroſ.Eccle.Iaſ.in l.ſi conuenerit.n.5.ff.de iuriſd. omni.Idem in l.ſi ita quis.§.ea lege num.23.ff.de verbo.obl.Ripa in c.1.nu.58.de iudi.Alciat.in ca.cùm contingat.nu.67.de iureiurand.D.Didacus de Couarru.plura referens in Rub.de teſta.2.part.nume. 15.Iulius Carus.lib.3.recepta. ſent. §. teſtamentum quæſtione.94.vbi inquit hanc eſſe communem opinionem Canoniſtarum, & legiſta.D.Anto.de Padilla in l.clari.nu.C.de fideic.

¶Similiter etiam neque in Principis facultate teſtantis conſenſu interueniente conceſſa, ad hoc, vt teſtamentum reuocari non valeat, teſtamentum ipſum irreuocabile effici poterit. Cùm teſtandi facultas, & libertas ex iure gentium procedat, atque idcircò, à Principe auferri non poſſit, vt optimè probat.D.Anton.de Padilla in l.clari.C.de fideicom.nu.18. cuius opinio mihi probabilis videtur, quibus adiiciendum eſt elegans dictum Bald. in c.1.numer.13. de confir.vti. vel inuti. vbi inquit quòd ſi Princeps confirmat teſtamentum in quo clauſula irreuocabilitatis appoſita eſt, ea confirmatio nihil amplius operabitur, quàm ſi appoſita non fuiſſet. Sícque id ex Regia facultate vnquam conceſſum fuiſſe, nec vidimus, nec accepimus, nec etiā credimus id eſſe in poſterum concedendum.

3 ¶Sed † ea Primogenia, quæ ex contractu, inſtituūtur, ſiue ex Regia facultate, ſiue abſque illa inſtituantur, poſſunt multipliciter irreuocabilia fieri. Primò, ex traditione rerum ipſius Maioratus, vt in melioratione tertij diſponit.l.17.Tauri, quæ hodie eſt.l.1.titul.6.li.5.in noua.ll.Reg. collectione.& in Maioratibus.l.44.Tauri hodie.l.4.ti.7.eod.li.circa quarū legū intellectū in hac parte plura ſummè difficilia, atque frequentia dicenda ſe offerunt

¶In

¶In primis autem ea quæſtio decidēda ſe offert,
4 vtrum†ſcilicet ad hoc, vt Maioratus irreuocabilis
fiat,requiratur vera ac realis traditio, vel ſufficiat
illa,quæ fit per conſtitutum. In qua quæſtione di-
cendum eſt, ex traditione facta per conſtitutum
æquè, ac ex vera traditione Maioratum, ſeu me-
liorationem irreuocabilem effici. Ex conſtituto
namque acquiritur vera poſſeſſio ciuilis, atque e-
tiam naturalis:etſi actus acquirendi fictus ſit.l. cer
tè.ff.de precario.l.quod meo.in prin.vbi commu-
niter Scriben.id notant ff. de acquir. poſſe. Tira-
5 quellus de iure conſti.amplia.1.n.1.2.par. Imò†ex
ipſo conſtituto:nedum poſſeſſio, ſed etiam domi-
nium vtile,atque directum acquiritur, vt profite-
tur Tiraquellus, plura in idem adducens de iur.
6 conſt.amplia.8.nu.1.cum ſequen.2.par.†Sícque o-
mnes dictarum.ll.Commentatores cenſent earum
diſpoſitionem:nedum in traditione vera:ſed etiam
in conſtituto,&aliis ſimilibus procedere.Quod e-
tiam ſequutus fuit Petrus de Peralta in l.cùm pa-
7 ter.§.à filia.n.25.ff.de lega.2. Nec mirum† cum etiã
ſtatutum de traditione loquens in conſtituto lo-
cum habeat, vt ex pluribus probat Tiraquellus.d.
amplia.1.n.2. Quod etiam tam reſpectu bonorum
præſentium:quàm futurorum verum eſt: cùm per
conſtitutum poſſeſſio bonorum: tam præſentium
quàm futurorum transferatur: quando conſtitutũ
ipſum de omnibus bonis præſentibus, & futuris
factum fuit,vel ſimpliciter,& abſolutè appoſitum
eſt.Iacob.Butrica.in fin.Bart.num.4. Salicetus nu.
4.in l.fin.C.quæ res pig.oblig.poſſu.Alexand.cõſ.
85.num.8.libro.6. & ibi Carolus Molineus in ad-
dit. vbi ambo hanc opinionem communem eſſe
profitentur.Tiraquellus qui plura refert.de iur.cõ
ſti.ſecunda part.22.amplia.numer.1. Quod conſi-
derato tempore acquiſitionis futurorum verum
eſt,vt declarant Bald.in l.ſi quis argentum.§. ſed ſi
quidem numero.1.C.de dona. & Scribentes quos
ſuperiùs citauimus.Rolan.Valle.qui id optimè de
clarat.*conſi.79.numer.46.vbi.n.41.cum ſeq. benè*
declarat. tex.in l.3.§.etenim incert.ff. de acq.poſſ.
8 ¶Ex†quibus infertur deciſionem dictarum legũ
etiam in precario ſeruandam eſſe: cùm ex eo poſ-
ſeſſio transferatur,& animus etiam non reuocan-
di comprehendi pòſſit.l.ſecunda.ff.de prec.l.& ha
bet.§.eum,qui precario.ff.eod.Tiraquellus de iur.
conſt.par.1.nu.4.
9 ¶Similiter†etiam infertur idipſum in reſeruatio
ne vſusfructus dicendum eſſe,cùm ex ea etiam poſ
ſeſſio transferatur,atque non reuocandi animus cõ
prehendatur.l.quiſquis.C.de dona.l. argentum.§.
ſed ſi quidem.C.eod.IdqueScribentes in d.l.quod
meo.& in l.licet.C.de acquir.poſſeſſ. communiter
annotare ſolent.
10 ¶Similiter†etiam idipſum dicendum erit, ſi ſcri
pturæ traditio interueniat, vt in dictis legib. 17.&
44.Tauri expreſſè deciſum eſt.Quæ verba de tra-
ditione inſtrumenti ipſius Maioratus, vel melio-
rationis:non autem de inſtrumentis, ac titulis ea-
rum rerum, quæ in Maioratu, vel melioratione
continentur, intelligenda ſunt. Nam quanuis ad
tranſlationem poſſeſſionis traditio titulorum re-
quiratur ex l.prima.C.de dona.Ad inducẽdam ta-
men Maioratus, vel meliorationis irreuocabilita-
tem id neceſſarium non eſt, vt ex verbis dictarum
legum comprehenditur. Idque optimè declarat
Tellius in dicta lege.17.Tauri,n.65.vbi inquit, ſic
intelligenda eſſe ea, quæ dixit Dominus Didacus
de Couarrunias,lib.3.reſol.cap.16.n.12.

¶Hoc tamen intelligendum eſt, dummodo ſcri-
ptura coram tabellione tradatur.Non enim aliter
dictæ leges Maioratum,ſeu meliorationem irreuo
12 cabilem eſſe voluerunt.† Quarum diſpoſitio præ-
ciſè ſeruanda erit, cum id aduerſus, ſeu præter
iura communia diſponant: vt optimè reſoluit
Tellius in dicta l.17.numer.68.vbi inquit, non ſuf
ficere,quòd coram iudice, vel aliis perſonis ſcri-
ptura tradatur, niſi id corã tabellione factũ fuerit:
de quo tamẽ cùm caſus cõtigerit,deliberandũ erit.
13 ¶Imò†non ſolùm ex ſuperiùs adductis Maiora-
tus, ſeu meliorationis irreuocabilitas cauſabitur,
ſed etiam ex confeſſione facta ab ipſo Maioratus
inſtitutore,vel meliorante, qua profiteatur Maio-
ratus ſucceſſorem, vel melioratum res in Maiora-
tu,vel melioratione contentas poſſidere. Hæc nã-
que conceſſio etiam abſque clauſula conſtituti,
præcedente cauſa habili, ad tranſlationem poſſeſ-
ſionis:ſicut ipſum conſtitutum ſufficiens eſt, gloſ.
ordinaria,quæ ſic intelligenda eſt in l. ab emptio-
ne.verbo,*Conſtituantur*.ff. de pact. Quam ſequun-
tur Bald.& communiter Scribent.ibidem,& plu-
res alij,quos refert Tiraquel.de iur. conſti. 2.part.
ampliatione.2.num.1.cum ſequentibus. Sícque in
terminis legum Tauri dixit Tellius in dicta lege.
17.Tauri.nu.24.
14 ¶Similiter etiam†melioratio, vel Maioratus irre
uocabilis efficietur in his bonis, in quibus pater
habet dominium,non autem poſſeſſionem, & etiã
in nominibus debitorum,ſi à parente eorum bo-
norum ceſſio facta fuit, in illum, qui primo loco
ad Maioratus, vel meliorationis ſucceſſionem vo-
catus eſt. Ceſſio namque in his effectum traditio-
nis obtinet.glo.ſing.in l.fin.verbo, *Portionibus*.ff.
15 de donatio.Pro qua gloſſ.eſt†tex.in l.fin. C. quan-
do Fiſc.vel priua. Tiraquel. qui plura refert,de iur.
conſti.2.par.amplia.32.numer.23.& latiùs par.3.li-
mita.1.num.10. Sícque in terminis dictarum legũ
Tauri reſoluit Tellius in d.l.17.Tauri, numer. 50.
vbi etiam,nume.51.cum ſequentibus expendit: v-
trum non facta ceſſione, Maioratus, ſeu meliora-
tio de huiuſmodi bonis facta valeat irreuocabilis
effici,de quo inferiùs agimus, & ibi etiam numer.
57.cum ſequentibus agit de melioratione,quę cau
ſatur ex remiſſione vſusfructus,& vtrum reuocabi
lis ſit.Quod apud ipſum videri poterit.
16 ¶Sed†ex Maioratu,vel melioratione ob cauſam
*oneroſam cum aliquo tertio factis*, eorum etiam
irreuocabilitas cauſatur,vt in dictis legibus. 17. &
44.Tauri expreſſè diſpoſitum eſt. In quo tamen
17 animaduertendum eſt,†non ſufficere Maioratum,
vel meliorationem ex cauſa dotis, vel ex alia cauſa
oneroſa facta fuiſſe, vt eorum irreuocabilitas con-
tingat: niſi id cum tertio ex eo intereſſe præten-
denti,factum fuerit.Quod apertè inſinuant verba
illarum legum,dum in eis dicitur,ibi. *Por cauſa o-
neroſa con otra tercero*.Duo igitur debent interue-
nire vt Maioratus,ſeu melioratio irreuocabilis ef-
ficiatur:ſcilicet,quòd contractus fiat ex cauſa one-
roſa, & cum tertio ex eo intereſſe prætendenti:
prout optimè conſiderat Tellius in dicta lege de-
cima ſeptima, numero ſexageſimo nono: quod
ad Maioratus,& meliorationes, quæ ex cauſa ma-
trimonij fiunt,ſummè conſiderandum erit. Nam
ſi non fiant ex pactione cum tertio facta,non ideò
irreuocabilia erunt.
¶Sed ſi Maioratus, vel melioratio ex cauſa matri
monij genericè facta fuerint, & poſteà huius
Maioratus, ſeu meliorationis virtute Maioratus
ſucceſſor



ſucceſſor, vel melioratus cum aliqua matrimo-
nium contraxit, Maioratus, vel melioratio reuo-
cari non poterit: iam enim ex tertij interuentu ea
diſpoſitio irreuocabilis facta fuit, nec debet ex ea
ipſe tertius circumueniri, vt etiam reſoluit Tel-
18 lius in dicta.l.17.numer. 72. Quod†adeò verum
eſt, vt poſt tertij interuentum non valeat Maio-
ratus,ſeu melioratio, etiam ex Maioratus ſucceſ-
ſoris,vel meliorati conſenſu, in vxoris ſuæ, & fi-
liorum præiudicium reuocari: prout opinantur
*Bald.in* l.*præſes*.C.de *donatio*. *verſic*. *Tamen* be-
nedico.idem Baldus in l. cùm Archimedoram.n.
10.C.vt in poſſeſſ.legat.Alexander conſil.10.num.
4. libr. 4. Decius in l.pactum quod dotali. C. de
pact.numer.8.Tellius in dicta l.17.numer.73.Sed
etſi melioratio, ſeu Maioratus cum tertio facta
fuerint,nihilominùs reuocari poterunt,ſi ex poſt-
facto matrimonium non contrahatur, vt optimè
conſiderat Tellius in dicta l.17.num.76. aduersùs
Ioannem Lupum,numer.45.& Gomet.Arias,nu.
28.& Ciſuentes,numer.5.ibidem, & Seguram in
lege,vnum ex familia.§.ſed ſi fundum. ff.de legat.
2.fol.52.colum.4 verſicul.Ex quo poſſet inferri.
¶Hi igitur ſunt caſus,quæ in dictis.ll. 17. & 44.
Tauri ad Primogenij,vel meliorationis irreuoca-
bilitatem inducendam,ſiue explicitè, ſiue impli-
citè enumerantur:vltra quos etiam alij excogita-
ri poterunt,de quibus ſtatim dicemus. Sed quo-
niam inter ſupradictos præcipuus irreuocabilita-
tis modus fuit ille,qui ex rei, vel rerum in Maio-
ratu,vel melioratione contentarum traditione re
ſultat: operæpretium erit antequàm ad alios ca-
ſus pertranſeamus, in hac parte duas arduas atque
percelebres quæſtiones hunc articulum contin-
gentes reſoluere.In primis autem ſe offert ea quæ
19 ſtio:vtrum†ſcilicet Maioratus, vel melioratio in
vltima voluntate facta ex traditione ſubſequuta
irreuocabilis efficiatur. Qua in re(tametſi ſatis
controuerſa ſit)communis opinio eſt, quòd ſi tra
ditio fiat ſub commemoratione *relicti in vltima*
voluntate facti,& in eius executionem ipſum re-
lictum,ſiue ex cauſa Maioratus, vel meliorationis
tertij factum fuerit, nihilominùs tamen reuoca-
bile maneat,neque traditio vltimæ voluntatis na-
turam alterare cenſeant. Si verò traditio ipſa ſim-
pliciter fiat,ea traditio quandam donationem in-
ter viuos irreuocabilem efficiat:adeò, vt ex poſt-
facto reuocari non valeat:quod dixit gloſ. verbo,
*Quædam*,in l.legatũ,la primera.ff.de lega.2. quam
ibi ſequuntur Dynus,Bart.Cuma.Imola, & com-
muniter Scribentes.l.Lucius. quæ ſic intelligenda
eſt:prout ibidem communiter Scrib. notant ff.de
lega.2.Iaſon.in l.filiæ dotem.C.de colla.colum.2.
in fi. Loazes in l.filiusfamiliàs.§.Diui.ff.de lega.1.
numer.37.Crottus in l.frater à fratre. ff.de condi.
indebi.numer.24.Carolus Ruinus conſil.137.n.7.
libro quinto.Afflict.deciſ. 275. Riminal.in princ.
Inſti.de dona.numer.479.D.Dida.deCouarru.in
Rubri.de teſta.2.parte.numer.21.colum.fina.Tel-
lius in d.l.17.Tauri,numer.85.cum ſequentib.vbi
id deducit ad terminos.d.l.dicens meliorationem
tertij ex teſtamento factam ex traditione in vita
teſtantis ſimpliciter facta,irreuocabilem fieri: ſe-
cùs autem ſi fiat traditio ex cauſa teſtamenti,
ibíque inquit ſe in quadam ardua cauſa ſecũdum
hanc opinionem obtinuiſſe. Quod etiã dixit An-
ton. Gometius ſic intelligendus in eadem l. 17.
Tauri.numer. 24. quamuis ibi non rectè ſe expli-
cet, ſed id apertiùs dixit libr.1. variarum reſolut.
cap.12.numer. 4. imò id indiſtinctè accipiendum
eſſe, ſiue traditio fiat ſub commemoratione le-
gati, & in executionem eius, ſiue ſimpliciter, vt
vtroque caſu legatum efficiatur irreuocabile,& in
donationem inter viuos transfundatur aduersùs
communem Scrib.ſententiam, ex pluribus ſubti-
liter & ingenioſè probat Peralta in d. l. Lucius.ff.
de lega.2.numer.4.cum pluribus ſequentibus,vbi
n.20.id inducit ad ampliationem d.l.17. Tauri,di-
cens *meliorationem factam in teſtamento* fieri ir
reuocabilem,ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa teſta-
menti res in melioratione comprehenſæ tradan-
tur. Quod eſſet nouum ac ſubtile, ſi verum fo-
ret.
¶Hæc autem exactiùs expendenda ſunt.In pri-
20 mis autem præmittendum eſt, quòd†quãuis opi.
Petri de Peralta aduerſus communem(quæ priùs
fuit Angel.de Periglis, quem ipſe refert)iure com
muni conſiderato, forſan ſuſtineri poſſet: hodie
tamen legibus 17.& 44. Tauri conſideratis, nul-
lo pacto admittenda erit. Cùm enim ex eiſdem
legibus diſpoſitũ ſit expreſsè atque præciſè,quòd
irreuocabilitas non poſſit induci ex traditione,
niſi quando Maioratus, ſeu melioratio ex contra-
ctu facta fuerunt: conſequens eſt, vt traditio fa-
cta ſub commemoratione meliorationis,vel Maio
ioratus in teſtamento inſtituti, nullo pacto ea ir-
reuocabilia efficere valeat: cùm in teſtamẽto non
autem in contractu, vt ipſæ leges præciſè requi-
runt,facta fuerint. Nec verba illarum legum re-
ſponſum admittunt: quamuis Petrus de Peralta
plurimùm in earum legum reſponſione inſuda-
uerit: in quo potiùs videtur earum legum ver-
ba captare, quàm interpretari: vt apud ipſum vi-
deri poterit:niſi dixerimus,quòd in d.l.17, Tauri
punctus apponendus ſit in illis verbis. *Saluo ſi he-
cha la dicha meiora*.& verbum illud, *Por contracto
entre viuos*:ad traditionem rerum referatur:ita vt
*traditio ex cõtractu interviuos* efficienda ſit:quod
etiam in l.44.Tauri ſic effici poterit.Sed hic intel
lectus illius l.verba, & ſenſum apertiſſimè etiam
violare videtur.
¶Hoc autem præſuppoſito, intellectus Anton.
Gometij, & Tellij potiùs ſuſtineri poſſe videtur.
Non enim hi concedunt ex traditione Maiora-
tum in teſtamento inſtitutum irreuocabilem ef-
fici, quando facta fuit traditio ſub ipſius Maiora-
tus,vel meliorationis commemoratione, ſed ſo-
lùm quando id ſimpliciter factum fuit: in quo ca-
ſu non poteſt dici, traditionem ex teſtamento fa-
ctam fuiſſe,ſed ex noua donatione interviuos,quę
ex traditione reſultat:quæ operatur donationem,
& etiam donationis irreuocabilitatem, quæ ad i-
pſam donationem conſecutiua eſt,vt aduertit Tel
lius in d.l.17.n.88
¶Sed quamuis hoc forſan genericè in meliora-
tionibus admitti poſſet: male tamen ad Maiora-
tus,de quibus agimus,adaptari poterit.Cùm enim
Maioratus in teſtamento inſtitutus præceſſerit,
traditio ſubſecuta, vel ex cauſa nouæ donationis
liberè facta præſumenda erit, vel ex cauſa Maio-
ratus præambula:niſi denuò in ipſa traditione ite-
rum Maioratus inſtituatur.Ideóque cùm caſus cõ
tigerit,hæc omnia in Maioratibus exactiùs conſi-
deranda erunt. Raro namque continget fieri tra-
ditionem, ita vt à Maioratu eius inſtitutor diſce-
dere videatur: quòd ſi ab illo non diſcedat, ſem-

per traditio ex cauſa præambula teſtamenti facta cenſenda erit.

¶Secunda quæſtio percelebris hanc irreuocabilitatem, quæ ex traditione rerum Maioratus re-
21 ſultat, contingens ſit: vtrum † ſcilicet ad hoc, quòd Maioratus quoad omnia irreuocabilis efficiatur, ſufficiat traditio alicuius rei, ex his quæ in Maioratu continentur, an requiratur omnium rerum traditio. Qua in re in primis dicendũ videtur, omnium rerum traditionem requiri: aliàs autem in non traditis Maioratum, ſeu meliorationem reuocabilem eſſe. Idque probatur primò ex litera d. l. 17. Tauri: dũ in ea dicitur: *Auiẽdo entregado la poſſeſſiõ de la coſa y coſas en el dicho tercio cõtenidas.* Ex quibus verbis comprehenditur non ſufficere ad irreuocabilitatem meliorationis inducendam, quòd tradita fuerit vna res earum, quæ in melioratione continentur: ſed quòd omnes neceſſariò tradendæ ſint. Indefinita namque appoſita in lege æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus, vbi Bartol. & communiter Scrib. id notant. ff. de lega. 2. & in l. 1. ff. de regul. iur. & alibi ſæpè Scrib. Idque comprobatur ex eo, quòd quamuis in l. 17. Tauri communiter hucuſque in omnibus propè exemplaribus legi ſolitum eſſet: *La poſſeſſion de la coſa, o coſas*: hodie tamen in noua leg. Regni collectione dicitur, *De la coſa y coſas.* quæ litera neceſſariò ſequenda eſt.

¶Secũdo, quia in dictis. ll. dicitur: *Auiendo entregado la poſſeſſion de la coſa y coſas.* Ex quibus verbis cenſetur diſponere, quòd tranſlatio poſſeſſionis eſt illa, quæ cauſat irreuocabilitatem. Certum
22 namque eſt, † quòd apprehenſio vnius rei ex pluribus, non transfert poſſeſſionem earum rerum, in quibus apprehenſio non interuenit: prout Scribent. in l. licet. C. de acquir. poſſeſſ. & in l. 3. in prin. ff. eodem communiter profitentur. Illud autem, quod dici ſolet, quòd per apprehenſionem partis acquiritur poſſeſſio totius: intelligendum eſt, quando apprehenditur poſſeſſio alicuius fundi
23 certi & determinati. Eo † namque caſu per apprehenſionem partis fundi, acquiritur poſſeſſio totius: ſecùs verò quando apprehenditur poſſeſſio vnius rei ex pluribus: tunc namque ex hac apprehenſione nunquam cenſetur apprehenſa aliarum rerum poſſeſſio: prout in d. l. 3. in princ. notant Bartol. numero quarto. Alexand. numero 21. Iaſon, numero tertio, & communiter Scribent. poſt gloſſ. ibidem. Dynus, & cæteri in capit. 1. de regul. iur. libr. 6. Quod etiam alibi ſæpè Scrib. annotare ſolent.

¶Tertiò, quia ratio quare in caſibus in dictis. ll. contentis, Maioratus, ſeu melioratio irreuocabilis efficitur, eſt: quia ex traditione transfertur dominium in Maioratus ſucceſſorem, vel melioratum: gloſſ. ordin. in l. 2. in verbo, *Poteſtate.* C. de inoffic.
24 dona. Ex qua ratione colligitur regula, † quod in omnibus caſibus in quibus in filiũfamiliàs transfertur dominium, valet donatio facta illi à patre, & erit irreuocabilis. Quamobrem hanc eſſe rationem decidendi ad dictas ll. reſoluit Tellius in d. l. 17. Tauri. nume. 89. Cùm igitur dominiũ abſque traditione transferri non valeat. l. traditionibus. cum ſimilibus. C. de pact. conſequens eſt, vt in his rebus, quæ traditæ non ſunt, deciſio dictarum legum non procedat. In qua opinione videtur reſidere Caſtillo in dicta l. 17. Tauri, numer. 16. vt conſtat ex allegationibus, quas in idem adducit, quamuis nihil reſoluat: Tellius autem in d. l. 17. numer. 15. cùm hanc queſtionem diſputaſſet dixit, eam legem procedere, vbi melioratio aſſignata fuit in re certa, quæ etiam tradita fuit: quando autem non fuit aſſignata in re certa, inquit, quòd ſi ea lex voluit, quòd etiam in rebus non traditis melioratio ſit irreuocabilis, erit lex voluntaria, & non rationabilis. Qua ratione relinquit hoc cogitandum, adiiciens quòd exiſtimat eam legem intelligendam eſſe de traditione, quæ eſt apta comprehendere præſentia, & futura, veluti ſi ex conſtituto fuerit facta.

¶Sed his non obſtantibus, dicendum eſt Maioratus conſtitutionem, ſeu meliorationem fieri irreuocabilem, nedum quoad tradita, ſed etiam quoad illa, quæ tradita non fuerunt: quando eo animo traditio facta fuit, vt melioratio reuocabilis efficeretur. Quod probatur ex ſequentibus.

¶Primò quia cùm effectus Maioratus ex tertio, & quinto inſtituti pendeat ex bonis, quæ ipſius inſtitutor tempore mortis ſuæ reliquerit, vt in d. l. 17. & 23. Tauri diſpoſitum eſt? & in illo, nedum bona præſentia, ſed etiam futura comprehendan-
25 tur, † ex eo cõſequitur leges Tauri, quę de irreuocabilitate Maioratus, ſeu meliorationis, ex traditione contingenti meminerunt, non ea mente id diſpoſuiſſe: vt neceſſariò omnium rerum traditio facienda foret. Futura namque non poterant eo tempore tradi: ne igitur leges illæ, quoad hoc imperfectæ reddantur: conſequens eſt, vt non de omnium rerum traditione, ſed de traditione rei, & rerum in melioratione contentarum: non tamen omnium intelligenda ſint, in hunc ſenſum, quod ſi tradita fuerit vna ex rebus in melioratione contentis, eo animo, vt ea irreuocabilis efficiatur, ſufficiat: ſimilitérque idipſum dicendum ſit, quando plures res traduntur ex his, quæ in melioratione continentur, quaſi lex dicat meliorationem irreuocabilem effici, tam ex traditione rei, quàm ex traditione rerum in melioratione contentarum. Non enim dixerunt leges, quod omnia tradenda eſſent: nec poſſibile eſt, ex his, quæ prædiximus, hunc intellectum admittere. Idque apertius inſinuat l. 44. Tauri, ibi. *La poſſeſſion de la coſa, a coſas.*

¶Nec dici poterit, eas leges ſolũ de traditione, quæ fit ex conſtituto, intelligi debere: prout dixit. quamuis dubius Tellius in d. l. 17. Tauri, numero 15. Nõ enim lex, quæ de traditione meminit, cenſenda eſt, actus veros traditionis excludere, & ſolùm fictos remittere: nec etiam debet plus fictio, quàm veritas operari. l. filio, quem pater. cum ſimilibus. ff. de liberis, & poſthum. Præſertim cùm etſi conſtitutum futura comprehendat, illud intelligendum ſi non ſtatim, ſed conſiderato tempore acquiſitionis, vt Scriben. quos ſup. iſto. cap. 7. num. citauimus, declarant. Ideóque intellectus iſte ad illas leges neceſſario reiiciendus eſt, & omnes alij, qui aſſignari ſolent in earum reſtrictionem.

¶Præterea hoc etiam comprobatur ex eo, quia ſi benè cõſideretur, prædictæ leges nõ agunt principaliter de poſſeſſionis tranſlatione: ſed tantùm de Maioratus, ſeu meliorationis irreuocabilitate, quæ cùm in animo Maioratus inſtitutoris, ſeu meliorantis conſiſtat, adeo comprehenditur, ex traditione poſſeſſionis vnius rei, ſicut plurium: quando eo animo facta fuit, vt Maioratus, ſeu melioratio irreuocabilis efficiatur. Qua ratione & ſi lex indefinitè dicat rem, vel res eſſe tradenda: ſufficit



tamen traditio vnius, vel aliquarum rerum, vt quoad omnia irreuocabilitas cauſetur: cùm ex hoc animus non reuocandi quoad omnia comprehendatur. Quod probatur ex text. in l. reſtituta. in prin. qui ad id eſt mihi ſummè notab. ff. ad Trebel. ibi. *Vel totas, vel aliquas earum hac mente, vt vellet reſtituere.* Cùm enim in omnibus legibus præcedentibus Iuriſconſultus dixiſſet hæreditatem eſſe ab hærede grauato fideicommiſſario reſtituẽdam, vt valeat actiones hæreditarias proponere. Ex quibus verbis indefinitis à legibus prolatis, videbatur dicendum eſſe totam hæreditatem reſtituendam fore, Iuriſconſultus volens hæc dubia decidere, ſubiungit, ſufficere ſi reſtituat totas res hæreditarias, vel aliquas earum, ea mente, vt vellet hæreditatem reſtituere. Quem tex. ad hoc notant gloſſ. & Scrib. ibidem. & in l. 3. in prin. ff. de acquir.
26 poſſeſ. dicentes, quòd † quando non agitur de poſſeſſionis apprehenſione, ſed de alterius iuris acquiſitione, traditio facta de vna re operatur illius iuris acquiſitionem, quoad alias: ſi eo animo facta fuit, vt illud ius quoad omnia acquireretur. Quod pari ratione in caſu, de quo agimus, dicendum videtur: ſicque hanc opin. ſecutus fuit Anto. Gometius in melioratione loquens in d. l. 17. nu. 14. & in l. 23. Tauri, col. fina. in fin.

¶Quibus non obſtant ea, quæ in contrarium addu-
27 cta ſunt: & primò, quòd † verba indefinita appoſita. in l. vniuerſaliter intelligenda ſint: nam illud intelligendum eſt ad hoc, vt lex nunquam videatur loqui ſpecialiter in certo genere perſonarum, ſed genericè, & abſolutè: prout ſi aliquid diſponat indefinitè in venditore, habeat locum in omni homine, qui venditor ſit: & ſi aliquid diſponat in homicida, habeat locum in omni homine, qui fuerit homicida. Secùs autem quoad alia verba earundem legum, quæ non ad genericam earum diſpoſitionem, ſed ad diſpoſitionis declarationem adiiciuntur. In illis namque nulla ſpecialitas in l. inuenitur: ſed ea ex mente, & veriſimilitudine, atque ciuili modo interpretanda ſunt: prout optimè declarat Bartol. in d. l. ſi ex pluribus. ff. de lega. 2. nu. 5. poſt Dynum in Rubr. de regul. iuris. libr. 6. Quod etiam Scrib. in 1. conſtit. C. in fin. & in l. iura non in ſingulas ff. de legib. communiter annotare ſolent. Ideóque non eſt cur in caſu, de quo agimus, excludatur ea dictorum verborum interpretatio, quæ ex mente dictarum legum, atque ex veriſimilitudine, & aliarum legum interpretatione comprehenditur.

28 ¶Nec † obſtat litera d. l. 17. quæ hodie legitur in noua legum Regni collectione, dum in ea dicitur, *De la coſa y coſas:* nam ſecundùm intellectum quẽ præpoſuimus, idem reſultat, ſi dicatur, *La coſa y coſas*, ac ſi diceretur, *La coſa, o coſas*: præſertim cùm ex mente & veriſimilitudine, & aliis coniecturis ſemper coniuncta, in diſiunctam & diſiuncta in coniunctam reſolui debeat. l. ſæpe cum ſimilibus. ff. de verbo. ſigni. imò quanuis in l. 17. Tauri appoſita fuerint verba illa, *De la coſa y coſas*: tamen in l. 44. Tauri in ead. noua collectione appoſita fuerunt verba, *De la coſa, o coſas*, diſiunctiuè, vt ex hoc comprehendatur, nihil quoad earum legum verũ ſenſum inter hæc verba intereſſe.

¶Similiter etiam non obſtat illud, quod de poſſeſſionis tranſlatione dicebamus: nam quanuis ex apprehenſione poſſeſſionis vnius ex pluribus rebus non transferatur poſſeſſio aliarum, etiamſi animus apprehendendi poſſeſſionem omnium rerum interuenerit: illud tamen verum eſt, quando de poſſeſſionis apprehenſione agitur: ſed ſi non de poſſeſſionis apprehenſione, ſed de animi declaratione agatur, quoad irreuocabilitatem, vel alterius iuris declarationem communis reſolutio eſt, quòd apprehenſa poſſeſſione aliquarum rerum, eo animo vt illud ius acquiratur: nedum acquiſitum eſſe cenſeatur in rebus apprehenſis, ſed etiam in aliis quæ apprehenſæ non fuerunt: quod probatur ex text. in d. l. reſtituta. in princ. ff. ad Trebel. quod ſic intelligunt atque declarant Dynus in c. 1. 4. quæſt. de reg. iur. libr. 6. Bartol. in d. l. reſtituta n. 1. quem ibi Scrib. ſequuntur Bart. n. 4. Alexand. nu. 22. Iaſon. n. 31. & communiter Scrib. in l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſ.

29 ¶Vltimo etiam loco † non obſtat illud, quod ex aduerſo dicebatur, quòd ſcilicet ratio quare ex traditione poſſeſſionis in d. l. Tauri cauſatur irreuocabilitas Maioratus ſeu meliorationis, eſt: quia ex traditione transfertur dominium: prout dixit Tellius in d. l. 17. Tauri. numer. 89. Ea namque decidendi ratio ad dictas leges proculdubiò falſa eſt: *non enim in eis conſideratur dominij* tranſlatio, ſed animus non reuocandi, qui ex traditione comprehenditur. Quod apertè inſinuant dictæ. ll. dum ſubiungunt, ex traditione ſcripturæ Maioratus, ſeu meliorationis cauſari eiuſdem irreuocabilitatem. Conſtat namque ex traditione ſcripturæ dominium non transferri: ſicut nec etiam transfertur ex Maioratu, ſeu melioratione ex cauſa onerosa *factis*, & *tamen* ex eo etiam irreuocabilitas cauſatur: nec ea lex in hoc aliquid noui introduceret, ſi eo pacto intelligenda eſſet: cùm id iure communi deciſum eſſet, vt ibidem Tellius aduertit.

¶Ex quibus primo loco infertur, deciſionem dictarum ll. in quantum de irreuocabilitate Maioratuum, ſeu meliorationum, quæ ex traditione cauſatur, *diſponunt: non ſolùm ad Maioratus, ſeu* meliorationes, in quibus ex conſtituto poſſeſſio tradita fuit, vel res in qua Maioratus, ſeu melioratio conſiſtebat, tradita eſt, extendendam eſſe: ſed etiam ad illa, quæ abſque rei certæ deſignatione, vel conſtituto facta fuerunt, in quibus bona futura comprehenduntur, & quorum valor tempore mortis inſtitutoris, ſeu meliorantis conſiderandus eſt: nam in hoc caſu etiam ex traditione aliquarum rerum ex his, quæ in Maioratu, ſeu melioratione continentur, eo animo facta, vt quoad omnia reuocari non poſſit, cauſabitur irreuocabilitas, etiam quoad futura. Quod præſertim in melioratione iure Melioratus facta dicendum videtur, cuius natura indiuidua eſt.

30 ¶Comprehendetur † autem animus non reuocãdi, ſi in ea diſpoſitione adiiciãtur hæc verba, quòd ſcilicet traditio fit ad maiorem ipſius Maioratus, vel meliorationis firmitatem, vel ad hoc, vt reuocari non poſſit, vel alia ſimilia. Quòd ſi his verbis, vel ſimilibus non adiectis, ex tribus, vel quatuor rebus, quæ in Maioratu, vel alienatione continentur, & in conſpectu ſunt, vna ſola tradatur, nec aliquid exprimatur, ex quo animus non reuocandi comprehendi poſſit, exiſtimarem quoad alia diſpoſitionem reuocabilem eſſe. Non enim ex alia cauſa traditio aliarum rerum omiſſa fuiſſe cenſenda eſt: niſi, vt reuocari, quoad illas melioratio, ſeu Maioratus poſſit: quòd ſi tradatur omne illud,

quod extempore tradi poteſt, ex eo comprehen-
detur animus non reuocandi etiam quoad futura,
cùm diſponens fecerit omne illud, quod ſibi poſ-
ſibile fuit,ad Maioratus,ſeu meliorationis irreuo-
cabilitatem inducendam.

31 ¶Ex eiſdem etiam conſequitur, quòd ſi ex con-
ſtituto ſimpliciter, vel de bonis tam præſentibus,
quàm futuris à Maioratus inſtitutore, vel melio-
rante facto in Maioratus ſucceſſorem, vel melio-
ratum transferatur poſſeſſio, Maioratus, ſeu me-
lioratio, non poterit reuocari ,nedum quoad illa,
quæ eo tempore poſſidebat, ſed etiam quoad fu-
tura, adeò, vt etiamſi tempore acquiſitionis bo-
rum futurorum, Maioratus inſtitutor, ſeu me-
liorans poſſeſſionem interuerterit: nihilominùs
Maioratus, ſeu melioratio irreuocabilis maneat:
tam quoad præſentia,quàm quoad futura.Nã etſi
verum ſit, quòd is,qui ſe conſtituit, nomine alte-
rius poſſidere in caſibus, quibus conſtitutum fu-
tura etiam comprehendit, valeat tempore acqui-
ſitionis poſſeſſionem interuertere, & proteſtari ſe
nolle acquirere eo animo, vt acquiratur poſſeſſio
Maioratus ſucceſſori,vel meliorato, vt dixit Bald.
qui ad hoc ſolet communiter allegari: quanuis id
ibi non dixerit in l.ſi quis argentum.§.ſed etſi qui
dem.C.de donatio.num.1.Idem Bal.vbi id expreſ
ſè dixit in l.actione.§.renuntiare.ff.pro ſocio.& in
Rub.C.de contrah.emptio.nu.22.21.quæſt.Cuma.
n.7.Alciatus.n.17.in l.quod meo.ff.de acquir.poſ.
Tiraquel.qui plura refert de iure conſtitut.2. par.
amplia.32.num.13.aduerſus Salice.in l.1.C.de con-
trahen. emptio. colum. 1. qui contrarium voluit:
quem plures ſequuntur. Illud tamen intelligendũ
eſt, quando de ſola poſſeſſionis acquiſitione agi-
tur: ſecus autem quando de ſolo iure reuocandi
tractatur: tunc namque cùm à principio meliora-
tio, vel Maioratus inſtitutio irreuocabilis effecta
fuerit, non conceditur facultas Maioratus inſtitu-
tori, vel melioranti illam reuocandi, quanuis ex
poſtfacto poſſeſſionem interuertat. Quod ex ſupe
riùs adductis verum eſt:idque ſequitur Anto. Go
metius in d.l.17.Tauri.numer.12.cuius opinio ſe-
quenda eſt,reiecta opi.Tellij in ead.l.17. Tauri.n.
23. vbi pluribus ſe inuoluens,profitetur meliora-
tionem tertij,vel quinti, in qua ex conſtituto poſ-
ſeſſio tradita fuit, eſſe reuocabilem quoad futura
ante eorum acquiſitionem:in quo ſatis aduerſatur
his,quæ dixerat in ead.l.n.15.

32 ¶Ex†eiſdem etiam infertur,non rectè reprehen
ſum fuiſſe ſimpliciter Anto. Gometium in d.l.17.
n.13.à Tellio ibidem n.23.in quantum dixit, quòd
nedum remanet melioratio irreuocabilis reſpectu
bonorum præſentium,&futurorum ex conſtituto
quando illud ſimpliciter,vel expreſſè reſpectu bo
norum præſentium,& futurorum, adiectum fuit:
ſed etiam quãdo appoſitum fuit limitatè reſpectu
bonorum præſentium.Poteſt namq.eius opi. ſuſti
neri,quando eo animo conſtitutum reſpectu bo-
norum præſentium adiectum fuit, vt donatio irre
uocabilis efficeretur:idque ex verbis melioratio-
nis cõprehenditur.Cùm enim conſtet id ea ratio-
ne factum fuiſſe,vt melioratio omninò irreuocabi
lis efficiatur,nihil intereſt,vtrũ poſſeſſio præſentiũ
& futurorum, vel præſentium tantùm tranſlata
fuerit:cùm id non attineat ad reuocabilitatem, vel
irreuocabilitatem meliorationis,vt ſuperiùs oſten
ſum eſt. Similiter etiam poteſt eius opinio ſuſti-
neri: quando facta melioratione tertij, & quinti
res aliqua non taxatiuè, ſed demonſtratiuè pro
ipſa melioratione aſſignata fuit:nam eo caſu quan
uis conſtitutum ſolùm reſpectu illius rei eo pacto
aſſignatæ limitatè adiectum fuerit, nihilominùs
tamen ſequetur naturam meliorationis, ſuper qua
appoſitum eſt, quæ eſt apta tam præſentia, quàm
futura comprehendere,;atque non ſolùm operabi
tur irreuocabilitatem reſpectu illius rei, ſed re-
ſpectu omnium aliarum rerum, quæ ſub ipſa me-
lioratione continentur.Extra hos autem caſus opi
nio Tellij aduerſus Gometium admittenda erit.

¶Similiter etiam infertur ex eiſdem non rectè
perpendiſſe huius materiæ ſubſtantiam eundem
33 Tellium in d.l.17.Tauri.nu.56.vbi inquit:†in iuri-
bus incorporalibus,vel aliis rebus,in quibus Ma-
ioratus inſtitutor, vel meliorans non habet poſ-
ſeſſionem,non poſſe effici Maioratum, vel melio-
rationem irreuocabilem, niſi ceſſio interueniat:
adeò, vt neque ex precario, neque ex conſtituto,
nec alio quouis traditionis genere in hoc caſu Ma
ioratus, ſeu melioratio irreuocabilis effici valeat:
quod probat ex eo, quòd in iuribus incorporalib.
vel nominibus debitorum nõ poteſt fieri traditio
aliter quàm per ceſſionem,citátque ad id text.in l.
3.ff.pro ſocio.vbi diſponitur, quòd nomina debi-
torum acquiſita ab vno ex ſociis, non communi-
cantur actione pro ſocio, niſi cedantur: tametſi
omnia alia bona à ſociis vniuerſalibus acquiſita,
ſtatim actione pro ſocio communicentur.l.1. & 2.
ff.eod.ti. Societas namque in hoc caſu videtur eſſe
vice conſtituti.glo.vltima in l.2.ff.pro ſocio.Tira-
34 quel.de iure conſtit.par.2.amplia.32.nu.6.† Quod
conſtitutum à lege introductum ad iura incorpo-
ralia non extenditur: ex quibus rationibus repre-
hendit Tiraquellum de iur.conſtit.amplia.34. n.1.
qui dixit, ex conſtituto transferri poſſeſſionem iu
rium incorporalium: ad quod ipſe Tellius allegat
Alciat.in l.fina.n.78.C.de pact.dicentem:in iurib.
incorporalibus, non acquiri ex conſtituto, quaſi
poſſeſſionem futurorum. Quod ipſe etiam ex ra-
tionibus ſupradictis ad quaſi poſſeſſionem iurium
præſentium extendit.

35 ¶Hæc namque omnia exactiùs expendenda,atq.
conſideranda ſunt: poterunt namque frequentiſ-
ſimè contingere.†In primis autem duo caſus clari
præmittendi ſunt,in quibus opi. Tellij proculdu-
biò reiicienda erit.Primus,quando Maioratus,ſeu
melioratio conſtat ex rebus corporalibus & in-
corporalibus ſimul: prout propè ſemper contin-
gere ſolet. Nam ſi in hoc caſu conſtitutum gene-
ricè quoad omnia bona tam corporalia, quàm in-
corporalia proferatur:etſi incorporalibus vim tra-
ditionis non haberet: ſufficit tamen,quòd in his,
quæ corporalia ſunt,vim traditionis obtineat, vt
quoad omnia alia, Maioratus ſeu melioratio irre-
uocabilis efficiatur: cùm ex hoc animus non re-
uocandi, quoad omnia comprehendatur,vt ſupe-
ſuperiùs oſtenſum eſt.

¶Secundus, quando Maioratus, ſeu melioratio
conſtat ex rebus incorporalibus tantùm: nam ſi
ea bona eius qualitatis ſint, vt conſtituens illa eo
tempore quaſi poſſideret, veluti iuriſdictio, vel
iura,& actiones, & ſeruitutes, quæ iam acquiſita
erant:dicendum erit earum rerum quaſi poſſeſſio-
nem transferri ex conſtituto, ſi poſtea conſtituta-
rius nomine eius, cuius nomine ſe poſſidere con-
ſtituit,illis vſus fuit:prout dixit Bart.qui ſic eſt in-
telligendus in l.quod meo,in principio.nu.6.ff.de
acquir.



acqui. poſſeſ. quem ſequuntur Rapha. Cuma. nu-
mero 5.& Alex.nu. 22.ibidem & alij plures, quos
refert Tiraquel. de iure conſtit. 2.part.amplia.34.
num.1.cum ſequentib. Qui ſic intelligendus eſt,
ſecundum quem intellectum non meretur repre-
hendi: tametſi Tellius in d.l.17.num. 56.illum in-
diſtinctè reprehendat.

36 ¶Nec obſtat tex.in d.l.3.ff.pro ſocio.vbi nomina
debitorum ſociis non acquiruntur, ſed in ſuo ſta-
tu manent:quanuis ſocietas habeatur, vt ſuperiùs
diximus, vice conſtituti. Nam ad illum tex. poteſt
tripliciter reſponderi.Primò, quòd,in ea lege non
interuenit verum conſtitutum; ideóque non po-
teſt trahi eius legis diſpoſitio ad caſum de quo
agimus, in quo verum conſtitutum interpoſitum
fuit, ne duplex fictio circa idem interueniat: imò
in caſu illius legis,ſi ſocius ſe conſtitueret nomine
alterius ſocij,nomina debitorum poſſidere: ipſéq;
nomine illius actiones proponeret, exiſtimarẽ ex
ſuperiùs adductis, illud pro traditione accipien-
dũ eſſe: cùm nulla ratio diuerſitatis inter nomina
debitorum,& cætera iura incorporalia, quoad hoc
aſſignari poſſet.Secundò, quia cùm in caſu de quo
agimus,non tam de poſſeſſionis traditione, quàm
de iure non reuocandi agatur; & ex hoc conſtitu-
to animus non reuocandi comprehendatur, con-
ſequens eſt, vt illud irreuocabilitatem Maioratus,
ſeu meliorationis operari debeat. Tertiò, quia
huiuſmodi conſtitutum habet vim ceſſionis, vt
ſtatim dicemus.

¶His igitur duobus caſibus tanquam certiſſimis
præſuppoſitis, verſabitur huius articuli difficul-
37 tas circa aliumtertium caſum:†quãdo ſcilicet iura
incorporalia eius naturæ ſunt,vt eorum quaſi poſ-
ſeſſio non ſit apud conſtitutariũ: prout exemplifi-
cant Bart.nu.6.Cuma. nu.5. & Alex. nu. 23.in d.l.
quod meo. ſeu quando quaſi poſſeſſio erat penes
conſtitutarium, ipſe tamen poſt conſtitutum non
fuit vſus illis iuribus nomine illius, cuius nomine
ſe quaſi poſſidere conſtituit. In quibus caſibus ſe-
cundum receptiores Scrib. ſententias, quaſi poſ-
ſeſſio ex conſtituto non transfertur: in hoc autem
caſu, in quo maior difficultas verſatur, etiam di-
cendum erit,ex conſtituto Maioratum, ſeu melio-
38 rationem irreuocabilẽ effici.†Idque ex eo, quòd
quanuis ex hoc conſtituto non cenſeatur tranſla-
ta quaſi poſſeſſio, cùm tamen id in executionem
ipſius Maioratus, ſeu meliorationis appoſitum ſit:
39 vicem ceſſionis obtinere debeat: omne† namque
verbum quod apponitur in donatione iurium &
actionum, quod effectũ atque perfectionem actus
denotet, nec aliquid in poſterum efficiendum re-
linquat, vicem ceſſionis habet: prout profitentur
Bald.in l.1.C. de actio.& oblig.num.18. & Salice-
tus in l.fin.C.quando Fiſcus,vel priua.nu.4. Con-
ſtet autem nullum verbum inueniri poſſe, quod
magis effectũ,atque perfectionem denotet: quàm
conſtitutũ poſt meliorationem interpoſitũ. Cùm
enim ex illo traditio in rebus corporalibus com-
prehendatur: non mirũ cenſeri debet: ſi ex eo ceſ-
ſio etiam in incorporalibus deducatur. Quod
expreſsè dixit Carolus Molineus in additionibus
ad Deci.conſ.251.litera.F.vbi ex hoc reprehendit
Deciũ in eod.conſ.nu.3.ex eo, quòd dixerit, quòd
facta donatione iurium,& actionum cum clauſula
conſtituti poterit donans ſecundam donationem
facere cum traditione. Et quòd ſecundus donata-
rius præferendus erit:quaſi primo res donatæ tra-
ditæ non fuerint, vt enim Carol. Molin. inquit,
ipſe fallitur,ex eo, quod conſtitutum in hac ſpecie
vicem ceſſionis obtineat. Sícque etiam Decium
reprehendit Tiraq. de iur. conſt. parte 3. limit.1
num.9. & 10. Quæ opinio ſatis menti conſtituen-
tis ſe iura & actiones nomine Maioratus ſucceſ-
ſoris vel meliorati poſſidere, conuenire videtur:
ſed quanuis dubia foret, ſufficient ad huius arti-
culi reſolutionem duo caſus, quos tanquam abſo-
lutos ſuperiùs præpoſuimus cum rarò ſimiles Ma-
ioratus, ſeu meliorationes fieri ſoleant abſque eo,
quod ſub vno illorum comprehendantur.

¶His autem quæſtionibus circa modum irreuo-
cabilitatis qui ex traditione reſultat expenſis, ſu-
pereſt vt ad alios caſus ex quibus Maioratus vel
melioratio irreuocabilis effici poteſt vltra eos
qui in dictis legibus continentur, pertranſeamus.
Non enim ex eo quòd in dictis legibus Tauri ali-
qui caſus per viam exceptionis enumerentur, alij
ſimiles excluduntur, vt ex pluribus probat Telli.
in d.l.17.nu.91.poſt cæteros eius l.commẽtatores.

¶In primis autem de pacto de non reuocando
40 agendum erit,diſcutiẽdúmque,†vtrum ex eo Ma-
ioratus, ſeu melioratio irreuocabilis efficiatur.
Qua in re dicendum erit, ex huius clauſulæ adie-
ctione Maioratum irreuocabile effici: quod pro-
batur ex text. in l. vbi ita donatur. ff.de dona.cau.
mor.vbi diſponitur, quòd donatio cauſa mortis,
quæ ſui natura reuocabilis eſt, ex pacto de non
reuocando irreuocabilis efficitur. vbi id commu-
niter Scrib. annotare ſolent: quod potiori ratio-
ne in Maioratibus dicendum eſt,in quibus ex acti-
bus quibus voluntas & animus non reuocandi
comprehenditur, eorum irreuocabilitas cauſatur:
à fortiori igitur idipſum dicendum erit, quando
expreſsè Maioratus inſtitutor promittit ſe nun-
quam Maioratum reuocaturũ: quod ſic reſoluunt
in melioratione loquens Telli. in d.l.17. nu.99. &
Peralta in l.cùm pater.§.à filia.num.32.ff.de legat.
2.ídque probabile mihi videtur, prout etiam ſu-
pra,lib.1.cap.12.num.21.oſtendimus.

¶Cæterùm etſi hæc ſatis probabilia ſint, pluries
tamen in cauſis quæ circa ea contigerunt, vidi-
mus magno conatu attentari ex hac clauſula Ma-
ioratum non effici irreuocabilem ex ſequentibus.

¶Primò, quia quando aliquis facit donationem
cauſa mortis, vel alium contractum ſui natura re-
uocabilem, etiamſi promittat ſe illum non reuo-
caturum,poteſt nihilominùs illum reuocare:quod
opinatur gloſ. in l.ſi alienam. §. Marcellus, verb.
*Acceperit*.ff.de dona.cauſ.mort. & Bald.in l.cùm
quis. ff. de cond.ob cauſam. ibi. Sed quid ſi dixi.
Alexan.in l.quæ dotis.ff. ſolu.matr. col.3.in 6.fall.
Ang.conſi.254.incipien.Hæc quæſtio multùm eſt
mihi dubia. col.2.Corn.conſi.126. col.2.lib.1.vbi
dixit hoc procedere, etiamſi in pacto de non con-
trauenienḋo iuramentum interuenerit: quia etiam
iuramentum naturam contractus ſortietur: Deci.
conſi.475.nu.17.Aym.conſi.51.verſi. Non obſtat
dum tertio.lib.1.pro quibus eſt text. in l.cum pre-
cario.ff.de preca.vbi Scrib.id notant.

41 ¶Secundò quia, † quando contractus ſui natura
reuocabilis eſt, clauſula acceſſoria in eo appoſita
reuocabilis eſſe cenſetur. l. ſub conditione. ff. de
bono.poſſ.contra tabul.l.in ſeruitutem.§.ſed & ſi
quis. ff. de bon. liber. gloſ.in l.ſi patronus. verb.
*Fauiana*.ff.ſi quid in frau.patr. Iaſ. qui plura refert
in l.ex teſtam.nu.1. & 2. C. de fideicom. idem Iaſ.
in l.non dubium.C.de legib. nu. 56. Sic etiam dici
ſolet, quòd ſtipulatio oppoſita ſuper contractu

reuocabili, eſt reuocabilis.l. ſtipulatio hoc modo
concepta.vbi per Scrib.ff.de verb.obl.l.cùm mo-
ta.vbi Angel. & Alex.Iaſ. & alij communiter no-
tant.C.de tranſactio.
¶Tertiò, quia clauſula de non reuocando aſſi-
duè poſt diſpoſitionis verba apponi ſolet, potiùs
ad executionem, quàm ad ſubſtantiam diſpoſitio-
42 nis. Et † clauſulæ, quæ ad executionem contra-
ctus apponuntur, non ſolent eius ſubſtantiam al-
terare. text.in clem.1. in fi.de præbend.Abb. in c.
cum noſtris.in fi.de conceſſ.præben. Cardin.con-
ſi.25.in fin.Alex.in l.quæ dotis col.4.ff.ſolu.matr.
Deci.conſi.2.num.9.& conſ.205.num.18.D.Dida.
de Couarr.in Rub.de teſt.2.part.nu.12.verſi. Ter-
tia concluſio.
¶Quartò, quia clauſula de non reuocando eſt
43 conſueta apponi à notariis, & † tales clauſulæ ni-
hil operantur, niſi conſtet à contrahentibus ex
profeſſo appoſitas eſſe: Bart.in l.1. ff.de iure codi.
Bald.in l.quoties. nu.1. C. de hæred. inſtit. Ant.in
c.cùm contingat. col.7.verſi. Quartus caſus.in fi.
de iureiuran. & Abb. ibi. nu. 23. idem Abb. in c.
Quintauallis eod.tit.nu.32.ad fin. Alex.conſi.141.
num.2. lib.1.Soc. conſi. 250. ante fi.lib.2. Gozad.
conſil.80.num.15. qui loquitur in clauſula de non
contraueniendo. Curt. Iun. conſil. 101. nume. 11.
Carol. Molin. in conſuetu. Pariſi. titu.1.§.10.q.13.
idem in additio. ad Alex. conſi.28. lib.2.D.Dida.
de Couarr.in Rub.de teſta.2.parte num.14.& alibi
ſæpe Scrib.
44 ¶Nec † obſtat text.in d.l.vbi ita donatur.ff.de do-
nat. cau. mor. qui eſt præcipuum contrariæ opi-
nionis fundamentum: nam ad illum reſpondetur
dupliciter: primò, quòd ille text. nihil aliud di-
ſponit, niſi quòd donatio, quæ aliàs eſſet cauſa
mortis, ex pacto de non reuocando, efficiatur do-
natio inter viuos, vt conſtat ex verbis eiuſdem.l.
ibi. *Perinde haberi debet, atque alia quæuis inter vi-
uos donatio*: ſed ſic eſt, quòd ſi donatio inter viuos
fiat per viã Maioratus, eſt reuocabilis vſq.ad mor-
tem: ex d.l.44. Tauri: niſi traditio, vel alia in ea l.
contenta interueniãt: igitur conſequens eſt, quòd
quanuis in hoc caſu Maioratus trãſeat in donatio-
nem inter viuos, non ex eo irreuocabilis efficiatur.
¶Secundò reſpondetur, quòd ex eo in d.l.vbi ita
donatur ex pacto de non reuocando inducitur ir-
reuocabilitas, quia donatio cauſa mortis tranſit in
donationem inter viuos: ſed quando contractus de
quo inter partes conuenit, non poteſt tranſire in
aliam ſpeciem contractus, clarum eſt, quòd ex pa-
cto de non reuocando non efficitur irreuocabilis
l. cum precario. ff. de preca. per quem text. Bart.
Pau. & communiter Scrib.in d.l. vbi ita donatur,
id notant. Sed in caſu de quo agitur, Maioratus
ex clauſula de non reuocando non poteſt tranſi-
re in aliam ſpeciem contractus, ſemper enim re-
manet contractus Maioratus, etſi clauſula de non
reuocando appoſita ſit. Igitur conſtat nullo pacto
ex ea clauſula irreuocabilem fieri.
45 ¶Sed † quamuis iſta vrgere videantur: nihilominus
dicendum erit, Maioratum ex prædicta clauſula
irreuocabilem reddi. Neque obſtat primum fun-
damentum ex glo. in d.l.ſi alienam in §. Marcel-
lus, & quæ ibi diximus: nam illa glo. ſi in pacto
de non reuocando accipienda ſit, loquitur apertè
contra text. in d. l. vbi ita donatur. atque idcirco
communiter reprobari ſolet, ſicque illam repro-
bant Oldra.Dyn.Albe.& Bart.ibi, & Iaſ.in l.quæ
dotis.num.33.ff. ſolu. matr. idem in l. non omnis
nume.2. ff.ſi cert. petat. D.Didacus de Couarr.in
rub. de teſt.2.parte. nume.12. Guill.Bened.in cap.
Rainutius verbo, Teſtamentum 4.num.25.Carol.
Ruin.l.1. §. nuntiatio. nume. 16. ff. de noui. ope.
nun.Soc.Iun.conſil.114.num.10.13.& 15.lib.3. Ant.
Gabr. qui hanc dixit commu. opinionem, lib.2.
comm.opin.concl.9.tit.de iur.iur.num. 2.& 7.Se-
cundò, quia gl.in d.§.Marcellus.verb. *Acceperit.*
non loquitur in pacto de non reuocando, imò in
eo pacto gl. ibidem verbo. *Nullo caſu.* inquit do-
nationem cauſa mortis ex pacto de non reuocan-
do irreuocabilem effici: ideóque gl.in verb. *Acce-
perit.* in pacto de non contraueniendo, vel ſimili
46 intelligenda eſt: † quod pactum non alterat natu-
ram contractus, nec illum de vno in alium tranſ-
fundit, ſed ſecundùm naturam ipſius contractus
accipiendum eſt: ſicque intelligendum eſt quod
dixit Bald. pro contraria etiam opinione citatus,
in l. cùm quis. ff. de condi. ob cauſam, vbi quærit
de quæſtione, quid ſi dono poſt mortem meam,
& promitto non contrauenire: an erit donatio
inter viuos, & dicit quòd argui poteſt quòd ſic,
ex quo impoſuit ſibi donans neceſſitatem, con-
trarium tamen decidit Bal.ibi, ex eo quòd iſta pro-
miſſio adaptari debet ad naturam contractus, &
non dicitur contrauenire qui vtitur natura con-
tractus.l.quæro. §. inter locatorem. ff. loca. quod
dictum Bald. ſummè neceſſarium eſt ad huius ma-
teriæ intelligentiam, atque illud ſic intellexerunt
& declararunt Alex.in l.quæ dotis. num. 11. ff.ſol.
matr.Guill. Bened. in d.c. Rainutius.verbo.teſta-
mentum.4.nu.27.Sícque intelligenda ſunt ea quæ
dixerunt Corneus, Gozadi. Aymon. & alij quos
pro contraria opinione citauimus, dicentes, quòd
is qui promiſit non contrauenire diſpoſitioni re-
uocabili, etiam cum iuramento, poſſit nihilomi-
nùs illam reuocare: ſi enim id in pacto de non
reuocando dixiſſent, loquerentur apertè contra
text.in d.l. vbi ita donatur. & aduerſus receptiſſi-
mam omnium Scriben. ſententiam: cùm etiam ex
ſolo pacto de non reuocando, etiam abſque iura-
mento ea donatio reuocari non poſſet. Quæ dif-
ferentia inter promiſſionem de non reuocando,
& de non contraueniendo, à Bal. in d. l. cùm quis,
& aliis Scrib. qui illum ſequuntur, palam dedu-
citur: mihíque vera & iuridica videtur. Is namque
qui promittit donationem cauſa mortis non re-
uocare, neceſſariò illam in donationem inter vi-
uos transfundit: non enim eſt dare donationem
cauſa mortis, quæ reuocari non poſſit: ille autem
qui promiſit non contrauenire, non alium con-
tractum facere videtur, ſed ea donatione ſtante,
illi non contrauenire promittit. non autem dici-
tur venire contra donationem cauſa mortis, qui
illam reuocat, cùm id ex propria ipſius natura pro-
cedat.
¶Ex quibus conſequitur, non eſſe quoad hæc ad
mittendam concordiam quam aſſignauit Decius
in l.fi. num.21.C.de pact.& in l. non omnis. nu.11.
ff.ſi cert. pet. & in conſi. 305.nu 7. quòd ſcilicet ſi
pactum de non contraueniendo donationi cauſa
mortis appoſitum ſit in verbis ſubſtantialibus do-
nationis, tranſeat ipſa donatio in donationẽ inter
viuos: ſi verò appoſitum ſit in verbis executiuis,
non. Quam concordiam ſecutus fuit D. Dida. de
Couarr. in rub. de teſtam.2. parte. num. 12. & alij
quos refert Anto.Gabr.lib.2. comm. opin. tit. de
iureiur.num.3. & 4. Nam cùm vt ſuperiùs oſten-
ſum eſt, verba hæc ſecundùm naturam contractus
intelli



intelligenda ſint, nec ex illis alteretur, conſequens
eſt, nihil intereſſe, an in verbis diſpoſitiuis, vel exe-
cutiuis adiecta ſint, eo præſertim, ꝙ hæc differẽtia
non rectè ad materiam de qua agimus, adaptetur.
¶Non obſtat etiam ſecundum fundamentum,
47 quòd † quando contractus principalis eſt reuoca-
bilis, omnes clauſulæ acceſſoriæ reuocabiles etiam
cenſentur: illud enim verum eſt, niſi clauſula effi-
cax ſit ad transferendum contractum in aliam
ſpeciem contractus irreuocabilis: tunc enim, cùm
contractus in quem primus transfuſus eſt, irreuõ-
cabilis ſit: per conſequens & omnes clauſulæ in eo
appoſitæ: vt in d.l.vbi ita donatur, quod & Scrib.
in l.cum precario.ff.de preca.notare ſolent.
48 ¶Item † illud quod dici ſolet, quòd clauſula ac-
ceſſoria ſequitur naturam diſpoſitionis principa-
lis, intelligendum eſt quando clauſula eſt verè ac-
ceſſoria & dependens: ſecùs autem quãdo in diſpo
ſitione apponitur clauſula importans aliquid di-
uerſum & ſeparatum æquè principaliter, vt poteſt
dici de clauſula de qua agimus: tunc enim ea clau-
ſula non ſequitur naturam principalis diſpoſitio-
nis, prout dixit Caro.Rui.conſi. 151.nu.9.ad fi.lib.
3.Deci.in cap.prudentiam.§.ſi verò.nu.2.de offic.
delega.Anton.Gabr.lib.6.commun. opin. titu.de
clauſulis, concluſ.10.nu.7.
49 ¶Non obſtat etiam tertium fundamentũ, † quòd
dicta clauſula de non reuocando ad exequutio-
nem diſpoſitionis apponi ſolet: quod attenden-
dum non eſt ex text.in d. Clem.1. de præben. iun-
ctis his, quæ in id Scrib. cumulare ſolent. Nam
quanuis hęc genericè ab Scrib.dici ſoleant, & huic
quæſt. de qua agimus adaptari, vt conſtat ex his
quæ tradit Deci. in d. l.non omnis. & in d.l. fin.&
in conſ.505.& Illuſtriſſ. D.Didac.de Couarr.in d.
Rub.de teſtam.2.parte.nu.12. nõ tamen rectè hæc
adaptatio fieri poteſt. Si enim quis fecit donatio-
nem cauſa mortis, & poſt verba depoſitiua ipſius
donationis adiecerit, quam ſcilicet donationem
promiſit, non reuocare ex quacunque cauſa, non
eſt dubium quin dictæ legi, vbi ita donatur, ſa-
tisfactum eſſet: cùm non meliùs in alia donatio-
nis parte verba illa apponi poſſent. Non enim
dicta l. vbi ita donatur, declarat locum vbi ver-
ba hæc apponenda ſunt, ſed ſolum conſiderat,
vtrum donans voluerit illam donationem irre-
uocabilem eſſe: quod ſatis ex dictis verbis com-
prehenditur.
50 ¶Quibus † non obſtat deciſio tex. in d.clem.1.de
præben. vbi verba appoſita in clauſulis executiuis
attendenda non ſunt, vt ex illis gratia augeatur,
vel etiam eius natura alteretur: nam ille text.intel-
ligendus eſt, quando in illis clauſulis non diſpo-
nitur principaliter illud, quod ex eis comprehendi
prætenditur, ſed ſolùm obiter atque incidenter
& ad alium finem mentio fit de aliquo, quod
non erat ſub diſpoſitione principali comprehen-
ſum, veluti ſi in gratia duorum beneficiorum ali-
cui facta in clauſulis executionis dicatur: ita ta-
men, quòd cura animarum non negligatur, ex hac
clauſula obiter atque incidenter appoſita, non eſt
augenda gratia vt ad beneficia curata extendatur:
non enim res tanti præiudicij ex ea clauſula in-
ducenda eſt: ſed ſi Romanus Pontifex poſt ipſius
gratiæ conceſſionem non obiter, ſed ex propo-
ſito dixiſſet, quam gratiam volumus effectum
obtinere: & ſi ea beneficia curata ſint, vel etiam ſi
alterum eorum curam animarum annexam ha-
beat, nulli dubium quin hæc clauſula ſufficeret
in quacunque parte adiiciatur, ad hoc, vt id di-
ſpoſitum fuiſſe cenſeatur: quod probatur in duo-
bus exemplis in d. clemen.1. Appoſitis: & ita de-
clarat Cardin. ibid. num.2. referens in id Paul.de
Leazar. & Lauren. de Rodul. adiiciénſque quòd
ratio decidendi ad illam clem. eſt, quia intentio
Papæ non tendebat ad illud, nec in eo fundabatur,
aliàs antem ſecus foret: quod etiam ibi notant
Ancharra. in 6.notab. & Imol. colum.5. & cæteri
Scrib.& Felin. qui id optime declarat in cap.licet.
nu.7.de offi. ordin. Item ille text.loquitur in gra-
tiis à Romano Pontifice conceſſis, in quibus de
ſtylo curiæ ſolent plures clauſulæ executioni ad-
iici, etiam Papa inconſulto, nec ſolent conceſſio-
nes ampliare: quod non tam facilè ad contractus
trahendum erit, præſertímque ad caſum de quo
agimus: cùm hæc clauſula nullo congruentiori lo-
co, quàm poſt factam donationem apponi poſſit:
cùm eius firmitatem, perpetuámque irreuocabili-
tatem contingat.
¶Similiter non obſtat quartum fundamentum
51 contrariæ opinionis, † quòd hæc clauſula de ſtylo
tabellionum apponi ſoleat, atque ideò nõ opera-
tur effectum: id enim pluribus iuris principiis ad-
uerſatur: cùm notarius ſemper cenſeatur rogatus
à partibus, vt clauſulas conſuetas apponat, eáſque
de voluntate partium cenſeatur apponere l. quòd
ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædili. edict. l.fin.C.de
fideiuſ.idque Feli.nu.6.Deci.nu.6.Ripa.nu.47.&
cõmuniter Scrib.in c.cùm M. Ferrariẽſis de conſt.
notare ſolent: & alij quos refert Ant.Gabr.lib.6.
com.opin. tit. de conſuetudine, concl.3.num.1.&
quanuis quando notarius abſque partium ſpeciali
voluntate clauſulas conſuetas appoſuit, de hoc
dubitari ſoleat ab aliquibus, tamen de eo dubita-
ri non poteſt, quando in præſentia partium cum
his clauſulis contractus lectus fuit: tunc namque
ſine dubio ſimiles clauſulæ ſuum effectum ope-
rantur: prout dixit Imol.in l.filio præterito col.4.
ff.de iniuſto rup. irritóque facto teſt. quem refert
& ſequitur Alexand.conſi.142.num.10.& 11.lib.2.
quod etiam Scrib. ſuperiùs citati ſenſerunt, vt ex
eorum verbis comprehenditur.
¶Non etiam obſtant reſponſiones quæ ad d. l.
vbi ita donatur, quæ eſt noſtræ opinionis præci-
puum fundamentum, aſſignantur, vt pro illa ad-
52 duci non valeat. Prima † enim reſponſio, quòd in
illa l. ſolum diſponatur, quòd ex pacto de non re-
uocando donatio cauſa mortis tranſeat in dona-
tionem inter viuos: & quòd nihilominus Maiora-
tus in donatione inter viuos inſtituta ex ſui natu-
ra reuocari poſſit, & apparens ſit, nõ tamẽ omninò
aſtringit, ſiquidem effectus pacti de nõ reuocando
eſt vt donatio cauſa mortis, quæ alias irreuocabi-
lis foret, irreuocabilis fiat, vt in d.l.cõprehẽditur:
qua ratione cùm donatio cauſa mortis ſui natura
reuocabilis ex hoc pacto irreuocabilis efficiatur,
tranſit in donationem inter viuos cum eadem
qualitate irreuocabilitatis: cùm irreuocabilitas
cum donatione cauſa mortis incompatibilis ſit,
ex quo fit vt ex hoc pacto principaliter cauſetur
irreuocabilitas, & ex irreuocabilitate incidenter
fiat tranſitus in donationem inter viuos, quod ex
Bart.& com. Scrib. in d.l.vbi ita donatur, com-
prehenditur: cùm igitur ex hoc pacto principali-
ter irreuocabilitas contractus deducatur, hoc ſo-
lùm ſufficit, vt Maioratus irreuocabilis ſit, &
in hoc d. l. vbi ita donatur. noſtræ opinioni fauet:
ſi enim ex aliis actibus, qui irreuocabilitatem

 inducunt,

inducunt, Maioratus ſit irreuocabilis, vt ſuperiùs oſtenſum eſt, conſtat à fortiori idipſum dicendum ex verbis, ex quibus expreſsè animus non reuocandi comprehenditur.

53 ¶Non etiam obſtabit ſecunda reſponſio, † quòd in d. l. vbi ita donatur. donatio in aliam ſpeciem donationis tranſit: in caſu autem de quo agimus, Maioratus in aliam ſpeciem contractus non poteſt tranſire: nam ſi benè conſideretur illud quod ex d.l. vbi ita donatur, deducere contendimus, eſt, quòd contractus reuocabilis ex pacto de non reuocando irreuocabilis fiat, quando irreuocabilitas cum illo contractu compatibilis eſt: ſed quando contractus irreuocabilitatem non patitur, tranſit in aliam ſpeciem contractus, cuius naturæ irreuocabilitas non repugnet. Ex quo infertur, quòd ſi quando irreuocabilitas non eſt compatibilis cum contractu de quo agitur ex pacto de non reuocando, contractus irreuocabilis efficitur, & tranſit in aliam ſpeciem contractus, à fortiori id dicendum ſit, quando contractus ſui natura irreuocabilitatem admittit, vt tunc irreuocabilitatem operetur prout in Maioratu dici poteſt: non enim neceſſaria eſt vnius contractus in alium tranſfuſio, niſi quando contractui qui gerit, irreuocabilitas repugnat, quod planè ex d.l. vbi ita donatur. & ex his quæ ibi Scrib. notant, comprehenditur: ex quibus hic articulus pleniſſimè expenſus & reſolutus manet: & hæc de primo caſu irreuocabilitatis vltra eos qui in ll. Tauri continentur, dixiſſe ſufficiat.

54 ¶ Secundus † caſus vltra eos qui in dictis ll. Tauri continentur, in quo Maioratus irreuocabilis efficitur, eſt quando in Regia facultate quæ ad inſtitutionem Maioratus conceditur, expreſſè præcipitur, vt ſemel Maioratu inſtituto ampliùs reuocari non poſſit. Nam ſi huius facultatis virtute Maioratus in contractu inſtituatur, Maioratus irreuocabilis fiet: ex eo namque quòd Maioratus inſtitutor huiuſmodi facultate vſus fuit, conſtat eius voluntatis fuiſſe, vt Maioratus eſſet irreuocabilis: quod verum profitetur eſſe Pet. à Peralta. in l.3.§.qui fideicommiſſum.ff.de hære. inſtit. nu.119.cum ſeq. & quamuis ipſe generaliter loquatur, dictum tamen eius ad Maioratum in contractu inſtitutum reſtrigendum eſt: in Maioratu autem in teſtamento inſtituto contrarium dicendum erit: vt ſup. iſto. c.nu.20.reſoluimus.

55 ¶Sed dubitari etiam ſolet, † vtrum ex iuramento in Maioratu appoſito maioratus ipſe irreuocabilis efficiatur: in qua quæſtione tres caſus diuerſi ac ſeparati conſiderandi ſunt. Primus, quando iuramentum ſimpliciter fuit interpoſitum. Secundus, quando ſimul cum iuramento appoſitum fuit pactum de non reuocando. Tertius, quando iuramentum adiectum fuit pacto de ratum habendo, vel non contraueniendo.

¶ In primo caſu dicendum eſt, non obſtante iu-
56 ramento Maioratum reuocari poſſe: nam † iuramentum contractui ſimpliciter appoſitum non mutat, nec alterat eius naturam, ſed illàm in omnibus ſequitur. l.fin.C.de non num. pecu. l.ſed etſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero. vbi Iaſo.num.9.ff.de iure iur. l.eum qui. eod.tit. text.in c.quemadmodum.de iur.iur.& vtrobique.DD.l.adigere.§.fi.ff. de iure patro. l.ſi quis inquilinos.§.fi. ff.de lega.1. l.fi.ff. qui ſatiſdare cogan. l. iuris gentium.§.prætor ait.ff.de pactis. l.nõ dubium.C.de legibus.c.ſi diligenti.de foro compet. per quæ iura dicere ſolent. DD. quòd iuramentum appoſitum in contractu recipit omnes conditiones, ſubauditiones & limitationes, quæ veniunt ex natura contractus, quod dixit Oldra.conſil.95. colum.fi.& conſil.231.col.1.Specul.tit.de arbitris.verſic. Arbitrator verò.Bald.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit. nu.25.Cornel.conſil.291. num.10.lib.4.Decius in l.non omnis. num.11. ff.ſi cert.pet. & in conſ.345. num.2.Grattus conſil.45.nu.26. lib.1. Anto.Gab. qui plura refert, háncque opinionem aſſerit com. lib.2.commu.opin.titu. de iureiurando, concl.10. num.1.

¶In ſecundo caſu quando iuramentum fuit adiectum pacto de non reuocando, ſine dubio dicendum eſt Maioratum effici irreuocabilem, cùm hoc ex ſolo pacto abſque iuramento etiam fiat, vt ſuprà reſoluimus: in hoc autem iuramento interponendo ſemper præ oculis habeatur Pragmatica Regia, quæ prohibet iuramenta contractibus alioqui validis interponi.

57 ¶In tertio caſu, † quando iuramentũ pacto de ratum habendo, ſeu non contraueniendo adiectum fuit, dicendum videtur adhuc Maioratum reuocari poſſe: cùm enim ex illo pacto ſine iuramento non inducatur irreuocabilitas, conſequens eſt, vt idem iuramento adiecto dicendum ſit, cùm iuramentum ſecundum naturam contractus accipiendum ſit, & ex propria natura Maioratus reuocari poſſit, nec ex prædictis verbis eius irreuocabilitas cauſetur: vt ſupra iſto.c.nu.46.oſtenſum eſt: quod expreſſè Corn. & alij quos ibi citauimus fatentur.

¶Contrariam autem opinionem, imo quòd iuramentum adiectum pacto de non contraueniendo facit donationem cauſa mortis irreuocabilem tenuerunt pleres quos copioſè refert Anto. Gab. lib. 2.com. opin, tit. de iureiur. conclu. 10. nu. 11. quod admitti poterit, quando adeò enixè iuramentum de non contraueniendo appoſitum fuit vt etiam reuocationem præciſè cõprehendere videatur: ſecus autem quando iuramentum alium ſenſum admittere poteſt, & ſecundùm naturam contractus intelligi: tunc enim ea quæ prædiximus, obſeruanda erunt.

¶Vltra hos, autẽ caſus, alios adiicere ſolent Commentatores in d.l.17. Tau. quibus melioratio reuocari poteſt: veluti cùm facta fuit cauſa ſtudij, vel in titulum patrimonij: ſed cum hæc ad Hiſpanorum Primogenia adaptari non poſſint, ea conſultò omittimus.

58 ¶Cæterùm dubitari ſolet, † vtrum Maioratus inſtitutio quæ ex prædictis clauſulis irreuocabilis ſit, ad eam irreuocabilitatem conſequendam requirat acceptationes primi ſucceſſoris in eo vocati, vel etiam ante acceptationem reuocari non poſſit: in qua quæſt. prima facie dicendum videtur huiuſmodi Maioratus inſtitutionẽ etiam ante acceptationem reuocari non poſſe: nam etſi in omnibus donationibus iure communi acceptatio neceſſaria eſſet, vt in l. abſenti. ff. de donatio.in l.ſi ego.ff.de nego.geſtis l.4.tit.4. part.5. ibi. *La tercera quando ſon preſentes en el lugar el que da y el que recibe la donaciõ. La quarta quãdo a quelque quierre hazer la donacion, es en otra tierra: ca entõces no la puede hazer ſino por carta, o por mẽſagero:* quod adeò verũ eſt, vt id etiã in donat. facta pię cauſæ procedat gl.com.recepta in l.illud.C.de ſacroſ. Eccl.Iaſ.in l.qui Romæ.§.Flauius n.4. ff. de verb. obli.Dec.in l.contractus nu.16. ff.de reg.iur. & in conſ.226.nu.7.Curti.Iun. conſ.120.nu.2. Grattus conſi.



cõſi.25.n.37.1.parte, Ruinus qui hanc dixit cõmu. conſi.13.n.10.lib.4.& conſi 37.n.14.eod.li. & alibi
59 ſæpè Scrib Hodie † autem de iure Regio aliter videtur dicẽdũ, ex l.3.tit *de las exceptiones*.li.3. ordi. quæ hodie eſt.l.2.ti.16.lib.5.in noua.ll.Reg. collectio. cuius hæc sũt verba. *Pareſciẽdo que vno ſe quiſo obligar a otro por promiſſion, o por algun cõtrato, o en otra manera ſea tenudo de cumplir aquello a que ſe obligo: y no pueda poner exceptiõ que no fue hecha eſtipulaciõ, que quiere dezir prometimiento cõ cierta ſolennidad de derecho o que fue hecho el cõtrato o obligacion entre auſentes*. Sicq; ex ea lege iã hodie in donatione acceptationem non eſſe neceſſariã cenſuerunt Rode. Xua. in l.quoniam in prioribus. in declaratione ad l.Regni.8.q.principali.n.7.& Anto.Gome.variarum reſolut.tomo.2.c.4.nu.3.ad fi. verſi.Imò quod magis eſt.& eodem tomo.ca.11.n. 18.in fi.Didacus Perez in gl. l.3.ti.8.li.3.ord.Petrus Dueñas regu.119.limit.1.verſ.Contrariam opi.qui in caſu ſimili opinionem hanc probare videtur.

60 ¶Sed † verius eſt, ea lege non obſtante, adhuc acceptationẽ in donatione neceſſariam eſſe: quod pluribus rationibus probatur. Primò, quia ea lex quæ de ſtipulationibus & aliis cõtractibus loquitur, ad
61 donationem extendenda non eſt, † quę propriè loquendo nõ eſt contractus: gl.ord.ab Scrib. cõmu. ſecuta in Aut.Sacramenta pube.C.ſi aduer.vend. quanuis largè & impropriè donatio cõtractus dici poſſit, vt probatur ex l.ſi donationis.C.quod met. cau. quapropter in corpore iuris vbi tituli ſeruato ordine materiarum apponuntur, titulus de donationibus non apponitur inter titulos, nec libros contractuum, vt patet ex libris Digeſtor. & C.& Inſtitutionum. Cùm igitur donatio nõ ſit propriè contractus, conſequens eſt, vt d.l. quæ correctoria eſt, loquens de contractu & ſtipulatione, ad donationẽ non extendatur, etiamſi in donatione eadẽ, vel maior ratio concurreret: prout non concurrit: text.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr. glo.in Auth. quas actiones.C.de ſacroſ.Eccleſ. cum ſimil. imò cùm id in donatione immutatum non ſit, iura antiqua in illa obſeruanda erunt. l. ſancimus. de te-
62 ſtam.l.præcipimus.C. de appella. Secundò, † quia etiamſi d.l.ex eius generalitate ad donationem extendenda foret, adhuc non obſtat, quia illud diſponit cum ea modificatione, ſcilicet, *Pareſciendo que vno ſe quiſo obligar a otro*. Quod in caſu de quo agimus non concurrit: donans namque nõ eſt eius intẽtionis, vt velit donare, vel obligari, antequàm donatarius de ipſa donatione certior factus eam acceptet: text.eſt in l.qui abſenti.ff.de acquir.poſſ. cuius verba ſunt. *Qui abſẽti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, nõ eã mentẽ habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuã in id tẽpus cõferre, quo ſeruus certior factus fuerit.* facit tex. in l.ſi pater filio. ff.de manu.vind. cùm igitur nõ eam mentẽ habeat donator, vt ſtatim velit obligari, ſed demum ſecuta ſcientia & acceptatione donatarij: conſequens eſt vt anteà poſſit donationem reuocare: prout Alex.in d.l.qui abſenti. & commu.Scrib.aduertunt. Tertiò, quia etiamſi dicamus dictam legem reieciſſe ſolennitatem ſtipulationis, & deduxiſſe rem ad ęquitatem Canonicam, qua ex pacto nudo actio exoriebatur, adhùc non poteſt dici eam.l.acceptationem excluſiſſe, cùm etiam de iure Canonico acceptatio neceſſaria ſit, & ante illam donans obligatus non remaneat, ſecundum magis commu. Srib. ſententiam in cap.1. &2.de pact.& in Rub.C.eod.& in Rub.ff.de verb. obli pro qua eſt tex.in c.1.de conceſſio præbẽ.li.6. Quartò, quia etiamſi de iure ciuili donatio.ex ſolo pacto nudo fieri poſſet.l.ſi quis argentum.§.fi. C. de donatio.nihilominùs tamen acceptatio neceſſaria erat, nec aliter irreuocabilis efficiebatur: igitur ea lex quæ rem iſtam ad pactum nudum reduxit non cenſetur etiam tollere in donatione acceptationẽ. Quintò, quia dicta lex ſolùm voluit tollere ſolennitatem ſtipulationis, & mutui, & alias ſolennitates, quæ à iure ciuili requirebantur ad cõtractuum validitatem: non autem voluit tollere ea quę à iure ciuili ad ſubſtantiam ipſorũ contractuũ & obligationum requirebantur: in donatione nãque iure communi requirebatur, quod fieret pręſenti l.abſenti.ff.de don.itẽ quod ſi abſenti fieret, nuntius.interueniret.gl.ordi. in l.nec ambigi. in glo.1.Cod.de don.Et quòd nuntius eſſet ad id ſpecialiter deputatus gloſſ. in d. l. nec ambigi. quam commu.ſequuntur Scrib. vt teſtatur Roma conſ. 295.n.1.Hyppol.in l. ſi quis nec quęſtio.n.69.ff.de quæſtio.Guido Papæ q.222.num.2. quæ omnia & alia plura ſolennitatem reſpiciẽtia, ex d.l.ord.reiiciũtur, vt cõſtat ex eius verbis, ibi. *No puede poner excepcion que no fue hecha eſtipulacion, que quiere dezir prometimiento con cierta ſolẽnidad de derecho, a que fue hecho el contrato, o obligacion entre auſentes*. Sed acceptatio donationis eſt de ipſius ſubſtãtia, & perfectione: tex.in d.l.abſenti.ff.de don.& in l.qui abſenti.ff.de acquir.poſſe.& in c.1.de conceſſ. præb.li.6.non enim dicitur pactum etiam nudũ, niſi duorum conſenſus concurrat. l. Labeo. ff. de verb.ſigni.l.ſi ego ff.de neg.geſt.l. lecta. ff. ſi cert. pet.l.ædiles.ff.de ædili.edi. Nec etiam ex eo oritur naturalis obligatio.l.conſenſu.cum ſeq.ff.de actio. & oblig.igitur cõſtat nõ fuiſſe ab illa. l. Sublatam.

63 ¶Prætereà idipſum probatur ex eo, quod † ſi ſtatuto caueatur aduerſùs ius commune, quod alteri per alterũ adquiri poſſit obligatio: illud intelligẽdũ eſt interueniẽte abſentis acceptatione, vt dixit Paul. vbi id pluribus comprobat cõſil.171.n.5. li.2. Alex.conſ.126.n.11.lib.5.Curt.Iuni.conſ.120.nu. 2. cuius ratio eſt, quod ſtatutum illud plura operari poteſt abſque eo, quod acceptationem excludat: prout Pau.exemplificat: ſufficit autẽ quod ſtatutũ aliquid operetur vltra ius cõmune: in cæteris verò reſtringendũ eſt, vt minùs illud corrigat, quàm ſit poſſibile l.ſi quando.cum ſimil.C.de inoffic. teſtaſta. Ex quibus & aliis hanc opinionem veriorem profitetur Gregor.Lope. in l.4.ti.4.par.5.in verb. *Gran pro* Illuſtri.D.Didac.de Couar.lib.1.variarũ reſolu.c.4.n.12.& 13 Auendanius in c. Prætorum. 2.patre.c.19.n.11.ídque verum mihi videtur.

64 ¶Quod † adeò verum eſt, quòd etiamſi clauſula conſtituti, vel reſeruatio vſusfructus in Maioratu interueniat, reuocari poſſit, ſi acceptatum nõ fuerit: clauſula namque cõſtituti, vel reſeruatio vſusfructus nihil operantur, niſi à parte in cuius fauorem appoſitę fuerũt, acceptatæ ſint. l.quod meo.§. ſi furioſo.ff, de acqui.poſſ.l.ſi ſeruus communis.§. 1.& l.quemadmodum eo.ti.l.ſi ego.ff.de neg.geſt. Iacob.Butri.in l.quædam mulier. ff. de rei vendi. Soci.in l.1.§.ſi iuſſerim.nume.11. ff. de acqui. poſſ. & in conſil.153 numer.2.libro 6. Alexandr. in d.l. quòd meo.in princ.numer.18.Dec.in l. cõtractus. numer.15.ff.de regu.iur.idem Deci.conſi.226.n.9. vbi Carolus Moli.in addi.litera. f. plura cumulat. Rube.conſ.117. numer.1. Tiraquel. qui plura refert

fert de iure conſtitu.30.limit.numer.1.& 5. cũ ſeq. Chaſſa.conſil.7.num.40.Grattus conſi.36.num.31. libr. 1. Bertran. conſil. 116. numero 15.lib. 2. Ruin. conſi.121.n.3.lib.1.Curti.Iuni.conſi.120.numero 3. Roland.à Valle.conſil.19.numero.7.& alibi ſæpè Scribentes.

¶Quod etiam in Maioratu cui pactum de non reuocando adiectum eſt,procedit: ante acceptationem enim reuocari poterit. Nam hoc etiam pactum neceſſariò acceptandum eſt, vt probatur ex his quæ paulò antè circa conſtitutum & vſusfructus reſeruationem cumulauimus: ſi enim Maioratus ex dictis clauſulis irreuocabilis non efficitur ante acceptationem, pari ratione id in pacto de non reuocando dicendum erit, cùm non magis ex vna clauſula, quàm ex alia Maioratus fiat reuocabilis: quod probatur euidentiſſimé. Nam donatio quæ alias erat irreuocabilis, ex dicto pacto tranſit in donationem inter viuos irreuocabiliter ex d.l.vbi ita donatur. ſed donatio inter viuos quantumcunque irreuocabilis ſit, poteſt ante acceptationem reuocari,vt iam oſtenſum eſt: igitur conſtat idem dicendum in Maioratu cui prædicta clauſula appoſita eſt,quæ opin. mihi vera videtur, tametſi contrariam probauerit Greg. Lop. in l.4.ti.5 par.5.verb. *No lo puede hazer.*

¶Idipſum etiam in maioratu, cui iuramentum ſimpliciter adiectum fuit,dicendũ erit: cùm enim ex Maioratus natura ante acceptationem reuocabilis ſit etiam cum clauſula de non reuocando, conſequens eſt, vt iuramentum eum irreuocabilem ante acceptationem non faciat, ſed eius naturam ſequatur: intelligendúmque ſit ſi Maioratus inſtitutio acceptata fuerit: prout contractus principalis accipitur, vt ſupra iſto c.numer.55. latiùs oſtendimus:quibus adiiciendum eſt,quòd iuramentum appoſitum in actu libero, eum neceſſarium non facit, vt dixit Bald. in l.1.numero 67. C.de ſacroſ.Eccleſ.Imol.in c.cùm contingat.colũ. 4.de iur.iur.Corne.conſ.241.lib.4.num.10. Grattus conſi.45.num.26.libr.1.& ideò actus qui de ſui natura eſt reuocabilis, non efficitur irreuocabilis iuramento accedente. gloſſ. communiter approbata in c.fi.de procur.lib.6. verbo. *Reuocatus.* tametſi contrariam ſententiam quoad hæc elegerit Greg.Lop.in d.l.4.tit.5.part.5.verb. *No lo puede hazer.* Quæ ſequenda non eſt.

65 ¶Nec† obſtat quod dixit gloſſ. in c.quotiens cordis oculus verb. *Et per te.* 1.quæſt.7. quòd interueniente iuramento, poteſt alteri per alterum ſtipulari:quam ſequuntur commu.Scrib.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.obligat.Rolandus à Valle, qui plura refert conſi.19.nu.29.cum ſeq.lib.1.Nam non acquiritur actio ex ea ſtipulatione irreuocabiliter,niſi is cui à tertio ſtipulatio recepta fuit, id acceptauerit,ſeu ratum habuerit:vt in ſtatuto diximus ſup.iſto c.n.63.comprobatúrque ex eo, quòd quamuis etiam fauore piæ cauſæ alteri per alterum ſtipulari poſſit,vt ex pluribus probat Iaſon.in d.§. alteri.n.6.tamen in donatione facta Eccleſiæ & piȩ cauſæ acceptatio neceſſaria eſt,prout ſup. iſto.c.n. 58.latiùs oſtendimus.

66 ¶Quæ† omnia non ſolùm in iuramento ſimpliciter appoſito vera ſunt,ſed etiam quando cum clauſula de non reuocando, ſeu non contraueniendo adiectum eſt. Maioratus namque etiam cum hoc pacto inſtitutus non obſtante iuramento reuocari poteſt:cùm enim Maioratus cum pacto de non reuocando inſtitutus ante acceptationem reuocari poſſit, conſequens eſt vt iuramento in eo interpoſitum eius naturam non mutet, ſed etiam acceptationem requirat,& ante eam actus etiam iuramento interueniente factus reuocari poſſit: quod vltra ea quæ iam dicta ſunt,probatur ex eo, quod dixit Abb.per text.ibi.in c.ſicut. el tercero num.5. poſt Anton.ibi.de iur.iurand.vbi eleganter inquit quòd per iuramentum,vel pactum nullus obligatur,niſi conſentiat ille,cui fit iuramentum:quo in loco etiam ſubiicit,quòd quando quis iurat principaliter in fauorem alicuius abſentis, primaria obligatio dirigitur in Deum: tamen ſi pars non curat de implemento, nec etiam Deus, & quòd hoc reſpectu requiritur conſenſu abſentis: idipſum etiam probat text. in Clem. 1. de iur. iurand. ibi. *Nomine recipientis.* Per quem tex.notant Card. & Ancha.ibi,quòd iuramentum illud quod Imperator præſtat,præſtandum eſt coram Deo, & beato Petro,& alio recipiente nomine Eccleſiæ:idem probat text.in c.tibi domino. 63. diſt. ibi. *Tibi domino Ioanni Papæ ego Rex Ottho promittere & iurare facio.* quæ omnia comprobantur ex eo, quod dixit Archid.in c. quacunque arte verborum .22. quæſt.5.in fi.vbi ſubiungit hæc verba. Nota tamen quòd nemo per iuramentum,vel pactum propriũ obligatur,niſi conſentiat ille cui fit pactum, vel iuramentum, & ex eo etiam quod dixit Deci. conſi. 432.numer.25. & 26. vbi loquens in donatione iurata, inquit poſſe reuocari ante acceptationem: & ex his quæ dixit Fortu.Garſi. in c. 1. de pact.num. 23.& ex text.in l.non erit.§.ff.de iur.iurand. vbi Iaſon.numer.1.& 10.poſt alios inquit, quòd delatio iuramenti poteſt reuocari ante partis acceptationem: quibus addenda ſunt plura quæ congerit Iaſon de confeſſione acceptanda, in l.error. C.de iuris & facti igno.numer.3. & Felin.in c.ſi cautio. numer.22.de fid.inſtr.qui etiam multa congerit in propoſito.

¶Quæ omnia in Maioratibus potiori ratione procedunt,in quibus plura grauamina iniungi ſolent, vocatis ad eorum ſucceſſionem, ad quæ implenda ipſi etiam aſtringuntur, ex quo Maioratus cenſeri debent donationes ob cauſam & cõtractus vltrò, citróque obligatorij & reſpectiui: prout ex illis euidentiſſimè apparet,& ſup.lib.2.c.8.latiùs oſtẽdimus. In contractibus autem huiuſmodi abſolutiſſimum eſt, abſque vtriuſque partis conſenſu nihil perfectum effici poſſe.l.contractus.C.de fide inſtr.per quem dixit ibi Cynus colum. 2. non eſſe abſolutum contractum, niſi cùm vtraque pars aſſeuerat ſibi placere:cui Bartol.Bald.Salic.& cæteri Scrib.ibi adſtipulantur. text. in §. in his Inſtitu.de empt. & vend.l. conſenſu. ff. de actio & oblig. l.1. tit.11.par.5.l.54.& 91.& 93.& 105.ti.18.par.3. ídque comprehenditur ex deciſ.l.17.Taur.ibi. *A la perſona a quien la hiziere, o aquien ſu poder huuiere*, & l. 44. Tauri ibi. *A la perſona en quien lo hiziere, o a quien ſu poder huuiere.* quæ hodie ſunt.l.1.tit.6.lib. 5.& l.4.tit.7.eod.lib.in nouis ordin.Ex quibus legibus conſtat requiri acceptationem meliorati,vel vocati ad Maioratus ſucceſſionem, vel procuratorum illorum,vt melioratio, vel Maioratus inſtitutio irreuocabilis efficiatur.

¶Sed dubitari ſolet,vtrum Maioratus per viam contractus, ſeu donationis in fauorem abſentis cum clauſula conſtituti, vel ſimilibus inſtitutus, quem Notarius nomine abſentis acceptauit, re-

uocari



vocari valeat ante abſentis ratihabitionem,vel acceptationem.

68 ¶Qua in re in primis præmittẽdum eſt,† ex hac Notarij,vel tabellionis acceptatione acquiri vocato ad Maioratus ſucceſſionem etiam abſẽti vtilem actionem ad ipſius Maioratus ſucceſſionẽ ſine ceſſione etiam ante ratihabitionem, gloſſ.ordin. in l. 2.verb.Publicum.ff.rẽ pupil.ſaluam fore. vbi Bartol.nume.3.& Alexand.in addition. ad illum gloſ. in l.non aliter.verb. *Seruo publico.* ff.de adoptio.vbi communiter Scribent.id notant Tiraquel. qui omnes idipſum opinantes copioſiſſime recenſuit, de iure conſtitut.3.parte,limita.30.numer.23.Ruinus conſil.119.nume.7.lib. 1. Boerius deciſio. 172. numer.5.deciſio.Pedemonta.33.nume. 4. vbi hanc communem opinionem appellat Molineus conſilio 60.numero 9. & 10. Gozadi. conſilio 87. numero 14.Pariſi.conſil.82.numer.1.& 2.lib.1.Sylua. conſil. 22. numer. 2. Neuiza. conſil. 35.numer.22. Ioan.de Amicis conſil.126.numer.5. Portius conſil.176.numer.25.Rolandus à Valle conſil. 19. numer.17.vbi eam opinionem poſt ſuperiùs citatos communem eſſe profitetur plura ad idem adducens: eaque opinio proculdubio vera atque communis eſt, aduerſus opinionem multorum, quos ſigillatim enumerat dicta deciſio. Pedemonta. 33. numer.2.

69 ¶Hoc autem præſuppoſito dubium in hoc verſabitur,† vtrum ſcilicet hæc vtilis actio abſenti reuocabiliter,aut irreuocabiliter ante eius ratihabitionem acquiratur. In quo dubio plures cenſuerũt eam actionem vtilem irreuocabiliter in abſentem ex acceptatione Notarij transferri,quos ſigillatim recenſuit omnium latiſſimè Tiraquel. de iure cõſtitut.tertia parte.limita.30.num.49. & 66. Idque etiam ſequutus fuit Illuſtriſſi. D.Didacus.de Couarruuias in Rubr.de teſtamen 3.parte, nu. 3. fina. verb.Idem reſolut.1.capi.14.num.11. cum ſequentibus.And.ab Exea in Rub.de pactis num. 185. & Carolus Molineus in addition.ad Alexand.conſil. 204.libr. 7. eámque opinionem communem eſſe profitentur Gozadi. conſil. 87. circa finem. Iulius Clarus lib.4.ſenten.§.donatio.ſi.13.verſicu.Primo ergo caſu.Rolan.Valle qui latiſſimè id proſequitur conſi.19.n.16.cum ſeq.

¶Contrariam autem opinionem,imò quòd in hoc caſu vtilis actio reuocabiliter non autem irreuocabiliter transferatur, & per conſequens quòd ea donatio poſſit ante abſentis ratihabitionem reuocari veriorem eſſe profitetur. Alberi.in l.nec ei. §.eorum.ff.de adoptio refetens ad id Andream de Piſis,& Guliel.de Cugno,& alios: idipſum etiam dixit Bald.ibidem Paul.Caſtren.conſ.195. incipiẽ. Viſis his.numero 2.& 3.lib.2.Decius in l.certi cõdictio.§.ſi numos.numer.2.ff.ſi certum petatur.& in l.quo tutela.§.nec paciſcendo.nu.3. ff.de regul. iur.Idem Decius in l.1.numer.22.C. de pactis, & in l.contractus.numer.18.ff.de regul. iur.& conſil. 247.numer.5.& conſil.432.nume.26. Alciatus Parergon lib.3.capit.13. Curtius Iunior conſil. 55.numer.8.Grattus conſil.25.numer. 37. lib. 1. Pariſius conſil.12.numer.110.cum.ſequen.lib.2.Chaſſaneus conſil.7.nume.41.& conſi.59.nu.59.nu.18.Rubeus in repetitio.l.non ſolùm.§.morte.num.9.ff.de noui.oper.nuntia.& conſi.132.nume.2.Alcia. qui hãc opinionem communem eſſe profitetur in c. cùm contingat.num.111. cum ſequen. de iureiurand. Idem Alcia.in l.2.§.ex his.num.13.ff.de verbo.obli. Carol.Ruinus conſi.119.numer.8.lib.1. & alibi ſæpè Scrib.

¶Quod in Hiſpanorum Primogeniis potiori ratione dici poterit,quæ non merè donationes, ſed potius ob cauſam cenſenda ſunt, & in quibus vocatus ad Maioratus ſucceſſionem ad plures etiam leges & conditiones obſeruandas aſtringitur:quæ non modicũ grauamen afferre ſolent.Eſſet namq; abſurdiſſimum vocatum ad Maioratus ſucceſſionem ad tot vincula & grauamina abſque eius acceptatione aſtringere.Non enim eſt lex quæ eam poteſtatem Notario tribuat, vt valeat abſentem abſque eius ratihabitione ad aliquid efficiendum aſtringere.

70 ¶Imò† pluribus placuit,opinionem dicentiũ,ex Notarij acceptatione acquiri vtilem actionem ſine ceſſione intelligendam eſſe in iudicialibus ſtipulationibus, nec ad extraiudiciales extendi poſſe:ídque apertè comprehenditur ex his quæ dixerunt Guido de Suza & Cynus in l.non aliter.ff. de adoptio.vbi Baldus colum. 1. idpſum opinatur: idem Baldus in l.nec ei.§.ſatiſdatio.colum.1.in fine ff.de adoptio.Iacob. Butri. in l. 1. ff.de his qui ſunt ſui.vel alien.iur.Innocen.in capit.dudum. de conuerſio.coniuga.Aretinus in l.Pantonius colu.5. ad medium.ff.de acquirend.hæred. Angel. in §. ſerui autem.colum.1.Inſtitu.de iure perſo. Angel. conſ. 73.incipi.In ſtatuto.colum.fina. Quæ opinio etſi iure communi conſiderato dubia ſit,ex his quæ opinati fuerunt.Bartol. in l. 2. ff. rem pupil. ſaluam fore,& plures alij quos nominatim recenſuit Tiraque.de iure conſtitu.3.parte limita.30.num. 49.

7 Hodie† tamen approbari videtur ex l.7.tit.11.part. 5.ibi. *E aun dezimos, que los juzgadores y eſcriuanos de concejo que eſcriuen con ellos pueden recebir promiſsion en nombre de otro, eſto ſeria ſi la recibieſſen en nombre de algun huerfano, prometiendole el guardador que le almente guardaſſe a la perſona del huerfano, & a ſus bienes, o ſi la recibieſſen en juyzio de la vna parte en nombre de otro ſobre algun pleyto.* Quæ lex in hoc viſa fuit ſequi opinionem dicentium,ex ſtipulatione Notarij non acquiri actionem vtilem ſine ceſſione,niſi in iudicialibus,ſeu fauore pupillorum:quam opinionẽ plures ſecuti fuerunt,quos refert Tiraquel.d.limita.30.n.17.& n.30.cum ſeq. Idque probabile videtur tametſi Gregor.in d.l.7. partitarum, verb. *Semejante.* dixerit illam legem intelligendam eſſe,niſi Notarius tanquam perſona publica ſtipulatus fuerit: quia eo caſu poterit indiſtinctè etiam in extraiudicialibus ſtipulari: is namque intellectus diuinatorius eſt, & etiã parui momenti,cùm Notarius ſemper tanquam publica perſona ſtipulari cenſendus ſit,vt reſoluit Bald. in d.l.nec ei.§.ſatisdatio.

¶Vtcunque autem in hoc dicẽdum ſit, prædicta tamen opinio,quòd ſcilicet ex ſtipulatione Notarij acquiratur actio vtilis ſine ceſſione reuocabiliter,non autem irreuocabiliter, adeò vera eſt: vt non ſolùm procedat reſpectu ipſius donatarij,ſed etiam reſpectu donantis,ſeu Maioratum inſtituẽtis.Idcircóque non ſolùm vocatus ad Maioratum, ſed etiam Maioratus inſtitutor Maioratum ante eius ratihabitionem reuocare poterit. Non enim debet effectus contractus claudicare l.Iulianus. §. ſi quis à colludente.ff. de actio.empti.& vend.claudicaret autem,ſi Maioratus inſtitutor aſtrictus eſſet,vocatus tamen ad ipſius Maioratus ſucceſſionem omni obligatione ſolutus foret: perindéque

neceſſariò

neceſſariò dicendum eſt, reuocandi facultatẽ tam Maioratus inſtitutori, quàm ſucceſſori præſtandam eſſe, prout Scriben. paulò antè citati non obſcurè cenſuerunt.

72 ¶Ex quib.†reiicienda eſt opinio quędam, quam probare videtur Carol.Ruinus conſil. 119. num.8. lib.1.& conſil.126.n.10. & conſil.172.n.16.eod.lib. & conſ.47.n.4.li.5.vbi ſentit acquiri donationem reuocabiliter reſpectu donatarij in hunc ſenſum, quod donatarius ſi vult, etiã poſt Notarij acceptationem poterit donationem repudiare: nõ tamen dicit, quòd donãs poſſit interim donationem reuocare. Quod etiam expreſſiùs dixit Tiraquel. de conſtit.3.parte.limita.30.num.64.65.& 66.Rolan. Valle.d.conſ.19.Hæc namque omnia iuris principiis conſideratis ſubſiſtere non poſſunt.

¶Ex eiſdem etiam ceſſant plura dubia, quæ à Doctoribus frequentiſſimẽ tractari ſolent: vtrum ſcilicet poſt Notarij acceptationem & ante abſentis ratihabitionem poſſit donatio reuocari, rem primò donatam alteri donando. De quibus per Paul.Caſtren.conſi.195.n.3.lib.2. & Decium conſi. 226.n.8.Cagnolum in l.fina.n.272. C. de pactis,& alios quos refert Iulius Clarus libr. 4.receptãrum ſenten.§.donat. verſic. Aut vero: vbi ipſe in huius quæſtionis reſolutione multùm inſudauit. Nam cùm ex ſupradictis conſtet donantem poſſe reuocare donationem, etiam poſt Notarij acceptationem ante abſentis ratihabitionem:à fortiori idipſum dicendum eſt, quando res ſecũdò donata fuit. ex eo namque cenſetur prima donatio reuocata, & in alterum tranſlata. l. pacta nouiſſima.cum ſimil. C.de pactis.

73 ¶Sed cõtrouerti ſolet,†vtrũ in Maioratu &aliis donationibus, quæ plurib. ordine ſucceſſiuo fiũt, ſufficiat acceptatio primi donatarij: vt reſpectu cæterorum Maioratus, vel donatio irreuocabilis fiat: an autem omniũ acceptatio requiratur, adeò vt non obſtante acceptatione primi reſpectu cæ-
74 terorũ ea donatio reuocari poſſit. Qua†in re Bar. per tex. ibi in l. qui Romæ.§. Flauius. num.1. ff.de verb.oblig.reſoluit: quod ſi in donatione facta alicui poſt eius mortẽ Eccleſia, ſeu alius tertius ſubſtituatur, quod põt donans modum, ſeu pactionẽ in vtilitatẽ Eccleſię, ſeu alterius tertij adiectam reuocare. Pro cuius opinione eſt text.in l.3.ff.de ſer. exportã.& in l.1. C.ſi mancip.ita fuc.alien. & in l. Ariſto.ff.de dona.in prin.& in l.3.ff.de his qui ſine manu ad liber.perue.Ex quibus iuribus Bar.opin. ſequitur Bal. qui in hac opinione videtur reſidere in l.cùm à ſocero.n.5.cũ ſeq. C.de iure doti. idem Bal.conſil.357.n.2.li.5.Ang.in l.quoties.C.de don. quæ ſub modo.Imol.in c.potuit de loca. col. pen. Roma.in l.ſed ſi hac.§.proſtituta. ff. de in ius vocan.Cuman Ioan.de Imol.& Areti. Soci.nume.6. Alexan.n.8.Iaſo.n.14.Zaſius.n. 7.cum ſeq.in d.§. Flauius.vbi Soci.& Iaſ. eam opinionem communem eſſe profitentur. Idipſum etiam dixit Iaſ. in l. 2.n.66. C. de iure emphy. Socin. conſil.115.nu.12. lib. 4.Cagno. in l.id quod noſtrum.n.12.ff.de reg. iur.Carol.Ruinus conſil.182.numer.21.verſi. Nec obſtat.lib.1.Andr. ab Exea in Rub.de pactis.n.143 D.Dida.de Couarru.reſolu.lib.1.c.14.n. 17.Grattus conſ.25.n.39.lib.1.Iulius Clarus libr.4. recept. ſent.§.donatio.q.13.verſi.Secũdus eſt articulus.Aymon.conſil.125.num.10.Rubeus conſi. 117. nu.10. Beroius in c.in præſentia.de probatio.n.80.

¶Contrariam aũt ſententiam, imò quòd donatio à primo donatario acceptata non valeat reſpectu ſequentium reuocari, veriorem, atque magis communem eſſe opinati fuerunt Paul. in l. in Inſulam.§.fina.n.3.ff.ſolu.matri.idem Paul.in l.ſi pecuniam.in prin.& ibi Rom.ff. de condit. cauſa data.Xuarez in l.quoniam in prioribus.in declaratio.l.Regni,q.8.nu.2.idem alleg.16.colum.3.Pala. Ruuios.§.54.in fine.Guillel.Benedi.in repetitione c.Rainuntius.de teſta.verb.Si abſque liberis el. ſegundo.n.23.Decius conſil.239.nu.5.idem cõſil.58. n.3.Chaſſaneus conſil.53.n.55.cum ſequent.Carolus Ruinus conſi.7. nume.29.lib. 1.idem cõſil.36. n.19.eod.lib.Petrus Dueñas reg.216.in fine, & alibi ſæpè Scribentes.

¶Sed quoniam articulus hic pluries in forenſib. controuerſiis contingere ſolet, libet illum congrua diſtinctione reſoluere.

¶Aut enim agimus de donatione quę alicui facta eſt: ita vt eo moriente in alium, vel alios eo tempore viuentes transferatur, nec ad vlteriores protrahenda ſit.

¶Vel de illa quę fit iure Maioratus, vel eo pacto, vt res perpetuò in familia conſeruetur.

¶In primo caſu dicẽdum eſt, eam donationem ab ipſo donante reuocari poſſe: niſi à tertio acceptata fuerit. Cùm enim ex hac diſpoſitione duæ donationes reſultent: vna in fauorem primi, alia autem in fauorem ſecundi: prout ſupra lib.1.c.1.n. 17.latiùs oſtendimus: conſtat vtramque donationem eodem iure cẽſendam eſſe: ita vt ſicut prima neceſſariò acceptanda fuit, ita etiam in ſecunda idipſum dicẽdum ſit. Non enim eſt dabilis aliqua ratio differentiæ inter primam & ſecundam donatiouem, in qua ſpecie opinio Bartol.in d.§. Flauius.neceſſariò ſequenda erit: niſi donatio etiam à ſecundo acceptata fuerit. Tunc namque ſicut reſpectu primi donatio reuocari non poterat, ita etiã nec reſpectu ſecundi reuocari poterit. Sícque intelligenda eſt opinio eorum, qui aduerſus Bart. conſpirarunt, prout optimè conſiderat Decius conſil.58.n.3 vbi in id allegat Baldum & Ioannem de Imol.Iulius Clarus lib.4. §.donatio.q.13. verſi. Secundus caſus & eſt de mente omnium Scriben. qui Bartol. opinionem ſecuti fuerunt: qui omnes proculdubiò contrarium ſentiunt, quando donatio à tertio acceptata fuit.

¶Quod adeò verum eſt, vt opinio Bar. ſequenda ſit, etiam quando Notarius pro tertio abſente acceptauit: cùm enim (vt ſuperiùs diximus & probauimus) donatio reuocari poſſit etiam poſt Notarij acceptationem, niſi donatarius eam ratam habuerit: conſequens eſt, vt ſicut hoc in primo donatario procedit, ſimiliter etiam idipſum in ſecũdo donatario dicendum ſit. Non enim eſt dabilis ratio differentiæ inter primum & ſecundum donatarium: prout omnes qui Bar.opinionem ſequũtur, apertiſſimè cenſuerunt. Difficultáſque in eo verſabitur: vtrum ſcilicet donatio, quam Notarius pro abſente acceptauit, valeat ante abſentis ratihabitionem reuocari. Atque idcirco cùm ſuperiùs eius ſententiæ fuerimus, quòd donatio etiam à Notario acceptata ante abſentis ratihabitionem reuocari poſſit neceſſariò idipſum in caſu de quo agimus, ſequi debemus. Idque verũ mihi videtur, tametſi cõtrariã ſentẽtiã, imò quòd ſentẽtię Bar. locus nõ ſit, interueniẽte Notarij acceptatione, veriorem eſſe profiteantur Decius d. conſil.58.nu.3. conſil.239.num.5.& Socinus Iuni. conſi. 118.nu.13. libr.2.



lib.2.atque D.Didacus de Couarruuias, qui plura refert lib.1.reſolu.c.14. numero. 11. & Iulius Clarus lib.4.§.donatio.quæſt.13.verſic. Secundus caſus.Nec mirum eſt, quòd tot viri grauiſſimi hanc ſententiam in caſu de quo agimus probauerint: cùm propè omnes eius fuerint ſententiæ, vt quælibet donatio poſt notarij acceptationem reuocari non poſſit: & qui in ea ſpecie illam ſententiam probauerunt, neceſſariò etiam in hoc caſu illam amplecti debent. Ex quo deducitur, huius articuli reſolutionem à prædictæ opinionis veritate pendere.

¶Hæc autem Bart.opinio forſan non admittenda erit, vbi tertius in cuius fauorem donatio poſt mortem primi facta fuit, eo tempore infans eſſet: eius namque fauore donatio tanquam iam acce-
75 ptata atque infanti acquiſita cenſenda erit:†donatio namque fauore infantis eidem acquiritur irreuocabiliter abſque acceptatione. l. iubemus. ibi. *Niſi infantes ſint, qui & ſine conſenſu etiam hoc modo ſui iuris efficiuntur*. C.de emanci.liber. vbi probatur, quòd quamuis emancipatio abſque conſenſu & voluntate emancipati fieri non poſſit. hoc tamen fallit in infante, qui etiam ſine conſenſu & acceptatione ſui iuris efficitur: per quem text. dixit Decius conſ.245.numer.3.quòd donatio facta infanti non exigit acceptationem, vt perfecta & irreuocabilis efficiatur: quod etiam reſpectu tertij, qui tempore quo facta fuit donatio natus non erat, dici poterit: prout conſiderat idem Decius.d. conſi.245.nu.2.& 3.

¶In ſecundo caſu, quando ſcilicet agimus de donatione iure Maioratus, vel aliter perpetuò familiæ facta, dicendum erit, proculdubiò ſubſecuta primi acceptatione, nullo pacto eam donationem reſpectu ſequentium reuocari poſſe: cùm enim ea donatio perpetua futura ſit, atque in totius familiæ fauorem facta fuerit: conſequens eſt, vt nomine familiæ à primo acceptata fuiſſe cenſeatur, adeò vt nec vlteriorem acceptationem exigat: nec enim poſſibile eſſet quòd ab omnibus acceptaretur. Idcircóque lex eam acceptationem, quæ ſecundùm rei naturam fieri poſſit, admittit: in relicto namque familiæ ius agendi nomine familiæ & omnia alia faciendi proximiori defertur. l. peto.§. fratre.ff.de lega.2.l. cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo.vbi per Scriben.ff.eod. Et eſſet abſurdiſſimũ ad efficiendum Maioratum irreuocabilem, requiri acceptationem infantium, & naſciturorum: & cùm horum reſpectu reuocari nequeat, vt paulò antè oſtenſum eſt: conſtat idipſum dicendum eſſe in illis, qui eos præcedunt: ne bona Maioratus deuenire debeant ad remotiores, proximioribus excluſis: quod apertiſſimè hodie ex legibus Regiis deciſum eſt, prout conſtat ex deciſion. lib.17.& 44. Tauri: vbi ſola traditio facta primo vocato ad Maioratus ſucceſſionem efficit Maioratum ipſum irreuocabilem ſimpliciter tam reſpectu ipſius, quàm ſequentium. Idque in Maioratibus frequenter obſeruari ſolitum eſt, atque verum eſſe profitetur Anton. Gome. in l.40.Tauri, num.34.

76 ¶In hac autem re annotandum eſt, non requiri expreſſam acceptationem, ſed † donatarij præſentiam ſimul cum eius taciturnitate acceptationem inducere: quod profitentur Ang.conſi.183. numero.3. cuius opinionem communem atque veram eſſe profitentur Curtius Iuni.in rubri. C. de pactis, num.10. Illuſtriſſimus D.Didacus de Couarruuias qui plura refert in rubr.de teſta.3.parte, numero 13.verſi. Verùm ſi donatarius. Cagnol. in l. ſemper qui non prohibet, nume.3. ff. de reg.iur. Menchaca lib.2.controuer.illuſtrium. c.62. nume. 11.cum ſequen. Andr. ab Exea in rubr. de pactis, nume.98.Iulius Clarus.d.§.donatio.quæſt.14.Sed idipſum etiam ex actibus tacitis deduci poterit: prout ex pluribus probat Tiraq.de conſti.3.parte, limita.30.n.11.cum ſequen.

¶Hæc autem acceptatio mortuo donante nullo pacto fieri poteſt, quaſi iam res integra non ſit, hæredúmque donantis præiudicium in acceptatione verſetur: prout opinati fuerunt Paul.conſi.195. numer.9.& 10.lib.2.Decius conſ.226. numer.8. Anto.Rubeus conſil.132.numero.2. Chaſſaneus conſil.7.num.38.Tiraquel.de conſti.3.parte, limita.30. nu.73.

77 ¶Sed†hæc opinio nullo iuris fundamento fulcitur: cùm enim ex parte donantis donatio perfecta ſit, nec ab illo fuerit ante acceptationem reuocata: nihil impedit, quin eo mortuo ſequi valeat acceptatio: nec hæredum pręiudicium in conſideratione eſt, cùm ipſi cum defuncto donante vna atque eadem perſona eſſe cenſeantur: tex.in Authenti.de iureiuran.à morien.præſtito.§.1.colla.5. Ex quibus id optimè probat Illuſtriſſimus Dominus meus Didacus de Couarruuias in rubr. de teſta.3. parte.nume.13.verſic. Verùm ſi donatarius. cuius opinio vera mihi videtur: & quanuis ipſe ad hoc probandum præcipuum fundamentum efficiat, in hoc quòd ſcilicet ante acceptationem, donatio ab ipſo donante reuocari non poſſit: cuius contrarium ſuperiùs probauimus. Hoc tamen non obſtante, eius opinio aliis rationibus ſuſtineri poteſt: quanuis enim donatio hæc reuocari poſſit, nullo tamen iure cautum inuenitur, quòd morte donantis reuocetur, imò communiter opinari ſolet, ad hæredes donantis ius illam reuocandi non tranſire: prout in d.§.Flauius Bart.numero.1. Alexand.nu.9.Iaſ.numer.24.annotarunt: vbi Socin. eam communem opinionem eſſe affirmat. Quod etiam Andr.ab Exea de pactis numer.74.& D.Didacus de Couarruuias reſol.lib.3.cap.14. nume.17. & Iulius Clarus lib. 4. recep. ſenten. §. donatio. quæſt.13.ad finem profitentur. Eſſet autem inutilis hæc opinio, ſi à donatario ea donatio acceptari non poſſet.

¶Similiter etiam dici ſolet, mortuo donatario eius hæredes non poſſe donationem acceptare: in qua opinione videtur reſidere Tiraquel. qui plura in vtramque partem adducit, de iure conſti.3.parte, limita.30.nu.68.cum ſequen. atque Alcia in c. cùm contingat.nume,324.cum ſequentibus vſque ad numer.331.& in l.2.§.ex his.numer.3.ff. de verb. oblig. Sed hoc etiam eiſdem rationibus verum eſſe non videtur, & eò etiam, quòd ius acceptandi donationem ad hæredes pertranſeat.l. ſi ſinc. §. ſi procurator.ff.rem ratam haberi. Ex quibus hanc opinionem aduerſus prædictos amplectitur Illuſtriſſ. D. Didacus de Couarruuias in rubri.de teſtam.3.parte, numero 13. paulò ante finem: eámque ſecutus fuit Alciatus ſibi contrarius conſilio 675.numero.1. vbi plures eandem opinionem ſequentes refert.

¶Hæc ſunt quæ de Maioratu irreuocabili efficiendo hucuſque dicenda ſe obtulerunt, ſed ad-
78 huc alia dicenda ſuperſunt. Nam† quanuis Maio-

ratus Regia facultate præcedente inſtitutus ex acceptatione atque poſſeſſionis traditione, vel ex cauſa oneroſa irreuocabilis effectus fuerit, his non obſtantibus reuocari poterit, ſi in Regia facultate adiectum fuerit, quòd poſt Maioratus inſtitutionem poſſit eius inſtitutor illum liberè reuocare: prout in omnibus Regiis facultatibus adiici ſolitum eſt: quod ex l.44. Tauri, quæ hodie eſt.l.4.tit.7. lib.5. in noua.ll. Reg.collectione adeò clarè deciſum eſt, vt non valeat iuridicem inficiari. Et quanuis in Maioratu ex cauſa matrimonij, vel alia cauſa oneroſa inſtituto, rigorem continere videatur: is tamen in cuius fauorem Maioratus inſtitutus fuit, de hoc conqueri non poterit: ipſe enim hoc proſpicere debuiſſet, ſibíque id debet imputare: cùm virtute eius facultatis contraxerit, quæ Maioratus inſtitutori poſt Maioratum inſtitutum licentiam illum reuocandi conceſſit.

79 ¶Eſt † autem optimum cõſilium, vt quoties Maioratus ex Regia facultate inſtituitur, is qui illum irreuocabilem efficere contendit, in ipſo Maioratu hanc clauſulam poſt traditionem rerum Maioratus adiicere faciat. Quòd ſcilicet Maioratus inſtitutor promittit, Maioratum perpetuò firmum atque ratum habere, atque illum nunquam reuocare ex quacunque cauſa, quæ ad illius reuocationem ſuperueniat: & quòd quantum ad hoc ipſe renunciat licentiæ ſibi ex Regia facultate conceſſæ, ad hoc, vt poſt ipſum Maioratum inſtitutum poſſit illum, prout ſibi libuerit reuocare: qua promittit ſe nunquam in poſterum vſurum. Ex cuius clauſulæ appoſitione hæc omnia dubia ceſſabunt.

80 ¶Sed † quanuis Maioratus hoc pacto irreuocabilis effectus ſit, atque ea quæ prædixi ſufficiant ad ipſum inſtitutorem, ad non reuocandum Maioratum adſtringendum: nihilominus tamen Maioratus ipſe in pluribus caſibus ex iuris diſpoſitione reuocari poterit. Non enim Maioratus quo ad hominem irreuocabilis effectus, quo ad iuris diſpoſitionem irreuocabilitatem conſequitur: quod apertiſſimè probatur ex l.17. Tauri, quæ eſt l.1. tit.6.lib.5.in noua ll. Reg.collectio. vbi l.loquens de melioratione reuocabili inquit. *O por alguna cauſa que ſegun leyes deſtos nueſtros Reynos las donaciones perfectas y con derecho hechas ſe puedan reuocar.* Hoc tamen in duobus caſibus prȩſertim exemplificari poteſt.

81 ¶Primus † eſt in liberorum ſuperuenientia, nam Maioratus iam irreuocabilis effectus ex ſuperuenientia liberorum reuocabitur.l. ſi vnquam. cum ſimilibus.C.de reuocan.donatio.l. ſi totas. C. de inoffi.dona. Et quanuis plures eius fuerint ſententiæ, vt Maioratus, ſeu alia quælibet donatio ex ſuperuenientia liberorum, nedum quo ad legitimam filij qui ſuperuenit: ſed etiam in totum reuocetur: communis tamen ac vera de hac re diſtinctio eſt, quòd ſi Maioratus in perſona extranei inſtitutus fuerit, reuocetur in totum ex deciſio. text. in d.l. ſi vnquam. Si verò fuerit inſtitutus in perſona filij, reuocetur ſolùm vſque ad legitimam filij, ſupernaſcentis, vel vſque ad alimenta quando ex Regia facultate Maioratus inſtitutus fuit: cùm ea alimenta in locum legitimæ ſuccedant: vt ſupra lib.2.cap.15. latiùs oſtenſum eſt. Idque probatur ex deciſ.text in d.l.ſi totas. vbi communiter Scriben.id notant, háncque communem opinionem eſſe teſtantur, plures alios in idem referentes, Ripa.in l.ſi vnquam.quæſt.47.nume. 115. C.de reuocan.dona. Tiraquel.ibidem verb.Libertis.num.60.cum ſequen. Illuſtriſſimus Dominus Didacus de Couarruuias reſolu. lib.1.cap.19. nume.1. Iulius Clarus lib.4.recepta.ſenten.§ donatio. quæſtio.22.verſi.Secundò infertur. Idque apertiſſimè probatur ex l.8.titul.4. partita.5. & ex l.26. Tauri, quæ hodie eſt l.10.titu.6.libro 5.in noua legum Regni collectione.

¶Sed quanuis hoc quando plures filij tempore Maioratus inſtitutionis adſunt, proculdubiò verũ ſit: quando autem tempore Maioratus inſtitutionis vnicus tantùm filius aderat, à pluribus exiſtimatur, Maioratus inſtitutionem, vel quamlibet aliam donationem nedum quoad legitimam, ſed etiam in totum ex ſuperuenientia filiorum reuocari. Non enim credendum eſt, parentem tantam portionem filio donaſſe, ſi alios filios habuiſſet, ſed potiùs inter omnes patrimonium ſuum diuiſiſſe: eo præſertim quòd in perſonam vnici filij non poſſit cadere melioratio. Quibus rationibus & etiam aliis hanc opinionem ſequuti fuerunt Bernar. Diaz de Luco Præſul Calagurritañ. qui illam animosè defendit in tractatu fallen.reg.213 limita. 4.quem ſequutus fuit Gregor. Lopius in d.l.5.tit. 8.partita.5.

¶His tamen non obſtantibus, contraria opinio verior & probabilior eſt, imò quòd etiamſi donatio vnico filio facta ſit, ſolùm vſque ad legitimam reuocetur. Quam probabiliorem eſſe profitentur ad fundamenta contraria reſpondentes Dida. del Caſtillo.in l.12.Tauri, nume.24. Antonius Gometius lib.2.variar.reſolu.cap.4.nume.11.col.2.verſic. Si verò fiat. Illuſtriſſimus Dominus Didacus de Couarruias reſolu.lib.1.cap.19.nume.4.verſi. Cæterùm ad inſtitutum. Gaſpar Baecius de non melioran.fili.c.9.num.48.

¶Hæc autem opinio quanuis in omnibus donationibus ac meliorationibus vera mihi videatur, potiori tamen in ratione in Maioratibus admittenda erit: ſiquidem ſatis veriſimile eſt, parentem plures liberos habentem ad Maioratum inſtituendum proniorem futurum eſſe, quàm eum, cui vnicus tantùm filius adeſt: cùm ratio quare Primogenia introducta fuerunt (vt alibi diximus) ea ſit, ne in plures filios patrimonia diuidantur. Qua ratione dici ſolet, facultatem ad Maioratum inſtituendum impetrantem non teneri mentionem facere eorum filiorum, quos eo tempore habebat: cùm filiorum pluralitas nedum non ſit cauſa efficiendi difficilem impetrationem, ſed potiùs ex ea facultatis impetratio facilior reddatur: prout ſatis ſubtiliter (vt aſſolet) aduertit Illuſtriſſimus Dominus Didacus de Couarruuias reſolu.libro primo, cap. 20. nume.9. fin.verbis.

¶Secundus caſus ex quo Maioratus ſemel perfectè, abſque Regia tamen facultate inſtitutus re-
82 uocari, ſeu limitari poteſt, † eſt diminutio bonorum inſtitutoris ex poſtfacto contingens: cùm enim valor tertij & quinti ſecundùm tempus mortis æſtimandus, atque conſiderandus ſit ex l. 23.Tauri, quæ hodie eſt l.7.titu.6.lib.5. in noua legum Reg. collectio.conſequens eſt, vt ſi eo tempore bona Maioratus inſtitutoris diminuta ſint,

Ma-



Maioratus etiam aliàs irreuocabilis effectus diminuendus ſit pro rata diminutionis patrimonij ipſius inſtitutoris. Quod ex dict.l.23. Tauri palàm deducitur.

¶Ex quo infertur vnum ſatis ſingulare, quòd quã uis dici ſoleat, quòd Maioratus ſucceſſor non teneatur ad debita poſt Maioratum irreuocabilem effectum ab ipſius inſtitutore cõtracta: prout ſup. lib.1.cap.10.nu.11.reſoluimus: illud tamen intelligendum eſt, quando Maioratus ex Regia facultate inſtitutus fuit, vel etiã abſque illa ab eo, qui nec filios, nec alios deſcendentes habebat: ſecus autem quando ab eo qui liberos habebat inſtitutus fuit ex tertia & quinta bonorum parentis portione, abſque Regia facultate. Eo namque caſu, cùm tertium & quintum ſecundùm valorem bonorũ quæ tempore mortis ſupererint, conſiderandum ſit: cõſtat ipſum Maioratum pro rata debitorum, quæ inſtitutor denuo contraxit, diminuẽdum eſſe: ſicque in effectu ad eadem debita per ſoluenda Maioratus ſucceſſorem aſtrictum remanere.

¶Similiter etiam infertur, quòd quanuis dici etiã ſoleat ex delicto commiſſo à Maioratus inſtitutore poſt ipſum Maioratum irreuocabilem effectum non poſſe Maioratus ſucceſſori præiudicari: prout infra iſto lib.cap.vlt.n.18.oſtendemus: illud tamen intelligendum erit, quando ex Regia facultate Maioratus inſtitutus fuit: vel abſque illa, ab eo qui liberos non habebat. Sed quando is qui Maioratum ex tertio, vel quinto liberos habens abſque Regia facultate inſtituit, poſteà delictum commiſit, ex illóque aliqua quantitas bonorum eius Fiſco adiecta fuit: tunc ſi ex hac quantitate Fiſco adiecta patrimonium eius adeò diminutum fuit, vt res in Maioratu comprehenſæ tertium & quintum excedant, Maioratus ipſe irreuocabilis effectu pro rata etiam diminuendus erit. Quod ex rationibus quas ſuperiùs adduximus, manifeſtè comprobatur.

¶Hæc tamen omnia in duobus caſibus non procedunt. Primus, quando *Maioratus, ſeu melioratio* tertij & quinti ex cauſa oneroſa Matrimonij facta fuerunt: eo namque caſu diminutio ex poſtfacto contingens non poteſt meliorationem, vel Maioratum minuere, nec alterare: cùm melioratus poſſit eligere, vt valor tertij & quinti non ſecundùm tempus mortis, ſed ſecundùm tempus factæ meliorationis conſideretur. Quod ſpecialiter fauore Matrimonij diſpoſitum eſt ex l.29. Tauri, quæ hodie eſt l.3.tit.8.lib.5.in noua.ll. Reg. collectione.

¶Secundus, quando diminutio ex aliis donationibus, vel meliorationibus à parente factis contingit. Cùm enim pater vltra tertium & quintum nõ poſſit aliquid aliud donare, & prima melioratio irreuocabilis effecta fuerit: conſtat vltimas donationes nullo pacto ſuſtineri poſſe, nec ex illis primæ meliorationi irreuocabili præiudicium fieri.

83 ¶Sed controuerti poteſt, † vtrum d.l.23. Tauri & ſimilibus diſponentibus valorem tertij & quinti ſecundùm tempus mortis conſiderandum eſſe, valeat à parente & filio meliorato, vel in cuius perſona Maioratus ex tertio & quinto inſtitutus fuit renuntiari: pactúmque donantis & donatarij efficiat, vt melioratio non ſecundùm tempus mortis ſed ſecundùm tempus meliorationis debeat conſiderari.

¶Qua in re Tellius in d.l.23. Tauri.nu.4.cum pluribus ſequen.vſque in finem reſoluit, eam renuntiationem validam eſſe: quod probat duabus præſertim rationibus.

¶Prima, quia ea lex nec concernit fauorem parentis, nec filij meliorati, nec cæterorum filiorum, ex eo quòd incertum ſit, vtrum bona augeri debeant vel diminui: qua incertitudine extante, in hoc nullum præiudicium eorum verſari cenſetur. l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio.l.ſi pater puellæ.cũ ſimilib.C. de inoffi. teſt. Sed ſolùm lex illa ſtatuit hoc obſeruandum eſſe in caſu dubij: ſecus tamen quando aliud inter melioratum & meliorantem conuentum fuit, tunc enim ſeruanda erit eorum diſpoſitio, quaſi nullius præiudicium contineat, prout ipſe Tellius probat ibidem nu.8.

¶Secunda, quia quando filio aſſignata fuit à parente legitima integra, conſiderato tempore aſſignationis, & filius ea contentus fuit: non poterit petere ſupplementum eiuſdem, etiamſi bona parentis ex poſtfacto plurimùm excreuerint, etiamſi in ea pactione iuramentum nõ interuenerit: quod dixit Iacob.Butri.in l.pactum.C.de colla.verſicul. Modò quæro. Quem ſequuntur Bal.in l.in ſucceſſione.C. de reuocan.his quæ in frau.credi. & in l. fin.§.fin.C.de vſur.rei iudi.numer.13. & 14. Pau.in Authen. res quæ.C. communia de leg. Quorum opinionem communem & veram appellat Xuarez in l.quoniam.4.limit.col.4.verſic. Ego dico quòd vbicunque.C.de inoffic.teſta. Ex quorum & aliorum plurium relatione Tellius in d l.23. nume.16. hanc communem opinionem appellat. Cùm igitur hoc pactum quoad legitimam validum ſit, quȩ ex iuris diſpoſitione ſecundùm tempus mortis venit æſtimanda, atque conſideranda: pari ratione idipſum in tertio & quinto dicendum erit: quod etiam ex legis diſpoſitione debet ſecundùm tempus mortis æſtimari. Ex quibus rationibus Tellius hanc opinionem probat: & quanuis in eadem l.23. nu.17. ipſe hoc cogitandum relinquat, poſtmodũ autem in l.25. Tauri, n.3. verſi. Ad primum igitur id conſtanter affirmat: vt apud ipſum videri poterit.

¶Hæc autem opinio nullo pacto ſuſtineri poteſt: imò proculdubio exiſtimo pactione parentis meliorantis & filij meliorati non obſtante adhuc valorem tertij & quinti eſſe ſecundùm tempus mortis æſtimandum: illa namque lex fauore cæterorum filiorum, quibus ex melioratione præiudicatur, facta fuit: ideóque in eorum præiudicium non poteſt eidem à parente & filio meliorato renuntiari. Quòd autem in cæterorum filiorum fauorem ea lex emanauerit, conſtat apertiſſimè ex eo, quòd ſi tertium & quintum ſecundùm valorem bonorum tempore meliorationis contingentem æſtimandum eſſet, facilè poſſet accidere, quòd tempore mortis nulla alia bona ex hæreditate parentis prȩter tertium & quintum ſuperſint: & quòd filius melioratus ex tertio & quinto omnia bona parentis conſequatur, cæteri autem filij ſua legitima fraudentur. Vt autem hoc nullo pacto contingere poſſit, nec cæteri filij ſua legitima priuentur, diſpoſuit dict.l.23. quòd tertium & quintum non ſecundùm valorem bonorum tempore meliorationis, ſed tempore mortis contingentem conſideretur: ex eo namque efficietur vt *filius* melioratus ex bonis quæ ſuperfuerint, tertium & quintum, & etiam ipſe & cæteri filij legitimas ſibi debitas in omnem euentum conſequantur, & omnium fauori proſpiciatur.

¶Quibus non obſtant rationes, ex quibus

Tellius prædictam opinionem probare conatur. Nam prima ratio ex qua probare contendit. d.l.23. non eſſe inductam in filiorum fauorem ex incertitudine augmenti, vel diminutionis bonorum, cùm hæc habeant ſe ad eſſe, & ad non eſſe: ex tex. in d.l. de fideicommiſſo. cum ſimilibus. C. de tranſactio. Non procedit, quando ex veriſimili coniectura incertitudo verſatur potiùs in damnum vnius quàm alterius: text. ſing. in l. verum. §. ſciendum eſt. verſi. Si locupleti. ff. de minor. per quem text. prædictam regulam ſic limitat, atque declarat Cuman conſil. 115. n.5. & eſt communis reſolutio, prout Alciat. in d.l. de fideicommiſſo. n.2. poſt Iaſ. Deciũ, Riminal. & alios profitetur. Cùm igitur in caſu de quo agimus incertitudo veriſimiliter potiùs in damnum cæterorum filiorum, quàm parentis & filij meliorati verſetur, cùm melioratus in quemcunque euẽtum debeat obtinere meliorationem reſpectu valoris bonorum tempore ipſius meliorationis contingentis, cæteri autem filij poſſint omni ſua legitima fraudari, ſi pater nulla alia bona præter tertiũ & quintum relinquat, cõſequens eſt, vt hæc pactio non valeat ſuſtineri ratione incertitudinis ex diſpoſitione d.l. de fideicommiſſo.

¶Similiter etiam non obſtat ſecunda ratio, quòd ſcilicet valeat aſſignatio legitimæ facta filio à patre in vita, etiam ſine iuramento, adeò vt auctis bonis patris non poſſit filius de illa conqueri. Nam præterquàm quòd opinio Iacob. Butri. vera nõ ſit, niſi iuramento interueniente, vt comprehenditur ex his, quæ adducit Illuſtriſſimus D. Didacus de Couar. in cap. quamuis pactum. de pact. lib.6. 3. parte. §.1. col.1. paulò ante finem verſ. Nec video qua ratione. vbi opinionem aduerſus Iacob. Butri. communem eſſe profitetur: & ex his etiam quæ adducit idem Tellius in d.l.23. nu.15. Nullo tamen pacto ad caſum de quo agimus Iacob. Butr. opinio adaptari poteſt: ipſe nãque non agit de præiudicio cęterorum filiorum, ſed ſolùm de pręiudicio filij meliorati, quod ad quæſtionem noſtram nihil attinet.

¶Imò (ni fallor) non ſolùm ſi renuntiatio d.l. facta à parente & filio meliorato ſimplex ſit, cæteris filiis non præiudicat: ſed etiam ſi iuramento interueniente facta fuerit. Non enim renuntiatio d.l. etiam cum iuramento in præiudicium cæterorum filiorum valere poteſt, quamuis in præiudicium ipſius filij meliorati valida ſit: fauori nãque alterius nemo poteſt renuntiare in illius præiudicium etiã cum iuramento gl.1. in c. ſi diligenti. vbi per Scrib. de for. comp. glo. fin. per text. ibi in c. cùm contingat. de iureiur. Bart. in l. Titia. §. Imperator. n.5. ff. de leg.2. Alex. conſ.55. n.7. lib.1. Tiraq. in repeti. l. ſi vnquam in præfatio. n.92. & n.164. deciſ. Pedemonta. 172. n.71. niſi in ea renuntiatione cæteri filij cum iuramento conſentiant.

84 ¶Vltimo loco ea quæſtio diſcutienda ſe offert: vtrum † ſcilicet quando Maioratus reuocabilis à viro & vxore ſimul factus eſt, valeat ab vno illorum altero mortuo reuocari. In qua quæſtione dicendum eſt, quod ſic: quamuis enim Primogenium hoc in vna ſcriptura inſtitutum ſit, cenſentur eſſe duo Primogenia diuerſa atque ſeparata: adeò vt vterque valeat Primogenium ſuum ad libitum reuocare. Quod prius dixit Oldrad. conſil.174. ſub Rubr. de teſtam. Cuius dictum ſequuntur Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſuſti. nu. 37. Xuarez in repeti. l. quoniam. 5. limita. ad l. Reg. nu.12. Tiraquellus qui plura refert de Primog. quæſt.68. Do. Did. de Couarru. in Rubr. de teſta. 2. parte, num.8. D. Anton. de Padilla. in l. clari. C. de fideicommiſſ. n.19, & alibi ſæpe Scrib.

¶Sed hoc limitari ſolet, niſi maritus ſolus faciat Maioratum ex propriis bonis, & ex bonis vxoris per viam vltimæ voluntatis de ipſius vxoris conſenſu. Nam mortuo marito, eius morte confirmabitur hæc vltima voluntas, tã quoad bona viri, quàm quoad bona vxoris. l. nec fratris. C. de dona. cauſa mort. vbi Bald. per tex. ibi id annotauit. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. ſol. per quæ iura id verum eſſe profitentur Xuarez in d.l. quoniam. 5. limita. numer.13. cum ſequentibus. Guillel. Benedi. in repeti. capitu. Raynuntius. verb. condidit. in 1. nu.2. de teſta. Iaſ. in l. cùm rem alienã nu.5. C. de lega. Tellius in l.17. Tauri, nu.14. Dom. Didacus de Couarruuias in Rubr. de teſta. 2. parte, n.8. ad finem. D. Antonius de Padilla in l. clari. C. de fideicommiſſ. n.19. Menacha de ſucceſſ. reſol. §. j. n.11. Peralta. in l.3. §. qui fideicommiſſ. ff. de hæred. inſtitut. num.57. Burgos in l.3. Tauri. 2. parte, num. 1214. Pechius de teſta. coniugum lib. 1. capit.17. cũ duobus ſequentibus Rolan. Valle. conſil.10. num. 41. lib.3. Marzarius conſ.18. in prin. Cephalus conſ. 12. numer.34. lib.1. quod & alibi ſæpe Scrib. annotare ſolent.

¶Vtrum autem Maioratu reuocato ex hominis, vel legis diſpoſitione fructus percepti ab eius ſucceſſore ſint reſtituendi, vel non: videnda ſunt ea quæ circa id congerunt Palat. Ruuios in repetitio. Rubr. §.69. num.12. Segura in repeti. legis primæ. §. ſi vir vxori. ff. de acquirend. poſſeſſ. col.25. Grego. Lopius in l.8. tit.4. partita.5. verb. *En vida.* verſi. Vrget etiam Baeça de non melior. filia. cap.33. per totum. Anto. Gometius lib.2. variarum reſol. cap. 4. n.21. & lib.1. cap.12. n.4. Tiraquellus de iure cõſtit. amplia.24. nu.7. & in l. ſi vnquam. verb. Reuertatur. nu.235. C. de reuocan. dona. Et vtrum etiam ex alienatione ſubſequuta Maioratus ſemel inſtitutus reuocetur, videndus eſt Tellius, qui latè id proſequitur in l.17. Tauri, num.117. cum ſequentibus. Quæ & alia, ne longiùs quàm deceat, huius capitis materia protrahatur, in hac parte prætermittimus.

*SVMMARIA.*

1 *Facultates Regias ad bona Maioratus alienanda, non niſi ex cauſa publica, vel Maioratus vtilitate concedi debere.*

2 *Publica cauſa quando dicatur ad facultatis conceſſionem.*

3 *Dotis cauſa quando dicatur publica, vt Regia facultas ex ea concedatur ad bonorum Maioratus alienationem.*

4 *Priuilegijs duobus contrariis concurrentibus, attenditur illud in quo de damno euitando agitur.*

5 *Facultas alienandi bona Maioratus, non niſi cauſa cognita & citato primo ſucceſſore, concedenda, eſt, &*



*quid in cauſæ cognitione examinandum.*

6 *Cambium an præſtandum ſit à principe Maioratus poſſeſſori, ob res cum facultate ex cauſa publica alienatas.*

7 *Maioratus cum facultate Regia fiat, vel ſine ea, nihil intereſt quantùm ad res eius alienandas cum Regia facultate, & nu.* 11.

8 *Princeps reuocare an poſſit priuilegia ab ipſo conceſſa, cauſa non exiſtente, & n.16. & 20. & 23.*

9 *Iure communi acquiſita difficiliùs auferuntur, quàm quæ ex priuilegio, & nu.26.*

10 *Princeps an poſſit vincula ac leges Primogeniorum ex facultate Regia inſtitutorum, & mutare, & alterare, & quando.*

12 *Princeps humanã legẽ reuocãs, nõ poteſt tollere effectus ex illa ante reuocationẽ perfectè deductos.*

13 *Pater non poteſt reuocare licentiam filio ad donandum cauſa mortis datam in præiudicium illius, cui iam eſt facta donatio: idem in licentia teſtandi.*

14 *Solennitas eadem quæ requiritur in actu conficiendo, requiritur in reuocando.*

15 *Princeps non poteſt reuocare donationem à ſe factam alicui iure Primogenij, in præiudicium, illorum, quibus ex ea eſt ius acquiſitum. & nu.22.*

17 *Intelligitur. l. qui fundos. C. de omni agro deſerto. lib.* 11.

18 *Princeps poteſt ex cauſa contractum alterare.*

19 *Princeps debet eſſe immobilis ſicut polus.*

21 *Princeps non poteſt tollere dominium, etiam occaſione ſui priuilegij acquiſitum.*

24 *Conſentiens, vel facultatem præſtans, quando videatur donare.*

25 *Princeps quando poſſit reuocare facultatem ad Maioratum faciendam datam.*

27 *Facultas ad Maioratum faciendum pretio, vel remuneratione, vel gratis concedatur, an interſit, & quando.*

28 *Facultas alienandi bona Maioratus, poteſt à Principe concedi ex legitima cauſa, etiamſi teſtator expreſſe id prohibuerit.*

29 *Mentio huius prohibitionis vtrũ ſit facienda Principi ad facultatis conceſſionem, & num.32. & 34.*

30 *Teſtamentum primum vt tollatur per ſecundum, facienda eſt mentio clauſulæ derogatoriæ in primo contentæ, & nu.33.*

31 *Reſcriptum ſecundum impetrans derogatorium primi, debet facere mentionem de quacunque clauſula notabili primi reſcripti, & nu.35.*

32 *Reſcriptum ſecundum impetrans non tenetur facere mentionem de clauſula, quæ nulla eſt, vel exceptione elidi poteſt.*

36 *Inſtitutor Maioratus nullam clauſulam poteſt apponere, quæ impediat facultatem Regiam alienandi bona ex cauſa legitima.*

37 *Directè qui non poteſt aliquid prohibere, neque indirectè poterit.*

38 *Cautela ad impetrandam facultatem alienandi ſine metu pœnæ prohibitionis inſtitutoris Maioratus, & n.39.*

40 *Facultatem ſecundam impetrans ad alienandum bona Maioratus, debet facere mentionem de prima, & qualiter id procedat. & nu.42.*

41 *Remiſſio ſecunda criminis à Principe facta non valet, ſi non fiat mentio de prima.*

43 *Declaratur cap. fin. de filiis presbyte. lib.6.*

44 *Bona Maioratus quando venduntur, in publica ſubhaſtatione vendenda ſunt.*

45 *Venditio quæ decretum iudicis requirit, in publica ſubhaſtatione eſt facienda.*

46 *Subhaſtatio intra quod tempus ſit facienda.*

47 *Scriptura an ſit neceſſaria in facultate Regia ad bona Maioratus alienanda.*

48 *Alienatio bonorum Maioratus, ſub conditione ſi Princeps facultatem concedat, reſcindi non poteſt, donec Principis licentia requiratur.*

49 *Facultas Regia alienandi bona Maioratus amittitur ex non vſu decennij.*

## *Qualiter ex Regiis facultatibus Primogeniorum bona alienari, atque etiam extingui ſoleant.*

### CAPVT TERTIVM.

HActenùs de Primogeniorum reuocatione in vita Maioratus inſtitutoris contingenti diſſeruimus: ſupereſt autem vt ad alia, ex quibus Maioratus etiã poſt mortem inſtitutoris extingui ſolent, tranſeamus. Inter illa autẽ, prima cauſa ex qua bonorum Maioratus extinctio, ſeu diminutio, vel etiam alteratio contingit, ea eſt, quæ ex Regiis facultatibus reſultat. Ex ipſis nãque ea bona quæ aliàs Maioratui ſubiecta, atque inalienabilia erant, libera, & alienabilia fiunt, ita vt nulla iam in pluribus Primogeniis extent antiquarum familiarum veſtigia, ſed in extraneorum familias aduerſus inſtitutorum voluntatem pertranſierint, ſuper quibus lites frequentiſſimè excitantur, in quarum deciſione plerunque penè inextricabiles quæſtiones verſari ſolent, quas conueniens erit hoc in capite reſoluere.

¶In primis autem in hac parte dubium percelebre occurrebat: vtrum ſcilicet Princeps valeat Primogeniorum vocationes, ac ſubſtitutiones mutare, & alterare, vinculáque, atque alienandi prohibitiones diſſoluere, quod hîc latiſſimè examinandum foret, niſi idipſum ſupra lib. 1. cap. 8. num. 28. cum pluribus ſequentibus factum fuiſſet, vbi reſoluimus Principem id abſque cauſa legitima efficere non poſſe. Quod etiam ſupra lib. 3. cap. 3. numer. 11. annotauimus, dicentes ad id cauſam publicam neceſſariam eſſe, atque ſubſtitutis, quibus ius ad rem in ſpe probabili competebat, à Principe bonum cambium præſtandum fore, nec aliter facultates huiuſmodi ſuſtineri poſſe.

¶Cæterùm etſi hæc omnia in Regiis facultatib. quæ ad auferendam ſucceſſionem Maioratus, his quibus ius ad rem in ſpe probabili quæſitum erat, vera, atque abſque diſtinctione tenenda eſſe videantur. In facultatibus autem, quæ ad partem aliquam bonorum Maioratus alienandam, ſeu hypothecæ ſubiiciendam ad poſſeſſoris eiuſdem Maioratus inſtantiam plerunque conceduntur: ſequentes concluſiones obſeruandæ erunt, ex quibus generalitas præcedentis opinionis quoad hæc, aliquo pacto temperetur.

1 ¶Prima concluſio ſit, † huiuſmodi facultates ad bona Maioratus alienanda vel hypothecanda, non eſſe à Principe concedendas: niſi vel cauſa publica, vel ipſius Maioratus euidens vtilitas, aut neceſſitas interueniat. Quod ex his, quæ ſupra lib. 1. ca. 8. nu. 28. cum ſeq. & lib. 3. c. 3. n. 20. tradidimus, apertiſſimè probatur.

2 ¶Qua in re animaduertendum eſt, † ꝙ cauſa publica dicitur, quando Maioratus poſſeſſor facultatē petit ad bona Maioratus alienanda, vel hypothecę ſubiicienda, vt Regi in bello deſeruiat, vel eundem in aliqua publica expeditione, quæ Regni publicam vtilitatem contingat, comitetur: vel Regnum ipſum ab hoſtium incurſu tueatur: vel quid ſimile, quod publicam Regni vtilitatem contingat, faciat. Vtilitas verò, vel neceſſitas ipſius Maioratus erit, ſi ad reficiendas res Maioratus, quę alioqui citò ruituræ forent, facultates concedantur: vel ad eaſdem augendas, vel meliorandas, vel cum aliis in Maioratus euidentem vtilitatem permutandas, vel ad debita Maioratus inſtitutoris exoluenda, vel ad dotes, quibus Maioratus inſtitutor aſtrictus erat, aſſignandas, vel ad alia ſimilia facienda, quæ vel Maioratus euidentem vtilitatem, ſeu præciſam neceſſitatem contineant.

3 ¶Sed dubitari ſolet, † vtrū cauſa dotis dicatur cauſa publica, vt ex ea valeat concedi Regia facultas, vt bona Primogenio ſubiecta poſſint alienari. In qua quæſtione diſtinguendum eſt: nam aut agitur de dotibus, quæ debentur filiabus, vel deſcendentibus Maioratus inſtitutoris, quibus legitima debita eſt: & tunc dicendum eſt, pro earundem dotium conſtitutione poſſe concedi facultatem, vt bona Maioratus alienari poſſint, ſi bona libera deficiāt. De quo dubitandum non eſt, cùm id abſque Regia etiam facultate fieri valeat: prout infra iſto libro cap. 6. dicemus.

¶Aut agitur de dotibus, quæ conſtituuntur filiabus, vel deſcendentibus, ſeu ſororibus Maioratus poſſeſſoris, quibus à primo inſtitutore legitima debita non erat, & tunc prima facie dicendum videtur, quòd quāuis huiuſmodi dotes ex fructibus bonorum Maioratus ſoluendæ ſint, nec pro earum conſtitutione bona eiuſdem Maioratus alienari poſſint, prout infra iſto lib. dicemus: facultas tamen Regia ad id efficiendum, fructibus, vel aliis bonis liberis ad id non ſufficientibus, concedi poterit, cùm in dotium conſtitutione fauor publicus verſetur: tex. in Auth. res quæ. C. communia de lega. fina. verb. l. 1. vbi communiter Scribent. id notant. ff. ſolut. matri. l. hoc modo. in fin. ff. de condi. & demonſtra. Deci. conſi. 519. n. 4. ſícque quotidie ſolent Maioratuum poſſeſſoribus, concedi facultates ad bona Maioratus obliganda, vel hypothecæ, ſeu annuis redditibus ſubiicienda, in defectum bonorum liberorum, pro dotium, & arrarum conſtitutione, & reſtitutione, quando ipſi Maioratuū poſſeſſores, vel eorum filij, vel filiæ Matrimonium contrahunt, etſi in Maioratibus appoſita ſit clauſula, quòd nec pro dote, nec pro arris bona Maioratus alienari, ſeu hypothecæ ſubiici valeant, prout communiter in omnibus Maioratibus apponi ſolet, quòd à Principe fieri poſſe opinantur D. Didacus de Couarru. reſolutio. lib. 3. c. 18. num. 10. quaſi ad fin. qui id intelligit, quando ex Regia facultate Maioratus inſtitutus fuit. D. Anton. de Padilla in dict. Auth. res quæ. nu. 118. Greg. Lopez in l. 6. titul. 11. part. 6. gloſ. verb. *Que la non pudieſſe vender.* col. 6. quanuis omnes id non paſſim efficiendum eſſe dicant.

¶Cæterùm etſi hoc ita fieri ſolitum, & forſan cōueniens ſit: mihi tamen vtrum iure fiat, non ſatis compertum eſt. Non enim hæc iuſta cauſa ad bona Maioratus alienanda eſſe videtur, vt infra c. 6. dicemus. Nec abſque iuſta cauſa huiuſmodi facultates cōcedi poſſunt: quapropter hac in re maximo adhibito temperamento procedendum erit. Vidimus namque propè ſemper ex ampliſſimarum dotium conſtitutione, bona Primogeniorum extingui, atque ab alienari, & in alienas familias tranſire, deperiréque familiæ inſtitutoris memoriam, vel ſaltim maxima ex parte diminui, quod publicæ vtilitati ſatis contrarium eſſe conſtat, ex his, quæ alibi latiùs adduximus. Ideóque etſi in dotium conſtitutione publica vtilitas verſetur, nihilominùs tamen hæc cauſa ſufficiens non erit, vt bona Maioratus alienentur: cùm ea cauſa etſi publica eſſe videatur, alteri tamen cauſæ publicæ cōtraria ſit. Quo caſu confunduntur vtriuſque cauſæ priuilegia: imò in caſu, de quo agimus, ſolùm bona Maioratus hoc priuilegio potiri debent: cùm quoad ea de damno vitando tractetur. Quan-
4 do † enim duo priuilegia contraria concurrunt, attendendum eſt illud, in quo de damno vitando agitur, non autem illud, quod in lucro captando verſatur. Quod notant Scribent. per tex. ibid. in l. verùm. §. fin. ff. de mino. & in Auth. quas actiones. C. de ſacr. ſan. Eccleſ. vbi Bar. nu. 3. Iaſ. nu. 11. & communiter Scrib. id notant.

¶Imò ſi bene conſideremus, non ſequitur: hæc eſt cauſa publica, ergo pro illa poſſunt bona Maioratus alienari: aliàs namque ex hoc deduci poſſet ꝙ pro reparandis itineribus, vel plateis, aut theatris, vel pro Eccleſiarum conſtructione, vel aliis ſimilibus quæ cauſam publicam continent, illico bona Maioratus ex Regia facultate alienari poſſent, quod ſatis abſurdum futurum eſſet. Ideóque mea ſententia ſimiles facultates concedendæ non ſunt, niſi hoc obſeruato, quòd ſcilicet ſi ad dotis, vel arrarum conſtitutionem conceſſæ fuerint, ex híſque bona Maioratus ob hanc cauſam annuis redditibus ſubiiciantur intra certum tempus: hi annui redditus ex fructibus rerum Maioratus redimendi ſint,



ſint, Maioratus poſſeſſorem, & ſucceſſores ad id firmiter aſtringendo. Si verò ad dotis, ſeu arrarum reſtitutionem concedantur, præcipiatur vt ex pecunia dotali res Maioratus antiquis annuis redditibus ſubiectæ repignorentur, ac luantur, vel ex eis annui redditus, vel alia bona immobilia comparentur, quæ reſtitutioni dotis, & arrarum obligentur, ita vt niſi in illorum ſubſidium non valeat ad bona Maioratus perueniri. Vel aliis mediis hoc ipſum efficiendum erit ita vt bonorum Maioratus conſeruationi in poſterum conſulatur: quod in Regiis facultatibus obſeruari ſolitum eſt, nec aliquo pacto negligendum erit. Vidimus namque pluries Maioratuum poſſeſſores ampliſſimam pecuniarū ſummam, quæ ex cauſa dotis ſibi præſtita fuit, in prophanos vſus facillimè conſumpſiſſe, quę poſteà ex rebus Maioratus cum maxima ipſorum iactura exacta fuit. Quæ omnia in maximam Reipublicæ perniciem conuertuntur.

5 ¶Secunda † concluſio ſit, has cauſas præciſè ante facultatum conceſſionem examinandas eſſe, nec ad eas concedendas, niſi cauſa cognita, & citato priùs ipſius Primogenij primo ſucceſſore, iuxta tex. in l. 1. §. denuntiari. ff. de ventr. inſpi. procedendūm fore, ex his, quæ ſupra lib. 3. c. 3. num. 23. cum ſeq. latiùs annotauimus. In qua cauſæ cognitione illud præſertim examinandum erit: vtrum ſcilicet cauſæ ipſæ legitimæ ſint, & an ex redditibus bonorum Maioratus ea munera adimpleri valeant: aliter namque ad bonorum Maioratus alienationem, ſeu hypothecam rectè perueniri non poteſt, ex tex. in l. pater filium. in principio. ff. de lega. 3. iunctis his, quæ ſupra lib. 1. c. 10. n. 4. adducta ſunt, & infra iſto lib. c. 6. num. 15. adducemus. Ad illúdque etiam ſummè intendendum erit, vt non ad ſuperflua, ſed tantùm ad ea, quæ ad illud munus adimplendum præciſè neceſſaria fuerint, facultates concedantur, quæ omnia exactiſſimè animaduertenda ſunt: ſi enim aliter facultates huiuſmodi concederentur, Regij conſiliarij, qui eiſdem facultatibus expediendis conſilium præſtarent, conſcientiæ læſæ diſcrimen incurrerent: prout ſupra lib. 1. cap. 18. nu. 10. oſtenſum eſt.

¶Tertia concluſio ſit, quòd quando huiuſmodi facultates ex cauſa publica, ſeu alia legitima conceduntur, Princeps teneatur bonum cambium pręſtare his, quibus Maioratus ſucceſſio deferenda eſt cùm reſpectu rei, quæ ex Regia facultate alienatur ius eiſdem competens adimatur: prout ſup. libro 3. cap. 3. n. 21. latiùs oſtenſum eſt: quod nimiùm Principes ab huiuſmodi facultatum conceſſione retraheret, ſi verum foret.

6 ¶Sed † quoniam hæc concluſio ſimpliciter ſumpta nimis rigida eſt, in caſu de quo agimus: pro huius articuli reſolutione diſtinguendum erit. Nam aut facultas conceditur ex cauſa ipſius Maioratus vtilitatem, ſeu neceſſitatem contingenti, aut ex cauſa publica. In primo caſu dicendum eſt, non eſſe ſucceſſoribus ipſius Maioratus bonum cambium præſtandum, cùm facultas in eorum vtilitatem conuertatur. In ſecundo caſu ſubdiſtinguendum eſt.

¶Nam aut Princeps rem Maioratus pro publicis vtilitatibus, ſeu neceſſitatibus ab ipſo Maioratu, extraxit: ſícque dominio ſuo, vel ciuitatis illam adiecit, & in hoc caſu non dubitandum eſt, quin ex propria pecunia Principis, vel ciuitatis bonum cambium ipſius Maioratus poſſeſſori præſtandum ſit, vt ex eo ſimilis res in ipſo Maioratu ſubrogetur. Quod ex l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vēdicatione, & ex l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. & ex l. Lucius. ff. de euictio. iunctis his, quæ ibi notant Scribentes, apertiſſimè comprehēditur. Aut Princeps non ſibi, vel reipublicæ rem Maioratus vendicauit: ſed ſolùm facultatem conceſſit, vt pro cauſa publica eiuſdem Principis obſequium concernente, veluti ex cauſa belli, vel alterius expeditionis, vel ſimili, alienaretur, ſeu hypothecæ ſubiiceretur: & in eo caſu dicendum videtur, non teneri Principem bonum cambium præſtare. Ea namque obſequia eius qualitatis, vt plurimùm eſſe ſolent, vt vltra ſalarium conſuetum pro eis Princeps ad aliquid præſtandum, vel ſoluēdū aſtrictus non remaneat: imò vtplurimum id in maiorem authoritatem Maioratus poſſeſſoris, atq. totius familiæ conuerti ſolet, & in id pręſertim Primogeniorum inſtitutiones dirigūtur. Quapropter caſus iſte ſub diſpoſitione tex. in d. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. cum ſimilib. non comprehenditur. In caſu namque illarum legum Princeps ſibi, vt prædiximus, rem priuati adiiciebat. Ideóque non mirum ſi ad eius æſtimationem ſoluendam aſtrictus eſſet. Sícque nunquam vidimus, nec audiuimus Maioratuum ſucceſſores aduerſus Principem huiuſmodi facultates concedentem actionem propoſuiſſe.

¶Quanuis autem hæc iure ſuſtineri poſſe videantur, adhuc tamen exiſtimo, in huiuſmodi caſibus neceſſarium eſſe, vt Regij conſiliarij qui huiuſmodi facultatibus concedendis præſunt, non ſimpliciter, & abſolutè illas ad bona Maioratus alienanda concedant: ſed ita, vt pro ea quantitate, quæ in ſimilibus expeditionibus veriſimiliter conſumenda eſt, annui redditus redimibiles ſuper ipſis bonis Maioratus imponantur, atque intra certum tempus ex fructibus ipſius Maioratus redimantur. Ex hoc namque ordine Principis obſequio, atque Maioratuum inſtitutorum voluntati conſuletur: quod pluries ſic obſeruatum vidimus. Idque tam in facultatibus, quæ pro Regio obſequio, & ſimilibus cauſis publicis, quàm in his, quæ pro bonorū Maioratus vtilitate, ſeu neceſſitate conceduntur, efficiendum foret: eo tamen obſeruato, vt ſucceſſores non nimis ex annorum reddituum redemptione grauentur: ſed eidem redemptioni tempus conueniens, & intra quod facilè fieri poſſit, aſſignetur.

¶Imò illud etiam Principibus conſulendum eſt, quòd ſi Primogenij poſſeſſori, contemplatione eius obſequij, ad quod exhibendum bona Maioratus hypothecæ, vel annuis redditibus ſubiecerit, aliquam gratiam fecerint, illam ea lege faciant, vt in annorum reddituum redemptionem, & bonorum Maioratus luitionem, vel aliàs in ipſius Maioratus vtilitatem conuertatur. Iuſtiſſimum namque erit, quōd ſicut bona Maioratus pro Regio obſequio abalienata fuerunt, ita eiuſdem Regis gratia reparentur.

7 ¶Quarta concluſio ſit, hæc † omnia quæ prædiximus, obſeruanda eſſe, ſiue primogenium ex Regia facultate, ſiue abſque illa inſtitutū ſit. Nō enim de vno caſu ad alium congrua differentiæ ratio aſſignari poterit: quod in hac parte euidentiſſimè demonſtrare intendimus. Vt autem id apertiſſimum efficiatur, rationes quibus contraria opinio fulcitur, adducemus, atque eius authores recenſebimus, vt ſtatim eas diſſoluamus, liquidóque deinceps conſtet hanc noſtram opinionem eſſe pro-

culdubio veriorem.

8 ¶Quòd † autem Princeps Primogenia, eius interueniente facultate inſtituta, reuocare poſſit, ex eo præſertim probari ſolet, quòd Princeps priuilegia à ſeipſo conceſſa, etiam abſque cauſa legitima reuocare valeat, l. qui fundos. C. de omni agro deſert. libro. 11. iunctis his, quæ ſupra libro primo, capit. 8. num. 30. latiùs adduximus. Cùm igitur Princeps etiam abſque cauſa priuilegia à ſe conceſſa reuocare poſſit, pari ratione poterit reuocare huiuſmodi Primogenium, quod ex ſua facultate inſtitutum fuit: cùm ab ipſo Principe inſtitutum fuiſſe cenſendum ſit. Omnia namque noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur. l. 1. verſi. Omnia. C. de veter. iur. enucle. Tex. in l. in ædibus. §. quod filiusfamiliàs. ff. de dona. vbi probatur quòd quando aliquis actus nonpoteſt fieri abſque alterius licentia, cenſetur ab illo factus eſſe, qui licentiam conceſſit, vbi plura in idẽ Scrib. adducũt.

¶Imò etiamſi dicamus, Principem ſolam Regiã facultatem conceſſiſſe: non autem bona Maioratus donaſſe, conſtat, idipſum dicendum eſſe. Cùm enim Princeps poſſit eam facultatem, quæ priuilegium eſt, ad libitum reuocare (vt paulò ante oſtendimus) & Maioratus ipſe ex illa ſola pendeat, ac ſuſtineatur, conſequens eſt, vt reuocata facultate Maioratus ipſe, atq. eius vincula reuocata cẽſenda ſint. Sublato namque fundamento, corruunt omnia, quæ ab illo deriuantur.

¶Idipſum etiam comprobatur ex eo, quòd cùm ex facultate Principis Maioratus inſtitutus fuerit: conſequens eſt, vt etiam ex aliâ Regia facultate reuocari valeat. l. nihil tam naturale cum ſimilibus ff. de regul. iur. Ideóque dicebat Angelus in lege, Antiochenſium. ff. de priuileg. credito. quòd quãdo ex ſola voluntate Principis acquiritur ius, ipſemet Princeps contraria volũtate poteſt illud tollere, quod repetit idem Angelus in l. Lucius. ff. de euictio. Felinus in capit. quæ in Eccleſiarum. de conſtitutionibus Gometius, qui plura refert in regula de non tollend. iur. quæſito, queſt. 6. num. 8 9. 10. & 11. vbi plura in idem adducit.

¶Vltimo etiam loco hoc etiam comprobatur ex
9 eo, quod † difficilius auferri ſoleant ea, ea quæ iure communi acquiſita ſunt, quàm ea, quæ fuerunt quæſita priuilegio. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſtamento. l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. habe. iuncta glo. mag. vbi faciliùs tollitur hypotheca competens ex priuilegio: quàm illa quæ iure communi competebat. Similiter etiam faciliùs tollitur reciſio contractus, quæ ex iure ſpeciali procedit, quàm illa, quæ ex iure communi competit, vt inquit gloſſ. in l. 1. C. ſi aduerſ. vend. l. Scio. §. medico. vbi per Scribentes. ff. de annu. lega. Quibus rationibus dixit D. Didacus de Couarruuias lib. 3. reſolut. capit. 6. num. 1. & 9. no.
10 quòd † Princeps poteſt vincula leges, ac conditiones Primogeniorum ex Regia facultate inſtitutorum mutare, & alterare: illorum non autem, quæ abſque Regia facultate inſtituta fuerunt, non. Quẽ ſequitur Burgos in Proœmio legum Tauri, num. 325. & num. 427.

¶Sed his non obſtantibus, contraria opinio, imò quòd etiamſi Primogenium Regia facultate fuerit inſtitutum, Princeps non poſſit eius ſubſtitutiones, ac conditiones derogare, niſi ex cauſa publica verior mihi videtur. Quod probatur ex eo, quòd regulare ſit quod Princeps non poſſit, niſi ex cauſa publica, voluntates teſtantium, vel contrahentiũ mutare, vel alterare, vt làtiſſimè ſupra libro. 1. cap. 8. numero 31. oſtenſum eſt. In cuius regulæ probatione immorandum non eſt: cùm contrariæ opinionis authores illam fateantur. Exceptio autem, quòd ſcilicet id facere poſſit, quando ex eius facultate contractus, ſeu teſtamenta facta fuerunt, iure non probatur, vt ſtatim videbimus: igitur conſequens eſt, vt ſtandum ſit regulæ, niſi exceptio præcisè probata fuerit, l. ſuus quoque. in principio. ff. de hæredib. inſtit. gloſſ. ordin. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. vbi communiter Scrib. id notant.

11 Secundò, quia † eadem iniquitas, & iniuſtitia reſultat ex eo, quòd Princeps auferat ſucceſſionem ſaltim in ſpe probabili vocato ad Maioratum acquiſitam, quando ipſe Maioratus ex Principis facultate proceſſit: ſicut quando abſque Regia facultate inſtitutus fuit, vt euidentiſſimè conſtat. Igitur dicendum eſt in vtroque caſu id abſque cauſa legitima fieri non poſſe.

¶Tertiò, quia ſi verum eſt, quòd ius ad rem quod quis habet ſaltim in ſpe probabili ex Primogenio virtute legum Regiarum inſtituto non poteſt tolli per Principem abſque legitima cauſa, vt omnes fatentur. Similiter idipſum dicendum erit in Primogenio ex Principis facultate inſtituto: ſicut enim Princeps poteſt reuocare priuilegia: ita etiam & leges mutare poteſt, & facultas principis, & legis æquiparantur. Cùm princeps ſit lex viua, vt ſupra libro primo c. 1. n. 25. oſtenſum eſt.

12 ¶Quartò, quia ſi dicatur, quòd † licet Princeps poſſit reuocare humanam legem: non tamen tollere poterit effectus ex illa ante reuocationem perfectè deductos: niſi id ex cauſa publica fiat, prout dixit D. Didacus de Couarruuias in dicto ca. ſexto, num. 9. paulò ante finem. Idipſum pari ratione in Regia facultate dicendum erit: quanuis enim Princeps poſſit facultatem à ſe conceſſam reuocare: non tamen poterit mutare, ſeu alterare Primogenium ex ea inſtitutum. Eadem namque ratio in vtroque caſu militat. Quod probatur euidentiſſimè ex eo, quod dixit Ioan. Andr. in addi. ad Specu. titu. de inſtru. editi. §. porrò. in addi. incipient. Inci-
13 dit. quæſtio. vbi eleganter inquit quòd † ſi filiusfamiliàs fecerit donationem cauſa mortis, licentia parentis præcedente, parens non poterit in præiudicium illius, cui ius ex ipſa donatione acquiſitum erit, etiam in vita ipſius filij licentiam, ſeu donationem reuocare. Idipſum etiam dixit Baldus in lege 1. n. 7. C. de ſacroſanct. Eccle. vbi inquit, quòd ſi pater dedit filiofamiliàs licentiam ad teſtandum, & eius virtute filius fecit teſtamẽtum, pater ſolus non poſſit, etiam viuente filio, licentiam nec teſtamentum reuocare. Quorum dicta ſequutus fuit Alexand. loquens in vxore, quæ de conſenſu viri de lucris diſpoſuit, conſilio. 246. numero 1. & 2. libro. 6. Pechius qui plura refert, de teſtam. coniug. libro 3. capitul. 3. Phanuncius de lucro dotis, quæſtione. 41. num. 4. qui non mouentur ex eo, quòd licentia re integra reuocabilis non ſit: ſed ex eo, quòd ſi poſt contractum iam eius virtute perfectũ reuocaretur, præiudicium fieret his, quibus ex eo contractu ius acquiſitum erat. Quod etiam in Prælato, tutore, & ſimilibus dici poterit: quanuis enim Eccleſia, vel minor non valeant abſque illorum conſenſu, & authoritate contrahere: poſt perfectum tamen contractum non poterunt conſenſum, nec licentiam reuocare. Sícque intelligendũ eſt



eſt quod dixit Franciſcus de Areti. in l. qui in aliena. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæred. quem refert Antonius Gabriel, libro 3. comm. opin. de non tollen. iure quæſito, concl. 7. num. 8. vbi inquit, quòd licentia, quæ data eſt per ſuperiorem, reuocari non poteſt. Quod fundamentum adeò vrgens eſt, vt congruum reſponſum non admittat.

14 ¶Quintò quia † eadem ſolennitas, quæ requiritur in actu conficiendo, requiritur etiam in illo reuocãdo, atque alterando. l. ſi vt proponis. la ſegunda. vbi Bald. & Salicet. C. de nup. l. ab emptione. ff. de pact. Iaſſ. qui plura refert in l. omnium. C. de teſtam. numer. 9. Cùm igitur à principio Maioratus ex ſola Principis facultate fieri non potuerit, abſque inſtitutoris diſpoſitione: conſequens eſt, vt ex poſtfacto non poſſit ex ſola Principis voluntate mutari, ſeu alterari.

¶Ex quibus & aliis, quæ in id adduci poſſent, opinio hæc verior, atque probabilior videtur: quæ fulciri poterit ex his, quæ notant Paul. Caſtren. cõ
15 ſil. 264. nume. 16. lib. 2. vbi reſoluit † Principem non poſſe reuocare donationem à ſe factam alicui iure Primogenituræ, in præiudicium illorum, quibus ex ipſa donatione ius acquiſitum fuit. Cuius dictum ſequitur Deciſ. conſi. 468. num. 28. idem cõſilio 498. num. 19. Soci. Iuni. conſi. 208. numer. 3. libro. 2. Burgos de Pace in Proœmio legum Tauri nume. 331. Si igitur Princeps non poteſt reuocare donationem iure Primogenituræ à ſe factam, in ſequentium præiudicium: conſequens eſt, vt à fortiori non valeat reuocare Primogenium ex donatione alterius procedens, ex eo ſolùm quòd conceſſerit facultatem ad illud inſtituendum. Quamobrem in terminis de quibus agimus, non eſſe conſtituendam differentiam inter Primogenium ex facultate Regis, ſeu abſque illa inſtitutum cenſuerunt D. Dida. de Simanc. de Catho. inſtitu. tit. 9. n. 269. noua editione, Anto Gometius in l. 40. Tauri n. 89. & Mencacha de ſucceſſio. creati. li. 1. §. 1. n. 32. & Franciſcus Sarmientus lib. 3. ſelectarum interpretatio. c. 8. nu. 13.

16 ¶Quibus non obſtat, † ſi dicatur, Principem poſſe reuocare ſuum priuilegium ſine cauſa, ex l. qui fundos. C. de omni agro deſer. lib. 11. Ad hoc namque reſpondetur multipliciter. Primò, quòd text. in d. l. qui fundos. non probat concluſionẽ, ad quã ſolet communiter allegari. Non enim loquitur in conceſſione gratuita, ſed in conceſſione facta iure contractus emphyteotici, vt probatur ex eodem tex. ibi. *Qui fundos patrimoniales iure priuato, canone ſaluo ſuſceperit.* vbi gloſſ. verbo, *Iure priuato.* & communiter Scriben. id notant, & tamen Princeps contractum illum modificat, non nouis conditionibus, ſed ea tantùm modificatione quæ inerat à principio, ex natura contractus: quod nedũ Princeps ſed quilibet priuatus facere poſſet. Sícque illum tex. intellexerunt Andr. de Yſer. in c. 1. §. fina. in fi. verſi. l. qui fundos. de Capi. qui curiam vendi. Lofred. conſi. 38. atque Ant. Gabriel communium opi. lib. 3. concl. 5. nu. 41.

17 ¶Et † quanuis intellectus iſte nõ admitteretur, dicendum eſt, ibi Principem modificaſſe illum contractum ex cauſa: ne ſcilicet vnus fruatur fundis fertilibus, & alter ſterilibus: exeóque diſponit, quòd vel is, qui accipit fundos fertiles, illos cum ſterilibus compenſet, vel fertilibus cedat: ne vnus fundis fertilibus, & alij reliquis ſterilibus fruantur: ex qua iuſta cauſa poteſt Princeps conceſſiones à ſe factas non omninò reuocare, ſed illas ad legem æquitatis, & iuſtitiæ reducere. Sícque tex. in dict. lege. qui fundos intelligẽdum eſſe cenſuit Bald. in l. nuptæ in princi. ff. de ſenato. vbi inquit, quòd facta conceſſione ab Imperatore & tranſlato dominio rei conceſſæ poteſt ab ipſo Imperatore lex apponi, non ex vi contractus, ſed ex vi legis: quia omnis legum poteſtas eſt in pectore ſuo: ad quod allegat dictam legem qui fundos. Idipſum etiam dixit idem Bald. conſi. 432. 1. par. vbi eleganter inquit, quòd quanuis non poſſit Princeps feudum vaſallis auferre: poterit tamen illud ponere ſub quadam regula iuſtitiæ & æquitatis, cùm id in quocunque contractu exceptum eſſe intelligatur: ſícque dictam. l. qui fundos intellexerunt Pariſius conſi. 103. numer. 7. & 8. lib. 4. Albertus Brunus inter conſilia feudalia conſi. 1. num. 42. & 43. & Ioan. Campetius inter eadem conſil. conſi. 2. n. 44. & 45. Et ideò dici ſolet, ex cauſa poſſe Principem contractum alterare, prout ex pluribus probant Felinus. in c. 1. de proba. nu. 6. Alex. conſi. 216. n. 20. cum ſeq. lib. 2. Brunus inter eadem conſilia feudalia, conſ. 97. nu. 8. Thomas Gramma. conſi. 100. nu. 100. Antonius Gabri. communium opi. lib. 3. de iure quæſito non tollen. concluſio 3. nu. 14. Ex quibus comprehenditur quantùm abſque fundamento ſoleat tex. in d. l. allegari ad probandum quod Princeps ſine cauſa poſſit priuilegium à ſe conceſſum reuocare, cùm non de priuilegio, ſed de contractu emphyteotico diſponat: & quanuis de priuilegio, vt communiter intelligi ſolet, loqueretur, cauſam præciſſè requirat ad illius modificationem.

18 ¶Imo ſi rectè hæc conſiderentur, opinio illa, † quòd ſcilicet Princeps valeat priuilegium abſque cauſa legitima reuocare, quanuis communis ſit, iuris tamen ac rationis fundamentis deſtituitur. Nam pręterquam quod ex d. l. qui fundos. quæ erat eius præcipuum fundamentum, non probatur: nec etiam probetur ex tex. in c. veniens. de præſcrip. & in c. ſuggeſtum de deci. & in c. in noſtra de in iur. & in *c. fi. de ſen. exco. & in c. 1. de conſti. libr. 6.* Nec ex aliquo ex illis iuribus quæ ad huius opinionis comprobationem adduci ſolent, prout ex illis conſtat & ſi otium daretur: facilè probari poſſet, nihil magis Regia Maieſtate indignum dici valet, quàm quod Princeps abſque cauſa poſſit propria priuilegia reuocare: cùm inconſtantia & variatio in Principe, præſertim in beneficiis à ſe conceſſis, repro-
19 betur & † Princeps debeat eſſe immobilis, ſicut Polus, & ſicut lapis angularis, & habere vnam linguã & vnum calamum: prout eleganter dixit Bald. cõſi. 279. lib. 3. Curtius Iunior conſil. 170. n. 41. cum ſeq. Thomas Gramma. conſ. 6. nu. 5. Alber. Brun. inter conſi. feudalia. conſi. 117. n. 92. cum. ſeq. & alibi ſæpè Scrib. Ideóque plures ex Scrib. maximi nomi-
20 nis dixerunt Principem † non poſſe priuilegium à ſe conceſſum abſque cauſa legitima reuocare. Idque ſatis apertè dixit Bald. in c. 1. de feu. ſine culpa. non amitten. ante nume. primum, idem Bal. in c. 1. de natura feudi, ante nu. primum. Andre. de Yſer. in ſimiliter. circa princi. 6. col. de Capi. qui curiam vendi. idem in conſtit. Reg. Siciliæ, in conſti. incip. Ea quæ tit. quod nullus Prælatus Alex. conſ. 3. nu. 6. lib. 5. Guillel. à Perno. conſi. 16. inter conſil. feud. nu. 5 & 8.

¶Et quanuis de hac opinione dubitari poſſet, propter authoritatem illorum qui contrarium ſequuntur: illud autem certiſſimum eſt, quod Principem non decet proprium priuilegium reuocare prout

prout dixit Ioan. Andr. in c. quòd dilectio. de conſangui. & affini. in nouella. Quem ſequitur Bald. in c. 1. §. notandum. nu. 2. de his, qui feu. dare poſ. Ioa. Campe. conſ. 2. n. 26. Iacob. Leonar. conſ. 114. n. 125. inter eadem conſil. Reg. decet de Reg. iur. lib. 6. Ex quo planè deducitur ciuili modo loquẽdo id Principem facere non poſſe: cum nemo dicatur poſſe: niſi id, quod decenter & honeſtè facere poteſt. l. nepos Proculo. cum ſimili. ff. de verb. ſignif. Quod potiùs Principibus, quam aliis conuenire, notiſſimum eſt, vt alibi latiùs oſtendimus: quæ opi. ſi tex. in d. l. qui fundos. ſit in priuilegio, non autem in contractu, intelligendus ex illo manifeſtè probatur. Non enim ibi Imperator ex ſola voluntate, ſed ex iuſta cauſa priuilegium à ſe conceſſum modificat. In quo tamen animaduertendum eſt, eam opinionem, quòd ſcilicet Princeps valeat reuocare etiam abſque cauſa priuilegium, quod ex mera gratia conceſſit, hodie iure Regio videri approbatam eſſe, ex deciſ. l. 11. tit. 9. libro. 5. ordi. quæ eſt l. 15. tit. 10. lib. 5. in noua. leg. Reg. collectione: cuius verba ſunt. *Tenemos por bien y mandamos, que las mercedes que ſe hizieren por ſola voluntad de los Reyes, que ſe puedan del todo reuocar.* ſed dictę legi ſatis cõtradicit quædam. l. fori. quæ hodie eſt l. 6. ti. 10. lib. 5. in noua leg. Reg. collectione: cuius verba ſunt: *Las coſas que el Rey diere a alguno, que no ge las pueda quitar el ni otro alguno ſin culpa.* Quæ verba potiùs Regiæ Maieſtati conuenire videntur.

¶Secundò, quia quanuis prædictæ communis opinio vera eſſet, non tamen ad caſum, de quo agimus, adaptari poſſet: cùm in eo iam virtute Regiæ facultatis fuerit proceſſum ad Primogenij inſtitutionem, & ad tranſlationem dominij ex traditione in primum, ac per conſequens in ſequentes vocatos ad eius ſucceſſionem, ſuo loco & tempo-
21 re: in quo caſu nulli dubium eſt, niſi † quòd Princeps dominium etiam occaſione ſui priuilegij acquiſitum tollere non valeat. Quod ſic opinatur Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. n. 12. prope fi. vbi cùm dixiſſet poſſe Principem proprium priuilegium merè gratuitum etiam abſque cauſa reuocare, illud limitat, in his, in quibus iam dominium directum, vel vtile ex Principis conceſſione tranſlatum fuerat, cùm iam firmitas huius conceſſionis ex iure gentium tueatur. Cuius dictum ſequitur Felin. in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitu. n. 51. vbi inquit. quòd quæſita mediante Principe, non reuocantur ab eo, quando iam ſumpſerunt robur à iure naturali. Idipſum dixit Alex. conſil. 3. nu. 6. lib. 5. Pala. Ruui. in rep. Rub. de dona. inter virum & vxo. §. 69. nu. 16. Anto. Gabriel, qui plura refert. lib. 3. communium opinio. de non tollen. iur. quæſito, concluſione 7. nu. 3. & 5. quibus addenda ſunt
22 ea quæ diximus ſup. iſto c. n. 15. probantes † Principem non poſſe tollere ius quæſitum ex donatione ab illo facta iure Primogenij, quæ ex ſuperiùs adductis intelligenda ſunt, quando iam erat dominium acquiſitum ex traditione, & ſic iure gentium roboratum.

23 ¶Tertiò, quia illud, quod dici ſolet, † Principem poſſe reuocare priuilegium à ſe conceſſum, intelligendum eſt, quando ipſe ſolus fuit cauſa acquiſitionis: ſecùs autem quando ab alio, ex Principis tamen facultate, res acquiſita fuit: tunc namque Princeps id reuocare non poterit. Non enim Princeps facultatem concedens, ſed is, qui vtens illa de re ſua diſponit, donare videtur: prout ſup. lib. 2. c.
24 num. 17. latiùs oſtendimus. Illud autem, † quod ex aduerſo dicebatur, quòd ſcilicet conſentiens vel facultatem præſtans, videatur donare: intelligendum eſt quando quis conſentit donationi rei propriæ: ſecùs autem ſi conſenſum præſtet, vt donetur res alterius: tunc namque non conſentiens, ſeu facultatem præſtans, ſed dominus ipſe donare videtur. Eſſet namque abſurdiſſimum dicere, quòd quando vxor donat ex licentia viri bona propria, vel minor cum licentia tutoris, vel filiusfamiliàs ex licentia patris: non ipſi, ſed hi qui licentiam præſtant, donare videantur. Quod probatur ex l. ſi pater. §. fin. ff. de manu. vendic. l. etſi liqueat. vbi Bal. & cæteri. C. de inoffi. donati. ſicque id optimè reſoluit Tiraquel. qui plura refert in rep. c. leg. ſi vnquã C. de reuocan. dona. verb. donatione largitus num. 279. Idque veriſſimum eſt.

¶Similiter etiam non obſtat illud, quod ſecundo loco pro cõtraria opinione adducebatur: quòd ſcilicet, quamuis Princeps non poſſit reuocare Maioratum quia ipſe non donauit: poteſt tamen reuocare facultatem, quam ipſe conceſſit: & per conſequens, ex eo Maioratus qui ex illa conſtat, reuo-
25 catus cenſebitur. Ad † hoc namque reſpondetur, quòd quamuis Princepe poſſet reuocare facultatẽ re integra, non tamen poteſt reuocare facultatem, poſtquàm iam eius virtute Maioratus inſtitutus eſt, atque ius quæſitum primo vocato, & ſequentibus ex his, quæ ſuperiùs adducta ſunt.

¶Non etiam obſtat, quod tertio loco pro contraria opinione adducebatur, quòd ſcilicet cùm Maioratus ex Regia facultate inſtitutus fuerit, poſſit etiam ex Regia facultate diſſolui. Hoc namque non ſolùm non obſtat, ſed poteſt in contrarium retorqueri: nam ſicut facultas Principis ſola non fuit ſufficiens à principio ad Maioratum inſtituendum, abſque diſpoſitione primi inſtitutoris, ſimiliter non erit ſufficiens ex poſtfacto ad illum reuocandum, abſque ipſius inſtitutoris conſenſu.

¶Non etiam obſtat, quod quarto & vltimo loco pro contraria parte adducebamus, quòd ſcilicet faciliùs tollatur priuilegium, quàm ius commune ex iuribus, quæ ibidem citauimus. Non enim in illis legibus diſponitur, Principem non poſſe ius commune tollere, ſed quòd faciliùs ius ſpeciale, quàm ius commune tollatur. Quod nihil ad id, de quo agimus, attinet: cùm hic agimus de Principis poteſtate, non autem de facilitate, vel difficultate: eo maximè, quòd etiam aliis reſpectibus, difficiliùs priuilegium, quàm ius commune auferri ſoleat: vt probat Gometius in dicta regula de non tollen. iure quæſito. q. 6. nu. 5 cum ſequen. Qualiter autem
26 intelligendum ſit, quòd † facilius tollatur priuilegium, quàm ius commune, declarat Anto. Gabriel commu. opi. lib. 5. de regul. iur. concluſ. 9. n. 6. cum ſeq. Imò ſi rectè hoc conſideremu, hic non agimus de tollendo priuilegio, vel iure communi: ſed de tollendo vincula Maioratus, ſiue ex priuilegio, ſiue ex iure communi inſtituti, & effectus ex iure ſpeciali, vel communi iam ineſſe productos. In quo caſu nihil intereſt: an ex iure communi, vel ſpeciali producti fuerint, ad hoc, vt Princeps valeat ius alteri quæſitum tollere, vt ſuperius oſtenſum eſt.

¶Ex quibus facilè omnia fundamenta contrariæ opinionis diluuntur, ſupereſtque vnum, aſſumptum ſatis ſingulare aduerſus vulgò receptam opinionem: ex quo deinceps certiſſimum erit, ad huiuſmodi facultates concedendas nihil intereſſe, vtrum Maioratus de Regia facultate, vel abſque illa inſtitutus fuerit. Quoad confiſcationem autem

ex



ex criminæ læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, dicendum erit prout infra iſto lib. cap. 11. num. 26. dicemus.

27 ¶Ex quibus infertur, † nil etiam quoad hęc intereſſe: vtrum facultas à Principe ad Maioratum inſtituendum pretio, vel in remunerationem ſeruitiorum conceſſa fuerit, necne: ſi iam ex illa Maioratus ipſe inſtitutus fuit. Cùm enim eo tempore iam facultas etiam gratuitè conceſſa reuocari non poſſit, ſuperfluum erit inquirere, vtrum gratis, vel pretio conceſſa fuerit: ſicque neceſſarium non erit illud, quod circa iſta Hiſpani interpretes dicere ſolent, quòd ſcilicet facultas conceſſa in remunerationem ſeruitiorum, vel pretio interueniente, maioris roboris ſit, quàm illa, quæ gratis conceſſa eſt. Id namque hac conſideratione obſeruata, neceſſarium non erit, prout aduertit Anton. Gometius in l. 40. Tauri. n. 89. Erit autẽ illa diſtinctio vtilis ad ſciendum, vtrum facultas re integra reuocari poſſit, vel non: ſi enim pretio, vel in remunerationem ſeruitiorum conceſſa fuit, reuocari non poterit: ſi verò gratis, ſic: & etiam ad maiorem Maioratus firmitatem etiam poſt ipſius inſtitutionem vt hoc pacto hæc omnia dubia diluantur: prout optimè reſoluit Grego. Lopez. in l. 32. tit. 9. part. 6. in gloſſ. verbo. *No valdra*. col. 11. verſic. Sed quæro de pulchra quæſtione, vbi tradit nouam formam inſtituendi Maioratum: ita vt eius bona ex Regia facultate alienari non valeant.

28 ¶Quinta cõcluſio ſit, † Principem poſſe Regiam facultatem ex iuſta ac legitima cauſa ad bona Maioratus alienanda, vel hypothecæ ſubiicienda concedere, etiam ſi Maioratus inſtitutor expreſſè inhibuiſſet, ne Regia facultas ad id efficiendum concedi poſſet, vel quòd bona eiuſdem Maioratus etiam ex Regia facultate alienari non valeant: quæ concluſio præcedenti præmiſſa, apertiſſima eſt: ſi enim hac Maioratus inſtitutoris inhibitione non exiſtente, Princeps ex cauſa publica, vel ipſi Maioratui vtili id facere potuiſſet, vt ſuperiùs oſtenſum eſt: conſtat ex hac Maioratus inſtitutoris voluntate Principis poteſtatem reſtringi non poſſe: cum in omni diſpoſitione cenſeatur authoritas ſuperioris excepta. tex. in c. quemadmodum. de iureiur. & nemo poſſit facere vt leges in teſtamento ſuo locum non habeant. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. vbi Scrib. plura cumulant, quę in huius concluſionis comprobationem adduci poſſent: idque veriſſimum eſt.

¶Dubium autem & non mediocre circa hæc ver-
29 ſari ſolet: † vtrum ſcilicet ſaltim tempore impetrationis facultatis Principi de hac clauſula mẽtio facienda ſit, aliàs facultas ipſa nulla eſſe cenſeatur: qua in re prima facie dicendum videtur, de hac clauſula mentionem faciendam eſſe, etiamſi ex illa facultas Principis reſtringi non poſſit, aliàs facultatem ſubreptitiam eſſe cenſendam. Quod probatur in ſimili, ex eo, quòd de clauſula derogatoria dici ſolet: nam quanuis ex illa poteſtas teſtantis non reſtringatur, vt non poſſit teſtamentum,
30 prout ſibi libuerit, mutare, vel alterare: † tamen in ſecundo teſtamento neceſſariò de illa mentio efficienda eſt: aliàs ſecundum teſtamentum nullum erit. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de le. 1. & quamuis ea iura loquantur in teſtamentis, ſimiliter etiam in reſcriptis, & aliis diſpoſitionibus locum habent, prout dixit glo. cõiter ab Scrib. recepta, in l. pacta nouiſſima. verb. *Pacta*. C. de pactis. ex quibus dixit Felinus poſt cæteros, in c. accedentes. n. 4. de præſcrip. quòd priuilegium ſecundum non faciens mentionem de clauſula derogatoria primi, nullum cenſendum erit, vbi plura in idem adducit.

31 ¶Quibus adiicitur, † quòd impetrans reſcriptum ſecundũ derogatoriũ primi debet facere mentionem de quacunque clauſula notabili in prima diſpoſitione, quæ reuocari prætenditur adiecta, aliàs autem reſcriptum ſubreptitium cenſendum eſſe: quod dixit Anto. in c. vt debitus. col. 4. de appella. cuius doctrinam ſequuntur Abb. per text. ibi, in c. ex conqueſtione. numer. 4. de reſti. ſpolia. Feli. qui plura refert in c. cæterum. n. 4. de reſcrip. vbi opinantur iudicis arbitrio relinquendum eſſe, quæ clauſula notabilis eſſe dicenda ſit. Cùm igitur de qualibet clauſula notabili mentio facienda ſit in facultatis impetratione, nulla profectò clauſula notabilior inueniri poteſt, de qua mentio facienda ſit, quàm hæc de qua agimus, cùm ſaltim ea expreſſa Princeps difficiliùs facultatem conceſſiſſet, atque in impetratione reſcripti facienda ſit mentio de omnibus his quæ Principem mouere poſſent ad illud non concedendum, vel ad concedẽdum difficiliùs: tex. in c. ſuper litteris cum ſimi l. de reſcrip.

¶Sed his non obſtantibus, contrarium dicẽdum erit: cùm enim clauſula à Maioratus inſtitutore appoſita, ad Principis poteſtatem reſtringendam nullius effectus cenſeatur, conſequens eſt, vt de illa mentio in impetratione reſcripti facienda non ſit:
32 cùm regula iuris ſit, quòd † in impetratione reſcripti non eſt facienda mentio de clauſula nulla, nec etiam de illa, quæ quanuis nulla non ſit exceptione tamen elidi poteſt gl. ord. in c. ex tenore de reſcri. in verb. *Negotio*. fin. verb. cui eſt gloſ. conſimilis in cap. cum noſtris verbo, *De facto*, de conceſſio. preb. quibus plura cumulant Feli. in d. ca. ex tenore nu. 2. & Iaſ. in l. 1. nu. 1. C. ſi contra ius vel vtili. publi. & alibi ſæpè Scrib.

¶Nec obſtat illud quod de clauſula derogatoria dici ſolet, quòd ſcilicet quanuis nullius effectus ſit ad reſtrictionem poteſtatis, tenetur tamen teſtator de illa in ſecundo teſtamento mentionẽ facere aliàs ſecundum teſtamentum nullum erit, ex text. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti cum ſimil. ff. de lega 3. Nam præter quam, quòd iura illa ad caſum de quo agimus trahi non poſſint, cùm loquantur quando vnus atque idem fecit primam diſpoſitionem cum clauſula derogatoria & ipſemet fecit ſecundam abſque illa, nos autem lo-
33 quamur in Maioratus inſtitutore † qui Principi legem non potuit imponere, ea iura loquantur quando in vno & eodem diſponenti præceſſit clauſula derogatoria voluntatis, & non poteſtatis. Si enim is qui teſtamentum fecit adieciſſet clauſulam derogatoriam poteſtatis, cùm ea clauſula nulla ſit, ex eo, quòd nemo poſſit ſibi tollere liberam teſtamenti factionem. l. ſtipulatio hoc modo concepta, cum ſimil. ff. de ver. oblig. in ſecundo teſtamento non teneretur facere mentionem de illa, quanuis ſecùs eſſet, quando adiecta fuiſſet clauſula derogatoria volũtatis: ea namq; valida eſt idcóque de illa mẽtio faciẽda eſt: prout reſoluit Bar. cõiter ſequutus in d. l. ſi quis in principio. n. 4. & 5.
34 clauſula † autem hæc de qua agimus derogatoria eſt, poteſtatis Principis, & per conſequens nulla, ideóq. de illa mentio facienda non erit. Imò etiãſi

clauſula

clauſula hæc eſſet derogatoria voluntatis, veluti ſi teſtator dixiſſet ꝙ nõ aliter valeat reſcriptũ Principis, niſi facta mentione de illa clauſula, quo caſu non de Principis poteſtate agi videtur, adhuc exiſtimarem valere facultatem Principis, etiamſi de hac clauſula mentionem non fecerit. Maioratus námque inſtitutor ſibi, non autem Principi etiam quo ad voluntatem poterit legem imponere.

¶Similiter etiã nõ obſtat illud quod dicebamus ꝙ ſcilicet de clauſula notabili efficienda ſit mentio in reſcripti impetratione, nam illud intelligendũ eſt, qñ ea clauſula valida eſt: ſecùs autem ſi nulla ſit,
35 vel ſaltim exceptione elidi poſſit: de † illa namque nulla mentio in reſcripto facienda erit, ex his quæ ſuperiùs adducta ſunt. Quæ omnia ſummè notanda erunt. Vidimus námque plura Primogenia quibus cautum eſt, nec etiam ex Principis reſcripto bona eiſdem ſubiecta alienari poſſe.

36 ¶Sexta concluſio ſit, quòd † etiamſi Maioratus inſtitutor inhibuerit ſucceſſoribus in perpetuum, vt non valeant facultatem à Principe ad bona eiuſdem Maioratus alienanda, vel hypothecanda impetrare, neque illa vti etiamſi proprio motu conceſſa fuerit, & quod ſi contrarium fuerit actum illicò Maioratus ſucceſſio in ſequentem vocatum transferatur, poterit Princeps non obſtantibus his clauſulis ex cauſa publicæ vtilitatis, vel Maioratus vtilitatis facultatem ad bona ipſius Maioratus alienanda, vel hypothecæ ſubiicienda concedere. Quod ex eiſdem rationibus quas in præcedenti concluſione adduximus, probatur.
37 Si † enim Maioratus inſtitutor non poteſt, quo ad hæc Principis poteſtatem minuere directè id præcipiendo à fortiori, nec indirectè id facere poterit. text. in regula cùm quid, de regulis iuris lib. 6. l. ſi is qui, vbi plura Scrib. adducere ſolent. ff. de vulga. quando enim in diſpoſitione vnum exprimitur, & ad aliud effectus eius dirigitur, non verba diſpoſitionis: ſed effectus eius conſiderandus erit. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de libe. lega. l. ſi quis rerum. §. 1. ff. eo. l. cum dotem. ff. ad l. fal. Nec eſt curandum cum quo quis loquatur: ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. 2. ex quibus rationibus conſuluit Ancha. con. 13. incip. ſuper dubio tranſmiſſo, quòd ciuitas quæ non poteſt facere ſtatutum, vt ciues nõ poſſint ire ad molendina priuatorum, ſed ad molendina ipſius ciuitatis: non poterit ſimiliter facere ſtatutum, vt qui irent ad molendina priuatorum ſoluerent certum datium in exitu ipſius ciuitatis. Qui verò irent ad molendina ipſius ciuitatis nihil ſoluerent: ne liceat ciuitati facere per indirectum id quod directa via facere non potuiſſet: quod etiam dixit idem Ancha. conſi. 145. incip. optimis rationibus idem in c. 10. de conſti. 11. quæſtione princip. Alberi. 2. parte ſtatutorum quæſtione. 2. Iaſ. qui plura refert in l. quominùs. ff. de flumi. numer. 155. vbi numer. 156. hanc communem opinio. eſſe profitetur, quibus plura alia ſimilia adiici poſſent.

38 ¶Vt † autem in his cautè procedatur, quando ſimiles facultates impetrantur, antequã de petitione ipſius facultatis agatur, ſolet impetrari ab ipſorum Primogeniorum poſſeſſoribus Regia licentia proprio motu conceſſa, ad hoc, vt ex illa valeat poſſeſſor facultatem impetrare, atque illa vti, quam Princeps concedere ſolet expreſſis clauſulis Maioratus, ſeu ipſorum ſubſtantia illis expreſſè derogando, cuius licentiæ virtute facultas ad bonorum Maioratus alienationem ſeu hypothecam conceditur: acſi prædicta clauſula adiecta non fuiſſet, adeò vt non valeat modus aliquis à Primogeniorum inſtitutoribus excogitari, cui non poſſit ex Regia facultate cauſa publica vel Maioratus vtilitate interueniente derogari.

39 ¶Solent † autem Primogeniorum poſſeſſores, ne ex primæ licentiæ impetratione pœnas in ipſo Primogenio contentas incurrant, ſecretè facere, vt ab aliquo tertio in Regia Camera, vbi ſimiles facultates conceduntur quoddam memoriale, vti vocant, producatur, in quo imperſonaliter, & ſine expreſſione nominis vltimi poſſeſſoris, nec alterius perſonæ impetrantis, dici ſolet, quòd in Maioratu, quem inſtituit Titius, ſunt clauſulæ talis tenoris, &c. Et quòd nunc neceſſarium eſt bona eiuſdem Primogenij alienare, vel hypothecæ ſubiicere, ex cauſis quæ ibidem exprimendæ ſunt, proíndeque ex eiſdem cauſis ſupplicatur Regiæ Maieſtati, vt Maioratus poſſeſſori proprio motu, & certa ſcientia concedat reſcriptum in quo derogetur prædictis clauſulis & concedatur ei licentia, vt abſque incurſione pœnarum in eodem Primogenio contentarum, poſſit facultatem ad id efficiendum impetrare, atque illa, prout ſibi libuerit, vti quod reſcriptum abſque alia Maioratus poſſeſſoris petitione concedi ſolet, & poſteà eius virtute facultates neceſſariæ impetrari. Idque pluries ſic factum fuiſſe vidimus, atque faciendum eſſe conſuluimus. In quo tamen caute procedendum erit, propter clauſularum, recentium Primogeniorum rigorem, quæ debent diligentiſſimè examinari ante facultatum impetrationem ab ipſius Maioratus poſſeſſoribus, ne aliquid faciant in quo eiſdem contraueniant, & etiam ab his qui annuos redditus virtute harum facultatum ſuper bonis Maioratus emunt, vel pecuniam ſuper eiſdem bonis mutuam præſtant, ne ex huius ordinis prætermiſſione alienatio, ſeu hypotheca nulla reddatur: vidimus namque plures qui abſque clauſularum Maioratus examine annuos redditus ſuper bonis eiuſdem Maioratus Regia facultate præcedente emerunt: quibus ex poſtfacto eam negligentiam maximum damnum attuliſſe compertum fuit.

40 ¶Septima concluſio ſit † quòd ſi is, cui facultas ad alienandum vel hypothecandum res Maioratus ſemel conceſſa fuit, velit iterum nouam facultatem ad bona Maioratus alienanda vel hypothecãda impetrare, tenetur facere mẽtionem de prima: aliàs ſecunda facultas non facta mentione de prima obtenta, nulla cenſenda erit. Quod probatur ex text. in capitulo final. de fil. presb. lib. 6. vbi diſpenſatio addita diſpenſationi non valet, niſi fiat mentio de prima, & eſt tex. in l. tertia. C. de Epiſcopali audien. per quem text. dixit Guillelmus de Cu
41 gno ibi † non valere ſecundam remiſſionem criminis à Principe factam, in qua non fuit facta mentio de prima, iunctis aliis, quæ ſupra libro ſecundo capitulo 4. num. 50. latiùs adduximus.

42 ¶Sed † in hac re diſtinguendum eſſe mihi videtur aut enim facultas ſecunda conceſſa fuit ex eadem cauſa, ex qua prima cõceſſa erat, aut ex alia. Si conceſſa fuit ex eadem cauſa, dicẽdũ eſt, proculdubiò eã facultatẽ nullã eſſe: cum ſi Princeps de eo informatus fuiſſet, nullo pacto eã facultatẽ conceſſiſſet, nec ex vna cauſa debeant plures facultates ad bo-





na Maioratus alienanda vel hypothecanda concecedi: niſi prima non ſufficiat. Ad quod neceſſariũ eſt, vt de prima Princeps certioretur. Si verò ex alia cauſa conceſſa fuerit, non video quare Principi ſit facienda mentio de prima: cùm etſi Princeps de illa fuiſſet certioratus, etiam ſecundam conceſſiſſet. Ex noua namque cauſa debet noua facultas concedi: cùm vtraque de per ſe non valeat; ſi ex cauſa legitima conceſſa ſit.

¶Nec obſtat tex. in d. capitulo fina. de fil. presb. lib. 6. nam ibi circa vnã, atque eandem rem vtraque diſpenſatio emanauit, & clarum eſt, quòd Princeps ſuper duobus defectibus difficilius diſpenſaret: quam ſuper vno. Quapropter non mirum ſi diſpenſatio ſecunda ſuper altero ex duobus defectibus conceſſa, non facta mentione de prima, nulla ſit: prout gloſ. & communiter Scribentes ibidem aduertunt. Quæ ratio in caſu, de quo agimus non militat: cum diſpenſationes non ex vna, atque eadem cauſa, ſed ex diuerſis procedant.

¶Non etiam obſtat tex. in d. l. 3. C. de Epiſcop. audien. Nam ſi is, qui ſemel delicti remiſſionem obtinuit iterum delinquat, remiſſionis ſecundæ indignus efficitur. non mirum igitur ſi ob delictorum reiterationem ſecunda remiſſio non valeat, cum difficilius facta mẽtione de prima concederetur prout ex eodem text. probatur, vt communiter ibi Scribentes not. Quod non poteſt ad caſum, de quo agimus adaptari: cùm facultates non ex culpa poſſeſſorum Maioratus: ſed ex cauſis neceſſariis concedi ſoleant.

44 ¶Octaua & vltima concluſio ſit, † quòd in omnibus caſibus, quibus ex Regia facultate bona Maioratus alienari poſſunt eorum alienatio in publica ſubhaſtatione facienda eſt. Quod probatur ex
45 communi regula, qua traditum eſt, quod † quotieſcunque ad alicuius rei alienationem authoritas, ſeu decretum iudicis requiritur, neceſſariò ea res non poterit: niſi in publica ſubhaſtatione alienari. Quod opinati fuerunt Bart. in l. licitatio numer. 3 ff. de publi. & vectiga. Alberi. in l. etſi ſine. §. 1. ff. de minori. Bald. in l. ordo. numero 4. C. de execu. rei iudica. Platea. in l. ſi tempora. C. de fid. inſtru. colum. 1. lib. 10. Matthæus de Afflict. in conſti. reg. Siciliæ, lib. 2. Rub. 38. Pinel. qui hæc omnia refert in l. ſecunda. C. de reſcin. vendit. ſecunda parte numero 25. cuius opinio. aſſerit communem eſſe Emanuel Xuarez in ſuo Theſauro receptarum ſenten. verbo, Decretum vbi in alienatione, pagin. 453. Quorum opinio vera eſt, quamuis hi, quos Pinel. in id citat hoc præcisè non dicant: ſemper enim decretum iudicis, & ſubhaſtatio in iure cumulari ſolent. Ita vt omne illud, quod ex decreto iudicis vendendum eſt, ſubhaſtationem requirat: prout in bonis abſentis, fiſci, minoris, & Reipublicæ, & his bonis, quæ in executionem rei iudicatæ venduntur, & ſimilibus ſtatutum eſt, vt ex iuribus vulgaribus deducitur. Si igitur id in quolibet iudicis decreto efficiendum eſt, à fortiori in re, quæ facultate, & decreto Regio precedente alienanda eſt, obſeruandum erit. Quapropter nunquam concedi ſolet Regia facultas ad bona Maioratus alienanda in qua non adiiciantur hæc verba, *Vendiendo la en publica forma*, quod interpretari ſolet, id eſt, in publica ſubhaſtatione. Idque in rebus Maioratus, quæ ex facultate Regia venduntur, obſeruare vtile erit, vt prædictæ difficultates ſubmoueantur: quamuis ſi aliàs ea venditio bona fide atque iuſto pretio facta fuiſſet, forſan etiam deficiente ſubhaſtationis ſolennitate ſuſtineretur.

46 ¶Tempus † autem ad huiuſmodi ſubhaſtationẽ requiſitum iure ſtatutum non eſt: proindéque iudicis arbitrio relinquendum erit: prout teſtantur Bartolus in d. l. licitatio. numero tertio. Baldus in d. l. ordo. num. ſeptimo, & vtrobique communiter Scribentes id not. ſolet autem aſſumi exemplum ab eo, quod communiter in alijs ſubhaſtationibus fieri ſolitum eſt. Ita vt immobilia triginta, mobilia autem nouem diebus in ſubhaſtatione trahantur: ſed non credimus ex huius temporis omiſſione bonorum Maioratus alienationem annullandam eſſe, dummodò aliàs competenti tempore ſubhaſtatæ fuerint, ídque bona fide, & abſque dolo factum fuerit. Id namque eſt, quod præſertim in rerum Maioratus venditione requiritur, vt aduertit Gregorius in l. 6. titulo. 11. part. 6. in gloſſ. verb. *Que la non pudieſſe vender.* columna 9. verſicul. Aduerto etiam. vbi etiam verſiculo ſed pone, reſoluit quid dicendum ſit: quando minor impetrauit facultatem ad vendendam rem Maioratus, non facta mentione ætatis, & ibi alias queſtiones ſubiungit hanc materiam attinentes, quæ apud ipſum videri poterunt.

47 ¶Illud autem † omittendum nõ eſt, facultatem Regiam ad bona Maioratus alienanda non requirere ſcripturam: ſed poſſe probari per teſtes, quod ſic in aſſenſu Regio ad bona feudalia alienanda conceſſo dixit Matthæus de Afflictis deciſione 398. per totam deciſ. præſertim numer. 9. fuiſſe deciſum per Regium Conſilium Neapolitanum: quamuis ipſe fuerit in contraria opinione, vt conſtat ex his, quæ adducit in ead. deciſ. Et quòd aſſenſus Regius non poſſit probari per teſtes, dixit apertius ipſemet Afflict. deciſione 243. nu. 3. & 4. Quod etiam repetit ipſemet Mattheus de Afflict. in capit. 1. in princi. de prohibi. feud. alie. per Lotharium nume. 14. vbi inquit, quòd ſi facultas ſemel expedita fuit, poſteáque amiſſa fuerit, poterit eius tenor probari per teſtes. & in capit. Imperialem in princ. de prohibit. feu. alie. per Frederi. verſic. 24. quæro, num. 33. ſubiungit non valere aſſenſum Regiũ etiã manu Regia ſuſcriptũ, ſi in illo deficiat ſigillum, quod in literis Regiis ſolet interuenire. Quod etiam prius dixerat. in d. cap 1. in princip. num. 10. de prohibi. feud. alie. per Lotha.

¶Sed omnia hæc reſoluenda ſunt ex his, quæ in facultate Regia ad Maioratum inſtituendum conceſſa diximus ſupra lib. 2. c. 8. nume. 7. & 8. vbi oſtendimus illam non poſſe probari per teſtes: ſed neceſſariò ad ſui probationem ſcripturam requirere. Quod quando Regia facultas expedita, atque abſoluta fuit verum eſt.

¶Ceterũ quãdo Regia facultas ad bona Maioratus alienanda ante eorũ bonorũ alienationem per verbũ, fiat, cõceſſa fuit, ſufficit ſi de ipſa ſignatura cõſtet: & ſi aliter facultas nõ oſtẽdatur, vt in aſſenſu Regio ad bona feudalia conceſſo, reſoluit Matthæus de Afflictis deciſione 253. num. 5. cũ ſequentibus. Quod etiã repetit in d. ca. 1. de prohibi. feu. alie. per Lotha. in principio. nu. 14. vbi tandem id cogitandũ relinquit. Hoc autem etiam reſoluendum erit ex his, quæ in Regia facultate ad Maio-

ratum inſtituendum per verbum,fiat,conceſſa ſupra lib.2.cap.7. num. 52. cum pluribus ſequētibus latiſſimè tradidimus,cū de vno caſu ad alium non valeat congrua differentiæ ratio aſſignari.

48 ¶Sed & id etiam obſeruandū eſt, quòd†etiam ſi antequàm Regia facultas concedatur, nec expediatur: poſſeſſor Maioratus rem ipſius Maioratus alienet ſub conditione, ſi Princeps ad id efficiendum facultatem concedat, & hac lege contractus venditionis, vel permutationis, ſeu alius ſimilis fiat, nullus eorum poterit ab hoc contractu reſilire, donec Principis conſenſus requiratur. Quod in ſimili in alienatione feudi facta ſub conditione ſi Rex aſſenſum præſtiterit, dixit Lucas de Pena. in l. nulli. C. de fund. patrimo.lib.11. quem refert, & ſequitur Matthæ. de Afflict. in d. c.Imperialem in princip. verſiculo decimo ſexto quæro,nu.6.

49 ¶Illud etiam vltimo loco annotandum eſt,†Regiam facultatem ad bona Maioratus alienanda conceſſam,amitti ex non vſu Decennij.Quod dixit Matthæus de Afflict. loquens in aſſenſu Regio ad alienanda bona feudalia conceſſo poſt Andream de Iſern.ibi in capit.Imperialem.de prohi. feud.alie.per Frederi. nume. 25. & Greg.loquens in facultate ad bona Maioratus alienanda conceſſa.in l.6.tit.11.part.6.in gloſſ.verbo, *Que non la pudieſſe vender*. col.penult. verſiculo quid autem. Sed de hoc videnda ſunt, quæ diximus ſupra lib.1. c.7.nu.71.

*SVMMARIA.*

1 *Bona Maioratus alienari poſſunt ad aliorum ſubrogationem, eaque iuſta cauſa cenſenda eſt,vt facultas Regia concedatur.& nu.9.& 12.*

2 *Bona dotalia permutari poſſunt: quando id vtile mulieri fuerit.*

3 *Bona Eccleſiæ alienari poſſunt vt fundus vtilior ematur.*

4 *Contractus prohibitus fauore alicuius,poteſt fieri,ſi id ei vtile ſit.*

5 *Alienans rem prohibitam,ſi id fieri poteſt obſeruata mente prohibentis,non incurrit pœnam.*

6 *Veriſimile pro diſpoſito habendum eſt.*

7 *Bona fideicommiſſi permutari poſſunt,ſi id vtile ſit.*

8 *Feudalis res alienari poteſt ſine conſenſu domini quando eius conditio melior fit.*

01 *Lucrari ſatis dicitur qui obſequitur voluntati ſuæ.*

11 *Alienatione prohibita etiam permutatio comprehenditur.*

13 *Subrogatio bonorum Maioratus in eadem prouincia,non in alia fieri debet,nec aliter facultas concedenda eſt.*

14 *Prouincia propinqua eadem prouincia ceſenda eſt,ſi ſit ſub eodem Principe.*

15 *Subrogatio bonorum in loco remoto,licet eiuſdem prouinciæ,non eſt facienda in Maioratu.*

16 *Longinquitas domicilij poſſeſſoris Maioratus,an ſit legitima cauſa concedendi facultatem alienādi rem Maioratus ad ſubrogationem faciendam in loco domicilij,& nu.* 18.*&* 19.

17 *Alienari poteſt res eccleſiæ longe ſita,ſi commodè frui non poſſit.*

19 *Intelligitur tex.in Authent.de Eccle.tit.§.ſin autem annuale legatum coll.* 9.

20 *Emptor bonorum Maioratus vtrum debeat eſſe ſolicitus vt res alia ſubrogetur, vel fiat id ad quod bona vendita ſunt,& nu.22.& 23.*

21 *Emptor rei Eccleſiæ,ſolicitus eſſe debet vt pretium in eius vtilitatem conuertatur.*

24 *Res empta ex pecunia redacta ex alia re Maioratus,vel pretium eius,an ſubrogetur, & intret in eius locum,& nu.29.& 30.& 31.& 33.*

25 *Pretium,quando ſuccedat loco rei,& è contra,& nu.32.*

26 *Res empta ex pretio feudi ſeu ipſum pretium non ſubeunt vicem feudi,niſi expreſſè actum ſit.*

27 *Res empta ex pecunia redacta ex alia re,aſſumit eius qualitates.*

28 *Res empta ex pecunia redacta ex re patrimoniali an efficiatur patrimonialis.*

34 *Res empta ab aliquo ex pecunia aliena,vel ſimpliciter vel nomine proprio fit ſua,& nu.35.*

36 *Res ſubrogata in locum rei venditæ Maioratus cum omnibus qualitatibus prioris ſubrogatur.*

37 *Res ſuccedens in locum alterius rei fideicommiſſariæ,dicitur fideicommiſſaria.*

38 *Res ſubrogata in locum bonorum donatorum à Rege Henrico Secundo,quæ vulgo dicuntur* Enrriqueños *ſortietur illorum naturam.*

39 *Bona ex donatione Regis Henrici quæ dicuntur* Enrriqueños *ſi vendantur cum facultate Regia vtrum ad emptorem cum ſua cauſa & qualitate tranſeant:& nu.40.& 43.*

41 *Feudum venditum ex licentia tranſit cum qualitate ſua.*

42 *Rex conſentiens alienationi,quando videatur rem liberam facere.*

44 *Princeps ex licentia alienandi liberè feudum,videtur remittere qualitatem feudalem.*





45 *Bona Maioratus, ſi poſt confiſcationem à principe eidem donentur vtrum tanquam libera cenſeantur donata,vel cum priori Maioratus qualitate.*

46 *Res Maioratus alienata ſi poſteà vendicetur, vel reſcindatur venditio an ad Maioratum redeat, vel maneat libera.*

47 *Res ſubrogata in Maioratu in locum venditæ, ſi vendicetur vel euincatur ab alio, qualiter conſulatur Maioratus poſſeſſori,& nu.49.*

48 *Decretum ex falſa cauſa interpoſitum eſt nullum,etiamſi falſa cauſa in decreto expreſſa non ſit.*

## *De Regiis facultatibus, quæ ad alienanda bona Maioratus ea lege conceduntur, vt ex pretio illorum alia in locum eorum ſubrogentur.*

### CAPVT IIII.

INter facultates,quę ad alienāda bona Maioratus conceduntur,frequenter dubitari ſolet: vtrum iuſtè ex ea cauſa concedi valeant, vt alia bona eiuſdem,vel maioris valoris ex pretio,quod ex illis redactum fuerit,in ipſo Maioratu
1 ſubroganda ſint.In†qua quæſtione dicendum eſt, hoc fieri poſſe: dummodò in euidentē Maioratus vtilitatem conuertatur,vel ex aliqua cauſa iuſta,& Maioratus conſeruationi vtili fiat. Aliter namq; id effici non poterit. Quod probari poteſt ex ſequentibus.

¶Primò, hoc probatur ex text.in l.ita conſtante.ff.de iur.doti.ibi.*ſi hoc mulieri vtile ſit*,vbi pro-
2 batur, †quòd quamuis bona dotalia ſint alienari prohibita:poterunt tamen permutari,ſi id mulieri vtile ſit. l. mutus verſiculo manente & l. finali. ff. eodem lege quamuis. ff. ſoluto matrimonio.

¶Secundò, id ipſum probatur ex eo, quòd
3 quamuis†res Eccleſiæ alienari prohibitæ ſint:poterunt tamen alienari, vt fundus vtilior ematur, vel aliter alienatio in euidentem Eccleſiæ vtilitatem reſultet.tex.in cap.vt ſuper.§.poſſeſſiones.de reb. Eccleſiæ non aliena. vbi gloſſ.& communiter Scribentes id nota.gloſſ. ordin. in l.cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſactio. Antonius Gabrielus, qui plura refert.libro tertio communium opinionum,titulo de rer.alina.concluſ.prima,num. primo.

¶Tertiò,id ipſum in omnibus caſibus perpe-
4 tuum eſt, vt†quoties contractus fieri non poteſt: fieri tamen valeat, ſi id vtile ſit perſonæ, cuius fauore prohibitio facta eſt. Quod in vxore abſque viri licentia,& pupillo abſque authoritate tutoris, vel curatoris,& filiofamiliàs abſque licentia parentis contrahentib. deciſum eſt. l. mutuum,vbi per Scrib.ff.de acquirend.hęred.l.cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſaction.vbi gloſſ. & communiter Scribentes id notant. Iaſ.in l. more. numero 42.& 43.ff.de acquiren.hæred. & alibi ſæpe Scribent.

¶Quartò quia is,qui alienationem prohibuit, cenſetur id feciſſe vt primogenium ipſum conſeruaretur, & in dies augeretur: cùm igitur ex huiuſmodi permutatione is effectus conſequatur, & ex illius omiſſione amittatur, conſequens eſt, vt non obſtante prohibitione id efficiendum ſit. Inducta namq; ad augmentum non debent operari diminutionem.l.legata inutiliter cum ſimilibus.ff.de lega.1.

5 Quintò: quia†is, qui alienat rem alienari prohibitam, contra verba illius qui eam prohibuit, nullam pœnam incurrit:ſi id fieri poſſit, obſeruata eius mente, ac voluntate, quod ex pluribus probat Angelus conſilio 169. prima, & ſecunda columna, quem refert, & ſequit. Iaſ.in rep. l. filiusfamiliàs. §. Diui.numero 78. ff. de legat. primo.

¶Sextò,quia veriſimile eſt, quòd ſi Maioratus inſtitutor de iſto caſu cogitaſſet, illud permiſiſſet. Igitur cenſeri debet, ac ſi expreſſè diſpoſi-
6 tum eſſet.†Veriſſimile namque haberi debet pro diſpoſito. l. Titius.§. Lucius.ff.de liber.& poſthu. gloſſ.in l.tale pactum. §. final. cum ſimilibus.ff.de pact.

7 ¶Septimò,quia†bona fideicommiſſo ſubiecta, atque alienari prohibita permutari poſſunt:ſi permutatio fideicōmiſſi conſeruationi vtilis ſit, quod comprehenditur apertè ex eo, quod dixit Bald.in Authent.res quæ. C. communia de legat.numero vigeſimotertio, atque expreſsè ſic reſoluit Paulus conſilio 269.incipien. Dubitatur nunquid hoſpitale. numero tertio cum ſequentibus libro primo. Id ipſum dixit Socinus Iunior quamuis de Bald. & Paul.non meminerit conſilio vigeſimooctauo, numero quinto cum ſequentibus, libro ſecundo.

8 ¶Octauò,quia†res feudalis poteſt alienari ſine conſenſu domini: quando ex alienatione conditio domini melior fit, veluti ſi habens filios vendat feudum illos non habenti,vel iuuenis vendat illud ſeni,vel inhabilis ad ſeruiendum vendat illud habili ad ſeruitium domino pręſtandum:prout reſoluit Matthęus de Afflictis in capitulo Imperialem, de prohib.feud.alien.per Fred.verſi.16.quæro.nu. 16. poſt Andream de Iſern. ibi idem Afflictus in rub.de vaſſallo qui contra conſt. Lotharij.nume.1. cum ſequent. Capyc. deciſione 100.nu.3. cum ſequentibus.

9 ¶Nonò,quia†quamuis dubitari poſſet,vtrum hęc ſubrogatio fieri poſſit abſque Principis authoritate,authoritate tamen Principis inueniente non eſt dubium:niſi quòd ea alienatio valeat,ſi in euidentem Maioratus vtilitatem facta fuerit.tex.in clem. quia contingit.de religio.domi.l.legatum,vbi per Scrib.ff.de admi.rerum ad ciuita.perti.Paul.d.cōſ. 269.nu.2.lib.1.

¶Ex quibus rationib.bona Maioratus ex facultate Regia alienari poſſe, vt ex pretio illorum alia in eius locum ſubrogentur: ſi id ipſi Maioratui vtilius ſit opinati fuerunt Capycius deciſion. 108. num.17. atque Antonius Gometius in l. 40.Tauri,num. 82. final.verb. atque etiam Gregor.in l.6. titulo.11.parti.ſexta,verbo. *Que la non pudieſſe vender*.columna pen.idem in l.10.titu.26.part.quarta verbo *Vendiendo*.colum.quarta,verſicu.ſed an res.

¶In contrarium autem vrget,quod voluntas te-
ſtatoris adeò præcisè obſeruanda ſit, vt nec per-
uerti debeat ad hoc, vt illa in melius cõmutetur.
10 Cùm variè ſint hominum volũtates,†lucretúrque
ſatis ille qui ſuæ obſequitur voluntati.l.quia pote-
rat.cum ſimilibus.ff.ad Trebel. Item conſtat non
eſſe quo ad hoc conſiderandam voluntatem Ma-
ioratus poſſeſſoris: ſed inſtitutoris: à quo bona
dependent. Cùm ipſe poſſeſſor dominus ſo-
lùm temporalis ſit,bonáque eo mortuo in alium
deuolui debeant qui forſan illud quod iſte vtile
eſſe exiſtimat, damnoſum atque inutile eſſe exi-
ſtimabit,quibus adiiciendum eſt, plerunque poſt
ſimilium facultatum impetrationem, atque rei
Maioratus alienationem Maioratus poſſeſſorem,
pecuniam ex illa redactam conſumere ſolere,
nec aliam rem ex illa emere, quæ in ipſo Ma-
ioratu ſubrogetur. Quo pacto Primogeniorum
bona perire ſolent, & in alias familias pertran-
ſire.
11 ¶Quæ omnia comprobantur ex eo, quòd † ſub
prohibitione alienationis, ſeu venditionis per-
mutatio comprehendatur. l. ſciendum, in prima.
§. deinde verſiculo ſed,& ſi quis.ff.de ædilic. edi.l.
finali. ff. quibus ex cauſ. in poſſe. eatur. l. 2. C. de
rerum permu. text. in Authent. de non alie. aut
permutan. §. alienationis. colla. 2. & in cap. nulli.
de reb. Eccleſiæ non alien. & vtrobique per Scri-
bent. Angel.in l.cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſa. Fa-
bia.de emptio. & vendi. quæſt. 2. Crottus conſil.
17.num.41.lib.1.& alibi ſæpè Scribent.Quibus ra-
tionibus huiuſmodi facultates concedendas non
eſſe reſoluit Burgos de Pace in proœm. ll. Tauri.
num.352.
12 ¶Cæterùm his non obſtantibus † dicendum eſt
huiuſmodi facultates ex cauſa à Principe conce-
di poſſe:dummodò res quæ in ipſo Maioratu ſub-
rogatur adeò conueniens,&neceſſaria ipſius con-
ſeruationi eſſe appareat, vt veriſimile ſit, idipſum
Maioratus inſtitutorem feciſſe, ſi eiuſdem rei e-
mendæ occaſio ſibi oblata fuiſſet, & quòd etiam
idipſum omnes ipſius Maioratus ſucceſſores fa-
cturi fuiſſent.Quod in eo caſu præſertim efficien-
dum eſt quo Maioratus poſſeſſor vltra pecuniam
quæ ex re Maioratus redacta fuerit aliquid ex bo-
nis liberis in eius rei emptionẽ expendit, quod in
ipſo Maioratu deinceps incorporetur. Quæ om-
nia exactè atque precisè conſideranda ſunt. Ita
vt facultas non niſi his interuenientibus conce-
datur: ſi enim ea verè interuenerint, proculdubiò
concedi poterit.Non enim illæ facultates ex qui-
bus primogenia ampliantur & augentur, ſed illæ
ex quibus minuuntur,ac diſſoluuntur denegandæ
ſunt.
¶Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducta
ſunt:illa namque quando facultas Regia ex cauſa
legitima conceſſa ad id efficiendum non interue-
nit,intelligenda ſunt:non autem,quando facultas
Regia ad id ex cauſis adeò iuſtis conceſſa fuit: quã
etiam inſtitutor,& etiam omnes ſucceſſores pro-
baſſent: prout probatur ex iuribus, quæ pro
contraria parte allegauimus, comprehendítur-
que ex his, quæ dicunt Gregorius Lopez Capy-
cius atque Antonius Gometius in locis ſuperiùs
citatis.
¶Nec etiam obſtat ſi dicatur, quòd ex ſimilibus
facultatibus ſolent fraudes exoriri, vendendo res
Maioratus, & pecuniam conſumendo, nec aliàs
ſubrogando:his namque fraudibus in ipſis facul-
tatibus obuiari ſolet.Imò non eſſent ſimiles facul
tates concedendæ:niſi iam emptione rei quę in e-
ius locum ſubroganda eſt inter partes conuenta,
& ea lege, vt pretium ex illa redactum alterius rei
venditori præſtetur.Quibus obſeruatis huiuſmo-
di facultates Primogenij conſeruationi vtiles erũt:
dummodo difficillimè ad alienandas domos anti-
quas inſtitutorum concedantur.Id namque pluri-
mum familię conſeruationi aduerſatur,atque ſuc-
ceſſoribus infeſtum eſſe ſolet.l.lex quæ tutores, cũ
ſimilibus.C.de adminiſtr.tutó.l.ſi in emptionem.
ff.de minoribus Grattus conſilio 17.numer.42. li-
bro primo.
13 ¶Sed illud obſeruandũ eſt,†ne ad res alias ſub-
rogandas extra illam Prouinciam, in qua res Ma-
ioratus ſitę erant,facultas concedatur.Ex eo nam-
que ſolet Maioratus inſtitutoris memoria deperi-
re:ſed ita, vt in eodem loco, vel ſaltim in eadem
prouincia ſubrogentur. Quod probatur ex text.in
l.ſi fideiuſſ.§.ſi neceſſaria.ibi.*Si in alia eiuſdem Pro-
uinciæ ciuitate*.ff.qui ſatiſdar.cogan.Per quem tex.
dixit Alexand.ibi.numero 3.quòd ſi Titius vendi-
dit domum in ciuitate Bononiæ, & fuit actum,
quòd deberet pretium conuertere in emptionem
prædiorum, non poterit conuerti in emptionem
prædiorum quæ ſunt in alio territorio,quàm Bo-
nonienſi ex eo quòd conuentum fuerat, quod di-
cta prædia emerentur pro cautione emptoris in
caſu euictionis. Cuius dictum refert, & ſequitur,
Iaſ.ibidem numero octauo. Quod à ſimilitudine
rationis in rerum Maioratus ſubrogatione dicen-
dum videtur: cùm enim ea ad conſeruandam me-
moriam familiæ inſtitutoris dirigatur conſequens
eſt,vt in alia Prouincia facienda non ſit. Cùm ex
hoc non æquè memoriæ inſtitutoris conſultum eſ
ſe videatur.
¶Quod ſi in eadem ciuitate,vel eadem Prouin-
cia alia res æquiualens ſubrogari non poſſit, ſuffi-
14 ciet ſi in alia eidem propinqua ſubrogetur. † Illud
namque in vna Prouincia eſſe dicitur, quod ei-
dem propinquum eſt:prout dixit Bartolus in l.de
die.§.Iubetur numero primo. ff. qui ſatiſdare co-
gan.Sic intelligens tex.in d.§.1.ſi neceſſaria. Idem
Bartolus in l. ſciendum. §. primo. numer. primo.
ff. eod. gloſſa ordinaria in capitulo coram.de ele-
ctione verbo.*In Prouincia*,quam ibi communiter
Scribentes ſequuntur.Alexand. plura refert con-
ſilio 57. numero quinto, libro tertio. Iaſ.in d.§.ſi
neceſſaria,numero ſeptimo. & octauo. Idque ve-
rum videtur dummodò ciuitas propinqua non ſit
ſub alio Principe, vt aduertit Iaſ.ibidem numero
octauo.
15 ¶Imò ſi † Prouincia eſſet ita ampla, vt etiamſi
in loco eiuſdem Prouinciæ res alia ſubrogaretur
voluntati Maioratus inſtitutoris ſatisfactum eſſe
non videretur:cùm locus nimium remotus eſſet,
dicendum videtur ſubrogationem ibidem admit-
tendam non eſſe:prout dixit gloſſ.in d.capitul.co-
ram,quam ſequuntur Ioannes Andreas in capitu-
lo vltra tertiam de teſtibus Bartol. in extrauagan.
qui ſint rebelles verbo. Lombardiæ Alexand.d.
conſi.57.numero 5.libr.3. Quod totum Principis
arbitrio committendum erit,vt ibidem Alexand.
num.6.reſoluit.
¶Ex quibus dubium redditur illud, quod dixit
Gregor.Lopez in d.l.6. titul. 11. parte. 6. in gloſſ.
verbo.*Que la non pudieſſe vender*.col.penu. vbi in-
16 quit,†quod erit iuſta cauſa ad concedẽdã faculta-
tẽ Maioratus poſſeſſori,vt rem Maioratus vẽdere
poſſit,



poſſit, adhoc vt ex illa in ipſo Maioratu ſubroge-
tur, quòd res Maioratus ſitæ ſint in loco longin-
quo à domicilio ipſius Maioratus poſſeſſoris, ad
quod allegat text.in Authent.de Eccleſ.titul.§.ſin
autem annuale legatum. colla. 9. vbi probatur,
17 quod†ſi ſit Eccleſiæ relicta aliqua res, quæ in tam
longinquis partibus ſita eſt, vt ea commodè frui
nequeat,quod Eccleſia poterit illam alienare non
obſtante iuris prohibitione.
18 ¶Hæc†namque opinio ex ſuperiùs adductis ſu-
ſtineri nõ valet ſi enim ſubrogatio in loco propin
quo efficienda eſt,vt voluntati Maioratus inſtituto
ris ſatisfiat,tantùm abeſt,vt longinquitas domicilij
poſſeſſoris cauſa legitima ſit ad concedendam fa-
cultatem, vt res Maioratus alienetur, vt verius ſit
eam ſolam ad illam denegandã ſufficere.Nõ enim
affectio, nec dãnũ vnius poſſeſſoris cauſa legitima
ad id efficiendum cenſenda eſt:ſed ſola ipſius inſti
tutoris voluntas attendenda:prout optimè aduer-
tit Iaſ.in d.l.filiusfamiliàs.§.Diui.nu.81.ff. de leg.1.
vbi reſpondet ad text.in d.§.ſin autem annuale le-
19 gatum:ſed†verus intellectus ad illum tex.eſt,quòd
loquatur in legato facto Eccleſiæ,in quo ſola cha-
ritatis,atque deuotionis affectio conſideranda eſt.
Qua ratione non poteſt adaptari ad res Maioratus
vbi familiæ conſeruatio præſertim conſideratur.
Quæ in loco vbi inſtitutor illam conſeruare vo-
luit,quo ad fieri poterit,conſeruanda erit: quòd ſi
ea res eſſet in longinquis partibus, non à domici-
lio poſſeſſoris,ſed à domicilio inſtitutoris vbi ma-
iorem partem bonorum Maioratus reliquit exiſti-
marem eam eſſe iuſtam cauſam concedendi facul-
tatem,vt res illa alienaretur, aliáque in domicilio
inſtitutoris,& vbi maior pars bonorum Maioratus
ſita eſt in eius locum ſubrogaretur. Quæ omnia
arbitrio Principis facultatem concedentis,vt præ-
diximus,committenda ſunt.
20 ¶Circa autem iſta dubitari ſolet: † vtrũ emptor
Maioratus debeat ſolicitus eſſe, vt res alia in eius
locum ſubrogetur, vel ſufficiat quòd ipſe in eam
cauſam pretium ſoluerit,ac apud ſequeſtrum iux-
ta tenorem facultatum depoſuerit.In qua quæſtio
ne videtur dicendum emptorem hęc omnia cura-
re,& facere aſtrictum eſſe,vt perpetuò ſecurus ſit.
Quod probatur,ex eo,quod dixit Innoc. in cap. 1.
21 de depoſito vbi elegãter inquit,†quòd ille qui cõ-
trahit cum Eccleſia in mutuo,vel depoſito, vel in
emptione rei,quę venditur ad ſoluendum aliquod
debitum Eccleſiæ debet eſſe ſolicitus,vt in eius v-
tilitatem pretium conuertatur. Alias namque non
erit ſecurus. Cuius dictum ſequitur Ab.nu.9.poſt
Antonium de Butrio ibid.idem Abb.vbi latiùs lo
quitur in cap.quod quibuſdam nu.5. cum ſequen-
tibus de fideiuſſo. atque Bald. in Authen. hoc ius
porrectum.C.de Sacroſ.Eccleſ.n.7.& Salicet.ibi-
dem.Idem Bald.poſt Alberi.Ibi col.fin.§.& ſi præ
fatam nu.6.C.de iur.delib.vbi inquit.Procuret er-
go emptor ſi vult eſſe ſecurus pecuniam perueni-
re ad creditores,vel legatarios,bonus tex. vbi Bal.
& Albericus in l.non puto.§.non poſſim verſicu-
lo non tamen titulo tenus.ff.de rebus eorum facit
tex.in l.is,qui.§.ei, quæ dotem.ff.de lega. præſtan.
Per quem tex.dixit Bar.ibi nu.1. Quòd non ſuffi-
cit, quòd legetur in aliquam cauſam: niſi ea cauſa
verè probetur Alex.conſil.4.nu.8. lib.3. Sícque in
terminis Maioratus dixit Gregorius in l.6. titu.11.
par.6.in glo.verbo.*Que la non pudieſſe vender*. col.
9.verſ.Quid autem ſi Princeps.
22 ¶Sed verius eſt †ſufficere emptori ſi ea lege con
trahat,& pretium ſoluat,vt in alterius rei emptio-
nem ſubrogetur, nec ad illum ſpectare vtrum in
emptionem eius conuertatur, vel non quod pro-
batur ex tex.in l.fin.ff.de exerci.ibi. *Etenim non o-
portet creditorem ad hoc aſtringi, vt ipſe reficiendæ,
nauis curam ſuſcipiat,& negotiũ domini gerat, quod
certè futurum ſit:ſi neceſſe habeat probare pecuniam
in refectionem erogatam eſſe*.Idipſum probatur ex l.
prima.§.non autem.ff.eodem.ibi:*ſi hac lege accepit
quaſi in nauem impenſurus mox mutauit volũtatem
teneri exercitorem*.l.liberto in princip.ibi. *Etiam ſi
pecunia non ſit in rem eius verſa:tamen dabitur in eũ
negotiorum geſtorum actio*.ff.de nego.geſtis.l.ſicuti
§.illud videmus.ff.quib.mod.pig.vel.hypothe.ſol.
Quod declarat eleganter Bartolus in l.doli mali.n.
7.& 8.ff.de nouati.idem Bart.in l.alio.nu.24.ff.de.
ali.& ciba.lega.vbi inquit quòd ſi executores ven-
dant aliquam rem ad ſoluendum contenta in te-
ſtamento,emptores erunt ſecuri: quamuis executo
res pretium in alios vſus conuertant: háncque o-
pinionem dixit eſſe veriſſimam Lauren.de Rodul-
phis in capitulo ſine exceptione.12. quæſtione ſe-
cunda, eamque communem eſſe profitetur De-
cius conſi.36.numer.8.vbi ſing.proſequitur mate-
riam.
23 ¶Quidquid† autem in caſibus de quibus prædi-
cti Doctores loquuntur,dicendum ſit,ſciendũ eſt,
quòd in facultatibus, quæ ad alienanda bona Ma-
ioratus cõcedũtur,ſpecificè diſponi ſolet,vt pretiũ
apud ſequeſtrum deponatur, vt ex illo bona im-
mobilia comparentur, atque in locum vendito-
rum ſubrogetur. Quamobrem,vt forma eiuſdem
facultatis obſeruetur, non poteſt emptor pretium
Maioratus poſſeſſori ſoluere:ſed tenebitur illud a-
pud ſequeſtrum iuxta facultatis tenorem depone
re. Poſt factam autem pretij conſignationem non
tenebitur curare,vt ex illo bona alia comparentur
atque in Maioratu ſubrogentur ex his, quæ ſupe-
riùs adducta ſunt. Sícque pluries obſeruatum,
atque in quadam lite arduiſſima iudicatum vidi-
mus,quòd ſi ex Regia facultate pecunia non præ-
cipiatur deponi,ſed tradi Maioratus poſſeſſori, vt
ex illa aliquid faciat emptor, nil aliud facere te-
nebitur: quam illam Maioratus poſſeſſori trade-
re in cauſam à Regia facultate permiſſam, ſecu-
rúſque erit etiamſi illam in aliam cauſam conuer-
terit, ex his, quæ ſuperiùs adducta ſunt: quan-
uis tutius ſit emptori curare, vt pecunia in eam
cauſam conuertatur,ad quam Regia facultas con-
ceſſa fuit.
24 ¶Sed dubitari ſolet†vtrum conceſſa facultate ad
vendendam rem Maioratus, vt ex pretio alia ſub-
rogetur pretium ipſum, ſeu res quæ ex poſt facto
ex illo empta fuit cenſeatur in locum rei venditæ
ſubrogata, eidémque Primogenio ſubiecta.
Qua in re prima facie dicendum videtur pretium
ſeu rem ex eo emptam non cenſeri in locum rei
Maioratus venditæ ſubrogatam: niſi id expreſſè
25 dictum fuerit: quòd probari videtur ex eo,†quòd
pretium non ſuccedat loco rei in particularibus:
ſed ſolùm in vniuerſalibus.l.qui vas.§. vltim.ff. de
furt.l.Labeo,& Sabinus,cũ ſimili.ff.de verb. ſigni.
l.venditor.ex hæreditate.ff.de hæredi.vel acti.ven-
di.& etiam ex eo,quòd res non ſuccedat loco pre-
tij.l.ſed & ſi lege.§.1.ff.de peti.hæred.vbi Barto.id
not.Qua ratione iure deciſum eſt rem emptam ex
pecunia mea nõ effici meã.l.ſi ex pecunia.C.de rei
vendi.l.ſi vt proponis.C.eod.titul.l.ex pecunia.C.
de iur.doti. Quod etiam in feudo communi voto

26 deciſum eſt.Res†namque ex pretio feudi compa-
ratæ vicem,ſeu locum feudi non ſubeunt. Neque
etiam pretium, quod ex re feudali redactum eſt,
niſi id expreſſè actum ſit. Quod Matthæus de
Afflict.in cap.1.de feudo non habente prop. natu-
ram feudi.nume.11.& 12.poſt Iacob. de Bellouiſo.
Bald.& communiter Scribentes ibidem, ſic reſol-
uit,atque etiam Sigiſmundus Neapolitanus conſi.
11.n. 10.cum ſequentibus optimè diſcurrit.
¶Sed in contrariam plura vrgere videntur: nam
27 pluribus etiam legibus† deciſum eſt rem emptam
ex pecunia redacta ex altera aſſumere ipſius quali-
tates, & naturam, atque etiam pretium in locum
rei venditæ ſubrogari. Quod probatur ex l.Impe-
rator.§.fin.cum.ll.ſequentibus.ff. de lega.ſecundo
l.ſi & rem.ff.de peti.hær.l.ſi donatæ res.§. ſi ſpon-
ſus.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.pater. ff. de adi-
men.lega.l.ſi cum dotem.§.vltimo.ff. ſolut.matri.
28 ex quibus† dicere ſolent Scribentes rem emptam
ex pecunia redacta ex re patrimoniali effici patri-
monialem:prout dixit Maſuer. titulo de ſocietate.
§.item nomina,ſeu debita,& plures alij quos latiſ-
ſimè ad vtramque partem citat Tiraquellus de re-
tract.Lignagier.§.32.glo.vnica.n.10. cum pluribus
ſequentibus. Qui tandem inquit rem emptam ex
pecunia redacta ex re patrimoniali,non eſſe patri-
monialem,niſi id tempore emptionis expreſſè a-
ctum fuerit,vel ex aliis coniecturis comprehenda-
tur:prout ibidem nu.23.cum ſequentibus reſoluit.
Ex quibus idipſum videtur dicendum eſſe in re-
bus Maioratus,vt res empta ex pecunia redacta ex
alia re Maioratus non ſubrogetur in locum rei
venditæ,niſi id tempore emptionis dictum fuerit,
ſeu ex aliis coniecturis comprehendatur.Sed hanc
quæſtionem mouet Greg. Lopez in l.6.tit.11. part.
6.in glo.verb.*Que no la pudieſſe vender*.col.8. verſi.
29 an autem pretium vbi inquit,quòd†pretium reda-
ctum ex re Maioratus alienata ex Regia facultate
ſit etiam Maioratus,etſi id in Regia facultate non
exprimatur.
30 ¶Pro†huius autẽ quæſtionis reſolutione diſtin-
guendum eſſe videtur:nam aut res vendita fuit abſ
que regia facultate, & taliter quòd alienatio ipſa
nulla ſit, ſeu Regia facultate præcedente ea lege
conceſſa, vt ex pretio illius alia res ipſi Maioratui
comparetur.In primo caſu dicendum eſt,nec pre-
tium.nec rem ex pretio comparatam in Maioratu
ſubrogari.Cùm enim,vt infra iſto lib.cap.6. dice-
mus res Maioratus non poſſint alienari, vt ex pre-
tio illarum aliæ res in Maioratu ſubrogentur : niſi
Regia facultate prçcedente,atque per conſequens
venditio rei Maioratus nulla ſit, ſequentes
ſucceſſores rem malè alienatam reuocare pote-
runt. Ad pretium autem, vel ad rem ex illo
emptam ius aliquod non habebunt.Nec etiam po
terunt venditionem ratificare :niſi Regia facultate
præcedente: cùm ea ratificatio vim alienationis
obtineret, quam non poſſet facere ipſe Maioratus
poſſeſſor in prçiudicium ſucceſſorum.Idque adeò
clarum eſt, vt vlteriori comprobatione non indi-
geat.
¶In ſecundo caſu ſubdiſtinguẽdum eſt:nam aut
agimus de pretio redacto ex venditione rei Maio-
ratus,ſeu de alia re ex pretio eiuſdem comparata.
31 Si de pretio agatur,†dicendũ erit indiſtinctè pre-
tium hoc Primogenio ſubiectum eſſe: ſicut illi
ſubiecta erat res antiqua, ex qua redactum fuit.
Cùm enim ea lege res empta fuerit, vt ex pretio
illius res alia ipſi Maioratui comparetur, nec ali-
ter obſeruata forma facultatis vendi potuerit: con
ſequens eſt,quòd interim pretium ipſum Maiora-
tus eſſe debeat,atque in locum rei venditæ ſubro-
gari.Nec obſtat ſi dicatur *in particularibus* pretiũ
loco rei non ſubrogari, nec rem loco pretij, vt
32 ſuperius dictum eſt.Illud†namque intelligendum
eſt:niſi ea lege res vendatur,vt pretium in emptio-
nem alterius rei ſubrogetur:tunc namque res ipſa
loco primæ ſubrogabitur, & pretium habebitur
interim loco rei venditæ. Quod probatur ex text.
vbi glo.& communiter Scribentes id not. in l. res
quæ.ff. de iure doti. comprehenditúrque ex eo,
quod dixit glo.in l.ſed & ſi lege. §.1.ff.de peti. hæ-
red.verbo.*Non videretur*,ſimil.gl.in l.Imperator.
§.fin.verbo.*Non videtur*.ff. de leg.2. & vtrobique
per Scrib.text.vbi communiter Scribentes id not,
in cap.1.de vaſallo decrepitæ ætatis, & in cap.1. de
feud.non haben.proponatur feud. ídque verũ eſt.
Quod enim circa hæc à Doctoribus controuerti-
tur,eſt quando venditio fit ſimpliciter:quando au-
tem ea lege fit,vt ex pretio res alia comparetur,res
eſt,abſque controuerſia: prout reſoluit Tiraquel-
lus de retract.Lignagier.dict.§.32.gloſ.1.nu.25.fin.
verb. Sícque nunquam de pretio, in caſu de quo
agimus,dubitatum fuiſſe accepimus.
33 ¶Si verò†de re ex pretio empta agatur: conſide-
randi ſunt tres caſus.Primus, quando expreſſè res
empta eſt ea lege vt in Maioratu ſubrogetur. In
quo dicẽdum eſt,proculdubiò rẽ emptam in locũ
antiquæ, cum omnibus ſuis qualitatibus ſubroga-
ri,ex his,quæ ſuperiùs adducta ſunt.Secũdus,quã-
do ſimpliciter empta fuit,non exprimendo, quòd
34 emebatur ipſi Maioratui,nec etiam emptori.† Et
quanuis Doctores dicere ſoleant, nihil intereſſe:
an quis emat rem ex pecunia aliena ſimpliciter,
vel nomine proprio : cùm ſemper cenſeatur ſibi
ipſi emere, ſeu nomine proprio vendere:niſi con-
trarium expreſſum fuerit.vt dixit Bald.in l. mater.
C.de rei vend.nu.21.l.ab ca.ff. de nego. geſtis.l. &
magis.ff.de ſolu.& vtrobique per Scrib.in caſu ta-
men de quo agimus dicendum erit,rem ſimplici-
ter emptã ex pretio ex re Maioratus redacto cen-
ſeri emptam ea lege vt in ipſo Maioratu ſubroge-
tur. Cùm enim pretium ad hoc deſtinatum eſſet,
ſícque à principio conuentum fuiſſet, actus ſe-
quens cenſebitur factus in executionem tracta-
tus, ac conuentionis præcedentis.l. quædam mu-
lier.ff.de rei vendi.l. minus inſtructus. cum ſimili-
bus.C.de acquir.poſſeſ.Idque in ſimili dixit.Bald.
in cap.1. quid iuris ſi poſt alien. vaſal. feu. recupe.
nu.3.Quod præſertim ſi pretium, & res empta, &
aliæ coniecturæ correſpondeant, dicendum erit.
Si verò res empta ſit mobilis, vel eius naturæ, vt
in Maioratu ſubrogari non valeat, contrarium di-
cendum erit.Tertius caſus, quando expreſſè em-
ptor rem ex pretio rei Maioratus ſibi & non ipſi
35 Maioratui comparauit. In qua†ſpecie dicendum
eſt,rei emptæ dominium emptori, non autem ipſi
Maioratui acquiri:quod probatur ex regula,quam
ſuperius præmiſimus, quòd ſcilicet res empta ab
alio ex mea pecunia nomine ſuo, efficiatur ſua,
nec mihi aliud, quàm actio ad pretium ſuperſit.
l.ſi ex pecunia, & l.ſi vt proponis.C. de rei vendi.
l.49.titul.5.par.5. Quæ iura in caſu de quo agi-
mus, neceſſariò locum habere dicendum eſt: niſi
in caſibus in eiſdem legibus exceptis.Si enim Ma-
ioratus poſſeſſor eſſet minor ſeu miles, & em-
ptio ab eius tutore, ſeu adminiſtratore facta fuiſ-
ſet,contrarium dicendum foret, vt in eiſdem le-
gibus



gibus diſpoſitum eſt, & vtrobique Doctores ad-
uertunt. Quòd ſi dicatur in caſu de quo agimus
contrarium dicendum eſſe: cùm pecunia ad hunc
effectum diſpoſita eſſet,vt ex illa alia res in locum
venditæ ſubrogaretur,dicendum eſt id non obſta-
re. Nihil namque refert:an pecunia diſpoſita ſit,
vel non ad hoc, vt à præfata regula diſcedendum
ſit. Quod probatur ex d.l.ſi ex pecunia. C.de rei
vendi.Quæ in emptione facta à depoſitario ex pe-
cunia apud ipſum depoſita loquitur.Et tamen diſ-
ponit nullam actionem domino pecuniæ ad rem,
quæ ex illa empta fuit vendicandam competere.
Non tamen diffitemur doloſè in hoc depoſitariũ
egiſſe,atque idcircò pro rei qualitate plectendum
eſſe:quæ reſolutio in hac vltima ſui parte compre-
henditur ex his, quæ dixit Matthæus de Afflict.
poſt Iacob.de Bellouiſo,& Bald. ibidem in capit.
1.de feud.non haben.propri.natu. feud. num.11.&
12.in capit.1. de vaſallo decrepitæ ætatis numero.
5.qui id in omninò videndus eſt.
36 ¶Illud autem ſciendum eſt†in omnibus caſibus
quibus reſoluimus rem emptam ex pecunia reda-
cta ex re Maioratus, effici ipſius Maioratus, eam
rem ſuccedere in ipſo Maioratu cũ omnibus qua-
litatibus primordialibus,atque accidentalibus pri
mi Maioratus:adeò,vt nihil differat ab aliis rebus,
quæ ab ipſo Maioratu nunquam alienatæ fuerunt:
quod probatur ex tex.in ca.1.de vaſſallo decrepitæ
ætatis.Per quem tex.dixit Iacob.de Ardizo in ſum
ma feudorum.2.par.ſecundæ partis principa.titul.
quid ſit nouum feud.& paternum, verſic.ſed quæ-
ritur ſi vaſſallus. quòd ſi vaſſallus de conſenſu do-
mini vendat feudum antiquum ,ea lege vt ex pre-
tio aliud in eius locum ſubrogetur, quod feudum
ſic ſubrogatum,erit feudum antiquum,& non no
uum. Cuius dictum refert & ſequitur. Matthæus
de Afflict.in eod.capitulo primo.numer 5. vbi ex
pluribus id probat,ídque in terminis Maioratus di
xit Gregorius in l.6.titulo.11.part.6.in gloſ.verbo.
*Que la non pudieſſe vender*. columm.penulti. verſic.
aduerte etiam, vbi in id allegat ſolum text.& ibi
Bar.in l.generali.§.hæres.ff.de vſufructu.lega. Qui
bus adiiciendum eſt illud, quod dixit Iaſ.conſi-
lio. 231. numero.1.lib.2. vbi ex pluribus probat,
37 quòd†res,quæ ſuccedit in locum alterius rei fidei
commiſſo ſubiectæ, efficitur etiam fideicommiſſa
ria.quem refert,& ſequitur Tiraquellus alia refe-
rens de retract.Lignagier.§.32.nu.27.
38 ¶Ex quibus infertur,quòd†ſi habenti bona Ma-
ioratus,quæ ex donatione Regis Henrici.Secundi
proceſſerunt, quæ vulgò vocantur: *bienes Henrri
quennos*,de quibus pluries in his libris mentionẽ
fecimus, Rex concedat licentiã vendendi aliquod
oppidum, vel aliam rem ea lege, vt alia ex pretio
eiuſdem ematur,quòd res ſic empta ſortietur na-
turam bonorum antiquorum, & cẽſebitur eodem
iure, quo bona alia à Rege Henrico donata cenſeri
ſolent.Ita vt vltimo poſſeſſore abſque liberis mo-
riente bona nouiter acquiſita ad Regiam coronam
reuerti debeant:cùm( vt ſuperiùs dictum eſt ) ſe-
quantur naturam antiquorum cum omnibus ſuis
qualitatibus,ídque proculdubiò verum eſt.
39 ¶Sed controuerti poteſt†quid dicendum ſit, ſi
habenti bona à prçfato Rege Henrico donata,Rex
concedat facultatem vt illa liberè alienare valeat
pro aliqua ipſius Maioratus neceſſitate abſque o-
bligatione ſubrogandi,pretiúmque ipſum cõſum
ptum ſit: vtrum res ipſa ad tertium cum eodem
onere tranſlata fuerit, adeò vt adueniente caſu re-
uerſionis ad Regiam coronam,res ipſa debeat Re-
giæ coronæ adiici.In qua quæſtione dicendum vi-
detur rem ad emptorem cum onere Maioratus,at
que tranſlationis in Regiam coronam tranſire.
Cùm hæc qualitas ſit quædam ſpecies ſeruitutis,
ſeu quoddam onus reale, quod tranſire debet in
quemcunque emptorem ſeu poſſeſſorem eiuſdem
rei,ídque ſic in terminis,de quibus agimus,reſol-
uit Gregorius in l.10.titulo.26.part.4.verbo. *Ven-
diendo*.verſiculo ſed an pretium.
40 ¶Cæterùm † pro huius quæſtionis reſolutione
diſtinguendum eſſe mihi videtur. Nam aut tem-
pore conceſſionis non fuit narratum Principi,
quòd ea bona proceſſerint à dicto Rege Henrico
Secundo. Aut id ſibi narratum fuit, & hoc non
obſtante Princeps facultatem conceſſit. In primo
caſu dicendum eſt proculdubiò, vel facultatem
nullam eſſe ex huius qualitatis omiſſione: cùm ſi
id narratum fuiſſet, Principi illam non conceſſiſ-
ſet:vel,quod veriùs eſt,eam facultatẽ abſque ipſius
Principis vel coronæ Regiæ prçiudicio intelligen-
dã eſſe. Ita vt ex alienatione nihil quo ad rei qua-
litatem innouatum eſſe cenſendum ſit. Non enim
cenſendum eſt Principem ipſum iuri, quod igno-
rauit renuntiaſſe: præſertim in tam enorme Re-
giæ coronæ damnum.l.mater decedens, cum ſimi
libus.ff.de inoffic.teſtam, & in hoc caſu res tranſi-
bit in emptorem cum onere adeò vt ex eiſdem
cauſis,ex quibus in perſona primi domini debuiſ-
ſet tranſire in Regiam coronam, ex eiſdem etiam
tranſire debeat apud emptorem, etiamſi emptor
ipſe rei qualitatem ignorauerit, & ſibi tanquam li
bera vendita fuerit,quod probatur ex tex.in cap.1.
de feud.non haben.propri.natu. feud. vbi diſpoſi-
41 tum eſt,quòd†ſi quis vendat feudum alicui ex li-
centia,atque conſenſu domini: ſiue tanquam feu-
dum, ſiue tanquam bona libera nihilominùs
tamen apud emptorem res ipſa manebit cum ſua
qualitate feudali adeò, vt ex omnibus cauſis,qui-
bus feuda amittuntur ea etiam bona amittenda
ſint,quod ex eodem text.gloſſ.& communiter Scri
bentes annotare ſolent, nec mirum,cùm feudum
ſit veluti quædam ſeruitus, quæ rem feudalem
comitatur apud quemcunque poſſeſſorem. Bald.
conſilio 351.lib.2.Matthæus de Afflictis deciſione.
277.nume.7.Chaſſane.conſil.66.numer.2.Grattus
42 conſi.9.nume.192.lib.1. Et†quanuis Scribent.in d.
cap.1.dicant ſecùs eſſe in Rege, qui conſentiendo
alienationi videtur rem liberam efficere: illud ta-
men intelligendum erit: quando Rex ſciens qua-
litatem rei id fecerit, vt ſtatim dicemus ſecùs au-
tem ſi id ignorauit,cùm(vt prædiximus)non cen-
ſendus ſit renuntiaſſe iuri, quod ignorauit. Ideó-
que cauti debent eſſe emptores rerum Maioratus,
vel hi, qui ſuper eiſdem bonis annuos redditus ex
facultate Regia emunt, vt antequam id fecerint
ſciant vtrum ea bona ex donatione Regis Henrici
ſecundi proceſſerint. Nam etiam ſi ex Regia facul
tate id fiat: bona tamen cum ſuo onere ad illos
tranſibunt, & adueniente caſu reuerſionis ad Re-
giam coronam ſua pecunia fraudabuntur, cùm
Rex ignoranter facultatem conceſſerit, nec ex illa
cenſeatur iuri ſuo renuntiaſſe.
43 ¶In ſecundo caſu: quando † Principi narratum
fuit ea bona ex donatione Regis Henrici Secundi
proceſſiſſe,dicendum erit,quòd ſi hoc non obſtã-
te Rex facultatem ea bona alienandi conceſſerit,
nec ius ſuum in ea facultate reſeruauerit, cenſen-
dum erit ea bona tanquam libera ad emptorem

tranſferenda eſſe,& qualitatem reuerſionis ad Regiam coronã remiſiſſe,quodprobatur ex eo,quod eleganter dixit Andreas de Yſer.in c.1.de contro-
44 uer.feud.apud pares termi.vbi inquit,ꝙ†ſi à Principe detur licentia,vt feudatarius poſſit liberè alienare feudum in perſona Sempronij, quòd ex hac licentia cenſetur Princeps remittere qualitatem feudalem,& facere ipſum feudum rem liberam,& Burgenſaticam in perſona Sempronij: quia quanuis conſenſus alterius Baronis id non operaretur, cùm Barones non valeant rem feudalem liberam efficere,vt probatur ex tex.in d.cap.1.de feud.non haben.propri.natu.feud. Conſenſus tamen Regis qui poteſt rem feudalem liberamefficere,hoc operabitur:quod etiam repetit idem Andreas de Yſer. in c.1.§.fina.de pace iura.firm. Cuius dicta refert, & ſequitur Matthæ.de Afflict.in d.c.1.de feud.non haben.propri.natu.feud.nu.1.vbi id eleganter declarat.Idque ad facultates Regias ad bona Maioratus alienanda conceſſas, potiori ratione extendi poterit: cùm in illis dici ſoleat, quòd conceditur facultas alienandi ea bona tanquam bona libera, non obſtantibus vinculis,ſubſtitutionibus:ex quibus verbis ſcienter à Principe prolatis qualitas Maioratus ab eiſdem bonis aufertur, eáque omninò libera efficiuntur. Quanuis ſi verba non adeò præciſa,atque clara eſſent, contrarium dici poſſet ex his,quæ not. Matthæus de Afflictis in cap. Imperialem in principio de prohi.feud.aliena. verſiculo.Duodecimo nota.nu.12.vbi inquit, quòd ex aſſenſu præſtito ad rem feudalem alienandam, nõ cenſeatur conſentientem remittere ius, quòd habebat in feudo,ſi ſibi ex alia cauſa competit:ſed ex ſuperius adductis,ea,quę ipſe dicit,ad caſũ de quo agimus adaptari non valent. Quapropter neceſſariũ erit,vt in Regiis facultatibus exprimatur,quòd ex illis ipſius rei antiqua Maioratus qualitas & reuerſionis ad Regiam coronam conditio non alteretur. Quod in conſenſu dato à Principe ad alienationem feudi,efficiendum eſſe conſulit Matthæus de Afflict.in d.c.1.n.1.de feu.non habente. propri. natu.feudi.dicens in conſenſu Regio apponendam eſſe,clauſulam,natura feudi in aliquo non mutata. Sicq.pluries in Regiis facultatibus adiici ſolet verbũ illud. *Sin periuyzio de nueſtra corona Real.* quod verbũ ſatis vtile in Regiis facultatib. eſſe poterit.

45 ¶Ex ſuperiùs adductis etiam infertur,†quòd ſi Maioratus poſſeſſor commiſerit aliquod delictum ex quo bona Maioratus Regio fiſco adiici poſſint & poſt illorum confiſcationem,vel pœnam incurſam ipſo iure,Princeps illa eidem donauerit,ea bona tanquam libera donata cenſenda erunt: niſi Princeps illa ſub antiqua Maioratus qualitate donauerit. Tunc namque Maioratui ſubiecta cenſenda ſunt, legéſque ac ſubſtitutiones Maioratus antiqui in illis ſeruandę erunt,ac ſi nunquam ea bona fiſco adiecta fuiſſent,quod dixit Bal.in c.Imperialem.§.in ſuper.nu.8.de prohibitione feud.alienari per Frederi.Cuius dictum ſequitur Alex. conſ.34. nu.6.& 7.lib.5.Albertus Brun. inter conſilia feudalia conſ.68.nu.8. Pariſi.conſil.21.nu.58.li.1. Bartho.de Scarampis.conſ.111.nu.7.inter.d.cõſilia feudalia.Ioan.Iaco.de Leo.inter ead.conſi.cõſi.117.n. 151.Zaſius in Epito.feud.par.3.poſt.princip. & par. 10.ad fin. Idq. præ cæteris optimè declarat Carol. Molin.in conſuetudinib.Pariſ.t itui.1.§.30.nu.105. cũ pluribus ſequentibus. Tiraq.qui plura refert de retract.Lignagier.§.32.gl.1.n.29. Háncque opinio. communem, & veram eſſe profitetur Iulius Clarus.recep.ſenten.li.4.§.feudum.verſi. Sed pone. & alibi ſæpè Scrib. Idque in terminis Maioratus ſic reſoluit Gregorius in l.6.tit.11.part.6.in glo. verb. *Que non la pudieſſe vender*.col.2.

46 ¶Ex eiſdem etiam infertur,†quòd ſi res,quę ex Regia facultate vendita fuit ab ipſo Maioratus poſſeſſore rei vendicetur.Ex eo, quòd venditio nulla fuerit,vel remedio leg.2.C. de reſcindenda vendi: venditio ipſa reciſa fuerit,ea res hoc pacto ad maioratus poſſeſſorem reuocata ipſius maioratus eſſe cenſenda ſit, quod loquendo in venditione, quæ nulla pronunciata fuit apertiſſimum eſt: ea namque nec venditio, nec alienatio dici poteſt: adeò vt ita res cenſenda ſit,ac ſi nec vendita, nec alienata fuiſſet.Bald.in l.2.n.C.de Epiſcopa. audi. & alij, quos refert plura in idẽ adducẽs Tiraq. de retract. Lignagier.§.1.gl.2.n.5.cum pluri.ſeq. In venditione autem reciſa remedio. d.l. ſecundæ vel ex reſtitutione iure minoris quæſtio dubia eſſe videtur, ex his,quæ adducit Chaſſa. in conſue. Burg. Rub. 4.§.25.nũm.7.& Rub.10..§.1.verb.ancien.1. Sed eis non obſtantibus idipſum dicendum eſſe in reciſſione ex pluribus reſoluit Tiraq.de retract.Lignagier. §.32.gl.1.n.60.cum pluribus ſeq. In qua gloſſ.ipſe plures quæſtiones ſubiungit, quæ ad materiam de qua agimus,facilè adaptari poterunt, quas ex eo, quòd apud ipſum copioſè tractantur hîc non expendimus quibus etiam adiiciendæ ſunt aliæ quæſtiones quas veluti per tranſennam mouet Grego. in l.10.ti.26.parti.2.in gl.verb *Vendiendo*.colum.4. quas vnuſquiſque cum per otium libuerit, facilè ex ſuperiùs adductis reſoluere poterit, eas nãque & alias quæ ex eodem fonte deriuantur ex profeſſo breuitati ſtudentes, in hac parte prætermittimus, de quibus tamen tam quo ad pretium à maioratus poſſeſſore ſolutum, quàm quo ad alia hanc materiam attinentia,videnda ſunt illa, quæ ſupra lib.1.c.26.latiùs adducta ſunt.

47 ¶Illud tamen in hac parte omittere non libuit, ex eo,quòd frequẽter contingere poſſit,†quid ſcilicet dicendum ſit, quando ex facultate Regia res maioratus vendita fuit,& ex pretio ex illa redacto alia in eius locum ſubrogata, quæ ex poſtfacto à maioratus poſſeſſore ab alio tertio vendicata fuit ex eo quòd non eſſet venditoris, vel ex alia cauſa: vtrum maioratus ſucceſſores debeant vtraque recarere,vel potiùs alienatam reuocare poſſint. Qua in re dicendũ eſt, quod ſi alienatio,& ſubrogatio facta fuit ex cauſa permutationis, eo ipſo quod res permutata,atque in locũ antiquæ ſubrogata vendicata fuit, Maioratus poſſeſſor poterit antiquam recuperare.tex.in capitul.ſi beneficia.de præb.lib. ſexto,vbi communiter Doctores id notant Rota deciſione 18.in antiq.incipi.fuit dubitatum ſub titulo de rerum permuta.& deciſione 63. incipient. Si quis permutauerit.eodẽ titul. Alberi poſt Guillelmum de Cugno.in l.final.colum.ſecunda verſi. Item quæritur. ff. de nego. geſt. & alibi ſæpè Scribent. Si verò non ex cauſa permutationis: ſed ea lege alienata fuit, vt pretium in alterius rei emptionem ſubrogaretur,diſtinguendum eſt:nam aut facultas cõceſſa fuit ad alienandam rem maioratus vt ex illa emeretur certa res ſpecifice in facultate expreſſa atque deſignata, & in hoc caſu dicendum eſt poſſe Maioratus ſucceſſorem re ipſa euicta rem maioratus vendicare.Facultas namque nulla cenſenda erit, vtpotè, quæ ex falſa cauſa cõceſſa fuit.
48 Decretum†namque ex falſa cauſa interpoſitum, nullum cenſendum eſt,quod probatur tex.in l.1.§. ibi



ibi *Manente pupillo actione, ſi poſteà potuerit probare obreptũ eſſe prætori.* ff.de reb.eorũ.vbi vẽditio rerum minoris facta decreto, & cauſæ cognitione præcedente reſcinditur: ſi minor probauerit obruptum fuiſſe prætori, cui eſt text. conſimilis, & melior de iure. in l.magis puto. §. final. verſiculo proinde. ff. eodem. l. fina. C. ſi aduerſus vendi.& vtrobique per Scriben. Quod adeò verum eſt,vt decretum ex falſa cauſa interpoſitum, efficiat nullam venditionem, etiamſi falſa cauſa in ipſo decreto expreſſa non ſit, vt probatur ex dictis iuribus, & profitetur communem opinionem eſſe Alexand.conſilio.207.num.7.& 8.lib. 7. Quod in regia facultate apertiùs procedit. Nunquam enim aliter Regia facultas conceditur ad alienandam rem Maioratus, vt ex pretio eiuſdem res alia ſubrogetur: niſi facta relatione,quod id ipſi Maioratui vtilius atque conuenientius eſt. Ex quo conſtat facultatem nullam eſſe, cùm hæc ſit cauſa finalis conceſſionis eiuſdem:etiamſi id ex ignorantia,atque ſimplicitate, non autem ex dolo Principi narratum ſit:vt probatur ex tex. vbi Felin num. 1.& communiter Scribentes id not. in capit.ſuper literis,de reſcript. ad quod maximè aduertendum eſt,vt comprehendatur quantis periculis obnoxij
49 ſint hi quibus res Maioratus diſtrahũtur.†Si verò facultas conceſſa ſit ad hoc, vt res Maioratus alienetur, pretiúmque deponatur, vt eodem res alia comparetur quæ in locum eius ſubroganda ſit, dicendum erit, quòd ſi emptor tenorem ac formam facultatis obſeruauerit, pretium deponendo: etiamſi ex poſtfacto ex pretio illo comparata fuerit aliqua res ad ſubrogandum illam in locum antiquæ,quæ tandem euicta fuit, emptor rei Maioratus ad id reſarciendum non tenebitur,nec poterit ab illo res Maioratus ſemel iuſtè empta, atque alienata vendicari. Quod ex his quæ ſupra iſto cap.numero 20.diximus facilè probari poteſt. Si enim emptor rei Maioratus ea lege venditæ, vt ex pretio alia in eius locum ſubrogetur, non tenetur curare,quòd res in locum antiquæ ſubroganda ematur, ſecurúſque maneat facta pretij conſignatione: etſi pretium ex poſtfacto in alios vſus conuertatur,conſequens eſt,vt à fortiori idipſum dicendum ſit quando pretium in aliam rem, quæ poſteà euicta fuit,conuerſum fuerit. Quod ex eiuſdem rationibus,quas ibidem adduximus,facilè probari poterit.

*SVMMARIA.*

1 *Facultate ad rem Maioratus hypothecandam ſemel conceſſa, vtrum aduenientе die ſolutionis noua facultas ad eam vendendam requiratur,vel ex vi prioris vendi poſſit.*
2 *Res pupilli ex decreto Prætoris pignorata poteſt à creditore ſine nouo decreto vendi.*
3 *Declaratur. l ſi pupillorum.§.ſi Prætor.ff.de rebus eorum.*
4 *Venditio bonorum Maioratus in caſu permiſſo abſque dolo & cum minimo incommodo fieri debet.*
5 *Alienatione bonorum Maioratus ex facultate Regia permiſſa, annui redditus ſuper eis conſtitui poſſunt.& nu. 29.*
6 *Dotis intereſſe debetur vxori à marito vel hæredibus ſuis quandiu dos ei non reſtituitur.*
7 *Fructus pignoris in ſortem computantur.*
8 *Vxor vel alius creditor qualiter ſibi conſulant vendendo pignus,ne fructus ſortem conſumant.*
9 *Creditor poſſidens Caſtrum iure pignoris poteſt iuriſdictione vti.*
10 *Venditione permiſſa an poſſit res Maioratus pignorari vel hypothecæ ſubiici,& nu.* 15.
11 *Decretum iudicis ad res pupilli vendendas non extenditur ad pignorandum.*
12 *Vendendi licentia non extenditur ad alienandum tranſactionis cauſa.*
13 *Pater qui poteſt filium vendere ob neceſſitatem,an poterit pignorare,& nu.25.*
14 *Aſſenſus Regius ad feudi alienationem,non extenditur de contractu ad contractum.*
16 *Venditionis verbo etiam in diſpoſitione exorbitanti & ſtricti iuris omnis actus alienationis comprehenditur.*
17 *Venditionis & alienationis verbum non differunt,& vtrumque latè hypothecam comprehendit.*
18 *Alienandi facultas ad hypothecam extenditur.*
19 *Alienationis vno actu permiſſo & alius eiuſdem effectus vel melioris permiſſus cenſetur.*
20 *Declaratur l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de reb.eorum & nu.22.& 23.*
21 *Venditionis permiſſio:quando ad alias alienationis ſpecies extenditur.*
22 *Forma mandati ad vnguem obſeruanda eſt nec commutari etiam in melius poteſt.*
24 *Vltima opinio,quando videtur approbari ab Accurſio.*
26 *Facultas alienandi bona Maioratus quomodo cenſeatur diſpenſatio.*
27 *Diſpenſatus in vna re in genere,poteſt quibuſcunque ſpeciebus eiuſdem generis vti.*
28 *Occidere qui poteſt,& vulnerare,& contumeliis afficere poterit.*
30 *Facultas conceſſa ad vendendum alicui certo pretio an extendatur ad vendendum alteri eodem pretio,& nu.32.*
31 *Aſſenſus Regius alienandi feudum vni,non ſufficit ad alienandum alteri.*
33 *Alienatio ſine licentia facta an confirmetur ex facultate ſuperueniente, & nu.35.*
34 *Teſtamentum iam factum confirmatur ex licentia ſuperueniente.*
36 *Princeps ex facultate alienandi conceſſa poſſeſſori Maioratus non cenſetur nec poteſt præiudicare ſe-*

*re ſequenti vocato, cui iam erat ius quæſitum.*
37 *Succeſſor Maioratus non poteſt rem eius vendere ex facultate conceſſa prædeceſſori, niſi nouam impetret, nu. 39.*
38 *permiſſio vendendi facta vni non porrigitur ad alium.*

## *Vtrum facultates ad bona Maioratus alienanda, vel hypothecæ ſubiicienda de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam extendantur.*

### CAPVT V.

VT autem Regiarum facultatum materiam proſequamur illud præſertim expendendum eſt; vtrũ ſcilicet Regiæ facultates ad res Maioratus alienandas, vel pignorandas cõceſſę de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonã extendi valeant: qua in re in primis ea queſtio reſol-
1 uenda ſe offert: †vtrũ ex regia facultate ad res Maioratus alienãdas, pignorãdas, ſeu hypothecę ſubiiciẽdas cõceſſa, adueniẽte caſu reſtitutionis vel ſolutionis, poſſint ipſæ res Maioratus vendi abſque noua facultate. In qua quæſtione prima facie dicendũ videtur ꝙ non ex tex. in l. ſi pupillorum. §. ſi prętor. ff. de reb. eorũ, vbi diſpoſitum eſt, quòd ſi decretũ ad rem minoris pignorandã conceſſum fuerit, non poterit eius decreti virtute res ipſa vendi.

¶Sed veriùs eſt adueniente die ſolutionis rem Maioratus vendi poſſe abſq; noua facultate. Quod probatur ex tex. in d. l. ſi pupillorum. §. pupillus. ff.
2 de reb. eorum. vbi diſponitur, quòd †ſi pupillus dedit rem pignori ex permiſſu prętoris, poterit creditor ius ſuum exequi vendendo pignus abſq; nouo decreto: vbi Bal. ex eo tex. idipſum annotauit, ex quibus opinati fuerunt Imola, & Ludo. Roma. in l. vſufruct. ff. ſol. matr. quod aſſenſus domini adhibitus in datione rei feudalis in dotem marito operatur, quòd retranſlatio dominij, quæ fiẽda eſt ſoluto matrimonio, non requirat alium aſſenſum, quos refert & ſequitur Capycius deciſione 182. n. 11. & 12. Atque Matthæus de Afflictis qui in hanc partem magis inclinare videtur in ca. Imperialem in principio, verſi. duodecimo, nota. ex tex. num. 8. & 9. de prohibi. feud. alien. Item deciſione. 335. numer. 19. Idque ſic in rebus Maioratus reſoluit Gregorius Lopius. in l. 6. titul. 11. part. 6. in gloſſ. verbo. *Que la non pudieſſe vender.* col. 8. verſiculo etſi data. Quorum ratio eſt quia, qui vult antecedens, videtur velle conſequens, quod ex illo infertur neceſſariò. l. illud. ff. de acquir. hæredi. Quã rationem Capycius. d. deciſione 182. num. 10. aſſignauit, atque idipſum ſenſit Bartol. in l. in quorum. num. 1. ff. de pig. vbi inquit, quòd res prohibita alienari, ideò non poteſt pignorari: quia ex pignore peruenitur ad venditionem. Sicque pluries vidimus res Maioratus ex ſimilibus hypothecis virtute Regiarum facultatum contractis alienari.
3 ¶Nec †obſtat text. in d. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor: nam ille text. ſic intelligendus eſt, quòd ſcilicet ſi decretum interpoſitum fuerit ad pignorandum, non poſſit à principio virtute ipſius decreti res ipſa vendi: ſed ſi à principio res fuerit pignorata, poterit ex poſtfacto ſi intra tempus debitum non luatur iure pignoris vendi abſque nouo decreto. Sicque intelligendus erit text. in d. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus, vt ex eius litera apertiſſimè comprehenditur.
4 ¶Hoc †tamen ita temperandum eſt, vt abſque dolo, & fraude venditio ipſa fiat. Si enim pro dotis reſtitutione Caſtrum, ſeu oppidum Maioratus obligatum ſit, in quo plura reddituum membra inueniuntur: quorum vnum ad ipſius dotis ſolutionem ſufficiens eſt, non debet totum oppidum cum iuriſdictione pro dotis reſtitutione vendi: nec etiam omnia reddituum membra: ſed illud tantùm, quod cum minori rerum Maioratus iactura vendi poſſit. In quo boni viri arbitrium verſabitur. text. in d. l. ſi pupillorum. §. non paſſim. ff. de rebus eorum vbi Bald. id notabiliter declarat. Bart. nu. 8. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. vbi cęteri id not. Greg. Lopez loquens in bonis Maiorię. in d. l. 6. tit. 11. par. 6. in gl. verbo *Que la non pudieſſe vender.* col. 8. verſ. aduerte.
5 ¶Ex quo infertur quòd †ſi inter Maioratus poſſeſſorem, & creditorem conuenerit, vt pro debito, cui bona Maioratus obligata ſunt certa quantitas annui redditus ſuper eiſdem conſtituatur, id optimo iure fieri poterit. Cùm enim res poſſit perpetuò atque irreuocabiliter alienari à fortiori cum pacto redimendi, atque reuocabiliter id fieri poſſe ſatis compertum eſt: cùm id minus damnoſum ipſi Maioratui ſit. Sícque vidimus pluries in ipſo conſtitutionis dotis initio virtute facultatis Regiæ ad obliganda bona Maioratus pro reſtitutione ipſius dotis conceſſæ ex capitulis matrimonialibus diſponi, vt ſoluto matrimonio: ſi intra certum tempus dos ſeu donatio propter nuptias non reſtituatur eo ipſo, ex tunc maneat impoſitus ſuper eiſdem bonis Maioratus annuus redditus redimibilis pro ipſa dotis ſeu donationis propter nuptias quantitate ad rationem vnius pro quatuordecim, vel pro viginti, prout inter partes, conuentum fuerit, quæ annui redditus conſtitutio firmiſſima eſt, ſempérque à iudicibus executioni mandari ſolet, idque etiam à principio pro ipſius dotis cõſtitutione obſeruatũ vidimus.

¶Sed quoniam pluries vxores nolunt conſtitutionem, nec etiam reſtitutionem dotis in annuis redditibus admittere, ex eo, quòd annuorum reddituum natura ea ſit, vt non aliter quàm volente Maioratus poſſeſſore redimi valeant, malíntque vt redemptio ex ſuo, non ex alieno arbitrio pendeat, tempore contractus matrimonij, diſponi ſolitum eſt, quòd ſi dotis conſtitutæ ſolutio retardetur, quotannis pro ſuſtinendis oneribus matrimonij certa quantitas moderata, dotis quantitati commenſurata, ratione intereſſe præſtari debeat. Similitérque adueniente caſu reſtitutionis dotis, donec realiter dos reſtituatur, eadem quantitas ratione intereſſe præſtetur. Quę pactio etiãſi ex annuis redditibus redimibilib. non pendeat
6 inuiolabiliter, obſeruari ſolet. Ratione †namque retardatæ ſolutionis, ac reſtitutionis dotis poteſt moderata quantitas ratione intereſſe à marito



vxori, vel hæredibus ſuis præſtari, tex. in c. ſalubriter de vſur. vbi Hoſti. Io. And. Abb. & communiter Scrib. id notant. Bar. Imo. & Romanus in d. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri. Alex. conſil. 178. nume. 11. lib. 7. Decius conſ. 119. nume. 4. Conradus de contracti. q. 35. concluſione. 5. & 7. Carolus Molineus qui plura refert de vſuris, quæſtione. 74. num. 523. D. Didacus de Couarru. reſolut. lib. 3. c. 1. numer. 3. qui hanc opinio. communem eſſe profitentur, quod nedum procedit quando intereſſe petitur ex poſtfacto ratione retardatæ ſolutionis, ſed etiam quando à principio ipſum intereſſe per tempus retardatæ ſolutionis in pactum deductum fuit: prout opinantur Calderi. Ancha. & Abb. in d. c. ſalubriter, quorum opinionem cõmunem eſſe profitentur Alexand. in d. l. inſulam. §. vſuris nume. 5. ff. ſoluto matri. Carolus Molineus de vſuris. d. q. 74. nu. 23 cum ſeq. D. Didacus de Couarr. reſoluti. libro 3. cap. 1. nume. 3. verſiculo quarto. hîc poterit diſcuti vbi plures contrariam opinio. ſequentes refert quorum opinio tenenda non eſt.

¶ Cæterùm aliquando mulier, quæ aliquid ex his à principio in pactum non deduxit, ſolet petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum Maioratus, vt illa iure pignoris poſſideat. Quod niſi eo animo fiat, vt ſtatim pignora vendantur, nimis præ-
7 iudiciale ipſi vxori eſſe poterit. †Tenebitur namque fructus in ſortem computare. text. in capitulo. illo vos. & in capitulo. cum contra de pigno.
8 Quamobrem †ſolent vxores ſtatim ac ſibi poſſeſſio pignoris data eſt, de eius venditione agere prius Maioratus poſſeſſore citato, ne ſi multo tempore rem Maioratus iure pignoris poſſideant in pluribus particularibus ſolutionibus totum debitum ſibi expendatur, mediíque temporis intereſſe priuentur. Quod non ſolùm, quando res hypothecata ab ipſo Maioratus poſſeſſore iure pignoris exacta fuit: ſed etiam quando exacta fuit ab aliquo tertio, qui illam iuſte poſſidebat effici poterit, venditióque pignoris ipſo tertio citato perficietur: niſi tertius ipſe quantitatem ex dote, vel arris debitam exoluerit. Eadem namque æquitas in iſto tertio poſſeſſore militat, quæ in ipſo Maioratus poſſeſſore militaret: prout ex plurib. probat D. Didacus de Couarr. reſolu. libro. 3. c. 18. nu. 4. vbi inquit ſic non ſemel hoc diffinitum vidiſſe, offerente tertio quantitatem qua pignus venditũ fuit, vt eleganter Hipporiminal conſ. 3. lib. 1. vbi elegãter declarat ti. co. eſt antiquior creditor. Ideoque ad illum de his ſemper recurre.
9 ¶Illud aũt ſciendum eſt creditorem: qui iure pignoris Caſtrum, vel oppidum Maioratus poſſidet, poſſe eiuſdem Caſtri, ſeu oppidi iuriſdictione vti, & in illo iudices atque alios officiales creare: prout opinantur Roma. ſin 554. Capycius deciſione. 585. nu. 2. Matthæus de Afflict. qui in hoc remiſſiuè loquitur. in c. 1. de feud. dato in vicem legis commiſſo. nu. 73.
10 ¶Similiter etiã cõtrouerti ſolet †vtrũ quando à principio ad rẽ Maioratus vẽdendã facultas conceſſa fuit, poſſit ipſius Maioratus poſſeſſor huius facultatis virtute rem Maioratus pignori vel hypothecæ ſubiicere. In qua quæſtione videtur dicẽdũ, quod nõ, quod probatur ex tex. in l. ſi pupillorũ. §. etſi pretor. ff. de reb. eorũ, vbi diſpoſitũ eſt, ꝙ
11 ſi †decretũ tutori ad vendẽdũ cõceſſum fuerit, nõ poterit tutor virtute huius decreti rẽ minoris pignorare: quia à forma decreti recedẽdum nõ eſt. Per quẽ tex. no. Bal. ibidẽ, quod cui permiſſum eſt, quod eſt plus: ſcilicet vẽdere prohibetur, quod eſt minus: hoc eſt, pignorare idipſum etiã ex illo tex. deduxerunt Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 13. poſt Ludo. Roma. ibi in l. in actionibus. ff. de in litẽ iuram. dicentes regulam. l. nõ debet cui. ff. de regulis iuris. qua cautũ eſt, quod cui licet quod eſt plus, licebit etiã illud quod eſt minus. non habere locũ in decreto. Quod etiã gl. in d. l. nõ debet, ex. d. §. ſi prætor, atque ibidẽ Decius nu. 7. & Cagno. nu. 14. deduxerũt. Idipſum etiam dixit Dec. conſ. 30. nu. 5. vbi inquit, quod ſi data fuit licẽtia ad vendendũ, nõ põt alienatio fieri ex cauſa tranſactionis. Qua ratione idipſum in facultate Regia ad bona Maioratus vendenda conceſſa verum eſſe dixit Greg. Lopius. in l. 6. tit. 11. par. 6. in gloſſ. verbo. *Que la nõ pudieſſe vender.* col. 8. verſ. etſi data, vbi opinatur ex hac facultate non poſſe bona Maioratus obligari, neque hypothecæ ſubiici.

¶Quibus adiicitur illud, quod dixit gloſſ. in l. 2. verbo. *Vendiderit.* C. de patr. qui filios diſtraxerũt.
13 Quod ſcilicet † quãuis ex ea lege pater, qui fame perit, poſſit filiũ vẽdere, vt vitæ ſuæ conſulat: non tamen poterit illum pignorare, quàm gl. ſequitur. Iaſ. in l. in ſuis. nu. 28. ff. de libe. & poſth. Nõ tamen ex ratione prędicta ſcilicet, quod is, cui vẽdere permiſſum eſt, etſi id maius ſit, pignorare tamẽ, quod eſt minus non liceat, vt à forma permiſſionis legis nõ recedatur: ſed ex eo, quòd morali ratione difficilius concedenda ſit filij pignoratio quàm venditio: cùm facilius quis moueatur ad pignorãdum: quàm ad vendendum. Quapropter pignorationis facultas potius, quàm venditionis reſtringenda eſt, quæ ratio ſubtilis eſt, & ad Primoneniorum poſſeſſores pari ratione trahi poterit, ideo namque habenti facultatem ad vendendum pignoratio denegatur: quia faciliùs quis ad pignorationem mouebitur, quam ad alienationem: quamuis pignoratio non tam damnoſa ſit rebus Maioratus, quam venditio.

¶Quæ comprobantur ex eo, quòd hæc facultas ad alienandum conceſſa diſpẽſatio ſit, quæ etiam ex maioritate rationis de caſu ad caſum extendenda non eſt, ex his quæ ſupra lib. 2. cap. 4. nume. 49. latiùs adduximus. Quod in aſſenſu Regio ad feudum alienandum conceſſo ex pluribus probat Sigiſmundus Neapolitanus inter cõſilia feudalia conſi. 9. nu. 23. cum pluribus ſequent. Idem conſi. 7. nu. 28. cum ſeq. Idque adeò verum eſt, †vt
14 aſſenſus Regius ad feudi alienationẽ cõceſſus, nec de perſona ad perſonã, nec de re ad rẽ, nec etiã de cõtractu ad cõtractũ etiã vbi ſubeſt eadẽ vel maior ratio extẽdẽdus ſit: prout ex pluribus probat Andr. de Iſern. in c. Imperialẽ, in princ. 3. & 4. col. de prohi. feud. alie. vbi illum cõiter Scribẽtes ſequũtur, atque idẽ Sigiſmũd. cõſ. 7. nu. 33. cũ ſequẽ.
15 ¶Cæterùm †etſi hæc ſatis recepta ſint: nullo tamen pacto mihi ſuaderi poteſt, eum cui facultas Regia ad rem Maioratus vendendam, ſeu alienandam conceſſa eſt; non poſſe ex illa rem ipſam non alienare: ſed pignori, vel hypothecæ ſubiicere, vt ex poſtfacto ſoluto debito, res ipſa in Maioratu libera remaneat: hoc namque præterquàm quod vtilius ipſi Maioratui ſit, qua ſola ratione admittendum foret, ſatis menti Regis facultatem concedentis conueniens eſt. Ipſe namque cenſendus eſt ſemper Maioratus perpetuitati, ac conſeruationi conſulere voluiſſe, facultatémque alienandi in fauorem Maio-

ratus

ratus poſſeſſoris conceſſiſſe : ita vt ſi citra aliena-
tionem ex pignore,vel hypotheca neceſſitati pu-
blicæ,ſeu ipſius Maioratus conſuli poſſit,id Prin-
cipi longè gratius futurum ſit,atque ex mente ac
veriſimilitudine conceſſum eſſe ſub venditionis,
ſeu alienationis permiſſione cenſeatur. Quod ex
omnibus iuris regulis comprobari poteſt, quibus
cautum eſt, ei, cui illud quod maius eſt, conceſ-
ſum eſt,id quod eſt minus licere.Conſtat namque
adeò verum eſſe, quòd grauior, ac difficilior bo-
norum Maioratus alienatio:quam hypotheca cẽ-
ſenda ſit, vt nihil magis clarum atque euidens ex-
cogitari poſſit.

16 ¶Quę omnia comprobantur ex eo,†quod vẽdi-
tionis verbo etiam in diſpoſitione exorbitanti,at-
que ſtricti iuris,omnis actus alienationis compre
hendi ſoleat.In quo eadem ratio verſatur.l. ſtatu-
liberi à cęteris.§.fin.ff.de ſtatulibe.glo.ordina.quę
ſic communiter intelligi ſolet in l. ſecunda. C. de
vſucapi.pro empto.quam ibi Scribentes ſequun-
tur Bartol.in l.filiusfamilias.§.Diui.numero.18.ff.
de lega.1.quem ſequuntur ſic eius doctrinam in-
telligentes Alexand.ibi.numer.23.& Iaſ.in lectura
num.106.& in repetitione nume.143.quibus adii-
ciendum eſt.quod diſpoſitiones etiam odioſæ cor
rectoriæ atque ſtricti iuris ex identitate rationis
extenduntur cùm ea non ſit extenſio : ſed potius
comprehenſio,vt ſupra libro primo cap.5.numer.
10.oſtenſum eſt.Quod à fortiori in caſu de quo a-
gimus,dicendum erit : cùm in illo ne dum eãdem
rationem,ſed etiam longè maiorem militare com
pertum ſit.

¶Præterea idipſum in diſpoſitione permittente
id,quod maius,ſiue difficilius eſt procedit.Ea nã-
que etiamſi correctoria atque ſtricti iuris ſit,ſem-
per ad id quod minus, vel facilius eſt extendenda
erit,niſi diuerſa ratio in minori, quàm in maiori
concurrat.Decius in d.l.non debet cui. numer. 8.
ff.de regul.iur. Quem ſequitur Cagnolus ibid.
numer. 14. vbi plura in idem adducit:igitur idem
potiori ratione in caſu,de quo agimus dicendum
erit,vbi nedum eadem ratio: ſed etiam multo ma
ior concurrit.

17 ¶Similiter etiam hoc comprobatur ex eo.†quòd
inter verbum,alienatio,& verbum,venditio, quo
ad caſum de quo agimus,nulla penitùs differẽtia.
ſit.Nam ſi hæc verba ſtrictè ſumenda ſint,nec ver
bum vẽditio,nec verbũ,alienatio, hypothecã cõ-
18 prehendũt:ſi†verò latè accipiãtur,vtrumq; verbũ
æquè hypothecã cõprehẽdit: prout optimè pro-
bat Crottus in repetitione.l.filiusfamiliàs.§.Diui.
ff.de leg.primo nu.122.ſed ſic eſt, quòd ſi facultas
ad alienandum conceſſa fuiſſet,nemo dubitaret:ni
ſi quòd ad hypothecam extendenda eſſet:Cùm ea
ſub appellatione alienationis comprehendatur
ex text.in l.fin.C.de reb.alie.non alien.Igitur idẽ
dicendum erit.de verbo venditionis cum ſublata
ſignificatione:præſertim cum eadem ratio militat
hypothecam etiam comprehendat,vt ſuperius o-
ſtenſum eſt.

¶Vlterius hoc etiam ſuadetur ex eo, quòd ſi
Principi tempore impetratæ facultatis hoc ex-
preſſum fuiſſet,proculdubiò illud conceſſiſſet:ve-
riſimile autem haberi debet pro diſpoſito. l. Ti-
tius §.Lucius. ff.de liber. & poſth.gloſ.ordin.in l.
tale pactum.§. fina. ff. de pact. Quod habère lo-
cum in reſcriptis Principum opinantur Alexand.
numer.2. Iaſ.etiam num.2.in d.§.Lucius,& plures
alij quos refert Anto. Gabriel.lib. 6.communium
opinionum tit.de reg.iur.5.conclu.11.num.13.

¶Vltimo loco hoc etiam comprobatur ex text.
in l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. in quib. cau.pig.
vel hypothe.tacit. contrahat. Per quem text.dixit
19 Bart.ibi.nume.1.quòd † ſi permittatur vnus actus
alienationis permitti etiam cenſetur omnis alius
illi ſimilis,& eundem importans effectum, vel me
liorem:ſecùs ſi deteriorem.

¶Quibus non obſtat text.in d.l.ſi pupillorum.§.
etſi prætor. Ad illum namque text. multipliciter
20 reſpondetur.Primo†quòd eius diſpoſitio ſit ſpe-
cialis in decreto iudicis,quod eſt ſtricti iuris, nec
ex eo probatur:niſi illud,quod ex eo ex neceſſita-
te infertur.l.prima. C. ſi plures vna ſententia fue-
rint condemnati. l. ſi iudex.ff. de his,qui ſunt ſui,
vel alien.iuris.Barto.in l.Iulianus verum debito-
21 rem,num.5.ff.de condi.indebi. Quamobrem † ad
alias materias eiuſdem legis diſpoſitio extenden-
da non eſt:prout opinatur Bar.in l.alio.nu.11.ff.de
ali.& ciba.leg.vbi eleganter inquit,quòd quando-
que permiſſio vendendi fit à prętore,vel iudice,&
debet ſtrictè intelligi,& ita intelligendus eſt text.
in d.§.& ſi prætor,quandoque fit ab alio priuato,
& tunc appellatio venditionis continet omnem a-
lienationem, per quam impletur cauſa, ob quam
fuit permiſſa vẽditio.Ex quibus infert, quòd cum
in caſu illius l.ſit permiſſa venditio,pro ſatisfaciẽ-
dis legatis quicquid faciat vt legata ſoluat appel-
latione alienationis continetur.Idipſum etiam di
xit idem Bart.in d.l.ſicut.§.ſed ſi permiſerit num.
2.Crottus in d.§.Diui.tit.121.Cùm igitur hæc ver-
ba prolata fuerint à Principe, non mirum ſi non
tam ſtricte:prout verba iudicis,& prætoris inter-
pretanda ſint.

22 ¶Secundò.quia † text.ille non loquitur in facul-
tate conceſſa illi,qui eſt dominus illius rei,quæ ſi-
bi vendi,ſeu pignorari permittitur:ſed in faculta-
te conceſſa tutori qui non eſt dominus, ſed admi-
niſtrator qui † formam mandati tenetur diligen-
ter obſeruare.l.diligenter.ff.manda.nec poteſt il-
lam præterire etiam,vt eam in meliùs commutet.
gloſ.ordi.in c.ſolet de ſenten. exco. lib. 6. l.3.§. in
bello.ff.de re mili.Fel.qui plura refert in c.cum di
lecta.num.5.verb. geſta contra forman. verſiculo.
Amplia quartò.de reſcript.Qua ratione dici ſolet,
quòd dicta regula quòd cui licet id, quod maius
eſt,licere debet etiam illud, quod eſt minus : non
habet locum in procuratore, vel adminiſtratore,
qui adeo diligenter mandatum obſeruare tene-
tur, vt non poſſit etiam quod eſt minus facere.
Quod in d.l.non debet,cui.ff.de regulis iuris.De-
cius nu.7.& Cagnolus.nume.13. plura in idem ad-
ducentes annotarunt.Quamobrem.d.l.non debet
cui, ad Maioratus poſſeſſorem trahi non poteſt:
cùm enim rerum Maioratus verus dominus ſit:
non eſt mirum ſi de illo potiùs quàm de tutore, l.
confidat.

23 ¶Tertiò,quia † in caſu dictæ.l.ſi pupillorum.§.
& ſi prætor.poterat de pignoratione ad venditio-
nẽ diuerſa ratio militare.Poſſet namque eſſe,quòd
res adeò inutilis foret,vt magis damni, quàm e-
molumenti ipſi pupillo afferret. Quapropter ex-
pediebat ſibi magis illam vendere, quàm pigno-
rare;eaque ratione non vult Iuriſconſultus, quòd
à forma decreti recedatur, ne maius damnum in
poſterum afferat pupillo pecuniæ mutuatæ ſolu-
tio:quam eo tempore ipſius rei alienatio In Ma-
ioratu autem ſemper vtilior eſt pignoratio,quàm
venditio : ſi enim res ſemel vendatur perpetuò à
Maioratu



Maioratu eximitur, nec aſt.ictus remanet Maio-
ratus poſſeſſor ad illam luendam, nec ad aliam in
eius locum ſubrogandam, vt ſupra iſto li.c. 4.nu.
29.& 30.oſtendimus. Quo damno nullum maius
excogitari poteſt. Si verò pignoretur:ipſe poſſeſ-
ſor vel eius hæredes tenentur rem ipſam luere,at-
que repignorare ex bonis liberis, ſi illa ſibi ſupe-
rerint,quod longe vtilius ipſi Maioratui erit. Ex
quo fit,vt hæc opinio,quæ vtilitati Primogeniorũ
adeò contraria eſt, admitti non debeat. Nec tex.
in d.§.etſi prætor ad hũc caſum trahendus ſit:cùm
diſponat in caſu,quo poteſt eſſe vtilior pignoratio
quàm venditio : in quo nulli dubium, niſi quòd
deciſio eiuſdem legis ſeruanda ſit. Non enim licet
id,quod eſt minus ei,cui licet illud, quod eſt ma-
ius:quando de vno ad aliud diuerſa ratio aſſignari
poteſt,vt in d.l.non debet cui.Decius, Cagnolus,
& communiter Scribentes aduertunt.

¶Similiter etiam non obſtat, quòd dixit gloſſ.in
d.l.2.C.de patri.qui fili.diſtra.quòd ſcilicet pater,
qui poteſt filium vendere in caſu neceſſitatis, non
poſſit illum pignorare:nam glo.illa ſi benè conſi-
deretur id non dixit, imò potiùs contrarium ſen-
ſit:nec id ex ea gl.comprehẽdi poteſt ex eo, quòd
ſtatim ſubiiciat verbum illud : ſed quidam contra.
Quia†quando glo.refert duas opin.cenſetur illam
approbare,de qua vltimo loco meminit. Nam il-
lud intelligendum eſt: niſi prima ſit melius exami
nata, atque melioribus iuribus firmata. Tunc
námque non cenſetur vltimã, ſed potiùs primam
approbare:prout dixit gloſſ.ordi.in l.qui filium.§.
Sabinus.ff.ad Treb.verb.*Et alia*, quam ſequuntur
plures,quos refert.Iaſ.in l.1.§.& poſt operis.num.
12.ff.de nou.ope.nunc.vtcúnque autem id ſit con-
trarium,tamen in eadem l.à Bal.& Salice.& com-
muniter Scribentib.receptum eſt,qui omnes prę-
25 ſupponunt,quod†pater,qui poteſt ex cauſa neceſ-
ſitatis filium vendere,poteſt illum etiam pignora-
re. Quod veriùs eſſe profitetur Cagnolus in d.l.
non debet cui.nu.5.poſt Deci.ibi.nu.2.& Azonem
in ſumma.C.eod.& Baldum in l.in ſuis. ff. de libe.
& poſthu. Quod verum videtur:nam ratio,quam
Iaſ. in l. in ſuis aſſignauit, quanuis apparens ſit,
non tamen iuris fundamentis obſeruatis ſuſtineri
poteſt.Idque hodie expreſſè deciſum eſt,ex l.8.tit.
17.part.4.ibi.*Puede vender,o empeñar ſus hiios*.

¶Vltimo etiam loco non obſtat ſi dicatur,quòd
facultas ad alienandum conceſſa diſpenſatio eſt.
Atque idcircò ad caſum etiam maiorem rationẽ
26 habentem trahenda non ſit. Illud † námque in
caſu de quo agimus non procedit, cùm pignora-
tio, vt prædiximus, ſublata venditionis appella-
tione comprehendatur.Et quanuis diſpenſatio ex
27 tendenda non ſit:nullus †tamen dubitat quin diſ-
penſatus in aliqua re in genere poſſit quibuſcun-
que partibus, ſeu ſpeciebus eiſdem generis vti,
præſertim ſi in eis eadem, vel maior ratio verſe-
tur, vel magis ſtrictè diſpenſatio ipſa exerceatur.
28 Quamobrem†is,cui aliquem occidere ex diſpen-
ſatione permiſſum eſt,poteſt illum vulnerare, ſeu
contumeliis afficere. Cùm hæc omnia,lato ſum-
pto vocabulo,ſub appellatione occiſionis compre
hendatur. l. nec in ea.ff.de adulte. Deci. numer.1.
Cagnolus num.2.in l.non debet.qui plura in idem
adducunt. Quibus rationibus is, qui poteſt rem
Maioratus vendere,& ſi id ex permiſſione,& diſ-
penſatione aduerſus communes iuris regulas cõ-
ceſſum ſit, poterit illam pignorare, cùm id ſub
venditionis appellatione comprehendatur, &
maiori ratione, atque Maioratus vtilitate com-
probetur. Quando enim in diſpoſitione inueni-
tur aliquod verbum,quod ex ſui natura, etiam ſe-
cundùm latam interpretationem, caſum de quo
agitur comprehendat, diſpoſitio exorbitans &
correctoria de caſu ad caſum,ex idẽtitate rationis
extendenda erit:prout ſupra libro.3 cap.5. numer.
8.oſtenſum eſt.Hæc autem non eſt diſpenſationis
ampliatio:ſed reſtrictio. Non enim debemus Re-
gias facultates ita interpretari, vt res Maioratus,
quæ tot vinculis alienari prohibitæ ſunt, vendan-
tur,ſeu alienentur, vbi id poteſt ex pignoratione,
vel hypotheca vitari.Quæ omnia in facultate, non
ad vendendum,ſed ad alienandum conceſſa aper-
tiùs procedunt : cum verbum alienationis ſit ma-
gis comprehenſiuum,quàm venditionis: quamuis
ſi benè conſideretur, vtrumque verbum idem im
portet. Idque etiam potiori ratione dicendum e-
rit:quando ex Regia facultate ad vendendum con-
ceſſa ſuper re Maioratus annuus redditus emitur.
29 Si enim†res poteſt irreuocabiliter, atque perpe-
tuò alienari,à fortiori ſuper ea poterit annuus red
ditus redimibilis conſtitui, qui venditioni cum pa
cto de retrouendendo aſſimilatur : ſuper quibus
tamen cùm caſus contigerit, deliberandum erit.
Hæc autem quando à principio ex Regia facultate
ad vendendum, ſeu alienandum conceſſa res hy-
pothecata fuit, ſeu annuus redditus eſt impoſi-
tus ſuper illa,vtilia erunt : ſed ſi ante hypothecæ
conſtitutionem, ſeu annui redditus emptionem
conſulendum ſit, tutius erit facultatem Regiam
ſpecificam ad id efficiendum impetrare:prout ad-
uertit in ſimilibus Iuriſconſultus in d.l.ſi pupillo-
rum. §. ſi pupillus. ff.de reb. eorum. Semper
namque Iuriſconſultus in dubiis quæſtionibus o-
piniones tutiores eligere ſolet, vt gloſſ.ibi,ver-
bo,*Tutius*.annotauit.

30 ¶Sed & illud controuerti poteſt:vtrum †ex Re-
gia facultate conceſſa ad vendẽdum rem aliquam
Maioratus Petro ex certo pretio inter ipſum, &
*Maioratus poſſeſſorem conuento*, valeat ea res
vendi alteri ex eodem pretio. In qua quæſtione
dicendum videtur, quòd non. Quod probatur ex
text. in l.cùm ſeruo. 1.reſponſo. ff. de contrahen.
empti.vbi diſpoſitum eſt, quòd ſi Dominus præ-
cipiat ſeruo ſuo,vt vendat rem Titio,& vendat il-
lam Caio.venditio nulla eſt. Quod Iuriſconſultus
ibi etiam in libera perſona procedere ſubiungit.
Idipſum etiam comprobatur ex eo, quòd aſſen-
ſus Regius diſpenſatio ſit,atque ſtrictè intelligi de
beat,nec de perſona ad perſonam extendi valeat:
prout ſupra iſto.c.nu.26. oſtenſum eſt. Ex qui-
bus rationibus id in terminis de quibus agimus di
xit Andr.de Yſern.in c.1 qui ſucceſſio.tenean.col.
31 4.vbi inquit,†quòd aſſenſus Regius conceſſus va-
ſallo,vt alienet rem Titio, non ſufficit,ad hoc, vt
poſſit illam alienare Seio, etiam pro eodem pre-
tio. Quod etiam repetit idem Andr.de Yſern.in c.
Imperialem.in prin.de prohib.feu.alie.column. 2.
Cuius dictum refert, & ſequitur Matthæus de
Afflict. vbi hanc communem opinionom eſſe
profitetur in dicto cap. Imperialem. in princ.
verſic.Duodecimo nota.nu.2. atque Sigiſmundus
Neapolitanus conſi.9.nume.19. Quod in terminis
Maioratus dixit Grego.in lege ſexta, titu.vndeci-
mo,part.6.verbo.*Que la non pudieſſe vender*.col. 9.
verſi.Item pone.

32 ¶Sed quanuis hoc in conſenſu Regio præſtito ad
feudi alienationem verum ſit:in† Regia tamen fa-
T cultate

cultate ad rem Maioratus alienandam conceſſa, dubium videtur. In feudo namque multùm intereſt Regi, vel domino feudi: vtrum vnus, vel alius eius vaſſallus futurus ſit. Quapropter non eſt rationabile, vt Dominus qui conceſſit, quòd feudum in Titium alienetur, cogatur inuitus Caiũ in vaſſallum ſuſcipere: quæ eſt præcipua ratio in qua fundamentum faciunt Andreas de Yſernia, & alij omnes qui eius opinionem veram eſſe profitentur. In Maioratu autem ſi res Maioratus alienanda ſit, nihil intereſt Regi, nec Maioratus poſſeſſori, quòd alienetur potiùs in Titium, quàm in Caium: dummodò idem, vel maius pretium à Caio, quam à Titio ſoluatur. Nec videtur appoſita perſona Titij, niſi cauſa demonſtrationis, non autem vt ex eius expreſſione comprehendatur, quòd ei potiùs, quàm alij res Maioratus vendenda ſit. In qua ſpecie is, cui facultas ad vendendum Titio cõceſſa eſt, poterit & Caio pro eodem pretio, vel maiori vendere: prout dixit gloſſ. in d.l. cùm ſeruo, verbo, *Iuſſerit*. quæ intelligit tex. ibi: quandꝙ aliàs dominus non eſſet rem alij venditurus: aliàs inquit gloſſ. quòd poſſet ſeruus cuicunque vendere, licèt Dominus vnum nominaſſet. Qua ratione de hac opinione meritò dubitari poterit: ſed prima opinio proculdubiò tutior eſt: quanuis hæc ſecunda poſt factam alienationem forſan ſuſtineri poſſet, niſi diuerſa ratio in vendendo Titio, quàm Caio verſetur.

33 ¶Similiter etiam dubitari poſſet: vtrum† ex facultate Regia ad alienanda, vel hypothecanda bona Maioratus in certam cauſam conceſſa, confirmata cenſeatur alienatio, vel hypotheca in eandem cauſam ante facultatis impetrationem facta. In qua quæſtione videtur dicendum, quòd ſic: ex eo, quod dixit Paul. per text. ibi in l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum numer. 4. ff. de iniuſto rupt. vbi inquit,
34 quòd† ex licentia conceſſa ad teſtandum illi, qui antea ad id erat inhabilis, cenſetur teſtamentum antea factum confirmari. Quod etiam repetit idẽ Paul. in l. ſed ſi iam facta. ff. de condi. & demonſtra. numer. 2. Iaſ. in l. quominus. ff. de flumi. nume. 128. Paul. numero 3. & Iaſ. numer. 1. in l. & militibus. C. de teſta. mili. Gozadi. conſil. 4. numer. 3. Quibus adiiciendus eſt tex. in l. iubemus. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi is, qui concedit mandatum alicui procuratori, cenſetur ratificare omnia, quæ ille eius nomine fecit, ante mandatum. Per quem tex. id notant communiter Scrib.

¶Sed verius eſt huiuſmodi facultatem ad alienationem, ſeu hypothecam iam factam extendendam non eſſe: cùm iam ex alienatione, vel hypotheca ſit incurſa pœna appoſita aduerſus alienantem, & ius ſequentibus in gradu acquiſitum: niſi Princeps ſciens alienationem anteà factam, facultatem ad alienandum conceſſerit: tunc namque eo ipſo cenſebitur alienationem præcedentem confirmaſſe. Quod dixit Paul. in d. §. irritum. numer. 4. & in d. l. ſed ſi iam facta. numer. 3. Alexand. qui plura refert conſil. 146. numer. 8. lib. 5. Thom. Grammaticus, conſil. 169. num. 24. Matthæus de Afflict. in c. Imperialem. in princip. de prohibita feud. alien. verſi. Duodecimo nota. numer. 7. idem deciſione. 355. num. 2. Sigiſmund. Neapolitan. inter conſilia feudalia, conſi. 7. nume. 35. idem conſilio 9. numer. 20.

35 ¶Nec obſtant† ea, quæ in contrariũ adducta ſunt nam præterquàm quòd de eis facilè dubitari poſſet, ex text. in l. ſi filiusfamiliàs. ff. de teſtam. vbi Bar. & Franciſcus de Aretin. & ex his, quæ adducit Iaſ. in d. l. & militibus, nume. 2. Scrib. ibidem citati in diuerſo caſu loquuntur: vbi ſcilicet nihil aduerſus conditiones Maioratus factum erat, nec ex eo alteri ius quæri poterat, nec pœna aliqua erat, commiſſa cuius contrarium in caſu de quo agimus, interuenit.

¶Imò in Maioratibus, vbi appoſita eſt clauſula: quòd ſi poſſeſſor alienauerit, eo ipſo bona tranſeant in ſequentem, exiſtimarem hoc indiſtinctè
36 dicendum eſſe. Nam† ſiue Princeps ſcienter, vel ignoranter licentiam ad alienandum conceſſerit, non cenſetur ex illa, iuri ſequenti ſucceſſori acquiſito derogaſſe. In aſſenſu namque Regio ad alienandum conceſſo, nunquam cenſetur iuri tertij derogatum: vt probant Pariſi. conſil. 18. nume. 3. lib. 1. Alber. Brunus conſi. 13. nume. 1. Nec etiamſi Princeps alienationi iam factæ conſentiret, poſſet ex tali conſenſu iuri ſequenti vocato quæſito præiudicare, vt ex pluribus probat Matth. de Afflict. deciſ. 135. numer. 12. idem in cap. Imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. verſi. Vigeſimo quarto quæro. n. 20. & nos alibi latiùs oſtendimus.

37 ¶Et ex ſupradictis infertur† ex facultate cõceſſa Maioratus poſſeſſori, non poſſe eo mortuo filium eius, nec alium ſequentem ſucceſſorem rem Maioratus alienare, nec hypothecæ ſubiicere. Permiſſio
38 namque† vendendi facta vni, non porrigitur ad alium ſuccedentem in illa re l. ſicut. §. fina. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. ſolua. & omnis conceſſio, quæ ad factum refert, in dubio cenſetur perſonalis, atque ideò ad hæredem non extenditur, l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de lega. 2. & omnis facultas aliquid faciendi perſonalis cenſetur, ideóque ad hæredem non tranſit. l. locatio. ff. loca. l. inter ſtipulantẽ. §. 1. & l. cùm quis. & l. centeſimis. & vtrobique per Scrib. ff. de verbo. obliga. Quibus adiicitur facultatem eſſe ſtricti iuris, præciſéque atque ſtrictè intelligendum fore. Ex quibus rationibus ſic in facultate Regia ad alienanda bona Maioratus conceſſa opinati fuerunt Celſus conſil. 117. numero 4. ad fin. atque Gregorius in l. 6. titul. 11. part. 6. verbo, *Que la non pudieſſe vender*. colum.
39 9. verſic. Item† pone, quòd Rex. vbi ipſe Grego. id limitat, quando facultas alienandi in vtilitatem & augmentum Maioratus conceſſa eſſet, veluti ſi cõceſſa fuit ad ſubrogandam in eius locum rem aliam maioris valoris, vel ad aliud ſimile ex his, quę dixit Bald. in c. 1. §. Marchio. numer. 4. qui feud. dare poſſunt. Idque verum videtur, ſi facultas ſub nomine dignitatis conceſſa fuerit, non aliàs, vt ipſemet Bald. loquitur: tametſi indiſtinctè in hoc caſu loquens in aſſenſu Regio conceſſo prædeceſſori ad alienandum feudum dixerit Matthæus de Afflict. in d. capit. Imperialem. in principio. numero. 35. poſſe illo vti eius ſucceſſorem, mortuo prædeceſſore. Cuius opinio ſequenda non eſt. Quibus plura adiici poſſent, quę feudiſtæ in d. cap. imperialem, & in aliis locis paſſim tradere ſolent. Sed hæc ſufficiant. Ex eis namque ad alia ſimilia facilè poterit inferri.





*SVMMARIA.*

1 *Bona Maioratus, ſeu fideicommiſſi alienari poſſunt ex cauſa neceſſaria procedente ex facto inſtitutoris.*

2 *Bona Maioratus, ſeu fideicommiſſi alienari poſſunt ex cauſa dotis & donationis propter nuptias danda, vel reſtituenda liberis, & deſcendentibus inſtitutoris. & nu. 3.*

4 *Authentica res quæ. C. communi. de lega. an procedat in omnibus deſcendentibus, an in his tantùm quibus teſtator tempore fideicommiſſi relicti tenebatur, dotem dare.*

5 *Ratio vera decidendi ad Auth. res quæ.*

6 *Frater pro dotanda ſorore, quando poſſit alienare bona fideicommiſſi.*

7 *Alienatio bonorum fideicommiſſi tam pro reſtituenda, quàm pro conſtituenda dote permittitur.*

8 *Bona fideicommiſſi etiam pro alendo ſe, & liberis, & nuru poſſunt alienari, & numero 22.*

9 *Bona Maioratus alienari etiam poſſunt pro redemptione alterius rei Maioratus captæ ab hoſtibus, & num. 22.*

10 *Prohibitio expreſſa alienationis non comprehendit cauſam dotis.*

11 *Prohibitio alienationis etiam ex cauſa dotis facta, vtrum impediat eam in cauſam dotis, & nu. 12.*

13 *Grauamen quodcunque poteſt apponi filio à patre in alius bonis vltra legitimam.*

14 *Prohibitio alienationis etiam ex cauſa dotis facta non impedit eam, quando aduerſus inſtitutorem actio competebat, vel pro reſtituenda, vel pro conſtituenda dote.*

15 *Bona fideicommiſſi, ſeu Maioratus non ſunt alienanda, etiam in caſu permiſſo, quando ex fructibus ſatis fieri poteſt, & quomodo intelligendum.*

16 *Bona fideicommiſſi pro cauſa dotis alienari poſſunt, etiamſi omnia bona ſit neceſſe alienare.*

17 *Fideicommiſſum & materia Authen. res quæ. vtrum poſſint ad Maioratus bona adaptari, & in eis locum habeant, & nu. 18. & 20. & 24.*

19 *Bona Maioratus alienari poſſunt pro dotibus & alimentis ad quæ inſtitutor tenebatur, non obſtante quacunque eius prohibitione.*

21 *Intelligitur & declaratur benè Auth. res quæ.*

23 *Auth. res quæ. an procedat in fideicommiſſo relicto piæ cauſæ.*

25 *Bona Maioratus ſine facultate nullo modo, neque ex vlla cauſa alienari poſſunt,*

26 *Bona Maioratus ſine Regia facultate, neque permutari etiam in vtilitatem Maioratus poſſunt.*

27 *Intelliguntur. l. ita conſtante, & l. mutus. & l. fina. ff. de iure dotium, cum aliis.*

28 *Bona Maioratus an alienari poſſint pro reficiendis alijs bonis ipſius Maioratus.*

## *Quibus ex cauſis etiam abſque Regia facultate bona Maioratus alienari, vel hypothecæ ſubijci poſſint.*

### CAPVT VI.

IN capitibus præcedentibus latiſſimè diſſeruimus, ex quibus cauſis bona Primogenio ſubiecta valeant ex Regia facultate alienari: nunc autẽ tractandum ſupereſt, vtrum id abſque Regia facultate interdum facere liceat: hoc enim erit tertiũ bonorum Maioratus extinctionis genus. Qua in re in primis dicendũ eſt ꝓ ſolutione debitorũ, quæ à primo inſtitutore proceſſerũt, bona Maioratus bonis liberis deficiẽtibus alienari poſſe: quod ſup. lib. 1. c. 10. nu. 2. 3. & 4. tradidimus.
1 Regulare† namq; eſt, vt bona Maioratui, ſeu fideicommiſſo ſubiecta alienari valeant ex cauſa neceſſaria procedente ex facto defuncti. l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de lega. 1. l. cum fidei. cum ſimili. ff. de fideicom. liber. ex quibus iuribus id in terminis de quibus agimus, deducunt Bolog. conſil. 43. colu. 3. verſ. Aut volumus dicere. Socinus conſil. 16. nu. 12. lib. 3. Celſus conſ. 117. nu. 6. & conſi. 55. nu. 9. & alibi ſæpe Scrib. quos in d. c. 10. citauimus.
Similiter etiam† bona Maioratui, ſeu fideicom-
2 miſſo ſubiecta, bonis liberis deficientibus etiam pro dote, ſeu donatione propter nuptias danda, ſeu reſtituenda liberis, ſeu deſcendentibus teſtatoris vendi, ſeu alienari poterunt. Quod probat text. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. l. à filia. ff. eo. tit. tex. in Auth. res quæ. C. communia de lega. & in corpore vnde ſumitur, & vtrobique per Scribent. Circa quorum iurium intellectum aliquantulum immorari oportet, vt ſciamus in primis qualiter intelligenda ſint. Demùm autem quo pacto Hiſpanis Maioratibus adaptari valeant.

¶Vt autem eorum iurium deciſiones interpretemur,† ſciendum eſt, ea iura in his tãtùm qui per lineam rectam ab ipſo teſtatore, qui fideicommiſſum reliquit, deſcendunt, intelligenda eſſe: nec in
3 extraneis, ſeu tranſuerſalibus ab illo procedere, prout opinantur Bald. nume. 20. & Paul. numer. 4. Angel. col. 2. Iaſ. nu. 33. in princ. Curt. num. 18. qui hanc opinionem communem eſſe profitentur. D. Ant. de Padilla, num. 114. in d. Auth. res quę. C. cõmunia de lega. Alex. nu. 10. Loazes. num. 135. in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de lega. 1. qui hanc opinionem communem eſſe profitentur. Petrus de Rauena in ſuo Alphabe. aureo, verbo, alienatio, qui hanc etiam communem opin. eſſe profitetur D. Dida. de Couarru. qui hanc etiam dixit communem opi. eſſe lib. 3. reſoluti. c. 6. num. 10. Anto. Gometius. in l. 40. Tauri. nu. 87. & Panucius de lucro dotis, conclu. 10. num. 76. Baptiſta de Villalobos communium opi. lib. 1. verbo, alienari prohibita, pag. 18. Eáque opi. proculdubiò communis eſt.

4 ¶Circa hæc tamen inſurgit non leuis dubitatio: in qua Scrib.variè,atque inuolutè procedũt:†vtrũ ſcilicet hoc intelligendum ſit de deſcendentibus tantùm,quibus teſtator tempore relicti fideicommiſſi tenebatur dotem , vel donationem propter nuptias aſſignare , etiam vltra legitimam portionem , vel in parente , qui tenebatur ad reſtitutionem dotis,quam filiusfamiliàs eo viuente recepit: non autem in deſcendentibus,quibus hæc ab ipſo teſtatore neceſſariò debita non erant : nam quòd hoc ſolùm in his deſcendentibus, quibus teſtator neceſſariò id præſtare tenebatur,procebat:conſuluit Paul.couſi.80.incipien.quia per ſupraſcriptum eximium conſultorem num.1.& 2.lib.1. vbi inquit tex.in d.Authen.res quæ.procedere ex defectu poteſtatis teſtantis. Cùm enim tempore iniuncti fideicommiſſi ipſe aſtrictus eſſet filiam dotare , vel filio donationem propter nuptias aſſignare,ſeu dotem , quam filius eo viuente recepit , reſtituere: conſequens eſt,vt ſubiiciendo bona fideicommiſſo,non potuerit ſe ab huiuſmodi obligatione eximere ſicut nec ſe ab alia obligatione eximere potuiſſet. l. ſicut.cum ſimilibus. C. de actio. & obligat. qua ratione bona fideicommiſſo ſubiecta cum eodem onere tranſire debent , vt ipſe ibidem ex pluribus probat.Cuius opin.ſequutus fuit Iaſ.in l.filiusfamilias.§. Diui.ff. de lega.1. in lectu. numer.70. idem in d.Authent.res quæ. numer.33. verſi.Decimo tertio limita.col.fin.vbi.D.Anto.de Padilla,num.117. hanc. opi.potiùs eligere videtur: quamuis dicat,iudices non debere recedere à vulgo recepta ſententia:eandem etiam opin.ſequitur Bald. Nouellus de dote.6. parte.q.13. nume.3.Panuncius de lucro dotis.d.concluſione.10.num.77. Ambro.de Opizo.nu.137.& Fernan. Loazes , numer.135. cum pluribus ſequentibus in d.l. filiusfamiliàs.§.Diui.

¶Cæterùm quamuis hęc opinio maximum veritatis ſpecimen præ ſe ferat,cáque admiſſa , omnia illa quæ ab Scriben.in d.Authen.res quæ. & alibi tractantur,ex ea facillimè reſoluerentur:generalitas tamen.d.Authen.& illius ex cuius corpore deſumpta eſt,hanc reſtrictionem admittere non videtur:atque idcircò Scrib. magis communiter illam etiam non admittunt:imò profitentur prædictorum iurium deciſionem in omnibus deſcendẽtibus ab ipſo teſtatore locum habere , ſiue is tempore mortis,dotis,ſeu donationis propter nuptias debitor fuiſſet , ſiue ad id exoluendum aſtrictus non eſſet dummodò eius qualitatis deſcendentes ſint,quòd teſtator ipſe ſi viueret , illis dotem,ſeu donationem propter nuptias conſtituere , vel dotem iam receptam reſtituere teneretur:etſi ex eo, quòd teſtator mortuus eſſet, caſúſque poſt eius
5 mortem contigiſſent, ab hac obligatione bona ab illo relicta libera eſſent.Ex qua deducunt non eſſe rationem decidendi ad dicta iura, poteſtatis defectum:imò†vera ratio decidendi eſt,quòd quanuis teſtator ad id præciſè aſtrictus non eſſet,veriſimile tamen eſt, quòd ſi eo tempore viueret , his neceſſitatibus ſubueniſſet : proindéque ex præſumpta eius voluntate , non autem ex præciſa neceſſitate idipſum eo mortuo fieri debet. Quæ decidendi ratio probabilis videtur , fundamentúmque capit ab eo , quod dixit Iuriſconſultus in l. cùm ſeruus.ff.de condi.& demonſtra. Quam rationem decidendi aſſignauit.Paul.in d.l. mulier.§. cùm proponeretur.ff.ad Trebel.nume.2. eámque communem eſſe aſſerit Socin.in l.Marcellus. §.res quæ.ff.eod.atque illam ſequitur Curt.Iun. poſt alios,in d.Auth.res quæ.num.11.& 12.& ibi.D.Ant. de Padilla.nu.91.qui hanc etiam opinionem communem eſſe profitetur:quorum opinio magis mihi placet:nihil namque nouum circa hæc iura Authenticorum diſpoſuiſſent, ſi ſolùm ad ea, ad quæ teſtator adſtrictus erat , eorum diſpoſitio reſtringenda foret:cùm iam pluribus aliis iuribus diſpoſitum fuiſſet, ex bonis fideicommiſſi ſubiectis debita teſtatoris in primis detrahenda eſſe.

6 ¶Ex quibus infertur, quòd cùm text.in d. Auth. res quę.de ſolis deſcendentibus teſtatoris expreſſè diſponat , non eſt extendendus ad fratrem volentem euertere fideicommiſſum pro dotanda ſorore:niſi frater,& ſoror ex primo teſtatore deſcẽdant:ſicque†intelligenda ſunt ea, quæ communiter Scrib.in d.Authen.dicere ſolent, quòd ſcilicet frater pro dotanda ſorore , bona fideicommiſſo ſubiecta valeat alienare.Idque ſic intellexit,ac declarauit Bart.in d.Authen.res quæ.nu. 4. quem in hoc communiter Scrib.ſequuntur : tametſi Curtius Iun.ibi.nume.18.poſt Corn.ibidem ex generalitate rationis in d.Authent. expreſſè tentauerit illam etiam ad ſororem , quæ ex primo teſtatore non deſcendit,extendere: ſed hoc nullo pacto admitti poteſt propter verbum,liberis , quod in dicta Auth.expreſſum eſt.

7 ¶Sed†& illius Authent.diſpoſitio ad dotis reſtitutionem extendenda eſt : etſi dos mortuo teſtatore recepta fuiſſet:quanuis eiuſdem Authen.litera de ſola dote , & donatione propter nuptias cõſtituendis meminerit:cùm in corpore vnde ſumitur de hoc etiam caſu actum ſit , & in vtroque eadem ratio verſetur.Quod gloſſ.in d.Auth.res quæ verb.*Obligationem*.Bart.nu.2.Iaſ.nu.29. Cur.nu.11. D.Ant.de Padilla.n.47. & communiter Scrib. ſequuntur.Alex.conſi.67.num. 4.lib.4.Deci. conſi. 519.nu.2.Idem conſil.376.nu.1.D.Didacus de Couarru.reſolu.lib.3. cap.6.nu.10. Carolus Ruinus conſil.89.num.41.lib.2. Syluanus conſi.90. nume. 11.Ripa. in l.filiusfamiliàs.§.Diui.n.76. vbi cõmuniter Scrib.id notant. Marcus Mantua conſil. 291. nume.5.Rubeus conſil.78.nume.1. Curtius Iunior conſi.59.nu.2.Gozadi.conſi.97.nu.10.& alibi ſæpe Scribentes.

8 ¶Similiter etiam†diſpoſitio.d. Auth. extendenda eſt,vt liceat grauato fideicommiſſum euertere,pro alendo ſe,& liberis ſuis,quos alere tenetur. Quod in d.Auth.res quæ,Bar.nu.9.Paul.nume.13. Iaſ.nu. 31. & Curtius.nu.30.poſt Iacob. de Aret. Cynum, Io.Fab.Bald.ibidem ſequuntur, hanc opinionem communem eſſe profitentes,reiecta gloſſ.ibi,verbo,*Obligatione* , quæ contrariam opinionem probat,vbi.D.Anto.de Padilla.nu.78.hanc etiam opinionem ſequitur aduerſus glo.ibidem : pluréſque eandem opinionem ſequentes refert , atque illam extendit,vt pro alenda nuru grauati, etiam valeat fideicommiſſum euerti.

9 ¶Præterea †.d. Auth.deciſio ad redemptionem poſſeſſorisMaioratus capti ab hoſtibus extendenda eſt:prout Bart.ibi.nu.10.Paul.nu.13,Iaſ.numer. 32.verſi.Sextò extende opinantur. Quorum opinionem ſequuntur , illam communem eſſe profitentes Corneus ibi.columnn.fina. & Curtius num. 21.Curtius etiam Authen. deciſionem Scrib. ibidem pluribus modis ampliare , atque etiam reſtringere ſolent,vt apud ipſos videri poterit. Quorum dicta hîc non diſcurrimus:quoniam vt inferiùs probabimus , ea non omninò Hiſpanorum Maiora-



Maioratibus conueniunt.

¶Quæ omnia , nedum in re fideicommiſſo ſubiecta,quæ tacitè ſolùm alienari prohibita eſt,procedunt:ſed etiam in illa,quę expreſſè alienari prohibita eſt. Ea† namque generica,atque ſimplex alienationis prohibitio cauſam dotis non compre-
10 hendit.Quod Bart.in d.l.filiusfamilias.§.Diui.ſ.de lega.1.numer.2.primus dixit:cuius opinionem cõmunem eſſe profitetur Iaſ.ibi in rep.num. 66. Ripa.nu.70.Ioan.Crottus.nu.44.Ambro.de Opizo. nu.34.Beroius deciſ.110.nu.5.Roland.Valle.85.nu. 7.D.Didacus de Couarru.reſolu.lib.3. c.6. nu.10. D.Ant.de Padilla poſt cæteros ibidem in d.Auth. res quæ.nu.52.vbi plures idipſum opinantes refert Grego.in l.6.titul.11.part.6.verbo , *Que la non pudieſſe vender*,col.4.cum ſequent.Anto.Gome.in l. 40.Tauri,num.87. qui hanc opinionem communem eſſe profitetur , quamuis contrariam veriorẽ eſſe exiſtimet Tiraquellus de Primoge. quæſt. 61. num.7.Alciatus qui hanc opinionem communem eſſe profitetur, conſil.644.numer.4. & alibi ſæpe Scribent.

¶Cæterùm,quanuis opinio hæc,quòd ſcilicet d. Auth.res quæ.procedat etiam vbi expreſſa alienationis prohibitio in re fideicommiſſo ſubiecta in-
11 teruenit,communis ſit:apud†omnes tamen conuenit hoc intelligendum eſſe,niſi ſpecificè à teſtatore diſpoſitum ſit, quòd bona fideicommiſſi etiam ex cauſa dotis , ſeu donationis propter nuptias alienari non valeant.Ea namque alienationis prohibitio , in qua etiam de cauſa dotis teſtator meminit , præciſè atque ad vnguem obſeruanda erit. Quod dixit glo.ordina. ſic intelligenda in l. nulla. verbo, *Prohibitum eſt*.C. de iure dotium:quam in hunc ſenſum communiter Scriben.ſequuntur , vt profitentur Iaſ.nu.105.Crottus nu.65. in d.l.filiusfamiliàs.§.Diui.vbi Ripa.nume.73.Claudius.num. 22.Ambro.de Opizo.nume.34.idipſum profitentur.Iaſ.in d.Auth.res quæ.num.24.vbi D.Anto.de Padilla.num.116.plura in idem adducit. Io. Lupus in rep.Rub.de dona.inter vir. & vxo.§. 16.numero 8. & iterum numero 14. Roderi. Xuarez in rep.l. quoniam in prioribus.2.limita.ad l.Reg.numer.11. Roland. Valle.d.conſilio 85.num.23. Pariſi. conſil. 52.numer.37.lib.2.idem conſil.63.numero 38. eod. lib.D.Dida.de Couarru.lib.3.varia.reſolu.c. 6.nu. 10.verſicu.Cæterùm.Paul.Tiraquellus de Primoge.q.61.num.9.Anto.Gometius in l.40.Tauri.nu. 87.paulò ante finem ,Greg.in d.l.6.t.11.part.6.ver. *Que la non pudieſſe vender*. col.4.& alibi ſæpe Scri.

¶Hæc autem opinio facillimè admitti ſolet ab his,qui intelligunt dictam Auth.res quæ.pertinere ad alienationem eorum bonorum , quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt in caſibus in illa expreſſis, ex præſumpta , ac veriſimili voluntate teſtantis: quorum opinionem magis communem ac veriorem ſup.iſto cap.nu.5.eſſe monſtrauimus. Hi autẽ qui profitentur.d. Authent. ex poteſtatis teſtantis defectu procedere , præciſè negant obligationem teſtantis ex his verbis excludi poſſe,quę quodammodo eſſe videtur huius ſecundæ opinionis neceſſaria conſequentia: ſed cùm eam opinionem ſuperiùs reiecerimus , non eſt cur de illa in hac parte etiam curandum ſit.

12 ¶Imò†etiam retenta præfata ſecunda opinione, adhuc non poſſet ſimpliciter dici, hanc clauſulam nihil operari.Nam ſi filio,cui hæc conditio appoſita eſt à patre , legitima relicta fuit:nulli dubium eſt, niſi quòd ei hæc conditio , ſeu grauamen va-
13 leat apponi.Quod probatur ex eo,quòd† relicta à parente filiis legitima portione,in aliis eidem permiſſum ſit,quæcunque grauamina ſibi libuerit apponere ex l.27.Tauri,quæ hodie eſt l.11.tit.6.lib.5. in noua.ll.Reg.collectione : quamobrem etiamſi filia velit ex cauſa conſtitutionis dotis bona fideicommiſſo ſubiecta alienare, vel filius ex cauſa donationis propter nuptias in caſu quo pater id facere tenetur,non poterit id vltra legitimam efficere cùm legitima relicta , nullum aliud ius ſibi ex d.l. in bonis parentis ſuperſit.Quod optimè ſic reſoluit atque declarat Loazes in d. l. filiusfamiliàs.§. Diui.num.141.vbi ſic contrarias opiniones conciliat,atque etiam Curtius in d.Auth.res quę nu.36. Io.Lupus in rep.Rub.§.16.num.14.verſi.pater verò.D.Dida.de Couarru.lib.3.reſolu.c.6. nume.10. verſi.Cæterùm Paul.Caſt.vbi ex hac opinione infert,parentem, qui in tertio bonorum ſuorum filio prælegatum,ſeu meliorationem fecit , poſſe filio prædictam conditionem apponere. Quod etiã in Maioratu ex Regia facultate inſtituto , pari ratione dici poterit : dummodò pater filiis alimenta reliquerit, etiamſi illa legitimæ valorem non attingant.Poterit nanque ea cõditione etiam quoad legitimam vti : prout ex Regia facultate poteſt etiam in legitima alia vincula , atque conditiones apponere.

¶Hoc tamen planè in conſtitutione dotis , ſeu donationis propter nuptias procedit , & in dotis reſtitutione,quando dos à filio , mortuo iam parente.recepta fuit, ſed quando dos fuit à filio fa-
14 miliàs viuente patre recepta. Quo†caſu ex eo iam ante Primogenium inſtitutum aduerſus patrem actio competebat,ex deciſ.tex.in d.l.ſi cùm dotẽ. §.tranſgrediamur.ff.ſolu. matrim. certiſſimum eſt exPrimogenij inſtitutione,etiam adiecta clauſula, vt bona ex cauſa dotis alienari non valeant , non poſſe parentem bona ſua ab hac obligatione eximere,etiamſi aliàs filio legitimam integram ſeu alimenta relinquat. Hîc namque non agimus de obligatione filij , ſed parentis, propter quam ex iuribus vulgaribus bona eiuſdem etiam fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt , ſiue filio legitimam integram reliquerit , ſiue non. Quod etiam in dote , ſeu donatione propter nuptias à parente in vita ſua promiſſa , pari ratione dici poterit : ſi in dotis conſtitutione,ex Regia facultate derogatum fuerit deciſioni pragmaticæ.101.latæ in generalibus Comitiis apud Madritium celebratis anno 1534. quæ hodie eſt l.1.titu. 2. lib.5. in noua. ll. Reg.collectione:qua deciſum eſt , non poſſe filiæ vltra legitimam aliquid à parentibus promitti. Hæc namque propria parentis obligatio eſt, à qua non poteſt ſe ex facto ſuo eximere , abſque creditoris volũtate:ídque clariſſimum eſt, tametſi præfati Scriben.ad illud non aduerterint. Semper conſideranda eſt deciſio d. l.1. ad intellectum & interpretationem.d.Auth.res quę.Nimiùm namque ſi benè conſideretur,eius deciſionem reſtringit:cùm vltra legitimam nihil filia poſſit ex bonis parentis patere ad dotis conſtitutionem : quæ lex ad vnguem in forenſibus controuerſiis obſeruatur,niſi Regio reſcripto eidem derogatum fuerit. Quod facillimè impetrari ſolet.

¶Illud autem obliuioni tradendum nõ eſt †,quòd
15 ſi ad ea,quæ d. Authen.res quæ.in continentur:& alia , quæ ad eorum ſimilitudinem ibidem communiter ab Scriben.traduntur , ſufficiant fructus rerum fideicommiſſo ſubiectarum , non debet

ad bonorum fideicommiſſi alienationem procedi.l.mulier.§.cùm proponeretur.ff.ad Trebel. ibi. *Potiùs fructibus hoc expenſum ferendum, quàm fideicõmiſſo.* Per quem text.id notant Rapha. Cuma. ad fin.Paul.n.6.& 7.Alex.n.3.& cæteri Scrib. ibid. Roma.conſi.332.incip. Quatuor ſunt quæ ſita in fine. Quod intelligendum eſt, quando tales fructus extant eo tempore, quo dos,vel donatio propter nuptias conſtituenda,vel reſtituenda eſt: prout opinantur Angel.& Rapha.Cuma in d.§.cùm proponeretur. Quos referunt,& ſequuntur Iaſ.in d. Authen.res quæ.n.33.verſicul.12.limita. & Io. Lupus in rep.Rub.§.14.nu.1.

¶Quòd ſi fructus rerum fideicommiſſi ad id efficiendum non ſufficiant,nec etiam alia bona libera ſuperſint,ex quibus id effici poſſit:tunc ex prædictis cauſis in caſibus,quos præmiſimus, licitum erit bona fideicommiſſo ſubiecta alienare,vt in d.
16 Authent.res quæ expreſſè deciſum eſt†Quod adeo verum eſt,vt ſi ad id neceſſarium ſit omnia bona fideicommiſſo ſubiecta alienare,id effici poſſit. Idque ex generalitate dictæ Authent. deducitur: prout opinantur Bald.ibidem num.4.Paul.nume. 5.D.Ant.de Padilla nu.109.aduerſus Curt.ibidem, numero 40. qui potius contrariam opinionem elegit. Hæc ſunt, quæ iure communi conſiderato,ex deciſ.d.Authen.Scriben.communiter annotare ſolent.

17 ¶Viſis autem his, quæ in fideicommiſſis ſtatuta ſunt,expendendum ſupereſt,†vtrum ea valeant ad Hiſpanorum Primogenia adaptari. Hoc nanque ad inſtitutum noſtrum potius ſpectat: qua in re dicendum videtur, ea omnia in Maioratibus Hiſpanorum procedere: cùm enim bona Maioratus veluti fideicommiſſo ſubiecta cenſeantur, conſequens eſt, vt in illis,d.Auth. diſpoſitio procedat, etiamſi ea bona expreſſè alienari prohibita ſint: cùm ex crebriori Scriben. ſententia in hac etiam ſpecie deciſio d. Authent.res quæ. locum habeat. Quod nedum in caſu dotis, ſeu donationis propter nuptias,ſed in alimentis Maioratus poſſeſſori ac eius liberis præſtandis, ſeu in illo ab hoſtibus redimendo, & in dote pro filia moniali præſtanda, & in omnibus caſibus, ad quos Scribent. d. Authent. extendunt: procedit: niſi contrarium à Maioratus inſtitutore ſpecificè diſpoſitum ſit: ſícque in Hiſpanorum Primogeniis prædictæ Auth. deciſionem procedere, niſi Maioratus inſtitutor contrarium ſpecificè diſpoſuerit, reſoluunt Ioan. Lup.in rep.Rub.de dona.inter virum & vxo. §. 16. num.1.&num.11.cum aliis,vbi latiſſimè proſequitur materiam,applicans quoad omnia deciſionem d.Authen. ad Hiſpanorum primogenia: idipſum etiam fecit Rodericus Xuarez in l. quoniam in prioribus.2.limit.ad l.Regiam.nume.11.Ant. Gometius in l.40.Tauri.nu.86. Greg. Lopez in l.24. titu.9.part.6. in glo.fina.D.Dida. de Couar.lib.3. reſolutio.c.6.nu.10.vbi omnia quæ Scrib. ad bona fideicommiſſo ſubiecta adducere ſolent, ad bona Maioratus applicauit: idem variarum reſolu.lib.2. c.16.num.9.D. Ant.de Padilla in d.Auth. res quæ. nume.53. & iterum numer. 78. quod & ſæpiſſimè Hiſpan.Scrib.efficere ſolent. Qua ratione,vt hæc omnia ab Hiſpanorum Maioratibus excludantur, eorum inſtitutores frequentiſſimè adiicere ſolent, in ipſorum Maioratuum inſtitutione, quòd ea bona etiam ex prædictis cauſis alienari non valeant, qua ſpecifica diſpoſitione ſtante, omnes reſoluunt bona Maioratus ex dictis cauſis nullo pacto alienari poſſe abſque Regia facultate: Regia autem facultate præcedente, id fieri poſſe concedunt,quando ex Regia facultate Primogenium inſtitutum fuit: alias autem non: vt exiſtimat D. Didac.de Couarru.dicto cap.6.lib.3.numero 10.col. penult.& fina.& eſt de mente aliorum Hiſpanorũ Scrib.qui ſemper quoad Regias facultates hac diſtinctione vti ſolent.

18 ¶Cæterùm†etſi præfati Scrib.opinati fuerint,diſpoſitionem dictæ Authent. res quæ.ad Hiſpanorum Primogenia trahi poſſe: Greg.tamen in l.6. tit.11.part.6.in glo.verbo, *Que la non pudieſſe vender*.col.5.& 6.ex pluribus probare contendit, diſpoſitionem dictæ Authen. res quæ. ad Hiſpanorum Primogenia adaptari non poſſe. Ad quod probandum duos caſus conſiderat. Primus, quando agitur de dote conſtituenda fœminæ Maioratum poſſidenti. Secundus, quando agitur de dotandis filiabus Maioratus poſſeſſoris: & in vtroque caſu,inquit,non poſſe ad alienationem bonorum Maioratus perueniri ex cauſis in d. Authen. contentis.

¶In primo autem caſu id probat ex eo, quòd cùm in his Regnis fructus inter virum & vxorem communicandi ſint,nec vxor poſſit de illis abſque licentia viri diſponere, viri non curant, quòd vxor de bonis Maioratus dotetur, ſed tantùm quòd ſit diues: atque ideò in his Regnis in fœmina, quæ Maioratum poſſidet, de diſpoſitione d.Auth.agendum non eſt, cum in illis neceſſaria non ſit. In ſecundo caſu etiam, inquit, prædictam Auth.non poſſe ad Hiſpanorum Primogenia adaptari intelligens d.Authen.procedere ex defectu poteſtatis,ſeu non procedere vbi adeſt prohibitio expreſſa: quas opiniones ſuperiùs reiecimus: & etiam arguens de feudo ad Maioratus: feudum namque non poteſt, vt ipſe, inquit, dari in dotem niſi durante vita poſſeſſoris: quod argumentum ad Maioratus deducit: hæ autem rationes quàm fragiles ſint, ſatis omnibus compertum erit. Quamobrem nõ poteſt ex illis à deciſione d. Authen.recedi, niſi aliæ vrgentiores oſtendantur: eò præſertim, quòd ipſe Gregor. ſolùm conſiderat prædictos caſus,nec conſiderauit caſum reſtitutionis dotis, quando poſſeſſor Maioratus maſculus eſt, nec etiam conſiderauit alios caſus, quos Scribent.in d.Authen. res quæ. conſiderare ſolent.

¶Sed idipſum, quòd ſcilicet d.Auth.res quę.nõ poſſit ad Hiſpanorum Primogenia applicari, dubius tamen dixit D.Didac.de Couarru.d.lib.3.reſolu.c.6.numero 10.fina.verb. probans hoc ea ratione, quòd in Hiſpanorum Primogeniis apponi ſoleat clauſula, quòd bona eiſdem Maioratibus ſubiecta, etiam ex cauſa dotis non alienentur. Quæ clauſula etſi in aliquibus omiſſa fuerit: appoſita tamen cenſenda, atque ſubintelligenda erit, ex Maioratuum natura, atque inſtitutorum conſuetudine: qua ratione, inquit, in Hiſpaniarum Regnis obtentum eſſe, vt nec etiam ex cauſa dotis bona Primogenio ſubiecta alienari valeant.

¶Hæc autem ratio nõ etiam ſtringit,vt ipſemet D.Didac.de Couarr.fatetur. Cùm enim Maioratuum inſtitutores non ſemper eam clauſulam ſuis Maioratibus apponere ſoleant, ſed interdum etiam illam omittant,non eſt cur regulam efficiamus, quòd ſemper apponi ſolita ſit. Vidimus namque plura antiqua Primogenia, in quibus clauſula



clauſula hæc deficiebat: imò etſi in omnibus Maioratibus apponi ſolita eſſet, non poſſemus ex eo, illam ſupplere, ad iuris communis correctionem & ad cauſæ dotis excluſionem: imò potiùs caſus omiſſus in iuris communis diſpoſitione relictus cenſendus eſſet.l.commodiſſimè, cum ſimilib.ff. de lib.& poſthum.Quod ex pluribus iuris regulis facilè deduci poterit.Idque adeò clarum eſt,vt vlteriori comprobatione non egeat.

¶Vt autem in hac re vera reſolutio deinceps habeatur, diſtinguendum eſſe mihi videtur. Nam aut agimus de his dotibus,ſeu alimentis,quę tempore mortis Maioratus inſtitutor ſoluere aſtrictus erat: aut de his, quæ non erat aſtrictus ſoluere eo tempore: quo mortuus fuit: ſed veriſimile eſt,quòd ſi viueret,ea ſoluiſſet: vel etiam certum ſit, quòd ſi viueret,id facere teneretur.

19 ¶In primo caſu†dicendum erit,deficientibus bonis liberis,& fructibus bonorum Maioratus ad id non ſufficientibus, poſſe in hanc cauſam bona ipſius Maioratus alienari. Hæc namque omnia tanquam debita Maioratus inſtitutoris ex ipſis bonis Maioratus extrahenda ſunt: prout Iaſ. in rep.num. 100.&101.& Ambro.de Opizo.n.137.& Loazes.n. 135.& nume. 141. in d.l. filius familias.§.Diui.ff.de lega.1.& Scrib.quos ſupra iſto.c.nu. 2. & 3. citauimus,cenſuerunt.Quod nedum ad dotes,& alimenta filiorum,& filiarum legitimorum,ſed etiam ad dotes filiorum, & filiarum illegitimorum primi inſtitutoris protrahendum erit,ſi ipſi non habeant aliunde vnde ſe dotare, vel alere poſſint. Hoc namque debitum ipſius Maioratus inſtitutoris eſt, atque ad eius hæredes pertranſit, vt ſuprà lib.2.capit.15.numero 42. cum ſeq. latiùs oſtenſum eſt. Quibus caſibus applicari valent omnia ea,quæ ex d. Auth.res quæ.ſuperiùs deduximus: adeò, vt nec ab hac obligatione Maioratus poſſeſſor eximi poſſit, ex clauſula appoſita in Maioratu, quòd bona eiuſdem Maioratus etiam ex cauſa dotis, vel alimentorum alienari non valeant, intelligendo prout ſuperiùs illud intelleximus.

¶In ſecundo caſu,quando ſcilicet ad id Maioratus inſtitutor tẽpore mortis non tenebatur: quanuis articulus ſatis dubius eſſe videatur, atque Hiſpani Scribent.illum nimis æquiuocè tractauerint:
20 mihi†autem id exactiùs conſideranti, dicendum videtur,proculdubiò diſpoſitionem d.Authẽt.res quæ.non poſſe ad Hiſpanorum Maioratus adaptari: quod probatur ſolidiſſima ratione,ad quam mi
21 ror hucuſque non fuiſſe animaduerſum.†Certum namque eſt,quòd d.Authen. res quæ. loquitur in his tantùm fideicommiſſis, in quibus non fauor publicus,ſed ſola priuata vtilitas verſatur: qua ratione permittit, vt bona fideicommiſſi ex cauſa dotis, ſeu donationis propter nuptias alienentur, ne priuata vtilitas publicæ vtilitati, quæ verſatur in dotis, ſeu donationis propter nuptias aſſignatione præferatur: quod tex.in d.Authen.ſatis apertè indicat,dum in eo dicitur. *Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.* Cùm igitur d. Authent.in his tantùm fideicommiſſis loquatur,in quibus priuata tantùm vtilitas verſatur: conſequens eſt,vt ad Hiſpanorum Primogenia trahi non valeat, cùm in illis non fauor priuatorum, ſed publicus verſetur,vt ſup.lib.1.c.18.n.1.latiſſimè oſtendimus. Imò in caſu de quo agimus, cùm concurrat dotis priuilegium, cum Maioratus conſeruatione,& in vtroque publica vtilitas verſetur,confunduntur priuilegia, vel attendendum eſt ſolum priuilegium Maioratus,in quo de damno vitando, non autem de lucro captando tractatur: prout ſup.iſto lib. cap.3.numero 4.oſtenſum eſt: ſicque ſemper vidimus in forenſibus controuerſiis deciſum d. Authent.res quæ.in Hiſpanorum Maioratibus non admitti.

22 ¶Quibus†non obſtat illud,quod ex d.Auth. deducunt Scrib. dicentes eius deciſionem procedere in alimentis hæredi grauato, ſeu eius liberis præſtandis: & in eorum redemptione, ſi captiui ſint, & aliis ſimilibus, prout ſupra iſto cap.numero 9. oſtendimus: quæ omnia non publicam, ſed priuatam cauſam continent. Nam vel ea vera non ſunt, cùm in hac parte Scrib.d.Auth. quæ in fauore publico fundatur, ad ea, quæ ſolum fauorem priuatum concernunt, extendant: vel etiamſi vera ſint, noſtræ opin.non obſtant: cùm in illa cauſa fideicommiſſi publica ſit: ea autem, de qua in d. Auth. agebatur,priuata.vt ex eo tex. manifeſtè comprehenditur: ex eiſdemque conſequitur in fideicommiſſis perpetuò familiæ relictis dictam Auth.non procedere, cùm in illis etiam fauor publicus verſetur.

23 ¶Nec etiam obſtat,†ſi dicatur tex.in d.Auth. res quæ.procedere, etiam ſi Eccleſiæ, vel cauſæ piæ fideicommiſſum relictum ſit: prout cenſuerunt ibi Bald.n.5.Iaſ.n.32.verſicul. Duodecimò extende Curtius.n.37.D.Anto.de Padilla.num.110. Roma. conſ. 267. incipi.Circa id, quod quæritur ex quo videtur dicendum quòd d.Authen.deciſ.procedat etiam,vbi fideicommiſſum vtilitatem publicam cõtinet: cùm in Eccleſiis & piis cauſis ius etiam publicum verſetur.l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iur.ibi. *Publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, & in magiſtratibus, conſiſtit.*

24 ¶Ad hoc†namque reſpondetur dupliciter. Primò, quòd ea opinio ſit præciſè contra text. in d Auth.res quæ. quæ loquitur apertè quando fideicommiſſum in vtilitatem priuatæ perſonæ,non autem Reipublicæ relictùm eſt, atque idcircò ſequenda non ſit,eò maximè, quòd nullus eorum, qui eam opi.ſequuti fuerunt, illam examinauerit, nec hanc difficultatem conſiderauerit, dempto Curtio,qui eam conſiderans,nec ad illam reſponſum inueniens, nihilominùs opinioni Bald. Iaſ. atque Romani ceſſit. Quamobrem opi. eorum non tanti æſtimanda eſt, vt ex illa à verbis tam apertis d.Authent.recedendum ſit. Secundò, quòd eorum opi.procedat,quando fideicommiſſum factum Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, potiùs priuatam cauſam,quàm publicam continet: veluti cùm factum fuit pro ſepulchro, vel capella priuata conſtituenda, vel pro anniuerſario particulari quotannis dicendo, vel ex alia ſimili cauſa. In quibus cauſis non tam de iure publico, quàm de priuato commodo agitur: ſecùs autem ſi fideicommiſſum factum fuiſſet pro conſtituenda Eccleſia parochiali,vbi Eccleſia non erat,vel pro eadem amplianda, vbi adeò ſtricta erat, vt populus nullo pacto in illa diuina officia audire poſſet, vel ad aliud ſimile, quod publicam vtilitatem contineret. Tunc namque nullo pacto in eo fideicommiſſo poſſet deciſ.d.Authen.quæ in concurſu publicæ vtilitatis cum priuata fundatur, procedere. Idque adeò clarè ex verbis d. Authent. compre-

henditur,vt non egeat vlteriori comprobatione.

25 ¶Ex quibus infertur, † Hiſpanorum Primogenia, nec ex cauſa conſtitutionis, nec reſtitutionis dotis tam matrimonij carnalis, quàm ſpiritualis, ſeu donationis propter nuptias, nec pro alendo ipſo Maioratus poſſeſſore, nec eius liberis, nec pro illis ab hoſtibus redimendis, nec ex alia cauſa ex his,quas DD.in d.Auth.res quæ. adducere ſolent alienari poſſe abſque Regia facultate, niſi ad id efficiendum Maioratus inſtitutor aſtrictus eſſet. Eadémque ratione Regias facultates ad id efficiendum raró, & non niſi ex magna cauſa concedendas eſſe:cùm Maioratuum inſtitutorum volũtati aduerſentur:quos veriſimile eſt potiùs ipſorũ Maioratuum conſeruationi,quàm poſſeſſorum neceſſitatibus conſulere voluiſſe: quòd ſi ex aliqua cauſa concedendæ ſint,illud præſertim curandum eſt,ne ex illis ad bonorum Maioratus alienationẽ peruenirí valeat: prout ſup.iſto lib. c.2. latiùs tradidimus.

26 ¶Sed dubitari ſolet,vtrum†res Maioratus abſq; Regia facultate valeant permutari: cùm aliis rebus ipſi Maioratui vtilioribus,vel vendi,vt ex prætió alia bona longè vtiliora ſubrogentur. Regia namque facultate interueniente id fieri poſſe ſup. iſto lib.c.4.n.1.cum ſeq. ſatis apertè oſtenſum eſt. Qua in re dicendum eſt, proculdubiò id abſque Regia facultate fieri non poſſe: cùm enim preciſa voluntas Maioratus inſtitutoris fuerit, vt ea bona perpetuò in ſua familia conſeruentur,non eſt permittendum poſſeſſori,vt etiam ad maiorem ipſius Maioratus vtilitatem illa poſſit aduerſus inſtitutoris voluntatem alienare: nec id eius facultati tribuendum eſt, ſed potiùs Principi remittendum, qui ſolus ex cauſa poteſt teſtantium voluntates alterare,vt ibidem oſtenſum eſt.

27 ¶Nec†obſtant tex.in l.ita cõſtante.ff.de iure doti. & in l.mutus.& in l.ſi.ff.eod.& in l.quamuis.ff.ſolut.matri.& in c.vt ſup.§.poſſeſſiones. de reb. Eccleſ.non alianan.& in l.mutum.ff.de acquir.hær.& alia iura & rationes,quæ ibidem citauimus, probantes bona alienari prohibita poſſe in cauſam vtiliorem permutari, vel alienari. Ea námque iura intelligenda ſunt, quando alienationis prohibitio ſolùm fauore ipſius permutantis, ſeu alienantis emanauit: ſecus autem quando in fauorem ipſius & aliorum:tunc namque id etiam in cauſam vtiliorem effici non poterit: niſi conſentientibus illis,in quorum fauorẽ id introductum eſt. Quod ſic diſtinguunt ac reſoluunt Cep.in l.2.nu.29.C.de vſucap.proempto Capy.deciſ.108.num.16. Claud. in d.l.filius familiàs.§.Diui.n.9.Fran. Marza.in Epito.fideicom.q.39.

28 ¶Sed † ſi Maioratus poſſeſſor pro reficiendis rebus Maioratus, quæ alioqui deperirent,bona Maioratus hypothecæ ſubiecerit, valida erit hypotheca, atque ex ea ſequi poterit bonorum alienatio, etſi in id Regia facultas non interuenerit,dummodò ædificium eius qualitatis eſſet, vt ad Maioratus poſſeſſorem eius conſtructio ſpectaret, ipſúmque ædificium neceſſarium ſit: pecuniáque in eam cauſam mutuata fuerit, & in idipſum impenſa: prout ſup.lib.1. capi.10. numer.23.tradidimus: quod etiam in quacunque alia cauſa neceſſaria, ſi præter eas quas diximus,alia conſiderari poſſit, dicendum eſt. Prohibitus namque alienare, ex cauſa neceſſaria alienare poteſt vt ibidem oſtendimus,atque ex pluribus probat Tiraquellus de Retract.*Lignagier*.§.1.gl.14.nu.14.15.& 16.vbi optimè declarat quæ dicatur cauſa neceſſaria ad hoc,vt bona alienari prohibita alienari valeant. Et autem omnia intelligenda ſunt, quando nec ex bonis liberis inſtitutoris, nec ex fructibus rerum Maioratus id effici poteſt:prout ſup.iſto.c.nu.15. oſtendimus.

¶Vltra caſus tamen in quibus hoc in capite diximus bona Maioratus alienari,ſeu hypothecę ſubiici poſſe abſque Regia facultate, nullus alius mihi occurrit, in quo id effici valeat. In his autem, in quibus id conceſſimus,ſummo adhibito temperamentum procedendum erit.

*SVMMARIA.*


1 *Facultas Regia alienandi bona Maioratus intelligitur deficientibus bonis liberis,etiam ſi in ea non dicatur,& num.4.& 5.*

2 *Bona reſtitutioni ſubiecta quando alienari permittuntur,debet fieri deficientibus bonis liberis.*

3 *Clauſulæ ſolitæ apponi,de ſtylo Curiæ cenſentur appoſitæ.*

6 *Alienatio,ſeu obligatio bonorum Maioratus,non præcedente bonorum liberorum obligatione,ſeu alienatione:vtrum in totum nulla ſit,vel vſque ad valorem bonorum liberorum.*

7 *Clauſula,bonis liberis deficientibus,in facultate expreſſa non reddit eam conditionalem.*

8 Bo*na libera deficere quando verificandum ſit,an tempore obligationis,vel exactionis,& nu.*19.

9 *Creditor an teneatur fideiuſſorem excutere,priuſquam ad bona Maioratus ſibi obligata deueniat,& numero.*12.

10 *Bona Maioratus non magis grauantur,quòd creditor ex eis debitum exigat,quam ex fideiuſſorib.*

11 *Beneficium cedendarum actionum datur fideiuſſori etiam ad bona Maioratus.*

13 *Alienatio bonorum Maioratus an retractetur bonis liberis ſuperuenientibus.*

14 *Dos vxori propter inopiam viri reſtituta,non redditur viro,licet fiat poſtea diues.*

15 *Quarta vxori aſſignata ex Auth.præterea.C.vnde vir & vxor non ei aufertur,licet fiat diues.*

16 *Alienans rem Maioratus cum facultate,an teneatur ipſe, vel eius ſucceſſor bonis liberis ſuperuenientibus,aliam æquiualentem ſubrogare.*

17 *Creditor an poſſit bona Maioratus ſibi ex facultate obligata exigere, ſtantibus aliis bonis liberis. quæ tamen alius creditoribus obligata ſunt,& nu.*20.*&* 29.


18 *Creditor*




18 *Creditor non eſt compellendus exercere ius hypothecæ in certo pignore, ſed liberum ſibi eſt in quòd voluerit.*

21 *Creditor ſpecialem & generalem hypothecam habens, creditoribus aliis inſtantibus tenetur priùs ex bonis ſpecialiter obligatis exigere.*

22 *Creditor ad inſtantiam tertij poſſeſſoris qui non ſit creditor,non tenetur ſpecialem hypothecam perſequi,relicta generali.*

23 *Declaratur latiſſimè l.2.C.de pignoribus,& nu.*25.*&* 26.*&* 28.

24 *Venditio immobilium non niſi in defectum mobilium fieri debet.*

27 *Creditor generalem hypothecam habens, non poteſt compelli à ſecundo creditore vt eam exerceat aliquibus bonis in ſua hypotheca non comprehenſis.*

30 *Generalia duo quando concurrunt,illud quod eſt minus generale,habetur loco ſpeciei.*

31 *Excuſſionem non tenetur creditor facere in bonis litigioſis.*

32 *Probatio quod bona libera deficiant vt ad bonorum Maioratus exactionem deueniatur, an creditori incumbat,an verò Maioratus poſſeſſor debeat probare bona libera extare,& num.*34. *&* 36.

33 *Facta non præſumuntur,niſi probentur.*

35 *Intelligitur l.fin.§.licentia.C.de iur.delibe.*

37 *Excuſſio cum citatione poſſeſſoris Maioratus,& ſententia declaratoria, an requirantur ad ſciendũ an ſint bona libera,an verò ſufficiat,pendente iudicio id probari,& nu.*38.

39 *Excuſſio contra principalem fieri poteſt,pendente indicio contra tertium poſſeſſorem.*


## *Bona Maioratus in caſu permiſſo,etiam ex Regia facultate non niſi bonis liberis deficientibus alienari poſſe.*

### CAPVT SEPTIMVM.

IN Regiis facultatibus quæ ad bona Maioratus alienanda,ſeu hypothecæ ſubiicienda conceduntur, frequẽter adiici ſolet clauſula, ꝙ ſcilicet priùs obligentur bona libera,& eis deficiẽtibus bona Maioratus:vel quòd obligatio, vel alienatio fieri valeat bonis liberis deficientibus: quæ clauſula etiam in aliquibus facultatibus omitti ſolet,ſeu de illa dubitatur quoties ex aliqua cauſa neceſſaria bona Maioratus alienanda ſunt,ſuper eiuſdémque clauſulæ expreſſæ vel ſubintellectę intellectu,plura ſatis difficilia in forenſibus controuerſiis tractari ſolent. Quamobrem vt materia iſta in poſterum facillime percipiatur operæ prætium duximus,ſequentes quæſtiones præponere, vt ex illarum deciſione eius reſolutio comprehendatur.

1 In primis autem ſciendum eſt, † quòd etiamſi facultates ad bona Primogenij alienanda ſeu hypothecæ ſubiicienda ſimpliciter concedantur, & in eis non apponatur clauſula, quæ in eiſdem apponi ſolita eſt,quòd ſcilicet poſſint alienari, vel hypothecæ ſubiici in defectu bonorum liberorum ea clauſula in facultatibus ſemper ſubintelligenda eſt ita vt alienatio,ſeu hypotheca non niſi deficientibus bonis liberis,fieri poſſit. Quod probatur ex tex.in l.pater filium.in princi.ff.de leg.3.vbi diſpo-
2 nitur,quòd†quando bona reſtitutioni ſubiecta ex aliqua cauſa alienari poſſunt,id intelligendum eſt, ſi bona libera non ſuperſint, non aliàs. Non enim poteſt ad bonorum fideicommiſſi alienationem deueniri, niſi bonis liberis deficientibus.Idipſum probatur ex text.in Auth.res quæ. C.communia.de lega.ibi. *Sed ſi liberis portio legitima non ſufficit.*vbi communiter Scribent.id notant. Quibus adiicienda ſunt ea,quæ ſup.lib.1.c.10.nu.4. latiùs adduximus. Quæ omnia comprobantur ex eo,quod dixit Anto.Rube.conſi.124. num.3. cum ſeq. vbi eleganter inquit, quòd ſi relinquens fideicommiſſum iubeat filias,vel neptes ſuas de bonis fideicommiſſi dotari intelligendum eſt: niſi ex bonis liberis dotari valeant. Quem ſequuntur Carolus.Ruin.conſil.138.num.11.lib.2.Grattus conſi.17.numero 21.lib.1.Cephalus conſilio 10.nu. 19. & 43. Franciſ Marz. in Epito. fideicommiſ. 2. part.q.48.Celſus conſi.117.numero 5. Socin. Iuni. conſilio 28.numero 4. lib.2. Loazes qui plura refert in rep.l.filiusfamilias.§.Diui.num.83.ff.de leg. 1. Quod in Regiis facultatibus potiori ratione dici poterit: ſufficit namque quòd Regia facultas hoc operetur, vt ſcilicet bona Maioratus in caſum aliàs non permiſſum alienari valeant, abſque eo, quòd operetur aliud ſpeciale, vt ſcilicet exiſtentibus bonis liberis alienari poſſint. Regia namque facultas poſtquàm aliquid operata fuit, illicò reſtringenda erit, vt ius commune minùs lędat,quàm ſit poſſibile:prout ſup.lib.2.c.10.num. 77.annotauimus. Et cùm in Regiis facultatibus clauſula hæc apponi ſolita ſit, etiamſi omiſſa fue-
3 rit,appoſita eſſe cenſenda eſt. Clauſulæ †namque ſolitæ apponi de ſtylo curiæ, cenſentur appoſitæ, licet fuerint omiſſæ.l.fina.C.de fideiuſſoribus tex. in c.cum.M.Ferrarienſis.de conſti. Quod ſummè notandum erit: vidimus namque pluries in facultatum impetrationem maximo conatu contendi, vt in eis hæc clauſula non apponatur:eiúſque omiſſio adeò æſtimari ſolet.vt ſi ea clauſula in Regia facultate appoſita ſit, nullus qui eius virtute annuos redditus ſuper bonis Maioratus emat, inuenietur:ſi verò non apponatur,facile id omnes efficient.

¶Cæterùm cùm quæſtio hæc ſemel accidiſſet.vidimus eam ſatis controuerſam eſſe:nam quamuis iure communi conſiderato,illud quod paulò antè ex d.l.pater filium.deduximus,inficiari non valeat: conſiderato tamen diuerſo Regiarum facultatum ſtylo, dubium eſſe videtur: vtrum quando clauſula illa defecerit, ex iuris communis diſpoſitione ſupplenda, vel pro non appoſita habenda ſit:ſiquidem facultates Regiæ dupliciter expediri ſolent: vel adiecta clauſula, quòd bona Maioratus deficientibus bonis liberis & non aliàs obligari

valeant,

valeant, vel ſimpliciter hac clauſula non adiecta, ex quo facultatum expediendarum ſtylo reſultat, quòd quando id exprimitur, forma facultatis obſeruari debeat: quando autem omittitur, pro omiſſo habendum ſit. Quando enim Princeps id obſeruari vult, id exprimere ſolet: & ſi in caſu de quo agimus, illud voluiſſet, expreſſiſſet. Quę cõſideratio ex eo fortior redditur, quòd non caſu, ſed ex propoſito, & ad hunc effectum, vt non teneatur creditor examinare vtrum ad ſint bona libera, vel non, clauſula hæc omitti ſolita ſit.

5 ¶His tamen non obſtantibus, † contrarium dicendum eſt. Cùm enim ex iuris diſpoſitione non poſſit deueniri ad bonorum Maioratus alienationem, vel hypothecam, niſi bonis liberis deficientibus: ad horum iurium derogationem, non videtur ſufficere dictæ clauſulæ omiſſio: ſed clauſula non obſtante, vel aliud æquipollens neceſſarium eſt. l. quidam conſulebant. vbi communiter Scrib. id notãt. ff. de re iudica. l. Idem Vlpianus. in fine. ff. de excu. tuto. Non enim prædictæ clauſulæ omiſſio vllo pacto poterit clauſulæ non obſtante, ęquiualens eſſe. Ideóque potiùs caſus omiſſus in iuris communis diſpoſitione relictus cenſendus erit. Nec debemus ex iis coniecturis iuris communis correctionem inducere.

¶Ex quibus infertur, quòd vbi Maioratus poſſeſſor, qui huius facultatis virtute bona Maioratus obligauit, vel alienauit, eo tempore bona libera habebat: poterit filius eius primogenitus tempore mortis eiuſdem alienationem reuocare, eo modo quo ſtatim dicemus. Ideóque cauti debent eſſe creditores, vt deinceps non ex ſola dictæ clauſulæ omiſſione ſibi perpetuam ſecuritatem permittant: ſed id aliis clauſulis apertiſſimis ſecuriùs efficiant, vel ſemper ſimul cum bonorum Maioratus obligatione bona etiam libera obligari faciant. Ex hoc namque futurum erit, vt ſi à bonis Maioratus excludantur, ad bona libera recurſum habeant: quod cæteris etiam filiis, qui in Primogenio non ſuccedunt grauiſſimum eſſe ſolet.

6 Circa hæc autem controuerti ſolitum eſt: † vtrum ſi virtute Regiæ facultatis obligatio bonorum Maioratus fiat, non præcedente bonorum liberorum obligatione, ipſa bonorum Maioratus obligatio, ſeu alienatio ſimpliciter & abſolutè nulla ſit: an autem annulletur ſolùm vſque ad valorem bonorũ liberorum: quoad reſiduum verò valida ſit. In qua quæſtione prima facie dicendum videtur obligationem in totum nullam eſſe, quaſi factam non obſeruata forma facultatis: tex. in c. cùm dilecta. cum ſimilibus de reſcript. præſertim cùm hæc ſit conditio quæ in ſpecifica forma implenda eſt. l. qui hæredi. & l. Mæuius. cum ſimili. ff. de condi. & demonſt.

¶Sed verius eſt, bonorum Maioratus hypothecam, ſeu alienationem ſolùm vſque ad valorem bonorum liberorum vitiari: in reſiduo autem validam eſſe, ex his quæ ſup. lib. 2. c. 13. nume. 26. cum ſequen. adduximus, probantes, quòd ſi facultas concedatur ad inſtituendum Primogenium, dummodò alimenta filiis relinquantur, & Primogeniũ abſque aſſignatione alimentorum inſtitutum fuerit, non ſit nullum pronuntiandum, ſed aſſignatis alimentis ſuſtinendum: quæ omnia in hac parte repetita cenſenda erunt. Qua in re, animaduertendum eſt, eandem rationem in caſu, de quo nunc agimus, & in illo militare: ſicut enim ibi conditio alimentorum tacitè à iure ſubintelligitur, qua propter quanuis expreſſa fuerit, non reddit actum conditionalem, vt ibi. n. 31. probabimus: ita etiam in caſu de quo agimus, conditio iſta ſcilicet bonis liberis deficientibus à iure ſubintelligitur, vt ſup. iſto. c. numero 1. & 2. oſtenſum eſt.
7 Quamobrem † eius expreſſio non efficit Regiam facultatem conditionalem, nec conditio tacita ac ſubintellecta à iure ſufficiens erit ad hoc, vt operetur actus contrarij nullitatem, vt d. c. 13. num. 32. oſtenſum eſt. Quæ opinio mihi æquior, atque probabilior videtur: niſi alienatio eius qualitatis ſit, vt pro parte valere non poſſit. Tunc namque in totum vitiabitur, ex his quæ ſup. lib. 1. c. 21. n. 28. latiùs annotauimus.

8 ¶Similiter etiam † controuerti ſolet in facultatibus, quæ ad bona Maioratus hypothecanda, vel obliganda, deficientibus bonis liberis conceduntur: quo tempore verificanda ſit hæc conditio, tẽpore ſcilicet contractæ obligationis, an executionis eiuſdem. In qua quæſtione quam pluries controuerſiam vidimus, dicendum eſt, quòd vtroque tempore tam contractæ obligationis, quàm executionis eiuſdem, clauſula hæc verificanda ſit: adeò, vt nec valeat obligatio bonorum Maioratus facta à principio bonis liberis exiſtentibus: ſi bona libera priùs obligata non fuerint: nec etiam poſſit ex poſtfacto fieri executio in bonis Maioratus, ſi bona libera tempore executionis extent, etiamſi à principio defecerint. Cùm enim regula ſit, quòd non poſſit perueniri ad alienationem, vel hypothecam bonorum Maioratus bonis liberis exiſtentibus, vt ſuperiùs oſtendimus: conſequens eſt, vt verba facultatis, ſecundùm iuris diſpoſitionem interpretanda ſint. l. ex facto. cum ſimilibus. ff. de vulga. Quod opinatur Paul. conſil. 15. incipi. circa ea, quæ pleniſſimè. numer. 2. lib. 1. vbi inquit, quòd quanuis tempore dotis receptæ quis habeat bona libera, non excluditur obligatio bonorum fideicommiſſi, ſi illa non habebat tempore reſtitutionis: imò nihilominùs bona fideicommiſſo ſubiecta poterunt pro dote, deficientibus eo tempore bonis liberis, alienari: quod etiam dixit idem Paul. conſi. 80. incipi. Quia per ſupraſcriptum. numer. 2. eod. lib. Idem Paul. in Auth. res quæ. C. communia de lega. nume. 11. Quem refert & ſequitur Deci. conſi. 519. numer. 6. Qualiter autem hoc intelligendum ſit, infra iſto. c. numero 19. dicemus.

9 ¶Prætereà illud etiam controuerti ſolitum eſt: vtrum † ſcilicet, quando is, qui bona Maioratus, deficientibus bonis liberis, ex Regia facultate alienauit, vltra bonorum Maioratus obligationem fideiuſſores præſtitit, poſſit creditor deficientibus bonis liberis, ad bonorem Maioratus alienationem deuenire. an teneatur priùs ex ipſis, fideiuſſoribus & in defectum eorum ex bonis Maioratus debitum exigere. In qua quæſtione duo caſus conſiderandi ſunt. Primus, quando fideiuſſores beneficio excuſſionis renuntiarunt. Secundus autem quando eam renuntiationem non fecerunt. In primo caſu dicendum erit, hoc ex creditoris arbitrio pendere. Poterit namque creditor ipſe debitum, ſiue à fideiuſſoribus, ſiue ex bonis Maioratus exigere. Quando enim bona Maioratui, vel fideicommiſſo ſubiecta ex aliqua cauſa alienari valent, conſtat id effici poſſe: etiamſi fideiuſſor pro ea obligatione interceſſerit. Poterit namque creditor, ſi ſibi libuerit, relictis fideiuſſoribus ad bonorum fideicommiſſi alienationem deuenire.

Quod



Quod opinatur Paul. in d. conſil. 15. numero 2. cum ſeq. lib. 1. vbi inquit prouiſionem Authen. res quæ. C. communia de lega. non ceſſare: etſi mulier ad maiorem cautelam & ſecuritatem ſibi prouiderit de fideiuſſoribus. Idque etiam repetit d. conſi. 81. numer. 5 lib. 1. Cuius opi. ſequuntur Iaſ. numer. 32. Curti. Iun. nume. 39. D. Anto. de Padilla nu. 49. in d. Authen. res quę. Qui vltimus hanc opi. pluribus rationibus defendit.

10 ¶Sed hæc opi. vltra omnes Scrib. alia efficaciori ratione defendi poterit. Conſtat namque † bona Maioratus non ampliùs grauari ex eo, quòd creditor ex eiſdem debitum exigat, vel ex fideiuſſoribus. Cùm enim fideiuſſores habeant beneficium cedendarum actionum, certiſſimum eſt, quòd omne illud, quod pro poſſeſſore Maioratus ſoluerint, ex rebus eiuſdem Maioratus recuperare debent: cùm ex ceſſionis beneficio locum priorum creditorum obtineant: nec ex fideiuſſorum ſolutione actio primæua extincta fuerit. l. Modeſtinus. ff. de ſolutio. l. Papinianus. cum ſimilibus. ff.
11 manda. Quod † cedendarum remedium nullo iure poterit eis in bonis Maioratus iam ex Regia facultate liberis ad hoc effectis denegari: ideóque non mirum, ſi poſſit creditor, ſiue ad fideiuſſores ſiue ad bona Maioratus ex voluntatis arbitrio recurrere. Idque ſentire viſus fuit Paul. d. conſil. 81. nume. 5. ibi. Item, quia fortè non fideiuſſiſſet, niſi ſub ſpe ceſſionis fiendæ. & in d. conſilio 15. numero 4.

12 ¶In ſecundo caſu, † quando ſcilicet fideiuſſores non renuntiarunt beneficio excuſſionis, conſtat non poſſe ad illos perueniri, niſi priùs bona Maioratus excuſſa fuerint: ſi ea apud Maioratus poſſeſſorem, vel eius hæredem inueniantur. Non enim deueniri poteſt ad fideiuſſores, niſi priùs pignora, quæ apud principalem debitorem ſunt, excuſſa fuerint: text. in Auth. hoc ſi debitor. cum ſimili. C. de pigno.

13 ¶Vlteriùs etiam circa hæc controuerti ſolitum eſt: vtrum † re Maioratus ex Regia facultate (deficientibus tempore alienationis bonis liberis) alienata, poſſit eius alienatio retractari bonis liberis ex poſt facto ſuperuenientibus. Qua in re prima facie dicendum videtur, quòd ſic: quod probatur ex eo quod dixit Soci. conſi. 164. num. 10. lib. 2. referens Innoc. in c. quia plerique. de immu. Eccle. vbi inquit, quòd ſi Princeps ſubſiſtente iuſta cauſa, abſtulerit alicui rem ſuam, ſi poſteà cauſa ceſſet, debet eidem res ablata reſtitui. Quorum dicta ſequuntur Matthæus de Afflict. deciſ. 361. nu. 29. Boerius deciſ. 38. nu. 7. Tiraquel. de ceſſan. cauſa 1. par. nu. 20. Anto. Gabriel communium opi. lib. 3. de iure quæſi. non tollen. conclu. 4.

¶Sed verius eſt alienationem rerum Maioratus ſemel iuſtè factam non eſſe reuocandum, etſi bona libera ab alienante acquiſita fuerint. Hæc namque alienatio perfecta, atque conſummata fuit à principio, ideóque ex defectu cauſæ retractari non debet: cùm regula iuris ſit, quòd factum legitimè non retractatur, etſi deueniat ad caſum, à quo incipere non potuit: regu. factum legitimè. de reg. iur. lib. 6. Quod in actu ſemel perfecto, & conſummato verum eſt: ſicque iura contraria conciliari ſolent. l. fina. in prin. ff. vnde libe. l. qui res. §. aream. cum ſimilibus. ff. de ſolutio. Tiraquellus qui plura refert, de ceſſan. cauſ. limita. 12. numer. 1. cum ſequentibus. Quod in terminis de quibus agimus, dixit gloſ. communiter ſequuta ab Scribentib. in d, Auth. res quæ. C. communia. de lega. verbo, *Obligationem*, quæ ſing. inquit, quòd ſi dos pro qua aſſignanda alienata fuerunt bona fideicommiſſi, reſtituta fuerit ante fideicommiſſi reſtitutionem, non veniet ipſa dos in reſtitutionem fideicommiſſi, à quo ſemel detracta fuit: vbi videndus eſt Paul. nu. 5. Idipſum etiam comprobatur ex eo, quod dixit gloſ. communiter etiam approbata in l. vbi adhuc. verbo, *Abutatur*. C. de iur dot.
14 quòd † ſcilicet ſi vxori ſit dos propter inopiam viri reſtituta, non erit reddenda viro, etiamſi ex poſt facto diues efficiatur. Quibus adiiciendum eſt, quod dixit Decius in Auth. prætereà. nume. 23. C.
15 vnde vir & vxor. vbi eleganter dixit, † quod ſi vxori. quarta de qua in d. Auth. ſemel ob paupertatem aſſignata fuit, non eſt ſibi auferenda, etiamſi ex poſt facto diues efficiatur. Quod etiam repetit idem Deci. conſi. 24. num. 2. cum ſequen. Idque etiam ſequutus fuit Tiraquel. de ceſſante cauſ. limita. 4. nu. 2. Quibus adiicitur, quòd res ſemel effecta alienabilis, perpetuò durat alienabilis. l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. Ex quibus & aliis quæ in id adduci poſſent, hæc opinio probabilis efficitur, non obſtantibus his, quæ in hypotheca & obligatione bonorum Maioratus ſuperiùs diximus: ea namque vſque ad executionẽ effectum conſummatum non obtinent, nec poteſt ad bonorum Maioratus executionem, ſeu alienationem deueniri, niſi bonis liberis deficiẽtibus. Ideóque non mirum ſi quamuis tempore obligationis bona libera non extent: id non ſufficiat, ſi tempore executionis inueniantur. Quod ſecus dicendum erit, quando iam res Maioratus ſemel, atque perfectè alienata fuit. Quibus rationibus id in hac ſpecie Maioratus ſic reſoluit Grego. Lopius in l. 10. titul. 26. part. 4. verbo, *Vendiendo*. columm. 5. & iterum in l. 6. titu. 11. part. 6. in gl. verb. *Que la non pudieſſe vender*. col. 7. verſi. Quid autem ſi Rex.

16 ¶Cæterùm circa hoc dubitari ſolet: vtrũ † ſaltim teneantur Maioratus poſſeſſor, vel eius hæredes ex bonis liberis aliam rem æquiualentem rei alienatæ, in ipſo Maioratu ſubrogare. Quam quæſtionem tetigit etiam Gregorius Lopez in eadem glo. verb. *Que la non pudieſſe vender*. colu. 7. vbi inquit, quòd fortè Maioratus poſſeſſor, vel eius hæredes ad id efficiendum tenebuntur, & quòd erit optimum conſilium, quòd in Regiis facultatibus ſic exprimatur.

¶Sed in hac quæſtione diſtinguendum etiam eſſe videtur. Nam aut res Maioratus fuit ex Regia facultate irreuocabiliter alienata: & tunc dicendum eſt Maioratus poſſeſſores non teneri ex bonis liberis aliquid in eius locum in Maioraru ſubrogare, cùm enim liberè atque irreuocabiliter fuerit alienandi licentia poſſeſſori conceſſa abſque onere alterius rei in eius locum ſubrogandi: conſequens eſt, vt ea liberè vti debeat, nec ad aliquid aliud aſtrictus ſit: cùm id Princeps ex iuſta cauſa facere potuerit, & ſi ea non interuenerit, alienatio reuocari poſſit.

¶Aut res Maioratus non fuit alienata irreuocabiliter, ſed annuis redditibus redimibilibus ſubiecta: & tunc dicendum erit Maioratus poſſeſſorem, vel eius hæredes ex bonis liberis, quæ ipſe reliquit, teneri ad huius annui redditus redemptionem faciendam ex his, quæ in præced. q. pro prima opinione adduximus. Cùm enim licentia non ad rem Maioratus perpetuò alienandam, ſed

ad

ad illam annuis redditibus redimibilibus ſubiiciẽdam conceſſa fuerit, credendum eſt Principem voluiſſe, quòd hi annui redditus potiùs ex bonis liberis Maioratus poſſeſſoris, quàm ex alienatione bonorum Maioratus redimerentur, vel quòd perpetuò ſucceſſores Maioratus illa ſoluere tenerentur, quòd quando annuus redditus ad dotandam filiam vltimi poſſeſſoris, vel pro arris, ſeu reſtitutione dotis eiuſdem, vel ad aliam rem ſimilem, ſolum Maioratus poſſeſſorem contingentem impoſitus fuit, verum videtur: quamuis ſecùs dicendum ſit, quando ob cauſam perpetuam Maioratus vtilitatem contingentem impoſitus fuit: tunc namque Maioratus poſſeſſor illud redimere non tenebitur. Quod etiam pari ratione in hypotheca, ſeu obligatione rerum Maioratus dici poterit. Optimum autem conſilium erit, quòd in omnibus his caſibus præcipiatur in ipſis Regiis facultatibus, vt ex fructibus rerum Maioratus intra certum tempus annui redditus redimantur, ſeu bona hypothecata repignorentur: prout alibi dictum eſt.

17 ¶Rurſus etiam controuerti ſolet, vtrũ † ſcilicet mortuo Maioratus poſſeſſore, vel aliàs adueniente caſu alienationis, ob hypothecam ſuper bonis Maioratus ex Regia facultate conſtitutam, valeat ad alienationem bonorum Maioratus perueniri, ſi vltimus poſſeſſor plura bona libera relinquat, ea tamen tot debitis obnoxia, vt quantitas debitorum valorem bonorum liberorum excedat. Quæ quęſtio, quando debita, quibus bona libera obnoxia eſſe inueniuntur, ſunt debito ex quo bona Maioratus hypothecata ſunt antiquiora, atque magis priuilegiata, nullam dubitationem habet. Cùm enim primi atque magis priuilegiati creditores pro debitis ſuis in bonis liberis præferendi ſint, conſtat nihil intereſſe, an vltimus poſſeſſor nulla bona reliquerit, ſeu ea relinquat, ſed tot debitis antiquioribus obnoxia, vt ex eis non poſſit debitum, cui bona Maioratus hypothecata ſunt, exigi: cùm bona non dicantur, niſi ære alieno deducto. l. ſubſignatum. §. bona. cum ſimilibus. ff. de verb. ſigni. Quamobrem verè dici poterit, hunc Maioratus poſſeſſorem nulla bona libera reliquiſſe.

¶Sed quando debitum ex quo bona Maioratus hypothecata ſunt, eſt cæteris antiquius, atque magis priuilegiatum, quæſtio hæc ſemper difficilis viſa fuit. Prima namque facie videtur dicendum ex bonis liberis debitum hoc exoluendum eſſe, nec ad illius ſolutionem bona Maioratus alienari poſſe. Debitum namque hoc verè poteſt ex bonis liberis ſolui: cùm bona libera ſuperſint, nec eius ſolutioni debita alia vltimi Maioratus poſſeſſoris impedimento ſint: imò bona eiuſdem Maiotus poſſunt dici eidem debito exoluendo hypothecata non eſſe: cùm non niſi in defectum bonorum liberorum, tam tempore exactionis, quam obligationis hypotheca ex Regia facultate contrahi poterit. Quapropter creditores recentiores, atque minùs priuilegiati ex inopia debitoris amittent ſuorum debitorum exactionem: ſicut illam amiſiſſent, ſi alia debita antiquiora Maioratus poſſeſſor habuiſſet, pro quibus bona Maioratus hypothecata non fuiſſent: cùm in caſu de quo agimus, pro debito antiquiori bona Maioratus hypothecata non ſint.

18 ¶Nec poterit antiquior creditor compelli ad exercendum hypothecam aduerſus bona Maioratus, cùm id niſi excuſſis potiùs bonis liberis fieri non valeat: atque etiam ſi id fieri poſſet, † non poſſet creditor compelli ad exercendum ius hypothecæ in certo pignore, ſed ſibi libera facultas relinquenda ſit, vt illud pro ſuo arbitrio in pignore, quod voluerit exerceat. l. qui generaliter. ff. qui potio. in pigno. habe. l. creditoris arbitrio. cum ſimilibus. ff. de diſtractio. pigno. Quæ omnia iuris rigore conſiderato vera eſſe videntur.

¶Sed his non obſtantibus, contraria opinio æquior ac probabilior videtur. Ad quod probandũ præſupponimus ad conſtituendam hypothecam à principio ſuper bonis Maioratus ſufficere, quòd bona libera tempore obligationis contractæ non adſint, vel quòd ea, quæ eo tempore Maioratus poſſeſſor habuerit, priùs obligationi ſubiiciantur. Quod conſtat ex verbis facultatum, quæ ad bona Maioratus hypothecanda conceduntur. Quibus frequenter dici ſolet, quòd deficientibus bonis liberis, valeant bona Maioratus obligari, vel dummodo priùs bona libera obligentur: & eis deficiẽtibus, bona Maioratus: quo ordine obſeruato ex eo tempore, bona Maioratus: obligata ſuperſunt. Idque proculdubiò verum eſt. Non enim obligatio bonorum Maioratus debet pendere vſque ad tempus exactionis, ſed illicò contrahitur: quãuis tempore exactionis non ſimpliciter, ſed ita demùm, ſi alia bona libera non extent, exequenda ſit: id namque non ad ſubſtantiam obligationis, ſed ad executionis, vel exactionis ordinem attinet. Quod in obligationibus fideiuſſoriis videmus. Obligatio namque fideiuſſoria, & principalis, à tempore factæ obligationis contrahuntur: ſed ex ſui natura tempore exactionis priùs bona principalis excutienda ſunt: nec aliter quàm in eorum ſubſidium poteſt ad bona principalis perueniri: non tamen ex hoc dici poteſt à principio, obligationem fideiuſſoriam contractam non fuiſſe. Quod etiam pluribus aliis exemplis comprobari poſſet. Sicque intelligenda ſunt ea, quæ ſup. iſto. c.
19 nu. 8. diximus: quòd † ſcilicet clauſula, deficientibus bonis liberis, debet duobus temporibus verificari, ſcilicet tempore contractæ obligationis, & tempore executionis eiuſdem. Primum namque ad contrahendam obligationem requiritur: non enim aliter bona Maioratus hypothecę ſubiici poſſunt. Secundum autem, obligatione iam contracta, ad exactionem, & obligationis executionem neceſſarium eſt.

¶Hoc igitur præſuppoſito, conſtat in caſu de quo agimus iam non agi de bonorum obligatione, cùm ea à principio, deficientibus bonis liberis rectè contracta fuerit: ſed ſolùm de executionis ordine. Quapropter videndum erit, non quid in obligatione contrahenda: ſed potiùs quid in debitis exigendis iure diſpoſitum fuerit.

20 ¶Qua † in re duo caſus conſiderandi ſunt. Primus, quando bona Maioratus ex Regia facultate ſpecificè hypothecata ſunt poſt bonorum liberorum generalem obligationem. Secundus, quando bona Maioratus, & bona libera genericè obligata ſunt.

¶In primo caſu dicendum erit, illum cui bona Maioratus ſpecificè obligata, ſeu hypothecata ſunt, non poſſe ad generalem bonorum liberorum exactionem procedere, quę aliis creditoribus obligata ſunt: niſi priùs bonis Maioratus excuſſis, vt ex bonis liberis hypothecatis tam primo cre-
21 ditori, quàm ſequentibus ſatisfiat: idque probatur





ex l. 2. C. de pigno. vbi † is, qui habet ſpecialẽ, ac generalẽ hypothecã, tenetur prius ex bonis ſibi ſpecialiter obligatis, debitum exigere: nec poteſt poſterioribus creditoribus cõtradicentibus, ad bona generaliter ſibi hypothecata recurrere: niſi in ſubſidium, bonis ſcilicet ſpecialiter obligatis ad debiti exactionem non ſufficientibus. Quod ea ratione ſtatutũ eſt, vt omnibus creditoribus, tam prioribus, quàm poſterioribus conſulatur: vt ibidem cõmuniter Scrib. profitẽtur. Quæ lex procedit, ſiue hypotheca generalis in obligatione primi debitoris præcedat, & ſpecialis ſequatur: ſiue præcedat generalis, & ſequatur ſpecialis: atque etiam ſiue obligatio poſterioris creditoris ſit ſpecialis, & generalis ſimul: vel generalis & ſpecialis tantùm: prout vltra Scrib. ibidem optimè reſolluunt Anto. Neguſantius de pignorib. in 2. membro 5. part. principalis nu. 51. D. Dida. de Couarru. reſolu. lib. 3. c. 18. num. 2. Pariſi. conſ. 50. numer. 34. & 38. lib. 1. Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. nu. 20. cum ſeq.

¶Hoc autem etiam in priori creditore habẽte hypothecam ex cauſa dotis procedit, vt opinantur Roma. conſ. 187. Rip. in d. l. priuilegia num. 19. D. Dida. de Couarr. d. c. 18. nu. 3. vbi plura in idem adducit: intelligendum tamen eſt, quando inter priorem creditorem, & poſteriores contenditur.
22 Si † enim id tertius poſſeſſor, ſeu debitor opponãt beneficio d. l. 2. non fruentur, vt optimè probant Soci. d. conſ. 75. Pariſi. conſ. 50. num. 30. lib. 1. Anto. Neguſantius vbi s. nu. 51. & D. Dida. de Couarr. d. c. 18. nu. 2.

23 ¶Nec † obſtat ſi dicatur dictam. l. 2. non poſſe ad caſum, de quo agimus, adaptari: cùm in eo agatur de hypotheca ſpeciali, ad quam non poteſt haberi recurſus: niſi bona libera deficiant. Nam illud verum eſſet, quando debitor haberet bona libera, quæ aliis creditoribus hypothecata non forent, vel eorum debitis ſolutis ſupereſſent: ſecùs tamen quãdo omnia bona libera aliis creditoribus hypothecata ſunt: ita, vt vel ad eorum debitorum ſolutionem non ſufficiãt, vel ſaltim omnia in eorum ſolutionem conſumenda ſint. Tunc namque vt omnibus conſultum ſit, diſponit d. l. 2. vt priùs procedatur ad venditionem rei ſpecialiter hypothecatæ, etiamſi eius qualitatis ſit, vt non niſi in aliorum bonorum defectum ad illius venditionem perueniri poſſet. Et quãuis hoc vltimum in d. l. 2. ſpecificè diſpoſitum non ſit: probatur tamen ex eo, quòd lex illa, vt omnibus creditoribus conſultum ſit, clariſſimè ordinem excuſſionis per-
24 uertit: nam † etſi diſpoſitum ſit ex l. à Diuo Pio §. in venditione. ff. de re iudi. quòd nõ poſſit perueniri ad venditionem bonorum immobilium, niſi in bonorum mobilium defectum: qui ordo adeò neceſſarius eſt, vt eo non obſeruato venditio ipſo iure nulla pronuntianda ſit, vt ibidem Alex. num. 38. & Iaſ. nu. 19. poſt. Ioan. de Imol. verum eſſe profitentur. Si tamen res immobilis ſpecificè priori hypothecata ſit, conſtat etiam hoc ordine peruerſo teneri priorẽ creditorem ad inſtantiam ſequentium priùs ex illa debitum exigere: etſi plura bona mobilia debitor habeat, ex quib. ſibi poſſet ſatisfieri. Quod probatur ex d. l. 2. C. de pigno. quæ genericè id diſponit, ſiue res ſpecificè hypothecata mobilis, ſiue immobilis ſit: genericéque procul dubiò ſeruanda erit, de quo nemo hucuſque dubitauit.

¶Nec etiam obſtat, ſi quis dixerit caſum hunc
25 adhuc diuerſum eſſe à deciſ. tex. in d. l. 2. Ibi † namque agitur de bonis vnius atque eiuſdem debitoris: cuius nõ intereſt, vtrum de vno pignore, vel de alio debitum exigatur: quamuis creditorũ intereſſit. In caſu autem de quo agimus tractatur de bonis plurium dubitorum, atque de præiudicio tertij, ſcilicet Maioratus ſucceſſoris: cùm ſi de bonis liberis debitum antiquius exigatur, bona Maioratus perpetuò libera remanſura ſint. Quamobrem deciſio illius legis, quæ de ſolis creditoribus loquitur, ad caſum, in quo tertij præiudicium verſatur, extendenda non eſt.

¶Ad hoc namq; reſpondetur, quòd in caſu d. l. 2. etiam verſatur tertij præiudicium, ſcilicet illius tertij, qui pignus ſpecialiter obligatum poſſidebat, ad quod poterat recurrere primus, & forſan ſequentes creditores non, cùm poſſent eſſe debita quæ illis debentur, contracta poſt illius pignoris alienationem: & nihilominus diſponit lex illa, quòd poſteriores creditores poſſint compellere primum, vt ius pignoris contra tertium poſſeſſorem exerceat. Nec damnum illius in cõſideratione eſt: cùm iam illud ex prima obligatione incurriſſet, réſque ad illum cum ſua cauſa tranſiiſſet.
26 Quòd autem † lex illa in tertio poſſeſſore pignoris ſpecialiter hypothecati intelligenda ſit, dubitari non poteſt: illud namque ibidem Iacob. Butriga. Cynus, Bart. Bald. & Salicet. cenſuerunt: quos ſequuti fuerunt Neguſan. de pigno. 2. memb. 5. part. principa. nume. 51. & D. Dida. de Couarru. reſolu. lib. 3. c. 18. nu. 2. Quod ex his, quæ ſtatim in ſecundo caſu dicemus, comprobari poterit, vbi oſtẽdemus non eſſe excutienda bona illa, ſuper quibus cum aliis creditoribus lis eſſe poterit, quod de bonis liberis pluribus creditoribus hypothecatis dici poſſet: eáque ratio ſola ad vtriuſque caſus deciſionem ſufficiens foret: ea tamen quæ prædiximus, menti te ẽda ſunt. Cùm raró ſoleat fieri bonorum Maioratus obligatio, quæ ſpecifica non ſit, atque cum bonorum liberorum generali obligatione non concurrat.

¶In ſecundo caſu, qñ ſcilicet bona Maioratus, & bona etiã libera genericè hypothecata fuerunt, videtur dicendum non habere locum deciſ. dict. l. 2. C. de pigno. Quod probatur ex eo, quod dixit eleganter Corn. conſ. 246. num. 13 & 14. lib. 1. vbi
27 inquit, † quòd ſi creditor antiquior habeat hypothecam magis generalem, & comprehenſiuam, quàm ſecundus: non autem habeat hypothecam ſpecialem in aliqua re, non poterit ſecundus compellere illum, vt exerceat hypothecam in illis bonis, quæ non comprehẽduntur in hypotheca ge-
28 nerali ſecundi creditoris. Nam † d. l. 2. C. de pigno. quæ loquitur in primo creditore habente hypothecam ſpecialem, & generalem, non eſt trahenda ad illum, qui habet ſolùm hypothecam generalem: præſertim cùm ea lex exorbitans ſit, nec eadem ratio in hypotheca generali, quæ in ſpeciali militet. Hypotheca namque ſpecialis magis afficit rem, quàm generalis: perindéque non mirum cenſeri debet, ſi ea priùs, quàm perueniatur ad generalem hypothecam, exercẽda ſit. Quæ ratio in duabus hypothecis generalibus non militat: quod etiam verũ eſſe profitẽtur Soci. con. 75. num. 14. lib. 4. Anto. Neguſan. de pignor. 2. membro. 2. part. princip. num. 51. D. Didac. de Couarru. lib. 3. reſolut. c. 18. nume. 2. verſic. Septimò conſtat. Quod in caſu de quo agimus, pari ratione dicendum videtur: cùm bonorum liberorum &

Maioratus obligatio generica ſit.

¶Sed his non obſtantibus,contrarium etiam in
29 hoc caſu dicendum erit. Nam†etſi præſupponamus quòd d.l.2. in caſu de quo agimus non procedat, de quo tamen ſatis probabiliter dubitari poſſet,ex eo quòd in illo ratio. d.l.2.cōcurrat:hypotheca tamen bonorū Maioratus, quæ cum bonorum liberorum hypotheca concurrit, non generalis,ſed potiùs ſpecialis dicenda eſt : ita quod idem ius reſpectu harum hypothecarum, quod reſpectu hypothecæ ſpecialis & generalis ſtatuen
30 dum ſit. Vbi†enim concurrunt duo generalia, & vnum eſt minus generale altero : tunc illud quod eſt minus generale, habetur quoad omnia loco ſpeciei. l.ſeruo manumiſſo.ff. de peculio lega. l. quęſitum. §.fina.ff.de fund.inſtructo. per quæ iura id cenſuit Dynus in regula generi. de reg. iur. lib.6.col.2.quem ſequitur Bartol. in l.1.§.hoc edictum.nu.5.ff.de noui ope.nuntia. vbi Alex. nu. 11. & Iaſ.num.12. idipſum annotarunt: quibus plura cumulat Dec.in reg.in toto iure.nu.1.ff. de regul. iur. Ex qua regula conſequenter infertur in hac ſpecie,neceſſariò deciſioni d.l.2.locum eſſe : ſicut quando hypotheca generalis & ſpecialis reſpectu anterioris creditoris concurrunt. Quod eo præcipuè aſſerendum eſt : quòd in caſu, de quo agimus,probabiliter dici poteſt obligationem bonorum liberorum eſſe generalem: bonorum autem Maioratus obligationē ſpecialem eſſe. Tantundem namque eſt dicere, Omnia bona mea libera hypothecæ ſubiicio, ac ſi diceretur, omnia bona mea hypothecæ ſubiicio: cùm omnia bona libera eſſe præſumantur,à quo genere ſpecies bonorum Maioratus excepta cenſetur.

¶Quæ omnia ex eo etiam comprobantur,quòd cùm bona libera pluribus hypothecis ſubiecta ſint, non poterit creditor antiquior in illis exactionem facere abſque pluribus litibus & controuerſiis,quæ intèr ipſum & alios creditores neceſſariò tractari debent: ſicut in ſimilibus negotiis frequenter per longiſſimum temporis ſpacium tractari ſolent:ideóq; ſuccedit regula,quod†quando aliquis tenetur facere excuſſionem in bonis alterius,ab excuſſione facienda liberatur, ſi ſuper
31 eiſdem bonis aliqua lis inter ipſum, & alios creditores eſſe ſperatur : imò in eo caſu poterit abſque excuſſione ad bona, quæ abſque lite, & controuerſia ſibi debentur, recurrere, omiſſis bonis litigioſis.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, ver.*Sed & illud*.ff.de re iudi.ibi:*Vbi controuerſia eſt de pignore illud dimitti debere,& capi aliud ſi quod eſt,ſine controuerſia*.per quē tex.id dixit gl. in d.l.à diuo Pio. §.ſic quoque,verb. *Aliud*. atque Ang. in Auth.de fideiuſſo.§.ſed neque.in fin.Neguſan. de pigno.in 1.memb.8.partis principalis.nu.44.Pariſ.conſ.50. nu.65.lib.1. Hoc autem vltimum, volente primo creditore, intelligendum eſt. Non enim poterit ad hoc inuitus compelli : niſi etiam prima ratio locum habeat.

¶Quib.adiicitur, opinionem hāc æquiſſimam eſſe : ſi enim debitum pro quo bona Maioratus hypothecata ſunt, ex bonis liberis exoluendum eſſet, facilè omnia bona libera Maioratus poſſeſſoris in hoc ſolo conſumerentur : omnéſque alij creditores, qui frequenter egentes atque pauperrimi eſſe ſolent,creditis ſuis fraudarentur: cùm vt plurimum debita hæc maximæ quantitatis eſſe ſoleant:quod nimiùm rigoris contineret. Quamobrem hanc opinionem, dum ſemel is caſus accidiſſet,admiſſam vidimus.

¶Cæterùm,etſi ea quę prędiximus, ſtringere videantur, non tamen omnino difficultatem eneruant. Adhuc namque dubium eſt : vtrum ad caſum de quo agimus,poſſit deciſio d. l. 2.adaptari: cùm in caſu illius legis vtrūque pignus, generale ſcilicet & ſpeciale, ſimul à principio obligatum eſſet purè atque abſque aliqua cōditione : vnumque atque alterum exigi poſſet, ſi creditores poſteriores non reſiſterent. In caſu autem de quo agimus,etiam poſterioribus creditoribus non reſiſtentibus, non poſſet ad bonorum Maioratus alienationem perueniri, niſi in bonorum liberorum defectum. Sub hac namque conditione à principio obligatio contracta fuit. Item dubium etiam eſt, an poſſit excuſſio bonorum liberorum vitari ex eo, quòd in eorum exactione lites cum aliis creditoribus ſperentur: cum multò maiores valeant ſuper exactione in bonis Maioratus facienda reſultare : contendentibus ſucceſſoribus non poſſe ad bona Maioratus bonis liberis exiſtentibus deueniri. In quo dubio pluribus videri ſolet æquius eſſe Maioratuum perpetuitati, atque conſeruationi, in qua publica vtilitas verſatur, quàm priuatorum vtilitati proſpicere : præſertim cùm vt plurimum ſoleant in obligationibus apponi verba, ex quibus deciſio.dicta. l.2. excludatur. Ideóque cum ſimilis caſus acciderit, de his deliberandum erit.

32 ¶Similiter etiā†controuerti ſolet, quis teneatur probare bona libera deficere, vt ad bonorum Maioratus obligationem, ſeu exactionem perueniri poſſit. Qua in re prima facie dicendum videtur,onus probandi incumbere Maioratus poſſeſſori : creditori autem ſufficere, quòd profiteatur bona libera nō extare, & quòd ſi poſſeſſor Maioratus bona libera eſſe contenderit, illa oſtendat,
33 ſeu probet extare:cum†facta nō præſumantur niſi probentur : text.vbi Bart. nu.1.in l.fina.§.licentia.C.de iur.delibe.glo.ordi.in l.cùm de lege.verbo.*hæredis*.ff.de proba.cuius glo.opi. aſſerit communem eſſe Anto.Gabriel communium opinionum lib.1.c.7. nu. 1. Per quę iura & rationes id in terminis de quibus agitur dixit Deci. conſilio.519. num.7.vbi ſing.inquit,quòd mulier,quæ prætendit exigere dotem ex bonis reſtitutioni ſubiectis, iuxta deciſ.text. in d. Auth. res quæ.C.communia de lega.in ſubſidium bonorum liberorum, non tenetur probare non eſſe bona libera ex quibus illud poſſit exigere. Idque etiam opinati fuerunt Soci.conſi.104.num.11.lib.3. Curtius ſenior conſi. 27.nu.17.Cagnolus in l.fina.num. 273. C. de pact. Curt.Iun.in d.Auth.res q.nu.46.

34 ¶Contrariam†autem ſententiam, imò quò creditor teneatur illud probare, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis: nec potuerint aliter bona Maioratus alienari,ſeu hypothecæ ſubiici, conſuluerunt Corn.conſil.3. nu.3.lib. 3. Curtius Senior conſi.27.8.col.verſicu. ſed contra præmiſſa.Pariſi. conſ.119.n.7.& 8.lib.1.Bertr conſ.161.nu.26.libr.3. in antiquis.Aymon.conſ.77.nu.4. Bellonus conſ. 83.nu.7.Franc.Marzarius in Epit. fideicom. q.48. quorum opi.verior, ac probabilior mihi videtur.

35 ¶Nec†obſtat tex.in d.l.fin.§.licentia.C.de iure deliber.& illud etiam quod dixit gloſſ.in d.l.cùm de lege.quòd ſcilicet ſi quis dixerit bona alicuius non ſufficere ad debiti ſolutionem, nihil aliud tenetur probare, ſed transfert onus probandi contrarium in aduerſarium : illud namque habet locum



locum ſolùm in hærede qui fecit inuētarium ſolenne: quia tanta eſt præſumptio pro inuentario, vt transferat onus probandi in aduerſarium : ſecùs autem vbi inuentarium confectum non eſt. Quod ſic intelligunt,ac reſoluunt Alex. nu. 7.Iaſ. nu.29.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri. Ant. Gabriel qui plura refert.d.conc.17.nu.12.

36 ¶Hoc†autem limitandum eſt:niſi iam res Maioratus ex cauſa dotis alienata fuerit, creditórque ſit in eius poſſeſſione, Maioratus autem ſucceſſor velit alienationem infringere: dicens, tempore alienationis fuiſſe alia bona libera, ex quibus debitum poterat exolui. Tunc namque eidem onus probandi incumbit : ex eo, quòd ſit fundamentum ſuæ intentionis, & præſumptio ſit pro poſſidente:prout reſoluit Curtius Sen. conſ. 27. quem refert,& ſequitur Loazes in l.filiusfamiliàs. §. Diui.ff.de lega.1.nu.138.Idque eſt de mente Scriben. quos pro contraria opi.citauimus.

¶Ad†ſciendū autem vtrum bona libera extent, vel non: dubitari ſolet, vtrum requiratur quòd
37 præcedat excuſſio citato Maioratus poſſeſſore, & ſententia declaratoria lata ſuper ipſa excuſſione. Et videtur dicendum quòd ſic : prout opinatur Bart.in l.ſtipulatio.§.habet autem. nu. 4.ff.de noui.ope. nuntia. cuius opinionem aſſerit veriorem atque magis communem eſſe Alexand. in l. Decem.numer. 13. ff. de verbo. obligat. quem ſequitur ibi Iaſ.num.28.idem Alexand. in l.fina. nume. 3.ff.ſi cert. peta. vbi Decius.nume.16.Idipſum verum eſſe profitetur Pariſi.qui plura alia refert cōſ. 50.nu.45.lib.1.

38 ¶Sed†verius eſt ſufficere, quòd pēdente iudicio probetur nulla bona libera à Maioratus poſſeſſore relicta fuiſſe, nec etiam tempore factæ obligationis extitiſſe : quod probatur ex eleganti doctrina Bald.in l.cum teſtamento. verſic.Item nota.ff.
39 de manu.teſta.vbi inquit, †pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem, poſſe fieri excuſſionem aduerſus principalem. Cuius doctrinam ſequitur Alex.in l.exitus.nu.5.& 6.ff. de acquirend. poſſeſſ. & in d.l.fina.ff.ſi cert.peta.nu.19. & 161.Dec.num. 30.Pariſi.qui Bald.opinio. communem eſſe profitetur.d.conſi.50. nu. 46.lib.1. Quod quando probatur notoriū eſſe bona libera à Maioratus poſſeſſore relicta non fuiſſe, abſque dubitatione procedit:prout dixit gloſſ.ordina. in d. l.final. verbo, *Sed ſi cum Seio*.ff.ſi certum peta. quam ibi Alexan. nu.2.Iaſ.nu.9.& 11.Dec.nu.12. Claud.nu.4.& communiter Scriben. ſequuntur.gloſſ.etiam communiter ab Scriben.ſequuta in d.l.Decem.ff.de verb. obliga.in glo.fina.Feli.in c. cùm olim. nu.11.de re iudica.Hippoli.in Rub. C.de proba.numer.173.& in Rub.ff.de fideiuſſo.nume.10.Pariſi.d.conſil.50. nu.51.lib.1.vbi hāc communem opin.eſſe profitetur Ant.Capycius deciſ.54. nu.5. Grattus conſ.87. num.23.lib.1.& conſi.63.nu.43. lib.2.& alibi ſæpe Scrib.Sicque interdū obſeruatum vidimus. Quæ omnia valde notanda ſunt: quia quotidie contingunt,nec alibi ſic diſcuſſa inuenientur.

*SVMMARIA.*

1 *Res alienari prohibita ex ſententia alienabilis efficitur.*
2 *Conſilium quod ab Scrib.præſtari ſolet, vt res alienari prohibita, alienari valeat ex lite procurata, reiicitur.*
3 *Sententia cum Maioratus poſſeſſore lata,cæteris ſucceſſoribus non citatis,nec etiam per proclama,nec per edictum præiudicat.*
4 *Succeſſoribus Maioratus non citatis,non ſolùm nocet ſententia,ſed etiam omnia acta iudicij.*
5 *Acta nocent eiſdem,quibus & ſententia nocet.*
6 *Inſtantia cœpta cum Maioratus poſſeſſore tranſit in ſequentes ipſius Maioratus ſucceſſores.*
7 *Lis à Maioratus poſſeſſore doloſè,vel negligenter proſequuta,ſequētibus ſucceſſorib. nō præiudicat.*
8 *Sententia ſuper rebus Maioratus lata non præiudicat illi etiam cum quo lata eſt, quando colluſio interuenit.*
9 *Colluſiones,vel fraudes inter litigantes interueniſſe,qualiter probetur.*
10 *Succeſſores Maioratus poſſunt appellare,vel ſupplicare,vel appellationem, vel ſupplicationem proſequi,quando Maioratus poſſeſſor id non fecit.*
11 *Lis cœpta à Maioratus ſucceſſore,viuente eiuſdem Maioratus poſſeſſore:vtrum ſequentibus præiudicium afferat.*

*Sententia ſuper bonis Maioratus cum eorum poſſeſſore lata:vtrū ſequentibus ſucceſſoribus nō citatis præiudicium afferat.*

## CAP. VIII.

EX ſentētia etiam in rem iudicatam trāſacta,ſolēt bona Primogenio ſubiecta interdū libera effici, atque in alienas familias tranſire:res†namq;
1 alienari prohibita ex ſentētia alienabilis efficitur.l.3.§.itē quęri pōt.ff.de reb.eorū.ibi. *Nam & hic valebit alienatio propter rei indicatæ authoritatē*.l.peto.§.prędium.ff.de leg.2.l.& ideò. ff. de condi. furti. l. cùm poſtulaſſem.§.final.ff.de damno infect.l. alienationes.ff.familiæ herciſcun. l.1.ff.de fundo.dota.

¶Quod adeò verū eſt, vt res alienari prohibitas poſſidentibus, eáſque alienare deſiderantibus communiter Scribentes conſulere ſoleant, vt aliquem quærant, qui litem ſibi ſuper his moueat, eáſque hoc modo à ſe res vendicari patiatur. Inde enim futurum erit, vt res ipſæ aduerſus teſtantium voluntates alienari valeant, ídque dixit Bart. in l. filiusfamiliàs. §. Diui numero 9. verſiculo 1. ff.de lega.1.vbi Raphael colum. 2. ad princip.verſicul.nota quòd Barto.Iaſ.prima lectura num.46. ibi vel vt patiatur, Ripa.num.59. Loazes num.125. verſi.

verſiculo venio nunc ibi primum remedium, id-
ipſum probarunt, idem Bart. in l. peto. §. prædium
nu. 3. ff. de lega. 2. Bald. in l. 2. num. 4. verſiculo ſe-
cundo quæritur. C. ſi aduer. vendi. pigno. & in
Auth. & qui iurat num. 38. verſiculo quæro nunc
quid in rebus. C. de bon. autho. iudi. poſſiden. vbi
Salicet. numer. 45. verſ. quid in prohibitis idipſum
annotauit.

2 ¶Quæ conſulendi ratio mihi neque in foro po-
li, neque etiam in contentioſo vnquam probari
potuit, cùm ſatis compertum habeam huiuſmo-
di fraudulentos litigatores non ſolùm peccare
mortaliter, & reſtitutioni eorum bonorum ob-
noxios remanere: ſed in iudicio fraude detecta
poſt modum, vt ea bona reſtituant cogendos, id-
que prætérquam quod per ſeipſum ſatis eſt mani-
feſtum, apertiſſimum tamen efficietur ex his, quæ
inferiùs de Primogeniorum poſſeſſoribus cum
aduerſariis litigando colludentibus, tractabimus.

¶Cæterùm etſi ſatis abſolutum ſit, bona Maio-
ratui ſubiecta ex ſentẽtia & re iudicata libera effi-
ci poſſe: illud tamen plerúmque cõtrouerti ſolet,
vtrum ſententia ſuper rebus Maioratus cum ea-
rum poſſeſſore latá, ipſi ſoli, an etiam omnibus in
infinitũ noceat. Quæ quæſtio etſi ad vtrãque par-
tem fuſiùs diſputari poterat, illam tamen tribus
concluſionibus breuiſſimè complectemur: quas
cõmunis horum regnorum vſus adeò retinet, at-
que frequenter obſeruat, vt nefas propè ſit eiſ-
dem contra ire.

3 ¶Prima igitur cõcluſio ſit, †ſententiã cum Maio-
ratus poſſeſſore latam cæteris omnibus ſucceſſo-
ribus in infinitum non citatis, neque etiam per
generale proclama vel edictum vel alias certio-
ratis præiudicare. Quæ concluſio euidentiſſimè
probatur ex tex. in l. 1. §. quamuis, verſicu. denũtia-
re, & verſiculo denuntiari. ff. de ventre inſpi. in l.
ex contractu. ff. de re iudi. in l. ſi patroni. §. final. ff.
ad Trebel. in l. ſi ſuperatus verſ. atqui. ff. de pigno.
in l. Papinianus. §. fina. & in l. qui repudiatis. §. fin.
& in l. ſi ſuſpecta in princ. ff. de inoffic. teſt. quo-
rum iurium argumẽto tenet expreſſe iſtam opi-
nionem Barto. in l. in diem nu. 1. ff. de aqua pluuia.
arcen. vbi Angel. verſicul. in iudiciis ſufficit quòd
requiratur, Roma. in l. in concedendo nume. 6. vbi
Paul. nu. 2. verſiculo aduertendum tamen. ff. eod.
tit. ipſe Angel. in l. filiusfamilias. §. Diui. col. fin. in
fine verſiculo at etiam. ff. de legat. 1. & ibi Raphael
colum. 2. verſic. nota quòd, & Imol. column. fin. in
fine nume. 18. & dixit hanc eſſe veriorem opinio-
nem Alexand. ibi num. 9. & quòd omnes eam ſe-
quuntur. Iaſ. prima lectura numer. 47. & ſecunda
lectura nume. 91. & eſſe communem opinionem
Ripa. nume. 61. Loazes nume. 126. verſiculo ſed in
contrarium ſequitur, Crottus nume. 38. Imol. in l.
decem num. 6. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. num. 38.
verſiculo ad idem benefacit, & numer. 42. Alberi.
expreſſè in l. penul. col. 4. ad princip. verſicul. pro
parte filiorum, & verſic. ex quo concluditur. C. de
donatio. inter vir. & vxor. & in prooemio. ff. veter.
§. diſcipli. nu. 17. verſic. & ex prædictis, & nume. 18.
verſ. ſiue ergo. Oldral. conſ. 94. nu. 18. verſ. ex om-
nibus igitur, quem & Alberi. refert & ſequitur.
Tiraq. de Primoge. quæſtion. 35. nu. 17. Boeri. de-
ciſio. 255. col. penult. ad medium verſic. & ideò ſen
tentia prædicta, Ancharr. in c. licet num. 17. de vo-
to. Et eandem concluſionem firmat Alex. in l. ſæ-
pè num. 110. verſiculo ſed Angelus. ff. de re iudi &
conſ. 123. n. 3. vol. 1. & cõſ. 86. viſis dubitationibus
col. 2. ad princip. verſicu. pro hoc facit & conſ. 156.
ſtantibus his num. 2. & 3. vol. 2. Iaſ. in l. ſi quis nec
cauſam nu. 7. verſi. facit: quod egregiè vult Bart. ff.
ſi cert. peta. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum
nu. 34. ff. de offic. Proconſul. & lega. & in l. Gallus.
§. & quid ſi tantùm nu. 139. ff. de liber. & poſthum.
poſt Socin. ibi nu. 30. Iacob. à ſancto Georgio &
feudis verbo & dicti vaſſalli nu. 33. Curt. Iuni. cõſ.
23. nu. 8. Felin. plures referens in capitulo exhibi-
ta nume. 1. de iudiciis, Alciat. præ cæteris viden-
dus reſponſo. 492. nume. 33. vbi non ſolùm affir-
mat, hanc eſſe communem opinionem: imò in-
quit, quòd cùm ſit regula, non eſt ab ea receden-
dum, & vltra omnes eam egregiè defendit colum.
fina. verſiculo, tertiò non obſtat poſtquàm num.
34. Eam ampliauit etiam ſi ſententia fuiſſet ſim-
pliciter abſolutoria contra Socinum Iunior. qui
contrarium malè conſuluit conſil. 181. numer. 99.
volu. 2. quem in terminis reprehendit Marzar. in
Epitome fideicommiſſ. quæſtion. 72. verſicul. ſed
aduertendum erit, qui etiam in principio dixit
iſtam eſſe magis communem opinionem, Augu-
ſtin. Beroi. conſ. 102. in caſu ad me tranſmiſſo nu.
46. & 47. vol. 2. deciſio. Pedemontana. 157. num. 1.
vſque ad 6. Cæphal. conſ. 228. numer. 22. lib. 2. licet
contrarium & malè conſuluerit conſ. 133. num. 83.
lib. 1. Tiraquell. latè in tracta. res inter alios acta
ſecundùm nouiorem impreſſionem col. 1. Idque
in Hiſpanorum Maioratibus verum eſſe cenſue-
runt ex noſtris Xuarez allegatione. 27. num. 3. ver-
ſic. ſed quod in bonis. Anto. Gomet. in l. 40. Tau-
ri nu. 73. verſic. ſed his non obſtant: eámque opi-
nionem ſibi magis placere, & eſſe magis commu-
nem grauiſſimè ſecuréque affirmat Illuſtriſſimus
Præſes noſter. D. Didac. de Couarr. capit. 13. pra-
cticarum quæſtion. nu. 6. in fine, & in verſicul. ſunt
verò, vbi optimè eam defendit ab opinione tenen
tium ſaltim requiri generalem citationem per
proclama, vel edictum. Ferdinandus. Menchaca
libro primo de ſucceſſio. creatio. §. 6. num. 28. ele-
gantius Pinel. in l. 1 3. part. C. de bonis mater. qui
nu. 48. verſic. ſed contraria opinio teſtatur, quòd
iſta opinio eſt verior & receptior, vbi eam latiſſi-
mè defendit numero. 49. hanc dixit etiam magis
communem opinionem Dominus Antonius de
Padilla in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia num.
14. verſiculo verum contraria opinio. Et quòd in
practica debeant iudices abhorrere contrariam
opinionem, vt ſit litium finis, firmat Gregor. Lo-
pez in l. 20. titulo. 22. partit. 3. verbo. *Pero cauſas y
ha* col. 2. verſi. non tamen iſta res. Et de obſeruan-
tia huius opinionis in his Regnis teſtatur etiam
Dominus Didacus de Simancas de Primogenitis
Hiſpaniæ lib. 4. c. 23. Et idem eſſe in ſententia no-
bilitatis eiſdem propè fundamentis firmat Ota-
lora de nobilitate. 2. part. 3. partis principali. cap. 8.
nu. 7. & Tiraquell. qui latiùs idem expenderat in
tracta. de nobilit. quæſt. 37. n. 2. cum ſequentibus.
Idque veriſſimum, ſicque obſeruari ſolitum eſt.

¶Quibus adiicitur, regulare eſſe in quocunque
iudicio illum ſolùm ad quẽ defenſio principaliter
attinet, citandũ eſſe: nec exigi citationẽ illorũ, qui
ex eo iudicio in conſequentiam lædi poſſunt, glo.
in l. de vnoquoque verbo. *Quos cauſa.* ff. de re iudi.
quã omnes præcitati Doctores vt ſingularem ex-
tollunt, & cõmuniter approbatam dicũt nemine
eorum excepto, quos ad probationem ſuperioris
concluſionis retulimus. Idque præ cæteris latius
fecit Tiraquel. in d. tract. res inter alios acta. col. 1.

4 ¶Secunda concluſio ſit, †non ſolùm ſententiam
cum Maioratus poſſeſſore latam, ſed etiam omnia
ipſius iudicij acta ſequentibus ſucceſſoribus præ-
iudicium afferre. Quod probatur ex communi iu-
5 ris regula, qua genericè traditum eſt, † acta iudi-
cij nocere omnibus his, quibus & ſententia noce-
re ſolet. Singularis text. in cap. inter dilectos. ver-
ſiculo nec atteſtationes. de fide inſtrum. l. ſed etſi
poſſeſſor. §. fin. ff. de iureiur. melior text. in l. lege
Iullia. ff. de manumiſſio. ſingularis ad hoc ſecun-
dùm Iaſ. in l. de die in principio numero 3. ff. qui
ſatiſdare cogantur. Innocent. in cap. cauſam quæ
primo, num. 3. de teſtibus. vbi Ioannes Andr. colu.
2. Hoſtien. colum. 2. Butrius num. 6. Bald. nume. 2.
Anchar. numero. 3 Imol. colum. 3. in princip. Are-
tinus numer. 10. Abb. nume. 3. Felin. nume. 26. De-
cius num. 5. Idipſum annotarunt Bart. in l. ſi ſupe-
ratus nume. 4. ff. de pigno. idem Bar. in l. ſæpè nu-
mero 12. ff. de re iudi. vbi. Alex. numero. 125. idem
Bartol. & Doctores in l. ſi mater. §. item ſi rem. ff.
de exceptio. rei iudi. & in l. 2. numer. 12. verſic. ſed
an porrigatur. C. de eden. vbi poſt cæteros Scrib.
idipſum notant Purpurat. num. 127. atque Decius
poſt Alexand. quem refert in pluribus conſiliis
nu. 66. idem Bart. & Doctores in l. qui repudian-
tis. §. 1. num. 4. verſ. nam hæc regula eſt. ff. de inof-
fic. teſtam. vbi etiam per Scrib. Matthæus de Af-
flict. affirmans ita concorditer fuiſſe deciſum in
Regio conſilio Neapolitano deciſione. 396. in cau
ſa Comitis nu. 3. & 7.

6 ¶Tertia concluſio ſit, † inſtantiam cœptam cum
Maioratus poſſeſſore in ſequẽtes ſucceſſores per-
tranſire, ita vt denuo lis non debeat cum eiſdem
inchoari: ſed ſequens ſucceſſor in eo ſtatu iudi-
cium ſubire debeat, in quo ab ipſo Maioratus poſ-
ſeſſore relictum fuerit. l. in iudicio. ff. familiæ her-
ciſcun. quam ſic ſummat Barto. in ſucceſſorem ex
neceſſitate tranſit inſtantia iudicij, per quem text.
idem expreſſè tenet ipſe Bartol. in l. ſi cùm homi-
nem nume. 4. verſiculo reſpondeo. ff. de fideiuſſ.
Angel. & Paul. ibi. num. 2. idem Bart. in l. 1. num. 4.
ff. ad Trebel. Angel. col. 1. verſicul. ſequitur in text.
quàm concluſionem omnes ſequuntur ſecundùm
Iaſ. ibi nume. 10. idem Bart. in l. Lucius. §. rogatus.
ff. eo. titu. & ibi etiam Angel. idem Ange. in l. tam
ex contractibus num. 4 ff. de iudi. vbi Paul. num. 5.
Bald. in ca. quia. V. num. 3. de iudi. vbi Butrius nu.
11. & Ancharra. numero. 5. idipſum annotauerunt,
eámque dixit communem opinionem, & ab ea
non eſſe recedendũ in iudicando & conſulendo
Socin. Iunior. conſil. 34. num. 13. lib. 3. quem in ter-
minis refert Marzarius in Epitome de fideicom-
miſſ. quæſtione. 72. verſiculo & de inſtantia, &
magis in terminis Xuarez allegatio. 27. numero. 1.
Maranta. de ordin. iudicio. parte quinta fol. 275.
column. 2. Rebuff. 3. parte conſti. Rubri de appel-
latio. gloſſa vna num. 8. latiùs Anton. Natta conſil.
383. libro 2. per totum. Idque adeò verum eſt, vt
non ſit neceſſe, ad hoc vt inſtantia pertranſeat in
ſequentem ſucceſſorem, quòd fuerit lis conteſta-
ta cum prædeceſſore: ſed ſufficit vel ſimplex cita-
tio, vel ſola libelli oblatio ſecundùm Bald. in l. 1.
nume. 2. C. ſi pendente appellatione mors inter-
ue. Angel. in l. ſeruus verſi. in aliis autem. ff. de his
qui notantur infam. & in l. ſi defunctus column. 1.
verſiculo ſequitur text. ff. de procurato. quicquid
in contra tametſi dubius ſenſerit idem Ang. in l.
tã ex contractibus nu. 4. ff. de iudi. Quæ tres con-
cluſiones longè potiori ratione in Hiſpanorum
Maioratibus admittendæ ſunt, cùm enim eorum
natura perpetua ſit, atque in infinitum protraha-
tur ſi contrarium in his dicendum foret, nulla lis
ſuper bonis Maioratus vnquam finiretur ſequen-
te poſſeſſore liti ſeſe opponente: & nouum eius
initium poſtulãte. Quæ ſola ratio omnibus etiam
aliis deficientibus ſufficiẽs eſſet, vt nullo pacto ab
aliqua ex ſuperioribus concluſionibus diſcedere
deberemus.

7 ¶Hæc tamen omnia intelligẽda ſunt, dummodo
Maioratus poſſeſſor diligenter litem proſequa-
tur: atque in ea, bona fide atque citra dolũ & ne-
gligentiã verſetur. Si† enim cum aduerſario collu-
dat, ſeu in lite ipſa negligenter ſe gerat, vel lis ob
eius contumaciam eo abſente tractetur: comper-
tiſſimum erit, litem hoc pacto proſecutã ſequen-
tibus ſucceſſoribus præiudicium non afferre. d. l.
ex contractu. ff. de re iudi. ibi. *Niſi culpa tutoris.* l. à
ſentẽtia, & l. ſi perluſorio. ff. de appellatio. l. ſi ſer-
uus pluriũ. §. 1. & §. ſi quis ante ibi. *Vel minus plenè,*
ff. de leg. 1. Notant Bar. & Doctores communiter
maximè Aret. in d. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. col. 2.
& poſt Imol. & Cuman. Iaſ. ibi nume. 1. Matthæus
de Afflictis poſt alios feudiſtas in capit. 1. §. ſi vaſ-
ſallus. 3. nu. 8 ad finem verſic. Niſi talis alienatio,
& num. 9 prope finem verſic. Niſi ſententia lata
eſſet, ſi de feudo fuerit contentio inter dominum
& agna. vaſſal. Bart. in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui. nu.
9. ff. de lega. 1. vbi idipſum communiter Scribent.
ſequũtur, Bald. in l. 2. nu. 5. C. quibus res iudi. non
nocet, Socin. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu.
30. col. fin. ad finem verſic. & ideò ſi non defendit,
Molineus in cõſtitutio. Pariſien. titul. 1. §. 22. quæſt.
5. num. 34. & quæſt. 21. num. 68. Felinus poſt alios
in capit. cùm Bertholdus num. 20. de re iudi. Hip-
polit. in l. infans num. 23. verſic. circa tertium du-
biũ. ff. ad legem Cornel. de Sicar. Egregiè Celſus
conſil. 120. nu. 71. Pro qua opinione eſt vltra Præ-
dictos ſingularis text. in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. 2.
verſic. ſi modo cùm animũ. ff. de donat. inter vir.
& vxor. Quem text. dicit notabilem Bartol. ibi ad
euitandas fraudes, quæ quotidie fiunt inter colli-
tigantes, vt colludant contra alios. Idem Bald. in
lectura Florentina, idipſum & alios refert Felin.
in cap. lator numer. 17. verſiculo ſcias etiam de re
iudic. Dec. conſil. 306. in caſu propoſito numer. 6.
verſiculo verùm quia iſta reſponſio. Alciat. d. re-
ſponſo. 492. nume. 34. & reſponſo. 617. nume. 4. &
in terminis Marzarius in Epitome de fideicom-
miſſ. quæſtio. 72. in princip. Atque eandem opi-
nionem probat inter noſtrates Illuſtriſſimus Præ-
ſes noſter. d. capi. 13. practicarum quæſtionum col.
fin. in fine. Antonius Gometius. d. l. 40. numer. 73.
Pinel. d. l. prima. 3. parte ex nume. 50. Otalora de
nobilita. 2. parte tertiæ partis principa. cap. 8. num.
7. cum ſequentibus Dominus Antonius de Padil-
la in d. §. ſi de Falcidia num. 15. verſi. Sed contraria
opinio nouiſſimè Aluarus Valaſcus in tracta. quæ-
ſtio. iuris Emphyteoti. q. 10. num. 2. vltra omnes ſu
perius citatos ad probationem primæ præcedẽtis
concluſionis.

8 ¶Sed eſt aduertendum, †quòd probata fraude &
colluſione etiam ſententia non nocebit ipſi, con-
tra quem lata eſt: vt ſingulariter & expreſſè tenet
Guido Papa conſilio. 147. numero quinto verſi-
culo & licet dictæ partes, Claudius in dict. §. Diui
numer. ſeptimo, & ſequitur Marzar. d. quæſtio. 72.
9 in Epitome de fideicommiſſ. Probabitur †autem
fraus vel colluſio, eo ipſo quòd principalis victus

non curauit iura ſua deducere, vel exhibere. Dec. ſingulariter. d. conſilio. 306. nume. ſexto verſic. & cùm de facili pobari poſſit. Et in terminis ita expreſſè aduertit Alcia. d. reſpon. 492. nume. 34. verſicul. & dicitur colluſiſſe. Pro qua opinione vltra eum eſt tex. expreſſus in d. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. ff. de legatis primo. ibi *Vel minus plenè defendit cauſam.*

10 ¶ Id ipſum etiam pari ratione dicendum erit, quando Maioratus poſſeſſor qui litem etiam diligentiſſimè ac bona fide proſequutus fuit, à ſententia contra ipſum lata non appellauit, ſeu ſupplicationem ab illa non interpoſuit eo caſu, quo non appellationi, ſed ſupplicationi locus erat: vel appellationem ſeu ſupplicationem iam interpoſitam deſeruit. In† his namque caſibus expeditiſſimum eſt, ſequentem ſucceſſorem poſſe appellationem vel ſupplicationem interponere, vel illas à Maioratus poſſeſſore deſertas eius negligentia non obſtante proſequi: vt vltra Alexand. in dict. §. Diui. numer. 9 ad finem verſicul. non obſtat, quòd ſententia, Ripa. num. 62. Loazes num. 123. verſicul. 2. illam regulam, declarant meliùs idem Alexand. in d. l. ſæpe. num. 83. verſiculo 9. & vltimo, Crottus num. 39. verſic. ſecundo fallit, licet ſtatim verſiculo quinimò, in erroris laqueum vt cæteri inciderit, doctiſſimè omnium Pinel. in d. l. 1. part. 3. num. 50. limitatio tertia verſi. Sed hæc eorum declaratio. Quod etiã in aliis caſibus ſimilibus pari ratione dicendum eſt, quos optimè vltra omnes proſequitur Pinel. ſupra proximè citatus ex num. 50. per totum, vbicunque enim circa ſententiam. verſabitur dolus, fraus, negligẽtia, colluſio, omiſſio, vel actus voluntarius ſuccumbentis, tunc idem ius ſtatuetur: vt eſt manifeſtiſſimũ de mente omnium, quos paulò antè citauimus.

11 ¶ Quòd † ſi viuente Maioratus poſſeſſore nõ ipſe, ſed ſequens ſucceſſor alij, qui eius etiam Maioratus ſucceſſionem prætendat, litem mouerit: ea lis ſolis ipſis litigãtibus præiudicabit. Non enim cum illo, cui principaliter ius ad ipſum Maiotum defendendum ſpectabat, ſed cum iis qui poſt eius mortem ius ad eius ſucceſſionem prætendebant, iudicium inchoatum ac proſequutum fuerat. Quo caſu communiter traditum eſt, iudicium ipſum ſequentibus non nocere: Sigiſmund. Neapolitan. in conſiliis feuda. conſilio. 10. numero ſeptimo. Singulariùs. Pinel. d. l. prima part. 3. numero. 50. verſiculo limitatur quinto. Quibus adiicienda ſunt ea, quæ latè congerit Tiraquel. de nobilita. quæſtione 37. numero. 4. Idque apertiùs efficietur, ſi eam opinionem ſequamur: quòd ſcilicet viuente Maioratus poſſeſſore non valeat ſuper eiuſdem Maioratus ſucceſſione iudicium inchoari, quam ſupra lib. 3. capitulo vltimo probabiliorem eſſe monſtrauimus.

¶ Si verò ea lis à ſequenti ſucceſſore cum ipſo Maioratus poſſeſſore vel alio ex cauſa de præſenti tractetur, veluti ſi de rerum Maioratus alienatione, vel dilapidatione vel alia cauſa ſimili agatur: non dubium erit, quin ſequentibus ſucceſſoribus etiam non citatis lis iſta præiudicium afferat: cum iudicium hoc non ſuper iure futuro, ſed præſenti, & inter eos quibus primo loco defenſio competit, inchaotum ſit. Quo caſu ex regulis, quas ſuperius præmiſimus, iudicium ipſum omnibus ſequentibus ſucceſſoribus nocere compertiſſimum eſt.

*SVMMARIA.*

1 *Compromiſſum & tranſactio æquiparantur.*
2 *Compromitti vel tranſigi an poſſit ſuper bonis Maioratus, & nu. 7. & nu. 11.*
3 *Hæres grauatus de reſtituenda hæreditate poteſt ante eius reſtitutionem compromittere etiam in arbitratorem & nu. 14.*
4 *Tranſigere poteſt hæres ſuper re fideicommiſſi, & num. 14.*
5 *Vaſallus an poſſit compromittere & tranſigere ſuper feudo, & nu. 9. & 19.*
6 *Tranſactio fieri poteſt quando dubitatur an res ſit iudicata, vel non.*
8 *Tranſactio vel compromiſſum ſuper rebus alienari prohibitis fieri non poſſunt.*
10 *Poſſeſſor Maioratus non poteſt nocere ſucceſſoribus ex actu voluntario.*
12 *Intelligitur. l. cum hæreditas. la. 1. ff. ad Trebel. & nu. 15.*
13 *Declaratur. l. vbi purè. §. fi. ff. ad Trebel.*
16 *Culpa leuis non imputatur hærede grauato de reſtituendo.*
17 *Intellectus l. ante reſtitutam. ff. de ſolutio.*
18 *Compromiſſum inter hæredem & fideicommiſſarium valet.*
19 *Dubium an res ſint Maioratus vel non, non ſufficiat ad compromittendum vel tranſigendum.*
20 *Tranſactio & compromiſſum ſuper bonis Maioratus cum facultate Regia ex legitima cauſa conceſſa fieri poſſunt.*
21 *Compromiſſum ſuper feudo ex licentia Regis valet.*
22 *Tranſactio ſeu compromiſſum ſuper Maioratu admittuntur, dummodò res Maioratus apud poſſeſſorem maneant, pecunia, vel alia re aduerſario data, & nu. 23. & 26.*
24 *Succeſſor Maioratus non tenetur ſoluere hæredibus prædeceſſoris pecuniam ex tranſactione aduerſario ſolutam & nu. 25.*
27 *Tranſactio minoris vel Eccleſiæ quomodo valeat re de qua litigatur apud eos manente.*
28 *Statuto iuuante lites compromitti, an poſſit in rebus Maioratus fieri compromiſſum vel tranſactio.*
29 *Compromiſſum vel tranſactio ex ſententia ſeu præcepto iudicis an valeat in rebus Maioratus.*
30 *Iudex quando poſſit cogere partes ad compromittendum.*





31 *Compromiſſum ſeu tranſactio ſuper fideicommiſſo valet ex conſenſu eorum quorum fauore alienatio probibita eſt.*
32 *Trãſactione vel cõpromiſſo confirmatis authoritate Regia an poſſit cõtra ea agi vel exceptione vti.*
33 *Princeps non cenſetur confirmare tranſactionem in qua dolus vel fraus vel enormiſſima læſio interuenerint.*
34 *Tranſactio vtrum reſcindi poſſit ex enormiſſima læſione, vel vltra dimidiam, & nu. 36.*
35 *Intelligitur. l. 34. tit. 14. part. 5.*
37 *Actio ſeu remedium aduerſus tranſactionem triginta annis tollitur.*
38 *Præſcriptio actionis aduerſus tranſactionem etiam contra ſucceſſores Maioratus prodeſt.*
39 *Exceptio tranſactionis ſeu compromiſſi impedit litis ingreſſum & quomodo intelligatur & nu. 4.*
41 *Concordatur. l. 5. tit. 10. par. 3 cum l. 10. tit. 3. ead par.*
42 *Exceptio tranſactionis & ſimiles ſolent de ſtylo Curiæ in diffinitiuam reſeruari: & quando id fieri debet.*
43 *Agens aduerſus tranſactionem in primis reddere debet quod pro ea accepit vt audiatur.*
44 *Agens aduerſus tranſactionem non cogitur ſtatim ſoluere pœnam in ea promiſſam niſi lite finita, & quomodo fiat.*

## *Vtrum de rebus Maioratus valeat compromitti, vel tranſigi.*

### CAP. IX.

SOLENT etiam ex tranſactionib. & compromiſſis extingui Primogenia, & bona Maioratui ſubiecta, vel libera effici, vel in alias familias tranſire. Super quarũ tranſactionum, vel cõpromiſſorum effectu, atq; executione lites innumeræ excitari ſolent. Quarum plures noſtris etiã temporib. ſuper maximis ditionibus, atque patrimoniis verſantur. ita vt propè nullus ſecurus ordo liteſque ſuper Maioratibus componendi inueniatur, vt ſupra libro primo in præfatione diximus. Qua ratione quæſtio hæc neceſſariò ad vtranque partem diſputanda eſt, vt tandem eius veritatem reſoluamus: in eius autem diſcutione promiſcuè de compromiſſo & tranſactione tractabi-
1 mus. Cùm † vtrumque eiſdem propè rationibus tractari ſoleat, compromiſſúmque ſit quædam tranſactio, ipſúmq; compromiſſum & tranſactio æquiparari ſoleant. tex. in Authen. vt differentes Indu. §. 1. colla. 9. & in Auth. ſi verò contigerit. C. de iudi. & vtrobique per Scrib. Alexand. conſi. 22. nume. 3. lib. 1. & conſil. 119. numer. 3. lib. 2. Iaſ. in l. fina. C. de iur. Emphy. num. 122. Tiraquell. de leg. connubial. gloſſ. 5. num. 205. quæſt. 20. Alciatus in l. cum te. num. 4. C. de tranſactio. Quod præſertim de compromiſſo dici poterit: quando iam ipſum compromiſſum laudatum, atque ex partium conſenſu emologatum eſt vt prædicti Scrib. aduertunt.

¶ In hac autẽ quæſtione prima facie dicendum
2 videtur † Maioratus poſſeſſorem poſſe de re fideicommiſſo ſubiecta compromiſſum, atque tranſactionem facere. Quod probatur ex tex. in l. cum hereditas. l. prim. ff. ad Trebel. vbi diſpoſitum eſt, quòd ſi hæres grauatus reſtituere hæreditatem de aliqua re hæreditaria compromiſſum fecerit, tenetur fideicommiſſarius ante reſtitutam hæreditatem cautionem illi præſtare, quòd ſi in aliquo fuerit ex compromiſſo condemnatus illum indemnem præſtabit. Per quem text. dixit Angel.
3 ibi hæredem † de hæreditate reſtituenda, grauatum, poſſe ſuper re hæreditaria ante reſtitutionẽ compromiſſum facere: nedum in arbitrium: ſed etiam in arbitratorem. Cuius dictum ſequitur Paul. ibid. num. 2. qui nihil tamen de arbitratore dixit: ſed in vtroque dicto ſequitur Angelum Alexander. ibidem. num. 4 Qui latè proſequitur materiam. Idipſum etiam not. Ange. conſi. 31. ante fin. verſiculo ad confirmationem. Ioan. Bap. de arbi. c. 16. num. 6. lib. 2, Bertran. conſi. 158. nume. 19. lib. 3. in antiquis. Boerius, qui plura refert deciſ. 147. nu. 6. & 7.

¶ Hoc etiam probatur ex text. in l. ante reſtitutã. ff. de ſolu. vbi ante reſtitutam hæreditatem valent liberationes factæ ab hærede, per quem text. dixit
4 Imol. validam † eſſe tranſactionem factam ab hærede de re fideicommiſſo ſubiecta, dummodò bona fide facta fuerit. Cuius dictum refert, & ſequitur Cephalus conſi. 261. nu. 35.

¶ Idem etiam probatur ex tex. in c. Rainaldus. de teſta. in princ. vſque ad §. porrò. vbi valet compromiſſum factum ab hærede, cui ſubſtitutus datus fuit: ſi ſine liberis deceſſiſſet.

¶ Præterea id etiam probatur ex tex. in l. 1. C. de pactis. vbi valet pactum factum ab hærede ſuper re fideicommiſſo ſubiecta ante aduentum diei fideicommiſſi.

5 ¶ Idipſum comprobatur ex eo, quòd † vaſallus, qui etiam tenetur feudum alteri reſtituere, nec illud alienare poteſt, de ipſo feudo poteſt compromittere, atque etiam tranſactionem facere, de tranſactione ex text. in ca. 1. §. ſi vaſallus. cl. vlt. ſi de feud. de fruct. conten. ſit int. dominum. & agna. vaſal. ibi. *Nam tranſigere rectè poterit*. tex. in c. 1. de controuerſ. inter vaſal. & alium de benef. & vtrobique per Scrib. de compromiſſo: etiam eſt text. in cap. 1. §. ſi inter de lege Corrad. Bald. in ca. Imperialem. num. 17. de prohi. feu. alie. per Frederi. Idem Bal. in c. 1. de controuer. int. vaſſal. & alium de benefi. num. 2. Curtius Iuni. qui hanc opin. communem eſſe profitetur de feud. 4. part. in materia alienationis feud. q. 8 Mart. de Affl. in d. c. 1. §. ſi. vaſſal. numer. 1. & numero. 44. idem in c. 1. de inueſti. in mari facta numero 24. Pariſ. conſil. 118. numero. 22. 1. part.

¶ Præterea hoc etiã probatur ex eo, quòd quanuis ſuper bonis Maioratus non poſſet compromitti nec tranſigi. Illud verum eſſet: quando eſſet certum bona eſſe Maioratus, vel competere poſſidenti: ſed quando illud dubiũ eſt ſtante dubio benè poterit trãſigi, atq; compromitti: prout di-
6 xit Soci. conſi. 87. nume. 10. lib. 3. Sic namque vi-

demus, quòd quãuis ſuper lite ex re iudicata de-
ciſa tranſigi non poſſit.l.poſt rem.ff.de re iudica-
ta:ſi † tamen dubium ſit,an res ſit iudicata vel non
bene poterit fieri tranſactio. quod dixit Paul. in
ead.l.poſt remun.2. & 6. Quem ſequitur ibi Iaſſ.
nu.5 tex.à contrario ſenſu.in l. eleganter. §. 1.ff. de
condi.indeb.ibi.*Cùm de ſententia indubitata*.Pinel.
in l.1 3.par.num.36.C.de bon.mater.

7 ¶His tamen non obſtantibus † in hac quæſtione
contrarium dicẽdum erit:imò,quòd in bonis Ma-
ioratus, nec tranſigi:nec etiam compromitti va-
leat.Primò:quia bona Maioratui ſubiecta alienari
prohibita ſunt,vt ſupra iſto lib.cap.1.latiùs oſten-
8 dimus. Cùm igitur alienari prohibita ſint ex eo,
conſequitur nec de illis tranſigi,nec compromit-
ti poſſe. Cùm † ſit regulare, quòd ſuper bonis a-
lienari prohibitis tranſactio, vel compromiſſum
fieri non poſſunt.l. non ſolum. C. de præd. mi-
nor. text.in cap. cum tempore de arbit. vbi com-
muniter Scrib.id not. Socin. conſ. 87. num.9. lib.
3.Decius conſi.39.nu.4.Idem conſi. 44. num.1. &
5. vbi optimè proſequitur materiam idem in. l. 2.
nu. 28. ff. de iuris. omni iudi. Capycius. deciſ. 93.
nu. 3. &. 4. Pinelus qui plura refert, in. d. l. prima
par.3.nu.44.Pariſ. conſi.85.num. 15. lib. 3. Afflict.
deciſ.138.num.2.

9 ¶ Secundò : † quia de re feudali nec poteſt fieri
cõpromiſſum, neque tranſactio: prout dixit Mat-
thæus de Afflict.poſt Andr.de Yſern. ibi.in capit.
1. §. ſi vaſſallus, el vltimo num. 13. ſi de feud. fue.
controuer. int. dominũ & agna. vbi inquit tex.il-
lum permittentem tranſigi de feudo, eſſe corre-
ctum per text.in cap. Imperialem de prohib. feu.
alie.Soci conſi.87.nume.10.lib.3.Mattheus de Af-
flict.deciſio.138. numero. 1.& 2. Eámque opinio.
dixit veriorem,atque magis communem eſſe Soci.
Iuni conſil.77.numer.76.cum ſeq.libr.1.atque Iul.
Clarus.libro 4.recepta.ſenten.§.feudum quæſtio-
ne 39.

10 ¶ Tertiò: *quia † poſſeſſor Maioratus non poteſt*
nocere ſucceſſoribus ex actu voluntario. l.peto.§.
fratre.ff.de lega.2.cum ſimil. compromiſſum autẽ
ſeu tranſactio eſt actus voluntarius. l. ſi dictum §.
ſi compromiſero ibi.*Nulla enim neceßitate cogen-*
11 *te id feci*.ff.de euictio.Igitur † cõſtat Maioratus poſ
ſeſſorem nec poſſe compromittere,neque trãſige-
re: ex quibus in bonis Maioratus nec poſſe fieri
tranſactionem nec compromiſſum in præiudiciũ
poſſeſſorum cenſuerunt Grego.in l.10.tit. 27. par.
4.in glo.mag.col.5.Ant.Gometius in l.40. Tauri
num.86.Pinel.in l.1.C.de bon.mater.part.3. num.
46.propè.fin.& iterum.nu.50.verſ.octaua limita-
tio.Quorum opinio vera communitérque in Fo-
renſibus controuerſiis recepta eſt.

¶ Quibus nõ obſtant ea, quæ in contrarium ad-
ducta ſunt. Et primo † non obſtat text.in l.cum
12 hæreditas.ff.ad Trebel. Nam etſi ea lex nimium
pro opinione cõtraria ſtringat:adeò, vt cõgruum
reſponſum admittere non videatur: ad illam ta-
men dupliciter reſponderi poteſt. Primò, quòd
ex eo,quòd text. ille dicat, quòd ante reſtitutionẽ
hæres compromiſerat, non poteſt ex illo deduci
quòd poteſt in præiudicium fideicommiſſarij cõ-
promittere.Illa namque lex non dicit ſimpliciter
hæredem poſſe compromittere, de rebus fidei-
commiſſo ſubiectis, teneríq; fideicommiſſarium
compromiſſum approbare.Id námque proculdu-
biò erroneum eſſet:ſed ſolùm facti cõtingentiam
enuntiat,diſponítque,quòd quando hoc legitimè
factum fuerit: prout lex ipſa præſupponere cenſe-
tur,tenetur fideicommiſſarius cauere de ſoluẽdo
illud,quod ex cõpromiſſo iudicatũ fuerit: veluti ſi
ex conſenſu ſuo vel ſtatuto diſponente,quòd cau-
ſę compromitterentur,vel ex ſententia iudicis qui
compromitti mandauit, vel aliàs compromiſſum
factum fuit

¶Quod in ſimili probatur euidentiſſimè ex tex.
13 in l.vbi purè.§.fina. ff.ad Trebel ibi. *Qui in diſtra-*
*hendis conſeruandiſue rebus hæreditarius ſumptus fa*
*ctus eſt imputari hæredi debet*. † vbi Iuriſconſultus
proponit eam quæſtionem: vtrum ſcilicet fidei-
commiſſarius teneatur ſoluere ſumptus,quos hæ-
res fecit in diſtrahendis rebus hæreditariis: non
tamen ex illo text.ſumenda eſt regula, quòd hæ-
res poſſit res fideicommiſſo ſubiectas diſtrahere.
Hoc namque falſum eſt:ſed intelligendum eſt Iu-
riſconſultum in eo caſu propoſuiſſe quæſtionem.
Quo venditio legitimè facta fuit: veluti quando
res hæreditaria vendita fuit ad debita teſtatoris
ſoluenda,vel ex alia legitima cauſa:prout Alexan.
in ead.l.vbi purè num.3 .reſoluit.Non enim illa iu
ra intendunt oſtendere: vtrum res fideicommiſſo
ſubiectæ diſtrahi valeant,vel non,vel an de rebus
fideicommiſſo ſubiectis valeat compromitti, an
non:ſed id tantùm monſtrare volunt:qualiter ſci-
licet in his caſibus hæredi cauẽdum ſit:ne damnũ
ex his,quæ iuſtè fecit ſuſtineat,quòd ſi id non iu-
ſtè feciſſet, veluti ſi ex propria voluntate & abſ-
que legitima cauſa compromiſerit, vel res hære-
ditarias diſtraxiſſet,non eſt credendum leges illas
ſibi idemnitatem promiſiſſe: cùm eo caſu illam
hæres non meretur: imò damnum ex eo incur-
ſum fideicommiſſario potiori ratione reſarcien-
dum foret.Sícque etiam iura illa neceſſariò intel-
ligenda ſunt:ne tot legibus, ac iuris fundamentis
ſolidiſſimis aduerſentur.Notiſſimum námque eſt
res fideicommiſſo ſubiectas ab hærede alienari
non poſſe.Similiterque in rebus alienari prohibi-
tis compromiſſum etiam prohibitum eſſe:cùm ex
illo poſſit ad alienationem perueniri.Sícque † ex
eo corruit opinio.Angel.Pauli.Alexand.& cæte-
14 rorum Scribent.in d. l. cum hæreditas & in aliis
locis ſuperiùs citatis,qui mentem illius legis non
intelligentes ex illa deduxerunt, hæredem poſſe
de rebus fideicommiſſo ſubiectis compromitte-
re, cùm text. ille id non decidat nec in illo de ea
quæſtione ageretur: prout Paulus. Forſan. præ-
dictæ opinio. immemor, ſeu pœnitentia ductus
in l.facta. §. ſi hæres ff. don. numero2.& 3.palam
profitetur:quamuis ibi etiam non rectè. d.l. cùm
hæreditas intellexerit.

15 ¶ Secundò: quia etiamſi communem. d. l. cum
hæreditas intellectum ſequamur, adhuc ex illa
deduci non poteſt de rebus Maioratus poſſe cõ-
promitti vel tranſigi, ad quod probandum præ-
ſupponimus,quòd † ratio decidendi quę commu-
niter ab Scribent.aſſignari ſolet ad tex.in d.l.cùm
hæreditas eſt,quod ibi permittatur hæredi com-
16 promittere:quia † in compromittendo ſolùm cul
pa leuis verſatur, quæ nõ imputatur hæredi. Cùm
ipſe ſit dominus,& non niſi de lata culpa tenea-
tur.l.mulier.§.ſed enim.ff.ad Trebellian.& ſic re-
ſpõdent ad textum in l.ſi dictum.§.ſi compromi-
ſero, ff. de euictio. vbi probatur, quòd compro-
miſſum factum ab emptore non præiudicat ven-
ditori,quòd illud procedat in contractu emptio-
nis,& venditionis, in quo venit leuis culpa: cùm
ſemper gratia vtriuſque:tam emptoris quàm ven-
ditoris



ditoris fiat. l. ſi vt certo. §.nunc vidẽdum. ff.com-
modati.Quam rationem decidendi ad text. in d.l.
hæreditas aſſignauerunt, ibi. Bartol.nume.1.& 2.
Paul.numer.2. Alexand.numer.4. & communiter
Scribent. Ex quo palam deducitur, quòd quan-
do in materia, de qua agitur leuis etiam culpa
præſtanda eſſet, non poſſet ab aliquo, in alterius
præiudicium compromitti. Quod probat tex.in
d.§.ſi compromiſero.ibidémq; & in d.l. cùm hæ-
reditas communiter Scrib. id ipſum not. Cùm
igitur Maioratus ſemper gratia vtriuſque tam pri
mi: quàm ſecundi, atque vlteriorum ſucceſſorum
inſtituãtur, in illiſque nedum lata: ſed etiam leuis
culpa, à poſſeſſore præſtanda ſit, vt ſupra libro 1.
cap.27.nu. 6.apertiſſimè demonſtrauimus: cõſtat
Maioratus poſſeſſorem non poſſe in præiudicium
ſequentis ſucceſſoris compromittere. Quod no-
uum & ſatis ſubtile eſt,vt ſciamus, qualiter reten-
to communi intellectu. d. l. cùm hæreditas non
valeat ad Hiſpanorum Maioratus adaptari. Verè
tamen communis intellectus mihi ex ea. l. neceſ-
ſariò non probatur: ſed ſi communem intellectũ
quis ſequi velit,is à Maioratibus ex alio commu-
ni intellectu reiici poterit.

17 ¶Non etiam obſtat text. in d. l. ante reſtitutam.
ff.de ſolutio. Nam † tex.ille non loquitur de libe-
rationibus voluntariè factis: ſed de liberationibus
neceſſariis:prout ibi Bartol.palam profitetur pri-
ma oppo.dum reſpondet ad tex.in l.final. §.ſin au-
tem. C. communia delega. quem cæteri ſequun-
tur.

18 ¶Non etiam obſtat tex.in d.cap. Rainaldus:ille
námque tex. loquitur † de compromiſſo facto in-
ter fideicommiſſarium, & hæredẽ quod optimo
iure fieri poteſt: cùm in eo de alterius præiudicio
non agatur. Quo pacto etiam reſpõdetur ad text.
in d.l.1. C. de pact. vbi etiam pactum inter hære-
dem,& fideicommiſſarium factum fuit: ſic nám-
que feudiſtæ dicere ſolent, quòd quando lis eſt
inter dominũ, & vaſſallum poteſt inter illos fieri
tranſactio de feudo:prout not. Afflict.in capitu.1.
§.ſi vaſſallus:el vltimo ſi de feud. fue. contro. int.
dominum, & agna.nu.13.quod intelligendum eſt,
dummodò ex ea tranſactione agnatis non præiu-
dicetur.

¶Similiter etiã non obſtat illud, quod de feu-
do ex aduerſo dicebatur, quod ſcilicet de illo va-
leat tranſigi,atque compromitti. Nam iura id diſ-
ponentia,vel correcta ſunt ex tex.in cap.Imperia-
lem,in principio de prohibi. feud. alie.vel intelli-
genda ſunt, quando feudum remanet apud vaſ-
ſallũ præſtita illud petenti aliqua pecuniæ quanti-
tate. Cùm enim in hoc domino,atque etiam a-
gnatis non præiudicetur: cùm ſemper feudum í-
pſum antiquam naturam,atq; ordinem ſucceden-
di obſeruari ſolitum ſequatur: conſequens eſt,vt
id poſſit vaſſallus facere. Sícque intelligendi ſunt
tex.in cap. 1. §. ſi vaſſallus.el vltimo ſi de feud.de-
funct.conten.ſit inter dominum, & agna. & text.
in cap.1. de contro. inter. vaſſallum, & alium de
benefi.& text.in capitulo primo. §. ſi inter de leg.
Corrad. quos pro contraria opinio. citauimus:
prout reſoluũt Bal.in d.ca.1.de contro. int.vaſſal-
lum,& alium. numero 16. & Curtius. Iunior.qui
hanc opinionem communem eſſe profitetur de
feud.4.par.in vlti.cauſ.amiſſio feud.quæſtio. 7. &
Pariſius conſil. 1. numero.134.lib.1.& Iulius Cla-
rus li.4.ſenten.§.feudum.q. 38. & 39. quod etiam
pari ratione in Maioratu dici poterit: prout
inferiùs dicemus.

19 ¶Non etiam obſtat illud,quod vltimo loco di-
cebatur, quòd ſcilicet ſtante dubio: vtrum bona
ſint Maioratui ſubiecta,vel non.valeat de illis trã-
ſigi,vel compromitti. † Hæc námque ratio vera nõ
eſt,adhoc námque vt de bonis Maioratus cõpro-
mitti, vel tranſigi non valeat, ſufficit quòd tan-
quam bona Maioratus petãtur.Ex petitione nam-
que ſumenda eſt qualitas rei adhoc,vt intelliga-
tur:vtrũ de illa poſſit tranſigi, nécne:alias namque
ſemper poſſet tranſigi, vel compromitti de re-
bus Maioratus, vel alienari prohibitis: cùm com
promiſſum,vel tranſactio de re dubia, atque in-
certa efficienda ſint, quod ſic reſoluit Angelus in
l.ampliorem. C. de appellationi. columna prima
dicens,quòd ad ſciendum:vtrum de aliqua re va-
leat compromitti,vel non,forma petitionis eſt at-
tendenda,ex qua modus procedendi accipiendus
eſt:niſi in petitione aliquid fraudulenter ad impe-
diendum compromiſſum,vel tranſactionem nar-
ratum fuerit. Tunc námque veritas fraude dete-
cta,nõ autem petitionis forma ſequenda erit. Cu-
ius dictum ſequitur Alex.in l.cum quædam puel-
la.§.quoties.nu.2.ff.de iuriſd. omni. iudi. Decius,
qui id optimè declarat. conſi.44.num.5.Qui in id
omninò videndus erit.

20 ¶Hæc autem regula,quòd ſcilicet de rebus Ma-
ioratui ſubiectis,nec compromitti,nec etiam trã-
ſigi valeat, multipliciter limitatur.Primò,niſi ad
id Regia facultas interueniat:Regia † namque fa-
cultate interueniẽte,nũlli dubiũ:niſi, quòd id fie-
ri valeat,dummodò cauſalegitima ad id efficien-
dum interueniat: veluti ſi lites ſint inter magnos
Principes,& proceres,atque optimates, líſque ſit
diu duratura,ſcandaláque ex illa exoriri ſperãtur,
vel alia ſimilis cauſa currat,quod probatur ex tex.
in capite primo de tranſactio.ibi. *Vires plenißimè*
*notionis ex noſtra authoritate ſuſcipiant*. Per quem
tex.not.gl.& Scrib.ibidem, quod vbicunq; ſuper
aliqua re tranſigi non poteſt ex eo, quòd alienari
prohibita eſt,vel ex alia quacunq; cauſæ, tranſigi
tamen poterit authoritate Principis interuenien-
te. Quod probat.tex.in cap.examinata, vbi etiam
per Scrib.de confir.vtili, vel inutil.Per quæ iura id
not. Alciatus. conſil. decimo num. 9.& alibi ſæpè
Scrib.ídque etiam in feudis communi voto rece-
ptum eſt: quanuis enim de illis, nec tranſigi nec
compromitti valeat,vt ſuperiùs oſtendimus:com-
21 promiſſum autem, vel tranſactio quæ ſuper feu-
dis facta fuerunt valida erunt:ſi authoritate Regia
confirmata ſint:prout ex pluribus probant Affli-
ctus per tex.ibi in cap.1.in principio numero 110.
quæ ſint regalia.in vſib. feud.Pariſi conſil. 16.num
35.cum ſequentibus. libro primo: idipſum etiam
in bonis Maioratus opinati fuerunt *Arias Pinelus*
in d.l.prima 3.parte numero 50. C. de bon.mater.
verſiculo,ſed hoc de tranſactione. Menchaca. lib.
3. controuer. frequentium cap. 61. numer.7. Do-
minus Antonius de Padilla. in l. vnum ex familia.
§.ſi de falcidia.ff.de lega.ſecundo nume. 26.ad fin.
Quod nedum,quando Maioratus ex Regia facul-
tate inſtitutus eſt,ſed etiam quando inſtitutus fuit
abſque illa procedit,ac verum eſt ex his, quæ ſu-
pra iſto libro capite 3. numero 7. & ſequentibus
oſtendimus.Abſurdum námque foret adeo Prin-
cipis poteſtatem reſtringere,vt in cauſis Maiora-
tuum non poſſet partibus facultatem præſtare vt
à litibus deſiſtant cauſæque tranſactione vel com-
promiſſo componantur, de quibus tamen cùm
caſus

caſus contigerit deliberandum erit.

22 ¶Secunda limitatio ſit, ſi † res Maioratus penes
poſſeſſorem remaneant, & illas petenti : non ipſæ
res Maioratus: ſed aliqua pecuniæ quantitas præ-
ſtetur. Tunc nàmque tranſactio ſeu compromiſ-
ſum, de rebus Maioratus facta, valida erunt: etſi
authoritas Principis nõ interuenerit. Quod pro-
batur ex text. in l. ſi profundo vbi Bartolus, Bal-
dus, Paulus. Iaſ. & communiter Scribentes, id not.
C. de tranſactio. gloſſa communiter approbata. in
l. nulli verbo. *tranſigere*. ff. eodem Iaſon. in l. fina.
numero 122. C. de iure Emphyteo. Tiraquellus,
qui plura refert de vtroque retractu. libro primo
§. 1. gloſſ. 14. numer. 60. cum ſequentibus Alciatus
conſil. 17. nume. 8. Quod etiam in feudo commu-
niter deciſum eſt: prout ſupra iſto capite nume. 5.
oſtendimus.

¶Nec obſtat illud quod dixit Matthæus de Af-
flictis in d. cap. 1. §. ſi vaſallus el vltimo nume. 13. ſi
de feud. fue. contro. inter. dominum, & agnat. vbi
volens hanc communem opinionem impugnare,
inquit, non poſſe vaſſalum de feudo tranſigere,
vel compromittere etiam ea lege, vt feudum apud
ipſum remaneat, & certa quantitas aduerſario
prętetur: cum ex hoc cenſeatur cauſam poſſeſſio-
nis mutare, & iam non poſſidere feudum ex cauſa
primæua: ſed ex cauſa noua, & titulo nouo obten-
to ab ipſo tranſigente. Quod præiudicium domi-
no irrogare poſſet. Hoc nàmque verum non eſt, is
enim qui tranſigit, pecuniam aduerſario præſtan-
do non id agit, vt à tranſigente dominium acqui-
rat: ſed vt ex ea pecunia aduerſarij verſutias, litiũ-
que inquietationes redimat nec ex tranſactione
hoc pacto facta dicitur res acquiri nouo titulo:
prout Bald. in d. §. ſi vaſſalus ad fin. not. atque in d.
l. ſi profundo Scribentes profitentur vbi Alciatus
nu. 10. & D. Anto. de Padilla, nu. etiam 10. id opti-
timè declarant.

23 ¶Hoc autẽ † ita intelligendũ eſt, vt ex hac trãſa-
ctione, nec in ſolutione pecuniæ, ſeu partis eiuſ-
dem, nec in alio, ſucceſſoribus Maioratus præiu-
dicetur. Quibus, vt prædiximus ex facto volunta-
rio Maioratus poſſeſſoris non poteſt in aliquo prę-
24 iudicari. Ex quo infertur † ſucceſſores Maioratus
non teneri ſoluere hæredibus ipſius Maioratus
poſſeſſoris eam pecuniam, quam ex ipſa tranſa-
ctione poſſeſſor aduerſario præſtitit. Non enim
potuit adhoc, Maioratus ſucceſſores aſtringere,
nec ſolutum etiam in Maioratus vtilitatem, à ſuc-
ceſſoribus repetere, præſertim cùm hæc non ab i-
pſis ſucceſſoribus ad quos ſimilis impenſæ ſolutio
non attinet: ex eo, quòd Maioratus perpetuam v-
tilitatem ſpectet, vt ſupra lib. 1. cap. 27. numero 5. o-
ſtenſum eſt: ſed potiùs ex bonis ipſius Maioratus
exoluenda ſit, quæ non poteſt poſſeſſor Maioratus
abſque Regia facultate ex cauſa voluntaria, quan-
uis ipſi Maioratui vtili, obligare, vt ſupra iſto li-
bro cap. 6. oſtendimus.

25 ¶Ex quibus ceſſat quædam difficultas, de qua
meminit Greg. in l. 10. ti 26. part. 4. verb. *Vendiẽdo*
colum. 5. vbi inquit, ſibi videri rationabile, quòd ſi
Maioratus poſſeſſor aliquid ex cauſa *tranſactionis*
ſoluit, ſucceſſor ipſius Maioratus illud eius hære-
dibus ſoluere teneatur, & ſequens præcedenti, &
ſic in infinitum: quanuis in fine illud cogitandum
relinquat, hoc † nàmque iuris principiis ſatis ad-
uerſatur, ex quibus vt prædiximus, deducitur ſi-
miles expenſas ad Maioratus ſucceſſores nõ ſpe-
ctare: poſſet namque eſſe vt ea, pecunia, valorem
fructuum, quos Maioratus ſucceſſor, ex ipſo Ma-
ioratu per totum vitæ ſuæ tempus percipere po-
teſt, excedat ſimiliter etiam poſſibile erit, quòd
pecunia potius ex voluntate: quàm ex neceſſita-
te à Maioratus poſſeſſore calũnioſo litiganti data
fuit, tranſactionis colore quæſito, vel quòd non
tanta danda eſſet. Quibus caſibus iniuſtiſſimum
foret ſucceſſorẽ ad eius pecuniæ ſolutionẽ aſtrin-
gere, eo præſertim, quòd pari ratione, eius hære-
des poſſent à ſequenti ſucceſſore eandem pecunię
quantitatem exigere, & hæredes ſequentis ſucceſ-
ſoris ab vlterioribus: & ſic in infinitum procederet
repetitio, quæ infinitas, & abſurda quæ ex illa ſe-
querentur, vitanda ſunt, vt in ſimili ſ. lib. 1. c. 26. nu.
14. annotauimus.

¶Quod ſi ea trãſactio neceſſaria, vel ſummè vti-
lis ipſius Maioratus conſeruationi fuerit, ipſéque
Maioratus poſſeſſor ad pecuniæ ſolutionem, pe-
cuniam mutuam accepit, vel illam exigere tem-
pore ſolutionis proteſtatus fuit, forſan poſſent
eius hæredes illam ab ipſis bonis Maioratus, vel
ex fructibus eorum ſi modica ſit exigere. Quaſi
rectè maioratus poſſeſſor negotium ipſius Maio-
ratus, atque etiam ſucceſſorum fecerit, quod ex
qualitate tranſactionis, & pecuniæ quantitate, &
aliis circunſtantiis à iudicibus æſtimandum erit.

¶Ad huius tamẽ limitationis intellectum, vnũ
vltimo loco conſiderandum eſt. In quo vidi plu-
res æquiuocè procedere : ſcilicet, † non eſſe eam
limitationem admittendam : quando is, qui pe-
26 tit rem Maioratus illam ſibi pertinere iure Maio-
ratus contendit, ſed tantùm, quando illam petit
tanquam liberam, nec fideicommiſſo, nec Ma-
ioratui ſubiectam. Si enim eam tanquam Ma-
ioratui ſubiectam petat, non valet tranſactio : e-
tiam re apud illum poſſidentem dimiſſa. Imò ſe-
quens in gradu eam petere poterit, ac ſi tranſa-
ctio facta non fuiſſet. Sicut enim poſſeſſor non
poteſt tranſigere : niſi re Maioratus retenta : ita
nec petens: niſi re Maioratus ſibi tradita. Et cùm
vtrumque ſimul fieri non poſſit, conſequens eſt,
vt quando petens aliquam rem illam tanquã Ma-
ioratui ſubiectam petit, & eam poſſidens, illam
tanquam rem Maioratus defendit : huic limita-
tioni locus non ſit. Quod ſatis apertè inſinuat
gloſ. in l. cùm hi. §. ſi vni. verbo *Tranſigere*. ff. de
tranſactio. Ex † qua dixit Bartol. in l. nulli. nume. 2.
ff. eod. quòd illud, quod dicitur, quod valet trãſa-
27 ctio facta à minore, vel Eccleſia, re apud Eccleſiã,
& minorem dimiſſa, & non aliàs eſt verùm : ne-
dum quando minor, vel Eccleſia poſſident : ſed
etiam quando poſſidet aduerſarius. Non enim
aliter, poterunt minor, ſeu Eccleſia tranſigere:
quã ſibi tradito feudo, & poſſidenti aliqua pecu-
nia aſſignata : ſicut enim dicitur minor alienare
vel Eccleſia, quando tradunt fundũ ex cauſa tran-
ſactionis: ita etiã quãda fundũ quem petunt, apud
illius poſſeſſorem dimittunt. Quod inquit Bartol.
eſſe mente tenendum. Cuius dictum refert, & ſe-
quitur Iaſ. in ead. l. nulli numero. 2. quaſi ad fin. Et
Calcialupus de tranſact. quæſt. 7. nume. 8. Curtius
de feud. 4. part. quæſt. 7. numer. 96. Pinellus qui id
optimè declarat loquens in parte de bonis aduen-
titiis filij tranſigente in l. 1. 3. part. numero. 46. ver-
ſiculo. Sed dum Bald. hic. Idque optimè declarat
Tiraquellus loquens in feudo. de retract. Ligna-
gier §. 1. gloſſ. 14. numer. 66. vbi plura in idem ad-
ducit. Poterit tamen hæc limitatio procedere,
quando is qui petit rem Maioratus, illã tanquam
liberam



liberam ſibi pertinere contendit: vel quando is, qui
rem poſſidet illam tãquam liberam poſſidet: dũ-
modo vtroque caſu res apud eum, qui iure Maio-
ratus illam petit, vel poſſidet, maneat.

28 ¶Tertiò, † etiam prædicta regula limitatur quã-
do ex diſpoſitione ſtatuti compromittendum, vel
tranſigendum eſt. Tunc namque etiam de rebus
Maioratus compromitti, vel trãſigi poterit: dum-
modò id bona fide factum fuerit. Quanuis enim
Maioratus poſſeſſor voluntariè tranſigere, ſeu cõ-
promittere nequeat: neceſſitate tamen ab ſtatuto
coactus id facere poterit. Nam & bona alienari
prohibita ex voluntate alienari non poſſunt, ex ne-
ceſſitate verò bene poſſunt alienari vt in l. 1. ff. de
fundo, dota & in l. alienationes. ff. famil. herciſ. &
ſic ceſſat ratio adducta ſupra iſto capite numero
octauo quòd ſuper bonis alienari prohibitis nec
compromitti, nec tranſigi poteſt, illud enim pro-
cedit : quando voluntariè fieret compromiſſum:
non quando ex neceſſitate ſtatuti vel ſimili: quam
ſententiam tenet Bal. in l. de re in ſecunda lectura.
ff. de tranſact. Mar. Antho. Blan. in tracta. de com-
promiſſis quarta quæſtione nume. 28. & Pinel. in l.
prima C. de bon. mat. tertia parte num. 44. ad fin.
quæ ſententia comprobatur ex traditis per Bal-
dum, Salicetum, Paulum & Alex. in l. fina. C. de in
integ. reſti. vbi dicunt quòd etiam ſi tutor vel cu-
rator ſuper bonis minorum non poſſunt tranſige-
re nec compromittere, vt in l. trãſactionis cũ ſimi-
libus. C. de tranſact. tamẽ ſtante prædicto ſtatuto
compromittere & tranſigere poſſunt & debent
quod tradit etiam Iaſon. poſt Paul. ibi in l. ſi plures
quam legit ſub §. *fin.* l. iuriſgentium nume. 14. ff. de
pact. & Maranta de ordine iudiciorum in 6. part.
tit. de compromiſſo, num. 8. ¶Sed his non obſtan-
tibus contrarium verius videtur, imò quòd etiam
ſtante prædicto ſtatuto, non poſſit compromitti
nec tranſigi ſuper rebus Maioratus: illud enim ſta-
tutum intelligendum eſt, vt loquatur in rebus de
quibus poteſt compromitti à partibus: prout eum
intellexit *Bartolus in l. non* diſtinguemus §. de li-
berali. ff. de arbit. Idem Bart. & Bald. in l. prætor i-
pſe. ff. de tutor & cura datis ab his. Decius etiam
qui hanc ſententiam latè probat, in conſil. 44.
numero 3. vbi inquit, quod ſuper bonis alienari
prohibitis etiam ex forma dicti ſtatuti, non pote-
rit compromitti: quod prætereà probatur, quia il-
lud ſtatutum ſolùm intendit compellere ad com-
promittendum eos qui poſſunt, nec tamen volunt
vt litium finis ſit, & ſatis in hoc operatur : ſufficit
autem quod ſtatutum aliquid operetur vltra ius
commune in cæteris vero reſtringendum eſt. l. ſi
quando. C. de inoffi. teſtam. & diximus latiùs ſu-
pra iſto lib c. 2. nume. 63. & ſic cum illud ſtatutum
ſit contra ius commune quo nemo ad compro-
mittendum compellitur, nõ eſt vlterius extenden-
dum ad ea de quibus non poteſt compromitti
cùm duo induceret contra ius commune, quod
partes compellantur ad compromittendum, &
quòd valeat compromiſſum in rebus alienari
prohibitis quod non eſt admittendum ex regula l.
1. cum ſimil. C. de dotis promiſſ. cum vulgaris.

29 ¶Quarto prædicta regula limitatur: quando † ex
ſententia iudicis præceptum fuerit, vt cauſa com-
promittatur, vel de illa tranſactio fiat. Nam quan-
uis quis inuitus non poſſit compelli, ad tranſigen-
dum, vel compromittendum ex deciſione text. in
Auth. vt litigan. iurent. §. fina. coll. 9. Per quem tex.
dixit Bart. poſt gloſſ. ibi in l. furti §. qui iuſſu. ff. de
his qui not. infami num. 2. quòd iudex non poteſt
cogere partes ad tranſigẽdum, neque ad compro-
mittendum. Dixit etiam Bald. in l. ex ſtipulatione
nume. 1. C. de ſenten. & interlocu. omni iudi. quòd
concordia poteſt ſuaderi: non interpretari. Quibus
plura cumulat Feli. in Rub. de tregua & pace. num.
30 1. & 2. Hoc † tamen fallit : quando lis eſt inter inſi-
gnes perſonas, atque multum intricata, & diu
duratura. Tunc enim partes à iudicibus compelli
poterunt ad trãſigendum atque compromittẽdũ,
præſertim ſi ex litis proſecutione rixæ, ſeu ſcan-
dala exoriri timeantur. Idque probatur ex tex. in
c. placuit. 90. diſt. Quem tex. adhoc not. Abb. in ca.
nouit de iudi. numero 9. atque Felin. qui plura in
idem adducit in d. Rub. de Tregua. & Pace num. 5.
& 6. Quod nedum in bonis liberis: ſed etiam in
bonis Maioratui ſubiectis procedit. Cùm vtro-
que caſu eadem ratio militet, & propter ſcandà-
lum vitandum feuda dignitatum Regalium quæ
aliàs indiuidua ſunt, diuidi poſſint: prout ſupra lib.
3. c. 1. nu. 23. oſtendimus. Sicque pronuntiatum fuit
in quodam Regio ſupremo conuentu in quadam
lite arduiſſima, quæ in illo vertebatur, poſteàque
in eius ſententiæ executionem tranſactio ſuper bo
nis Maioratus facta fuit: quæ etiam fuit Regia fa-
cultate confirmata, ſed vtrum hoc fieri poſſit ex
ſola ſententia abſque Regia facultate dubium vi-
detur : ideóque de illo cum caſus contigerit, deli-
berandum erit.

31 ¶Quinta † & vltima limitatio ſit: quando in com
promiſſo vel tranſactione conſentiunt omnes hi,
quorum fauore alienatio prohibita eſt. Cùm enim
eis conſentientibus bona fideicommiſſo ſubiecta
alienari poſſint l. quoties ab omnibus. C. de fidei-
commiſſ. conſequens eſt, vt à fortiori de illis eo-
dẽ pacto compromitti, ſeu trãſigi valeat. Sed hæc
limitatio parum quo ad bona Maioratus prodeſſe
poterit. Cùm enim Maioratus ſucceſſio perpetua
ſit : etſi præſentes conſentiant : naſcituri tamen in
infinitum cõpromiſſo, ſeu tranſactione non aſtrin
gentur: prout ſuprà lib. 1. c. 8. numer. 27. oſtenſum
eſt.

32 ¶Sed † dubitari ſolet vtrum aduerſus huiuſmodi
tranſactiones & compromiſſa exceptiones, quæ
aduerſus alias trãſactiones competere ſolent pro-
poni poſſint: præſertim ſi à Rege confirmatæ ſint,
vel in perſonam Regiam compromiſſum ſit. Et
quanuis quando in Regem compromiſſum fuit,
res iſta, ex quadam decentia dubitationem ad-
mittere poſſit: ex ſtricto tamen iuris rigore vide-
tur dicendum Regiam authoritatem non exclu-
dere: quin exceptiones legitimę aduerſus eas trãſ-
actiones, ſeu compromiſſa obiici valeant, præſer-
tim: ſi dolus ex propoſito, vel metus in illis inter-
uenit. Ex eis namque tranſactiones, & compro-
miſſa nulla, atque inefficacia reddi ſolent. lege a-
ctione adminiſtratæ. C. de tranſactio l. ſub præte-
33 xtu. & l. interpoſitas. C. eodem titu. Nec † Princeps
cenſetur tranſactiones, ſeu compromiſſa, in qui-
bus dolus, ſeu metus interuenerit, confirmare. I-
mò id in quacunque confirmatione & alia diſpo-
ſitione exceptum cenſetur. lege creditor. §. Lucius.
ff. manda. l. authoritatem. C. vnde vi. vbi Bartol. &
communiter Scrib. id not. l. nec auus cum ſimilib.
C. de emancipa. libe. Imò nec Princeps cenſendus
erit confirmare actum, in quo enormiſſima læſio
interuenit. Nec eius confirmatio aufert reme-
dium reciſorium, quod, ex enormiſſima læſione
concedi ſolet, vt opinantur Bellamera. deciſ. 502.
& Thom.

& Thom.Gramma.deciſi.66. numero.50.51.& 52. Authoritas namque Principis ſolum efficit, quòd valeat tranſactio,quæ alioqui non valeret. Text. in c.1.de tranſactio. Hoc tamen nõ obſtante contra illam omnia opponi poterunt,quæ cõtra tranſactiones validas opponi ſolent, vt optimè conſiderat Decius in c.1. de confir. vtil. vel inutil.nu.7. ad fin. Idque in dolo, metu, ſubreptione & alia quacunque machinatione proculdubiò verũ eſt.

34 ¶De†enormiſſima autem læſione dubitari ſolet: vtrum aduerſus huiuſmodi tranſactiones admitti debeat.In qua quæſtione varia Scrib. tradiderunt. In hoc tamen omnes conſentiunt, quòd habita ratione valoris illius rei, quæ ex tranſactione dimiſſa eſt, & quantitati, quæ dimittenti præſtita fuit, læſio quantumcumque enormiſſima conſideranda non ſit. Nec enim dici poteſt tranſigentem deceptum fuiſſe ex eo,quòd rem cẽtum milia aureorum valẽtem pro mille,vel etiam pro quingentis,ſeu cẽtum aureis dimiſerit. poſſibile namque eſſet actionem, quæ ad illam rem vendicandam ſibi competebat, nec tanti æſtimari debuiſſe. Quod iuriſconſultus ſic intelligendus in l.Lucius. §.fina.ff.ad Trebel. ibi. *Quadruplo amplius in hæreditate fuiſſe* ſatis manifeſtè demonſtrat.Id ipſum oſtendit l.34.titu.14. parti.5.ibi. *Quantoquier que montaſſe aquella parte, que quitaſſe el demandador.*

35 Quæ†ſic intelligenda eſt, reiecto intellectũ Gregorij.ibi.verbo. *Quantoquier.* dicentis ex ea lege huius quæſtionis difficultatem ceſſare: tametſi nihil ampliùs:quam d.l.Lucius.§.fin.eam legem partitarum dixiſſe,ſatis compertum ſit.

¶Reſpectu tamẽ dubij euentus litis,& valoris: non rei, quæ petebatur: ſed actionis ad illã competentis Bar.in l.2.C.de reſcind.vendi. nume.6.& in l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo. obliga. nume.3. poſt.gloſſ.ibi.verbo.*Poſſe.* (quæ rectè conſiderata hoc ſentit)dixit tranſactionem ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poſſe. Sed ex aduerſo etiam habita conſideratione ad dubium litis euentum, ex læſione vltra dimidiam, tranſactionem reſcindendam non eſſe:dixit,gloſſ.in capit.cum cauſam. verbo.*Reſtituerent.*de emptio.& vendi.vtramque autem opinio. plures ſequuntur: adeò, vt vix diſcerni valeat quæ ſit magis communis opinio. Quod ſatis diligenter poſt cæteros recenſuerunt Pinelus in l.2.1.par.c. 4.num.13 & 14.& D.Anton. de Padilla.ibi.num.23. Quorum primus opinio. Bar.ſecundus verò opinio. contrariam probat.atque Anto.Gabriel.lib.3. communium opin.tit.de emptio.& vendi.conclu.1.numer.68.Qui plura in vtranque partem adducit: adeò,vt ſuperfluum ſit iam in enumerandis harum opinion. authoribus tempus conſumere.

36 ¶Cæterum†in hac opinionũ varietate ea cõcordia mihi ſemper placuit,quòd ſcilicet,ſi læſio in trãſactione etiam habita conſideratione ad dubium litis euentum, ſeu ad actionis valorem ſolum in modico exceſſu vltra dimidiam contingat, reciſioni tranſactionis locus non ſit. Non enim eius qualitatis ea læſio eſt, vt ex illa dolus ex propoſito: ſed ſolum re ipſa præſumendus ſit, vt in d.l.ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. communiter Scribentes annotare ſolent.Ex qua ſola tranſactio reſcindenda non eſt. Si vero ea læſio:nedum vltra dimidiam in modico exceſſu:ſed etiam in maximo habito reſpectu ad litis euentum contingat: veluti,ſi vltra duplum, vel triplum iuſti pretij læſio protrahatur, vel aliàs adeò maxima læſio ſit, vt non ſit veriſimile hominem ſanæ mentis abſque dolo ex propoſito, & machinatione in ea incurriſſe,dicendum ſit, eam tranſactionem veluti ex dolo ex propoſito veriſimiliter factã reſcindendam eſſe. Quod ſic optimè reſoluunt Corneus conſ.166.num.11.lib.1.Decius in l.cum te.nume.1. C.de tranſactio.Idem Decius con.60.nu.4.Idem conſil.551.num.6.& conſil.203.numero.4. Thom. Gramma.deciſione.66.num.44.47.& 48.Aymõ. conſ.51.nume.26.Cagnolus in d.l.2. C.de reſcind. ven.num.80.& in l.ſi quis maior.numer. 37.C.de trãſactio.Xuarez allega.22 col. fi. Carolus Molin. ad Alexan.conſ 42.num.11.libr.1. Et plures alij, quos referunt Pinelus in l.2.prima part.c.4.nu.26. & Dominus Antonius de Padilla ibidem.num.23. & Antonius Gabri.lib.3.commũ.opin. tit.de emptio.& vendi.conclu.1.num.68.Quæ opin.nedum æquitatem habet, vt dixit Pinelus vbi ſupra ſed etiam iuris ſolidiſſimis rationibus, & fundamentis comprobatur, vt ex his,quæ Scribent. ſuperius citati adducunt,comprehenduntur. Ad quod oſtendendum ſufficit ea ſola ratio de qua paulò antè meminimus,eáſque facilius in tranſactionibus minorum & mulierum admitti ſolet,vt prædicti Doctores aduertunt. Tametſi non rectè illud quòd de probanda enormiſſima læſione reſpectu dubij litis euentus diximus,in practicam deduci poſſit, qua ratione hæc exceptio non facilè aduerſus tranſactiones, vel compromiſſa admittenda erit.

37 ¶Hæc†autem remedia,ſeu actiones,quæ aduerſus tranſactiones intentari poſſe diximus,trigenta annis finiuntur,nec vlterius protrahi valent. Cùm nulla actio:ſiue perſonalis,ſiue realis,ſiue mixta in longius tempus protrahatur:ſed omnes eo tempore deperire ſoleant.l. ſicut. C. de præſcrip.30. vel quadraginta annorum.l.1. C.de annal. excep.l.63. Tauri,quæ hodie eſt l.6.titul.15. lib. 4. in nou.leg. Reg.collect.

38 ¶Quod† tempus aduerſus omnes ſucceſſores in infinitum ſimul, vno atque eodem tempore currere poterit, omnibúſque etiam nondum natis præiudicabit.Nam etſi in præſcriptionibus, & vſucapionibus rerum,vel iurium Maioratus contrarium dicendum ſit, vt infra iſto libro.capitulo.10 num.3.dicemus. Illud tamen in caſu de quo agimus,non procedit: cum iam ad effectum tranſigendi ex Regiis facultatibus bona libera effecta fuerint, perindéque tanquam libera in exercitio, & præſcriptione actionum, conſideranda ſint. Quod,quando in Regiis facultatibus, ſeu harum tranſactionum confirmationibus adiectum eſt, quòd bona Maioratus ad effectum tranſigendi libera efficiuntur,probabiliter dici poterit.Tametſi replicari valeat, quòd cum tranſactio, & confirmatio ex dolo ex propoſito, & re ipſa, & metu quæ in illis interuenerunt,reſcindenda ſint. Similiter ea clauſula & omnia alia in confirmatione, & tranſactione contenta nullius effectus cenſeri debeant:ſed poteſt dici, quòd hoc intelligendum ſit,iam dolo, ſeu metu, vel enormiſſima læſione probatis,Sed interim dum hoc probatum nõ eſt, quo ad ordinem procedendi. atque actionũ exercitium, & omnia alia ea bona tanquam libera iudicanda eſſe. Id namque Regia facultas operatur. Nec dici poterit adhuc quo ad hunc effectum, etiam probationes doli,vel metus, aut enormiſſimæ læſionis admittẽdas eſſe, cum hoc probato, etiam quo ad actionum exercitium tranſactio, atque



atque etiam Regia confirmatio non præiudicet. Nam neceſſarium eſt hoc ita reſtringere vt res ipſa in infinitum non procedat, alioqui namque etiam poſt mille annos idipſum à ſequentibus ſucceſſoribus effici poſſet,quod ſatis abſurdum futurum eſſet:de his tamen cum caſus contigerit deliberandum erit.

39 ¶Hæ† autem tranſactiones, atque etiam cõpromiſſa laudo,& emologatione ſubſequutis, litis ingreſſum præcludere ſolent:adeò,vt ſi de eis excipiatur de illis ante litis conteſtationem agendum ſit l.fratris.C.de tranſactio.l.poſtquam liti. C.de pact.tex.in d.c.1.de lit.conteſta.lib.6.l.7.tit. 16.par.3.l.5.ti.10.ead.par.

40 ¶Sed† hoc intelligendum erit dummodò hæ exceptiones in promptu ſint:nec altiorem indaginem requirant.Si enim facilè expediri non poſſint,in ſententiam diffinitiuam reſeruantur.l. nã & poſtea. in princip. ff. de iureiurand.ibidem. *Si ambigitur an iuſiurandũ ſit datum exceptioni locus erit.*vbi gl.verb.*Exceptioni.*id not.quam ſequuntur Bar.Ang.Fulgo.Paul.Alexan.Iaſ. & communiter Scrib.ibidem,vbi ipſe Iaſ.num.23.hunc eſſe communem illius.l.intellectum, profitetur. idq; cõprobatur ex regula vulgari quòd ſcilicet quando aliqua exceptio proponitur in iudicio præparante,quæ altiorem indaginem requirat,eius deciſio in iudicium præparatum reſeruanda ſit.l.3. §.ibidem.ff.ad exhib. Quod in l. is qui,in princ. ff.vt in poſſeſ.lega.& in l.ille à quo.§.ſi teſtamento.ff.ad Trebel.& in l.fi.C.de edict.Diui Hadria. tollen.& in l.4.§.condemnatũ.ff.de re iudi.& in aliis pluribus locis Scribentes communiter annotare ſolent.

41 ¶Ex quibus†aſſignatur notabilis cõcordia inter d.l.5.tit.10.par. 3. & l.10. titu.3. eadem part. ibi. *Que non ſe deue el iuzgador detener por ellas de yr adelante por el pleyto principal.*Quarum prior,quæ eſt,d.l.5.dixit. Propoſitis exceptionib. dilatoriis quæ ex iuris communis diſpoſitione litis ingreſſum impediũt,ſuperſedendũ eſſe in negotio principali,donec ipſæ exceptiones decidantur.Poſterior verò,quæ eſt.d.l.10.inquit,quòd nõ debet iudex immorari in illarum cognitiõe:ſed debet dè illis ſimul cũ cauſa principali cognoſcere. Prima namque intelligenda eſt: quando execeptiones in promptu ſunt,ſecunda verò,quando altiorẽ indaginem requirunt.Idq. apertè inſinuant. verb. d.l.10.ibi.*Non ſe deue el iuzgador detener por ellas,* Ex quibus verbis comprehenditur exceptiones. de quibus in ea lege agitur, eius qualitatis eſſe, vt abſque mora,& longo examine de illis ante negotiũ principale agi non poſſit.Sicque eas leges cõcordat Greg.in d.l.5.ver.*Primeramẽte.*Eáq. cõcordia vera,atq.iuridica mihi videtur: tametſi ſciam pluribus ex d.l.10. perſuaſum fuiſſe, iã correcta eſſe iura dicentia,ante litis conteſtationem de exceptionibus litis ingreſſum impedientibus

42 cognoſcẽdũ eſſe.Sicq.†cõmunis ſtylus in Regiis conuẽtibus inualuit,vt indiſtinctè propoſita exceptione litis ingreſſum impediẽte in vim dilatoriæ,& petita ſuper illa pronuntiatione fiat prouiſio,vt pars illam proponens litẽ cõteſtetur reſeruata exceptione in illud tẽpus,quo negotiũ principale diffinitiuè decidẽdum eſt,ex d.l. partitarũ. Et ex eo etiam quòd propè ſemper huiuſmodi exceptiones ſoleant altiorem indaginẽ exigere: ſed is ſtylus ad iuris diſpoſitionẽ potiùs reducẽdus erit.Cùm enim,vt plurimùm in his compromiſſis & tranſactionib.ex ſcripturarũ inſpectione,& temporis lapſu illico comprehendi poſſit: vtrum exceptiones aduerſus illas propoſitæ admittẽdæ,vel reiiciẽdæ ſint.Nec de ipſis exceptionibus ad hoc efficiendũ agendũ ſit,poterit cauſæ principalis ingreſſum huius articuli deciſio procedere.Quòd ſi id fieri non poſsit,ex eo quòd altiorem indaginem requirat in diffinitiuam ſententiam reſeruandum erit:quandò autem negotium cenſeatur,altiorem indaginẽ requirere ſupra lib.3.c.13.nu.15.annotauimus.

43 ¶Illud autem vltimo loco ſciendum eſt, † q; is, qui ex cauſa tranſactionis aliquid ab aduerſario recepit,ſi tranſactioni ex aliqua cauſa contraueniat,non aliter audiendus erit: quàm reddita ea quantitate,quæ ex cauſa trãſactionis ſibi præſtita eſt,ſi id pars aduerſa oppoſuerit l.ſi diuerſa.ibi *Refuſa pecunia.*C.de tranſactio.l.cùm te fundum. C.de pact.int.empto.& vendi.vtrobiq. per Scri. Idque not.Bal.in c.1.§.notandum. num.1. de his, qui feud.dar.poſſ.Afflict.deciſione 220. num. 4. vbi ſic fuiſſe deciſum profitetur Thom. Gram. deciſione 66.num.22.Roland.Valle.qui plura refert conſi.59.nu.7.& alibi ſæpè Scrib. id not. Ex quibus conſtat non omninò huic articulo conuenire titulum. C.de reputatio.qui ad illũ frequenter trahi ſolet.Nam etſi verum ſit,quòd quando reſcinditur cõtractus factus à minore ipſe debeat reſtituere omne illud,quod occaſione illius contractus ab aduerſario recidit ex d.ti.C.de reputatio.ſicut etiam efficiendũ eſt in tranſactione. In hoc tamen hæc differunt, quòd in tranſactione ſtatim actione propoſita,is qui contendit tranſactionem ipſam impugnare tenetur pretium reſtituere.Nec aliter ſuper ea actione audiri poterit: minor autem petens contractus reciſionem,non tenetur vſque ad finẽ litis pretium reſtituere,vt cõſtat ex l.vnica illius tit. vbi glo. verbo. *Debet reſtitui,*& communiter Scrib.id not.Quod ſingulariter aduertendum eſt,ne in hac materia æquiuocè procedatur.

44 ¶Hoc†autẽ in pecunia,vel alia re,quæ occaſione trãſactionis agenti ab aduerſario tradita eſt, procedit.Nõ autẽ in pœna ex tranſactione promiſſa: ea námque non niſi lite iã diffinitiuè deciſa, peti poterit.Imò nec ſemper illam ſoluere tenetur agens ſi in lite ſuccumbat:ſed ab eius ſolutione excuſabitur:ſi habuit iuſtam cauſam litigãdi, vt in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verb. obliga. Paul.num.5.Alexand.num.5.& 6.& num.18. Iaſ. nu.17.& communiter Scrib.id not. Pro quorum opin.facit tex.notab.vbi bona gloſſ.in l.de rebus ff.de arbit.

*SVMMARIA.*

1 *Præſcriptio longi temporis.10.vel 20.annorum nullo modo admittitur in bonis Maioratus etiam cum titulo & bona fide & etiamſi res non à prohibito ſed ab alio habita fuerit.*

2 *Præſcriptio.30.vel 40.annorum procedit in rebus Maioratus.*

3 *Præſcriptio .30.vel 40.annorum aduerſus poſſeſſorem Maioratus cum quo impleta eſt, admittitur; non vero contra alios ſucceſſores.*

4 *Præſcriptio quæcunque inchoata ante Maioratus inſtitutionem, bene procedit in bonis poſtea in Maioratu inſertis.*

5 *Prohibitio alienationis ſuperueniens poſt inchoatam præſcriptionem, non impedit eam.*

6 *Præſcriptio contra ſucceſsorem Maioratus admittitur: quando ab illo denuò incepit.*

7 *Præſcriptio currit etiam contra ſucceſſorem Maioratus alienationem ſcientem: quando res fuit expreſsè prohibita alienari. & nu. 9.*

8 *Impeditus non videtur qui facilè impedimentum tollere poteſt.*

9 *Præſcriptio immemoralis in rebus Maioratus etiam contra omnes ſucceſſores admittitur.*

10 *Antiquitas temporis facit vt præſumatur aſſenſus Regius in feudi alienatione.*

## *Vtrum in bonis Maioratus præſcriptio admittenda ſit.*

### CAPVT X.

SOLENT etiã præſcriptione bona Maioratus extingui: idcircóque de hoc ẽt extinctionis genere in hac parte agendum erit. Qua in re, vt in ea vera reſolutio deinceps habeatur, tres cõmunes, ac generales Regulæ, & cõ
1 cluſiones præmittẽdæ ſunt. Prima, in †bonis Maioratus præſcriptionem longi tẽporis.10.vel. 20. annorum nullo pacto admittendã eſſe. Quæ concluſio clariſſimè probatur ex tex.in l.fi.§.ſin autẽ ſub conditione.C.communia de lega.ibi. *Vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat.* Per quẽ tex.id in longi tẽporis præſcriptione cõmuniter Scrib. not. Háncque opinionem communẽ eſſe profitetur Anton. Gabriel. qui plura in idẽ adducit lib. 5.com.opin.tit.de præſcript.concluſ.13.n.1. Quod procedit etiamſi adſit titulus & bona fides, in præſcribente: vbi námque lex inhibet vſucapionem, bona fides poſsidẽti nihil prodeſt. l.vbi lex. cum ſimilib.ff.de vſucapio. Et etiamſi res non ab ipſo ꝓhibito: ſed ab alio tertio bona fide empta fuerit. Cùm enim alienandi prohibitio in bonis Maioratui ſubiectis: in rem: non autem in perſonam directa ſit, non eſt attendendum, à quo res alienata fuerit: ſed vtrũ alienata ſit. Omnis námque qui illam alienat aduerſus prohibitionem efficit: etſi Maioratus ſucceſſor non ſit: prout ſupra lib.1.c.4.nu.22.apertiſsimè probauimus. Perindéque ad quemcunque alienãtem deciſio tex. in d.§.ſin autem ſub conditione, & rationes, quibus Doctores hanc opin. probant adaptari poterunt. Quæ opin. vera mihi videtur illámque veriorem eſſe profitentur Xuarez allega.3. pagi.ſecunda ad fin. Gregorius Lopius in l. 10.titu. 26. part.4.in gloſſ.verbo. *Ni le empece*, col.8.verſicul. Sit tertius caſus, & Ant. Gometius in l.40. Tauri num.90.aduerſus plures quos refert Pinel. in Auth.niſi tricennale.C.de bon.mater. nume.35. vbi eam opi.plurium, atque grauiſſimorum virorum authoritate comprobat & aduerſus quamplures, quos refert Anton.Gabriel.d.titu.de præſcrip.concluſi.12.nu. 14. & 15. Quanuis enim ea opin. communis ſit, non tamen præcisè ab his, qui illam ſequuntur, probatur. Nec etiam ratio qua illam probauimus, congruum reſponſum admittit.

2 ¶Secunda concluſio ſit, †in bonis Maioratui, vel fideicommiſſo ſubiectis vel alias alienari prohibitis, præſcriptionem longi temporis 30. vel.40. annorum admittendam eſſe. Cùm enim tex.in d.§.ſin autem ſub cõditione ſolam pręſcriptionem lõgi temporis excludat: conſequens eſt, vt ſub ea excluſione, longiſſimi temporis præſcriptio non comprehendatur: imò ea à contrario ſenſu neceſſariò admittenda ſit. Quod cenſuerunt Corneus conſ.38.nu.10.lib.1.& conſ.117. num. 6. cum ſeq. eod.lib. Ripa.nu.113. Crotus nu. 140. Loazes nu. 191. Alciatus.nu.48.& com.Scrib. in l. filiusfamilias.§.Diui.ff.de lega.1. Gratus conſi.21.nu.36.lib. 2. Pinelus qui plura refert in d. Auth.niſi tricennale.nu.22. Ant.Gabr.qui hãc cõmunem opi.eſſe profitetur lib.5.cõmunem opi.concl.13. nu. 9. Et alibi ſæpè Scri. Eáque opi.vera eſt: tametſi cõtrariam, imò quòd in bonis Maioratus, nec etiã longiſſimi temporis pręſcriptio aduerſus poſſidentem Maioratum admittẽda ſit, probare tentauerit Ant.Gomet.in d.l.40.Tauri nu.90.verſi.certè ego teneo contrariam.

3 ¶Tertia concluſio ſit †pręſcriptionem longiſſimi temporis.30.vel.40.annorum in bonis Primogenio ſubiectis ſolum procedere aduerſus Maioratus poſſeſſorem: non autem aduerſus cæteros ſucceſſores, quorũ dies nondũ ceſſit. Cùm enim hi non valeant ante diei in quem vocati ſunt aduentum agere: conſequens eſt, vt nec aduerſus illos præſcriptio procedere poſsit: nec etiam aduerſus naſcituros. Impeditis námque agere, vel his, qui nõ ſunt in rerum natura, tẽpus currere non põt, nec etiã negligentiã imputari. Quod dixit Pau. qui huius opi. præcipuus author eſſe cenſetur conſ.467.incipi.in caſu præmiſſo num.2.& 3.lib.2. Quẽ ſequutus fuit in rebus Maioratus loquẽs Rodericus Xuarez allega.3. vbi notabiliter proſequitur materiam; etſi nõ bene citet.d.conſ. Pau. Decius conſ.445.nu.47. Crotus in d.l.filiusfamilias.§.Diui.nu.146. vbi Ripa.nu.116.& Loazes nu.161. Alciatus nu.48.& commu.Scribẽt. id not. Curtius Iun.conſ.181.nu.5. & in fi. eiuſdem conſ. Rubeus conſ.84.nu.6. Pariſ.conſ.23.nu.199. lib.1.idem in c.cùm nõ liceat nu. 18. in fi.de præſcri. Pinelus qui plura refert: dicẽs hãc eſſe com. opi.in d.Auth.niſi triennale.nu.49. Iterum n.55. in princ. tametſi ſtatim.eod. num. contrariã opi. Imò quòd præſcrip.longiſsimi tẽporis aduerſus omnes Maioratus ſucceſſores tã natos: quàm naſcituros extendatur, probare tentauerit. Sed cõ. opi. ſequutus fuit Ant.Gabriel.lib.5.com.opi.tit. de pręſcri.concl.11.& 13. vbi plures eandẽ ſequentes refert, illámq; in Hiſpanorũ Maioratibus loquẽtes, probãt Gre.in d.l.10. tit.26. par. 4. verb. *Ni le empece.* col.8.verſi. Sit ſecundus caſus, atq; Ant.Gomet.in l.40.Taur.n.90.ver. Quod tñ ſubintellige. Eaq; opi. proculdubiò vera & com. eſt





¶Hæc tamen vltima concluſio, in qua præcipua huius materiæ ſubſtantia comprehenditur, mul-
4 tipliciter limitari poteſt. Primò: †niſi præſcriptio in vita inſtitutoris, & ante ipſius Maioratus inſtitutionẽ cępta fuerit. Tũc námque res Maioratus tempore ordinario, cum titulo, & bona fide pręſcribi poterunt, eáque præſcriptio aduerſus omnes Maioratus ſucceſſores protrahẽda erit. Quod
5 ꝓbatur ex tex.in l.ſi fundũ.ff.de fund.dotal. † vbi alienationis prohibitio ſuperueniẽs poſt inchoatam præſcriptionẽ, nõ efficit rem impræſcriptibilem: imò eo non obſtante pręſcriptio perfici poteſt. Quẽ tex.ad id not.Bar.in l.fin. C. in quibus cauſis in integrum reſti.non eſt nece. Bald.in l.1. nu.19.C.de ſer.fugi. Abb.nu.7. & Pariſi.num.17. in c.cum nõ liceat.de pręſcrip. Idque in rebus fideicõmiſſo ſubiectis, ſeu alias alienari prohibitis verũ eſſe cenſuerunt Crotus nu.141. Loazes nu. 191. Alciatus nu.47.in d.l.filiusfamilias.§.D. Ant. Gabr. qui plura refert.d.tit.de præſcrip.concluſi. 13.nu. 8. Quod pari ratione in præſcriptione cœpta poſt Maioratus inſtitutionẽ eo tempore, quo Maioratus reuocari poterat, dicẽdum erit. Cùm eo tempore non ſit quid obſtet inſtitutori: quin poſſit bona Maioratus alienare, & quin etiam aduerſus ipſum præſcriptio valeat inchoari.

6 ¶Secunda limitatio, †quòd adueniente die fideicommiſſi, vel ſucceſſionis Maioratus præſcribi poſſit aduerſus ſequentem ſucceſſorem: dummodò ab illo denuò pręſcriptio incipiat: prout optimè declarat Pau.in d. l. fi. §. & quia verſic.adde aliam vtilitatẽ.C.cõmunia de lega. Fulgo.in ead. l.§.ſin autẽ ſub cõditione vltimo notab. Corneus conſ.117.n.10.cũ ſeq.lib.1. Ant.Gabr.qui plura refert d.tit.de præſcrip.concluſ.13.nu.17.& 18.

¶Cæterùm quanuis hęc limitatio iure communi conſiderato vera ſit: non tamen poteſt ad Hiſpanorum Maioratus adaptari. Cùm enim in illis adueniente die ſucceſſionis dominium, ac poſſeſſio ciuilis, & naturalis bonorũ Maioratus in ſucceſſorem pertrãſeant: etſi in vita prędeceſſoris ea bona alienata fuerint, non poterit aduerſus Maioratus ſucceſſorem pręſcribi: cũ in pręſcibente deficiat poſſeſſio ciuilis, atq; etiam naturalis. Et ſine poſſeſſione ciuili pręſcriptio non procedat, regula ſine poſſeſſione de regu.iuris lib.6.& etiã contra habentem poſſeſſionem ciuilem pręſcribi non poſſit. l.malè agitur. Cùm ſimil.C.de pręſcri. 30.vel 40.anno.

7 ¶Tertia limitatio ſit: †quando res Maioratus expreſsè alienari prohibentur. Cùm enim alienatis rebus Maioratus, à proximiori Maioratꝰ ſucceſſore ſtatim vendicari poſſint: etiam nõ adueniẽte die fideicommiſſi: prout, ſupra lib.1.c.16. num. 32. cum ſeq. oſtenſum eſt. Cõſtat etiam cõtra eundem ſucceſſorem alienationem ſcientem ſtatim incipere currere pręſcriptionẽ. Quod probatur euidentiſſimo fundamento: nam ratio præcipua, in qua fundatur opin. dicentium, non pręiudicare pręſcriptionem ſequẽtibus ſucceſſoribus eſt, quia agere nõ poſſunt: niſi adueniente die fideicommiſſi, vt Scrib. ſupra iſto.ca.nu.3. citati cenſuerunt. Cùm igitur in caſu de quo agimus ſtatim ſequens in gradu agere poſſit, conſtat ex die alienationis aduerſus illum præſcriptionem procedere. Imò nõ ſolùm in caſu de quo agimus, præſcriptio currere poterit aduerſus primum Maioratus ſucceſſorem: ſed etiam aduerſus ſequentes ſucceſſores alienationẽ rerum Maioratus ſcientes. Cùm enim ipſi quanuis vlteriorem gradum teneãt, poſſint primum ſucceſſorem requirere, vt alienationẽ reuocet, & illo negligente de eius reuocatione agere, vt in l.peto. §. fratre.ff.de lega.2. communiter Scrib. annotare ſolẽt, & ſupra iſto lib.c.1. n.13. & 14. oſtendimus: conſtat, cõtra
8 illos etiam poſſe currere præſcriptionem: † cum non dicatur impeditus agere, qui facilè impedimentum remouere poteſt. l. qui poteſt facere.ff. de regulis iuris. l.quibus diebus.ff.de condi.& demonſt. Per quæ iura id in ſpecie de qua agimus not. Alex.conſ.72.n.13.lib.3. Iacob.poſt Pau.ibi.in l.2.ff.de iudi.nu. 8. Ant. Rubeus in l. non ſolum. §.morte. nu.30. ff.de nou.ope.nuntia. Idque dixit ſatis eleganter: quãuis dubius Loazes in d.§.Diui.nu.191. vbi ſe remittit ad notata.in Rub.C.de ſucceſſor.edicto.

9 ¶Hæc †tamen limitatio ſublimitanda eſt: niſi in Maioratu dictum ſit, quòd Maioratus poſſeſſore, bona eiuſdem Maioratus alienante vel alienare incipiente dominium, & poſſeſſio bonorum Maioratus in ſequentem pertranſeat, ac ſi poſſeſſor naturaliter mortuus fuiſſet. Cùm enim ſtatim facta alienatione dominium, & poſſeſſio ciuilis & naturalis bonorum Maioratus in ſequentem ſucceſſorem pertranſeant, nec ſine poſſeſſione pręſcriptio procedere poſſit: conſequens eſt vt nec aduerſus ſucceſſores res Maioratus præſcribi valeant. Ad quod ſemper animaduertendum eſt: ne in applicatione harum limitationum ad Hiſpanorum Primogenia æquiuocè procedatur.

10 ¶Quarta limitatio ſit: †quãdo præſcriptio memoriã hominũ excedit, ea námque omnibus ipſius Maioratus ſucceſſoribus præiudicabit ex eo, ꝙ ex tanti temporis lapſu, Regia facultas, & omnia ad id neceſſaria præſumantur. Quod in Hiſpanorum Maioratibus verum eſſe cenſuerunt Xuarez d.alleg.3.pag.3. Greg.in l.10.tit.26. part. 4.verbo. *Ni le empece.* col.8.fi.verb. Ant. Gometius in l.40. Tauri.nũ.90.ad fi. Quibus adiiciendum eſt aſſenſum Regium in alienatione feudi requiſitum, ex antiquitate tẽporis præſumendũ eſſe: prout opinatur Matthęus de Afflict. qui plura in idẽ adducit in c.Imperialem, verſic.24. Quęro.de prohibi. feu.alien.per Frederi.n.27. vbi reſoluit.30.annorum lapſum ad id præſumendũ ſufficere. Hoc autem vltimũ in Maioratibus admittendũ nõ erit.

### *SVMMARIA.*

1 *Bona Maioratus non poſſunt fiſco adiici ex delicto Maioratus poſſeſſoris.*

2 *Ius patronatus, & alia iura, quæ non poſſunt tranſire in hæredem extraneũ, non poſſunt tranſire in fiſcum ex confiſcatione.*

3 *Feudum non poteſt tranſire, ex delicto vaſſalli.*

4 *Emphytheoſis non poteſt fiſco adiici, ex delicto Emphytheotæ.*

5 *Bona prohibita alienari, non poſſunt tranſire in fiſcum, ex confiſcationẽ.*

6 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt tranſire in fiſcum, ex confiſcatione.*
7 *Alienare non poteſt delinquendo, qui non poteſt alienare contrahendo.*
8 *Delinquens cenſetur cum fiſco: quaſi contrahere.*
9 *Bona, quæ à genere, vel maioribus proceſſerunt, fiſco ex delicto non adiiciuntur.*
10 *Delictum prædeceſſoris non poteſt præiudicare ſucceſſoribus in bonis Maioratus.*
11 *Vſusfructus bonorum Maioratus tranſit in fiſcum durante vita poſſeſſoris: qualitérque hoc intelligendum ſit.*
12 *L. Statius Florus. §. Cornelio felici. ff. de iur. fiſc. declaratur.*
13 *Commoditates rerum Maioratus tranſeunt in fiſcum durante vita poſſeſſoris: etiam ſtante expreſſa alienationis prohibitione.*
14 *Inſtitutor Maioratus non poteſt diſponere, vt commoditates rerum Maioratus non tranſeant in fiſcum durante vita poſſeſſoris.*
15 *Inſtitutor Maioratus poteſt prohibere: ne vſusfructus tranſeat in fiſcum viuente poſſeſſore.*
16 *Inſtitutor Maioratus poteſt prohibere: ne commoditates tranſeant in fiſcum viuente poſſeſſore, ſucceſsionẽ Maioratus in ſequentem ſucceſſorem transferendo.*
17 *Clauſula tranſlationis ſucceſsionis Maioratus in ſequentem ſucceſſorem, ex delicto poſſeſſoris: qualiter apponenda ſit.*
18 *Bona Maioratus, vtrum poſsint fiſco adiici, ex delicto inſtitutoris.*
19 *Bona alteri donata, vel obligata etiam reuocabiliter non tranſeunt in fiſcum.*
20 *Maioratus in teſtamento, vel codicillis inſtitutus reuocatur ex delicto inſtitutoris, ex quo pœna mortis, vel amiſsionis bonorum irrogatur.*
21 *L. 4. Tauri, quæ hodie eſt l. 3. tit. 4. lib. 5. Noui ordina. declaratur.*
22 *Donatio cauſa mortis reuocatur, donante ad mortem damnato.*
23 *Maioratus quo ad inducendam reuocationem, ex crimine ſubſequuto, vel non, cui diſpoſitioni comparandus ſit.*
24 *Bona Maioratus non confiſcantur ex delicto ſucceſſoris, cui nondum eius ſucceſsio delata eſt.*
25 *Bona Maioratus: vtrum ex criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ & contra naturam confiſcari valeant.*
26 *Maioratus abſque Regia facultate inſtitutus: vtrùm ex criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ confiſcari valeat.*
27 *Facultas Principis, qua cauetur, vt bona Maioratus non poſsint confiſcari ex criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ: vtrum obſeruanda ſit.*
28 *Feuda propter crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ confiſcari poſſunt etiam in præiudicium agnotorum.*
39 *Regna ex crimine hæreſis perpetuò confiſcari poſſunt.*
30 *Iura libertorum, & alia iura, quæ non poſſunt tranſire in hæredes extraneos, ex crimine læſæ Maieſtatis fiſco adiiciuntur.*
31 *Bona Maioratus abſque Regia facultate inſtituti, ex criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ fiſco non adiiciuntur.*
32 *Iura libertorum ex crimine læſæ Maieſtatis non confiſcantur.*
33 *Feuda, quæ ad hæredes extraneos tranſire non poſſunt, ex crimine læſæ Maieſtatis non confiſcantur.*
34 *L. 3. tit. [illegible] par. 7. declaratur.*
35 *Feudum antiquum, & familiare non poteſt fiſco ex crimine læſæ Maieſtatis adiici in ſequentium præiudicium.*
36 *Tex. in c. 1. §. denique, quæ fuit. 1. cauſa benefic. amitten. & tex in c. 1. ſi vaſſallus feu. priuſ. & in c. 1. § ſi vaſſallus ſi de feud. fue. contro. inter dominum & agna. declarantur.*
37 *Regnum propter hæreſim Regis, poteſt ab illo, & eius ſucceſſoribus auferri, ſi in hoc totius Chriſtianitatis, vel ipſius Regni damnum quo ad Religionem verſetur, nec aliter eidem damno ſuccurri valeat.*
38 *L. 1. C. de bon. libert. & l. eorum. ff. ad l. Iul. Maieſtat. & l. iura libertor. ff. de iure patron. declarantur.*
39 *Bona iure Maioratus alicui atque eius deſcendentibus à Principe donata, ex crimine læſæ Maieſtatis confiſcari poſſunt.*
40 *Feudum ob feloniam aduerſus dominium commiſſam, ad ipſum dominium excluſis agnatis reuertitur.*
41 *Donatio ex ingratitudine aduerſum donantem commiſſa reuocatur.*
42 *Regia Pragmatica, à Rege Henrico Secundo lata interſeritur, atque declaratur.*
43 *Feudum conceſſum in remunerationem ſeruitiorum ob feloniam non amittitur.*
44 *Ius reuocandi donationem ob ingratitudinem non tranſit ad hæredes donantis, nec datur contra hæredes donatarij.*
45 *Donatio remuneratoria ex ingratitudine non reuocatur.*

46 *Donatio*



46 *Donatio facta pluribus ordine ſucceſsiuo non reuocatur, ex vnius illorum ingratitudine.*
47 *L. fina. C. de reuocan. dona. declaratur.*
48 *Bonis iure Maioratus à Rege donatis quilibet ſucceſſor cenſetur Regis immediatus donatarius.*
49 *Donatio remuneratoria cenſetur gratuita in eo, quòd excedit valorem meritorum.*
50 *Filius, vel nepos hæretici, vel proditoris: vtrùm poſsit in Maioratu ſuccedere.*
51 *Filius proditoris ſolùm priuatur his, quæ ſibi ex vltima voluntate non autem his, quæ ſibi ex contractu deferuntur.*
52 *Leges de crimine læſæ Maieſtatis loquentes non priuant filios iure Primogenituræ iam ſibi ſaltim in ſpe competenti tempore criminis commiſsi.*
53 *Maioratus ſucceſsio non poteſt auferri deſcendentibus, & deferri tranſuerſalibus.*
54 *Filij proditorum, & hæreticorum: etſi infames ſint, poterunt tamen ſuccedere in Maioratu, etiam cui dignitas annexa ſit, ſi ſibi obueniat in conſequentiam ſucceſsionis.*
55 *Pœnæ impoſitæ aduerſus filios hæreticorum ſeu proditorum non extenduntur ad illos, qui tempore commiſsi delicti nati erant.*
56 *L. 2. tit. 2. parti. 7. declaratur.*
57 *Bona Maioratus eorum proditorum, qui aduerſus Carolum V. Imperatorem, & Ioannam eius matrem anno 1520. conſpirarunt, confiſcanda ſunt ex quadam Pragmatica apud Oppidum de Bormes lata.*
58 *Pragmaticæ de Bormes tenor apponitur.*
59 *Pragmatica de Bormes vtrum vim legis obtineat.*
60 *Henricus Septimus Imperator fecit extrauag. ad reprimendũ tempore cuiuſdam magnæ rebellionis, quæ aſsimilatur in hoc Pragmaticæ de Bormes.*
61 *Diſputare non licet de legibus: ſed iudicari debet ſecundùm ipſas.*
62 *Pragmatica de Bormes declaratur.*
*Pragmatica de Bormes: vtrum ſit genericè interpretanda, an ad ſolam eam proditionem quæ tempore communitatum contingit, reſtringenda.*
63 *Bona Maioratus ex Regia facultate inſtituti confiſcantur ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & nefando: quando ea crimina in facultate excepta ſunt.*
64 *Vtrum bona Maioratus ex regia facultate inſtituti confiſcentur ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ, & nefando: quando ea crimina in facultate excepta non ſunt.*
65 *L. fina. C. de fideiuſſo. declaratur.*
66 *Ea, quæ diuerſimodè fieri ſolent non præſumuntur: ſi in inſtrumento omiſſa ſint.*
67 *Subſtantialia non ſupplentur in inſtrumento: ſi à partibus omittantur: etiamſi apponi ſolita ſint.*
68 *Reſcripta, quæ à communi ſtylo deuiant de falſitate ſuſpecta eſſe cenſentur.*
69 *Princeps concedens facultatem ad inſtituendum Maioratum, poteſt concedere facultatem, ea lege, vt etiam propter crimen læſæ Maieſtatis ipſe Maioratus non confiſcetur: niſi Maioratus de re ab ipſo Rege donata fiat.*
70 *Maioratus in dubio abſque Regia facultate inſtitutus cenſendus eſt.*
71 *Domus Maioratui ſubiecta vtrum ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ à poſſeſſore commiſſo dirui poſsit.*
72 *Domus dirui non valet ex delicto.*
73 *Reipublicæ expedit ſumptuoſa vrbis ædificia conſeruari.*
74 *Domus ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & ſimilibus dirui poſſunt, & etiam aratro ſubiici.*
75 *Domus, in qua alteri ius competit, non poteſt ex delicto dirui.*
76 *Domus Maioratus ſubiectæ ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & ſimilibus dirui ſolent.*

## *Vtrum bona Maioratui ſubiecta ex criminibus ſaltim atrociſsimis, ab eorum poſſeſſore commiſsis Fiſco adiici valeant.*

### CAPVT XI.

EST alia, & vltima Primogeniorum extinctionis cauſa grauiſſimorum criminum perpetratio. Ex qua vidimus interdum maxima Primogenia periiſſe, eorúmque bona in alienas familias tranſlata fuiſſe, quando ea crimina aduerſus Maieſtatem diuinam, vel humanam, vel contra naturam commiſſa fuerunt. Quod vt frequens, & aſſiduum eſt: ita acriori examine tractandum erit. Vt autem huius rei ſubſtantia cõprehendatur genericè: an bona Maioratus ex crimine poſſeſſoris valeant fiſco adiici, expendendum erit, vt ſtatim videamus, vtrum ſaltim id ex dictis tribus criminibus effici valeat ſeu aliquid ſpeciale circa hæc tria crimina à iure ſtatutum ſit.

1 ¶Illud autem apud omnes communi decreto receptum eſt, † vt bona Primogenio, vel fidei-

commiſſo ſubiecta, vel alias alienari prohibi-
ta, non poſſint venire in perpetuam confiſca-
tionem ex delicto poſſeſſoris. Quod probari po-
2 teſt ex ſequentibus. Primò: quia † ius patronatus,
& alia iura, quæ nõ poſſunt tranſire in hæredem
extraneum, tranſire non poſſunt in fiſcum ex cõ-
fiſcatione. l. eorũ. ff. ad leg. Iul. Maieſtat. iura liber
torum. ff. de iur. patro. Ex quibus iuribus id dixit
Bart. in l. 3. ante nume. primum. ff. de interdict. &
relega. Ang. in l. inſulam. ff. ſoluto matri. Alexan.
qui latiſſimè id proſequitur conſ. 23. num. 3. cum
ſeq. li. 1. Idem conſ. 89. num. 1. cum ſeq. lib. 4. Deci.
conſ. 442. num. 27. cum ſeq. Hippolitus in l. fina.
num. 194. ff. de quæſtionibus. Cùm igitur bona
Maioratus in extraneum hæredem tranſire non
valeant, vt notiſſimum eſt: cõſequens eſt, vt fiſco
ex delicto adiici non poſſint.
3 ¶Secundo: quia † feudum antiquum, quod eius
qualitatis eſt, vt ad hæredes extraneos trãſire nõ
valeat, non poteſt tranſire in fiſcum ex confiſca-
tione, quod ex prædicta ratione procedit, & ea
etiam ne ex facto poſſeſſoris agnatis, quibus ſuc-
ceſſio feudi deferenda eſt, præiudicetur. tex. in c.
Imperialem. §. illud quoque de prohibita. feud.
alie. per Frederic. & in c. ſi vaſſallus ſi de feu. fue.
controuerſ. inter dominum & agnat. vbi proba-
tur, quòd cõfiſcatis bonis vaſſalli, nõ confiſcatur
feudum, ſed reuertitur ad dominum, vel ad agna
tos. Idque ex his iuribus & aliis dixit Bart. in d. l.
3. ff. de interdic. & relegat. num. 1. & 2. Idem in l.
ſi finita. §. ſi de vectigalibus. num. 3. ff. de damno
infecto. vbi Roman. col. 2. & Alex. num. 29. & 30.
hanc communem op. eſſe profitentur Deci. con.
445. num. 69. Iaco. de Sancto Georg. de feud. ver-
bo. dictique vaſſalli in 1. nu. 61. cũ ſequen. Ruinus
conſ. 23. nu. 32. lib. 5. Curtius Iunior conſ. 4. nu. 20.
Rubeus conſ. 154. num. 2. Boerius deciſion. 264.
num. 7. & 8. Idem deciſ. 278. num. 7. Iulius Clarus
lib. 4. receptarum ſentẽ. §. feudum. quæſtione 84.
in princip. & alibi ſæpè Scrib.
4 ¶Tertiò: quia † id ipſum etiã in emphyteoſi, quæ
ad extraneos hæredes tranſire nõ poteſt, cõmuni
voto deciſum eſt. Bart. in d. l. ſi finita. §. ſi de vecti
galibus. nu. 6. cuius opinio. dixit communem eſſe
Apoſtilla, ad Ang. de malefi. verb. Et eius bona
nu. 16. & Alex. conſ. 23. num. 5. lib. 1. Iulius Clarus
lib. 4. receptar. ſenten. §. Emphyteoſis. quæſtione
29. eámque opinio. communem appellat Bernar-
dus Diaz. in ſua practica c. 124. col. 1.
¶Quartò, hoc etiam apertius probatur ex tex. in
l. Imperator. ff. de fideicommiſſ. liberta. Per quem
5 tex. dixit Bart. ibi. num. 1. quòd † bona prohibita
alienari, non poſſunt tranſire in fiſcum ex confiſ
catione, vbi ad id allegat tex. in l. ſi in libertinũ. ff.
de bon. liberto. & alia iura. Quod etiã dixit idem
Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. nu. 12. vbi
de hoc ponit elegãtem diſtinctionem. Aut enim
(vt ipſe inquit) prohibitio alienationis ſolùm fa-
uore ipſius delinquentis facta fuit, & ea bona ſic
alienari prohibita poſſunt ex eius delicto cõfiſca
ri, aut alienationis prohibitio facta fuit fauore
aliorum, & eo caſu confiſcari nõ poſſunt. Quod
etiam repetit idem in d. l. ſi finita. §. ſi vectigali-
bus. nu. 13. Bald. in l. legatarius. ff. de excuſa. tuto.
Ange. de malefi. verbo. & eius bona publicamus
num. 13. Segura. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
vulga. nu. 73. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. Diui in rep.
num. 9. ff. de lega. 1. vbi Ripa, num. 47. & Ambr. de
Opizo. num. 47. & 48. idipſum profitetur Decius
conſ. 442. num. 26. cum ſequentib. Soci. conſ. 121.
nu. 22. lib. 4. Illuſtriſſimus D. Didacus de Couarr.
qui hanc communem opinionem appellat in
regula poſſeſſor. 3. part. §. 1. num. 6. Ruinus conſi.
169. numer. 13. lib. 1. Rolan. Valle. conſ. 56. num. 8.
cum ſeq. & conſ. 31. num. 25. Grammatus deciſio-
ne 6. nu. 14. Chaſſ. in conſue. Burgun. Rub. ſecun-
da. §. 2. num. 5. Claudius in l. ſi ita quis. §. ea. l. col.
8. ff. de verb. obligat. Cremenſis ſing. 86. Berna.
Diaz. in ſua practi. c. 124. col. 1. Ægidius Boſſius
tit. de bonorum puplica. num. 34. Rubeus conſi.
154. num. 2. vbi hanc opinionem communem eſſe
profitetur. Quod & alibi ſæpè Scribent. paſſim
dicere ſolent. Et in hac materia quando factum
patris præiudicet filiis, ſeu nepotibus in emphy-
teoſi optimè diſtinguit Thobias Nonius, conſi. 2.
num. 40. cum ſeq. omninò videndus.
¶Quintò: quia non ſolum hoc in bonis expreſsè
6 alienari prohibitis. ſed † & in his, quæ fideicõmiſ
ſo ſubiecta, atq; ſolùm tacitè alienari prohibita
ſunt procedit: quanuis inter hæc ſit differentia
quo ad vitam poſſeſſoris, de qua ſtatim dicemus.
Quod probatur ex tex. in l. ex facto. §. ex facto. ff.
ad Treb. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de
iur. fiſc. l. cùm pater. §. hæreditatem. vbi commu-
niter Scrib. id notant. ff. de legat. 2. Per quæ iura
id notant propè omnes Scrib. quos paulò ante in
bonis alienari prohibitis citauimus. Idque not.
Alex. conſ. 23. num. 1. lib. 1. Iaſ. in l. fina. §. ſed quia.
nu. 1. C. communia de legat. Ripa. in d. l. ex facto.
§. ex facto. num. 11. Ioan. Igneus in l. fin. num. 19. ff.
ad Syll. & alibi ſæpè Scrib.
7 ¶Sextò, quia † qui nõ poteſt alienare contrahẽdo
in præiudicium alterius, ſimiliter non poteſt illi
præiudicare delinquendo. l. ſi filius. C. de bon.
proſcrip. Per quẽ tex. id dixit Bar. in d. l. ſi finita. §.
ſi de vectigalibus. num. 12. Alex. d. conſ. 23. nu. 6.
lib. 1. Quod & omnes Scribent. paulò ante citati
8 apertiſſimè cenſuerunt. Quibus adiicitur † delin-
quentem ex delicto cum Fiſco quaſi contrahere,
& in illum bona quaſi ex cõtractu alienare. l. im-
peratores. ibi. *Tute ipſum pœnæ ſubdidiſti*. ff. de iur.
Fiſci. tex. in prin. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. na
ſcuntur. l. omnẽ. ff. de iudic. & in Auth. vt omnes
obedi. iudic. §. & hoc cõſiderantes. coll. 5. cũ aliis.
¶Septimo, idipſum probatur ex text. in l. 3. ff. de
9 interdic. & relega. vbi diſpoſitum eſt, † quòd ille
qui commiſit aliquod delictũ, ex quo bona illius
veniunt Fiſco adiicienda, tantũ amittit bona ſua
propria & libera, non autẽ illa, quæ à genere, vel
à maioribus ſuis habuit, generique reſtituenda
ſunt. Quod etiam probatur ex tex. in l. Emanci-
patum. §. fina. ff. de ſenator. l. ſi dotem. cum ſimi-
lib. C. de iur. dot. & vtrobique per Scrib.
10 ¶Octauò & vltimò, quia † in bonis Primogenio,
vel Maioratui ſubiectis, delictum prædeceſſoris
non poteſt nocere, vel præiudicare ſucceſſorib.
quo ad perpetuã confiſcationẽ. Io. And. Hoſtien.
& communiter Scrib. in c. licet deuoto. Bal. in l.
executorem. C. de execut. rei iudi. num. 39. ad fin.
Socin. conſ. 121. num. 22. lib. 3. Boerius deciſ. 278.
num. 6. Gregor. Lopez in l. 6. titul. 11. part. 6. verb.
*Que la non pudieſſe vender*. Ant. Gometius in l. 40.
Tauri. nu. 91. vbi latiſſimè proſequitur materiam
quod adeò clarum atque apertum eſt, vt in caſu
de quo agimus, vlteriori comprobatione non in
digeat.
¶Cæterùm, etſi verũ ſit, quòd bona Maioratus
non valeant in fiſcum ob delictũ poſſeſſoris tran-
ſire



11 ſire: illud † tamẽ abſolutum eſt, quòd vſusfructus
bonorum Maioratus valeat in fiſcum trãſire, du-
rante vita eiuſdem poſſeſſoris l. Statius Florus. §.
Cornelio Felici. ff. de iure fiſci, vbi communiter
Scrib. in re fideicommiſſo ſubiecta id annotare
ſolent. Quod in re fideicommiſſo, vel Maioratui
ſimpliciter ſubiecta abſque expreſſa prohibitio-
ne alienandi. DD. communiter admittunt. Sed ſi
in Maioratu, vel fideicommiſſo expreſſa alienan
di prohibitio adiecta ſit, communi etiam voto
receptum eſt, nec vſumfructum durãte vita poſ
ſeſſoris in fiſcũ trãſire: prout ſup. lib. 1. c. 20. nu. 9.
12 oſtenſum eſt. Et † quanuis circa iſtam cõcluſionẽ
Scrib. multum inſiſtant: verè tamen inter illã, &
eam, quæ ex d. §. Cornelio Felici deducitur, pa-
rum diſtat: quanuis enim vſusfructus rei prohi-
bitæ alienari, etiam durante vita poſſeſſoris in fi-
ſcum tranſire non poſſit: poterunt tamen com-
moditates rei etiam expreſsè prohibitæ alienari
in fiſcum durante vita poſſeſſoris tranſire: cum
ex his non ſequatur bonorum Maioratus aliena
tio, nec in illis ius aliquod reale cõſtituatur, quod
in effectu prope idem erit: prout ſup. d. c. 20. nu.
12. cum duobus præced. ſatis apertè oſtendimus.
Idque ſummè aduertẽdum eſt. Vidimus nãque vi
ros peritiſſimos circa hæc æquiuocè proceſſiſſe.
13 ¶Quod adeò verum eſt, vt † etiamſi Maioratus in
ſtitutor expreſsè prohibeat quòd durante vita
poſſeſſoris, commoditas rerum eiuſdem Maiora
tus in fiſcum non tranſeat, nihilominus in illum
tranſire debeat: cùm id ſolo fauore poſſeſſoris in
14 troductũ ſit, † nec poſſit Maioratus inſtitutor ef-
ficere, vt commoditates bonorum ipſius Maiora
tus poſſeſſoris fiſco non adiiciantur: cùm ex hoc
præiudicium aliquod Maioratui non inferatur;
iámque in hoc non de ipſius Maioratus conſer-
uatione, ſed de fiſco fraudando, & poſſeſſore de
linquente ſubueniendo: abſque aliqua alia ratio
ne agatur, quod Maiorat⁹ inſtitutori permiſſum
nõ eſt: tex. in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui. ibi. *Nec fi-
ſco fraudi eſſe*. Nec poterit Maioratus inſtitutor fa
cere, vt leges in teſtamento ſuo locum non ha-
beant l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.
¶Quibus non obſtat illud, quod dixit Hippoli-
15 tus ſing. 314. vbi inquit, † quòd quanuis dominiũ
vtile eorum bonorum, quæ alienari prohibita
ſunt, poſſit in vita poſſeſſoris in fiſcum tranſire,
ex tex. in d. §. Cornelio Felici. illud tamen non
trãſibit, ſi id teſtator expreſsè prohibuerit. Nam
etſi in tranſlatione vtilis dominij, vel iuris vſuſ-
fructus illud verum ſit, cùm hæc omnia ſub alie-
nationis prohibitione cõprehendantur, ex l. fin.
C. de reb. alien. non alien. Ratio tamen illa non
poteſt ad bonorum Maioratus cõmoditates ada-
ptari: ex quarum tranſlatione in fiſcum alienatio
non inducitur, nec in hoc Maioratus, ſed ſolius
poſſeſſoris eiuſdem præiudicium verſatur. Qui-
bus adiicienda ſunt quæ ſupra iſto c. num. 5. dixi
mus, ex Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. &
aliis probantes, quòd quando prohibitio aliena-
tionis ſolùm fauore prohibiti facta eſt, poſſunt
bona illius ex delicto confiſcari.
¶Hoc tamen intelligendum eſt, quando Maiora
tus inſtitutor ſimpliciter dixit, quòd non poſſent
ex delicto fiſco adiici commoditates bonorum
Maioratus, durante vita poſſeſſoris, illas ab ipſo
16 poſſeſſore non auferendo: ſed † ſi dixiſſet, quod
non poſſent confiſcari commoditates, etiam in
vita poſſeſſoris, nec per momentum, ſed ſtatim
dum tractatum fuerit de delicto committendo,
bona in ſequentem ſucceſſorem pertranſeant, il-
lud iure facere poterit. In hoc namque caſu non
de ſola delinquentis vtilitate, ſed de familiæ cõ-
ſeruatione agitur: cùm bona Maioratus ab ipſo
delinquente auferantur, & in non delinquentẽ
transferãtur. Quod iuſtè fieri poteſt: prout oſten-
dit Anton. Gometius ſic intelligendus in l. 40.
Tauri. nume. 91. verſ. Quod tamen ſing. limita. &
intellige. Vbi quodammodo æquiuocè circa hęc
loquutus fuit. Idque nos ſupra lib. 2. cap. 12. num.
17 56. apertiſſimè oſtendimus. In † quo tamen aduer-
tendum erit, ne verba prohibitionis dirigantur
ad tempus, quo iam delictum commiſſum fuerit,
commoditatéſque iam in fiſcum tranſierint. Re-
ferẽdo namque hæc ad illud tempus in fiſci præ-
iudiciũ fieri non poterit: prout ſupra lib. 1. ca. 12.
paulò ante fin. oſtenſum eſt. Quamobrem nõ di-
ximus in huius clauſulæ exemplo, quòd ſtatim
commiſſo delicto bona in ſequentem ſucceſſo-
rem pertranſeant: ſed quòd id fiat ſtatim, atque
de committendo delicto tractatum fuerit.
¶Hæc autem omnia in ipſo Maioratus poſſeſſore
18 intelligenda ſunt: ſi † verò ipſe Maioratus inſtitu-
tor poſt Maioratum inſtitutum delictum aliquod
cõmiſerit; ex quo eius bona fiſco adiicienda ſint,
dubitari ſolet: vtrũ ex eo bona Maioratus in præ-
iudicium illorum, qui ad eius Maioratus ſucceſ-
ſionem vocati fuerint, fiſco adiici valeant. Quæ
quæſtio ſi Maioratus ex donatione irreuocabili
inſtitutus fuerit, nullam dubitationẽ habet. Do-
nationes namque inter viuos factæ ante delictũ
commiſſum ex delicto ſequenti nõ retractantur,
niſi in fraudem fiſci factæ fuerint. l. poſt contra-
ctum. cum ſimilib. ff. de donat. Sicut enim Maio-
ratus inſtitutor eo caſu non poterat Maioratum
reuocare contrahẽdo, vel alienando: ita, nec de-
linquendo, vt ſuperius oſtendimus. Idque notiſſi
mum eſt. Quando autem Maioratus ſimpliciter
inſtitutus fuerit, atque ad libitum inſtitutoris re-
uocari poterat, quæſtio hæc dubia videtur.
¶Qua in re Antonius Gometius qui quæſtio-
nem iſtam mouit in l. 40. Tauri. nume. 91. verſic.
Aduertendum tamen eſt, facilè illam reſoluit, di-
cens, quòd ſi Maioratus reuocabilis ſit ex delicto
per inſtitutorem commiſſo, non reuocabitur, ex
19 eo, quòd † bona alteri obligata, vel promiſſa etiã
reuocabiliter non veniunt in confiſcationẽ: nec
potentia illa reuocandi tranſit in fiſcum. Quod
probat ex tex. in l. res vxoris. C. de donat. inter
vir. & vxor. vbi diſponitur, quòd donatio, quam
maritus facit vxori cõſtante matrimonio, nõ po-
teſt reuocari per fiſcum: etſi maritus ſit condem-
natus ex delicto, atque bona eius cõfiſcata. Qui-
bus adiiciendum eſt quod dixit Angel. in l. ſi fi-
lius. col. 2. C. de bonis proſcrip. vbi inquit facul-
tatem reuocandi diſpoſitionem non amitti ex de
licto ab ipſo diſponente commiſſo.
¶Econuerſo autem. D. Didacus de Simancas de
Catholi. inſtitut. c. 9. de bon. hæreti. num. 256. in
noua editione, inquit, illud in confeſſo eſſe, quòd
Primogenij inſtitutor hæreticus factus priuabi-
tur illico illis, & aliis bonis, niſi fortè tradiderit
filio poſſeſſionem bonorum, vel ſcripturam Pri-
mogenij, vel id factum ſit per contractum one-
roſum ante delictum commiſſum. Tunc namque
bona Primogenij fiſco non adiicientur.
¶ Vt autem in hac quæſtione vera reſolutio ha-
beatur, duo caſus conſiderandi ſunt. Aut enim

Maioratus ex teſtamento,vel codicillis inſtitutus
fuit:aut ex cõtractu,quanuis reuocabili. In pri-
mo caſu dicẽdũ videtur proculdubiò, quòd iure
20 communi conſiderato, ſi † Maioratus inſtitutor
committat aliquod crimẽ,ex quo ſibi pœna mor-
tis deportationis, vel aquę & ignis interdictio-
nis,bonorũq; amiſſionis imponatur:ipſaMaiora-
tus inſtitutio in teſtamẽto,vel codicillis facta eo
ipſo reuocabitur. Quod probatur ex tex. in l.
eius,qui.§.ſi cui. ff. de teſtam.ibi. *Nec illud teſta-
mẽtum valet,quod antè fecit:nec id, quod poſteà fecit.*
15.tit.primo.par.ſexta.

¶Hoc† tamẽ hodie innouatũ eſt,ex l.4.in ll.Tau-
21 ri. quæ eſt.l.3.titu.4.lib.5. in noua. ll. Reg. colle-
ctione.Ex cuius legis diſpoſitione iam damnatus
ad mortem poteſt teſtari de omnibus bonis ſuis,
exceptis his, quæ ex eo delicto fiſco adiicienda
ſunt.Ex cuius legis diſpoſitione,qua damnato ad
mortem poteſtas teſtandi, vel codicillandi con-
ceditur,teſtamenta,vel codicilli anteà facti ſuſti-
nentur,vt optimè cõſiderat Tellius in d.l.4.Tau-
ri.nume.1.aduerſus Pariſi. conſ.46.nume.15.lib.3.
qui contrarium, & malè in ſimili ſtatuto opina-
tus fuit.Proindéq; hodie ſtante.d. l. ſuſtinebitur
Maioratus ex teſtamento,vel codicillis inſtitutus
in ea ſolùm parte,quę fiſco adiicienda non eſt:ex
qua ipſe Maioratus inſtitutor teſtari poteſt, niſi
ipſe ante mortem Primogenium reuocet. Reli-
qua autem bonorum ipſius Maioratus pars fiſco
adiicietur.

¶In ſecundo caſu, quando ſcilicet ex contractu
Maioratus ſimpliciter inſtitutus fuit, atque per
conſequens reuocabilis eſt,dicẽdum videtur, in
hoc caſu idem, quod in præcedenti reſoluẽdum
eſſe.Cùm enim Maioratus reuocabilis, vt ſupra
lib.1.cap.12.latius oſtenſum eſt, vltimæ volunta-
tis naturam ſequatur,atque etiam legatorum &
fideicommiſſorum,cõſtat ex damnatione ſequu-
ta illos irritos fieri. Vltimæ namque voluntates
ex damnatione authorum vitiantur:prout paulò
antè monſtrabimus. Quod in legatis, & fidei-
22 commiſſis dixit Bar.in d.l.res vxoris.num.1.† id-
que in donatione cauſa mortis ſtatutum eſt, etſi
in ordinatione contractui,non autem vltimæ vo-
luntati æquiparetur. Ea namque reuocatur, do-
nante ad mortem damnato.l.ſi aliquis. ff. de do-
nat. cauſ. mortis. Nec obſtat d. l. res vxoris: ea
namque in ſatis diuerſo caſu diſponere videtur:
& cùm habeamus leges in vltimis voluntatibus,
& in legatis, fideicommiſſis, & donatione cauſa
mortis contrarium diſponentes, potiori ratione
id ſequendum erit: cùm his potiùs, quàm dona-
tionibus inter virum & vxorem factis Primoge-
nia aſſimilentur.

¶ Sed quanuis opinio iſta ſatis dubia ſit faciléq;
ad vtramque partẽ controuerti valeat:adhuc ta-
men prima opin. mihi potiùs eligenda videtur.
23 Maioratus† namque in contractu inſtitutus, etſi
reuocabilis ſit,nõ eſt verè vltima volũtas: quãuis
eiuſdem effectus obtineat,nec eſt legatum, nec
fideicommiſſum, ſed tertiam quandam ſpeciem
diuerſam conſtituit, vt ſuprà lib. 1. cap. 12. latiùs
oſtẽſum eſt. Nec etiam omninò donationi cauſa
mortis aſſimilatur, vt in eod.cap.nume.17. etiam
oſtendimus. Qua ratione non eſt cur illum teſta-
mento,nec codicillis, nec etiam donationi cauſa
mortis æquiparemus: ſed æquiparandus eſt his
contractibus donationum inter viuos,quę reuo-
cabiles ſunt,& morte confirmantur:prout dona-
tiones inter patrẽ & filium, & virum & vxorem
factæ,vel aliæ ſimiles,quæ ea lege fiunt,vt reuo-
cari poſſint,vt in d.c.12.reſoluimus:in quibus iu
re cautum non inuenitur, quòd ex damnatione
donantis reuocẽtur:imò ex d.l.res vxoris.in illis
contrarium deciſum eſt:quãuis etiã quo ad effe-
ctus vltimæ voluntatis naturam obſeruent,vt in
d.c.12.oſtendimus:hancque opin. ſequi videtur:
quanuis non apertè Gregor.in l.2. tit. 2. part. 7.
verb.*Mandas*.Sicque intelligẽda ſunt ea quę cir
ca hæc ſcripſit Tellius, qui in id videndus eſt in
l.17.Tauri.num.18.cum ſeq.

24 ¶Quòd† ſi non ipſe inſtitutor,ſed proximior ſuc-
ceſſor,cui nõdũ Maioratus ſucceſſio delata fuit,
crimen aliquod commiſerit,dicendum erit,non
poſſe ex eius delicto bona Primogenio ſubiecta,
nec etiam vſusfructus nec commoditates eorũ,
ipſo viuẽte,fiſco adiici:niſi is tempore factæ con
demnationis iã eiuſdem Maioratus poſſeſſor ſit,
prout ſupra lib.1.c.19.num.38.annotauimus.

¶Hæc autem regulariter in omnibus criminibus
25 obſeruanda ſunt.† In criminibus autem contra
Maieſtatem diuinam & humanam, & aduerſus
naturam commiſſis, vt promiſſum ordinem ſe-
quamur,videndum erit, vtrum aliquid ſpeciale
diſpoſitum ſit. Ad cuius articuli reſolutionem
tres caſus diſcurrendi erunt.Primus,quando Pri
mogenium abſque Regia facultate inſtitutum
fuit.Secundus,quando inſtitutum fuit ex Regia
facultate. Tertius,quandò non conſtat an Pri-
mogenium ex Regia facultate,vel abſque illa in
ſtitutum fuit.

26 ¶In† primo caſu hæc quæſtio ſatis dubia ſemper
exiſtimata fuit,tam apud noſtrates, quam apud
exteros iuris interpretes.Nam quòd in hoc caſu
bona Maioratus fiſco adiicienda ſint,propter ho
rum criminum immanitatem probari videtur ex
ſequentibus.Primò,quia iure communi,& legi-
bus etiam Regiis ſtatutum eſt,quòd propter cri-
men læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ omnia
bona,quæ in committẽtis dominio fuerint,con-
fiſcentur:ſed bona Maioratui ſubiecta ſub Maio
ratus poſſeſſoris dominio ſunt: vt ſupra lib.1.c.
19.probauimus:igitur conſequens eſt, vt ea ſicut
alia bona libera confiſcanda ſint.Secundò, quia
leges Regię,quę concedunt parentibus in 3.& 5.
bonorum quæcunque grauamina apponere,non
illis permittunt, vt illa poſſint perpetuò à confi-
ſcationis vinculo liberare,nec ſub generica illa-
rum legum conceſſione conceſſum videtur quòd
ex his criminibus ea bona confiſcari nequeant:
cùm id vel Princeps nunquam, vel raro conce-
dere ſolitus ſit:maxime cùm in hoc agatur de re
mittendo iure confiſcandi, quod eſt de Regali-
bus:atque id ex generali conceſſione remiſſum
non cenſeatur.

27 ¶ Tertiò,quia† etiãſi Princeps concedat,quòd ex
his criminibus bona Maioratus cõfiſcari non va-
leant,ea conceſſio ſeruanda non eſt:ex eo, quòd
cauſam præbeat delinquendi, vt dixit Bald. lo-
quens in feudo in l.1.ff.de rer.diuiſ.col.fina.52.q.
De cuius dicti veritate inferius dicemus: ergo à
fortiori dicendum eſt,ea ex crimine læſæ Maie-
ſtatis fiſco adiici poſſe:quando id à principe con
ceſſum non fuit.

¶Quartò,quia contra leges eſt, vt bona commit
tentium crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel hu-
manæ fiſco non adiiciantur, vt eſt notiſſimum.
Igitur cõſtat id à Maioratus inſtitutore præcipi
non



non poſſe:cùm nemo facere poſſit,quòd leges in
teſtamento ſuo locũ non habeant.l.nemo poteſt.
ff.de legat.1.Imò ſi id fieri poſſe concederemus,
facilè poſſent omnes homines ita de bonis ſuis
diſponere,vt in fiſcum deuenire non valeant, &
pœnas criminum eludere, quod nimis abſurdũ
futurum eſſet:præſertim cùm præcipua condem-
nationis pars,& propter quam homines potiùs à
criminum perpetratione retrahuntur, ſit bono-
rum confiſcatio.

¶Quintò, quia Princeps poteſt facultates con-
cedere, vt bona Primogenio ſubiecta ex iuſtis
cauſis alienentur, ſiue ea Primogenia ex Regia
facultate,vel ſine ea inſtituta fuerint,vt ſup.iſto
lib.c.3.oſtendimus. Ideóque potiori ratione illa
fiſco adiicere poterit,ob tam grauiſſima crimina
in publicam vindictam.

¶Sextò,quia bonorum Maioratus ſucceſſio non
omnino ex reſtitutione alterius pẽdet,nec bona
Maioratus reſtitutioni ſubiecta ſunt: ſed potiùs
ordine ſucceſſionis,& iure hæreditario deferun
tur.Quamobrem non poſſunt ad illa iura de bo-
nis fidei cõmiſſo,ſeu reſtitutioni ſubiectis,in hac
materia loquentes adaptari.

¶Septimò, quia de feudo ad Maioratum argu-
28 mentatio procedit.Feuda† autem propter crimẽ
læſæ Maieſtatis diuinæ,vel humanæ cõfiſcãtur,
etiam in præiudicium agnatorum, tex. in. c.1.§.
deniq.quæ fuit prima cauſa ben.amitten.& in c.
1.§.ſi vaſſallus.ſi de feu.fue. controuer. inter do-
minum & agna.Bart.num.4.Bald.num.1.Salicet.
num.5.& communiter Scrib.in l.2.C.de liber.&
eorum liber.Bart.in l.3.num.1. ff. de interdict.&
relega.Specul.de feu.§.quoniam.verſi.40.Alex.
conſ.30.nu.9.lib.6.vbi hanc communem opi.eſſe
profitetur. Quod etiam ſequuntur plures quos
refert Boerius deciſ.264.num.7.

¶Octauò, quia de Regno ad Maioratum validũ
eſt argumentum,vt ſupra lib.1.c.2.& 3. latiſſimè
29 oſtenſum eſt:ſed† Regna ex crimine hæreſis per-
petuò confiſcantur,& etiam ſucceſſoribus aufe-
runtur:prout ex pluribus probat Ioan. Lupus de
iure Nauarræ,parte.5.§.7.igitur idipſum in Maio
ratibus dicendum erit.

30 ¶Nonò & vltimò,quia† iura libertorum,quæ ad
hæredes extraneos trãſire nõ poſſunt,ex crimine
læſæ Maieſtatis fiſco adiiciũtur: ſpeciale eſt nam
que in illo crimine, vt propter illius immanita-
tem etiam filiis in bonis à genere,& non à patre
illis prouenientibus præiudicetur. l.1.C.de bon.
liber.Per quem tex.Bald.ibi.num.8. poſt Cyn.&
Alberi.limitat omnia iura dicentia,iura liberto-
rum, & ea quæ non poſſunt tranſire in hæredes
extraneos,non poſſe tranſire in fiſcũ,vt non pro
cedãt in crimine læſæ Maieſtatis.Quod etiam di
xerũt plures alij,quos refert Boerius d.deci.264.
num.7.atque id conſtanter defendunt Io.Lupus
de obten.Reg.Nauar.par.5.§.7.& D.Dida.de Si-
manc.qui latiſſimè quæſtionem iſtam diſputauit
de Catho.inſtitu.tit.9.de bon.hęretic. num. 257.
cum ſeq.in noua editione,qui hæc omnia fundã
menta in effectu in huius opinionis comproba-
tionem adducit.

31 ¶Cæterum † etſi articulus hic ſatis difficilis ſit,
mihi tamen contraria ſententia probabilior vi-
detur:quæ comprobatur ex rationibus & funda-
mentis,quæ ſupra iſto c.num.2.& 3.latiùs addu-
ximus,probantes bona Primogenio ſubiecta ex
delicto Maioratus poſſeſſoris fiſco adiici nõ poſ-
ſe. Quæ omnia in his etiam criminibus militare
ſatis compertum eſt,nec poteſt in illis cõtrarium
ex capite decidi, niſi id aliquo iure deciſum ſit.
Regulæ namque iuris obſeruandæ ſunt, niſi ex-
ceptio præcisè probetur.Ea autem exceptio iure
non probatur,vt ſtatim ex reſponſione ad fundã
menta contraria euidentiſſimè conſtabit. Igitur
conſtat neceſſariò regulæ adhærendum eſſe.

¶Prætereà,quòd etiam ex dictis criminibus bona
Maioratus fiſco adiici non poſſint,probat tex.in
32 l.eorum.ff.ad leg.Iul.Maieſta.vbi etiam† propter
crimen læſæ Maieſtatis iura libertorum non con
fiſcantur,ſed potiùs filiis reſeruãtur: idipſum pro
bat text.melior de iure in crimine perduellionis
loquẽs in l.iura libertorũ.ff.de iure patro.Cuius
verba ſunt.*Iura libertorum paternorum liberis,cùm
pater eorũ erat perduellionis damnatus,ſalua eſſe,Diui
Verus & Antoninus benigniſſimè reſcripſerunt:ſicut
alia cauſa punitorum liberis iura libertorum ſalua ſint.*
Ex quo tex.palã deducitur,quoad hæc nullã eſſe
differentiam inter crimen læſæ Maieſtatis & alia
crimina.Id ipſum etiã probat tex.in.c.Felicis.§.ſi
qua verò feuda de pœnis.lib.6.vbi per ſequẽtes
hoſtiliter Cardinales eadem ſeueritate, qua cri-
men læſę Maieſtatis committentes puniẽdi ſunt:
33 & tamen inquit tex.quòd† feuda,quæ habent ab
Eccleſia,quæ ad hæredes extraneos tranſire nõ
ſolent,non confiſcentur:ſed ad dominum reuer
tantur. Quem tex.ad hoc commendant Domin.
& Anchar.ibidem:idque etiam probat mihi præ
cæteris.l.3.tit.2.par.7.ibi.*Y ſi ſu heredero no lo pudie
re defender ni ſaluar cõ derecho,deue el Rey juzgar el
muerto por infamado de traycion,y mandar tomar al he
redero todos los bienes que huuo de parte del traydor.*
34 †Ex quibus verbis ea lex apertiſſimè probare vi
detur à cõtrario ſenſu,quòd ea bona, quæ hæres
non habuit à patre, prout ſunt bona Maioratus,
non ſint fiſco adiicienda:quæ lex ſummè cõmen-
danda eſt,quia loquitur in delicto perduellionis,
& ſic in primo capite criminis lęſæ Maieſtatis.
Quamobrem hanc opi.etiam in criminibus læſæ
Maieſtatis diuinę,vel humanæ potius amplectẽ
dam eſſe opinati fuerunt Bal. ſibi cõtrarius in d.
l.1.C.de bonis liber.nu.2.Probus in addit. ad Io.
Mona.in c.cùm ſecundum leges de hæretic.li.6.
Socin.conſ.21.nume.22. lib.3. Lauden.in tractat.
crimin.læſæ Maieſt.q.15.Segura in rep. l. cohæ-
redi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.nume.73.Boerius qui
hanc dixit communem opi. plures idipſum opi-
nantes referens,deciſ.264.num.7.& Viuius,qui
hanc etiam communem opinionem eſſe profite-
tur lib.2.opinionum communium, opin.71. Ae-
gidius Boſſius de bonorum public.nu.40.Thom.
Gramma.deciſ.6.num.fina.in fin. vbi inquit ſic
nemine diſcrepante in conſilio Neapolitano iu-
dicatum fuiſſe.Chaſſa.in conſue.Burg.Rub.3.§.5.
nu.69.hancque opin.in Maioratibus abſque Re-
gia facultate inſtitutis ſequuti fuerunt Greg. in
l.6.tit.11.part.6.verb.*Que la non pudieſſe vender.* 2.
col.atque Anto.Gometius in l.40.Tauri.num.91.
verſic.Sed his non obſtantibus.

¶ Quibus non obſtant ea, quæ in contrarium
adducta ſunt:non enim obſtat illud,quod primo
loco adducebatur, quod ſcilicet bona quæ ſunt
in dominio delinquentiũ,debeant ex hoc delicto
fiſco adiici.Nam cùm in caſu,de quo agimus, in
bonis delinquentis nõ ſit aliud,quàm dominium
quoddam temporale,atque ad eius vitam reſtri
ctum illud ſolum debet cõfiſcari cum ſua cauſa;
nec

nec confiſcatio extendẽda eſt ad dominiũ, quod
ad alios transferendum eſt:aliàs namque non ſo
lùm bona ſua,ſed etiam aliena fiſco adiicerẽtur,
¶Non etiam obſtat,quod ſecundo loco adduce-
batur,quò ſcilicet leges Regiæ non cenſeantur
concedere parenti,vt de bonis ſuis ita diſponat,
vt in fiſcum tranſire nõ valeãt,cùm id ſit de Re-
galibus, nec Princeps eſſet illud veriſimiliter
conceſſurus : cùm enim hoc, vt ſcilicet quis de
bonis ſuis ita diſponat,vt ad fiſcum tranſire non
valeant,iure communi vnicuique conceſſum ſit,
nec ex eo dicatur quis fiſcofraudẽ facere,vt ſup.
lib.2.c.12.num.56.cum ſequen.oſtenſum eſt. non
eſt cur dicamus ex dictis legibus id conceſſum
non videri:cùm etſi ex dictis legibus non conce
deretur,ſufficeret id ex aliis cõceſſum eſſe. Le-
ges namque illæ concedunt facultatem,vincula,
& grauamina in tertio & quinto apponẽdi, quæ
aduerſus leges nõ ſint, iuſtéque in aliis bonis ap
poni poſſint.
¶Non etiam obſtat quod tertio loco dicebatur,
ſcilicet non valere Principis conceſſionem eo pa
cto factam,vt bona Maioratus ex crimine læſæ
Maieſtatis diuinæ,vel humanæ confiſcari valeãt.
Ex quo à fortiori videtur dicendum in fieri non
poſſe abſque Regia cõceſſione:nam illud verum
eſt in donatione iure Maioratus ab ipſo Princi-
pe facta,vt inferiùs declarabimus: ſecus autẽ in
Maioratu ab alio ex propriis bonis inſtituto: in
eo namque is apponere poterit clauſulã huiuſ-
modi etiam abſque Principis conceſſione, vt in
d.c.12.probauimus.
¶Non etiam obſtat quod quarto loco pro con-
traria opinione adducebatur,quòd ſcilicet nemo
poſſit facere,ne leges habeant locum in ſuo teſta
mento,& quòd hoc eſſet aperire viam,vt omnes
de bonis ſuis ita diſponãt,vt fiſcus ea ex delicto
confiſcare nequeat.Cùm enim hoc quilibet pro
prio iure facere poſſit,non poteſt dici id legibus
prohibitũ eſſe:imò verius eſt id legibus eſſe per-
miſſum:proindéque nõ eſt conſiderandũ, quòd
omnes ſic de bonis ſuis diſponere valeant, vt nõ
confiſcentur.Nemini enim facit iniuriam,qui iu
re ſuo vſus eſt:eo præſertim quòd id à paucis fie
ri ſolitum ſit & vt plurimùm omnia bona libera
ſint, faciléque ob quodcunque delictum fiſco
adiiciantur.
¶Non obſtat etiam illud, quod quinto loco ad-
ducebatur, quòd ſcilicet ſicut Princeps poteſt
concedere facultates ad bona Maioratus alie
nanda ex iuſtis cauſis:ita etiã poſſit ex atrociſſi-
mis criminibus illa confiſcare. Hæc namque ar-
gumentatio ſatis remota eſt. Non enim agimus:
vtrum Princeps poſſit legem facere, qua præci-
piatur vt ex his delictis bona fiſco adiiciãtur, de
quo inferiùs dicemus : ſed vtrum ex iure com-
muni ac Regio id fieri poſſit,& cùm ex iure com
muni ac Regio probauerimus id fieri non poſſe,
non eſt cur ad alia,de quibus nunc non diſputa-
tur,tranſeamus.
¶Non etiam obſtat illud quod ſexto loco addu-
cebatur,quòd ſcilicet ſucceſſio bonorum Maio-
ratus nõ omninò ex reſtitutione alterius,ſed iure
hæreditario deferatur.Nam verius eſt eã ſucceſ
ſionem nõ iure hæreditario,ſed potiùs iure ſan-
guinis deferri,vt ſupra lib.1.c. 8. latius oſtenſum
eſt.Idcircóque ad eam ſucceſſionem deciſ.l.3. ff.
de interdictis & relegat.& alia iura quæ in id ſu-
periùs adduximus,rectè adaptantur.

¶Non etiam obſtat illud,quod ſeptimo loco ad-
ducebamus,quòd ſcilicet feudũ ex crimine læſæ
Maieſtatis fiſco adiici poſſit,& quòd de feudo ad
Maioratum argumẽtatio procedat.Nam etſi ar-
gumentationem de feudo ad Maioratũ reiicere
poſſemus:ei tamẽ in caſu de quo agimus, admiſ-
35 ſa,dicendum eſt,†feudum antiquum & familiare
de quo tantum ad Maioratũ argumẽtari in caſu
de quo agimus,poterit ex crimine læſæ Maieſta
tis,nõ poſſe fiſco adiici in ſequentiũ præiudiciũ:
niſi is contra quem crimen læſæ Maieſtatis com
miſſum fuit,eiuſdẽ feudi dominus ſit. Tunc nã-
que propter felloniam in dominum commiſſam
ad ipſum dominum feudum reuerti debet, in ſe-
36 quentium vocatorum præiudicium:† ſicq; intel-
ligẽdi ſunt tex.in.c.1.§.denique.Quæ fuit prima
cau.benefi.amitten.& in c.1.ſi vaſſallus feu.priu.
& in c.1.§.ſi vaſſallus.ſi de feu.fue. contro. inter
dominum & agna.prout vtrobique communiter
Scrib.reſoluunt.Idque ſic intelligit atque decla-
rat Bart.in l.3.ff.de interdic.& relegat.nu.1. Cu-
ius op.communem eſſe profitentur Ale.conſ.30.
num.9.lib.6.Io.de Ana.conſ.32.nu.5.Boerius qui
plures alios refert,deci.264.nu.7.& 8. Viuius lib.
2.opi.communium.op.71.Curtius Iuni.de feu. 5.
par.concluſ.1. Gratus conſi.2. num.15. lib.1. Go-
zadi.conſ.84.nu.111.Iacob.de feu.verb. Dictique
vaſſalli.num.90.Zaſius de feu.par.10. num. 107.
Quorum opin.communis & vera eſt, atque ex
communi feudorum natura,& obſeruatione de-
riuatur,tametſi ab illa diſcedat Iulius Clarus re-
ceptar.ſenten.lib.4.§.feud.q.66.verſ. Sed ſi feu-
dum.Quid autem dicendum ſit, quando Primo-
genium ex Regia cõceſſione proceſſit, infra iſto
c.nu.63.oſtendemus.Nunc nãque ſolùm agimus
de cõfiſcatione bonorum Maioratus pro his cri-
minibus facienda, etiamſi ea bona à Rege non
proceſſerint.
¶Non obſtat etiam,quod octauo loco de Regno
dicebamus:nam de Regno ad Maioratũ non va-
let argumentũ,quando in Regno diuerſa ratio
37 verſatur.In†Regnis autem propter hæreſim Re-
gis,totius Regni,atque totius etiam Chriſtiani-
tatis, & Religionis dãnũ verſatur,ex qua cauſa
poteſt illud Romanus Põtifex Regi hæretico, &
deſcendentibus ſuis auferre:& Regi Catholico,
ſi illud debellauerit,concedere:ſi non aliter adeò
graui damno ſubueniri poſſit.Quæ ratio regula-
riter in cæteris Maioratibus nõ verſatur:imò ceſ
ſante eà ratione,idẽ in Regno, quod in aliis Ma
ioratibus dicendum erit.
38 ¶Non†etiam obſtat, quod nono & vltimo loco
adducebatur ex text.in l. 1. C.de bonis liberto-
rũ.vbi probatur ex crimine læſæ Maieſtatis iura
libertorum fiſco adiicienda eſſe.Nam illa lex de
his iuribus libertorũ, quæ in hęredes extraneos
tranſire valent,de quibus agitur in l.ſi non fortẽ
§.libertus.ff.de condict.indebi.intelligenda eſt:
non autẽ de his,quæ ad ſolos hæredes ſanguinis
tranſire valent:aliàs nãque loqueretur expreſsè
contra text.in l.eorum.ff.ad leg.Iuliam.Maieſtat.
& contra.l.iura libertorum.ff.de iure patron.vbi
ex crimine læſæ Maieſtatis iura libertorũ quæ ad
hæredes extraneos non tranſeunt,non confiſcã-
tur:ſed filiis deferuntur.Sicque dictam.l.1.C. de
bon.libertorum intellexit Bald.ibidem num.2.&
Paul.num.4.qui meliùs quàm alius id declarat,
dicens:quòd etiã ſi quis condẽnetur ex crimine
læſę Maieſtatis in primo capite,iura libertorum
quę



quæ ad hęredes ſanguinis tantum transferri poſ
ſunt,fiſco adiici non valent.Quod etiam plures
ex Scrib.in d.l.2.C. de liber. & eorum libe. per
tex.ibi ſequuntur,& etiam ſequitur Bar. in d.l.3.
de interdict.& relegat. numer. 2.per tex.ibidem
Bar.in d.l.eorũ.ff.ad.l.Iul.Maieſt.in quantum re
mitti ſe ad tex.in l.3.ff. de interdict.& relegat. &
ad ea,quæ ibi dixit Alex.qui ſic intelligit tex. in
d.l.1.C.de bon.liber.in d.l.ſi finita.§.ſi de vectiga
libus.ff.de damno infect.n.30.Idq. eſt de mente
omnium Scrib.in prædictis locis.
¶Vel poteſt aſſignari alius intellectus ad illam.l.
1.C.de bon. libert.quòd ſcilicet ibi agebatur de
confiſcando iure patronatus, quod delinquenti
competebat,non de eo,quod cõpetebat liberis
ſuis:quod patet ex verbis eiuſdẽ legis. Nõ enim
is crimine læſæ Maieſtatis damnatus fuit, erat
ipſe patronus,ſed eiuſdẽ patroni filius proindé
que his,quæ de bonis Maioratus diximus, non
contradicit.Non enim inficiamur id quod ipſi
delinquenti competit,fiſco adiiciendum eſſe:ſed
confiſcationem fieri debere in præiudicium ſe-
quentium vocatorum qui non deliquerunt,
qui intellectus ſing.atque ad illam legem germa
nus eſt.
¶Nec quoad hæc admittendus eſt intellectus,
quem gl.in d.l.eorum.& in d.l.1.aſſignat ad eadẽ
iura,quòd ſcilicet tex.in d.l.eorum, loquatur in
crimine læſæ Maieſtatis in ſecundo capite,com-
miſſo.Ideóque ex eo iura libertorum confiſcan-
da non ſint.Text.autem in d.l.prima loquatur in
crimine læſæ Maieſtatis in primo capite.Quam-
obrem in ea ſpecie iura etiam libertorum cõfiſ-
cantur:quem etiam aliqui ex Scrib. ibidem ſe-
quuntur.Is namque intellectus,præterquã quòd
euidentiſsimè diuinatorius ſit apertiſsimè violat
literam tex. in d.l. eorum. ibi. *Eorum qui Maie-
ſtatis crimine damnati ſunt.*Quæ verba nõ dubium
eſt, primum etiam læſæ Maieſtatis caput cõpre-
hendere: imò id eſſet contra tex. expreſſum in l.
iura libertorum.ff.de iura patron.qui tex.loqui-
tur in crimine perduellionis: & ſic in primo ca-
pite criminis lęſæ Maieſtatis, Idque cõprobatur
ex eo,quòd non inueniatur aſsignata in iure dif
ferentia inter primum & ſecundum læſæ Maie-
ſtatis caput,quod bonorum cõfiſcationẽ:ſed ſo-
lùm quoad damnationem memoriæ delinquẽtis
poſt mortem eiuſdem,& filiorum infamiam, vt
probatur ex tex.in d.l.iura libertorũ, & in l. fin.
ff.ad.l.Iul.Maieſta.& dixit gloſſ.ordina. in l.ex iu
diciorum verbo,*Maieſtatis*.ff.de accuſa. Bart.in
extrauag.qui ſint rebelles.verb.Rebellãdo.Ang.
de Malefic.verb.Qui dominus iudex videns.nu.
46.Dec.conſi.410.n.28.conſeq.Gramma.deciſ.9.
nu.19.vbi plura in idem adducit.l.2. &.3. titu. 2.
par.7.Qua ratione nõ debemus aliam differen-
tiam inter primum & ſecundum criminis læſæ
Maieſtatis caput abſque lege & iuridico funda-
mento aſsignare.
¶Hæc autem opinio,quam nunc tanquam pro-
babiliorem eligimus,tripliciter limitari poteſt.
39 Primò,quando bona à Principe alicui,& eius de
ſcendẽtibus in infinitum iure Maioratus donata
fuerunt.Nã ſi aliquis ex huius Maioratus poſſeſ-
ſoribus crimen læſæ Maieſtatis commiſerit, ea
bona fiſco perpetuò adiicienda erunt:quaſi ea le
ge à principio donata fuerint.Quod arguẽdo de
40 feudo ad Maioratũ facilè probari poteſt:† feudũ
namque etiam ſi antiquum & familiare ſit, ob
felloniam tamen aduerſus dominum cõmiſſam,
excluſis agnatis ad dominum reuertitur:quòd ex
tex.in d.§.denique.cum ſimilib. ſuperius reſolui
mus.Quæ feudorum deciſio æqua, atque ratio-
nabilis videtur:ideóque ex paritate rationis ad
41 Maioratum extendi poteſt,quibus adiicitur† cui
cunque etiam donationi ex propria natura inſi-
tum eſſe,vt ex ingratitudine aduerſus donantem
commiſſa reuocetur.l.fin. cum ſimilib. C. de re-
uocan.donat.tex.in c.ſi propter.de donat.Idque
præterquàm,quòd ſatis rationi conſonũ ſit,pro-
bari videtur,ex quadam Regia Pragmatica à Re
ge Henrico ſecundo apud Madritium edita,quæ
nondum typis mandata fuit : cuius verba ſunt.
42 †*Alo que me pediſte por merced,que ſi lo que Dios no
quiera,alguno de qualquier ſtado y cõdicion de los mis
Reynos fuere contra mi ſeñorio y honra y proue cho
de mis Reynos,alçandoſe con villa,ô caſtillo, ô hazien
do della guerra,y no veniere a mi llamamiento, ſiendo
requerido por mi,y fuere con tra el mi conſeio,menoſpre-
ciando mis cartas,y no veniere al termino por mi en las
mis cartas,aſsignando por ſi,ô por ſu procurador por las
villas y caſtillos que tuuiere en el mi Reyno : ô cayere
en caſo,por que deua perder los bienes, que ſea la mi
merced que de los ſus bienes que deuieſſe perder, que ſi
fueſſen ſin donacio,e merced de los Reyes onde yo vẽgo,
que por los de mi conſeio ordenemos dellos lo q̃ la mi
merced fueſſe. Pero ſi huuiere villa o caſtilla,o otra he-
redad por donacion de los Reyes mis anteceſſores,que
los tales bienes q̃ aſsi deuiere perder,tornen a la corona
Real,donde fueron partedos,y vos lo prometieſſe aſsi.
A eſto vos reſpõdemos de conſeio,acuerdo y authori-
dad de los de mi conſeio,que me demandays coſa que
cũple a mi ſeruicio,y al prouecho de mis Reinos, como
buenos y leales vaſſallos:y vos lo tẽgo en ſeruicio,y me
plaze:y vos prometo de lo aſsi hazer y cũplir de la gui-
ſa que vos demãdays, y q̃las maneras q̃ ſe han de te
ner cerca dello,q̃ lo ordenara mi cõſeio,aguiſa que bien
y cũplidamẽte ſe haga lo que demandays,en eſta razon*
Quæ Regia Pragmatica, etſi ſpecificè de bonis
Primogenio ſubiectis à Rege donatis non diſpo
nat,de illis tamen intelligenda eſt:aliàs namque
nihil nouum ſtatuiſſet,nec eſſet neceſſarium dif
ferentiam aſſignare inter bona ex donatione Re
gum, vel aliàs quæſita : cùm omnia bona libe-
ra indiſtinctè Fiſco adiicienda eſſent. Vt autem
aliquid nouum ea Pragmatica operetur, de bo-
nis Maioratui ſubiectis intelligenda eſt: inter
quæ quoad confiſcationem ſit differentia, vt
ea quę ex Regia donatione proceſſerũt,ad Re-
giam coronam ex crimine læſæ Maieſtatis reuer
tantur:cætera autẽ iuris diſpoſitioni relinquun-
tur.Quod ex eo etiam veriſimile redditur, quòd
rarò inueniantur in his Regnis caſtra,& oppida,
quæ Maioratui ſubiecta non ſint.
¶Cæterùm etſi hæc opi.probabilis videatur: ad-
huc tamen in forenſibus cõtrouerſiis illam ſatis
controuerſam vidimus ex ſequentibus. Primò,
quia illud,quod de feudo dictum eſt,in Maiorati
bus non procedit,vbi bonorum dominium tam
directum,quàm vtile in donatarium transfertur,
nec aliquod ius apud donantem reſidet: & vbi
etiam donatarius ad ſeruitium præſtandum non
aſtringitur.Secundò,quia quamuis illud ad Ma-
43 ioratus adaptari poſſet,†nõ procedit in feudo cõ
ceſſo in ſeruitiorum remunerationem:quod etiã
ex fellonia contra dominum commiſſa non amit
titur:prout dixit Bald.in c.1.num. 4.ſi vaſſal.feu.
priue.allegans ad id tex.in l.ſi pater.§.1.ff.de do-
nat.

nat.Barb.in c.fi.col.2.de dona.Io.Luppus in rep.
Rub.§.50.num.7.Iacobi.de feud. verb.Dictique
vaſſalli nu.58.Tertiò,quia quanuis donatio reuo
44 cetur propter ingratitudinem:hoc †tamen reuo
candi ius nec tranſit ad hæredes donantis, nec
competit aduerſus hæredes donatarij:ſed in per
ſona primi conſumitur l.fi. C.de reuocan.donat.
ibi.*Hoc tamen vſque ad primas perſonas tantùmodò
ſtare cenſemus*.Per quem tex.ibidē gl.verb. *Inſti-
tuere*.& communiter Scri.id notāt:prout ibi.Ri-
pa.q.61.nu.201.cum ſeq.reſoluit.l.his ſolis.C.eo.
Hippolitus in l.fi.n.29.ff.de quæſtionibus.Quod
etiam Scri.in l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.
communiter annotare ſolent. Quartò, quia
45 † etiā donatio quæ in remuneratione ſeruitiorū
facta fuit, ex ingratitudine non reuocatur. l. ſi
pater.§.1. ff. de donatio.ex qua.l.id communiter
Scrib.ibidem.& in aliis pluribus locis deducūt.
quorum opi.communem eſſe profitetur Ripa in
d.l.fin.C.de reuocan.dona.q.44.nu.150.eámque
ſequuntur Ioa.Lupus in rep.Rub.§.50.n.5.Tira-
quel.in l.ſi vnquam.verbo,Donatione largitus.
nu.13.cum ſeq.Boerius deciſ.27.nu.2.Gramma.de
ciſ.65.nu.24. Gozadi.con.50.nu.10. & alibi ſæpe
46 Scri.Quintò†quia etiāſi donatio propter in gra
titudinem donatarii reuocetur,nullibi tamē cau
tum inuenitur,quòd ſi ſint plures donatarij, pro
pter ingratitudinem vnius,donatio reſpectu al-
terius reuocetur:imò id omnibus legibus de do-
nationum reuocatione propter ingratitudinem
loquentibus repugnat.Qua ratione in Maioratu
id procedere non videtur:cùm ex eo tot donatio
nes reſultent,quorum perſonæ ad illorum ſucceſ
ſionem vocatæ ſunt,prout ſupra lib.1.c.1. nu.17.
oſtenſum eſt.Ex quib. præcedēs limitatio dubia
reddi videtur.

¶His tamen non obſtantib. adhuc prædicta li-
mitatio maximam iuris rationē habere videtur.
In donationibus námque caſtrorum & oppido-
rum,quas Reges iure Maioratus faciūt,hæc con
ditio tacitè ineſſe videtur,vt illorum poſſeſſores
Regiæ coronæ in bello deſeruiant,& eidem ſem
per fideles ſint.Qua rationè non iniquum cēſeri
debet,ſi ab his qui hoſtes Reipublicæ efficiūtur,
& ſuis deſcendētibus ea omnia auferātur, quod
ſatis iuri conueniens eſt & etiam rationi, quæ in
d.c.1.§.denique.quę fuit prima cauſ.benefi.amit
ten.expreſſa fuit.ſcilicet,vt hanc ſaltim habeat
dominus ſuæ iniuriæ vltionem:& etiam ex d. Re
gia pragmatica à Rege Henrico.2.facta deduci-
tur. Quam opin. in donationib.caſtrorum, vel
oppidorum ſub titulo Comitatus, Ducatus, vel
Marchionatus à Rege factis,ſequitur Greg. in l.
2.tit.2. par.7.ver.*Las mandas*.Sed nos illam in q-
buſcunque donationibus oppidorum, vel caſtro
rum,vel aliarum ſimilium hæreditatum veram
eſſe cēſemus,ſiue ſub titulo Ducatus, Comita-
tus,vel Marchionatus cōceſſa ſint,ſiue nō:in aliis
autem donationib.aliarum rerū particularium
illam non admittimus:cùm de illis Regia prag-
matica Regis Hērici ſecundi non loquatur, nec
in illis videatur ex donationibus Regiis præciſa
ſeruitii,ac fidelitatis neceſſitas exigi.

47 ¶Nec †obſtat,ſi dicatur donationem non poſſe
reuocari ob ingratitudinem niſi à primo donate
reſpectu primi donatarii,ex d.l.fina.C.de reuoc.
dona.nam ea quæ à Rege donata ſunt,ſemper ab
ipſa Regia Corona donata eſſe dicuntur:cùm nō
aliter,quàm in remunerationem eorum ſeruitio
rum,quæ Regiæ Coronæ facta fuerunt, donari
valeant:& cùm Regia Corona nō moriatur, ſem
per dicitur ingratitudinem aduerſus primū do-
nantem commiſſam fuiſſe.Item idipſum dici po-
terit reſpectu cuiuſcūque Maioratus poſſeſſoris,
quādo bona à Rege iure Maioratus cōceſſa ſunt,
prout in bonis à Rege Henrico ſecundo,& aliis
48 donatis contingit.Cùm †enim ex Maioratu re-
ſultent tot donationes,quot perſonæ ad illum vo
cantur,vnuſquiſque ex eiuſdem poſſeſſorib.cen
ſetur eſſe Regis donatarius,& donationem im-
mediatè ab ipſo rege obtinere:prout optimè, ac
etiam ingenioſè probat ex pluribus Xuarez inq.
Maioratus.nu.18.cum ſequen. & declarat Gre-
gor. Lopius in l.23. tit.13. part.2. in gloſſ.verbo
*Omenaje*.verb.*Fueras ende*.quanuis ſecus dicēdū
videatur in donatione à Rege liberè facta.Nā et-
ſi ex poſt facto ex illa donatarius Primogenium
abſque Regia facultate inſtituat,non cenſebun-
tur poſſeſſores ipſius Regis donatarij,nec in illis
naturam bonorum à Rege donatorum obſerua-
bunt,vt etiam optimè conſiderat idem Xuarez in
d.q.Maioratus.n.23.Ideoq.in hac ſpecie limitatio
hæc admittenda non erit.

¶Similiter etiam non obſtat,ſi dicatur donatio-
nem fuiſſe remuneratoriam: ideóque non poſſe
ob ingratitudinem reuocari. Nam illud verum
eſt probata qualitate,& quantitate ſeruitii,& vſ-
que ad illorum valorem:non aliàs: prout ſupra
49 lib.2.cap.8.nu.17.oſtenſum eſt.†Frequentiùs au
tem hæ donationes potiùs gratuitæ,quam omni
nò remuneratorię cenſendæ ſunt:cum potiùs ob
gratiam,quàm ob debitum neceſſarium, vt plu-
rimum concedi ſolitæ ſint.In his autem quæ ex
debito omninò factas eſſe compertū fuerit, hæc
limitatio obſeruanda non erit,quæ ſolum in cri-
mine læſæ Maieſtatis locum habet.In criminib.
autem hæreſis,& contra naturam, rationes ac
fundamenta ex quibus illam deduximus, non
militant.

50 ¶Secunda limitatio ſit,†quando ſequens ſucceſ
ſor eſt filius,vel nepos vltimi Maioratus poſſeſſo
ris,qui crimen hæreſis,ſeu læſæ Maieſtatis com-
miſit: ſi vltimus Maioratus poſſeſſor maſculus e-
rat:vel filius,ſi erat fœmina.Cùm enim filii,& ne
potes hæreticorum,qui ex crimine hæreſis con-
demnati fuerant,per lineam maſculinam, & filii
per lineam fœmininam infames ſint,atq. incapa
ces dignitatum,vt probatur ex tex.in cap.ſtatutū
in 2.de hæretic.lib.6. & filii maſculi proditorum
infames ſint,& ſucceſſionum incapaces,vt ex d.
l.quiſquis. C.ad l.Iul.Maieſtat.& ex l.2.tit.2.part.
7.deciſum eſt:conſtat nullo iure ad Primogenii
ſucceſſionem admittendos eſſe:imò propter deli
ctum parentum illos eſſe ipſius Primogenii ſuc-
ceſſione priuandos.

¶Cæterùm Gregor.Lopius qui hanc quæſtionē
mouit in d.l.2.tit.2.par.7.in gloſſ.verb. *Mandas*
diſtinguit inter Primogenium in teſtamento, &
illud,quod ex contractu inſtitutum eſt.In primo
caſu inquit,filios proditorū in Primogenio non
ſuccedere,in ſecūdo verò ſic:quod probat ex eo
51 quòd ex l.quiſquis & ex d.l. 2.partitarū,†filii p-
ditorum non priuentur, niſi hæreditate,& lega-
tis ſibi relictis,vel ex legitima ſucceſſione perti
nentibus:quod ad contractus,præſertim in ma-
teria odioſa extendendum non eſt.

¶Quanuis autem hæc opinio prima facie vera
eſſe videatur:mihi tamen vlterius cogitanti con
tra-



trarium dicendum videtur:imò,quòd filius pro-
ditoris, ſeu hæretici (de filio namque illius,qui
crimen nefandum commiſit,nulla dubitatio,eſt)
non priuetur Maioratus ſucceſſione,ſiue ex cō-
tractu,ſiue ex teſtamēto ſibi delata fuerit.Quod
probari videtur ex eo,quòd cùm Maioratus ſuc
ceſſio à primo inſtitutore,non autem à ſequenti
ſucceſſore pendeat ex eo tempore quod Primo-
genitus natus eſt,ſibi acquiſitum fuit quoddam
ius Primogenituræ formatum ex ſpe firma, at-
que inuariabili:etiam patre viuente, prout ſup.
52 li.3.c.6.latiùs oſtenſum eſt.Quod†ius iam etiā pa
tre viuente formatū & cōſiderabile,nulla lex de
crimine læſæ Maieſtatis loquens filio auferre vo
luit:ſed ſolùm potentiam ſuccedendi in his,quæ
eo tempore acquiſita non erant. Quod cōſtat ex
verbis d.l.quiſquis.& legum partitarum: idque
in fortioribus terminis verum eſſe cenſuit Ang.
in d.l.quiſquis.col.2.eiúſque opinionem ſequu-
tus fuit Boerius deciſ.7.num. 6. eámque opi.ſe-
quitur Anto.Gometius in Maioratibus loquens
in l.40.Tauri.nu.91.verſic.3.Tertiò non obſtat.
etſi in eius comprobationē nihil ex his adducat.
53 ¶Quod comprobatur ex eo,quòd †ſi filij prodi-
torum eſſent incapaces ſucceſſionis Maioratus,
quem parens obtinębat, reſultaret ex hoc quod
dam maximum inconueniens,quod ſcilicet Ma-
ioratus ſucceſſio ad cognatos tranſuerſales,filiis
excluſis,deuolueretur.Non enim Maioratus ſuc
ceſſio filiis viuentibus ad fiſcum deferri poſſet:
cùm ex incapacitate filiorū ſtatim ad vlteriores
vocatos Maioratus ſucceſſio deuoluenda ſit,ac ſi
filii naturaliter mortui fuiſſent:prout ſup. li.1. c.
9.num.27.cum ſequen.oſtendimus: declarátque
Gregor.in d.l.2. tit.2.par.7.verb.*Mandas*.Quod
eſſet maximū inconueniens:prout optimè conſi-
derat D.Dida.de Simancas,de hęretic.c.9.num.
271.Nam etſi in feudis, ſecundū aliquorum op.
tolleretur vt propter felloniam à poſſeſſore com-
miſſam feudum auferatur deſcendentib.& tranſ
uerſalibus deferatur:prout notāt And.de Yſern.
in d.c.1.§.denique.Quæ fuit prima cauſa benefi.
amitten.quem ſequitur Afflictus ibidem.n.2. &
3.illud ex eo toleratur, ꝙ viuentib.deſcendētib.
feudum ad dominum reuertitur,nec deferri pōt
tranſuerſalib.niſi deficientibus deſcendentib.vt
reſoluit idem Afflictus,ibi.nu.4.Quod nō poteſt
ad Maioratus adaptari,in quibus non ad fiſcum,
ſed ad tranſuerſales ſtatim eorum ſucceſſio ne-
ceſſariò deferenda eſſet.

¶Nec obſtat ſi dicatur,quòd filii proditorum,&
hæreticorum ſunt infames:perin déque non va-
leant ſuccedere in Primogeniis dignitatem ha-
54 bentib. nam† cùm vt paulò ante probauimus,
ſint capaces ſucceſſiones Maioratus, ſimiliter e-
rūt etiā capaces dignitatis, in cōſequentiā eiuſ-
dem ſucceſsionis ſibi prouenientis:vt ſuprà li.1.
c.13.latiùs oſtēſum eſt:de quibus tamen cùm ca-
ſus acciderit,deliberādum erit.Durum namque
videtur dicere,quòd filius hæretici,qui non pōt
officium publicum,nec etiam mercatoris, vel cō
ductoris,vel ſimilia officia exercere,poſsit Duca
tum,vel Marchionatum,vel vaſſallos & iuriſdi-
ctionem ex ſucceſsione obtinere.

¶Vtcunque autem id ſit, illud tamen apud me
exploratiſsimum eſt filium ſcilicet natum ante
crimē læſæ Maieſtatis,vel hæreſis,à parente cō-
miſſum ab eiuſdem Maioratus abſque Regia fa-
55 cultate inſtituti ſucceſſione non excludi:†pœna
namque infamiæ atque incapacitatis ſucceſſio-
nis,quæ à iure filiis hæreticorum,ſeu proditorū
infligitur,ad natos ante ipſum delictum commiſ
ſum non extenditur.Quod probatur ex tex. in c.
non imputantur.1. q. 4. Quod deſumptum fuit
ex Concilio Toletano 13. c.1. Cuius verba ſunt.
*Non imputantur filiis peccata parentum,quæ poſt eorū
natiuitatem à parentibus committuntur*.& Ex l.eman
cipatum.§.fin.ff.de Senator,& ex l.adoptiuum.§.
patronum.ff.de in ius vocand.& ex l.filiam.cum
ſimil.ff.de Senato.Ex quibus iuribus id notant
Cinus & Fab.in d.l.quiſquis.Alberi.& Ang.poſt
glo.ibi,verbo.*Aſpergit*.in l. Diuo Marco. C. de
quæſtionib.& in l. fallaciter.C.de abolitio.Cal-
deri.conſ.3.ſub tit.de hæretic. Io. And.in addit.
ad Specul.tit.de feud.col.5.Oldral.conſ.124. col.
6.glo.Cin.Bal.& alii per tex.ibi in l.2.C.de liber.
& eorum libe.Boerius deciſ. 7.nu. 6. Tiraq. qui
plura refert de primo. q.31. num. 4. D. Didacus
de Simanc.de hæretic.c.29.num.22. cum ſeq. in
noua editio.quæſtionē iſtam ex profeſſo diſputa
uit:tandémque benigniorem ſententiam, quam
nos ēt eligimus,ſequutus fuit: idque mihi pro-
bari videtur ex l.6.titul.27. part.2. ante fin. ibi.
*Pero eſto non ſe entiende de los hijos que huuieſſen he-
cho antes que erraſſe,mas de los que deſpues hiZieſſen*.
& iterum ibi.*Ca los derechos que hallaron los anti-
guos de Eſpaña en todas las coſas alli do puſierō pena
a los hijos por raZon de ſus padres,ſiempre guardaron
que no huuieſſen:pena los que ante auian,que el hecho
malo hiZieſſen: fueras ende ſi fueſſen apercer.s en los
yerros:y alos otros que metieron en la pena fue,por que
los hiZierā deſpues de emponçoñados enel mal que hu
uieſſen hecho*.Idq. ipſum probat l.fi.ti.31.par.7.ibi.
*Ca ſi el hijo q̄ es naſcido no deue recibir pena por el
yerro del padre*.Et l.3.ti.9.li. 4. ordi. quæ hodie eſt
l.3.8.lib.8. in noua leg.Regn. collectione. ibi.
*Pero deZimos que ningun traydor,ni aleuoſo,ni ſu hijo
queouo deſpues que hizo la traycion*. Quæ opin. ſe-
quenda erit: tametſi cōtrariam opin. veriorem,
atque communi Scribē. calculo comprobatam
eſſe profiteātur Mattheus de Afflict.in conſtitu.
Reg.Siciliæ,Rub.2. nu.39.Gigas in tracta.crimi.
læſ.Maieſt.tit.de pœnis,quas filii incurrunt.q. 5.
Villadiego de hæretic.q.23.col.fin.Io. Lupus de
iure Nauarræ.3.par.§.8.oppo.5.Gregor. in d. l.2.
tit.2.par.7.verbo,*Todos ſus hijos*.Otalora de No-
bilitat.c. 9.nu.8.Mencha.de ſucceſſio.reſol.lib.2.
§.12.Quod & alii plures grauiſſimi iuris inter-
pretes paſſim profitentur.

56 ¶Nec†his obſtat l.2.tit.2.par.7.ibi.*Todos los hijos*:
quam ibi ponderat Gregor.vt ex horum verbo-
rum generalitate, tam natos, quam naſcituros
comprehendat.Nam illa verba vniuerſalia ſunt
interpretāda,& declaranda ex verbis d.l.6.ti. 27.
part.2.& reſtringenda ad eos filios,in quibus po-
teſt cadere infamia de iure, ſcilicet in natis antè
crimen vel intelligenda ſunt de omnibus tam lè
gitimis,quàm naturalibus, & ſpuriis emancipa-
tis,ſeu filiisfamiliàs,de quibus contentio fuit in-
ter Scrib.vtrū ſub illius legis diſpoſitione com-
prehenderentur:omnes tamen non aliter, quàm
ſi ante delictum nati fuerint,pœnam infamiæ &
incapacitatis incurrent.Quo pacto optimè leges
illæ, quæ inter ſe pugnare videntur cōciliari poſ
ſunt abſq. alicuius verbi violatione.Nec illa lex
ſexta admittere poteſt intellectum quem etiam
Gregor.ibidem ad illam aſſignat dicens,quòd in
telligenda ſit de pœna expulſionis patriæ, non

autem de pœna infamiæ, & incapacitatis ſucceſſionis. Ille namque intellectus nullo pacto ad illam legem aſsignari valet. Non.n. vlla ratio poteſt aſsignari, quare magis id in pœna expulſionis à patria, q̃ in pœnis infamiæ & incapacitatis ſeruari debeat: cum pœna infamiæ & incapacitatis pœna exilii longè maior ſit. Quod declaratur ex ratione in eadem lege adiuncta, dum in ea dicitur. *En todas las coſas alli do puſieron pena a los hijos*, &c. Quæ ratio generica eſt, & omnes pœnas filiis appoſitas comprehendit, nec prædictã reſtrictionem admittit.

57 ¶Tertia limitatio † ſit in Primogeniis eorũ, qui aduerſus Carolum quintum Romanorũ Imperatorem, & Hiſpaniarum Regem, & Reginã Ioannam eius matrem in his Regnis conſpirarunt anno 1520. in illis ſeditionibus, quæ vulgò dicuntur *las Communidades*. Eorum namque bona etiã Maioratui ſubiecta fiſco adiicienda erunt, ex quadã Pragmatica quæ eo tempore ædita fuit apud oppidum de Bormes: qua præceptũ eſt, vt omnia bona eorum proditorũ, qui aduerſus Hiſpaniarum Reges eo tempore cõſpirauerunt, fiſco adiicerẽtur: ſiue eã bona eſſent libera, ſiue Maioratui ſubiecta: in eáque apponitur forma, qua contra proditores, ſiue laici, ſiue clerici, aut Religioſi eſſẽt, ꝓcederetur. Super cuius Pragmaticæ intellectu plures lites in his Regnis excitatę fuerunt: quarum aliquæ nondũ omninò deciſæ ſunt. Eiuſdem autem Pragmaticæ tenorem in hac parte libuit interſerere, vt id punitionis genus cæteris exemplo ſit: in poſterúmque à ſimilium criminũ perpetratione coerceantur, vt nihil etiam antiquitatis pœnitùs ignoretur.

58 †Don *Carlos, &c. Por quanto a todos los grandes, Perlados y Caualleros, vezinos y moradores de los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios de caſtilla ſon notorios y manifieſto los leuantamientos, e ayuntamientos de gẽtes hechos por las Communidades de algunas ciudades y villas de los dichos Reynos por perſuaſion e induzimiento de algunas perſonas particulares dellas, y los ſcandalos y rebelliones, y muertes y derribamientos de caſas, y otros grandes graues e inormes delictos, que en ellos ſe han cometido, y cometen cada dia, y la junta que las dichas ciudades a voz y en nombre nueſtro, y del dicho Reyno contra nueſtra voluntad y en deſacatamiento nueſtro hizieron: aſsi en la ciudad de Auila, como en la villa de Tordeſillas, en la qual aun eſtan y perſeueran, y los Capitanes y gente de armas que han traydo y traeñ por los dichos nueſtros Reynos damniſicando y attemorizando, e oprimiendo con ellas a nueſtros buenos ſubditos y leales vaſallos, que no ſe quieren juntar con ellos a ſeguir ſu rebellion e infidelidad, en la qual perſeuerando han echado, y echaron de las dichas ciudades a los nueſtros Corregidores, y tamaron en ſi las varas de nueſtra iuſticia, y combatieron publicamente nueſtras fortalezas, de las quales al preſente eſtan apoderados. Y para meior poderſe ſoſtener en ſu rebelion, y pagar la gente de armas que traen en los dichos Reynos en nueſtro deſeruicio por ſu propria authoridad han hechado grandes ſiſas, e derramas ſobre los nueſtros ſubditos y vaſallos: y agora nueuamente hã tomado e occupado nueſtras rentas Reales, las quales gaſtan y conuierten en ſoſtenimiento de la dica ſu rebelion: y para ſe hazer mas fuertes e poderoſos en ella, han embiado diuerſas perſonas a nueſtros Capitanes y gentes de nueſtras guardas, para los traer a ſi, e los quitar e apartar de nueſtro ſeruicio: offreſciendoles para ello que les pagarian lo que les erra deuido, y para lo de adelante les acreſcẽtarian el ſueldo: amenazandoles que ſi aſſi no lo hizieſſen, les derribarian ſus caſas, y deſtruyrian ſus haziendas, y las miſmas promeſſas han hecho y hazen a las perſonas que con nos en los dichos Reynos viuen de acoſtamiento, y a las otras perſonas que viuen y lleuan acoſtamiento de los grãdes e caualleros de los dichos Reynos q̃ han ſeguido e ſiguen nueſtro ſeruicio: de manera q̃ aũque los dichos grandes ſiguiendo ſu lealtad, para nos poder ſeruir han llamado los dichos ſus criados: no les hã acudido por miedo y temor de la opreſſion de aquellos que eſtan en dicha rebelion, y compenſamiento que han tenido y tienen de traer a ſi a los dichos grãdes, perlados y caualleros de eſſos nueſtros Reynos, y los enemiſtar con nos, y apartar de nueſtro ſeruicio, han tẽtado y tientan por diuerſas vias, e maneras exquiſitas de los leuantar, e a algunos dellos han leuantado ſus tiarras e vaſallos, que por merced de nos, e de nueſtros anteceſſores trienen, por muy grãdes, notables e ſeñalados ſeruicios, q̃ hizieron a nos y a ellos, y a nueſtra Corona Real, a los quales hã dado y dã fauor e ayuda para q̃ no ſe reduzgan a ſus ſeñores, y algunos de los dichos grandes q̃ han caſtigado los dichos ſus vaſallos, q̃ aſſi proinduzimiento de los ſuſodichos ſe les alçaron, han amenazado que los han deſtruyr: y aun han dado aſſi contra ellos, como contra otras muchas perſonas, certas y mandamientos en voz y en nombre nueſtro y del Reyno: por los quales les requieren y mandan que ſe juntẽ con ellos cõ ſus perſonas, y caſas y ſtados: ſo pena que ſi aſſi no lo hizierẽ, ſean hauidos por traydores y enemigos del Reyno, y como tales puedã hazer guerra garreada: y hã embiado, embian predicadores, y otras perſonas eſcandaloſas y de mala intencion por todas las ciudades villas y lugares de los dichos nueſtros Reynos e ſeñorios, para las leuãtar e apartar de nueſtro ſeruicio, e de nueſtra obediẽcia fidelidad, e cõ falſas e no verdadera: perſuaſiones jamas oydas ni penſadas las atraen a ſu error e infidelidad, y continuado mas aquello y ſu notoria deſlealtad, hã tomado nueſtras cartas a nueſtros mẽſageros, y entre ſi hã hecho ligas y conſpiraciones cõ grãdes iuramẽtos, y fees, y ſeguridades de ſer ſiempre vnos y cõformes en la dicha ſu rebeliõ y deſlealtad, en grand deſſeruicio nueſtro, y daño de los dichos Reynos: y han prẽdido a les del nueſtro cõſejo, y a otros officiales de nueſtra caſa y corte, lleuandolos publicamẽte preſos con trompetas y atabales por las calles y plaças de la dicha villa de Valladolid a la dicha villa de Tordeſillas, y a otras partes donde quiſieron, y tomaron y detuuieron preſo al muy Reuerẽdo Cardena de Tortoſa Inquiſidor general de los dichos Reynos, y nueſtro Viſorrey e Gouernador dellos: y han requerido y fecho requerir a don Yñigo Fernãdez de Valaſco nueſtro Cõdeſtable de Caſtilla, Duq̃ de Frias: aſſi meſmo nueſtro Viſorrey y Gouernador de los dichos nueſtros Reynos, q̃ no vſe de los poderes q̃ de nos tiene, pretendiẽdo perteneſcerles a ellos la gouernaciõ de los dichos nueſtros Reynos, y hã hecho e hizierõ pregona publicamẽnte en la plaça de Valladolid, que ninguno fueſſe oſado de obedeſcer, ni cũplir nueſtras cartas ni mandamiẽtos, ſin primero los lleuar y notificar y preſentar ante ellos en la dicha villa de Tordeſillas: dõde hã intẽtado de hazer, y hazẽ otro nueuo Cõciliabulo, a que ellos llamã Cõſejo: y para ello hã tomado el nueſtro regiſtro y ſello: y dẽ de como traydores vſurpãdo nueſtra juridiciõ y preeminencia Real, embian prouiſiones y cartas y mandamientes por todo el Reyno, y han ſuſpendido y mãdado ſuſpẽder todas las mercedes y quitaciones que nos auemos hecho y fazemos a perſonas naturales deſſos dichos Reynos, deſpues del falleſcimiẽto del Rey Catholico: y demas de todo lo ſuſodicho y de otras muchas coſas grauiſſimas e inor*



*e inormiſſimas, que han hecho y cometido y perpetrado, y cada dia hazen y cometen, vinieron y entraron con gente de armas y artilleria en la dicha villa de Tordeſillas, en que yo la dicha Reyna eſtoy, y ſe apoderaron della, y de mi perſona y caſa Real, y de la Illuſtriſſima Infanta nueſtra muy cara e amada hija y hermana, y echaron al Marques y Marqueſa Denia, que eſtauan y reſidian con nos, y en nueſtro ſeruicio: y puſieron en ſu lugar en nueſtra caſa a ſu voluntad ad las perſonas que han querido, e les plugo. De todas las quales dichas caſas como quiera que han dicho y dizen que las hazen y han fecho ſo color de nueſtro ſeruicio, e bien de los dichos nueſtros Reynos: clara y abiertamente pareſce auerſido, e ſer ſu intencion de ſe querer apoderar de los dichos nueſtros Reynos, tyranizandolos. Lo qual manifieſtamente ſe mueſtra por ſus obras tan dañadas e reprobadas, y tan contra nueſtro ſeruicio, y bien publico de los dichos nueſtros Reynos: y contra la lealtad e fidelidad, que como nueſtõ ſubditos e vaſallos nos deuian: y como a ſus Reyes y ſeñores naturales nos preſtaron, y eran obligados a tener y guardar: y endereçadas a macular y enturbiar la nobleza e fidelidad de los dichos nueſtros Reynos e ciudades, villas y lugares dellos, y de los dichos grandes y Perlados: que ha ſido, y es tanta y tan grande, que mas iuſtamente que otros algunos han merescido e mereſcieron alcançar titulo de leales, e fieles a ſus Reyes y ſeñores naturales. E otro ſi, porque como quiera que nos les mandamos remitir el ſeruicio que nos fue otorgado en las Cortes que mandamos celebrar en la Coruña, y dar les nueſtras rentas reales por encabeçamiento por otro tanto tiempo y precio como lo tenian en vida de los Reynos Catholichos, perdiendo la puia que en ellas nos hauia ſido hecha, y aſſegurado ſufficientemente que los officios de los dichos Reynos los dariamos e proueeriamos a naturales dellos: e fechas otras muchas gracias e mercedes en pro y beneficio de los dichos Reynos, los quales los ſuſodichos para colorar ſu rebelion tomauan por cauſa e fundamento de ſus enormes e graues delictos: de los quales deſpues que por nos les fueron concedidas: no ceſſaron, antes ſe confirmaron mas en ellos. E agora poſtrimeramente no contentos de todo lo ſuſodicho, caſi deſcendiendo en el profundo de los males, con grande oſadia nos embiaron con menſagero proprio vna carta firmada de ſus nombres, y ſignada de Lope de Pallares eſcriuano: por la qual confieſſan claramente hauer cometido e perpetrado todos los dichos delictos: y en lugar de pedir y ſupplicar perdon dello: demandam aprobacion de lo hecho, y poder para vſar y exercer nueſtra iuriſdicion Real: e dizen otras feas coſas en mucho deſacatamiento nueſtro, y eſcriuieron cartas a algunos pueblos deſtos nueſtros ſeñorios de Flandes para procurar de los amotinar e leuantar, como ellos eſtan. Y porque al ſeruicio de Dios nueſto ſeñor y nueſtro, y bien de los dichos Reynos, conuiene que las perſonas que en lo ſuſodicho han peccado e delinquido, ſean punidos e caſtigados: y executadas en ellos las penas en que por ſus graues e inormes delictos han caydo e incurrido: Y diſſimular y tolerar mas ſus notorias trayciones, y rebelliones, ſera coſa de mal exemplo: y darles incentiuo para perſeuerar en ellas, en grand deſſeruicio e daño e nota e infamia de eſſos dichos Reynos e de ſu antigua lealtad e fidelidad. Por la preſente mandamos a vos los nueſtros Viſorreyes, o qualquier de vos en auſencia de los otros, e a los del nueſtro Conſeio que con vos reſiden, pues ſobredichos delictos e rebelliones e trayciones hechas por las dichas perſonas ſon publicos e notorios en eſſos dichos Reynos, ſin eſperar a hazer contra ellos proceſſo formado por tela y orden de juyzio, e ſin los mas citar, ni llamar procedays generalmente a declarar y declareys por rebeldes, aleues y traydores, infieles y deſlealeſa nos e a nueſtra Corona, a las perſonas legas de qualquier eſtado, o condicion que ſean, que han ſido culpados en dicho, o en fecho, o en conſejo, de auerſe apoderado de mi la Reyna, de la Illuſtriſſima Infanta nueſtra muy chara e muy amada hija y hermana: y echado al Marques e Marqueſa de Denia, que eſtauan e reſidian en nueſtro ſeruicio, en el detenimiento e priſion del muy Reuerendo Cardenal de Tortoſa nueſtro Gouernador de los dichos Reynos, e de los del nueſtro Conſejo, condemnando a las dichas perſonas particulares que han ſido culpados en eſtos caſos, como aleues, traydores, e deſleales, a pena de muerte, e perdimiento de ſus officios, e confiſcacion de todos ſus bienes, y en todas las ortas penas aſſi ciuiles, como criminales, por fuero e por derecho eſtableſcidas contra las perſonas legas e particulares que cometen ſemeiantes delictos, executandolas en ſus perſonas e bienes: ſin embargo que los tales bienes que las dichas perſonas tuuieren ſean de Mayoradgos, o vinculados, e ſubiectos a reſtitucion: e que en ellos, o en alguno dellos aya clauſula expreſſa en que ſe contenga que no puedam ſer confiſcados por crimen læſæ Maieſtatis hecho y cometido contra ſu Rey, e ſeñor natural. Que en los dichos caſos para poder ſe confiſcados los bienes de las dichas particulares perſonas legas a mayor abundamiento, ſi neceſſario es, nos por la preſente de nueſtro proprio motu y cierta ſciencia, y poderio Real abſoluto, de que en eſtra parte queremos vſar, y vſamos como Reyes y ſeñores naturales, auiendo aqui por expreſſos e incorporados letra por letra los dichos Mayoradgos, las reuocamos, caſſamos, y annullamos, y declaramos por de ningun valor y effecto, y de la dicha nueſtra cierta ſciẽcia e poderio Real abſoluto mandamos, y ordenamos que los bienes en ellos contenidos, ſin embargo dellos e de ſus clauſulas e firmezas, que en eſto ſean contrarias, ſean auidos por bienes libres y francos para poder ſer confiſcados por las dichas cauſas bien e aſſi tam cumplidamente como ſi nunca huuieran ſido pueſtos, ni metidos en los dichos Mayoradgos, ni vinculados, ni ſubiecto a reſtitucion alguna: y como ſi en ellos no huuiera ninguna: y alguna de las ſobredichas clauſulas: antes fueran expreſſamente exceptados los dichos crimines y delictos læſæ Maieſtatis. E otroſi vos mandamos que declaredes por inhabiles e incapaces para poder ſucceder en los dichos Mayoradgos a qualeſquier perſonas por ellos llamadas, que fueron culpados en los dichos delictos, y entrar y deuer ſucceder en ſu lugar en los dichos Mayoradgos las otras perſonas llamadas que en ellos no han delinquido. E a las perſonas de la Ygleſia y Religion, aunque ſean conſtituydos en dignidad Açobiſpal, o Epiſcopal, que en los dichos delictos fueren culpados e participantes, declar los aſſi meſmo por traydores, rebeldes, e inobedientes y deſleales a nos, e a nueſtra Corona, e por agenos y eſtraños deſtos nueſtros Reynos e ſeñorios, e auer perdido la naturaleza y temporalidades que en ellos tienen, e incurrido en las otras penas eſtableſcidas por leyes deſtos Reynos contra los Perlados e perſonas Eccleſiaſticas, que caen on ſemeiantes delictos. Y para proceder contra las dichas perſonas aſſi Eccleſiaſticas como ſeglares, que en los ſobredichos caſos han ſido culpados, y a los declarar ſolamente ſabida la verdad por rebeles y traydores, innobedientes e deſleales a nos y a nueſtra Corona, e proceder contra ellos, e hazer la dicha declaration, como en caſo notorio, ſin los mas citar ni llamar, ni hazer contra ellos proceſſo, ni tela, ni orden de iuyzio. Nos por la preſente del dicho proprio motu y cierta ſciencia y poderio Real, vos damos poder cumplido: y queremos y nos plaze que la declaracion que aſſi hizieredes, e penas en que condenaredes a los que han ſido culpados en los dichos caſos, ſea valido e firme aguora y en todo tiempo: e que no pueda ſer caſſado, ni anullado por cauſa de no ſe auer hecho contra*

*ellos proceſſo formado, ni ſe auer guardado en la dicha declaracion la tela y orden de juyzio que ſe requeria, ni auer ſe ydo citados, ni llamados, ni requiridos los tales culpados a que ſe venieſſen a ver declarar auer incurrido en las dichas penas, o por no auer interuenido en la dicha vueſtra declaracion otra coſa de ſuſtancia, o ſolennidad, que por leyes de eſſos dichos Reynos deuia de interuenir: porque ſi embargo de las dichas leyes y fueros y ordonenças, vſos y conſtumbres que a lo ſuſodicho, o alguna coſa e parte dello puedan ſer contrarias: las quaquales del dicho nueſtro proprio motu e cierta ſciencia y poderio real abſoluto en quanto a eſto toca, reuocamos, caſſamos, y anullamos, y damos por ningunas y de ningun valor y effecto, que dando en ſu fuerça y vigor: para lo demas queremos y nos plaze que la dicha declaracion que anſi hizieredes contra las dichas perſonas particulares culpados en los ſobredichos dilectos, ſea valida e firme bien aſſi e tan cumplidamente, como ſi en ella ſe huuieſſe guardado toda la dicha orden y forma y tela de juyzio, que por las dichas leyes ſe requeria y deuia proceder. E aſſi fecha por voſotros la dicha declaracion, por la preſente mandamos a todos los Alcaydes de fortaleſas e caſas fuertes y llanas de las villas e lugares que fueren perſonas legas, rebeles, aleues y traydores, y vezinos e moradores dellos, que por la dicha vueſtra declaracion fueren confiſcados, que luego como les fuere notificado, o en qualquier manera dello ſupieren, ſe leuanten por nos y por nueſtra Corona Real y, no obedezcan, ni tengan deſde agora en adelante por ſus ſeñores a los dichos rebeles y traydores: lo qual les mandamos que hagan y cumplan, ſo pena de la fidelidad que los vnos y los otros nos deuen, y demas de ſus vidas, y de perdimiento de todo ſus bienes y officios, que haziendolo anſi nos por la preſente les alçamos, y damos por libres e quitos de qualeſquier pleytos, omenajes e juramentos, que tengan, y tuuieſſen hechos a los dichos rebeles y traydores por razon de las dichas fortalezas e caſas fuertes y llanas, como por otra qualquier cauſa e razon que ſea: e por quitar les de temor e penſamiento que puedan tener de ſer tornados y bueltos en algun tiempo a los dichos traydores, cuyos primero fueron: y que aquello ni ota coſa les pueda eſcuſar de hazer y cumplir lo que les mandamos, por la preſente les prometemos y aſſeguramos ſo nueſtra fe y palabra real, que en ningun tiempo del mundo por ninguna razon ni cauſa que ſea lo eſtoruaremos, ni bolueremos a los dichos aleues e traydores cuyos primero fueron, ni a ſus deſcendientes, ni ſucceſſores: e ſi aſſi no lo hizieren e cumplieren, por la preſente los condenamos, e hauemos por condemnados en las ſobredichas penas y todas las otras en que caen e incurren los que no cumplen lo que les es mandado por ſus Reyes y ſeñores naturales. E mandamos otroſi que los vaſallos de los dichos Perlados, e de qualeſquier otras perſonas Eccleſiaſticas que por voſotros en los dichos caſos fueren declarados por culpados, ſe leuanten e alcen en nueſtro fauor: e no acojan en ellos a los dichos Perlados dende en adelante: a todos los quales, e aſſi miſmo a los grandes, Perlados, caualleros, e ciudades e villas e lugares deſſos dichos Reynos, mandamos ſo pena de la dicha fidelidad e lealtad que nos deuen, que hecha por voſotros la dicha declaracion, ayan y tengan dende en adelante a los dichos Caualleros y Perlados y otras perſonas que aſſi declararedes por publicos traydores e aleues a nos e a nueſtra Corona Real, e por enemigos de eſſos nueſtros Reynos y ſeñorios, y como a tales los traten y perſigan: e que ninguno ni alguno dellos los reciba ni acoja, ni defienda, ni de fauor ni ayuda: antes pudiendolo hazer los prendan, y ſiendo legos los entreguen a nueſtra juſticia, para que en ellos ſe executen las penas que ſu graues delictos mereſcen. E ſi fueren perſonas Eccleſiaſticas, o de orden, las mandemos remitir a nueſtro muy ſancto padre, o a los otras ſus Perlados, a qui en ſon ſubjectos: e que los dichos vaſallos de Perlados no tengan mas por ſeñores a los dichos traydores, ni les acudan ni fagan acudir con los fructos y rentas que antes tenien en los dichos lugares: antes que ellos los guarden y tengan en ſi ſecreſtados, y en depoſito y fiel guarda, para hazer dello lo que por nos les fuere mandado, ni publica ni ſecretamente los acojan ni reciban en ſus caſas: ni lugares: antes ſi a ellos venieren, o tentaren de venir, los reſiſtan y defiendan la dicha entrada con todo ſu poder e fuerça: e qui directa ni indirectamente les hagan ni den otro fauor ni ayuda de qualquier calidad e manera que ſea, ſo las penas ſuſodichas: e que en todo ello hagã e cumplan como nueſtros buenos ſubditos, e leales vaſallos lo que por vos los dichos nueſtros Viſorreyes, e qualquier de vos en auſencia de los otros, e a los del dicho nueſtro Conſeio, que procedays por todo rigor del derecho por la meior via e orden que huuiere lugar de derechos, ea voſotros pareſciere, contra todas las otras perſonas particulares que en qualquier de todos los ſubredichos delictos, o en otros demas de aquellos que ayã caydo, e fecho y cometido deſpues de los leuatamientos e alborotos conteſcidos en eſſos dichos Reynos eſte preſente año de. 1520. e fizieren adelante, condennandolos en las penas aſſi ciuiles como criminales que hallaredes por fuero e por derecho. E ſi para executar lo que aſſi por voſotros fuere ſentenciado e declarado, fauor ayuda ouieredes meneſter, Por la preſente mandamos a todos los grandes, Perlados, Iuſticias, Regidores, Caualleros, eſcuderos, officiales e homes buenos de todas las ciudades, villas e lugares de los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios, que vos la den e fagan dar tan entera e cumplida, como ſe la pedieredes: e porque ninguno no pueda pretender ignorancia de lo ſuſodicho, e de la dicha declaracion que fizieredes, mandamos que eſtra nueſtra carta, o ſu tranſlado ſignado de eſcriuano publico, e la dicha vueſtra declaracion ſean pregonados por pregonero, e ante eſcriuano publico en eſta nueſta Corte, y en las otras ciudades, villas e lugares de los dichos nueſtros Reynos, e ſeñorios que a voſotros pareſciere: por manera que venga a noticia de todos, e que della ſe hagan ſacar en publica forma vno, o mas traſlados firmados de vueſtros nombres, e ſeñalados de los del nueſtro Conſejo, y ſellados con nueſtro ſello: y los hagays affixar en las puertas de la Ygleſia mayor, o de las otras Ygleſias, e monaſterios e plaças y mercados de las dichas ciudades, e de las villas e lugares de ſu comarca, donde a voſotros pareſciere: e que la publicacion e affixacion y pregon, o qualquiera coſa dello que aſſi ſe hiziere, tenga tanta fuerça contra las dichas perſonas e cada vna dellas, como ſi fuera publicada e pregonada en la manera acoſtumbrada por las ciudades e villas donde ellos ſo vezinos, e tienen ſu habitacion: e notificada particularamente a cada vna de las dichas perſonas. Dada en Bormes a diez y ſiete dias de Deziembre, Año del naſcimiento de nueſtro Saluador Ieſu Chriſto de Mil y quinientos, e veynte años. Yo el Rey. Yo Franſciſco de los Cobos Secretario de ſus Ceſarea y Catholicas Maieſtades, la fize eſcriuir por ſu mandado.*

59 ¶ Qua in re animaduertendum eſt, quòd † quan-
uis plures dicere ſoleant dictam Regiam Prag-
maticam vim legis non obtinere, ex eo quòd non
ſit lex generalis, ſed contra perſonas particulares,
& in caſu etiam particulari lata, nimiſque rigida
ſit: ea tamen Pragmatica nihilominùs veluti lex
iuſta, generica, atque rationi conueniens obſer-
uanda erit: facta namque fuit tempore maximæ
rebellionis, & ad ſedandam effrænatam prodito-
rum audaciam, quæ forſan ea non lata, vlteriùs
protra-



protraheretur. Et tandem ex ea lege, & aliis me-
diis ſedata fuit. Quo caſu ob publicã vtilitatem
quæ verſatur in eiuſmodi rebellionibus coercẽ-
dis, & criminum immanitatẽ, atque delinquen-
tium multitudinem, licitum fuit iura tranſgredi,
60 legéſque etiã acerrimas cõdere. Sic † namque id
feciſſe legimus Henricum Imperatorẽ ſeptimũ
qui ad ſedandam quandam maximã ſeditionem,
quæ eius tempore exorta fuit, condidit Extraua-
gan. ad reprimendam, qua ordinem iudiciarium
in aliis criminibus obſeruari ſolitum, propter
criminis immanitatem interuertit: prout inquit
ibi Bartol. in gloſ. verbo, Multorum. vbi inquit
cauſam finalem illius legis condendæ, fuiſſe de-
linquentium multitudinẽ. Nec poteſt dici illam
Pragmaticam non fuiſſe legem generalẽ: ea nã-
que non cõtra certas perſonas, ſed genericè con-
tra omnes proditores, qui vel eo tempore, vel
deinceps contra Regiam Maieſtatem in ea ſedi-
tione cõſpiraſſent, edita fuit. Quod ſufficiens eſt
ad hoc, vt ea lex generica dici valeat, & pro cõ-
61 muni vtilitate conſcripta. Deniquè † cùm à Prin-
cipibus habentibus poteſtatẽ leges faciendi cõ-
dita fuerit, non licebit de illa diſputare: ſed iudi-
care ſecundum illam, vt inquit Gratianus in cap.
erit autem lex. 4. diſtin. & Auguſtinus relatus ab
ipſo Gratiano in c. in iſtis ead. diſtin. l. proſpexit.
ff. qui & à quibus. l. fin. C. de legib. ibi. *Quis tantæ
ſuperbiæ tumidus eſt, vt Regalem ſenſum contemnere
audeat*: & vtrobique per Scrib.
62 ¶ Similiter etiam † animaduertendũ eſt, eã Prag-
maticam non ſimpliciter in omnibus, qui in ea
ſeditione deliquerunt, bona Maioratus eſſe fiſco
adiicienda diſponere: ſed in quinque tantùm ca-
ſibus, qui in ea ſpecificè deſignantur: ſcilicet in
his, qui interuenerũt in detentione Reginę Hiſ-
paniarum Ioannæ, ſeu in detentione ſereniſſimę
Infantis, ſeu in expulſione Marchionum de De-
nia, & in captura Reuerendiſſimi Cardinalis de
Tortoſa, atque Regiorum Cõſiliariorum. Quod
in ſimilibus negotiis à fiſci procuratore proban-
dum erit.

¶ Ex quibus palam diluitur opinio illorum, qui maximo conatu profiteri ſolent, dictam Regiam Pragmaticam de Bormes nõ ſolùm loqui de proditione tempore Communitatũ perpetrata, ſed etiam de omnibus aliis quę in futurum perpetrari contingerit. Cum enim ſpecificè cõtra illos qui in dictis quinque caſibus deliquiſſe cõpertum fuerit, non autem contra alios diſponat, ex eo comprehẽditur ad eam tantum proditionem reſtringendam eſſe. Tametſi ex aduerſo dici poſſit, eam legem in crimine læſę Maieſtatis in primo capite commiſſo genericè diſponere, illudque in dictis quinque caſibus exemplificare: quę exempla regulam nõ reſtringũt, ſed in omnibus caſibus ſimilibus eius Pragmaticę diſpoſitio ſeruanda erit. Sed certè plura alia crimina quę primũ læſæ Maieſtatis caput cõtingebant, eo tempore commiſſa fuerũt: quę ſub eius diſpoſitione non comprehenduntur, cum Regia Pragmatica de illis nõ diſponat: atque ſi rectè eius verba cõſiderentur, potiùs ad proditionẽ præſentẽ coercendam, quàm ad futuras puniendas diriguntur: quanuis cum caſus contigerit, de his deliberandum ſit. Si enim ea Pragmatica genericè intelligenda foret, ex illa propè omnia quę prędiximus corruerẽt. Et hęc de primo caſu, vbi ſcilicet Maioratus abſq; Regia facultate inſtitutus fuit, dixiſſe ſufficiat.

¶ In ſecundo caſu, vbi ſcilicet ex Regia facultate
Maioratus inſtitutus fuit, ſubdiſtinguendum eſt:
nam aut in Regia facultate expreſſum eſt, quòd
bona Maioratus ex dictis tribus criminibus fiſco
adiiciantur: aut facultas ſimpliciter hoc non ex-
63 preſſo cõceſſa fuit. Si † ea crimina in facultate ex-
preſſa fuerunt, dicendum erit: quòd eo caſu, aut
facultas reiicienda eſt, aut ea vtendum erit cum
legibus, ac cõditionibus in ea expreſſis. Ideóque
is, qui ex eiuſmodi Regia facultate Maioratum
inſtituit, bona eiuſdem Maioratus horum trium
criminum confiſcationi ſubiicere videtur: adeò,
vt nõ valeat aliquid eidem facultati contrarium
diſponere: præcipiendo, quòd ſtatim quòd poſ-
ſeſſor Maioratus cogitauerit, vel tractare cœperit
de crimine læſæ Maieſtatis committendo, bona
Maioratus in ſequentem ſucceſſorẽ pertrãſeant:
vel alio ſimili modo. Id namque eſſet Regiam fa-
cultatem eludere, atque aduerſùs mentẽ Princi-
pis illam concedentis agere: prout ſup. lib. 2. c. 12.
nu. 57. oſtenſum eſt.
64 ¶ Si † verò in facultate expreſſum non fuit, quòd
bona Maioratus ex his criminibus confiſcari va-
leant, tunc dicendum videtur, id expreſſum cẽ-
ſendum eſſe. Cùm enim ea clauſula propè ſem-
per in Regiis facultatibus apponi ſoleat, etſi in
aliqua facultate omiſſa fuerit, appoſita cenſenda
erit. l. fina. C. de fideiuſſo. Quod Scrib. in ca. cum.
M. de conſti. & alibi ſæpe annotare ſolent. Item
cùm ipſa Primogenij inſtitutio ex Regia faculta-
te pẽdeat, cẽſetur ex donatione Principis facta:
& ſicut donatio Principis cenſetur ſemper facta
cum ea clauſula, quòd ſcilicet propter crimen lę-
ſæ Maieſtatis ad Regiã Coronam reuertatur, vt
ſupra iſto c. nu. 46. oſtendimus. Similiter idipſum
in Maioratu ex Regia facultate inſtituto dicen-
dum erit. Cenſetur namque Princeps donare il-
lud, ſuper quo ſuam authoritatem interponit. l.
in ædibus. §. 1. vbi Bald. & cæteri. ff. de donation. l.
etſi liqueat. C. de inoffi. dona. cum ſimil.
¶ Sed his non obſtantibus cõtrarium dicendum
videtur. Cùm enim Princeps hæc crimina in Re-
giis facultatibus, vt plurimum excipere ſoleat, &
illa in hac Regia facultate nõ exceperit, cẽſetur
nec ex his criminibus bona Regio fiſco adiicien-
da fore voluiſſe: ſi enim id voluiſſet, expreſſiſſet.
Nec obſtat id, quod ex lege final. C. de fideiuſſo.
cum ſimilib. dici ſolet: quòd ſcilicet ea, quæ ap-
poni ſolita ſunt, ſi omittantur, nihilominùs ap-
65 poſita eſſe cenſeantur. Nam † regula, quæ ex illa
lege deducitur, intelligenda eſt, quando faculta-
tes Principis expediri non ſolent ſine doctorum
criminum expreſſione: ſecùs autem quando di-
uerſimodè expediuntur, interdum exceptuatis
dictis criminibus, interdum etiam abſque eorũ
expreſſione: prout pluries in Regiis facultatibus
antiquis viſum eſt. Tunc nãque clauſula omiſſa
nullo pacto appoſita cenſenda eſt, ſed potius pro
omiſſa habenda erit: prout opinatur Bald. in l.
ſciendum. num. 2. ff. de verbo. obliga. vbi inquit,
66 quòd † ea, quæ diuerſimodè fieri ſolent, nũquam
præſumuntur, ſi in inſtrumento appoſita nõ ſint.
Idipſum etiam dixit Bart. in l. 2. in prin. num. 22.
ff. ſolut. matrim. vbi inquit quòd quando in ciui-
tate ſunt diuerſæ formæ cõficiendi inſtrumẽta,
nec vna, nec alia præſumenda eſt: ſed omiſſa in
inſtrumentis ad ius commune remittenda eſſe.
Cuius dictũ refert, & ſequitur Alex. conſ. 5. nu. 7.

lib.5.atque Ripa, vbi ex his limitat regulam quæ
deducitur ex d.l.fin. C.de fideiuſſo.in ca.cùm.M.
Ferrarienſis.de conſtitut. nu. 48. Item regula.d.
l.fin.intelligenda eſt in his,quæ non ſunt de ſub-
67 ſtantia actus:†ſecùs autem in ſubſtantialibus: ea
namque nunquam ſupplentur, niſi exprimãtur.
l.teſtamentũ.C.de teſtam.Specul.de inſtru.editi.
§.inſtrumentum.verſic. Quid ſi à cõtrahentibus.
Ripa in d.c.cùm.M. nu. 44. hæ autem exceptio-
nes ſubſtantiales ſunt cùm regulariter etiam ex
illis criminibus bona Maioratus fiſco adiici non
ſoleant,quod præſertim ex eo dicẽdum eſt,quod
hæc exceptionis horum criminum ſuppletio,vel
ſubauditio aduerſus ius cõmune ſit:cùm (vt prę-
diximus) bona Maioratus ex his criminibus iuris
diſpoſitione conſiderata, fiſco adiici nõ valeant.
In qua ſpecie nihil ſupplendum eſt:ſed potiùs id,
quod omiſſum inuenitur,in iuris communis diſ-
poſitionem relinquendum erit.l.commodiſſimè.
cum ſimilib.ff.de liber.& poſthum.

¶ Non etiam obſtat illud, quod ex aduerſo dice-
batur,quòd ſcilicet cẽſeatur Princeps bona Ma-
ioratus ſucceſſoribus donaſſe, ex eo,quòd facul-
tatem ad Maioratum inſtituendum conceſſerit,
nam illud,quod dici ſolet,quòd donatio facta ex
conſenſu, vel facultate alicuius, cenſetur ab illo
facta, intelligendum eſt, quando ea res quæ do-
natur eſt ipſiuſmet conſentientis; ſecùs autem
quando aliena eſt:tunc namque non cõſentiens,
ſeu facultatem præſtans: ſed is,cuius res eſt,do-
nare videtur:vt ſupra iſto lib. ca.3.nu.24.& ſupr.
lib.2.c.2.num.7. oſtenſum eſt. Ex quibus hæc vl-
tima pars probabilior videtur: de qua tamẽ cùm
caſus contigerit,deliberandum erit,præſertim ſi
de facultatibus recentioribus agatur: quæ nun-
quam niſi his criminibus exceptis conceduntur:
quãuis antiquis tẽporibus id adeò præcisè ob-
ſeruatum nõ fuerit:ſed pluries omiſſum fuiſſe ſa-
tis notum ſit.Facultates namque noſtri temporis
ex harum clauſularum omiſſione, de falſitate ſu-
ſpectæ cẽſendę erunt:niſi id ex Principis delibe-
rata voluntate conceſſum fuiſſe conpertũ fuerit:
68 cùm†ea reſcripta,quæ à communi ſtylo deuiant,
de falſitate ſuſpecta eſſe cẽſeãtur, vt ex pluribus
probat Felin.in c.2.num. 16. cum ſeq.de reſcript.

69 ¶Ex quibus infertur,† Principem concedentem
facultatem ad inſtituendum Maioratũ,de re alie-
na poſſe illam concedere,ea lege, vt bona Maio-
ratus etiam ex prædictis tribus criminibus non
confiſcentur,cùm ipſe ea bona donare nõ videa-
tur: atque id etiam ſi omiſſum eſſet in Regia fa-
cultate, ex iure communi ſic efficiendum foret.
Quanuis ſecus dicẽdũ ſit in bonis ab ipſo Prin-
cipe iure Maioratus donatis: nam etſi illa ea lege
donauerit,vt etiã ex crimine lęſę Maieſtatis fiſco
adiici nõ poſſint,nihilominùs ex eo crimine fiſco
adiicienda erunt. Non enim valet conuentio in-
ter donantem & donatarium facta, vt etiam ex
ingratitudine donatio reuocari non poſſit: nec
inter dominium & feudatarium, vt etiã propter
felloniam feudum ad dominum non reuertatur,
Quod ſic in feudo opinantur Bald.in l.1.col.fina.
52. q. ff. de rerum diui. Idem Bald. in c.ſi cautio.
num.12.de fide.inſtr.Barba.in c.fi. col. 6. de dolo
& contu.Georgius Nata.in ca. quanuis pactum.
de pactis lib.6.num.44.Andr.de Yſer.in c.1.quæ
ſint Rega.verſi.Et bona.col.1.Scrib.in c.1.de feu.
guardiæ.& in c.1.de vaſa.mili.qui arma belli de-
po. Idque etiam in donatione verum eſſe profi-
tentur Bald.in l.3.nu.4.C.de bon.liber.Bart.nu.3.
Bald.num.11.Paul.nume. 12. Iaſ.nume.17.& com-
muniter Scriben. in l. fina. ff. de pact. Alex. in l.
ſtipulatio hoc modo concepta.num.23. ff.de ver-
bor.obliga.Ripa in l.fina.C.de reuocan.donat.q.
54. Tiraq. qui plura refert in rep.l.ſi vnquam.in
prin.legis.nu.135. Anton. Rubeus qui hanc com-
munem opin.eſſe profitetur.conſ.64. num.1. Vi-
uius communium opi.lib.2.opin.94. Auguſt.Be-
roius in ca.1.de conſtit. nume.47.Quorum opin.
proculdubiò in feudo atque in donatione vera,
atque communis eſt.

70 ¶In tertio caſu, † vbi ſcilicet non conſtat vtrum
ex Regia facultate,vel abſque illa Primogenium
inſtitutum fuit, dicẽdum erit illud ex iure com-
muni, non autem ex Regia facultate inſtitutum
cenſendum eſſe: quod proculdubiò mihi verum
videtur ex his, quæ ſup.lib.2.c.2.num. 18. addu-
cta ſunt:tametſi D.Didacus de Simãc.de Catho.
inſtitut.d.c.9.num. 275.in noua edition. contra-
riam opin.ex rationibus,quæ tamen facilè dilui
poſſunt, veriorem eſſe profiteatur, dicens, quòd
non ſolùm præſumendum eſt Primogenium an-
tiquum ex Regia facultate inſtitutum eſſe, ſed
quòd etiam pręſumendum ſit in Regia facultate
præfata tria crimina excepta fuiſſe. Quæ omnia
ſummè conſideranda ſunt.

71 ¶Ex quibus dècidi poteſt ea quæſtio:†vtrum ſci-
licet domus Maioratui ſubiecta poſſit ex dictis
criminibus dirui. Nam quanuis ſatis obſolutum
72 ſit†ex criminibus ordinariis domus dirui nõ poſ-
ſe, ex tex.in Auth. de manda.Princip.§.oportet
autem.colla.4.vbi.*Nõ enim res ſunt quæ delinquũt,*
73 *ſed qui res poſſident.*Cuius ratio eſt:quia† expedit
Reipublicæ ſumptuoſa vrbis ędificia conſeruari.
l.filiusfamiliàs.§.ędes.ff.de lega.1.& ne vrbes de-
formentur ruinis ædificiorum.l.fin.ff.ne quid in
loco publi. Domus autem ex crimine læſæ Maie-
ſtatis diuinæ, & humanæ, & aliis criminibus ſi-
milibus diruendæ, ſolóque adæquandæ ſunt,ex
tex.in.c.felicis.de pœn.lib.6.ibi.*Dentur cũcta ædi-
ficia ipſius in ruinã.*& in c.1.§.cõuẽticulas.de pace
iur. fir. ibi. *Et domus eius deſtruatur.* & vtrobique
per Scrib.Guillel. Bened.qui plura refert in rep.
c.Raynutius.verb.Domum.de teſtament. nu.23.
74 l.6.tit.13.part.2.l.9.tit.19.ead.part.Imò† nõ ſolùm
ex his criminibus domus dirui, atque ſolo adæ-
quari poſſunt, ſed etiam aratro ſubiici. l. ſi vſus
fructus ciuitati.ff.de vſufruct.vbi ſic de Cartha-
gine à Romanis factum eſſe dicitur:& de Troia
à Græcis,vt ibi refert gloſ.

¶ Hoc igitur præſuppoſito dicendum eſt, quòd
in omnibus caſibus, quibus reſoluimus bona
Maioratus ex his criminibus fiſco adiici poſſe,
dicendum erit,domos etiam poſſe dirui, etiamſi
Maioratui ſubiectæ ſint. Vbi autem reſoluimus
bona Maioratus ob hæc crimina fiſco adiici non
poſſe,dicendum erit, nec etiam domos poſſe di-
rui,nec ſolo adæquari.Quod probatur ex ſingu-
lari doctrina Bart. in. l. 1. §. ſeruus.numer.1.ff.ad
75 Syllan.vbi inquit, † quòd propter delictum non
poteſt dirui domus alteri pignorata, vel in qua
alij ius competit. Pro quo facit tex.in l. res quæ.
in princip.verſi.res autem.ff.de iure fiſci.Bald.in
l.1.numer.1. C. de pig.action.Io.And.in c.felicis.
de pœnis.lib.6.& in addit.ad Specul.tit.de pœn.
76 Feli.conſ.49.n.7.& 8.& alibi ſæpe Scrib. †Quod
etiam in Hiſpanorum Maioratibus loquens ſic
reſoluit Gregor.Lopez in d.l.6.tit.13.part.2.verb.





*Las caſas.*Idque verum atque probabile mihi vi
detur,tametſi malè obſeruari ſolitum ſit. In his
namque propter exemplum, atque criminum
atrocitatem, hæ omnes iuris regulæ interdum
tranſgredi ſolent.

¶ Hæc igitur habuimus quæ de Hiſpanorum
Primogeniis traderemus: quibus ſi non prorſus omnia quæ ad hanc tractationem attinent, differuntur; illud tamen certiſſimum eſt, ea quæ ſuperſunt, ex his etiam facilè poſſe comprehendi: neque enim nos omnia penitus diſcutienda ſuſcepimus, id námque humanas vires ſupergrederetur: ſed id tantùm curauimus, vt grauioribus atque difficilioribus quæſtionibus explicatis, inde viam ad reliqua pararemus.

---

## IN SEQVENTES ANNOTATIONES

### *SVMMARIA.*

1 *Mendum. l.1. in proœmio fori iudicum qui Hiſpano ſermone conſcriptus eſt,notatur,eidémque legi vera litera reſtituitur.*
2 *Toletum Regia ciuitas appellabatur.*
3 *Legis antiquißimæ quæ tempore Pelagij de Regni ſucceßione lata fuiſſe fertur,veritas diſcutitur.*
4 *Legem ſecundam tit.15.part.2.à lege Gothorum antiqua tempore Pelagij facta originem duxiſſe,veriſimile eſt.*
5 *Extenſionem de perſona ad perſonam admitti,quo pacto intelligendum ſit.*
6 *Maioratus quibus verbum,hæredibus,adiectum eſt,vtrum iure ſanguinis an potiùs hæreditario deferri,dicendum ſit.*
7 *Verbum hæres in materia feudali,vtrum de hærede ſanguinis, an de hærede inſtituto intelligendum ſit.*
8 *Filius legitimatus ex matrimonio in articulo mortis contracto,vtrum excludat ſubſtitutum,ibique improbatur opinio dicentium quòd etiam detecta fraude ſubſtitutus excludatur.*
9 *Commiſſarij quibus Maioratus inſtitutio efficienda commiſſa eſt,quid obſeruare debeant.*
10 *Filiam fœminam,atque filios clericos religioſos,furioſos: vel mutos & ſurdos non poſſe à Maioratus ſucceßione excludi abſque Regia facultate,qualiter intelligendum ſit.*
11 *Conditio appoſita alicui,vt contrahat cum conſanguinea ſimpliciter adiecta,vtrum differat ab illa qua præceptum eſt,vt id fiat præcedente Rom.Pontifi.diſpenſatione.*
12 *Conditio appoſita alicui vt conſanguineam ſecundo gradu coniunctam ducat in vxorem,vtrum à Maioratu reiiciatur,& quid dicendum ſit ſtante deciſ.Concilij Tridentini.*
13 *Conditio appoſita Maioratus ſucceſſori,vt Seiam vxorem ducat,vtrum deficiat Seia defuncta.*
14 *Frater Maioratus poſſeſſor,quibus rationibus teneatur fratres alere,& ſorores dotare.*
15 *Frater Primogenitus qui in feudo ſucceßit,tenetur fratribus & ſororibus victum & militiam præſtare.*
16 *Succeſſor Maioratus qui actionem viuente poſſeſſore propoſuit,vt eius Maioratus ſucceſſor declaretur, vtrum valeat eo defuncto remedium ſummarium ex.l.Tauri pro conſequenda Maioratus poſſeßione in Regio conſilio proponere.*
17 *Opponens ſe liti pendenti in Regio conſilio ſuper Maioratus poſſeßione,vtrum admittendus ſit,ſi poſt ſex menſes oppoſitionem faciat.*
18 *Succeſſor Maioratus vtrũ valeat ſecundam ſupplicationem interponere à ſententia lata contra Maioratus poſſeſſorem,quando ipſe non ſupplicauit,ſeu à ſecunda ſupplicatione à ſe interpoſita deſtitit.*
19 *Pœnam incurſam ex ſecunda ſupplicatione, vtrum teneantur ſoluere hæredes poſſeſſoris Maioratus eo mortuo,vel ipſius Maioratus ſucceſſor cuius ſententia lata fuit.*

## ANNOTATIONES IN *loca quædam diligentius examinata.*

Lib.1.c.2. nu.11. 1 PRIMVM omnium lib.1.c.2. num.
11.legem ex foro iudicum attuli,in
qua dũ de loco vbi Regis electio
faciẽda ſit agitur,hæc verba legũ-
tur, *Los Reyes deuẽ ſer eſleydos en la
cibdad de Roma,*quod manifeſtum eſt codicis mẽ
dum tametſi id in omnibus libris Hiſpanis ver-
bis ſcriptis ſemper hoc pacto appoſitum ſit cùm
non in vrbe Roma,ſed in vrbe Regiã ſit legen-
dum prout in libris Latino ſermone conſcriptis
2 legi ſolitum eſt. Vrbem†autem Regiam Toletum
Gothi appellabant, quod ibi ſedes Regni eſſet
perpetua & Regum domicilium,prout euidẽter
ex Cõciliis Toletanis Diuo Iſidoro,Roderico &
Luca Tudenſi comprehenditur. Ex quo fit,vt in
ea lege non in vrbe Roma,ſed in vrbe Toletana
deinceps legendum ſit.

¶Rurſus & in eod.c.2.nu.13.cum de origine Primogenituræ & Maioratus in Hiſpanorũ Regum ſucceſſione agerem ex Doctoris de Palacios Ruuios relatione legem attuli, quam ipſe à Gothis tempore Pelagij Regis poſt dirutam à Mauris Hiſpaniam conditam fuiſſe tradidit, eámq. ipſam Legem in Lucæ Tudenſis Epiſcopi chronico vbi de Pelagio agit appoſitã eſſe profitetur. Addidi inſuper me duo vetuſtiſſima exemplaria eiuſdẽ Lucæ Tudenſis venerandæ authoritatis vidiſſe, in quibus nec ea lex eſſet ſcripta, neque eius vlla Lib.1.ca.1. nu.13.

 mentio

mentio haberetur. Poſtea etiam Hiſpanam Lucę
Tudenſis tranſlationem, & ipſam perantiquam
legi, in qua eadem illa lex etiam deerat. Demum
autem cum de hac re cum Illuſtriſſimo Domino
Didaco de Couarru. ſupremi Regij Senatus Præ
ſide agerem, exemplar eiuſdem authoris vetu-
ſtum etiam mihi oſtendit, in quo & præfatam
legem cõditam fuiſſe dicebatur, & lex ipſa hiſce
verbis appoſita erat.

*Excludit lex Regia Gothorũ re preſentatione in regni ſucceſſione.*

3 ¶Poſtremo† etiam Gothi eius legibus ſe aſtrinxe
re pro lege perpetua ſtatuẽtes, vt eorum Regis fi
lius Primogenitus, vel maior ſi deeſt primus ſi
pater fuerit Catholicus cuiuſcũque vel minimæ
ſit ætatis ſubſtituatur in Regnum. Si autem deeſt
filius maſculus filia eius ordine prædicto aſſuma
tur in dominam, & illa magnatorum Gothorum
prouidentia de nobilioribus Gothis accipiat vi-
rum, de quo regalis poſteritas conſeruetur.

¶Cæterum etſi intelligã ex hoc poſtremo exem-
plari denuo inſpecto doctorem de Palacios Ru-
uios in eundem codicem, aut ſimilem alium inci
diſſe & certa fide legem illam attuliſſe, ego verò
trium illorum exemplarium (quantum coniicere
poſſum) vetuſtiorum venerãda authoritate com
motus in quibus narratio abſque legis illius mẽ-
tione rectè continuatur, eam legem tanquam ſu
peradditam atque ſuppoſititiã meritò ſuſpectã
iudico. Poteſt eſſe quòd lex illa ſuperaddita ſit
in Chronic. Lucæ Tudenſis, atque ideò ſuſpicari
poſſit quòd ea non ſit pars eius hiſtoriæ: non ta-
men quòd ea non fuerit lex Gothorum. In quem
ſenſum ea quæ hic dicunt accipienda ſunt, &
quòd hìc etiam dicitur quod lex Partitarum ori-
ginem duxit à lege Gothorum, referendum eſt
ad id quod diſpoſuit, quòd ſi licet in regno iure
ſucceſſionis, non ceſſionis, atque etiam iure pri-
mogenituræ ſuccederetur, non autem ad re-
præſentationem, de qua in lege Gothorum nul-
lum verbũ inuenitur, imo illã aperte excludebat.
Sed ſi quis ex vltimi illius codicis vel ſimilium fi
de, atque Præſtantiſſimi viri Doctoris de Palaci.
Ruui. relatione & Regnorum Caſtellæ inuiolata
conſuetudine legis illius fidem adhuc probabi-
4 lem eſſe contenderit, ex† eo facilè deducere pote
rit. l. 2. tit. 15. part. 2. vbi de Regni Caſtellæ ſucceſ-
ſione agitur ex ea lege Gothorum antiquiſſima
originem duxiſſe.

¶Vlterius etiam eod. lib. 1. c. 4. num. 25. fin. verb.
*Lib. 1. c. 4. num. 25.*
5 vbi† dixi ex ratione expreſſa, vel ſubintellecta ad
mitti de perſona ad perſonam extẽſionem, cùm
ea non tam extenſio, quam comprehenſio dicẽ-
da ſit animaduertendum eſt, non me id ſolum in
hac parte egiſſe, vt diſpoſitio de perſona ad per-
ſonam extendatur, an his tantum caſibus quibus
extenſio non verè extenſio, ſed comprehenſio di
citur ſed in aliis etiã caſibus: vbi diſpoſitio quo
ad alia vltra comprehẽſionem ex veriſimili men
te diſponentis extẽdi poteſt, ita vt quoties de ca
ſu ad caſum diſpoſitio extendenda ſit pari ratio
ne etiam de perſona ad perſonam extẽdatur, cùm
de vno caſu ad alium nulla congrua ratio diffe-
rentiæ aſſignari valeat.

6 ¶Præterea† etiam lib. 1. c. 8. nu. 3. cum ſequen. di-
xi Primogenia iure ſanguinis deferri ex eo quòd
*Lib. 1. ca. 8. nu. 3.*
propè ſemper in illis ſola vocatio filiorum vel de
ſcendentium fieri ſoleat abſque adiectione verbi
hæredum, quibus nunc ſuperaddendum eſt, ne
dum Primogenia iure ſanguinis deferri quando
in illis verbum filiis vel deſcendentibus apponi
tur, ſed etiam quando verbum hæredibus etiam
adiicitur, verbum namque illud hæredibus, non
ad eos: qui ex teſtamẽto hæredes effecti ſunt, ſed
ad hæredes ſanguinis qui ab inteſtato iuxta or-
dinẽ legitimarum ſucceſſionum ad ipſius Maio-
ratus ſucceſſionem vocarentur referendũ eſt, in
hunc ſenſum quòd ſcilicet teſtator vocat eũ de-
ſcendentem qui ab inteſtato in eius hæreditate
ſucceſſurus eſſet etiamſi ab vltimo poſſeſſore in-
ſtitutus non ſit quod in Maioratibus ex qualita-
te materiæ ſubiectæ neceſſariò ſic dicendum eſt,
prout optimè conſiderant Abb. conſil. 3. num. 4.
verb. ex his infertur. lib. 2. Corneus conſi. 150. nu.
6. lib. 2. Dec. in l. 1. C. quando non peten. partes.
num. 1. & 2. idem Dec. conſ. 309. numer. 5. Guill. l.
Benedict. in repetit. c. Raynutius verb. & vxo-
rem nomine Adelaſiam. num. 74. Alciat. in l. lege
obuenire. ff. de verb. ſignific. Ripa in l. ex facto. §.
fina. num. 9. poſt Alex. & cæteros ibid. ff. ad Tre-
bellian. Pariſi. conſ. 20. numer. 9. lib. 1. Tiraquel. *le
mort ſaiſit le vif.* parte ſecunda declarat. 7. num. 8.
cum ſequenti idque comprobatur ex eo, quòd ſi
hæres ſanguinis non eſſet admittendus ad Ma-
ioratus ſucceſſionem abſque eo quod ab vlti-
mo poſſeſſore hæres inſtitutus eſſet, poſſet ipſe
vltimus poſſeſſor voluntatem inſtitutoris frau-
dare, inſtituendo remotiorem quod nullo pacto
dicendum erit, prout optimè conſiderat Alciat.
in d. l. lege obuenire. nu. 6. Similiter etiamſi ſuc-
ceſſor Maioratus neceſſariò hęres vltimi poſſeſ-
ſoris futurus eſſet, non poſſet res Maioratus ab
illo alienatas vendicare ex l. vendicantẽ, cũ ſimi.
ff. de euiction. quod etiam non eſt veriſimile Ma
ioratus inſtitutorem ſenſiſſe: prout etiam elegan
ter conſiderat Ripa. in d. l. ex facto. §. fina. ff. ad
Trebel. num. 20. Idque etiam in feudis dici ſoli-
7 tum eſt, vt ſcilicet† verbum hæres ex materia ſub
iecta de hærede ſanguinis, non autem de hærede
inſtituto intelligendum ſit, prout notat Cald.
conſ. 15. Ang. conſ. 110. & conſ. 150. Fulgo. conſil.
218. Barbar. conſ. 63. col. 8. libr. 1. Gratus conſ. 4.
num. 32. libr. 1. Pariſi. conſi. 23. nume. 117. cum ſe-
quen. lib. 1. Bertran. conſ. 42. numer. 1. libr. 3. Quæ
omnia ſummè notanda erunt ad ea Primogenia
quibus dici ſolet, ſuccedat maſculus hæres meus
legitimus, vel ſuccedat hæres propinquior, vel
ſucceſſio huius Maioratus de hærede in hæredẽ
continuetur, vel quid ſimile: nam ea verba de hę
rede ſanguinis, nõ autem de hærede inſtituto in
telligenda ſunt, ſicque in Maioratibus communi
ter intelligi ſolitum eſt.

8 ¶Sed & lib. 2. cap. 5. numer. 27. vbi† dixi contra-
hentem matrimonium in articulo mortis hoc ex *Lib. 2. c. 7. nu. 27.*
preſſo quod id ad fraudandum ſubſtitutum fa-
ciebat non efficere, vt filij ex hoc matrimonio le
gitimi effecti, ſubſtitutum excludat. Annotandũ
eſt opinionem hanc reieciſſe Menchaca frequen
tium quæſtion. lib. 3. c. 41. nume. 5. vbi profitetur
filios ex hoc matrimonio legitimos effectos, etiã
detecta fraude, ſubſtitutum excludere, ad quod
dicendum mouetur ex regula generali, qua cau-
tum eſt nemini facere iniuriam qui iure ſuo vti
tur: & ex l. qui autem. §. 1. ff. de his quæ in fraud.
cred. vbi quis poteſt in fraudem creditorum hæ-
reditatem ſibi delatam repudiare, quod etiam in
liberto in fraudem patroni repudiante deciſum
eſt ex l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in frau. patroni, & in
Principe qui etiam in necẽ alterius iure ſuo vti
poteſt, & hæreditatem etiam alteri delatam au-
ferre.



ferre. l. 2. & l. quanuis. ff. de natal. reſtituen. quòd
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
Scrib. communiter annotare ſolent, quibus adii-
citur quòd illud quod fit lege permittẽte iuſtum
eſſe reputatur, etſi in necem alterius cõuertatur.
l. Gracch⁹. C. de adul. eo præſertim quòd iure ſta
tutum ſit hoc caſu matrimonium valere ex quo
in cõſequẽtiam ſequitur ſuos effectus huic ma-
trimonio non eſſe reſtringẽdos. Attenditur nam
que illud quod ſimpliciter agitur, vt ea quæ ex
illo ſequuntur valida eſſe debeant. l. ſi quis nec
cauſam. cum ſimilib. ff. ſi cert. pet. idque etiam ex
eo cõprobatur, quòd iure vnicuique nedum vti,
ſed abuti re ſua cõceſſum ſit. l. ſed ſi lege. §. conſu
luit. cum ſimil. ff. de peti. hær.

¶Sed quanuis hæc ingenioſè dicta ſint ex illis ta
men non eſſe à communi opinione recedendum
exiſtimo, illa nãque, iure atque etiã rationi ciuili
& morali fulcitur, cũ iure deciſum ſit, quod act⁹
ille qui poteſt iure permittente fieri, atq. omnes
ſuos effectus operari quãdo abſque fraude & do
lo fit, dolo tamen & fraude in alterius iniuriam
interueniẽtibus viribus nõ ſubſiſtat. l. filiæ meæ
emãcipatæ & ægræ. ff. ſol. mat. vbi diuortiũ quod
iure permittẽte fieri poterat, nõ admittitur in prę
iudiciũ illius, cui in caſum mortis dos reſtituẽda
erat, ex eo quòd in fraudem illius diuortiũ actũ
fuiſſe compertũ fuit. Quanuis ex diuortio abſque
fraude facto ab hoc iure excluderetur. Idipſum
probatur ex tex. in c. 2. de renũtiat. li. 6. vbi diſpo
ſitum eſt, quod renuntiatio beneficij quam quis
liberè facere poterat, non præiudicat expectãti,
quando in eius fraudem facta fuit, tametſi ea re
nuntiatio in fraudem expectantis non facta, etiã
ſi beneficium renuntiatũ tenuiſſimum eſſet, præ
iudicium afferret expectanti. Idque etiã ex tex. in
l. ſi cùm mulier. ff. rerũ amotarũ. & in l. Sulpitius.
ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. qui pœna. §. 1.
ff. de manumiſ. in l. cum ratio. §. fraudis autẽ. ff. de
iure fiſci, & ex aliis quampluribus iuribus proba
tur, ꝙ ſi omnia quæ quis iure facere poteſt, illi-
cò poſſet in alterius fraudem conuertere, nimiũ
fraudibus indulgeretur doliſque atque machi-
nationib. via adaperiretur aduerſus omnia iura
quæ fraudibus indulgendum non eſſe diſponunt
l. in fundo. cum ſimil. ff. de rei vendic.

¶Nec obſtãt ea quæ in contrarium adducuntur,
illud namque quod dicebatur, quòd nemini facit
iniuriam qui iure ſuo vtitur, intelligendum eſt,
niſi ex profeſſo, vt aliũ fraudaret is, iure ſuo vſus
fuiſſet, tunc namque ea regula ex dictis iuribus
non procederet, quo pacto etiã ad tex. in l. Grac-
chus & alia iura ſimilia reſponderi poteſt. Item
tex. in d. l. qui autem. & in d. l. 1. §. vtrum non ob-
ſtant, quia non dicitur fraus fieri patrono, nec
etiam creditorib. ex eo quòd quis non acquirit,
ſed ex eo tãtùm quòd de bonis ſuis libertus ſeu
creditor minuit. l. non fraudantur. ff. de reg. iur.
Proindéque fraus in nõ acquirẽdo cõſiſtens non
attenditur, cùm circa id patronus ſeu creditores
non valeãt prætendere fraudem ſibi factã fuiſſe.
Similiter etiam illud quod de poteſtate Principis
circa ius delatum adducebatur, non obſtat, cùm
id ex Principis abſoluta poteſtate procedat, nec
abſque cauſa legitima fieri poſſit, vt alibi oſten-
ſum eſt.

¶Nec etiam obſtat, quod matrimonium va-
dum ſit, idcircóque debeat effectus ſuos oper[a]
pluries namque videmus quòd quanuis actus
principalis validus ſit, effectus tamen propter
fraudem eidem reſtringuntur, text. in c. conſti-
tuit. 20. q. 3. quod etiam pluribus aliis exemplis
comprobari poſſet. Nõ etiã ad rem attinet quòd
quis poſſit re ſua etiam abuti, illud namque niſi
ad illam rẽ in re vel in ſpe ius aliquod alteri quæ
ſitum ſit, intelligendum eſt.

¶Inſuper etiam lib. 2. c. 4. & 5. vbi de electione in *Lib. 2. c. 4. & 5.*
ter liberos facienda quando in Primogeniis ex
electione ſuccedendum eſt, vel à patre Primoge
nium ex Regia facultate inſtituitur, actum fuit:
9 annotãdum† erit, etiam ea quæ in his duobus ca
pitibus diximus, ad eos etiam trahi poſſe, qui ex
commiſſione & mandato teſtantis Primogenia
inter filios eiuſdem ſeu extraneos inſtituũt, cùm
hoc caſu ex legibus Tauri poſſit à teſtatore qui
ob imminẽs mortis periculũ, ſeu morbi impedi-
mentũ nõ poteſt id munus per ſeipſum explere,
alteri efficiendum mandari. In eo namque caſu
frequentiſſimè dubitari ſolitum eſt de omnibus
his quæſtionibus quas ibidẽ expendimus, atque
idcircò quo ad eos etiam ea omnia repetita cen-
ſenda erunt, eáque ipſa in electione ab illis facta
obſeruanda ſunt.

¶Vlterius etiam eod. libr. 2. c. 11. numer. 45. attuli *Lib. 2. c. 11. num. 45.*
Decij opinionem conſ. 512. num. 2. cum ſequen.
quam improbaui atque dixi illã ſequutum fuiſſe
Illuſtriſſimum Dominum Didac. de Couar. in c.
cùm in officiis. num. 8. de teſta. Cum autẽ demùm
nouiſſimam eiuſdem operis editionem vidiſſem,
inueni eundem Illuſtriſſimum dominum ab illa
Decij opinione diſceſſiſſe, atque illã omninò im
probaſſe, ita vt meritò iam non valeat pro eius
opinione, ſed potiùs aduerſus illam eius autho-
ritas adduci.

10 ¶Itẽ† eod. lib. 2. c. 12. nu. 53. & 55. dixi in Maioratu *Lib. 2. c. 12. n. 53. & 55.*
ex tertia bonorum portione a parente ex legib.
Regiis abſque Regia facultate inſtituto non poſ
ſe ipſum parẽtem filias fœminas, nec etiam filios
religioſos, clericos, vel mente captos, & ſimiles
defectus patiẽtes propter maſculos trãſuerſales
excludere. Qua in re annotandum eſt, poſſe pa-
rentes etiam abſque Regia facultate fœminam
proximiorem atque etiã vltimi poſſeſſoris filiam
à Maioratus ſucceſſione excludere propter ma-
ſculos remotiores ipſius vltimi poſſeſſoris tranſ-
uerſales, dummodò ab ipſo inſtitutore deſcen-
dant, ſimiliterque poſſe excludere filios ac de-
ſcendentes vltimi poſſeſſoris religioſos, clericos
vel furioſos, vel ſimiles defectus patientes, pro-
pter alios agnatos vel cognatos eidẽ vltimo poſ
ſeſſori tranſuerſales, dummodò à primo inſtitu-
tore deſcendant. Lex namque Tauri ſolùm pro-
hibet, quòd deſcendẽtibus excluſis, trãſuerſales
ad meliorationem admittantur, non autem pa-
renti inter ſuos deſcendẽtes electionẽ denegat.

11 Rurſus† etiam eod. l. 2. c. 13. num. 7. vbi reieci opi- *Lib. 2. c. 13. num. 7.*
nionem Emanuel. Acoſtæ differentiam conſti-
tuentis inter vocationem factam de Seio, ſi Ti-
tiam cõſanguineam vxorem duceret ex diſpenſa
tione Roma. Pontif. vel hoc vltimo non adiecto
ea ratione quòd hæc conditio à iure & ex natura
actus inſit, atque veriſimilis ſit. Annotandũ eſt,
adhuc videri in hoc caſu conſtituendam eſſe dif
ferentiam, quam ipſe aſſignat. Quod probatur ex
eo quòd inſtitutio ſpurij ſimpliciter facta pro
non ſcripta habeatur, ſi verò fiat ſub ea cõditio-
ne, ſi Princeps eum legitimauerit valida eſt in l.
tempus. ff. de hæred. inſti. vbi glo. verb. Cùm ca-
pere,

pere,& communiter Scrib.hanc differentiã conſtituunt iunctis his quæ lib.2.c.7.nu.4.cũ ſequẽ. latiùs adduximus.Similiter etiã venditio reifeudalis,ſeu emphyteoticæ vel Maioratus ſimpliciter facta nulla eſt:ſi verò ea lege fiat,ſi dominus feudi,ſeu emphyteoſis conſenſerit, vel Princeps ad rem Maioratus alienandam facultatem pręſtiterit,valida erit:nec poterunt emptor, nec venditor à venditione diſcedere,niſi prius cõſenſus requiſitus fuerit,prout lib.4.c.3.nu.48.oſtenſum eſt,quod etiam pluribus aliis exemplis comprobari poſſet.

¶Sed quamuis hæc vrgere videantur , non tamẽ omnino aſtringunt,diuerſa namque ratio in matrimonio cum conſanguinea contrahẽdo, quam in ſpurio inſtituendo,vel re feudali,emphitheotica,ſeu Maioratus alienanda verſatur.In primo namque caſu,ſi de matrimonio de facto cũ conſanguinea cõtrahendo Maioratus inſtitutor agere cenſendus eſſet,præſumptio grauiſſimi delicti caperetur:ſcilicet quòd ipſe volebat quod Maioratus ſucceſſor matrimonium abſque Papæ diſpenſatione cum cõſanguinea contraheret,atque per conſequens inceſtum committeret. Proindéque hæc præſumptio quæ delictu induceret, admittenda non eſt,imò neceſſariò in dubio eo pacto eius diſpoſitio interpretanda erit,quòd delictum excludatur.l.meritò.cum ſimi.ff.pro ſocio. In cæteris autem caſibus de delicto non agitur. Quamobrem non mirum ſi cõditionis expreſſio requiratur,eáque non adiecta , diſpoſitio nulla cenſenda ſit.Quæ concordia potiùs mihi ſatisfacit,quàm ea differentia quam Scribe.inter illud quod facilè vel difficillimè à Principe impetrari ſolet,quo ad hęc aſſignant.

12 ¶Similiter † etiam in eod.c.num.11. vbi de conditione adiecta in Maioratus inſtitutione,vt ſcilicet poſſeſſor Maioratus matrimoniũ contrahat cum conſanguinea in ſecundo gradu ſibi cõiuncta egimus,dicendum eſt:eam cõditionem conſideratis antiquis Roman. Pontificum deciſionibus(etſi difficilis eſſe cenſeatur) non tamen à Maioratus inſtitutione reiiciẽdam eſſe ex regula quam tradit Bal.quem ibi citauimus in l.1. C. de inſtit.& ſubſtitut.quòd ſcilicet quoties conditio eſt præambula & neceſſaria ad validitatem actus nunquam reiicitur,etſi ſummè difficilis ſit , ſed eius euentus expectatur,quem ſequitur Soci.in l. quidã relegatus.ff.de reb. dubiis vbi Sadoletus. 2.col.verb.2.poteſt reſponderi,hanc regulam veriſſimam eſſe exiſtimat , quod etiam verum eſſe profitetur Alex.num.5.& Iaſ.numer.16.in l.apud Iulianum.§.conſtat.ff.de legat. 1. idque probant ex text.vbi communiter Scriben.id tractant in l. in tẽpus.ff.de hæred.inſtitu.ex qua regula facilè deducitur cõditionem adiectam à Maioratus inſtitutore non eſſe ab ipſo Maioratu reiiciendam, ſed potiùs ſuſtinendam, cùm aliter quàm ea obſeruata actus ſuſtineri non poſſit.

*Lib. 2. cap. 13. num 11*

¶Quanuis autem hæc opinio vera ſit , malè tamen ad Maioratus applicari poſſe videtur, cum enim vt plurimum vim vltimę voluntatis Maioratus obtineant,ex huius conditionis adiectione ipſa vocatio non vitiaretur,ſed potiùs conditio ipſa reiiceretur,& vocatio pura remaneret. l.obtinuit cum ſimilib.ff.de condit.& demõſtr.quod vtilius eſſet Maioratus ſucceſſori. Proindéque opinio hæc quæ ea ratione vt actus ſuſtineatur admiſſa eſt, non poteſt adaptari ad hunc caſum, quo ipſa reiecta Maioratus ipſe ſuſtineretur.

¶Cæterum etſi hæc obiectio nimis ſtringat , nihilominùs tamen in Maioratibus vbi hæc conditio de contrahendo matrimonium cũ conſanguinea ſecundo conſanguinitatis gradu coniuncta ex Papæ diſpenſatione adiecta eſt,opinio Bal. admittenda erit:hæc namque conditio ſic intellecta non impoſſibilis de iure,ſed de factó cenſenda eſt,quæ conditio non reiicitur ab inſtitutione,ſed ipſam vitiat ſaltim cõſiderata deci.l.4. & 5.tit.4.part.6.prout ſuprà lib.2.c.12.numer. 37. oſtenſum eſt,atque idcirco ne diſpoſitio vitietur ex reg.l.in tempus.ff.de hæred.inſtituen. cõditio expectanda,non autem reiicienda erit, quando eo animo adiecta fuit,ne diſpoſitio ipſa periret, ſed potiùs ſuſtineretur , quòd ſi alias conditio à Maioratus inſtitutore adiecta diſpoſitionem nõ vitiaret ab ipſo Maioratu reiiceretur,vocatióq. ipſa pura remaneret. Proindéque ſemper conſiderandum eſt , vtrum diſpoſitio ex conditionis adiectione vitietur,vel nõ,in primo namque caſu conditio admittenda erit,vt diſpoſitio ipſa ſuſtineatur,in ſecunda vero reiicienda eſt,vt diſpoſitio pura ſuperſit , quod etiam in Maioratu ex contractu irreuocabili inſtituto pari ratione conſiderandum erit.

¶Quę diſtinctio nedum attentis antiquis iuris Canonici deciſionibus,ſed etiã attento Decreto ſacri Cõcilij Tridentini inter magnos Principes obſeruanda erit,cùm inter illos Cõcilium ipſum diſpenſari permittat,idque etiã inter alios eiſdẽ inferiores dici poſſe videtur,cùm quanuis Concilium inter eos diſpenſationem prohibeat,ſoleant Rom.Pontif.etſi non facilè inter ipſos etiam diſpenſare,nec in hoc caſu de Roma.Pontif. poteſtate diſputari valeat. Quamobrem hæc difficultas potiùs ad impoſſibilitatem facti, quàm iuris referenda eſt.

¶Sed & lib.3.c. 8. numero 11.vbi improbaui opinionem illorũ qui dixerunt ex verbo proximiori in fideicommiſſo adiecto repræſentationem excludi,animaduertendum eſt:nec opinionẽ iſtam defendi poſſe conſtituendo differẽtiam inter verba hæc quando apponũtur à lege,vel ab homine hæc namque differentia nullo iure probatur,meritóque propè ab omnibus Scrib. quos pro opinion.gloſſ.in l.cum ita legatur.§.in fideicõmiſſo. ff.de legat.2.citauimus,reiicitur.

*Lib 3 c. 8. num.11.*

13 ¶In† eod.c.13.li.2.numer.26.& 27. vbi dixi vocationem Titij ad Maioratus ſucceſſionem ea lege factam vt Seiam vxorem ducat,nõ expirare ipſa Seia defuncta,cum veriſimiliter Maioratus inſtitutor etiam in hoc caſu eam vocationẽ facturus eſſet , quod etiam ad illum caſum extendit:vbi impedimentum à tertio illatum fuit:animaduertendum eſt hoc dupliciter limitari poſſe. Primò quando is,qui ſub hac conditione vocatus fuit, erat extraneus:fœmina autem ex familia inſtitutoris.Secundò quando fœmina erat vocata ſub ea conditione,vt maſculo agnato nuberet,idque ad conſeruandam agnationem factũ fuit , in his nãque duobus caſibus , & omnibus aliis quibus compertum fuerit Maioratus inſtitutorem, non aliter quam ea conditione obſeruata vocationẽ facturum fuiſſe , prædicta concluſio nullo pacto ſubſiſtere poterit.

*Lib.2.c 13. n.26 & 27.*

14 ¶Item† in eod.lib.2.c.15.num.58. & 59. dixi fratrẽ antiquiſſimi Maioratus poſſeſſorẽ teneri fratres alere & ſorores dotare ea ratione qđ frater

*Lib.2 cap. 15. nu. 58. & 59.*

dives



diues teneatur fratres & ſorores pauperes alere & dotare. Qua in re animaduertendum eſt, non ex hac ſola ratione hanc alendi & dotandi obligationem originem duxiſſe , ſed ea etiam quòd Maioratus inſtitutio ex horũ regnorum conſuetudine ea lege facta fuiſſe videatur,vt filius Primogenitus familiæ caput atque robur ſit,fratreſque & ſorores egentes alere & dotare teneatur: quæ obligatio in omnes Primogenitos in infinitum transfunditur,atque in ipſorum Maioratuũ propriam atq; peculiarem naturam cõuertitur.

15 prout† in ſimili in feudis in quibus iure Francorum ſucceditur,dici ſolitum eſt, in illis namque filius Primogenitus qui in feudo ſuccedit, ſẽper tenetur fratribus & ſororibus victũ & militiam præſtare,quaſi feudum ipſum hac lege & conditione eidem delatum ſit,prout habetur in conſtitut.Reg.Siciliæ.lib.3.rub.18.incipien. Comitibus,vbi And.de Yſer.atque Matth. de Afflict. plura in idem adducunt,quod & feudorum interpretes pluries annotare ſolent.

¶Sed & in fine lib.2. vbi ſcripturam Maioratus interſerui,annotandum eſt in fine eiuſdem ſcripturæ hanc clauſulam adiiciendum eſſe quæ ad plurima vtilis eſſe poterit.

*¶Otro ſi quiero y mando que deſte mi Maioradgo ſe ſaquen dos traſlados authorizados eſcrito en pergamino,y que el vno dellos ſe ponga en el archiuo de tal monaſterio,y el otro de tal monaſterio,cerrados cõ dos llaues,la vna de las quales tenga el poſſeedor de mi Mayoradgo,y la otra el Prior,o Guardia,&c.lo qual ſe haga y cumpla dentro de treynta dias contados deſde el dia de mi muerte por el poſſeedor de mi Mayoradgo, ſo pena de dos mill ducados applicados por mitad a cada vno de los dichos dos monaſterios,no lo dexando yo hecho y cumplido aſsi al tiempo que muriere.*

¶Vlterius etiam lib.3.c.11.num.15.vbi reſponſum dedi ad tex.in l.defuncta.ff.de vſufruct. & ad alia iura quæ de facienda diuiſione fructuum inter vſufructuarium & emphyteotam & dominũ directum loquuntur,dicens Maioratus poſſeſſorem eſſe dominum vtilem & directum , vſufructuarium autem ſeu emphyteotam dominos directos nõ eſſe adiiciendum eſt:nec etiam onera ad quæ fructuarius & emphyteota tenentur poſſe oneribus Maioratus poſſeſſoris adæquari qui tot oneribus prout prædiximus , aſtrictus eſt. Quamobrem nõ mirum ſi diuerſimodè inter eos fructuum diuiſio efficienda ſit , de qua materia qualiter ſcilicet fructus inter Maioratus ſucceſſorem & hæredes vltimi poſſeſſoris diuidendi ſint, videnda ſunt quæ adducunt Greg. in l.26. tit.11. par. 4.ver.*Quantos meſes*,& Burg.in proœ.ll.Tau. nu.74.ver.præterea.

*Lib.3 c.11. num. 15.*

¶Præterea etiam lib.3.c.12.nu.24.vbi dixi poſſeſſionem ciuiliſſimam ex lege Tauri in ventrem etiam transferri,ſciendum eſt,idipſum verum eſſe opinatum fuiſſe Greg.Lopium in l.3.tit.23.par 4.verb.*Apro del*,quod ſic in ardua cauſa obſeruatum vidi.

*Lib.3.c.12. num.24.*

16 ¶Vlterius †etiam lib.3.c.13.nu.31. verſi. ſimiliter etiam vbi propoſui atque etiam reſolui quæſtionem illam,vtrum ſcilicet minor reſtitui poſsit aduerſus iudicium quod intentauit viuente vltimo Maioratus poſſeſſore,vt ipſe declararetur eiuſdem Maioratus verus ſucceſſor,ita, vt cõceſſa ſibi reſtitutione hoc nõ obſtãte poſsit iudicium ſummariũ ex l.Tauri in Regio cõſilio proponere. Nec dubium propoſui in maiore ex eo quòd tũc id mero iure mihi fieri non poſſe videretur, ſed nunc expendendum etiam erit,vtrũ id mero iure fieri poſsit:quã in re dicendum videtur eo iudicio pendente non poſſe iudicium ſummarium pro conſequẽda actuali poſſeſsione in Regio cõſilio ꝓponi,cùm iudiciũ illud videatur præiudiciale ad ipſum iudicium poſſeſſorium,nec poſsit poſſeſsio rerum Maioratus concedi,niſi illi , qui legitimus ſucceſſor declaratus fuerit.Ex quo videtur dicendum,quòd finis iudicii declaratorij expectandus ſit,nec antea valeat de poſſeſſione in alio iudicio diſputari.l.fundi,& l.fundũ. ff. de exception.rei iudi.cum ſimil.quod præſertim in eo caſu dicendum videtur,quando ſcilicet is qui iudicium declaratorium intentauit vult eo reiecto,iudicio poſſeſſorio agere,quod ſibi iure non licebit,cùm de petitorio ad poſſeſſorium tranſitus fieri nõ poſsit,maximè in illis iudiciis quibus poſſeſſorium mixtam habet proprietatis cauſam, prout in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirend.poſſeſſ.Bar.num.20.Iaſ.nu. 129. & communiter Scribent.opinantur, quo pacto omnes opiniones admittentes tranſitum de petitorio ad poſſeſſorium limitari ſolent.Quibus adiicitur quòd quanuis verum ſit,quod iudicium ordinarium prius intentatum non impediat quo minus iudicium executiuum eo pendente intentari valeat.l.ſi.C.de ord.cog.per quem tex.id dixit Inn. in capit.cùm in iure peritus.de offic. delegat.& Scribent.in l.4.§.condemnatum.ff. de re iudic. Illud tamen intelligendũ eſt,quando reus cõtra quem executio fienda erat iudicium ordinarium propoſuit,ſecus autem quando illud propoſuit ipſemet cuius exequendi cõpetebat,ex eo namque videtur iuri exequendi renuntiare , prout comprehenditur ex his quæ tradit Xuarez in repet.l.poſt rem.ff.de re iudic.in fine repetit. nu.2. cum ſequen.quę omnia apertius procedunt quãdo iam iudicium declaratorium diffinitiuè concluſum,vel iam ſententia diffinitiua deciſum eſt ex tex.in cap.paſtoralis,vbi Scribent. id notant de cauſa poſſe & proprie.

*Lib.3.c.13. num.31.*

¶In contrarium autem vrgere videtur, quòd remedium ſummarium ex eo l.Tauri,atque ex aliis legibus quæ in eius declarationem emanarunt, ea potiſsima ratione introductum fuit,vt ſcandala atque ſeditiones quæ ſuper poſſeſsionis apprehenſione exoriri poſſent vitarentur,quod nõ videtur ex iudicio proprietatis conſequi poſſe, cũ iudicium illud nõ ſummarium, ſed ordinarium, atque etiam longiſsimum ſit réſque iſta celeritatem deſideret.

¶Nec obſtant regulæ impedientes tranſitum de petitorio ad poſſeſſorium , illæ nãque deficiunt, quando noua poſſeſsio ab illo qui iudicium proprietatis intentauit acquiſita fuit.Ex ea nãq.noua poſſeſsione,iuſtè poterit de petitorio ad poſſeſſorium tranſire,prout Bar.nu. 9. Iaſ.num. 34. & communiter Scrib.in d.§.nihil commune annotare ſolent.Idq́ etiam abſque noua poſſeſsionis ſuperuenientia fieri poteſt , quando non in iudicio reſtitutorio,ſed tantum in declaratorio de proprietate actum fuit,prout in dicto §.nihil commune.Bar.nu.18,Iaſ.nu. 126. cum ſequen.& communiter Scribent.opinantur,quòd ex aliis regulis de quibus per Scribent.in d.§.nihil commune etiam cõprobari poterit diſcurrendo combinationes quas Bar.ibidẽ de cumulatione petitorij & poſſeſſorij facit , & illa quæ ſuper illis

Scrib.

Scrib. adducere ſolent. Ex quibus omnibus queſtio hæc ad vtrámque partem diſputari poſſe videtur, ſed quoniam ſuper his lites facilè cõtingere poterunt, & exoriri etiam ſperãtur, de eiſdem dũ caſus contigerit, deliberandũ erit. Illud autẽ certiſsimum eſt quòd in caſibus quibus trãſitus de iudicio declaratorio ad poſſeſſorium mero iure fieri nõ poteſt, in illis etiam reſtitutio ratione minoris ætatis denegãda erit ex his, quę d. c. 13. n. 31. latiùs annotauimus.

17 ¶Similiter etiam † in eo. cap. 13. ſuper dictæ l. 45. Tauri remedio controuerti ſolet, vtrum cauſa ſuper eodẽ remedio in Regio cõſilio inter aliquos pẽdente, atque intra ſex menſes incœpta tertius veniens poſt ſex menſium lapſum, eidémque liti ſe opponens, admittendus ſit. Qua in re dicẽdum eſt, quòd ſi tertius hic ad coadiuuãdam vnius ex litigantibus cauſam deueniat, admittẽdus erit, etiamſi poſt ſex menſes oppoſitionem faciat abſque temporis limitatione ſeu diſtinctione, cùm iſte teneatur litem in eo ſtatu quem illam inuenerit, proſequi, nec nouus actor eſſe dicatur. Si verò ius proprium aduerſus litigantes deducat, non erit admittendus, ſi intra ſex menſes oppoſitionem nõ fecerit, cùm is verè nouus actor eſſe dicatur, qui tenebatur actionẽ ſuam inter ſex menſes proponere, iuxta ea quæ Scrib. in l. ſæpè. ff. de re iudic. & in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtamen. & in aliis pleriſque locis annotare ſolent. Quod verũ eſt, niſi tertius hic oppoſitionem proponat ante initiũ quinquaginta dierum, qui in prima inſtantia ad probationes faciendas aſsignari ſolent, vel in ipſo huius termini initio, cum enim id tempus omnibus ſimul currere poſsit, iudiciúmque iam in Regio conſilio introductũ ſit, nec damnum aliquod cæteris ex huius oppoſitionis admiſsione irrogari, nec negotium vlteriùs protrahi valeat, ęquum videtur eius oppoſitionem non repellere, quòd pluribus iurib. & rationibus probari poſſet. — *Lib. 3 c. 13.*

18 ¶In ſuper † etiam lib. 4. cap. 8. nume. 10. vbi dixi ſucceſſores Maioratus poſſe appellare vel ſupplicare à ſententia lata contra eiuſdem Maioratus poſſeſſorem, vel appellationem, vel ſupplicationem a poſſeſſore deſertam proſequi, annotandũ eſt dubitari ſolitum eſſe vtrum id in ſecũda ſupplicatione procedat. Et quanuis prima facie dicendum videatur, id in ſecũda ſupplicatione nõ procedere, ex eo quòd hoc remedium extraordinarium ſit, & aduerſus communes iuris regulas introductum, atque abſque maximæ pœnæ incurſione ſeu ſaltim obligatione interponi nõ poſſit, ego tamen non video rationem differentiæ inter hunc caſum, & eos qui in hoc capite, deciduntur: cùm Maioratus poſſeſſor teneatur in rebus eiuſdẽ Maioratus id facere, quod in propriis rebus diligens pater familias feciſſet. Quod ſi negotium eius qualitatis & valoris eſſet, vt ſecũda ſupplicatio iuſtè interponi poſſet, clarũ eſt, quòd quis eam in rebus liberis interponeret, atq. per conſequens id ipſum in rebus Maioratus facere debuiſſet. Quod ſi id nõ fecerit, vel cũ iam ſecundam ſupplicationẽ interpoſuiſſet ab illo deſtitit, hoc non obſtante ſequens ſucceſſor id facere poterit. Niſi poſtquam ſentẽtia in eius notitiã deuenerit, terminus ad id efficiendũ præfixus tranſactus ſit, vel hoc à pręcedenti poſſeſſore bonã fidẽ cognoſcẽdo factũ fuerit, quod vltimum nõ aliter quàm ex proceſſus meritis comprehendi poterit. — *Lib. 4. c. 8. num. 10.*

19 ¶Vtrum autem † quando Maioratus poſſeſſor ſecundam ſupplicationẽ interpoſuit, eóque mortuo lis fuit diffinita ſententia quæ in gradu reuiſionis lata, fuerat confirmata, teneãtur pœnam ex hoc incurſam perſoluere hæredes poſſeſſoris vel ipſe ſucceſſor, cuiꝰ tẽpore lis terminata fuit. Videnda ſunt ea, quæ in ſimili adducit Boeri. deciſ. 204. nu. 48. cum. ſequentib. vſque ad finem deciſi. vbi plura cumulat, ex quibus huius quæſtionis reſolutio comprehendi poterit. In ea autem re ſummè conſiderandum erit, vtrum ex iuſta & probabili cauſa Maioratus poſſeſſor ſecundã ſupplicationem interpoſuerit, ſeu id in ea cauſa fecerit, in qua tenebatur bonam fidem agnoſcere, vt in primo caſu, ab ipſo ſucceſſore, ſecundo autem ab hæredibus poſſeſſoris pœna exigenda ſit, propter quæ dubia vitanda, vidi pluries Maioratuũ poſſeſſores huiuſmodi ſecundas ſupplicationes interponentes prudẽtiſsimos aduocatos de hac re conſulere, eorúmque reſponſa quibus continetur eam ſupplicationem eſſe interponendam, nec iuſtè omitti poſſe expoſcere, illáque in ſcriptis redigere, atque ſumma diligentia cuſtodire quod eorum hæredibus nimis vtile eſſe poterit. — *Lib. 3. c. fi. num. 59.*

¶Vlterius etiam eodem c. fin. num. 59. cum ſequentib. vbi dixit Pragmaticam de Bormes vim legis obtinuiſſe ex eo quòd facta fuerit ad ſedandam illius temporis proditionem, & ſi ſolum illos qui in ea proditione conſpirarunt cõprehenderet. Animaduertendum eſt aduerſus hanc opinionem dici poſſe eam Pragmaticam nullo pacto vim legis obtinere poſſe, cum lex debeat eſſe cõmunis atque omnes perſonas ſimpliciter & abſolutè comprehẽdere. nec poſsit fieri aduerſus ſingulas perſonas. l. 1. ff. de legib. l. iura non in ſingulas, ff. eod. cum ſimilibus. Quæ dfficultas augetur ex eo, quòd illa Pragmatica non fuerit eo tempore quo leges Regiæ collectæ fuerũt in numerum illarum redacta, ex quib. rationibus contendi ſolitum eſt, eam non tanquam legẽ, ſed tanquam quoddam Regium præceptum ſingulare conſiderandam eſſe.

¶Sed adhuc dici poteſt eam Pragmaticam vicem legis obtinuiſſe, nam quanuis regula ſit, legẽ non poſſe niſi genericè conſtitui, ex cauſa tamen publicæ vtilitatis poteſt fieri lex quæ certas tantum perſonas comprehendat, eáque nihilominus lex eſſe dicetur. tex. notab. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hi quoque. ff. de iniuſt. rupto. per quẽ tex. dixit Ang. in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. credito, quòd ad ſedãdum tumultum ortum in ciuitate poteſt fieri lex vel ſtatutum aduerſus perſonas particulares, cuius dictum refert & ſequitur Iaſ. plura in idem adducens in l. prima. ff. de leg. num. 8. & 9. quod & alibi Scriben. annotare ſolent. Nec ex eo quòd dict. Regia Pragmatica non fuerit inter Regias huius Regni leges collecta, de hoc dubitari põt, hoc nãq. ex eo factum fuit, quòd cum ea Pragmatica illam ſolam proditionẽ comprehenderet, quæ tot retro annis ſedata fuit ſuperfluum fuiſſet illã inter leges Regias collocare, ex eo tamen deducitur Pragmaticam illam ſolum eo qui in ea proditione cõſpirarunt comprehendere, ſi enim futura etiam tempora comprehendiſſet, non dubito, quin inter alias leges Regias collocaretur.

F I N I S.

CAPITA

# CAPITA OMNIA QVAE IN SINGVLIS LIBRIS HVIVS PRÆCLARISSIMI, ATQVE VTILISSIMI OPERIS DE HISPANORVM Primogeniis continentur.

* * *

## LIBRI PRIMI.

*QVID ſit Maioratus. Caput primum.* fol. 2
*Quæ fuerit Hiſpanarum Maioratuum origo. Caput* II. fol. 8
*Quid verbum hoc Maioratus ex propria natura comprehendat. Caput* III. *folio* 12
*Hiſpanorum Primogenia ex propria natura perpetua non temporalia cenſenda eſſe. Caput* IIII. *fol.* 17
*Ex quibus verbis quis Primogenium inſtituere cenſendus ſit, & ſi id non expreſſerit. Caput* V. *fol.* 27
*Plura quæ aduerſus communes ac generales iuris regulas ex Primogeniorum perpetuitate deducuntur. Caput* VI. *fol.* 35
*De vaſſallo, emphyteota, fructuario & fideicõmiſſario, & aliis ſimilibus ad Maioratus poſſeſſorem, vtrum argumentatio procedat. Caput* VII. *fol.* 46
*Hiſpanorum Primogenia vtrum iure ſanguinis, an hæreditario deferantur. Caput* VIII. *fol.* 49
*Vtrum Maioratus ſucceſſor poßit ex cauſa ingratitudinis ab ipſo Maioratu exhæredari, vel ab eiuſdem ſucceßione excludi. Caput* IX. *fol.* 56
*Maioratus ſucceſſor vtrum ad debita prædeceſſoris teneatur. Caput* X. *fol.* 66
*Hiſpanorum Primogenia ex propria natura indiuiſibilia eſſe, ſolique Primogenito deferri. Caput* XI. *fol.* 74
*Maioratus etiam in contractis inſtituti, vtrum vim vltimæ voluntatis obtineant. Caput* XII. *fol.* 79
*Vtrum Maioratus dignitas ſit, ibique latißime agitur, vtrum furioſus, mutus, & ſurdus, infamis, religioſus, aut clericus valeant in Maioratu ſuccedere. Caput* XIII. *fol.* 89
*In Hiſpanorum Primogeniis vtrum iure directo an obliquo ſuccedatur. Caput* XIIII. *fol.* 101
*Maioratus poſſeſſor vtrum teneatur de re ipſius Maioratus reſtituenda ſatiſdare. Caput* XV. *fol.* 104
*Maioratus poſſeſſore bona Maioratus dilapidante, an poßit ſequens in vita eiuſdem Maioratus ſucceßionem vendicare. Caput* XVI. 110
*An ex bonis Maioratus quarta Trebellianica aut Falcidia detrabatur. Caput* XVII. 116
*Hiſpanorum Primogenia vtrum odioſa, an fauorabilia cenſenda ſint. Caput* XVIII. 125
*Maioratus poſſeſſor, vtrum ſit dominus rerum Maioratus an ſolum fructuarius. Caput* XIX. 28
*Poſſeſſor Maioratus vtrũ poſsit vſusfructus, ſeu aliã quãcunq; ſeruitutem in bonis Maioratus conſtituere. Caput* XX. 135
*Vtrum Maioratus poſſeſſor poßit bona eiuſdem Maioratus locare, ſeu in emphyteoſim concedere. Caput* XXI. 139
*Maioratus emolumenta qualiter eiuſdem poſſeſſorem ſequantur. Caput* XXII. 146
*Theſauri & argenti fodinæ, lapidicinæ, ſeu aliæ venæ, quæ in fundo Maioratus inueniuntur: vtrum eiuſdem poſſeſſori, an ipſi Maioratui cedant. Caput* XXIIII. 148
*Vtrum in Maioratus poſſeſſorem ius patronatus, atque iura ſepulchrorum pertranſeant. Caput* XXIIII. 151
*Qualiter poſſeſſor Maioratus cui iuriſdictio ineſt, valeat commodis iuriſdictionis frui. Caput* XXV. 158
*Augmẽtum rerum Maioratus vtrum Maioratui cedat, eodemque iure, an diuerſo cenſendum ſit. Cap.* XXVI. 163
*Ad quæ onera Maioratus poſſeſſor teneatur. Cap.* XXVII. 168
*Vtrum Maioratus poßeſſor inuentarium de reb. eiuſdem Maioratus facere teneatur. Cap.* XXVIII. 172

## LIBRI SECVNDI.

*QVo iure, quibúſve rationibus Maioratuum inſtitutiones in vtroque foro ſuſtineantur. Caput* I. 179
*De multiplici Hiſpanorum Primogeniorum differentia. Caput* II. 187
*Qualiter ex legitima aſcendentium vel deſcendentium Primogenium abſque Regia facultate inſtitui poßit. Caput* III. 192
*De his Primogeniis in quibus ex electione vltimi poſſeſſoris, vel alterius ſuccedi ſolet. Caput* IIII. 201
*Vtrum is, cui electio ad Maioratus ſucceßionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem vel poßit dignum, ſeu etiam indignum eligere, digniori prætermiſſo. Caput* V. 201
*De his Primogeniis quæ ex temporis antiquitate conſtant. Caput* VI. 249
*De Regia facultatis ſolennitate quæ debet præcedere Mioratus inſtitutionem. Caput* VII. 239
*De cæteris ſolennitatibus quæ in Primogeniorum inſtitutione requiruntur. Caput* VIII. 251
*Quis poßit Primogenium inſtituere. Caput* IX. 261
*Ex quibus bonis poßit Maioratus inſtitui. Caput* X. 270

*In cuius perſona poßit ac debeat Primogenium inſtitui. Caput* XI. 285
*De legibus ac conditionibus quæ in Primogeniornm inſtitutione apponi ſolent. Caput* XII. 293
*De conditionibus quæ in Primogeniis circa matrimonia ſucceſſorum apponuntur. Caput* XIII. 302
*De conditionibus quæ circa nominis atque armorum delationem in Primogeniis apponi ſolent. Caput* XIIII. 309
*De alimentis & dotibus quæ à Maioratus inſtitutore filiis, ac deſcendentibus relinquenda ſunt, qualiterque hæc obligatio ipſius Maioratus ſucceſſores adſtringat. Caput* XV. 318
*De aliis quæſtionibus dotium atque alimentorum materiam attinentibus. Caput* XVI. 330
*De forma inſtitutionis Maioratus. Caput* XVII. 335

LIBRI TERTII.

IN *Primogeniorum ſucceſsione Maiorem natu eſſe cæteris præferendum. Caput* I. 347
*In quibus caſibus Primogenitus à Maioratus ſucceſsione excludatur. Caput* II. 351
*Filij legitimati, vel etiã naturales nõ legitimati, vtrum filiis legitimis deficientibus ad Maioratuum ſucceſsionem admittantur. Caput* III. 357
*Fœminam Primogenitam ad Maioratus ſucceſsionem maſculo eiuſdem lineæ & gradus deficiente, admittendam eſſe, excluſis maſculis remotioribus. Caput* IIII. 364
*Quando fœminæ Primogenitæ propter maſculos remotioris lineæ & gradus à Maioratus ſucceſsione excludantur. Caput* V. 372
*Qualiter in Hiſpanorum Primogeniis ex repræſentatione ſuccedatur. Caput* VI. 385
*Ad quas perſonas, caſus, atque gradus in Primogeniorum ſucceſsione repræſentatio protrahenda ſit. Caput* VII. 393
*Quãdo ex Maioratus inſtitutoris peculiari diſpoſitione, in eius ſucceſsione repræſentatio admittenda ſit. Caput* VIII. 400
*Proximitas in Maioratus ſucceſsione, vtrum reſpectu inſtitutoris, an vltimi eiuſdem poſſeſſoris conſideranda ſit. Caput* IX. 405
*Maioratus ſucceſsionem in pendenti etiam per momentum exiſtere non poſſe, ſed mortuo vltimo poſſeſſore illico ad proximiorem deferri. Caput* X. 410
*Qualiter inter Maioratus ſucceſsorem & vltimi poſſeſſoris hæredes fructus pendentes diuidendi ſunt. Caput.* XI. 416
*Qualiter mortuo vltimo Maioratus poſſeſſore in ſequentem ſucceſſorem dominium, atque poſſeſsio ciuilis & naturalis bonorum Maioratus ipſo iure transferantur. Caput* XII. 421
*De remedio poſſeſſorio quod ex l. 45. Tauri Maioratus ſucceſſori pro conſequenda actuali tenuta, ſeu poſſeſſione rerum Maioratus præſtari ſolet. Caput* XIII. 426
*Vtrum is qui Maioratus ſucceſsionem mortuo vltimo poſſeſſore prætendit, valeat eo viuente actionem proponere, vt poſt mortem eiuſdem verus ipſius Maioratus ſucceſſor declaretur. Caput* XIIII. 439

LIBRI QVARTI.

P*Rimogeniorum alienationem atque extinctionem pluribus vinculis & legibus prohibitam eſſe. Caput* I. 445
*Qualiter ex inſtitutorum reuocatione Primogenia finiantur. Caput* II. 451
*Qualiter ex Regiis facultatibus Primogeniorum bona alienari, atque extingui ſoleant. Caput* III. 469
*De Regiis facultatibus quæ ad alienanda bona Maioratus ea lege conceduntur, vt ex pretio illorum alia in locum eorum ſubrogentur. Caput* IIII. 479
*Vtrum facultates ad bona Maioratus alienanda, vel Hypothecæ ſubiicienda, de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam extendantur. Caput* V. 486
*Quibus ex cauſis abſque Regia facultate bona Maioratus alienari, vel hypothecæ ſubiici poſsint. Caput* VI. 491
*Bona Maioratus in caſu permiſſo etiam ex Regia facultate non niſi bonis liberis deficientibus alienari poſſe. Caput* VII. 497
*Sententia ſuper bonis Maioratus cum eorum poſſeſſore lata: vtrum ſequentibus ſucceſſoribus non citatis præiudicium afferat. Caput* VIII. 503
*Vtrum de rebus Maioratus valeat compromitti vel tranſigi. Caput* IX. 507
*Vtrum in bonis Maioratus præſcriptio admittenda ſit. Caput* X. 514
*Vtrum bona Maioratus ſubiecta ex criminibus ſaltim atrociſsimis, ab eorum poſſeſſore commiſsis fiſco adiici valeant. Caput* XI. 517



# LOCA IVRIS COMMVNIS, TAM CÆSAREI, QVAM PONTIFICII, ET LEGES REGIÆ QVAE IN HISCE LIBRIS DE HISPANORVM PRIMOGENIIS

*ſumma cura, atque diligentia explicantur, & eis notabiles noui & germani intellectus aßignantur.*

Animaduerte literam p. paginam ſignificare. col. columnam. n. numerum, cuius loco lineam paginæ manifeſtatam rarò reperies.

## Ex. ff. veteri.

L. *Si quis Titio de vſufructu accreſcend. explicatur.* pag. 37. col. 2. num. 20
*L. ſi non mortis de inoffic. teſtament. declaratur.* pag. 81. col. 1. n. 7
*L. inter omnes qui ſatiſda. cogan. exponitur.* 105, col. 2. nu. 6
*L. neceſſario. § fin. de peric. & commo. rei vend. declaratur.* 131, col. 3. n. 23
*L. ſi quis domum de loca. explicata.* 140, col. 1. n. 13
*L. in modicis de contrahend. emptio exponitur.* 154, col. 1. n. 20
*L. ius ciuile de iuſti. & iu. declaratur.* 181, col. 2. n. 22
*L. 2. §. deinde cum eſſet de orig. iuris explicatur.* 224, col. 2. n. 4
*L. ſi ſocius pro filia. §. filium pro ſocio ſenſus & intellectus.* 333. col. 2. n. 27
*L. ſi inſtituta. §. de inofficioſo teſtamento ſenſus & declaratio.* 334, col. 1. n. 37
*L. Herennius de vſuris. intellectus.* 418, col. 1. n. 14
*L. Iulianus. §. ſi fructuarius de actio. emp. declaratio.* 418, col. 2. n. 16
*L. in lege Aquilia ſi deletum ad leg. Aqui. declaratur.* 441, col. 1. n. 19
*L. ſi rem alienam. 1. §. fin. de pignorati. actio. explicatio.* 441, col. 1. n. 20
*L. ſi mandauero tibi: 1. manda. explicatur.* 441. colũm. 1. num. 20
*L. ſi ſi fideicommiſſum in prin. de iud. declaratur.* 438, col. 1. n. 73
*L. 2. de in diem adiecti. declaratur.* 112, col. 2. n. 19
*L. ſi duo patroni in prin. de iureiurand. declaratur.* 441, col. 1. n. 22
*L. vti frui. §. vtrum ſi vſusfru. peta. explicatio.* 441, col. 1. n. 22
*L. 3. pro ſocio explanatio.* 457, col. 1. n. 36
*L. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria qui ſatiſda. cog. declaratur.* 480, col. 2. n. 13
*L. ita conſtante & l. mutus, & l. ſi. & aliæ multæ leges de iure dotium explicantur.* 496, col. 1. n. 27

## Ex Infortiato.

L. *Qui ſolidum. § prædium de lega. 2. expoſita.* 20, col. 2. n. 23
*L. ſi quis ita. §. penul. de teſtam. tut.* 21, col. 1. nu. 26. *nouiter intelligitur.*
*L. cum ita legatur. § in fideicommiſſo de leg. 2. declaratur.* 23, col. 2. n 34
*L. legata ſupellectili de ſupelle. leg. exponitur.* 23, col. 2. n. 34. & 36. col. 2. n. 26
*L. pater filium. §. fundum Sitianum de leg. 3. declaratur.* 29, col. 1. n. 17
*L. peto. § fratre de leg. 2. ſenſus.* 32, col. 1. n. 30
*L. pater filium in prin. de leg. 3. nouißime declaratur.* 71, col. 2. n. 27
*L. ſed ſi res de leg. 1. declaratio.* 98, col. 2. n. 89
*L. fin. vt in poſſeſſ. lega. intellectus.* 108, col. 1. n. 30
*L. Lucius. ff. ad. Trebel. declaratur.* 512, col. 1. n. 34
*L. quamuis. ff ſolu. matri. declaratur.* 442, col. 1. n. 27
*L. Imperator ad Trebel. expoſitio.* 110, col. 2. n. 2. & 10
*L. nemo poteſt de lega. 1. explicatio.* 130, col. 1. n. 14
*L. hæreditatum ad leg. Falci. ſenſus.* 134, col. 1. n. 40
*L. diuortio. §. ſi vir. in fundo ſoluto matrim. declaratur.* 149, col. 1. n. 9
*L. quia perinde. § reſtituta ad Trebellia, illuſtratur.* 152. col. 1. n. 5
*L. vbi abſunt de tuto. & curato. datis ab eis explicatur,* 159, col. 2. n. 8.
*L. mulier. §. ſi hæres ad Trebelli. explanatur.* 170. col. 1. n. 5
*L. ſuus quoque de hæredi. inſti. explicatur.* 184, col. 2. n. 31
*L. captatoriæ de leg. 1. declaratur.* 201, col. 2. n. 4.
*L. vnum ex familia. §. ſed ſi feudum, de leg. 2. intelligitur.* 202, col. 2. n. 10. *& aſsignatur vera ac nouißima ratio decidendi.* 204, col. 1. n. 19.
*L. vnum ex familia. §. ſi de falcidia de legatis. 2. interpretatur,* 202. col. 2. n. 12.
*L. cum pater. §. à filia de lega. 2. intelligitur,* 204. col. 2. n. 24. *& traditur vera ratio decidendi,* 205. col. 1. n. 27.
*L. vnum ex familia in prin. de leg. 2. ſenſus,* 204. col. 2. n. 24.
*L. vnum ex familia. §. ſi duos de leg. 2. declaratio.* 207, col. 2. n. 54.
*L. 1. in prin. & in §. quamuis de aßignan. liber. intellectus, Ibid.*
*L. 1. de optio. leg. ſenſus,* 206. col. 2. linea. 27
*L. Lucius Titius. §. Lucius Titius damam de leg. 2. interpretatio.* 212. col. 2. n. 8.
*L. mutum de acquirend. hæred. declaratur.* 157, col. 2. n. 37.
*L. ſi quis in principio teſtamenti, de leg. 3. declaratur.* 475, col. 2. n. 33
*L. in tempus de hæred. inſtituen. explanatio.* 245. col. 1. n. 42

L.ſi quis alicui de acqui.hære.declaratio.p.246.col.1.n. 49
L.fin.de bonorum poſſe.ſenſus.Ibid.
L.filiæ meæ e nancipatæ & ægræ ſol.matr.& aliæ ſimiles explicantur.p.275.col.1.n.44
L.cum quidam de lega.2.exponitur.p.287.col.1.n.37
L.cum pater.§.à te peto ad Trebell.intellectus.p.289.co.1.n.38
L.hæredes mei.§.fin.ad Trebellia.interpretatio.Ibid.
L.non oportet de his qui,vt indig.ſenſus.p.311. col.1.nu. 16
L.hoc legatum de leg.3.interpretatio.p.314.colum.1.nu. 33
L.1.ad leg.Falcid.expoſitio.p.321.col.2.n.26
L. cum plures. §. fin. cum ſimilibus de adminiſtra. tuto. ſenſus.p.323.col.1.n.63
L.cum plures.§.fin.vbi pupilli.educa. deb. declaratur.p. 328.col.1.n.69
L.ſi alienum.§.in extraneis de hæredib. inſt. declaratur. p.353.col.2.n.18
L.ex facto.§.ſi quis rogatus.1.ad Trebelli. exponitur.p. 362.col.1.n.43.& col.2.n.44.defenditur ſummarium Bar.ab impugnatione Acoſtæ.
L.cum auus de condi.& demonſtra.intellectus.p.375.co. 2.n.31
L.ſi libertus præterito. §.1. de bon.lib.declaratur.p.391. col.1.n.46.& p.402.col.2.n.13
L.tutela.§.ſi duo de legiti.tuto. exponitur. p. 391.col.1.n. 46.& p.402.col.2
L.cum ita legatur. §. in fideicommiſſo de lega.2.intellectus.p.406.col.2.n.12.& p.407.col.2.n.17
L.ſi quis filio exhæredato. §. irritum de iniuſto rup.declaratur.p.490.col.1.n.34.cum ſeq.
L.Lucius de leg.2.declaratur.p.453.col.1.n.19
L.3.& l.de bonis de Carboni. ed.explicatur.p.430.col.1. n.31
D.l.de bonis iterum declaratur.p. 431.col.1.n.34
L.cum pater.§.libertis de lega.2.ſenſus.p. 447.col.1.nu. 22
L.filiusfamilias. §.cum pater de lega. 1. explicatio.Ibid. n.21
L.ſi pupillorum.§.ſi Prætor de reb.eorum ſenſus.p.486. col.1.n.3.& p.488.n.20.22.23
L.Publius.§.1.de condi.& demonſtra. declaratur.p.378. col.2.n. 52
L.cum hæreditas. 1. ad Trebell. ſenſus.p. 508.col.1.n.12. & col.2.n.15
L.vbi pure ad Trebellia.intellectus.p.508.col.2.n.13
L.iura libertorum de iure patro.p.522. col. 2. n.38.declaratur.
L.mulier.§.cum proponeretur & l. à filia ad Trebel.declarantur.p.591.col.1.n.2.cum pluribus ſeq.& p.493 col.2.n.15

# Ex.ff.nouo.

L. Multum intereſt de verbo.obliga.intellectus.p.98. col.2.n.89
L.quædam de acqui.rerum domi.explicatur.p.154.col.1. n.19
L.qui autem de his quæ in fraud. credito. declaratur.p. 198.col.2.n.44
L.ſi finita.§.eleganter de dam.infe.ſenſus.p. 441.col.1.n. 21
L.ſi contendat de fideiuſſo.interpretatio.Ibid.n.22
L. vbi ita donatur de donatio. cauſ. mor. declaratur.p. 458.col.1.n.44.& p.459.col.2.n. 52
L.ante reſtitutam de ſolutio.p.509.col.1.n.17
L.Statius Florus.§.Cornelio Felici de iure fiſc. interprepretatur.p.518.col.2.n.11
L.eorum ad leg.Iu. Maieſta. explicatur. p. 522. col.2.n. 38
L.poſt rem iudicatam de ureiu.declaratur. p. 507. colū. 2.n.6
L.3.in principio de acquired.poſſeſsio. declaratur. p.455. col.1.n.28

# Ex Codice Iuſtiniani.

L. Fina.de verbo.ſigni.declaratur.p.31.co.2.n.29.& p.37.col.1.n.7.& p.63.col.2.n.48
L.1.ſi cert.peta.exponitur.p.67.col.2.n.9
L.ea lege de condi.ob cauſam ſenſus.p.85.col.1.n.32
L.2.vt in poſſeſſ.lega.declaratio.p.108.col.1.linea 8
L.fina. §. ſed quia noſtra Maieſtas, & in.§.ſin autem, communia de lega.intellectus.p.115.col.1.n.33
L.monumentum,de legatis declaratur.p.157.col.2.num. 37
L.ſi pater de inſtitu.& ſubſtitu.ſub cond.factis explicatur.p.184.col.2.n.31
L.ſcimus.§.cum autem de inoffi.teſtamen.declaratur.p. 185.col.1.linea 52
L.quoniam in prioribus de inoffi.teſtam. exponitur.p. 185.col.2.linea 53
L. ſi vnquam de reuo.donati. intellectus & quòd ex identitate rationis de caſu ad caſum extēditur. p.198. col.1.n.42
L.poſt mortem de fideicommiſſ. declaratur. p.196. col.1. n.26.& non procedit vbi certæ perſonæ cui fideicommiſſum relictū eſt,fuit datus ſubſtitutus.p. 205.col.1. n.28.neq; vbi pluribus certis fideicommiſſum relictū eſt eadem.Ibid.n.29.neque procedit in Hiſpanorum primogeniis.n.30.Ibid.
L.fin. §. ſed & ſi quis communia de lega. exponitur. p. 206.col.2.n.44
L.fœminæ de ſecund.nup.interpretatio.p.219.col.1.n.61. vbi datur pleniſsima diſtinctio ac reſolutio quoad forum conſcientiæ.
L.iubemus de præpoſi.ſacri.cub.lib. 12. declaratio.240. col.2.n.13
Authen.ſine legitimis de natura.lib. intellectus.p.244. col.1. n.38
L.non codicillum de teſtament. declaratur. p. 258.col.1. n.34
L.1.de pactis declaratur.p.509.col.1.n.18
L.ſi fundo de tranſact.declaratur exactiſsime.p.510.col. 1.n.22.cum pluribus ſequent.
L.fratris.de tranſacti.& l.poſtquam lit.de pactis declaratur.p.512.col.2.n.40
L.ſi curatorem habens de in integrum reſtit. mino. explanatio.p.264.col.1.n.37
L.ſi quando de bonis vacan.libr. 10.ſenſus.p.164.col.1. num.3
Authen.nunc autem de Epiſcopis & cleri. intellectus.p. 264.col.2.n.46
Authen.ſi qua mulier de ſacro. eccle. explicatio.p. 265. col.1.n.56
Authen.lucrum de ſecund.nupti.declaratio. p.277.col. 2.n. 60
L.1.de bonis damna.declaratur.p.279.col.2.n.69
Authen. bona damnatorum de bonis damna.declaratio. Ibid.
L.ſi.de repudia. hærod.ſenſus.p.281.col.2.n.78
L.legatum de conditio.inſer.expoſitio.p.306.col.1.n.29
Authen.hoc amplius de fideicommiſſ. declaratur. p.311. col.1.n.14.& habet locum in prælegato ibi. col.2. nu. 18.& procedit in iure iam quæſito, non in quærendo. p.312.col.1.n.22



Index Legum.

L.cum acutiſsimi de fideicom.intelligitur. 375. col.2.nu. 31
L.ſi viua matre de bonis mater.interpretatur. 378, col. 2.n.52
L.1.de fideicommiſſ.explicatio. 413,col.1.n.18
L.diffamari de ingenuis & manumiſſ.intellectus & examinatur latè vtrum eius deciſio extra diffamationem ſtatus procedat.441,col.1.n.23
L.iubemus.§.ſane de ſacro.eccle.explicatio. 447, col.2. n.22
L.cum à matre de rei vendita.declaratur. ibid.
Authen.res quæ communia de lega.intellectus. 492,col. 1.n 45.& 495,col.1.n.21
L.2.de paren.qui fili.diſtraxe.declaratur.489,col.1.nu. 24.cum ſeq.
L.3.de Epiſcopali audi declaratur.477, col.1.n.43
L.communium de natu lib.declaratur.287,col.2.n.20
L.qui fundos de omni agro deſerto.libr. 11. interpretatio.475,col.1.n.17
L.20.de pigno.declaratio.501,col.1.n.23.& col.2. nu.25. 26.28 vbi latiſsimè expenditur.
L.fina.§.licentia de iure delibera.ſenſus.502, col.2.num. 35
L.1. de bonis liber.intellectus.522.col. 2.n.38
L.fin.de reuocand.donatio.explicatur.524, col.1.n.47
L.fin.de fideiuſſori.expoſitio.462,col.2.n.65.

# Ex Authenticis.

A Vthen.de reſtitu.fideicom.§. nos igitur.Coll.9.declaratur.22,col.2.n.30
Authen.de Eccle.titu.§.ſin autem annuale.Coll.9.expenditur.481,col.1.n. 19
Authen.vt litig.iurent.§.ſi.Coll.9.declaratur. 511,col.1. n.29.cum ſequenti.
Authen.quibus mod.natu.effi.§.quoniam varie Colla.7. declaratur.287,col.2.n.20

# Ex Inſtitutionibus.

§. Cum filius de hæred. quæ ab inteſta. deferun. ſenſus. 394,col.1.n.6

# Ex Feudorum libro.

C. 1. An ille qui interfi.fratrem domi. intellectus.92. col.1.n.19.20
C.1.an mutus vel ſurdus declaratur.94,col.2.n.43
C.1.de feu.non haben. propr.naturam feudi exponitur. 95,col.1.n.49.50.51.52
C.qui Clericus ſi de feud.fue.contē.declaratur. 98,col.1. n.84,& 99,col.2.n.96
C.1.de milite vaſalli qui arma belli depoſuit intelligitur. 98,col.1.n.84
C.1.Imperialem.§.præterea Ducatus de probibi.feud.aliena.per Freder.explicatio.75,col.2.n.13.cum plurib. ſeq.
C.1.§.inter filium,ſi de feud.defuncti contentio ſit declaratio.369,col.2.n.42
C.vnic.de eo qui ſibi & hæredi.ſuis ſenſus. 401, col.2. num.9
C.primi.§.his verò,& §.fin.de ſucceſſ.fra. ſenſus. 408, col.1.n.19
C.1.§.quem etiam Epiſcopum, vel Abbatem expoſitio. 414,col.1.n.37
C.1.§. Titius filios ſi de feud.fue.contro.intellectus.446, col.2.n.15
C.1..§.denique quæ fuit prima cauſſ. benef. amitten. & tex.in c.1.ſi vaſſallus feud.pri. & c.1.§.ſi vaſſallus ſi de feud.fue.controuer.inter domi. & agna.declarantur.522,col.1.n.36
C.1.de feud.Marchiæ explicatur.76,col.1.n. 18. cum ſequentib.
C.1.§. & quia. verſ. cùm verò Corradus qui feu. dare poſſunt & c.1.§.filia de ſucceſſ.feud. exponuntur cum c.1.§.ſi capitanei de feud.March.25,col. 1. & 2.n. 38. & n.42
C.1.§.naturales ſi de feud.defuncti fuer. controu.ſenſus. 359,col.2.n.26.& 360,col.1.n.29
C.1.§.ſi de inueſtitu.inter dominum & vaſſall.exponitur.369,col.1.n.41.cum ſeq.
C.1.§.his conſequenter hîc finitur, lex Corradi declaratur.417,col.1.n.11
C.1.§ ſi vaſallus el vlti.ſi de feu.defuncti. contr.ſit inter dominum & agna.c.1.de contr. inter vaſa. & alium de benef.c.1.§.ſi inter de lege.Corra.declarantur.509, col.2.n.19

# Ex Decretalibus.

C. Super quibuſdam. §. præterea de verb.ſignific.interpretatio.170,col.1.n.19
C.ad hæc de teſtam.intellectus & ratio.275, col.1. linea 10
C.cùm haberet de eo qui dux.in matr.eam quam pol.per adult.declaratur.327,col.2.n. 66
C.1.de ſolutio.declaratio.71,col.1.n.24
C.licet de voto.genuinus intellectus & verus.57,col.2. nu.5.
C.Rainaldus de teſta.declaratur 509,col.1.n.17
C. vt ſuper. §. poſſeſsiones de rebus Eccleſiæ non alie.declaratur.496,col.1. n.27

# Ex libro ſexto.

C. ſi quis iuſto.§.porro de electio.intelligitur. 217,co 1.n.52.vbi taxatur communis dicendi ratio & ibi num.53.adducitur noua ac vera.
C.fin.de filiis Presbytero.ſenſus.477,col.1.n.43
C.1.de litis conteſta.declaratur.513,col.1.n.40

# Ex Clementinis.

C Lemen.1.de præben.interpretatio.459,col.2. numero 50

# Ex Decretis.

C. Si qua mulier.19,q.3.ſenſus.265,col.2.n.56
C.fin.16.q.1.intellectus.275,col.1.n.44
C.quia Ioannes.12.q.5.intellectus & ratio. 240, col. 2. nu.14

# Ex Concilio Tridentino.

D Eclaratur tex.in C. 1. de Reformatione Matrimonij Seſsionis.332,col.1.n.16

# Ex Regulis Cancellariæ.

A Sſignatur vera decidendi ratio ad Regulam de non iudicando iuxta formam ſupplicationis. 247, col.2.n.60

# Index Legum.

## Ex legibus Partitarum.


L. 8.tit.7.parti.9.declaratur.pag.61.col.1.n.34
L.4.tit.15.parti.2.exponitur.72.col.2.n.30
L.7.tit.1.parti.6.ſenſus.84.col. 2.n.27
L.2.tit.15.parti.2.explicatio.91. col.1.n.17.& 406.col.1. numer.5.& 390.colum. 1. numer. 33. interum declaratur.
L.2.& 3.tit.15.parti.2.explanatur.94.col.1.n.34
L.6.tit.26.parti.4.intellectus.96.col.1.nu.61. & ibi declarantur aliæ leges loquentes de feudis.
L.6.tit.11.parti.6.exponitur.119.col.2.linea 6
L.27.tit.11.parti.4.explicatio.149.col.2.n.10
L.11.tit.4.parti.6.ſenſus.186.col.1.numer.36.37.vtrum in ſolo filio in poteſtate, an etiam in emancipato procedat.
L.3.tit.2 parti.5.explicatur.227.col.1.n.28
L.6.tit.15.parti. 4.ſenſus.244.col.1.n.38
L.17.tit.1.parti.6.intellectus.265.col.1.n.56
L.14.tit.4.parti.6.explicatio.303.col.1.n.10
L.6.tit.19.parti.4.explanatio.330.col.2.n.3
L.2.tit.15 parti.2.declaratur.348.col.1.n.22
L.12.tit.33.parti.7.interpretatio.ibid.
L.7.tit.4.parti.5.ſenſus.421.n.4
L.2.tit.14.parti.6.explicatur 431.col.35
L.7.tit.23.parti.3.declaratur.431.col.1.n.35
L.7.tit.11.parti.5 exponitur.463.col. 2.n.71
L.34.tit.14.parti.5.declaratur.512.col.1.n.35
L.5.tit.10.parti.3.concordatur cum l.10.ti.3.eadem partita.513.col.1.n.41
L.3.tit.2.parti.7.declaratio.521.col.2.n.34
L.2.tit.2.parti.7.exponitur.460.col.1.n.56


## Ex legib. Taurinis, & ex nouo & veteri Ordinamento, & ex Foro & aliis.


L. 46.Tauri, quæ hodie eſt in noua legum Regni collectione.l.6.tit.7.lib.5.declaratur.6.colum.2.n. 27
L.21.Tauri quæ hodie eſt in nouo Ordinamento.l. 5.tit.6. lib.5.explicatur nouiter.50.col.1.n.13. & 67.col.2.n. 13.vbi traditur verus intellectus, & alij reiiciuntur. 68.col.1.n.14
L.46.Tauri intellectus.70.col.1.n.16
L.17.Tauri quæ in nouo ordinamento eſt l.1. tit. 6.lib.5. & l.44.Tauri quæ hodie eſt in noua collectione. l. 4. tit.7.lib.5.interpretationes.83.col.1.n.20
L.3.Tauri quæ hodie eſt in noua legum collectione.l.2.ti. 4.lib.5.ſenſus.83.col 2.n.24
L.10.tit.4.lib.6.nouæ collectionis expoſitio.96. col.2.n. 65
L.1.de las Arras.lib.3.Fori declaratur. 134.col. 1.nume. 43
L.46.Tauri exponitur,167.col.1. linea 31
L.fin.tit.13.lib.3.noui Ordinamenti explicatur.229.col.1. n.32.& 231.col.2.n.49
L.41.Tauri, quæ hodie eſt in noua collectione l. 1. tit.7 lib. 5. probatur procedere non ſolum in iuriſdictione & Primogeniis, ſed in omnibus cauſis vbi immemorialis præſcriptio probanda eſt, 228.col. 2. numero 32
L.fin.tit.13.lib.3.veteris Ordinamenti, quæ hodie eſt in noua collectione l.1.tit.15.lib.4.explanatur.ibid.
L.42.Tauri quæ hodie inuenitur in noua collectione, l.3. tit.7.lib.5.ſenſus.232.col.1.n.53
L.42.Tauri nouiſſimè ampliatur.248.col.1.n.62
L.3.tit.8.de las exceptiones,lib.3. Ordinamenti veteris, quæ hodie eſt,l.2.tit.16.lib.5.in nouo Ordinamento intellectus.461.col.1.n.62
L.43.Tauri quæ hodie eſt,l.2.tit. 7.lib. 5.in nouo Ordinamento,nouiſſimè declaratur,ac limitatur. 248.col. 1.n.62
L.24.tit. 3. lib. 2. Ordinamenti veteris quæ hodie eſt in nouo,l.10.tit.4.lib.2.declaratur.247.col.2. n.59
L.41.Tauri intellectus.281.col.2.n.2
L.1.tit.5.lib.5.antiqui Ordinamenti, quæ hodie eſt in nouo,l.1.tit.4.lib.5.explicatur. 320.col.1.n.18
L.10.Tauri quæ hodie eſt l.8.tit.8.lib.5.noui Ordinamenti exponitur.326.col.2.n.55
L.49.Tauri,& l.58. in Curiis de Madrid anni 1563. quæ hodie eſt l.8. tit. 7.lib.5.in noua compillatione declarantur.369.col.2.n.44
L.40.Tauri quæ hodie eſt in noua collectione l.5.titu. 7. libr.5.exactiſſimè declaratur & aſſignatur eius vera decidendi ratio.389.colum. 1.nu.28.& 214. colum.2. num.9
L.45.Tauri quæ hodie eſt in nouo Ordinamento.l.8.titu. 7.lib.5.diligenter explicatur.421.colum. 1. nu.1. cum ſequentibus.
L.45.Tauri quid vltra.l.7.tit.4.parti.5.diſpoſuerit.421. col.2.n.5
L.17.& 44.Tauri ſenſus.452.colum.1.numer.11. & colum.2.nu.12.17.& 454.col.2.nume.25. & numer.28. & 29
L.4.Tauri quæ hodie eſt.l.3.tit.4.lib.5.noui Ordinamenti explicatur.520.col.2.nu.21
Regia Pragmatica à Rege Henrico ſecundo lata interſeritur & declaratur.523.col.1 n.42
Pragmaticæ de Bormes tenor apponitur. 460. col.2.nu. 58.& declaratur 1.p.461.col.2
Clauſula teſtamenti Regis Henrici, cuius tenor hodie inſertus eſt in l.11.tit.7.lib.5.noui Ordinamenti declaratur.30.col.1.n.21.& 22. & 39.col. 2.n. 21.& 483. col.2.n.38.cum pluribus ſequentibus.




# INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM, SENTENTIARVMQVE INSIGNIVM, QVAE IN HISCE LIBRIS DE HISPANORVM Primogeniis continentur: in ordinem Alphabeticum congeſtus.

* * *

## A.


Actuum celeritas facit, vt vnus alterum occultet.pag.5,col.1.num.19
Actiones actiuæ & paſſiuæ tranſeunt in legatarium partis hæreditatis.68,col. 1.n.6
actio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.67, col.2.n.10
actio hypothecaria poteſt aduerſus ſingularum ſucceſſorem exerceri.ibid.col.2
Actus qui ex iure communi atque ſpeciali fieri poteſt, ex iure communi factus eſſe præſumitur.189,col.2.n. 14
actus ſemper præſumitur geſtus ex cauſa firmiori atque vtiliori.ibid.n.15
actio quòd metus cauſa in rem ſcripta eſt, datúrque contra ſingularem ſucceſſorem quatenus ex metu locupletior factus eſt.194.col.2.n.12
actus qui poteſt habere diuerſos fines, ſeu reſpectus, dicitur æquè principalis reſpectu vnius ſicut reſpectu alterius.203,col.2.n.15
actus qui gratis fieri debet, ſi pretio interueniente fiat, dicitur fieri turpiter ac doloſè.215,col.1.n.33
actus qui de per ſe ſumptus honeſtus eſſet, efficitur turpis ſi pro eo expediendo aliquid exigatur. 215,col.2.n. 40
Acceptās Maiōrātūs ſucceſſionem ex electione, non peccat etiamſi indignitate facti indignus ſit.221, col.2.n. 77
actus geſtus contra formam nullus eſt. 139, columm.2. num.4
actus qui fieri poteſt, ex duplici poteſtate cenſetur fieri ex ea quæ ſuſtineri poteſt.249,col.2.n.70
actus morientium pendere non poſſunt conſiderato ſtatu præſenti, ſecus ſi ſtatus futurus conſideretur.413,col. 2.n.33
actus morientium pendere poſſunt in conditionalibus diſpoſitionibus.413,col.1.nu.27
actus morientium pendere poſſunt quoad effectus ſucceſſionis, non autem quoad diſpoſitionis ſubſtantiam. ibid.n.28
actus morientium pendere poſſunt ex voluntate teſtantis.ibid.col.2,n.31
actus morientium pendere non poſſunt ex arbitrio tertij, ſed bene ex arbitrio teſtantis. ibid.n.34
actus ſemel perfectus non vitiatur, etſi deueniat ad caſum à quo incipere non potuit.411,col.2.n.12
Acceptatio in donatione an ſit neceſſaria hodie attenta. l.Ordinamenti.461,col.1.n.59.60
actio vtilis quæ acquiritur vocato ad Maioratus ſucceſſionem ex acceptatione Notarij, vtrum acquiratur ſibi reuocabiliter, an irreuocabiliter. 463, col.1.num. 69
Acceptatio primi vocati ad Maioratus ſucceſſionem, vtrum Maioratum irreuocabilem efficiat etiam reſpectu ſequentium ſucceſſorum. 464,col.1.n.73
acceptatio donationis vtrum mortuo donante vel donatario fieri valeat.465,col.2.n.77
Acta nocent eiſdem quibus & ſententia nocet.505,col.1. num.5
Actio, ſeu remediũ aduerſus tranſactionem triginta annis tollitur.512,col.1.n.37
Adoptiuus non eſt filius verus, ſed imaginarius. 26,col. 2.n.50
adoptiuus non ſuccedit in feudo, nec in Maioratu. ibid. num. 51
Ad legatum familiæ relictum admittuntur ſolùm hi qui tempore mortis teſtantis nati ſunt. 45, col.2.n.48
Ad reuocationem legati ea ſolemnitas requiritur, quæ in teſtamento, vel codicillo, vel alia qualibet vltima voluntate neceſſaria eſt. 65,col.1.n.56
Ademptio legati quæ inducitur ex inimicitia ſuperuenienti, duobus teſtibus probari poteſt.ibid.n.57
Adminiſtratio auferenda eſt tenaci, ſicut prodigo. 111, col.2.n.13
Ad Maioratus poſſeſſorem pertinet ius eligendi Magiſtratus in oppidis ſuæ iuriſdictionis.158, colum. 1.numer.1
Ad reciſionem contractus iurati metu facti relaxatio iure requiritur, id tamen in practica non ſeruatur. 194,col.2.n.13
Ad Primogenij præſcriptionem vtrũ vnus actus ſucceſſionis ſufficiat, an verò plures requirantur. 227, col.1.n. 24
Ad inducendam conſuetudinem duo ſaltem actus requiruntur: ad præſcribendum vero vnicus actus eſt ſufficiens.ibid.n.25
Ad inducendam conſuetudinem ſufficit vnicus actus, ſi is habuit continuationem ac tractum ſucceſſiuum per tempus ad illam inducendam requiſitum ibid.n.26
Adultus etiam curatorem habens poteſt abſque eius authoritate teſtari.249,col.2.n.7
Adiecto grauamine hæredi vt aliquid impleat ſi monitus intra annum adimplere neglexerit, hæreditate priuetur, licet commodum hæredi non ſequatur. 311, col.1.n.15
Ad maioratus ſucceſſionem ad quam filij ſimpliciter vocantur, nunquam filius naturalis admittendus eſt, niſi ex coniecturis aliud comprehendatur.362, colum. 2. num.45
Admiſſus ſemel ad maioratus ſucceſſionem, perpetuò admiſſus cenſendus eſt.411,col.2.n.11
Ademptio legati vel inſtitutionis in pœna facta non valet ſi pœna ex cauſa iniuſta procedat: ſi autem ex cauſa honeſta valet.297.col.1.n.32

Aduerſus tranſactionem agens in primis reddere debet quod ex ea accepit vt audiatur.513.col.2.n.43
aduerſus tranſactionem agens non cogitur ſtatim ſoluere pœnam in ea promiſſam, niſi lite finita, & quomodo fiat.Ibidem n.44
Aedificia in ſolo Regni facta an cedant ipſi Regno abſque ſolutione æſtimationis.16.col.1.n.27
æs alienum vniuerſum patrimonium concernit.66.col.2.num.3
æſtimatio ſoluenda ſemper eſt ſecundum tempus ſolutionis.166.col.1.n.13
ædificia facta à Maioratus poſſeſſore, in rebus Maioratus qualiter ipſi Maioratui cedant.166. colum. 1. numero.14.vbi latiſſimè agitur de ratione ac iuſtitia. l. 46.Tauri.
æſtimatio digni ſeu dignioris inter filios ad Maioratus ſucceſſionem, qualiter facienda eſt.221.col.1.n.73
Affectionis ſeu prædilectionis ratio non poteſt aſſignari in deſcendentibus naſcituris, niſi ex gradus proximitate: qualiter hoc ſit intelligendum.379.col.1.n.53
Agnationis fauor vltra perſonas nominatas non extenditur.376.col.1.n.37
agnationis conſeruatio fauorabilis eſt, quando abſque tertij præiudicio ſit.368.col.1.n.31
agnati qui ſint 372.col.2.n.3
agnationis conſeruandæ ratio ex maſculorum vocatione deprehenditur.374.col.2.n.25
Alimenta præſtanda ſunt patri à quo propter diſſipationem bona Maioratus auferuntur.11.col.2.n.17
alimenta nō poſſunt tolli filiis Principis reſcripto, etiam ſi ipſi aliunde ea habeant, niſi ex magna cauſa.183.col.2.n.24
alimenta ſeu dotes loco legitimæ ſubrogantur. 318.col. 1. num.2
alimenta alicui debens poteſt eidem illa annuatim atque ad vitam tantum aſſignare.319.col.1.n.9
alimenta à Maioratus inſtitutore præſtanda non poſſunt in vſufructu, ſeu annuo redditu ad vitā, ſed in rei proprietate aſſignari.ibid.n.10
alimenta à Maioratus inſtitutore abſque onere & grauamine præſtanda ſunt.Ibid.n.12
alimenta filiis non ſunt à Maioratuum inſtitutoribus titulo inſtitutionis relinquenda.320.col.2.n.20
alimenta competentia filiis relinqui debent, quod iudicis arbitrio committitur.323.col.2.n.39
alimentorum quantitas in regiis facultatibus aliquando taxari ſolet.Ibid.n.41
alimenta non ſolùm à Maioratus inſtitutore filiis legitimis ſed naturalibus atque ſpuriis relinquēda ſunt.324.col.1.n.42
alendi obligatio ad hæredes Maioratus inſtitutoris trāſfertur atque ad donatarium omnium bonorum & ad monaſterium.324.col.1.n.43
alimenta ſunt ſoluenda à Maioratus poſſeſſore, ſicut cætera debita Maioratus inſtitutoris Ibid.n.44
alimenta non ſunt relinquenda à Maioratus inſtitutore filiis naturalibus atque ſpuriis, ſi aliunde habeant vnde ſe alant.324.col.2.n.55
alimenta filiis etiam ſpuriis ſecundum dignitatem perſonarum præſtanda ſunt.326.col.1.n.55
alimenta iudicis officio petenda atque præſtanda ſunt. 328.col.1
alimenta præſtare recuſans compellendus erit per pignorum capturam atque diſtractionem.328. colum.2. num.71
alimenta præſtanda ſunt in principio anni, vel cuiuſlibet quadrimeſtri.328.col.2.n.73
alimentandus non poteſt compelli ad recipienda alimenta in domo Maioratus poſſeſſoris.328. colum. 2. num.74
alimentorum atque dotis cauſa ſummarie tractanda eſt. 329.col.1.n.75
alimentorum atque dotis cauſa vtrum etiam inter laicos coram iudice Eccleſiaſtico tractari poſſit. 329. col. 1.n.76
alimenta non comprehenduntur ſub renuntione legitimæ facta à filiis etiam cum iuramento. 329. colum. 2. num.78
alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria non poſſunt ex cauſa ingratitudinis denegari, niſi ea cauſa ſit digna morte.330.col.1.n.2
alimentis ſeu dotibus ſemel aſſignatis vtrum poſſint qui illa amiſerunt, illa iterum exigere. 333. colum. 1. numero 22
alimento præſtare debentibus conſulitur, vt quātitatem alimentorum ſuper redditibus Maioratus aſſignent non autem integram in pecunia, vel alia re. Ibidem. num.28
alimenta lite pendente qualiter filiis vel fratribus à Maioratuum poſſeſſoribus præſtanda ſint.ibid.n.29
alimenta preſtāda ſunt lite pendente filio legitimato per ſubſequens matrimonium & filiis naturalibus & ſpuriis.334.col.1.n.32
alimenta lite pendente etiam fratribus preſtanda ſunt.Ibidem n.35
alimenta non ſolum lite pendente præſtanda ſunt ei qui vnam ſentētiam in ſuum fauorem obtinuerit, ſed etiā exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, & eis qui pro ſe habent aliquam nō leuem præſumptionem.Ibidem.n. 36
alimenta lite pendente præſtanda, in qualibet parte litis peti poſſunt.334.col.2.n.38
alimenta lite pendente præſtita non repetuntur etiam ſi in diffinitiua conſtet ea nō deberi, qualitérque hoc intelligendum ſit.Ibid.n.41
alimenta lite pendente præſtantur, priùs preſtita cautione.Ibid.n.42
alimenta pendente lite deneganda ſunt quādo exhibetur in iudicio ſcriptura excludens omnino intentionem agentis, niſi violentia & dolus præſumatur.335. col.1. num.45
alimenta diuitibus lite pendente præſtanda non ſunt.335. col.1.n.46
alimenta præſtanda lite pendēte qualiter taxanda ſunt. Ibid.num 47
alimenta filiis ac deſcendētibus ingratis à Maioratus inſtitutoribus ſeu poſſeſſoribus præſtanda non ſunt.329. col.2.n.78
alienare prohibitus perfectus dominus non eſt.128.col. 2. num.1
alienatione prohibita, prohibetur etiam vſusfructus.cōſtitutio.136.col.2.n.8
alienare prohibitus non poteſt rem in Emphytheoſim cōcedere 141.col.1.n.22
alienans feudum, ſeu Emphyteoſim abſque conſenſu domini pœnam non incurrit, ſi alienatio aliàs nulla ſit. 332.col.2.n.18
alienari vtrum poſſint bona Maioratus pro dotibus, ſeu alimentis.332.col.2.n.21
alienatione rerum Maioratus facta, vtrum ſucceſſio Maioratus tranſeat ad illum, qui tempore alienationis proximior erat, ſeu ad illum proximiorem qui poſtea natus fuit ante mortem vltimi poſſeſſoris. 414.col. 2. num.44
alienationis prohibitio quæ ex verbo Maioratus deducitur vtrum expreſſa, an tacita ſolùm dicenda ſit.445. col.2.n.3.

aliena-



Alienationis expreſſa prohibitio etiam in contractu Maioratus appoſita impedit dominij tranſlationem. p.446.col.1.n.6
Alienationem rerum Maioratus reuocare poterunt ſucceſſores eo ordine, quo ad ipſius Maioratus ſucceſſionem admittuntur. Ibid.n.12
Alienationem rerum Maioratus reuocare non poteſt is, qui alienauit, vel alienationi conſenſit. p. 446. col.2. nu.16
alienare prohibitus non poteſt vtile dominium, nec ius in re alienare prohibita transferre.p 140.colum. 1.n. 15
alienationem nullam faciens poteſt illam reuocare.p. 447.col.1.n.18
alienans rem feudalem, ſeu fideicommiſſo ſubiectam, vel aliàs alienari prohibitam poteſt alienationem reuocare.Ibid.n.19
alienatio nulla poteſt reuocari ab eo qui illam fecit, vel eius hærede, quando nullus alius ſupereſt qui illam reuocare poſſit.p.447.col.1.n.20
alienans rem Maioratus quando de euictione teneatur. p.448.col.1.n.29
alienatio bonorum Maioratus ſub conditione ſi Princeps facultatem concedat, reſcindi non poteſt, donec Principis licentia requiratur.p.477.col.2.n.48
alienans rem prohibitam ſi id fieri poteſt, obſeruata mente prohibentis, non incurritur pœna.p.479.col.2. nu.5
alienatione prohibita etiam permutatio comprehenditur.p.480.col.1.n.11
alienari poteſt res Eccleſiæ longè ſita ſi commodè frui non poſſit.p.488.col.2.n.17
alienatione bonorum Maioratus ex facultate Regia permiſſa, annui redditus ſuper eis conſtitui poſſunt. p. 486.col.2.n.5.& p.489.col.2.n.29
alienandi facultas ad hypothecam extenditur.p.488. col.n.18
alienationis vno actu permiſſo, & alius eiuſdem effectus, vel melioris permiſſus cenſetur. Ibid. col.2.n.19
alienatio ſine licentia facta, an confirmetur ex licentia ſuperueniente.p.490.col.1.n.33
alienatio bonorum fideicommiſſi tam pro reſtituenda, quàm conſtituenda dote permittitur.p.492.col.2.nu. 164
alienatio ſeu obligatio bonorum Maioratus non præcedente bonorum liberorum obligatione, ſeu alienatione, vtrum in totum nulla ſit, vel vſque ad valorem bonorum liberorum.p.498.col.1.nu.6
alienatio bonorum Maioratus an retractetur bonis liberis ſuperuenientibus.p.499.col.1.n.13
alienās rem Maioratus cum facultate, an teneatur ipſe vel eius ſucceſſor bonis liberis ſuperueniētibus aliam æquiualentem ſubrogare.p.499.col.2.n.16
alienare non poteſt contrahendo qui non poteſt delinquendo.p.504. col 1.n.7
Alteri per alterum ſi ex ſtatuto quæratur obligatio, intelligitur cum acceptatione abſentis. p.461. col.2.nu. 63
alteri per alterum qualiter quæratur obligatio iuramento interueniente.p.462.col.1.n.65
Antiquitates Hiſpaniæ ex ſcriptorum penuria omnium incertiſſimæ, in Præfatio.13
An lex Imperator.ff.ad Trebell.procedat in dilapidatione quæ ex ſola culpa proceſſit, an dolus requiratur. p.111.col.2.n.12
Annui redditus redimibiles vtrum inter mobilia vel immobilia connumerentur.p.270.col.1.n.6
An in Maioratu habeatur præceptum pro impleto, tertio iniuſte impediente matrimoniū.p.306.col.1.nu.27
Anni principium à quo tempore numerandum ſit vt fructuum diuiſio pro rata efficienda ſit.p.419.colum.1. n. 18
Animus non reuocandi ex quibus verbis colligatur. p. 455.col.2.n.30
Appellatio filiorum nepotes non comprehendit, præſertim vbi agitur de extenſione fideicommiſſi. p.41.co.1. num. 27
appellatio filiorum quæ in incertum ac futurum euētum confertur, nepotes & alios deſcendentes comprehendit.ibid.n.29
appellatio filiorum in Hiſpanorum Primogeniis nepotes & omnes deſcendentes in infinitum comprehendit.p. 41.col.2.n.28
appellatio maſculorum, maſculos & fœminas deſcendentes comprehendit, quando non agitur de agnationis conſeruatione.p.33.col.1.n.36
appellatio vtrum admittēda ſit in remedio poſſeſſorio, quod ex l.45.Tauri conceſſum eſt. p.82.col.2.n.17
appellatio in omnibus interdictis poſſeſſoriis habentibus annexam proprietatis cauſam admittenda eſt.p.347. col.1.n.18
Apprehenſio vnius rei ex pluribus non transfert poſſeſſionem in aliis. p.454.col.1.n.22
apprehenſione partis quando quæritur poſſeſſio totius. ibid.n.23
Argumentum de Regno ad Maioricatum iuriſdictionem habentem non omnino quo ad ſucceſſionem muti procedit.p.96.col.1.n.63
Arbores fructiferæ vento euulſæ vtrum lucro Maioratus poſſeſſoris cedant.p.146.col.2.n.165
Arcis præfectus, vel ſimiles officiarij à Maioratus poſſeſſore creati expirant eius morte.p.162.col.1.n.19
Arbiter non poteſt aliquid recipere pro arbitrio explicando.p.215.col.1.n.34
Armorum delatio memoriam teſtatoris cōſeruat.p.310. col.1.n.6
Argumentum à contrario ſenſu non eſt admittendum ad iuris correctionem p.376.col.1.n.33
armorum & nominis delationis præceptum non inducit agnationis conſiderationem.p.384.col.2.n.78
arbitrium iudicis in aſſignandis alimentis filiis Maioratus inſtitutoris, latiſſimum eſſe debet. p. 323. col.2. num.40
Aſſignatio legitimæ facta à parente in vita filio in poteſtate vtrum ſtatim valeat irreuocabiliter.p.80.co. 2.num.6
Aſtrictus ad rationem reddendam inuentarium facere tenetur.p.173.col 1.n.3
Aſſenſus Regius ad feudi alienationem non extenditur de contractu ad contractum.p.487.col.2.n.14
aſſenſus Regius alienandi feudum vni nō ſufficit ad alienandum alteri.p.489.col.2.n.31
Augmētum quoddam facto hominis, quoddam à natura procedit.p.163.col.1.n.1
augmētum quoddā extrinſecum, quoddam autem intrinſecum appellatur.p.18.col.1.n.2
augmentum facto hominis contingens propriam ac ſeparatam conditionem habet.p.163.col.2.n.3
augmentum quod non poteſt ſubſiſtere de per ſe, vtrum Maioratui cedat.p.165.col.2.n.11
Aui & proaui & cæteri aſcendentes ſi Maioratum inſtituant, tenentur deſcendentibus quibus legitima debetur, alimenta atque dotes relinquere. p.318. col.2. num.5
Auth.res quæ.C.communia.de leg.an procedat in omnibus deſcendentibus, an in his tantùm quibus teſtator tempore fideicommiſſi relicti tenebatur dotem dare. p.492.col.1.n.4

Authen.

Authen.res que.C.communia de legat.an procedat in fideicommiſſo relicto piæ cauſæ.p.495.col.2.n.23

Azo collectioni legum Partitarum intereſſe non potuit. p.398.col.2.n.23

Azo quo anno mortuus & ſepultus fuerit.Ibid.n.24


B


BArtholi opinio in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. declaratur.p.408.col.2.n.20

Beneficium cedendarum actionũ datur fideiuſſori etiam ad Maioratus bona.p.499.col.1.n.11

Bombardæ in fortalicijs Maioratus ab eiuſdẽ poſſeſſore ſimpliciter appoſitæ bona libera iudicanda ſunt.p. 164.col.1.n.5

Bona Regni & Maioratus inalienabilia ſunt.pa.14.col. 1.n.17

Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt ex debitis illius qui fideicommiſſum inſtituit.p.66.col.1.n.2

Bona fideicommiſſi vendi nõ poſſunt vbi bona libera ſuperſunt ex quibus debita teſtantis ſolui poſſint.p. 66. col.2.n.4

Bona Maioratus alienari prohibita poſſunt alienari ſeu obligari ex cauſa neceſſaria.p.70.col.2.n.20

Bona quæ pertinent iure Primogenituræ nec diuiduntur nec conferuntur.p.74.col.1.n.2

Bono publico dignitatum diuiſio prohibetur.Ibid.col. 2. num.6

Bona in quibus non poteſt ſuccedere niſi vnus,neceſſario primogenito deferenda ſunt.p.75.col.1.n.9

Bona à Principe ſub titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus conceſſa, an bona libera ſeu Maioratui ſubiecta cenſenda ſint.Ibid.n.10

Bona ſemper libera præſumuntur non Maioratui ſubiecta Ibid.n.11

Bona expreſſe prohibita alienari, ſi alienẽtur poterit ea ſequens vocatus in vita poſſeſſoris ſibi vendicare. p. 114.col.2.n.32

Bona Maioratus qualiter ſunt ad tributorum contributionem æſtimanda.p.134.col.2.n. 44

Bona Maioratus vtrum poſſint in Emphyteoſim cõcedi. p.144.col.2.n.31

Bona immobilia confiſcata vtrum pertineãt Maioratus poſſeſſori.p.162.col.2.n.24

Bonorum donatio ſeu commutatio non eſt prohibita Epiſcopis, niſi ex vltima voluntate.p.273.col.2.n.34

Bona fides alterius ex cõiugibus ſufficit ad hoc, vt filius ſuccedat in Primogenio vtriúſque p.349.col.1.n.15

Bonum cambium à Principe non ab illo in cuius fauorem Princeps diſpoſuit petendum eſt,p.359.col.1.n.21

Bonorum poſſeſſio Carboniana in feudis præſtatur. 429. col.2.n.26

Bonorum poſſeſſio Carboniana in Hiſpanis Primogeniis locum habet Ibid.n.27

Bonorum poſſeſſio Carboniana non competit, niſi præteritis vel inſtitutis ſub appellatione filiorum legitimorum cum ipſi legitimi non ſint.p.430.col.1.n.28

Bonorum poſſeſſio Carboniana non habet locum, niſi vbi agitur de hæreditate.Ibid.n.29

Bonorum poſſeſſio Carboniana vtrũ competat pro legatis vel fideicommiſſis.p.432.col.2.nu.30

Bonorum poſſeſſio Carboniana in Maioratibus ex cõtractu inſtitutis & in aliis etiam ex teſtamento, non tamen iure inſtitutionis factis locum non habet qualitérque hæc intelligendum ſit.p.430.col.1.n.32

Bonorum poſſeſſio Carboniana non datur filio quem euidenter conſtat illegitimum eſſe.p.431.col.2.n.39

Bona Maioratus ex propria natura alienari prohibita ſunt.p.445.col.1.n.2

Bona Maioratus nedum alienari ſed pignori, ſeu hypothecæ ſubiici prohibentur.Ibid.n.7

Bona Maioratus qua ratione non poſſunt ab alienante vendicari.p.447.col.2

Bona Maioratus quando venduntur in publica ſubhaſtatione vendenda ſunt.p.477.col.1.n.44

Bona Maioratus alienari poſſunt ad aliorum ſubrogationem, ea quæ iuſta cauſa eſt, vt facultas Regia concedatur.p.479.col.1.n.1.& p.486.col.1.n.12

Bona dotalia permutari poſſunt quando id vtile mulieri fuerit.Ibid.n.2

Bona fideicõmiſſi permutari poſſunt ſi id vtile ſit.p.479. col.2.n.7

Bona ex donatione Regis Henrici, quæ dicuntur (Enriqueños) ſi vendantur cum facultate Regia, vtrum ad emptorem cum ſua cauſa & qualitate tranſeant. p.483.col.1.n.39 40.43

Bona Maioratus ſi poſt confiſcationem, à principe eadem donentur, vtrum tanquam libera cenſeantur donata vel cũ priori Maioratus qualitate.p.484.col.1. n.45.

Bona Maioratus ſeu fideicõmiſſi alienari poſſunt ex cauſa neceſſaria procedente ex facto inſtitutoris.pa.491. col.1.n.3

Bona Maioratus ſeu fideicommiſſi alienari poſſunt ex cauſa dotis & donationis propter nuptias danda vel reſtituenda liberis & deſcendentibus inſtitutoris Ibid. n.2.3

Bona fideicommiſſi etiam pro alendo ſe & liberis & nuru poſſunt alienari.p.492.col.2.nu. 8.& p.495.col.2. num.22.

Bona Maioratus alienari etiam poſſunt pro redemptione alterius rei Maioratus captæ ab hoſtibus.p.492.col. 2.num.9.& p.495.col.2.n.22

Bona fideicommiſſi ſeu Maioratus non ſunt alienanda etiam in caſu permiſſo quando ex fructibus ſatisfieri poteſt & quomodo intelligendum ſit.pag. 493. col. 2. num.15

Bona fidei cõmiſſi pro cauſa dotis alienari poſſunt etiam ſi omnia bona ſit neceſſe alienari.p.494.col.1.n.16

Bona Maioratus alienari poſſunt pro dotibus & alimentis ad quæ inſtitutor tenebatur non obſtante quacunque eius prohibitione.p.523.col.1.n.19

Bona Maioratus ſine facultate nullo modo neque ex vlla cauſa alienari poſſunt.p.496.col.1.n. 26

Bona Maioratus ſine Regia facultate neque permutari etiam in vtilitatem Maioratus poſſunt.Ibid.n. 26

Bona Maioratus an alienari poſſint pro reficiendis aliis bonis ipſius Maioratus p.496.col.2.n. 28

Bona reſtitutioni ſubiecta quando alienari permittuntur debet fieri deficientibus bonis liberis.p. 497. col. 1.num.2

Bona libera deficere quando verificandum ſit an tempore obligationis vel exactionis.p.498.col.2.num.8.& p. 500.col.2.n.19

Bona Maioratus non magis grauantur quòd creditor ex eis debitum exigat, quàm ex fideiuſſoribus. p. 499. col.1.n.10

Bona Maioratus non poſſunt fiſco adiici ex delicto Maioratus poſſeſſoris.p.518.col.1.n.1

Bona prohibita alienari non poſſunt tranſire in fiſcum ex confiſcatione.Ibidem n.5

Bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt tranſire in fiſcũ ex confiſcatione Ibid.n.6

Bona quæ à genere vel maioribus proceſſerunt, fiſco ex delicto non adiiciuntur.p.519.col.1.n.9

Bona Maioratus vtrum poſſunt fiſco adiici ex delicto inſtitutoris p.519.col.1.n.18

Bona alteri donata vel obligata etiam reuocabiliter non tranſeunt in fiſcum.Ibid.n.19







Bona iure Maioratus alicui atque eius deſcendentibus à Principe donata ex crimine læſæ Maieſtatis confiſcari poſſunt.p.523.col.2.n.39

Bonis iure Maioratus à Rege donatis quilibet ſucceſſor cenſetur Regis immediatus donatarius.p.524.colu. 1. num.48

Bona Maioratus eorum proditorum qui aduerſus Carolum V. Imperatorem, & Ioannam eius matrem anno 1520. conſpirarunt confiſcanda ſunt, ex quadam pragmatica apud oppidum de Bormeslata.p.525.col.1. num.57

Bona Maioratus ex Regia facultate inſtituti confiſcantur ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ & nefando, quando ea crimina in facultate excepta non ſunt.Ibid.col.2.n.63.


C


CAmbium an præſtandum ſit à Principe Maioratus poſſeſſori ob res alienatas cum Regia facultate p.470.col.1.n.6

Caſus contingens præter diſponentis ordinationem non comprehenditur in diſpoſitione etiam ex maioritate rationis.p.18.col.1.n.3

Caſus qui venit ex natura expreſſi cenſendus eſt expreſſus etiam ſi in verbis omiſſus fuerit.p.20. col. 1.n.21

Cauſa finalis eſt prima in conſideratione diſponentis, & vltima in fieri diſpoſiti.p.29.col.1.n.15

Cauſa non præſumitur in Principe aliquid in præiudiciũ ſucceſſorum diſponente, niſi ea præciſe probetur. p.53. col.2.n.32

Cauſa ingratitudinis non excludit quem à ſucceſſione, niſi à teſtatore exhæredatus fuerit.p.58.col.2.n.9

Cauſa ingratitudinis vel inimicitiæ ex ſequenti vocatione expreſſa aboletur.p.58.col.2.n.12.

Cauſa ingratitudinis remiſſa cenſetur ex tacita vel expreſſa reconciliatione inter Maioratus ſucceſſorem & inſtitutorem ſubſequuta.p.63.col.1.n.42

Cauſa ingratitudinis commiſſa contra inſtitutorem Maioratus defunctum in quo differat ab illa quæ contra ipſum viuentem committitur.p.63.col.2.n. 46

cauſa neceſſaria ad alienationem rerum Maioratus dicitur bonorum Maioratus reparatio p.70.col.2.n.21

cautio de re Maioratus non dilapidanda, vtrum poſſit ab eius inſtitutore remitti.p.106.col.2.n.10.

cautio præſtanda à Maioratus poſſeſſore fideiuſſoria eſſe debet p.107.col.2.n.14

cautio idonea debet eſſe.Ibid.n.18

cautio quando ex maximo rei valore idonea eſſe non poteſt, ſufficit ſi præſtetur eo modo quo præſtari poſſit ſecundum rei qualitatem.Ibid.n.19.

cautio de re, arbitrio boni viri fruenda diuerſa eſt ab ea, quæ de re reſtituenda præſtatur.Ibid.col.2.n.26

cautio de re arbitrio boni viri fruenda à Maioratus poſſeſſore non præſtatur.p.107.col.2.n.25

cautio de re reſtituẽda remitti poteſt, ea autẽ que de re arbitrio boni viri fruenda præſtatur non remittitur.p. 107.col.2.n.27

cautio Mutiana non habet locum in contractibus.p. 296. col.1.n.26

cautio Mutiana habet locum in donationibus cauſa mortis.Ibid.n.27

cautio ad alimenta lite pendente percipienda quid continere debet.p.334.col.2.n.43

cautio iuratoria vtrum ſufficiat ad alimenta lite pendẽte percipienda ſi ſatiſdatio præſtari non poteſt. Ibid. num.44.

cauſa publica requiritur vt princeps poſſit auferre ius in ſpe competens ad Maioratus ſucceſſionem, & quod præſtetur bonum cambium.p.358.col.2.n.20.

cauſa publica requiritur ad hoc, vt Princeps poſſit filiũ in præiudicium vocatorum ad Maioratuum ſucceſſionem legitimare.p.359.col.1.n.22.

cauſatum non poteſt eſſe potentius ſua cauſa. p. 377.col. n.46

cauſa neptis aduerſus patruum ferè apud omnes gentes & nationes in primogeniorum ſucceſſione potior fuit. p.386 col.1.n.2.

carbonianum edictum vtrum habet locum in remedio poſſeſſorio, quod ex l. 45. Tauri competit. p.429. col. 2.num.25

carbonianum edictum non habet locum, niſi in hæreditate paterna, non autem in materna vel aliorum cognatorum hæreditate.p.430.col.2.n.33

cautela vt in quibuſcunque bonis Maioratus bonorum poſſeſſio carboniana locũ habeat.p.431.col.2.n. 38.

cautio nedum pro damno præterito, ſed pro futuro peti poteſt.p.439.col.1.n.5

cauſæ quæ ſuper maximo patrimonio verſantur, cauſis criminalibus atque ſtatus equiparantur. p. 442. col. 1.num.29

cautela ad impetrandam facultatem alienandi ſine metu pœnæ prohibitionis inſtitutoris Maioratus p.476.col. 1.n.38.39

cauſa fauore legatarij adiecta ſubſtantiam legati non mutat.p.129.col.2.n.8

cauſæ Maioratuum cæteris grauiores, in Præfatio.nu. 9.

Cæcus vtrum poſſit in Maioratu cui etiam dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt, ſuccedere.p 96.col.2 n. 66.

cæcus qui à iure prohibetur iudicare poterit iuriſdictionem acquirere ex ſucceſſione alicuius Baroniæ. p.96. col.2.n.67

Cenſus à poſſeſſore Maioratus redemptus an ipſius Maioratus efficiatur.p.165.col.2.n.10

centenaria præſcriptio vtrum ſufficiat ad Primogenij probationem.p.230.col.2.n.43

centenaria præſcriptio vtrum immemoriali potior ſit.p. 230.col.2.n.44

centenaria preſcriptio nec immemorialis eſt, nec eius officium ſortitur.p.230.col.2.n. 45

centenaria præſcriptio immemoriali nõ æquiualet, etiam ſi eius initium non probetur, niſi in ea præſcriptione titulus adſit.p.246.col.1.n.50

ceſſio iuris primogenituræ valida eſt, etiam ſi viuente vltimo Maioratus poſſeſſore facta ſit.p.365. columna 2. num.22

ceſſio iuris primogenituræ facta viuente primo Maioratus inſtititore valida non eſt, niſi eo conſentiente, ac in conſenſu perſeuerante fiat.Ibid.nu.11

ceſar apud Romanos appellabatur is qui mortuo Imperatore in Imperio ſucceſſurus erat, is autem qui Imperium poſſidebat Auguſtus.p.388.col.2.n.21

cæſaris deſignatio à principis deſignatione in quo differat ſeu conueniat.Ibid.n.49

ceſſione quando Maioratus fuit irreuocabilis.p.452. col. 2.num.14

ceſſio in quibus locum habeat traditionis.Ibid.n.15

certioratio minoris in renuntiatione iurata non requiritur.p.196.col.1.n.22

Chronicæ generalis Hiſpaniarum locus de regni ſucceſſione expenditur.p.10.col.1.n.13

Ciuitas quælibet hodie habet vim prouinciæ.p.95.col.2. num.55

ciuitates vt plurimum nullam iuriſdictionem habent.p. 159.col.2.n.9

citatio debet interuenire vbi cauſæ cognitio requiritur. p.358.col.2.n.13

citatio ſubſtitutorum & cauſæ cognitio requiritur eo tempore

tempore quo gratia in eorum præiudicium expeditur. p.366.col.2.n.23
Citatio per edictum requiritur in exemplanatione inſtrumenti, vbi certus aduerſarius non inuenitur. p. 433.col.1.n.49
Clauſula teſtamẽti Regis Henrici in hoc regno ſeruatur, vt lex, in præfatione.nu.17.
Clauſula teſtamenti Regis Henrici tenor inſertus eſt in legibus regni, in præf.nu.19.
Clauſula quòd in Maioratus ſucceßione ſeruetur is ordo qui in regni ſucceßione ſeruatur, vtrum ſit vtilis.p. 15.col.2.nu.23
Clauſulæ in teſtamento Regis Henrici 2.interpretatur.p. 30.col.2.n.32.& p.39.col.2.n.21
Clauſula quæ in Maioratu in contractu inſtituto apponi debet, vt alienatio etiam in vita alienantis reuocari poßit.p.86.col.1.n.35
Clauſula quæ apponi ſolet in Maioratibus, vt eorum poſſeſſores ſolum vſufructuari non domini ſint, an vtilis ſit, qualitérque apponi debeat.p.133.col.1.n.37
Clauſula ex certa ſcientia non ſupplet defectum ſubreptionis, nec operatur in his quæ ſunt facti.p. 140. col. 2.nu.15
Clauſula ex certa ſcientia operatur vt valeat actus etiã cum tertij præiudicio.Ibid.n.16
Clauſula ex certa ſcientia habet eandem vim, quam habet clauſula de plenitudine poteſtatis.p. 241.col.1.nu. 17
Clauſula ex certa ſcientia non operatur in tertii præiudicium, quando id eſt graue & enorme.p.242.col.1.n. 23
Clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis non operatur, niſi adhibita cauſæ cognitione legitima appoſita fuerit.p.242.col.1.
Clauſula ex certa ſcientia, vel clauſula non obſtante nihil operatur, vbi plura obſtãt, niſi vniuſcuiuſque ſpecifica derogatio fiat.Ibid.n.27.
Clauſula quòd ſi ſucceſſor nõ impleuerit cõditiones tranſeat ſucceßio in ſequentes, ac ſi primus fuißet mortuus, an ſit ademptio ſucceßionis facta in pœnam.p. 296.col.2.nu. 31
Clauſulæ ex certa ſcientia, ſeu de plenitudine poteſtatis à principe abſque cauſæ cognitione apponi non poßũt. p.358.col.2.n.12
Clauſula tranſlationis ſucceßionis Maioratus in ſequentem ſucceßorem ex delicto poſſeſſoris qualiter apponenda ſit.p.520.col.1.n.17
Clauſula acceſſoria contractus reuocabilis, etiam reuocabilis eſt.p.457.col.2.n.41
Clauſula ad contractus executionem appoſita non alterat eius ſubſtãtiam.Ibid.nu.42. & p.459.col.1.num. 49
Clauſula conſueta apponi quando operetur aliquod. p. 458.col.1.n.43.& p.459.col.2.n.51
Clauſula acceſſoria quando ſequitur naturam diſpoſitionis principalis.p. 459.col.1.n.48
Clauſulæ ſolitæ apponi de ſtylo curiæ cenſentur appoſitæ. p.497.col.2.nu.4
Clauſula bonis liberis deficientibus in facultate expreſſa non reddit eam conditionalem.p.498.col.2.n.7
Cauſæ, ſeu rationes ex quibus Falcidia & Trebellianica detrahuntur, concurrunt in Maioratibus. p.116.col.1. nu. 3
Cautiones inter patrem & filium pro aduentitiis hodie præſtari poſſunt.p.116.col.2.n.3
Cautio Mutiana in Maioratu non eſt præſtanda quando præſtita fuit cautio de re Maioratus reſtituenda ac conſeruanda.p.205.col.1.n.29
Cautio Mutiana licet non detur niſi in diſpoſitione conditionali, etiam cauendum eſt in diſpoſitione modali de modo implendo, & vtroque caſu res erit cum fructibus reſtituenda.p.204.col.2.n.23
Cautio Mutiana licet non habet locum ſi Maioratus fiat ea lege vt non poßit reuocari, tamen cauendum eſt cautione modali de rigore iuris.p.205.col.1.n.28
Ceremoniæ ſcrupuloſæ ac deridendæ in Hiſpania obſeruabantur antiquis temporibus in Comitatuum creatione.p.77.col.1.n.23
Clauſula quòd quarta detrahatur ex Maioratu, vtile eſt apponere.p.120.col.2.n.17
Clericus vtrum in Maioratu ſuccedat. p. 99.col.2.n.96
Clericus poteſt ſimul eſſe Comes & Epiſcopus.Ibid.n.97
Clerici infirmi non poſſunt donare cauſa elecmoſynæ niſi pauca & moderata.p.274.col.1.n.36
Clerici infirmi vſuariis æquiparantur. Ibid.n.37
Clericus poteſt ex generali Hiſpaniæ conſuetudine bona ſua donare atque ex teſtamento relinquere, eique ab inteſtato à conſanguineis ſucceditur.p. 276. col.2.nu. 54
Clericus vtrum poßit Primogenium inſtituere ex bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ.Ibid.n.53
Codicillus valet hodie etiam ſi teſtamentum atque hæredis inſtitutio non præcedant.p.259.col.1.n.39
Cognatio tam aſcendentes quàm deſcendentes & etiam collaterales comprehendit.p.25.col.2.n.42
Cognatus poteſt in perſona ſpurii Primogenium filiis legitimis deficientibus inſtituere p.288.col.2.n.33
Cognitio vera rerum à cauſis prioribus deriuatur. p.8. col.1.nu.1
Cognitio ſummaria præcedere debet, vt alimenta lite pendente præſtentur.p.334.col.2.n.39
Collationes beneficiorum quo reſpectu donationes vocari ſoleant.p.203.col.1.n.14
Comes poßidens Comitatum poteſt petere vt declaretur Comes.p.439.col.2.n.8
Communis loquendi vſus propriæ verborum ſignificationi præfertur.p.24.col.1.n.36
Compromiſſum valet inter hæredem & fideicommißarium p.509.col.1.n.18
Compromiſſum valet ſuper feudo ex licentia Regis.Ibi. col.2.nu.21
Condemnatio fructuum fieri debet in interdictis poſſeſſoriis.p.437.col. 2.n.69
Condemnatus ad mortem, vtrum valeat Primogenium inſtituere.p.279.col.2.n.68
Conditionis implementum ſufficit ſi per momentum duret.p.39.col.1.n.17
Conditionum repetitio ex mente teſtantis inducitur.p. 41.col.1.n.25
Conditio ſuſpendit effectum diſpoſitionis in tempus conditionis impletæ, modus verò non: ſed obligat poſt diſpoſitionem perfectam ad eius implementum. p. 293. col.1.nu.4
Conditio adiecta donatario vt aliquid faciat quod veniat implendum in futurum, modus reputatur & non conditio.Ibid.nu.5
Conditiones aut modi appoſiti in inſtitutione Primogenii ipſum Primogenium non reſoluunt. Ibid. col.2.n.7
Conditio viduæ impoſita ſi non nupſerit, hæreditatem ei traditam cum cautione Mutiana, ſi nupſerit reſtituet cum fructibus.p.295.col.2.n.21
Conditiones iuſtæ & honeſtæ quæcunque ſint à ſucceſſoribus Maioratus ſeruandæ ſunt, & non ſeruantes à ſucceßione priuandi.p.288.col.2.n.34
Conditiones impoßibiles turpes & inhoneſtæ in primogeniis appoſitæ implendæ non ſunt.Ibid.n.35
Conditio non habetur pro impleta, ſi matrimonium impediatur non à muliere cum qua ſucceſſor iuſſus eſt contrahere, ſed ab alio tertio, ſed aget ſucceſſor ad intereſſe niſi tertius non ſit ſoluendo 304.col.2.num.20. & 305.col.1.n.21.22
Conditio habetur pro impleta, ſi mulier cum qua eſt aſtrictus contrahere ſe celauerit ne requiratur.303.col. 2. numer.13 Idem ſi cum alio contrahat. Ibid. colum. 2. num.17
conditiones veræ appoſitæ in Primogeniis in vltima voluntate factæ implendæ ſunt reiecta conditione iuriſiurandi.298.col.2.n 46
conditione à teſtatore adiecta, vt ſucceſſores nomen & arma propriæ familiæ deſerant cenſentur bona Maioratui ſubiecta, etiam ſi aliter id non expreſſerit.310.col. 1.num.7
conditionis implementum nõ ſufficit momentaneum, ſed perſeuerantia requiritur in diſpoſitione habente tractum ſucceßiuum.39.col.1.n.19
conditio no habetur pro impleta in Maioratu inſtituto in contractu irreuocabili, ſi impedimento mulieris cum qua debet contrahere ſucceſſor, conditio deficiat. 304. col.2.n.19
conditiones impoßibiles vitiant diſpoſitionem in primogeniis in contractu reuocabili factis. 297. colum. 2. num.40
cõditiones impoßibiles à natura vel à iure poſitæ in Primogeniis factis in teſtamento ſeu in contractu reuocabili reiiciuntur.299.col.1.n 39
conditiones & grauamina in Primogeniis potiùs ad modum quàm ad conditionem referendæ ſunt.298.col. 1. num.41
conditio turpis vera in Primogenio adiecta vni vocato nõ vitiat primogenium, niſi ſolam illam vocationem, niſi omnibus vocationibus in infinitũ adiecta ſit.298. col.2.n.43
conditiones impoßibiles de facto vitiant inſtitutionem, legatum, ſeu fideicommiſſum.297.col.2.n.37
conditiones impoßibiles à natura, vel à iure, ſeu à facto in contractibus appoſitæ vitiant contractum. Ibidem. num.38
conditio iuramenti relata ad res præteritas vel præſentes adimplenda eſt: ad futuras verò tãquam turpis reiicienda.298.col.2.n.45
conditio iuramenti non reiicitur à Maioratu facto in cõtractu reuocabili, etiam quoad veras & proprias cõditiones.299.col.1.n.49
conditio adiecta in Primogenio vt ſucceſſor teneatur cõtrahere matrimonium cum perſona talis familiæ, vel cum perſona certa aliàs ſucceßione priuetur, ſeruanda eſt 336.col.1.n.1
conditio cõtrahendi matrimonium cum certo genere perſonarum valet.302.col.2.n.3
conditio de contrahendo cum conſanguinea in tertio, vel quarto gradu præcedente Pontificis diſpenſatione, ſeruanda eſt.303.col 1.n.8
conditio quòd ſucceſſor Primogenij contrahat cum aliqua, ea recuſante habetur pro impleta.304. colum. 1. num.14
cõditio quòd quis accipiat aliquam, ſi ipſe vel muliere ante matrimonium moriantur, pro defecta habetur. 305. col.1.n.23
conditiones nominis & armorum delationis præcisè ſunt à ſucceſſoribus Maioratuum ſeruandæ. 310. colum. 1. num.10
conditio quæ tacitè ineſt à iure ſi exprimatur non efficit actum conditionalem. 322.col.2.n.31
conditio tacita nunquam operatur actus contra eam facti nullitatem 322.col.2.n.32
conditiones negatiuæ non adimplentur, niſi per reductionem ad impoßibilia.412.col.1.n.17
conditio negatiua non admittit adimplementum momẽtaneum, ſed in ea requiritur quòd implemẽtum duret. ibid.num.18
conditio negatiua ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris nõ reſtringitur ſed ſufficit quòd quocunque tempore impleatur.412.col.2.n.22
conditio negatiua in Primogeniorum ſucceßione tempore mortis vltimi poſſeſſoris purificatur.414.colum.1. num.40
conditio negatiua quæ ad certum tempus refertur in illo purificatur, nec eſt aliud tempus expectandum. Ibi. col.2.n.41
conditio negatiua in aliis diſpoſitionibus extra Maioratus tempore mortis vltimi poſſeſſoris nõ purificatur, ſed tempore quo impoßibile ſit affirmatiuam adimpleri non poſſe.414.col.2.n.43
conductor rerum Maioratus non tenetur ſtare locationi mortuo Maioratus poſſeſſore.139.col.1.n.4
conductori rerum Maioratus conſulitur, vt faciat filium primogenitum locantis ſeu quemcunque eius ſucceſſorem in locatione conſentire.139.col.2.n.5
conductor qui plures expenſas fecit in re Maioratus cõducta non poteſt illas recuperare ab hæredibus vltimi poſſeſſoris qui ante finitam locationem mortuus fuit.139.col.2.n.9
conductor ad longum tempus Emphyteotæ æquiparatur. 140.col.2.n.21
cõfeßio inſtitutoris Maioratus vocatum poßidere res in Maioratu contentas, idem operatur quod cõſtitutum. 454.col.1.n.13
confirmatio ex certa ſcientia neceſſaria eſt ad hoc, vt Maioratus abſque Regiã licentia factus validetur. 140. col.1.num.6
confirmatio in forma cõmuni non validat quod ex ſe nullum atque inualidum eſt.Ibid n.7
confirmatio ex certa ſcientia validat id quod ex ſe nullũ eſt.Ibid.n.8
cõfirmatio ex certa ſcientia, vel in forma ſpeciali quæ dicatur.Ibid.n.9
confirmatio in forma cõmuni præſtat iuſtam cauſam præſcribendi.Ibid.num.11
confirmatio Maioratus abſque Regia licentia facti, vtrũ valeat ſi poſt mortem inſtitutoris eiuſdem cõcedatur. Ibid.col.2.n.12
confirmatio Principis conceſſa poſt mortem illius qui facit actum non valet.241.col.2.n.20
confirmari non poteſt actus, niſi eo tempore quo fieri poteſt.Ibid.n.21
coniectura Maioratus inducitur ex armorum & nominis grauamine.32.col.2.n.34
cõiectura Maioratus ſumitur ex dictione ſemper & perpetuò, & ſimilibus.32.col.2.n.33
coniectura agnationis non inducitur in Hiſpania ex conditione delationis armorum.118.col.1.n.9
conſenſus viuentium his qui nati non ſunt præiudicare non poteſt.52.col.2.n.27
conſenſus vbi requiritur, ſemper ex certa ſcientia præſtari debet.149.col.2.n.10
conſentiens vel facultatem præſtans, quando dicatur donare.474.col.1.n.24
cõſilium quod ab Scri.præſtari ſolet, vt res alienari prohibita, alienari valeat ex lite procurata, reiicitur.503. col.2.n.2
conſuetudines vrbis Romæ in aliis prouinciis ſeruabantũr.10.col.2.n.18
conſuetudo deferens ſucceßionem Primogenito, intelligenda eſt relictis cæteris filiis competentibus alimentis 181.col.1.n.11.
conſuetudo non poteſt niſi à populo, vel eius maiori

parte introduci.224.col.1.n.2
Conſuetudo vtrum poßit introduci ab aliqua parte ciuitatis.ibid.n.3
conſuetudo introduci poteſt à parte ciuitatis, ſi ea pars habeat iuriſdictionem, vel tacito populi cõſenſu cõfirmata ſit.224.col.2.n.5
conſuetudo immemorialis de qua in l.41. Tauri, vtrum vera conſuetudo, an præſcriptio appellãda ſit. 225.co.1.n.9
Conſuetudo & præſcriptio inter ſe differũt. 225.col.1.n.10
Conſuetudo immemorialis vicem legis, conſtituti atque priuilegii obtinet.ibid.col.2.n.13
Conſuetudo regulariter fauorabilis eſt, & ideo extẽdenda.226.col.2.n.20
cõſuetudo quæ eſt cõtra ius, odioſa reputatur, nec extendenda, ſed reſtringenda eſt.ibid.n.21
cõſuetudo nõ requirit pręcisè actus iudiciarios, ſed ſufficit quòd ad eam introducẽdam interuenerit actuũ extraiudicialium frequentia.227.col.2.n.24
conſuetudo titulum ſeu bonam fidem nõ requirit.232.col.1.n.55
cõſuetudo præſcripta titulum ac fidem bonam requirit.232.col.2.n.56
cõſuetudo interpretatur leges, priuilegia, atque ſcripturas.ibid.n.59
conſuetudo permittẽs clericos teſtari, vtrum valida ſit.276.col.2.n.55
cõſuetudo Hiſpaniæ nõ excuſat in foro cõſcientiæ clericum ad profanos vſus teſtantem.ibid.n.56
cõſuetudo permittens clericos teſtari quoad forum exterius, indiſtinctè ſeruanda eſt.277.col.1.n.57
conſuetudo qualiter inducatur.227.col.1.n.25
cõſuetudo vt inducatur ſufficit vnicus actus, ſi is habuit cõtinuationem, ac tractum ſucceßiuum per tempus ad illam inducendam requiſitum.ibi. n.26
Conſtitutio quãdo transfertur poſſeßio tam præſentium quàm futurorum.452.col.1.n.7
conſtitutum ſimpliciter factum, vel de bonis tam præſentibus quàm futuris, operatur irreuocabilitatem Maioratus, ſeu meliorationis etiam in bonis futuris.456.col.1.31
Cõſtitutum ad iura incorporalia nõ extenditur. 456.col.2.n.34.& 457.col.1.n.37
Contrahere quis videtur eo iure quòd per nomẽ appellatiuum in ipſo cõtractu appoſitum profertur.140.col.1.n.14
contractus Emphyteoticus de re Maioratus factus vtrum omnino vitietur, an per aliquod tempus ſuſtineatur.144.col.2.n.34
contractus factus à tutore nomine minoris, mortuo minore non expirat.161.col.1.n.15
contractus factus à Prælato de re Eccleſiæ cum cõſenſu capituli, morte Prælati non expirat.ibi.n.16
contractus iuratus dolo propoſito factus, ipſo iure nullus eſt.194.col.2.n.14
contractus probibitus fauore alicuius poteſt fieri, ſi id ei vtile ſit.479.col.1.n.4
Cõtentio inter patruum & nepotem ſuper primogeniorum ſucceßionem ſemper anceps atque difficilis exiſtimata fuit.385.col.1.n.1
Contrarietas vitanda eſt concordando & diſtinguendo.103.col.2.n.20
Cõtumeliis afficere poterit qui poteſt occidere & vulnerare.489.col.1.n. 28
Conuentio etiam iurata facta inter filios de parentis cõſenſu, vt in bonis eius iure Maioratus ſuccedatur, inefficax erit ſi parens conſenſum reuocauerit. 193.col.1.nu.4
Correctio legum ex ſubauditis intellectibus inducenda non eſt.432.col.2.n.41
correcta ratione legis, ceſſare debet eius diſpoſitio.p.110.col.2.n.4
Creditor poßidens caſtrum iure pignoris, poteſt vti iuriſdictione.139.col.2.n.9
creditor an teneatur fideiuſſorem excutere, priuſquam ad bona Maioratus ſibi obligata deueniat. 498.col.2.n.9.& 499.col.1.n.12
creditor an poſsit bona Maioratus ſibi ex facultate obligata exigere ſtantibus aliis bonis liberis, quæ tamen aliis creditorib. obligata ſunt.500.col.1.n.17.& col.2.n.20.& 502.col.1.n.29
creditor nõ eſt compellendus exercere ius hypothecæ in certo pignore, ſed liberum ſibi eſt in quod voluerit.500.col.1.n.18
creditor generalem & ſpecialem hypothecam habẽs creditorib. aliis inſtantibus tenetur prius ex bonis ſpecialiter obligatis exigere. 501.col.1.n.22
creditor ad inſtantiam tertij poſſeſſoris qui non ſit creditor, tenetur ſpecialem hypothecam perſequi relicta generalem.ibid.
creditor generalem hypothecam habens nõ poteſt compelli à ſecundo creditore vt eam exerceat in aliquibus bonis in ſua hypotheca nõ comprehenſis. 501.col.2.nu.27
Culpa requiritur in Maioratus poſſeſſore, vt eius hæredes teneantur reſarcire deteriorata, & an ea debeat eſſe lata, leuis, aut leuißima.169.col.2.n.4
culpa leuis non imputatur hæredi grauato de reſtituendo.508.col.2.n.16
Curatoris authoritas non eſt neceſſaria in renũtiatione minoris iurata.196.col. 1.n.23
curator furioſi poteſt nomine furioſi omnes contractus facere cum decreto iudicis.245.col.2.n.46
curator nomine furioſi poteſt impetrare legitimationem filii ſpurii.245.col.2.n.47
curator nomine furioſi poteſt reuocare donationem ex cauſa ingratitudinis.ibid.n.48


D


DArc dicitur is, qui remittit.199.col.1.n.46
Deciſa in feudis ad alias materias trahi nõ poſsũt.47.col.1.n.52
Defectus formæ ac ſolẽnitatis maior eſt quàm defectus ſubſtantiæ.139. col.1.n.1
Deficientibus nominatis, Maioratus ſucceßio ad proximiores non nominatos defertur.19.col.2. n.17
Deficiente vna ratione legis ex alia ſuſtinetur. 111.col.2.n.126
Declaratio vltimi Maioratus poſſeſſoris de ſequenti ſucceſſore cuius effectus ſit.54.col.2.n.38
Delatio armorum, ſeu inſigniarum, memoriam teſtatoris conſeruat.310.col.1.n.6
Deſcriptio bonorum, & inuentarium diuerſa ſunt.108.col.2.n.33
Decurio creatus à Maioratus poſſeſſore, vtrum eo mortuo expiret eius officium.161.col.2.n.18
Delegatus capit iuriſdictionem à tempore datæ literarum, ſed exercitium à tempore præſentationis. 247.col.2.n.58
Deus ſubiecit Principi leges, nõ tamen ſubiecit illi contractus.247.col.2.n.16
Deſcendentes in ſucceßione Maioratus quoad repræſentationem dicuntur hi qui ab vltimo Maioratus poſſeſſore deſcendunt, etſi à primo inſtitutore non deſcendant.394.col.1.n.7
deſcendentes à primo inſtitutore quoad repræſentationem





nem dicuntur tranſuerſales, etſi ab vltimo Maioratus poſſeſſore non deſcendant.394.col.1.n.8
decretum ex falſa cauſa interpoſitum eſt nullum, etiam ſi falſa cauſa in decreto expreſſa non ſit.434 colum.2.num.48
decretum iudicis ad res pupilli vendendas nõ extenditur ad pignorandum.487.col.1.n.11
delinquens cenſetur cum fiſco quaſi contrahere. 519. col.2.num.8
delictum prædeceſſoris non poteſt præiudicare ſucceſſoribus in bonis Maioratus Ibid.n.10
deſcriptionem bonorum Maioratus petere poteſt is, qui ſatiſdationem exigere non poteſt.108.colum.2.numero 32
decipiens aliquem etiam intra dimidiam peccat, quamuis ius canonicum deceptionem vltra dimidiam permittat.217.col.2.n.56
delictum ſemper præſumitur commiſſum fuiſſe ab eo qui ex eo commodum ſentit.216.col.1.n.45
derogari nõ poteſt iuri quod in eius defectum aliis ex inueſtitura antiqua competebat, ex legitimatione etiam ad feuda facta.360.col.1.n.29
Dictio dummodo non efficit actum cõditionalem.322.col.1.num 28
dictio dummodo importat modum, quãdo adiicitur actui perfecto, quando verò adiicitur actui imperfecto, importat conditionem.Ibid.col.2.n.29
dicta Scribẽtium qui ſtatuta Italiæ quibus fœminæ propter maſculos excluduntur, interpretantur frequenter ad Hiſpanorum primogenia, vbi ratio conſeruandę agnationis expreſſa vel ſubintellecta trahi ſolẽt. 376.col.2.n.40
diffamatus poteſt actionẽ proponere, vt diffamans à diffamatione deſiſtat.439.col.2.n.9.
differentia inter obligationem quam habet Maioratus inſtitutor ad dotandum vel alendum filios legitimos, vel naturales, vel ſpurios aßignatur.324. colum.1.num.48
differentia inter Maioratus Hiſpaniæ & aliorum regnorum ac prouinciarum primogenituram.2.colum.1.num.6
differentia inter ea quæ iure ſanguinis & iure hereditario deferuntur.49.col.2.n.6
diffinitio vera eſt ea, quæ rem diffinit ſecundum propriam naturam, tametſi aliquo ex accidenti deficiat.6.num.24
dignius trahit ad ſe minùs dignum in indiuiſibilibus.60.col.1.n.21
dignitatum diuiſio prohibetur bono publico. 74. col. 2.num.6.
dignitas poteſt eſſe ex accidenti in Maioratibus.90. col.1.num.6
dignitas Ducatus, Comitatus ſeu Marchionatus ad hæredes non tranſit, niſi eis denuò concedatur. 75. col. 1.num.12
dignitas cum territorio conceſſa tranſit ad hæredes ad quos ipſum territorium tranſire debet. 76. colum. 1.num.19
dignitas alicui per ſe ac ſuis hæredibus conceſſa ad ipſos hæredes tranſitoria eſt.Ibid.col.2.n.20
dignitas quę ad hæredes tranſitoria eſt, non ad omnes filios, ſed ſolum ad primogenium defertur, niſi cõſuetudo contrarium admiſerit.77.col.1.n.24
dignitas ſemper indiuidua eſt.Ibid.n.25
dignitas Ducatus Comitatus, aut Marchionatus alicui à Principe in bonis propriis conceſſa, non efficit ea bona Maioratui ſubiecta.Ibid.n.26
dignitate ſimul cum pluribus oppidis diuerſæ iuriſdictionis conceſſa, ea dignitatis conceßio ſolùm efficit Maioratui ſubiectum illud oppidum, in quo dignitas ipſa conceſſa eſt.Ibid.n.28
dignitates à ſolo Principe creari poſſunt. 89. colum. 2.numer.5
dilapidationis ſuſpicione præcedente, cautionis remediũ ſufficiens eſt, dummodo ea manifeſta non ſit.112.col.2.num.22
dilapidatione manifeſta interueniente, pater tenetur bona Maioratus reſtituere non obſtante cautionis oblatione 113. col.1.n.24
diſpoſita in Senatoribus, in Imperatore qui eſt caput ipſius Senatus, ſeruanda ſunt.15.col.2.25.
diſpoſitio ſemper ita interpretanda eſt, vt perſona honorata minus grauetur.18.col.2.n.19
diſpoſitio etiam odioſa extenditur ex rationis identitate.28.col.2.n.10
diſpoſitio loquens de Primogenito in ſecundo genito non verificatur.44.col.1.n.42
diſpoſitiones plures fiunt in alis prouinciis extra Hiſpaniam, quæ Maioratibus aßimilantur.7.nu.28
diſpoſitionis media conſideranda non ſunt, ſed finis ad quem diſpoſitio ipſa dirigitur.29.col.1.n.14
diſpoſitio quælibet ſecundum regionis cõſuetudinem interpretanda eſt.12.col.2.n.2
diſpoſitio. l. Imperator.ff.ad Trebellia. procedit ſiue tempus gratia hæredis, ſiue commiſſarij adiectum fuerit.113.col.1.n.26
diſpoſitio. d.l. Imperator.an procedat ſolùm in filio, an etiam in extraneo.114.col.1.n.29
diſpoſitio quæ principaliter fauorem continet, fauorabilis eſt cenſenda, etſi incidenter in odium alterius conuerti poßit 125.col.1. n. 3
diſpoſitio quòd ſucceſſor non cenſeatur vocatus niſi onus impleat, conditionalis eſt.296.col.1.n.28
diſpoſitio excludẽs fœminas propter maſculos remotiores, extenditur nõ ſolum ex ratione expreſſa, ſed etiã ex ratione ſubintellecta quando vna tantùm reddi poteſt.372.col.2.n.5.Quod etiam habet locum in materia correctoria & odioſa Ibid.n.6
diſpoſitio correctoria atque odioſa ex identitate rationis extenditur, quãdo adeſt aliquod verbum quod ſaltem ſecundum latam ſignificationem illum caſum comprehendat.373.col.1.n.8
diſpoſitio fœminarum excluſiua de caſu ad caſum ex idẽtitate rationis non extenditur.Ibid.n.10
diſpoſitio fęminarum excluſiua etiam ex maioritate rationis de caſu ad caſum non extenditur.Ibid.col.2.nu 17.& aßignatur cõcordia inter contrarias ſententias in hac materia.Ibid.n.18
diſpoſitio in qua ſimpliciter & abſolutè ratio conſeruãdæ agnationis appoſita eſt, de caſu ad caſum extenditur.Ibid.n.19
diſpoſitio vbi cauſa conſeruandæ agnationis non ſimpliciter & abſolutè appoſita eſt, ſed ad certas perſonas reſtricta, de caſu ad caſum non extenditur. Ibid. n. 20
diſpoſitio pœnalis, & odioſa ſimul, ex identitate rationis de caſu ad caſum non extenditur 374.columna. 1. numero 21
diſpoſitio excludẽs fœminas propter maſculos remotiores à Primogeniorum ſucceßione, non dicitur eſſe pœnalis.Ibid.num.22
diſpoſitio loquens de maſculo comprehendit fœminam quando propter maiorem frequentiam diſpoſitio fuit in maſculo formata.376.col.1.n.36
diſpoſitio. l.2.tit.15.parti.2. non noua diſpoſitio ſed antiquæ cõſuetudinis atque obſeruationis declaratio eſt.389.col.1.n.27
diſpoſitio. l.40. Tauri nõ ſolum habet locum in Maioratu, ſed etiam in regni ſucceßione.397.col.2.n.17

Diſpoſitum non dicitur illud quod ex coniecturis comprehenditur.400.col.1.n.3

diſpoſitiones idiotarum non ſunt legali, ſed vulgari interpretatione declarandæ, in præfatione.n.5

Diſpenſatio ſtricti iuris eſt, nec de caſu ad caſum etiam vbi maior ratio militat extendi poteſt. 207. col:1.nu. 48

diſpenſatio addita primæ diſpenſationi non valet: niſi in ea fiat mentio de prima.207.col. 2.n.51

diſpenſatio quæ ſine iuſta cauſa conceditur, potiùs diſſipatio quàm diſpenſatio dicenda erit.243.col.2.num. 32

diſpenſatus in vna re in genere poteſt quibuſcunque ſpeciebus eiuſdem generis vti.488.col.1.n.17

Diſputare non licet de legibus, ſed iudicari debet ſecundum ipſas.528.n.61

Diſsipatio magna requiritur, vt bona Maioratus ſint à poſſeſſore auferenda.112.col.2.n. 18

diſsipatio immobilium magis damnoſa eſt, quam ea quæ in bonis mobilibus fit.112.col.1.n.15

diſsipatio magna quæ dicatur.112.col.2.n. 19

Diuites omnes Principes appellantur.11.colum.2.nume. 25

Diuinare non debemus in interpretanda teſtatoris voluntate.18.col.2.n.7

Diuiſione, dignitas ac memoria familiæ corrumpitur ac deſtruitur.74.col.2.n.4

diuiſio magis in Maioratibus quàm in feudis Regalibus prohibita eſt.ibid.nu.5

diuiſio bonorum facta à parente inter filios habet vim ſupremi iudicij.80.col.1.n.5

Diuerſa ſunt quòd probetur contrarium actum fuiſſe, ſeu quòd detur immemorialis præſcriptionis initium.235. col. 1.n. 65

Directa inſtitutio quæ ſit.101.col.1.n.2

directus hæres non cenſetur etiam ſi dominium & poſſeſsio tranſeant in Maioratus poſſeſſorem.107. col.1. nu. 13

directa actio inceſſabilis eſt, vtilis verò cedi poteſt.131. col.1.nu.17

Doctrina Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verb.oblig. exactiſsimè declaratur.464.col.1.n.74

Doctores more auium rationes nō perſcrutantes ſequuntur volatum anterioris.265.col.1.n.51

doctor Antonius Gomez defenditur ab impugnatione Tellij.436.col.1.n.32

Dolus debet eſſe talis qui etiam viros prudentiſsimos fallere.195.col.2.n.16

dolus facilius præſumitur in muliere quàm in viro, ob ſexus fragilitatem.195.col.1.n.17

dolus malus exceptus cenſetur in quacunque ampliſsima commiſsione.213.col. 1.n.18

Dominium verum non habet is à quo res auocari poteſt. 128.col.2.n.2

dominium nō incōuenit quòd vni ad vitam tantùm relinquatur, & poſt mortem eius in alium trāsferatur. 5.num. 20

dominium ex teſtamento vtrum ad tempus dari poſsit 130.col.1.n.13

dominium quod eſt penes Maioratus poſſeſſorem ad vitam tantum reſtrictum, qualiter æſtimandum ſit.133. col.2.n.39

dominium vtile transfertur ex longi temporis locatione. 140 col.2.n.16

dominium non poteſt eſſe in aere præſertim in Maioratibus.411.col.1.n.6

dominii acquiſitio perpetua eſſe debet. 411.col.2.numer. 14

dominium rei donatæ ex iure communi donatario in ſequentem vocatum ipſo iure transferebatur.421.co.1. num.2

dominium & poſſeſsio iure Regio Partitarum donatario in ſequentem vocatum transferebatur.ibid.n.3

dominium rerum dotalium vtrum conſtante matrimonio apud virum, ſeu vxorem ſit.148.col.2.n.6

dominium transfertur ex legato rei ad alimenta relictæ. 131.col.1.n.19

dominus verus eſt is, qui ad vitam dominium habet.129. col.1.n.5

Domus dirui non valet ex delicto.529.col.1.n.72

domus Maioratui ſubiecta, vtrum ex crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ & humanæ à poſſeſſore commiſſo dirui poſsit.ibid.n.71

domus in qua alteri ius competit, non poteſt ex delicto dirui.ibid.col.2.n.75

domus ex crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ & humanæ & ſimilibus dirui poſſunt, & etiam aratro ſubiici. ibid.n.74

domus Maioratui ſubiectæ ex crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ & humanæ & ſimilibus dirui ſolent. ibid.nu. 75

Donare quando dicatur conſentiens, vel facultatem præſtans.474.col.2.n.24

donatio ſeu prælegatum fieri non poteſt naſcituris. 5.nu. 18

donatio quæ morte confirmatur non eſt relictum, nec legatum, nec fideicommiſſum, quamuis habeat vim relicti legati, ſeu fideicommiſsi.81.col.2.n.12

donatio quæ ex ſuperuenientia liberorum reuocata fuit, mortuis filiis validatur ex parentis ſcientia atque ſilentio.62.col.2.n.40

donationes quæ morte confirmantur habent vim relicti, ſequunturque vltimæ voluntatis naturam. 81.col.2. n.10

donatio cauſa mortis conſtituit etiam tertiam ſpeciem diuerſam à contractu & vltima voluntate. 82. col.1. num.14

donatio cauſa mortis ſola morte confirmatur abſque hæredis aditione.ibid.n. 15

donatio cauſa mortis à principio perfecta eſt quamuis reuocari poſsit.ibid.col.2.n.16

donatio ſeu renuntiatio gratuita ex cauſa enormiſsimæ læſionis non reſcinditur.197.col. 1.n.30

donatio ob cauſam ex ſuperuenientia liberorum non reuocatur.198.col.1.n.39

donatio quæ ea lege ſit, vt donatarius nomen ſeu inſignia donantis deferat inſinuationem non requirit. 253. col. 1.n.15

donatio dicitur ob cauſam ſolum vſque ad quantitatem meritorum.ibid.n.17

donatio cauſa mortis inſinuationem non requirit. 254. col.1.n.22

donatio nunquam ex ingreſſu monaſterii reuocatur.265. col.1.n 51

donatio omnium bonorum præſentium atque futurorum non valet.270.col.2.n.18.etiam ſi ſit iurata.n.11

donatio omnium bonorum præſentium hodie non valet, quamuis iure communi fieri poſset.ibid.n.12

donatio cauſa mortis ex bonis præſentibus atque futuris fieri poteſt.271.col.1.n.14

donatio omnium bonorum ex cauſa matrimonii valida eſt.271.col.2.n.18

donatio omnium bonorum reſeruato vſufructu, vtrum valida ſit. ibid.n.20

donatio omnium bonorum præſentium & futurorum etiam hodie reſeruato vſufructu valida eſt. 272. col.1. num. 22

donatio inter viuos dicitur illa quæ fit ab eo, qui in mortis articulo conſtitutus eſt.274, col.2.n.41

Donatio facta à patre filio familiàs valet in caſibus quibus in eum transfertur dominium.458, col. 1. nu. 43

donatio non eſt propriè contractus, ſed largo modo. 461, col.1.n.61

donatio facta infanti abſque acceptatione, irreuocabilis efficitur.465,col.2.n.75

donatio cauſa mortis reuocantur donante ad mortem damnato.520,col.1.n.22

donatio ex ingratitudine aduerſum donantem commiſſa reuocatur.523,col.1.n.41

donatio remuneratoria ex ingratitudine non reuocatur. ibid.n.45

donatio facta pluribus ordine ſucceſsiuo non reuocatur ex vnius illorum ingratitudine.ibid.n.46

donatio remuneratoria cenſetur gratuita in eo quòd excedit valorem meritorum.524,col.1.n.49

Dos & alimenta æquiparantur.319,col.1.n 8.

dos & alimenta quæ à Maioratuum inſtitutoribus filiis relinquuntur, vtrum iure inſtitutionis relinquenda ſint.319,col.2.n.13

Dotes ſeu alimenta, aſsignanda filiis à Maioratus inſtitutore non debent neceſſariò attingere valorem legitimæ.323.col.1.n.37

dos ſeu alimeata non poſſunt filiis ſpuriis vltra quintam bonorum portionem relinqui. 324.col.2.n.50

dotis, ſeu alimentorum cauſa vtrum bona Maioratus alienari poſsint.332,col.2 n.21

dotes atque alimenta tenentur relinquere deſcendentibus quibus legitima debetur, aſcendentes qui Maioratum inſtituunt.318,col.2.nu.5

dotis intereſſe debetur vxori à marito vel hæredibus ſuis, quandiu dos ei non reſtituitur.486, col.2.n.6

dos vxori propter inopiam viri reſtituta non redditur viro, licet fiat poſtea diues.499,col.2.n.14

Ducatus, Comitatus & Marchionatus ex vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine non diuidūtur, nec etiam quoad commoditatem nec exercitium, 67.colum.1.nume. 16

ducatus, Comitatus & Marchionatus, Maioratus etiam legales dici poſſunt.187,col.1.n.4

Duæ quartæ ex relictis ſingularibus, vtrum detrahi valeant.117,col.1.n.6

duo filij ex vno partu editi ſimul in Maioratu ſuccedēt. quando neſcitur quis illorum primò natus fuit. 349, col.2.n.20

duobus priuilegiis contrariis concurrentibus, attenditur illud in quo de damno euitando agitur.470,colum.2. num.4

Duplex quarta detrahenda eſt, etiamſi legitima ſemiſſem aſcendat.117,col.2.n.7

duplex quarta hodie iure Regio nunquam detrahi poterit.118,col.1.n.8


E


EA quæ ex teſtamento pertinent, perire non poſſunt. 129,col.1.n.3

Ea quæ diuerſimodè fieri ſolent non præſumuntur, ſi in inſtrumento omiſſa ſint.530,col.1.n.66

Edictum inſtituendorum Maioratuum ſiue Primogeniorum prohibitorium eſt.249,col.1.n.1

Electus non cenſetur Maioratus ſucceſsionem capere ab eligente, ſed à primo inſtituente.202,col.2.n.9

elector nō poteſt eligere ad Maioratus ſucceſsionē filium ſpurium inſtitutoris eiuſdem.ibid.n.8.

elector poteſt eligere ad Maioratus ſucceſsionem filium eius ſpurium.ibid.n.9

Eligens in eligendo nullam liberalitatem exercet, in præferendo electum cæteris ſic.ibid.col.2.n.11

eligens aliquem ad Maioratus ſucceſsionem, vtrum poſſit illum grauare onere inæſtimabili, veluti nominis vel armorum delationis vel ſimili.203,col.2.n.18

eligere debēs in tempus mortis poteſt in electione antea facta variare.204,col.2,n.23

electio ſucceſſoris Maioratus facta in vita nō poteſt reuocari reſpectu commoditatis medii temporis, quàm eſſet vltimus poſſeſſor qui eligit electione non facta, percepturus.205,col.1.n.31

eligere debens poſt mortem ſuam aliquem, qui elegit eū in vita atque poſſeſsionem Maioratus tradidit poteſt electum grauare reſpectu interuſurii medii temporis. ibid.nu.32

electio in tempus mortis collata facta in vita, reuocari poteſt ſiue facultas eligendi in contractu, ſiue in vltima voluntate conceſſa fuerit.205,col.2.n.34

elector cui electio competit ex contractu, variare poteſt.ibid.n.35

elector cui electio competit ex vltima voluntate non poteſt variare, ſi vltra vltimam voluntatem elegit. 206,col.1.n.37

elector ſemper poteſt variare vbi prima electio effectum ſortita non fuit. ibid.n.38

eligens indignum etiam ad officia ſecularia priuatur pro illa vice facultate eligendi.ibid.n.39

eligens indignum in dubio, præſumitur id ignoranter feciſſe.ibid.n.40

electore eligere nolēte ſuccedent in fideicommiſſo omnes qui ex familia teſtantis procedūt. ibidem,col.2.n.41

electore eligere nolente ſucceſsio Maioratus ad ſolum Primogenitum defertur.ibid.n.42

eligere debens ad Maioratus ſucceſsionem facta requiſitione illico eligere debet, nec datur ſibi annus ad eligendum.ibid.n. 43

elector cui electio vnius ad ſucceſsionem fideicommiſsi commiſſa eſt, plures eligere poterit, niſi mens teſtātis repugnet.ibid.n.45

elector cui electio ad ſucceſsionem Maioratus commiſſa eſt, vnum non autem plures eligere poterit. 207, col.1.n.46

elector cui facultas ad plures eligendos conceſſa eſt, poteſt vnum tantùm eligere, niſi diuerſa ratio militet in vnius, quàm in plurium electione.208,col.1.nume. 55

elector cui eligendi facultas conceſſa eſt, non poterit ſeipſum eligere.ibid.col.2.n.58

elector non poterit eligere filium ſuum ſub eius poteſtate conſtitutum, emancipatum verò ſic.209,col.1.num. 59

electione pluribus commiſſa, poteſt vnus ex electoribus alterum eligere ex eiſdem, atque ipſe electus electioni de perſona ſua factæ conſentire. 209 col.2.num. 61

elector, cuius voluntati perſonarum electio commiſſa eſt, poteſt eligere indignum indignitate facti. 211.col. 1.nu.1

elector, cui facultas libera conceſſa eſt ad Maioratus electionē, poteſt omiſſo Primogenito, ſecundo vel tertio genitum eligere, etiam ſi maior natu dignior ſit. ibid.n.3

elector, cui libera facultas conceſſa eſt, poteſt ad Maioratus ſucceſsionem filiam etiam natu minorem, omiſſo filio Primogenito eligere.212. col.1.n.4

elector, cui libera facultas eligendi conceſſa eſt non tenetur eligere proximiorem, nec ſeruare ordinem circa electionem faciendam.ibid.n.5

elector, cui libera facultas eligendi conceſſa eſt poteſt

inimicum etiam inſtitutoris eligere.Ibid.n.7
Elector,cui libera facultas eligendi conceſſa fuit,non poteſt eligere inimicum teſtatoris ſi inimicitia poſt Maioratus inſtitutionem orta eſt.Ibid.col.2.n.8
Elector cui libera facultas conceſſa eſt,non poteſt inimicum capitalem inſtitutoris eligere Ibid.n.10
Elector vtrum poſsit eligere inimicum capitalem inſtitutoris,quando ipſe inſtitutor deceſsiſſet contritus & cõfeſſus.Ibid.n.11
Elector quando electionem doloſè facere dicendum ſit. 213.col.2.n.20
Electio indigni indignitate facti etiam ſcienter facta ab habente liberum arbitrium,non dicetur doloſa. Ibid. num.21
Electio facta de indigno indignitate facti etiam ab habẽte liberum arbitrium non valet,ſi ex odio iniuſto facta fuerit.Ibid.n.22
Electio facta de ſecundo genito pretermiſſo Primogenito ex odio iniuſto,vtrum valida ſit.Ibid.n.23
Electorem eligere indignum indignitate facti omiſſo digno ex inimicitia, qualiter probandum ſit. 214. col.1. num.24
Electio de indigno indignitate facti ad Maioratus ſucceſſionem pretio facta doloſa ac nulla cenſenda eſt. Ibid. col.2.num.30
Elector,cui ad Maioratus ſucceſsionem commiſſa eſt electio tenetur illam gratis facere atque expedire. Ibid. num.31
Elector cui electio ad Maioratus ſucceſsionem commiſſa fuit, eſt debitor ipſius electionis.Ibid.n.32
Electus ad Maioratus ſucceſsionem pretio interuẽiente, dicitur electus ſimoniacè.215.col.1.n.35
Electio ſpe pretij, vel pretio interueniente fieri non poteſt.Ibid.num.37
Electio ad Maioratus ſucceſsionem pretio facta vitiatur, etiamſi de digno ſeu digniori facta fuerit. Ibid. col. 2. num.39
Electio facta ad Maioratus ſucceſsionem pretio interueniente vitiatur,etiam ſi pretium non ab electo,ſed ab alio,eo ignorante datum ſit.Ibid.n.41
Elector in cuius arbitrium electio commiſſa eſt,quare iure Fori non teneatur digniorem eligere. 216.colum. 2. num.47
Electio facta de digno, omiſſo digniori valet , etiam ſi à principio fuerit appellatum in caſu quo dignior non eligatur.Ibid.num.48
Elector qui habet duas voces,vnam nomine proprio & aliam nomine alieno,non poteſt vnum eligere nomine proprio atque alium nomine alieno.217.col.1.n. 51
Electio digni prætermiſſo digniori iure Canonico etiam permiſſa eſt.Ibid.nu.54
Eligẽs dignum pretermiſso digniori vtrum ad reſtitutionem teneatur.218.col.1.n.57
Eligens dignum prætermiſso digniori,tenetur vbi alia electio occurrerit propẽſiorem curam habere dignioris prætermiſsi.Ibid.n.58
Elector vtrum poſsit ad officia ſecularia in foro cõſcientiæ dignum eligere digniori prætermiſſo.219.colum. 2. num.65
Elector cui liberum arbitrium conceſſum eſt,non poteſt eligere indignum,quamuis is qui ſibi arbitrium conceſſit illum eligere potuiſſet.221.col.1.n.71
Eligenda in dubio eſt via per quam diſpoſitiones hominum non ſubuertantur,ſed potiùs ſuſtineãtur.323.col. 1.n.33
Emanuelis Acoſtę intellectus ad §.reſtituta.l.Imperator. ff.ad Trebellia.reiicitur.154.col.2.n.23
Emanuelis Acoſtæ viri alioqui doctiſsimi errores in aſſignandis differentiis inter Regnum & Maioratuum ſucceſsionem diluuntur.386.col.2.n.8
Emphyteoſis non poteſt Fiſco adiici ex delicto Emphyteotæ.517.num.4
Emphyteoſis conceſſa ſimpliciter comprehendit ea quæ veniunt ex natura Emphyteoſis atque ex loci conſuetudine.13.col.1.n.5
Emphyteota fructuarius,colonus propter diſsipationem cadunt à iure ſuo.114.col.2.n.31
Emphyteota poteſt in re emphyteotica verum vſumfructum conſtituere.131.col.2.n.23
Emphyteota poteſt ſeruitutem imponere ad vitam eius duraturam.136.col.1.n.2
Emphyteota poteſt vſumfructum ad vitam conſtituere. Ibid.num.6
Emphyteota ad longum tempus locare non poteſt. 140. col.2.n.20
Emphyteota rem emphyteoticam alienans, & tradens reſeruato iure dominij, incidit in pœnam caduci. 141. col.2.n.25
Emphyteota non poteſt rem emphyteoticã in emphyteoſim concedere. 144.col.1.n.33
Emphytoeta poteſt in re Emphyteotica verum vſumfructum conſtituere.131.col.2.n.27
Emphyteoſis ad Maioratum ex identitate rationis argui poteſt.47.col.1.n.7
Emptor bonorum Maioratus,vtrum debeat eſſe ſolicitus vt res alia ſubrogetur,vel fiat id ad quod bona vendita ſunt.481.col.1.n.20.23
Emptor rei Eccleſiæ ſolicitus eſſe debet vt pretium in eius vtilitatem conuertatur.Ibid.n.21
Enumerationem ſpecierum genus præcedens reſtringere qualiter eſt intelligendum.23.col.2.n.35
Epiſcopis non eſt probibita bonorum donatio,ſeu commutatio niſi ex vltima voluntate.273.col.2.n.34
Errans in appellatione codicilli nibilominus cenſetur teſtamentum facere,ſi adhibuit ſolennitatem teſtamenti.258.col.2.n.35
Error in dubio non præſumitur,niſi aliunde probetur. Ibid.num.36
Error qualiter probari debeat.Ibid.num.37
Euentus triſtis expectatur de nuptiis cum viro quem mulier odio habuit,vel liberè non elegit.303.colum.2. num.13
Exceptio tranſactionis ſeu compromiſsi impedit litis ingreſſum,& quomodo intelligatur.513.colum.1. nume. 39.40
Exceptio tranſactionis & ſimiles de ſtylo Curiæ in diffinitiuam reſeruari,& quando id fieri debeat. Ibidem. num.42
Excluſio fœminarum propter maſculos eiuſdem lineę & gradus in Primogeniorum ſucceſsione fauorabilis eſt: excluſio autem fœminæ propter maſculos remotiores odioſa iudicanda erit.367. col.2.n.15
Excluſio fœminarum propter maſculos remotiores continet odium irrationabile,atque quãdam ſpeciem exhæredationis, & ſic ſtrictè accipienda eſt.367. colu.1 num.25.
Excluſio filiæ Maioratus inſtitutoris propter maſculos remotiores irrationabilis atque contra omnem æquitatem cenſenda eſt.Ibid.n.19
Excludere filiam vltimi poſseſſoris propter maſculos remotiores,irrationabile iudicatur.Ibid.n.20
Excludere quem à ſucceſsione iure communi ſibi competenti,pœna eſt.Ibid n.21
Excluſio fœminarum propter maſculos remotiores continet priuilegium,ideóque ſtrictè interpretanda eſt,Ibid.num.22
Excluſio à ſucceſsione eſt veluti exhæredationis ſpecies, 58.col.2.num.11




Index.


Excluſa nõ cẽſebitur auia materna,ſi ſtatutum diſponat, quòd exiſtẽte patruo,auus maternus nõ ſuccedat.373. col.1.n.13
excluſio fœminæ propter maſculos remotiores cenſetur eſſe odioſa,niſi quãdo excluditur filia cui legitima debetur.367.col.2.n.26
excluſio fœminarum nõ poteſt dici, quòd reducat nos ad iura antiqua.368.col.1.n.27
excluſio fœminæ propter maſculos remotiores euidenter probãda eſt, atque in dubio in fœminæ fauorem pronunciari debet.368.col.2.32
excluſio fœminarum ex idẽtitate rationis in quatuor caſibus admittenda eſt.374.col.1.n.23
excluſa fœmina cẽſentur excluſi omnes ab illa deſcẽdentes.377,col.1.n.41
excluſa radice, cẽſentur excluſi omnes qui ex illa procedunt.ibid.n.42
excluſa fœmina, cẽſentur excluſi omnes eius deſcendẽtes.ibid.n. 43
excluſa fœmina propter aliquem maſculum, cẽſetur etiam excluſa propter maſculos ab illo deſcẽdentes.ibid.n.44
excluſa fœmina cẽſentur excluſi maſculi ab illa deſcẽdentes.ibid.col.2.n.47
excluſio fœminarum de caſu ad caſum extenditur,ne perſona proximioris gradus à remotiori excludatur. 378.col.2.n.51
excluſio fœminarum de caſu ad caſum extendẽda eſt,vbi ſi non extẽderetur reſultaret abſurdum,vel repugnãtia,vel diſpoſitio illuſoria redderetur.379.colum.2.n. 54
excluſus ſemel quòd perpetuò cẽſeatur excluſus qualiter intelligendum.
Exceptiones proprietatis cauſam attinẽtes, amittendæ ſunt in remedio poſſeſſorio quod ex l. 45. Tauri cõceſſum eſt.428.col.1.n.12
exceptio proprietatis admittitur in omnibus remediis poſſeſſoriis, vbi ex illa excluditur poſſeſsio agentis.ibid.n.13
exceptiones proprietatem attinẽtes quæ in iudiciis poſſeſſoriis admittũtur,debent in continẽti probari.426. col.1.n.1
exceptiones dicuntur probari in continẽti, quando probantur intra terminum à lege præſtitutum inſtãtiæ. 428.col.2.n.16
exceptiones illegitimitatis & incapacitatis in remedio.l. 45.Tauri admittenda ſunt.429.col.1.n.23
exceptio poteſt per viam actionis in iudicium deduci,& ſuper illa pronunciari valet.96.col.2.n.64
Excluſionem nõ tenetur creditor facere in bonis litigioſis.502.col.1.n.31
excluſio cum citatione poſſeſſoris Maioratus, & ſententia,an requirãtur ad ſciendum an ſint bona libera,an verò ſufficiat pẽdente iudicio probari.503.col.1. & 2. num.37
excluſio contra principalem fieri poteſt pendẽte iudicio contra tertium poſſeſſorem.503. col.2.n.38
Exempla in materia probatoria nõ cenſentur regulam arctare.251.col.2.n.4
exempla & rationes quæ in l.2.tit.15. parti. 2.adiecta ſunt,Regibus atque etiam aliis Primogeniorum poſſeſſoribus conueniunt.386.col.2.n.7
exemplum ſcripturæ Maioratus,vtrum ſufficiat ad proponendum remedium poſſeſſorium,quod ex l.45.Tauri competit.433.col.1.n.46
exemplum regulariter non probat, niſi fuerit ſumptum authoritate iudicis & cum partis citatione, etiam ſi Notarius profiteatur ſe vidiſſe originale ſine macula. ibid.num.48
Exæquatio quæ hodie facta eſt ſolennitatis teſtamenti & codicillorum, vtrum ſolum quoad numerum teſtium, ſeu etiam quoad qualitates intelligenda eſt. 254.col.1.n.24
Exæquatio vnius rei ad alteram non ſolum præſentia, ſed etiam futura comprehendit.ibid.col. 2.n.25
exhæredari vtrum poſsit Maioratus ſucceſſor ex cauſa contra eiuſdem Maioratus inſtitutorem commiſſa.58. col.2.n.8
exhæredari poteſt quis ab eo Maioratu in quo iure hæreditario ſuccedit, non autem ab eo,qui ſibi ſolo iure ſanguinis defertur.56.col.1.n.2
exhæredatio fieri non poteſt niſi ex cauſa legitima à parente expreſſa,& ab hæredibus probata. 59.col.1.nu. 15
exhæredatio pro parte fieri non poteſt.60.col.1.n.20
Expenſa modica, vel magna quæ ſit arbitrio iudicis relinquitur.146.col.2.n.6
Expreſſum dicitur quod ex præfatione colligitur.28. col. 1.n.30
expreſſum dicitur quod ſub ratione comprehenditur.ibi. col.2.n.11
expreſsio maſculinitatis præbet coniecturam,vt ſit proſpectum Agnationi.33.col.1.n.37
expreſſum dicitur, quod ex rei natura comprehenditur. 122.col.2.n.27
expreſſa alienationis probibitio in Maioratibus appoſita omnes effectus expreſſæ alienationis obtinebit. 446.col.1.n.4
expreſſa alienatio etiam ſine cauſa in Maioratibus appoſita ſeruanda eſt.ibid.n.5


F


FAciẽs aliquid legis authoritate nõ peccat,niſi ea lex ſit Diuinæ legi contraria.180.col.2.n.8
Facultates ad inſtituenda Primogenia, facilè concedendæ ſunt his qui ciuili nobilitate pollent.127.colum.1. num.8
facultates ad Primogenia alienanda,ſeu obliganda, rarò & non niſi ex iuſta cauſa concedendæ ſunt.ibid.col.2. num.10
facultates ad inſtituenda Primogenia nobilius non autem ignobilibus concedi debent.ibid.col.1.n.9
facultas fructuum. percipiendorum ad vitam poteſt in re probibita alienari concedi.137.col.1.n.12
facultas parenti ſimpliciter conceſſa, vt de omnibus bonis poſsit Maioratus inſtituere, intelligenda eſt dummodo competentia alimenta relinquat. 178.col.2.nu. 10
facultates ad inſtituenda Primogenia ſemper ea lege conceduntur,vt aliis filiis alimenta relinquantur. 183 col.1.n.25
facultates ad inſtituenda Primogenia relictis cæteris filiis competentibus alimentis, iuſtiſsimæ ſunt, etiam ſi in eis nulla alia cauſa quam ipſa Maioratus inſtitutio interueniat.ibid.nu.26
facultas ad priuandos aſcendẽtes legitima quando & qualiter concedi poſsit.ibid.n.28
facultas Regia ſemper vtilis eſt,vbi inſtitutor Maioratus vltra tertium & quintum diſponit.189. colum.1. linea 75
facultate conceſſa ad Primogenium inſtituendum, vtrũ ex ea poſsit inſtitutor duo Primogenia inſtituere.207. col.1.n. 47
facultatem habens ad permutandum beneficium cum alio,non poteſt illud cum duobus permutare. 207.col. 1.num. 49
facultatem ſecundam impetrans ad inſtituendum alte-

rum Maioratum, vtrum teneatur facere mentionem de prima.207.col.2.50
Facultas ſecunda ad alienãda bona Maioratus impetrata, vtrum valeat, ſi in ea non fuit facta mentio de prima.ibid.col.2.n.53
Facultas cõceſſa ad inſtituẽda plura Primogenia, vtrum ex ea valeat inſtitutor vnum tantùm Primogenium inſtituere.208.col.1.n.56
facultas eligendi perſonaliſſima eſt, neque ad hæredes electoris tranſmitti poteſt.209.col.2.n.62
facultas eligendi inceſſibilis eſt.ibid.col.2.n.63
facultas lata atque abſoluta à Iuriſconſultis conceſſa eſt his quibus liberum eligẽdi arbitrium relinquitur. 213.col.1.n.14
facultas vel licentia debet ſemper actum præcedere, vel ſaltem id ipſo præſtari. 139.col.2.n.2
facultas Regia ad Maioratum inſtituendi ſcripturam requirit.252.col.1.n.7
facultatem habens ad inſtituendum Primogeniũ, vtrum eo inſtituto, poſſit aliud ex legum Regiarum facultate inſtituere.281.col.1.n.74
facultas Regia ſemper ita interpretanda eſt, vt aliquid operetur.281.col.2.n.76
facultas Regia poſtquam aliquid operata eſt, reſtringi debet, vt minùs lædat.ibid.n. 77
facultate conceſſa vt in filium certum & expreſſè nominatum pater poſſit Primogeniũ inſtituere, vtrum eo mortuo ex cauſa poſſit pater in perſona nepotis ex eo filio relicti Primogenium inſtituere. 290. col.1.nu. 40
facultate conceſſa vt pater poſſit Primogenium facere in perſona certi filij, vtrum ex ea pater valeat in perſona alterius filii Primogenium inſtituere.ibid.n. 42
facultate conceſſa vt quis poſſit Primogenium inſtituere in vno ex filiis ſuis, vtrum eius virtute poſſit in perſona poſthumi vel alterius filii qui tunc natus non erat, Primogenium inſtituere. pag.291.col. 1. numero 46
facultatem habens ad inſtituendum Primogenium, vtrũ poſſit eius facultate duo Primogenia inſtituere. 291. col.2.num.48
facultas Regia alienandi bona Maioratus amittitur ex non vſu decennii.ibid. nu.49
facultas contrahendi ex iure gentium proceſſit, ſicut facultas teſtandi.358.col.2.n.15
facultates Regias ad bona Maioratus alienãda non niſi ex cauſa publica, vel Maioratus vtilitate cõcedi debere.470.col.1.n.138
facultas alienãdi bona Maioratus nõ niſi cauſa cognita & citato primo ſucceſſore, concedẽda eſt, & quid in cauſæ cognitione examinandum.ibid.col.2.nu.5
facultas ad Maioratum faciendum pretio vel remuneratione vel gratis concedatur, an interſit & quando. 475.col.1.n.27
facultas alienandi bona Maioratus poteſt à Principe concedi ex legitima cauſa, etiam ſi teſtator expreſſè id prohibuerit.473.col.1.n.28. Et an ſit facienda mentio huius prohibitionis ipſi Principi. 475.col. 2.num. 29. 32. 34
facultatem ſecundam impetrãs ad alienãdum bona Maioratus, debet facere mẽtionem de prima, & qualiter id procedat.476.col.2.n.40.42
facultate ad rem Maioratus hypothecandam ſemel conceſſa, vtrum adueniente die ſolutionis noua facultas ad eam vendẽdam requiratur, vel ex vi prioris vẽdi poſſit.486.col.1.n.1
facultas alienãdi bona Maioratus, quãdo cẽſeatur diſpenſatio. 489.col.1.n.26
facultas conceſſa ad vendendum alicui certo pretio, an extẽdatur ad vẽdendum alteri eodem pretio. 489.co. 2.n.30.32
facultas Regia alienãdi bona Maioratus, intelligitur deficientibus bonis liberis, etiam ſi in ea non dicatur. 497.col.2.n.1.& 498.n.4.& 5
facultatem habens ad inſtituendum Maioratum, poteſt diſponere vt in eo electione ſuccedatur.498.col.2.nu 7
facta contra legem pro infectis habẽtur quo ad fauorem contrahentium, non autem quoad eorum odium. 332. col.2.n.20
facta nõ præſumuntur, niſi probẽtur. 502.colum.2.nume. 33
Falcidia detrahitur de donationibus quæ morte confirmantur, quia habet vim fideicommiſſi. 81.col. 2.num. 11
Falcidia & Trebellianica nõn detrahũntũr, vbĩ id à teſtatore probibitum eſt.118.col.2.11
Falcidia pro legitima iure communi atque partitarum vſurpatur.119.col.2.n.14
familia teſtatoris confunditur ex immixtione nominis & armorum.313.col.2.n.29
Familiæ verbum quid comprehendat.25.col.1.n.40
familiæ alienæ affectio ſicut propriæ conſideratur. ibid. col.2.n.43
familiarum conſeruatio eſt præcipuus Primogeniorum finis.74.col.2.n.3
familiæ verbum nõ ſolùm agnatos, verùm etiam cognatos comprehendit.365.col.1.n.9
familia etiam per fœminas conſeruatur.ibid.n.8
familia vna, ſeu progenies an poſsit conſuetudinem introducere, vt in ea iure Primogenituræ ſuccedatur. 223.col.1.n.1
familia vna poteſt per tempus immemoriale conſuetudinem introducere, vt in ea iure Primogenituræ ſuccedatur.225.col.1.n.6
familia conſeruatur ex nomine & armis mixtis, licet meliùs ex ſimplicibus conſeruetur.314.col.1.n.32
Fatuitas dicẽtium quòd Princeps poteſt aliquid facere, ſed quòd ſi id fecerit peccat, vel erit vnum pecus, oſtenditur.360.col 1.n 28
Fauor & odium qualiter ſint in Hiſpanorum Primogeniis conſideranda ac diſtinguenda.126.col.1.n.6
Fœmina quæ à maſculo deſcendit comprehenditur appellatione deſcendentium per lineam maſculinam.45. col.2.n.37
fœmina à maſculo deſcendens in vocatione agnatorum comprehenditur.44.col.1.n.39
fœmina agnata non comprehenditur ſub agnatorum vocatione, vbi de agnationis conſeruatione agitur. ibid. n.41
fœmina non poteſt eſſe teſtis in codicillis.243.col.1.nume 26
fœmina nõ poteſt eſſe hodie teſtis in teſtamẽto inter liberos.243.col.2.n 27
fœminæ excluſæ ab ſtatuto nõ debet dos cõſtitui quæ attingat valorem legitimæ 323.col.1.n.38
fœmina Primogenita propter maſculum ſecundo genitum à Maioratus ſucceſſione excluditur.355.col.2.nu. 34
fœminæ iure Diuino, Naturali, Ciuili & Regio atque omni iure ad ſucceſsionem admiſſæ ſunt.364.colum.2. num.3
fœmina, maſculo eiuſdem lineæ & gradus deficiente, admittitur ad Regni atque aliorum Primogeniorũ ſucceſsionem.364.col.2.n.5
fœmina, maſculo eiuſdem lineæ & gradus deficiente, admittitur ad ſucceſsionem Primogenii quod cauſa memoriam atque familiam conſeruandi inſtitutum fuit.



fuit.ibid.n.6
fœmina admittitur ad ſucceſſionem Maioratus ob fauorem domus, caſſatæ, cippi, generis, ſtirpis Primogeniti, gentis atque poſteritatis inſtituti. 365.col.1.nume. 10
fœmina quamuis Primogenita ſit, exiſtente maſculo eiuſdem grãdus & lineæ ad inſtar ſecundi gradus redigitur.ibid.col.2.n.12
fœminarum excluſio vtrum odioſa vel fauorabilis cenſenda ſit, tres communes opiniones adducuntur.366. col.2.num.16.Et in hac quæſtione aſſignatur vera reſolutio.n.19
fœminarum excluſio propter maſculos remotiores odioſa iudicanda eſt, nam quamuis nos retrahat à iure ciuili nouiſſimi, reducit nos ad ius duodecim tabularũ. 367.col.2.n.24
fœmina coniecturis indubitatis propter maſculos remotiores excluſa cenſenda erit.368.col.2.n.38
fœmina quæ à Maioratus ſucceſſione propter maſculos remotiores excludi prætenditur, lite pendente in eiuſdem Maioratus poſſeſſione conſeruanda eſt. 369.col.1. n. 41
fœmina non debet obtinere in iudicio poſſeſſorio, ſi eius excluſio à maſculis remotioribus in cotinenti probatur.369.col.2.n.43
fœmina eſt finis agnationis, eiuſdémque ſucceſſio agnationis conſeruationi aduerſatur.372.col.1.n.2
fœmina quæ ex maſculis deſcendit, vtrum ſuccedat in Maioratu vbi deſcendentes per lineam maſculinam vocantur.382.col.1.n.69
fœmina agnata vtrum admittatur ad ſucceſſionem Maioratus, vbi ſolùm agnati vocantur.ibid.col.2.n.70
fœminarum excluſio ſimpliciter facta propter maſculos, cenſetur facta propter maſculos eiuſdem lineæ & gradus, non autem propter remotiores.ibid.n.71
fœmina ſemel à Maioratus ſucceſſione excluſa, vtrum perpetuò excluſa cenſeatur.ibid.n 72
fœmina in dubio non debet cenſeri excluſa propter maſculos remotiores, vbi Maioratus à fœmina proceſſit. 383.col.1.n.73
fœmina vtrum cenſeri debeat excluſa propter maſculos remotiores, vbi Maioratus à viro & fœmina ſimul inſtitutus fuit.ibid.n.74
fœmina non eſt mittenda in poſſeſſionem bonorum Maioratus, ſi ex diſpoſitione ipſius Maioratus ab eorum ſucceſſione excludatur.429.col.1.n.22
fœminæ proximiores propter maſculos remotiores cenſentur excluſæ ex cõditione delationis armorum.310. col.1.n.8
fœmina non ſuccedit in feudo relicto maſculis & fœminis, niſi in maſculi defectum.37.col.2.n.11
fœmina per lineam maſculinam deſcẽdens nõ comprehẽditur in Hiſpanorum Primogeniis, quibus vocantur ii qui per lineam maſculinam deſcendunt.43.col.2.num. 38
fœmina à maſculo deſcendẽs nõ comprehenditur in agnatorum vocatione in Hiſpanorum Primogenius. 44.co. 1.n.40
Feudum conceſſum ſimpliciter comprehendit omnia ea quæ veniũt ex natura feudi, atque recepta feudorum conſuetudine.12.col.2.n.4
feuda & Maioratus in quibus conueniant & differant. 46.col.1.n.2
feuda ex pacto & prouidentia in quibus ſucceditur iure Francorum potiùs quàm alia Maioratibus aſſimilantur.ibid.n.3
feuda ex pacto & prouidentia pertinent filiis etiam ſi hæredes non ſint.47.col.1.n.5
feuda familiaria & hæreditaria quæ ſint. 49.col.2.n.7
feuda mero iure hæreditario non acquiruntur. 49. col.2. num.8
feuda Regalia diuidi poſſunt quando donatario pro ſe ac filiis ſuis & deſcendentibus cõceſſa ſunt.75.col.2. nu. 14
feuda Regalia quoad commoditates ac exercitium diuiſionem patiuntur.ibid.col.2.n.15
feuda in Regno Caſtellæ an ſint Ducatus, Comitatus, Marchionatus & Baroniæ.95.col.1.n.47
feudum nõ ſeruans propriam naturam, erit nihilominus feudum.95.col.2.n.51
feudum cui nullum ſeruitium annexum eſt, nihilominus feudum erit.ibid.n.52
feudum ſemper in dubio antiquum, nõ autem nouum præſumendum eſt.189.col.2.linea 34
feuda ſeu Emphyteoſis ex ſolis bonis immobilibus, non autem ex mobilibus conſtare poſſunt.270.col.1.n.3
feudalis res alienari poteſt ſine conſenſu domini, quãdo eius conditio melior fit.479.col.2.n.8
feudum venditum ex licentia tranſit cum qualitate ſua. 483.col.2.n.41
feuda dignitatum Regalium ob vitandum ſcandalum diuidi poſſunt.349.col.1.n.17
feudum quod ſemel fecit tranſitum ad fœminam ob maſculi defectum, non amouetur ab illa, etiam ſi maſculus ſuperueniat.411.col.2.n.13
Ferdinandus Quintus Caſtellæ Rex, Caſtellæ inſignia tanquam ſibi legitima & non ab vxore accepta detulit. 315.col.1.n.43
Ferdinandus Primus inſigniis Leonis Caſtellum aureum in campo rubeo in parte dextra adiecit.10.col.1. num. 15
Fideicommiſſum inducitur inter omnes de familia ex prohibitione alienationis facta ex cauſa vt bona in familia conſeruentur.29.col.1.n.16
fideicommiſſum in teſtamento ſeu vltima voluntate, non in contractu poteſt relinqui.3.n.9
fideicommiſſum poteſt quibuſcunque verbis relinqui.4. col.1.num.10
fideicommiſſum verbis etiam directis relinqui poteſt. ibid.num.12
fideicommiſſum de perſona ad perſonam nunquam extenditur etiam ex veriſimili teſtantis voluntate. 18.co.1. num.4
fideicommiſſum eſt onus.18.col.2.n.19
fideicommiſſi extenſio odioſa eſt, ademptio verò fauorabilis.ibid.num.10
fideicommiſſum factum fauore familiæ, ſeu agnationis, reale ac perpetuum, nõ temporale cẽſendum eſt.30.co. 1.num.25
fideicommiſſum familiæ relictum differt ab eo fideicommiſſo quod ea lege relictum eſt, vt bona in familia conſeruentur.31.col.2.n.28
fideicommiſſa etiam perpetua Hiſpanorum Primogeniis ſimilia non ſunt.32.col.1.n.31
fideicommiſſarius, vſufructuarius & Prælatus ad modicum tempus locare poſſunt. 139.col.1.n.2
fideicommiſſum tempore mortis, certæ atque determinatæ perſonæ reſtituendum, poteſt eidem in vita irreuocabiliter reſtitui.205.col.1.n.25
fideicommiſſum relictum inter perſonas inter quas cadit affectio, interpretandum eſt ſecundum ordinem ſcripturæ.197.col.2.n.36
fideicommiſſum quod aliàs tranſmitti non poſſet, efficitur tranſmiſſibile ſi fauore agnationis relictum ſit. 391.col.1.n.45
fideicommiſſum perpetuum inducitur ſi teſtator reliquerit bona ſua duobus ancianis propriæ familiæ.29. col.2.num.19

Fideicom

*fideicommiſſum & materia Authent. res quæ. C. communia de leg. vtrum poßint ad Maioratus bona adaptari, & in eis locum habeant. 494. col. 1. & 2. numer. 17. 18. & 495. col. 1. nu. 20. & 496. colum. 1. num. 25*

*fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur inuentarium conficere, ſi hæres illud non fecerit. 173. col. 2. n. 6*

*fideicommiſſarius rei particularis inuentarium facere non tenetur. ibid. nu. 7*

*Fideiuſſoribus effectis non ſoluẽdo iterum ſatiſdãdum erit. 107. col. 1. n. 13*

*Filius naturalis nõ admittitur ad Maioratus ſucceßionem, ad quam filij ſimpliciter vocantur, niſi ex coniecturis aliud comprehendatur. 362. col. 2. n. 45*

*filiorum appellatio nepotes non comprehẽdit, præſertim vbi agitur de extenſione fideicommißi. 41. col. 1. num. 27*

*filiorum appellatio quæ in incertum ac futurum euẽtum confertur, nepotes & alios deſcẽdentes comprehendit eodem loco. ibid. n. 29*

*filiorum appellatio in Hiſpanorum Primogeniis nepotes, & omnes deſcendẽtes in infinitum comprehendit. ibi. n. 28*

*filii poſiti in cõditione in Primogeniis Hiſpanorum, cenſentur poſiti in diſpoſitione. 35. col. 2. n. 2*

*filiæ propter maſculos tranſuerſales non poſſunt excludi in Maioratu facto ex facultate legis Regni in tertio bonorum. 300. col. 1. n. 53*

*filius non poteſt legitima priuari propter votum parentis non impletum, etiam ſi ea conſtet in re indiuidua. 58. col. 1. n. 6*

*filii poſiti in cõditione nõ cenſentur poſiti in diſpoſitione. 35. col. 1. n. 1*

*filii poſiti in cõditione cẽſentur poſiti in diſpoſitione, vbi ad hoc quælibet coniectura quantumcunq. leuis concurrit. 36. col. 1. n 3*

*filius Comitis nõ ſuccedit patri in Comitatu, ſed Principi qui illum conceßit. 50. col. 1. n. 9*

*filius poteſt priuari hæreditate parẽtis ex cauſa indignitatis, etiam ſi à patre exhæredatus nõ fuerit. 60. col. 1. nu. 22*

*filius incapax non obſtat ſequentibus in gradu ac ſi eſſet mortuus. 60. col. 2. n. 30*

*filius poteſt exhæredari non ſolùm ex cauſis expreßis in iure, ſed ex aliis ſimilibus, vel maioribus. 61. col. 1. nu. 33*

*filius in Hiſpania poterit dignitate parentis eo mortuo appellari, quando dignitas parenti pro ſe ac ſuis hæredibus conceſſa eſt. 76. col. 1. n. 21*

*filius maior tenetur ex propriis bonis fratribus alimenta miniſtrare, quando ſucceßit in oppido ſub titulo Ducatus, aut Comitatus conceſſo, ſi alia bona libera ex hæreditate paterna non ſuperſint. 78. col. 1. nume. 30*

*filius ſecundus habilis præfertur Primogenito inhabili in ſucceßione Primogenituræ. 92. col. 2. n. 25*

*filius Primigeniti furioſi ſecundo genitum excludit. 94. col. 1. n. 35*

*filia nõ excluditur propter maſculũ monachum religionis incapacis, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ propter maſculos excludantur. 97. col. 1. n. 70*

*filia excluditur per fratrem monachum monaſterii capacis ſtãte ſtatuto, quòd extãtibus maſculis fœminæ non ſuccedant. 97. col. 2. n. 80*

*filius nõ tenetur ſe committere fragilitati cautionis. 110. col. 2. n. 5*

*filius in diem vel ſub cõditione grauatus duas quartas detrahit. 116. col. 2. n. 4*

*filius qui legitimæ cum iuramento renunciauit poterit parẽti ex teſtamẽto ſuccedere, etiam ſi iurauerit ei neque ab inteſtato neque ex teſtamẽto ſucceſſurum. 193. col. 2. nu. 6*

*filia quæ legitimæ renũciauit vt ex ea Primogenium inſtitueretur, nõ poteſt dici læſa, ſi dotem vel alimenta competentia recepit. 196. col. 2. n. 28*

*filia quæ legitimæ renũtiauit recepta dote competenti vt monaſterium ingrederetur, non poteſt aduerſus renũtiationem læſionem opponere. ibid. n. 27*

*filius renũcians paternæ hæreditati vt ex ea Primogenium fiat relictis ſibi competentibus alimentis, non poteſt ratione læſionis huiuſmodi renũtiationẽ reſcindere. 197. col. 1. n. 34*

*filius vel filia paternæ hæreditati vt ex ea Primogeniũ fiat renũtiantes debẽt ad ipſius Primogenii ſucceßionem vocari, ne aduerſus renũtiationem læſionem obiiciant. ibid. col. 2. n. 35*

*filii poteſt mortem parẽtis Primogenium ex legitima ſua inſtitutum approbãtes, nõ poſſunt in poſterum cõtrauenire. 197. col. 2. n. 36*

*filia quæ renũtiauit hæreditati paternæ ex cauſa Primogenij, an poßit renũtiationem reſcindere mortuo filio Primogenito ac eius deſcendẽtibus. 199. col. 2. n. 48*

*filii nati ex matrimonio in articulo mortis cõtracto excludunt ſubſtitutum. 214. col. 1. n. 26*

*filii nati ex matrimonio cõtracto ab eo qui laborat in extremis, nõ excludũt ſubſtitutum, ſi probet aliũde matrimonium in fraudem ſubſtituti cõtractum fuiſſe. ibid. n. 27*

*filio vnico exiſtente, poteſt ad eius inſtantiam Maioratus poſt mortem inſtitutoris confirmari. 243. col. 2. nu. 34*

*filius familiàs vtrum valeat Primogenium inſtituere. 250. col. 1. nu. 12*

*filius familiàs iure communi teſtari nõ poterat, iure autem Regio ſic. ibid. n. 13*

*filius familiàs obligatur ex omnib. contractibus, preterquam ex mutuo & voto. ibid. n. 14*

*filius familiàs poteſt Maioratum inſtituere ex bonis caſtrẽſibus abſque parentis licentia. ibi. n. 15. Et etiam ex aduentitiis in quib. parenti vſusfructus nõ quæritur. ibid. n. 16*

*filius familiàs poteſt donare inter viuos ea bona in quibus parenti vſusfructus non quæritur abſque eius licentia. 250. col. 2. n. 17*

*filius familiàs vtrum poßit bona in quibus patri non pertinet vſusfructus cauſa mortis donare abſque eius licentia. ibid. nu. 18*

*filius familiàs qui poteſt teſtari, à fortiori poterit donationem cauſa mortis facere. ibid. n. 19*

*filius familiàs non poterit Primogenium facere de bonis in quibus parenti pertinet vſusfructus abſq. eius licentia. ibid. n. 20*

*filius familiàs non poteſt facere Primogenium niſi ex tertio bonorum abſque Regia facultate, ſeu de parentis licentia. ibid. n. 21*

*filius familiàs vtrum poßit Primogenium inſtituere in vita parentis ex vſufructu & proprietate tertii, an ex ſola proprietate abſque vſufructu. ibid. n. 22*

*filio familiàs mortuo pater nõ amittit vſumfructum in bonis eiuſdem ſibi pertinentem, imò fruetur illo per totum tempus vitæ ſuæ. 263. col. 1. n. 24*

*filius familiàs coniugatus poterit Maioratum inſtituere ex tertio bonorum in proprietate & vſufructu. ibid. n. 25*

*filius familiàs poterit Maioratum reuocare abſque parentis licentia, etiam vbi licentia eiuſdem in Maioratus inſtitutione eſſet neceſſaria. ibid. n. 26*





*filio vnico poteſt in tertio grauamen Maioratus apponi ex Regia facultate. 286. col. 1. n. 10*

*filius ex Regia facultate excluſus quamuis prætereatur, non poteſt paternum teſtamentum contratabulare. 287. col. 1. n. 16*

*filius legitimatus in iure Primogenituræ non ſuccedit, quamuis maior natu ſit. 288. col. 1. n. 22*

*filius ex Regia facultate præſtitis alimentis excluſus, tanquam extraneus cenſendus erit. 287. col. 1. n. 15*

*filio ſpurio non poteſt grauamen Maioratus à parente iniungi in ea parte bonorum ſuorum quam pro alimentis capere poteſt. 288. col. 2. n. 32*

*filio in cuius perſona Primogenium inſtitutum fuit in vita patris decedente, vtrum Primogenium expiret, ſeu ad deſcendentes protrahatur. 289. col. 2. 39*

*filij appellatio facta expreſſo nomine proprio nepotes nõ comprehendit. 290. col. 1. n. 41*

*filiæ fœminæ & maſculi, & fœminæ quæ ab eis in perpetuum deſcẽderint, poſſunt ab inſtitutore Primogenii propter maſculos remotioris gradus excludi, præſertim dotibus competentibus relictis. 299. col. 1. num. 51*

*filius nõ debet portare arma materna, ſed paterna. 314. col. 2. n. 39*

*filii quibus alimenta non relinquuntur, vtrum poßint Maioratum nullum dicere, vel Maioratus ſuſtineatur aßignatis alimentis. 321. col. 1. n. 24*

*filia excluſa ab ſtatuto ſi prætereatur nõ poteſt teſtamẽtum paternum cotratabulare, ſed fratrib. dotem petere debet. 321. col. 2. n. 25*

*filius no tenetur ſe alere ex artificio, ſi ſibi dedecus ſit illud exercere 324. col. 2. n. 47*

*filius nõ poteſt paciſci neque tranſigere ſuper alimentis etiam cum iuramento. 329. col. 2. n. 7*

*filiæ quæ abſque patris coſenſu nupſit, vtrum pater Maioratus inſtitutor ſeu poſſeſſor teneatur alimẽta relinquere. 331. col. 1. n. 4*

*filia poteſt priuari dote ex omnib. cauſis quibus poteſt exhæredari. ibid. n. 5*

*filia nõ poteſt exhæredari ex eo quòd nupſit abſq; parentis conſenſu, quamuis leges ciuiles contrarium diſponant. 331. col. 1. n. 6*

*filia quæ abſque coſenſu parentis nupſit dotanda eſt, etſi tempore quo nupſit dotem non promiſerit. p. 331. col. 2 num. 8*

*filii vel filiæ matrimonium clandeſtinum contrahentes exhæredari poſſunt, legéſque Regiæ hoc diſponẽtes ſeruandæ ſunt. 331. col. 2. n. 9*

*filia quæ clandeſtinè nupſit ex iuris rigore poteſt dote & alimentis priuari. ibid. n. 14*

*filiæ inopi quæ clandeſtinè nupſit ex æquitate alimenta, ſeu dos vſque ad alimentorum quãtitatem miniſtranda ſunt. ibid. n. 15*

*filio lite pendente alimenta præſtanda ſunt, quando iam vnam ſententiam in ſuum fauorem obtinuit. 335. col. 2. num. 30*

*filio exiſtenti in vtero etiam lite pendente alimẽta præſtanda ſunt. 334. col. 1. n. 33*

*filius Primogenitus præfertur, quamuis alter filius eiuſdem vteri primò manum emiſerit. 347. col. 1. numer. 4*

*filius primò natus præfertur alteri eiuſdem vteri qui primò conceptus fuit. ibid. n. 5*

*filius legitimus ſecundo genitus præfertur filio naturali Primogenito qui ex alio matrimonio poſt natiuitatem ſecundo geniti contracto legitimus effectus fuit. 347. col. 2. n. 7*

*filius naturalis ex matrimonio ſubſequenti legitimatus ſuccedit in eo Primogenio in quo vocantur legitimi nati, vel legitimo matrimonio procreati. 348. col. 1. n. 10*

*filius naturalis non verus ſed putatiuus ex matrimonio ſubſequenti legitimus non efficitur. ibi. col. 2. n. 11*

*filius Primogenitus natus ex matrimonio putatiuo bona fide contracto in Primogenio ſuccedit excluſis aliis filiis ex legitimo matrimonio procreatis. ibi. n. 12*

*filius Primogenitus natus ex matrimonio putatiuo bona fide contracto ſuccedit in Maioratu ad cuius ſucceßionem filii legitimè nati, vel ex legitimo matrimonio procreati ſunt. 347. col. 1. n. 15*

*filius Primogenitus naturalis ex ſubſequenti matrimonio legitimatus ſuccedit in Maioratu, etiam ſi matrimonium in articulo mortis cõtractum fuerit. 349. col. 1. n. 16*

*Filius Primogenitus in Maioratus ſucceßione præfertur, etiam ſi ſolum filium ſecundo genitum per momentum præceſſerit. ibi. n. 17*

*filius Primogenitus ex vno ex Regibus primò natus in Regno in ſolidum ſuccedere debet. 350. col. 2. n. 27*

*filius Primogenitus ex reſcripto legitimatus non ſuccedit in Maioratu filiis legitimis exiſtentibus. 351. co. 1. num. 1*

*filius naturalis non poteſt in præiudicium legitimorum legitimari. ibid. n. 2*

*filium baſtardum nõ poſſe ſuccedere legitimis exiſtentib. ex iure Diuino procedit. ibi. col. 2. n. 3*

*filius naturalis poteſt à Principe ex plenitudine poteſtatis legitimari legitimis exiſtentibus, ita vt cum eis ſimul ſuccedat. ibid. n. 4*

*filius legitimatus non poteſt conſequi ex bonis parẽtum plus quàm vnus ex legitimis qui omnium minimam partem obtinuerit; quod etiam in legitimatis ex reſcripto procedit. 352. col. 1. n. 6*

*filia legitima nõ excluditur ob filium maſculum legitimatum ſtante ſtatuto quòd extantib. maſculis fœminæ non ſuccedant. ibid. n. 7*

*filius naturalis legitimatus in feudo non ſuccedit. ibid. num. 8*

*filius legitimatus à Principe ex cauſa legitima & certa ſcientia ad ſuccedendum in Maioratu, vtrum ſuccedere poßit. ibid. n. 9*

*filius Primogenitus natus ex matrimonio inter conſanguineos de facto contracto in Maioratu non ſuccedet, etiam ſi matrimonium ipſum poſtea ex diſpenſatione Papæ iure contrahatur, atque in ipſa diſpenſatione proles prius ſuſcepta legitima efficiatur. ibi n. 10*

*filius Primogenitus monachus vel clericus ſeu furioſus vel aliter ſucceßionis incapax in Primogenio ſuccedere non poteſt. ibid. n. 13*

*filius Primogenitus qui ceßit iuri Primogenituræ, ab eius ſucceßione excluditur. 354. col. 2. n. 21*

*filius Primogenitus à parẽte in deportatione ſuſceptus, vtrum in Maioratu ſuccedere poßit. 254. col. 2. nume. 26*

*filius Primogenitus excluditur à ſucceßione Primogenii, in quo ad eius ſucceßionem ſecundogenitus inuitatur. 355. col. 1. n. 28*

*filius Primogenitus qui vltimum poſſeſſorem ægrum non curauit, vel eidem malum medicum adhibuit vt ex ea infirmitate decederet, in Maioratu non ſuccedit. ibid. col. 2. n. 33*

*filius ad Maioratus ſucceßionem expreßè atque ex certa ſcientia à Principe legitimatus, vtrum ſubſtitutos excludat. 359. col. 2 n. 25*

*filius legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, quãdo is qui fideicommiſſum relinquit erat nobilis, vel aliàs perſona in dignitate conſtituta. 360. col. 1. n. 20*

Hæredis inſtitutio non reuocatur ex cauſa inimicitiæ vel ingratitudinis ſuperuenienti, etiam ſi ea culpa hæredis proceſſerit.60.col.1.n.23
hæres inſtitutus ex cauſa indignitatis ſuperuenienti ab hæreditate priuandus eſt.Ibid.n.24.
hæredes poterũt reuocare Maioratum irreuocabilem ex cauſa ingratitudinis in vita inſtitutoris contingenti, ſi illam inſtitutor ignorauit vel ſciuit, illum tamen reuocare non potuit.61.col.2.n.37
hæres lacerans famam defuncti eſt hæreditate priuãdus tanquam indignus.63 col.2.n.45
hæres grauatus tenetur ſatiſdare fideicommiſſario & primus fideicommiſſarius ſequenti.105. columna prima num.1
hæres grauatus reſtituere in diem vel ſub conditione, tenetur computare in quartam fructus quos ante diem vel pendente conditione percepit.124. colum. 2. num.32
hæres grauatus inuentarium non faciens perdit quartæ detractionem.Ibid.n.33
hęres directus nullus poteſt fieri ex diſpotione contrahẽtis.101.col.2.n.6
hæres grauatus in fideicommiſsis ſuccedit iure directo, cæteri autem obliquè.101.col.1.n.1
hęredes Maioratus poſſeſſoris qui res Maioratus locauit de euictione locationis non tenebuntur ſi Maioratus poſſeſſor durante locatione mortuus fuerit.139.col. 2. num.8
hæredes Maioratus poſſeſſoris mortui ante finitam locationem tenentur reſtituere cõductori pretium locationis pro rata Ibid.n.10
hęredes tenentur de euictione quando Maioratus poſſeſſor rem Maioratus tanquam liberam locauit.9,col. 1. num.11
hæredes Maioratus poſſeſſoris vtrum teneantur de euictione quando Maioratus poſſeſſor rẽ Maioratus ſimpliciter locauit nec dicendo eam eſſe liberam, nec Maioratui ſubiectam.Ibid.n.13
hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris poſſunt tollere ex ædificiis factis in rebus Maioratus omnia illa quæ ſine damno ipſarum rerum tolli poſſunt. 166. colum. 1. num.16
hæredes vltimi poſſeſſoris Maioratus tenẽtur reficere omnia quę tempore mortis eiuſdem in rebus Maioratus deteriorata inuenta fuerint.169.col.1,n.1
hæredes Prælati tenentur recfiere omnia quæ ſua culpa in rebus epiſcopatus deteriorata ſunt.Ibid.n.2.
hæres ad inſtantiam fideicommiſſarij tenetur facere inuẽtarium.172.col.1.n.1
hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario. Ibid. num.2
hæredi reſpectu ſequentis fideicommiſſarij remitti poteſt inuentarij confectio.174.col.2.n.14
hęredis inſtituti in ſchedula ſimplici ad quam teſtator ſe retulit, fieri poteſt.252.col.2.n.12.
hæres ſcriptus quis dicatur.433.col.1.n.45
hæres alienantis non poteſt rerum Maioratus alienationem reuocare.446.col.2.n.17
hæres non excluditur ab alienatione bonorum Maioratus reuocanda niſi ſolũ pro hęreditaria portione. 447. col.2.n.23
hęres qui inuentarium confecit excluditur à reuocatione alienationis bonorum Maioratus vſque ad valorem bonorum quæ ex hæreditate ad illum peruenerint. 447. col.2.n.24
hæres alienantis non poteſt reuocare alienationem rerum feudalium ſi inuentarium fecerit. 448. colum.1. num.25
hæres facto inuentario excluditur à rerum Maioratus vendicatione, etiamſi nihil ſibi præter legitimam ſuperſit.Ibidem num.26
hæres excluditur à rerum Maioratus vendicatione, etiã quando defunctus de euictione non tenebatur. Ibidem. n.18
hæres grauatus de reſtituenda hæreditate poteſt ante eius reſtitutionem compromittere etiam in arbitratorẽ. 507.col.2.n.2.& 508.col.2.n.14
Hypotheca cum prælatione vt competat, quæ requirantur.71.col.1.n.23
Hiſpanorum Primogenia fideicommiſsis perpetuò familię relictis ſimilia eſſe, & in quibus hæc inter ſe differant. 2.n.7
hiſpani potius quàm alij Regum exempla ſectantur. 11. col.2.n.23
hiſpanorum Primogenia reuocabilia in contractu inſtituta nec ſunt contractus nec vltimæ voluntates nec legata, nec fideicommiſſa, ſed tertiam ſpeciem conſtituunt, quamuis habeãt vim legati ac fideicommiſsi atque vltimæ voluntatis.82.col.1.n.13
hiſpanorum Primogenia reuocabilia ex contractu inſtitu tuta quoad ordinationẽ cõtractui æquiparãtur, quoad effectus autem vltimæ voluntati.Ibid.n.17
hiſpanorum Maioratus ex propria natura nullã in ſe publicam dignitatem continent.89.col.2.n.4
hiſpanorũ Primogenia in his in quibus fauorabilia iudicãtur interpretationem comprehenſiuam ac etiam extenſiuam recipiunt.126.col.2.n.7
hiſpanorum Primogenia quandoque à lege, nõnunquam ab homine, interdum etiam à conſuetudine ſeu præſcriptione deriuantur.187.col.1.n.1
hiſpanorũ Maioratus varia ſcripſit Illuſtriſsimus.D.Didacus Couarruuias.in Præfatione n.24.
Honoratus fauore incidenti vtrum eius reſpectu grauari poſsit.203.col.2.n.16
honoris ac dignitatis familiarum conſeruatione agitur in Maioratibus.89.col.1.n.3

I

IGnorantia faciliùs toleratur in ſucceſsione Maioratus minore vel muliere cum aliqua prohibitis contrahere.306.col.2.n.33
Immemorialis præſcriptio eſt quaſi alterũ ius quod mutari non poteſt.190.col.1.n.21
immemorialis conſuetudo potentior eſt priuilegio Ibid. num.20
immemorialis pręſcriptio non ſolùm centum annos, ſed etiam mille atque tempus infinitum comprehendit.231. col.1.n.46
immemorialis præſcriptio interruptione non eliditur. Ibid.n.47
immemorialis pręſcriptio centenaria pręſcriptione potẽtior eſt.Ibid.col.2.n.48
immemorialis præſcriptio vtrum deficiat dato eiuſdem præſcriptionis initio.Ibid.n.49
immemorialis pręſcriptio deficit, ſi cõſtet memoriam extare intra centum annos, ſecus autem ſi conſtet vltra centum annos memoriam extare, qualitérq; hoc intelligendum ſit.Ibid. n.50
Impeditus non videtur qui facilè impedimentum tollere poteſt.516.col.2.n.8
impenſam factam in funere vltimi poſſeſſoris vtrũ Maioratus ſucceſſor ſoluere teneatur.73.col.1.n.33
imperator quamuis ſit ſuper caput iuris ciuilis, eſt tamẽ ſub pedibus iuris gentium.358.col.2.n.17
imperatores plures ſimul Imperiũ Romanum interdum adminiſtrarunt 350.col.2.n.24
imperator concedens feudum in Italia, videtur illud ſecundum conſuetudinem Italiæ conceſsiſſe: ſi autem illud concedat in Germania, ſecundum conſuetudinem Germaniæ cenſetur concedere.95.col.1.n.50
Imperfectio debet eſſe totalis, vt quis à Maioratus ſucceſsione excludatur.94.col.2.n.39
Impoſsibile de facto reputatur quod Princeps de facili non ſolet concedere.303.col.2.n.11
Impugnans tranſactionem reddere debet quod pro ea accepit, vt audiatur.296.col.2. nu.32. & quando cogatur ſoluere pœnam promiſſam.298. colum. 1. numero 44
Incapax pro mortuo reputatur.60.col.2.n.29
Incluſio vnius perſonæ nõ inducit excluſionem alterius, quando incluſio ob maiorem frequentiam facta fuit. 376.col.1.n.35
Incrementum latens aut patens naturaliter in rebus Maioratus contingens ipſi Maioratui cedit. 10. col.2. nu.17
Indefinita æquipollet vniuerſali qualiter intelligatur. 108.col.2.n.27
Infamis infamia iuris aut facti non repellitur à Maioratus ſucceſsione.90.col.1.n.7
infames ad dignitates non aſcendunt.ibi.n.8
infamis in Regno ſuccedere non poteſt.ibi.n.9
infamis repellitur à feudi ſucceſsione.ibid.n.10
infamis retinet iura ſucceſsionis actiuæ & paſsiuæ. ibid. col.2.n.11. Niſi infamia reddat illum inteſtabilem ſeu ſucceſsionis incapacem.n.12
infamis eſt capax iuriſdictionis eidem in conſequentiam ſucceſsionis prouenientis.ibi.n.13
infamis non poteſt in Curia morari, nec videre faciem Principis.92.col.1.n.19
infamia leuis nõ repellit ab obtẽtione feudi, nec dignitatis.ibi.n.20
infans ſeu pupillus proximus infantiæ nõ poterunt facere Primogenium etiam cum tutoris authoritate.250. col.1.n.10
In feudis obſeruant diuerſæ prouinciæ diuerſas conſuetudines.95.col.1.n.49
Ingreſſus Religionis factus à conſtituto in extremis non excludit ſubſtitutum, ſi conſtat in ſubſtituti fraudem factum fuiſſe.214.col.2.n.29
Iniuria mortuo fieri poteſt ac ſi eſſet viuus.157. col.2.nu. 38
Inſinuatio vtrum in ſcriptura Maioratus quingentos ſolidos excedenti neceſſaria ſit.253.col.1.n.14
inſinuatio in donatione ob cauſam neceſſaria non eſt. ibi. num.16
inſinuatio neceſſaria non eſt in Maioratibus, vbi grauamen armorum & nominis apponitur. ibid col.2.num. 18
inſinuatio in legitimæ aſſignatione nõ requiritur.254.co. 1.n.19
inſinuatio nõ requiritur in Maioratu cuius redditus quingentos ſolidos non excedat.254. col.1.n.20
inſtantia cœpta cum Maioratus poſſeſſore tranſit in ſequẽtes ipſius Maioratus ſucceſſores.505.colum.1. numer.6
Inſtitutio Maioratus in qua maſculi vocãtur cẽſetur facta ob agnationis cõſeruationem.374.colum.2.numc. 26
inſtitutio Maioratus ex qua vocãtur maſculi de maſculis deſcẽdentibus ex maſculis & nõ de deſcẽdentibus ex fœminis intelligenda eſt. 377.columna. 2. numero 45
inſtitutor Maioratus cẽſendus eſt ſibi proximiores cæteris anteferre.382.col.1. n.69
inſtitutio Maioratus ex Regia facultate facta etiam omnino irreuocabilis effecta reuocari poterit, ſi in regia facultate dicitur quòd poſt inſtitutionem ab ipſo inſtitutore liberè valeat reuocari. 465.col.2.num. 78
inſtitutor Primogenij ex facultate Regia, ſeu ex legibus Regiis vtrum teneatur in foro conſciẽtiæ inter filios eligere digniorem.118.col.2.n.59
inſtituẽs hæredem coram ſeptem teſtibus vtrum cẽſeatur facere teſtamẽtum ſi profiteatur ſe facere codicillum.244.col.1.n.29
inſtitutor Maioratus qui ex Regia facultate illum inſtituit, vtrum in perſonarum vocatione teneatur ſeruare ordinem traditum à lege 27. Tauri.286.col.1.num. 11
inſtitutor Maioratus poteſt prohibere ne vſusfructus trãſeat in Fiſcum viuẽte poſſeſſore.519. colum.2.num. 15
inſtitutio Maioratus ob cõſeruationem agnationis expreſsè facta ad fœminam excluſionem de caſu ad caſum ex idẽtitate rationis extendẽda eſt. 372. colum.1. num.1
inſtituta veteris teſtamẽti in Primogenitura potiùs ætatis prærogatiuam quàm cæteras qualitates ſequũtur. 219.col.1.n.62
inſtitutio incapacis habetur pro nõ ſcripta. 60.col. 2.nu. 29
inſtitutio Maioratus ſecundum patriæ cõſuetudinem interpretanda eſt.74.col.1.n.1
inſtitutus in quota hæreditatis hæres directus eſt. 101. col.2.nu.8
inſtitutus in re certa quando loco hæredis habeatur.ibi. num.9
inſtitutus hæres poſt mortem primi hæredis nõ ſuccedit iure directo, ſed per fideicommiſſum.ibid.n.11
inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali quartam non detrahit.121.col.2.n.22
inſtitutus in re certa nõ dato cohærede, hæredis vniuerſalis vicem obtinet, quod etiam hodie iure Regio cõſiderato procedit.ibi.n.23
inſtitutiones Primogeniorum vtrum quoad ius fori ac poli ſecuræ ſint.179.col.1.n.1
inſtitutio filii facta ſub cõditione caſuali vel mixta, vtrum hodie omnino nulla ſit, an quoad legitimam reiecta conditione ſuſtineatur.183.col.1.n.23
inſtitutor Maioratus poteſt vigore Regiæ facultatis Primogenium in perſona filiæ relicto filio maſculo inſtituere.212.col.1.n.6
inſtitutor Maioratus in quacunque libera eligẽdi facultate nõ eſt cenſendus de doloſa cogitaſſe. 213.col.1. num.15
inſtitutio atque legatum, ſeu fideicommiſſum pretio interueniente fieri non poteſt.215.col.1.n.36
inſtitutor Maioratus poteſt prohibere ne commoditates tranſeant in Fiſcum viuente poſſeſſore, ſucceſsionem Maioratus in ſequentem ſucceſſorem transferendo. 519.col.2.n.16
inſtitutor Maioratus non poteſt diſponere, vt commoditates rerum Maioratus nõ tranſeãt in Fiſcum durãte vita poſſeſſoris.521.col.1.n.14
inſtitutio pretio facta nulla eſt, ſiue pretium ab inſtituto, ſiue ab alio eo ignorante datum fuerit. 216.col.1.n. 43
inſtituens ex propriis bonis Maioratum cui iuriſdictio annexa eſt poteſt in foro poli eligere dignum prætermiſſo digniori.220.col.1.n.68
inſtitutor Maioratus qui ad ſucceſsionem Maioratus elegit indignum, vel dignum prætermiſſo digniori, vtrum ad reſtitutionem teneatur.221.col.1.n.72
inſtitutor Maioratus qui habet Regiam facultatem ad illum inſtituendum, vtrum ſi illum ſimpliciter inſtituat,

*tuat, cenſeatur vti Regia facultate.220.col.1.n. 69*

*inſtitutio ſpurij facta ſub cõditione ſi Princeps illum legitimauerit, valida eſt.244.col.2.n.40*

*inſtitutio hæredis facta in codicillis obliquatur vt valeat iure fideicommiſſi.258.col.2.n.38*

*inſtituens Primogenium proſpicere debet ne cõditiones turpes & iniuſtas apponat, & honeſtas omittat.293. col.1.n.1*

*inſtitutio Maioratus ſimpliciter ſumpta nec eſt conditionalis nec pura, reſoluenda tamen ſub conditione.ibid. col.2.n.6*

*Inſtitutor Primogenii an poſſit aſtringere ſucceſſores vt iureiurando promittant ſe cõditiones ſeruaturos, an hoc tanquam turpe reiiciatur.298.col.1.n.44*

*inſtitutor Primogenii an poſſit ſtatuere quòd ſi ſucceſſor crimen læſæ Maieſtatis vel Sodomiæ cõmiſerit, præambula hora tranſeat ad ſucceſſorem Primogenium ita vt Fiſcus à confiſcatione excludatur.300.col.2.n. 57*

*inſtitutor Maioratus nullam clauſulam poteſt apponere quæ impediat facultatem Regiam alienandi bona ex cauſa legitima.476.col.1.n.36*

*Inſtinctus naturalis quoad aliquid faciendum aſtringimur, proprium ius naturale eſt.182.col.1.n.17*

*In teſtamento idem eſt dicere, vniuerſa bona, ac ſi dicatur vniuerſa hæreditas, quamuis in contractu hæc nimis diuerſa ſint.66. col.2 n.5*

*Inteſtatus mori non dicitur qui etiam ſi vellet nõ poſſet facere teſtamentum.393.col.2.n.3*

*Interdictum adipiſcendæ poteſt intentare Maioratus ſucceſſor pro conſequenda actuali & corporali detentione.421.col.1.n.2*

*Interdicta recuperãdæ & retinẽdæ etiam competũt Maioratus ſucceſſori.426.col.2.n.6*

*interdicta adipiſcẽdæ, recuperãdæ atq. retinẽdæ poſſunt à ſucceſſore Maioratus diuerſis temporibus cumulari.ibid.n.7*

*interdictum quorum bonorum habet annexam proprietatis cauſam.428.col.1.n.11*

*Intellectus Claudij ad l. quia perinde. §. reſtituta. ff. ad Trebellia.reiicitur.153.col.1.n.10*

*Inuentarium facere tenetur aſtrictus ad rationem reddendam.173.col.1.n 3*

*inuentarium non conficiens perdit Falcidiæ atque Trebellianicæ detractionem.174. col.2.n.11*

*inuentarii confectio vtrum ab inſtitutore Maioratus poſſeſſori eiuſdem remitti poſſit.ibid.n.12*

*inuentarii confectio vtrum vſufructuario remitti poſſit.ibi.n.13.& n.15.16*

*inuentarii confectio tutori remitti poteſt.174. col.2.nu. 15*

*inuentarii remiſſio quid operetur.175. col.2.n.17*

*Ioannes Lupus de Palatios Ruuios refert ſe feciſſe tractatum de Maioratus, qui nõ inuenitur. in Præfatione.n.27*

*Is qui dominium reſtrictum ad vitam habet, poteſt ad officia ſecularia præſentare.159.col.1.n.3*

*Iudex ex cauſa non poteſt terminum reſtringere quãdo lapſo termino imponitur pœna priuationis. 311.col.2. n.19*

*Iudicialis inquiſitio generis mulierum in contrahendis matrimoniis reprobatur.306.col.2.n.34*

*iudicium proprietatis pro bonis Maioratus in eo Regio conuentu tractandum eſt in cuius diſtrictu maior pars bonorum Maioratus inuenitur. 438.col.1.nume. 73*

*iudicium proprietatis tractandum erit in Regio Conuentu, in cuius diſtrictu eſt caput bonorum Maioratus etſi alibi maior pars bonorum Maioratus ſit ſita, ibi. num.74*

*iudicium agitari poteſt pro legatis annuis futuris quorum dies nondum ceſſit.439.col.1.n.1*

*iudicium cœptũ ſuper re de futuro valet ſi pendẽte iudicio lis ſuperueniat.ibi.n.4*

*iudicium non poteſt fundari ita vt ex poſt facto iudiciũ ipſum poſſit eſſe inane & fruſtratorium. ibid. col.2. n. 10*

*iudicium ſuper Maioratus ſucceſſione viuente poſſeſſore intentatum ex pluribus cauſis poteſt inane reddi.ibi. num.12*

*iudicium ſuper iure conditionali ante euentum cõditionis fundari non poteſt 440.col.1.n.13.*

*iudicium ſuper remedio.l.ſi contendat. ff. de fideiuſſ.ſeu. l. diffamari. C. de ingen. & manum. vtrum ſuſtineri valeat abſque diffamationis ſummaria cognitione. 442.col.2.n.31*

*iudicium viuente poſſeſſore ſuper Maioratus ſucceſſione ventilari poteſt ex dolo vel diſſipatione poſſeſſoris. ibid.n.32*

*iudex quando poſſit cogere partes ad compromittẽdum. 511.col.2.n.30*

*Iure Diuino Primogenitis plures prærogatiuæ competebant.8.n.3*

*Ius gentium vnicum eſt, nec in primæuum ac ſecundarium diſtingui ſolet.8.nu.5*

*iura feudalia quæ non ſunt contra ius commune ad materias nõ feudales ex rationis paritate trahi poſſunt. 47.col.1.n.6*

*ius Primogenituræ an iure hæreditario deferatur.49.co. 1.nu.1*

*Iuriſconſultus nõ verba ſed effectum conſiderare debet. 51.col.2.n.19*

*ius Regni, Ducatus, Marchionatus, Comitatus ſeu Baroniæ non tranſit in Monaſterium, ſed potiùs ad hæredes ſanguinis defertur.98.col.1.n.81*

*ius quartæ detrahendæ in primo hærede conſumitur, nec ad vlteriores progreditur.123.col.2.n.30*

*ius vſusfructus poteſt eſſe apud vnum, & apud aliũ facultas fructuum percipiendorum.136.col.2.n.11*

*ius præſentandi eſt fructus iuris patronatus. 151. col. 2. num.2*

*ius patronatus vtrum tranſeat in fideicommiſſarium.151. col.1.n.5*

*ius Patronatus ad hæredes iure hæreditario nõ defertur. ibid.n.6*

*ius Patronatus tranſit in quemcunque hæredem etiam extraneum.ibid.col.2.n.7*

*ius Patronatus poteſt alienari titulo vniuerſali. ibidem num. 8*

*ius ſepulchrorum tranſit ad hæredes etiam extraneos. ibid.n.9*

*iura ſepulchrorum à iure Patronatus in pluribus differunt.153.col.1.n.11*

*ius ſepulchrorum non poteſt ad alium quàm ad hæredem tranſire.ibi.n.12*

*ius Regiæ poteſtatis nõ poteſt dici radicitum ante delatam ſucceſſionem.93.col.2.n.32*

*ius Primogenituræ in Hiſpanorum Primogeniis cedi, vẽdi, ſeu renuntiari nõ poteſt in præiudicium ſequẽtium ſucceſſorum.44.col.2.n.45*

*ius ſepulchrorum non tranſit in Fiſcum.153.col.2.numer. 15*

*ius Patronatus non poteſt legari, fideicommitti, cedi, ac donari pio loco abſque licentia Epiſcopi, & etiam Laico Epiſcopi licentia interueniente.ibi.n.13*

*ius ſepulchrorum permutari non poteſt, ius autem patronatus ſic.ibi.n.14*

*ius ſepulchrorum non poteſt ex diuiſione vni ex hæredibus aſſignari, ius autem patronatus ſic. ibid.col.2.nu. 16*

*ius ſepulchrorum non tranſit in emptorem vniuerſalem hæreditatis.ibi.n.17*

*ius patronatus tranſit ad illum ad quem vniuerſa hæreditas transfertur.ibi.n.18*

*ius patronatus commodum etiam pecuniarium in ſe continet.154.col.1.n.21*

*ius patronatus tranſit cum vniuerſa hæreditate vẽdita vel donata.155.col.1. n.25*

*ius patronatus tranſit cum vniuerſa hæreditate confiſcata etiam à iudice laico.ibi.n.26*

*iure patronatus confiſcato non poteſt Fiſcus præſentare, ſed Eccleſia debet libera remanere.155.colum.2.nume. 27*

*ius patronatus tranſit in emptorem portionis hæreditariæ.156. col.1.n.28*

*ius patronatus bonis Maioratus annexum ſemper tranſit in Maioratus ſucceſſorem.col.2.n.29*

*iuris patronatus, anniuerſariis ac contractibus cenſualibus & libellariis ad Hiſpanorum Primogenia qualiter procedat argumentatio.48.col.1.n.10*

*ius patronatus hæreditarium poteſt à patre vni ex filiis iure Maioratus prælegari.156.col.2.n.30*

*ius patronatus iure Maioratus competens iure ſanguinis non poteſt à patre filio Primogenito iure Maioratus aſſignari.ibi.n.31*

*ius patronatus iure Maioratus competens nunquam tranſit in maritum, ſed apud vxorem remanet.ibi. n. 32*

*ius quod erat penes Maioratus inſtitutorem in ſedilibus ſeu banchis Eccleſiæ, vtrum tranſeat ad eiuſdem Maioratus ſucceſſorem.157.col.1.n.34*

*ius ſepulchrorum vtrum tranſeat in Maioratus ſucceſſores.ibi.n.35*

*ius naturale non eget aliqua lege ſeu conſtitutione ſcripta.182.col.1.n.18*

*ius patronatus & alia iura quæ non poſſunt tranſire in hæredem extraneum, non poſſunt tranſire in Fiſcum ex confiſcatione.518.col.1.n.2*

*ius competens alicui poterit petere quod declaretur ſibi competere.439.col.2.n.7*

*ius variatur in æquiparatis ex diuerſitate rationis. 19. col.1.n.15*

*ius naturale non efficitur ciuile ex eo quod aliqua lex ciuilis ad ipſum quod lege naturali introductum erat diſponit.182.col.2.n.20*

*ius ſuccedendi & ius rumpendi ſe habent tanquam connexa in actu & priuatione. 264.col.1.n.43*

*ius Primogenituræ extra Hiſpaniam in pluribus prouinciis tam ex bonis mobilibus quàm ex immobilibus conſtare ſolet.270.col.1.n.1*

*ius Primogenituræ in Hiſpania ex ſolis bonis immobilibus conſtat.ibi.n.2*

*ius Diuinum fœminæ iura ſucceſſionis deferebat maſculo eiuſdem gradus & lineæ deficiente. 364. col.1.nume.1*

*ius naturale potentius eſt iure Principatus. 358.col.2.n. 18*

*iura quæ circa fœminarum ſucceſſionem aliquid diſpoſuerunt enarrantur.364.col.1.n.2*

*ius Primogenituræ non debet exire ex illa linea in quam ſemel intrauit.390.col.1.n.32*

*ius Primogenituræ transmitti poteſt.ibi.col.2.n.38*

*ius in potentia & ſpe acquiſitum à parente ſufficit vt filiùs poſſit eius perſonam repræſentare.393.col.2.nume.4*

*ius repræſentandi in hæreditate aſcendentium deſcendẽtibus in infinitum conceſſum eſt.394.col.1.n.5*

*ius conditionale poteſt in iudicium deduci ante euẽtum conditionis, ſeu chirographum debiti deletum ſit.439 col.1.n.3*

*iura remedia ſuperuacanea non admittunt.439.col.2.nu. 11*

*Iuramentum vtrum faciat Maioratum irreuocabilem. 460.col.1.n.55*

*iuramentum ſequitur naturam contractus.ibi.n.56*

*iuramentum cum pacto de ratum habendo, vel non contraueniendo, an faciat Maioratum irreuocabilem.ibi. col.2.n.57*

*iure communi acquiſita difficiliùs auferuntur, quàm quę ex priuilegio.474.col.2.n.26*

*iura libertorum & alia iura quæ non poſſunt tranſire in hæredes extraneos, ex crimine læſæ Maieſtatis Fiſco adiiciuntur.521.col.1.n.30*

*iura libertorum ex crimine læſæ Maieſtatis non confiſcantur.ibid.col.2.n.32*

*Iuriſdictio non capitur ab eligente, ſed à domino confirmante.160. col.1.n.10*

*iuriſdictio gabellæ ſeu tertiæ in bonis Maioratus à poſſeſſore acquiſitæ non efficiuntur ipſius Maioratus. 164.col.1.n.6*

*iuriſdictio ordinaria non poteſt ab alio, quàm à Principe, ſiue à lege concedi.252.col.2.n.12*

*Iuriſperitorum diſpoſitiones maiora iurgia generare ſolent, & quæ ſit huius rei cauſa.in Præfatione.n.6*

*ius reuocandi donationem ob ingratitudinem nõ tranſit ad hæredes donantis, nec datur contra hæredes donatarij.524.col.1.n 44*

*Iuris Canonici permiſſio à peccato non liberat, quãdo id à iure Canonico non diſponitur, ſed ſolùm permittitur, vt maiora inconuenientia vitentur.217.col.2.nu. 55*

*Iuſtitia commutatiua nec diſtributiua non violatur in bonorum patrimonialium diſtributione, ſi ea à vero domino fiat.218. col.2.n.60*

*Iuſta ratione à maioribus traditum eſt Regnum Caſtellæ Regno Legionis in armorum delatione præferri.314. col.2.n.40*


*L*


*LAudemium quod debetur ex alienatione rerũ cenſualium vel Emphyteoticarum pertinet ad Maioratus poſſeſſorem.147.col.2.n.12*

*Lata culpa in libera commiſſione excepta non videtur. 213.col.1.n.19*

*Legatum ex inimicitiis ſuperuenientibus reuocatum, non validatur etiam ſi teſtator inimicitias ſciuerit, fecerit codicillum, nec legatum reuocauerit. 62.col.2. n.41*

*Legatarius qui poſt mortem teſtantis cum vxore eiuſdem concubuit, perdit legatum.63.col.2.n.47*

*Legatarius portionis hæreditariæ habetur loco hęredis, etiam alio hærede vniuerſali inſtituto.67. col.1.numero 7*

*legatum factum militiæ cantoris factum muto, ſeu curſoris factum debili, nullum eſt.98.col.2.n.88*

*legatarius vel fideicommiſſarius quartam non detrahit niſi in duobus caſibus.124.col.1.n.31*

*legatum factum cognatis, de cognatis teſtatoris intelligendum eſt.406.col.2.n.9*

*legatum familiæ relictum ſolum conceditur his qui tempore mortis teſtantis nati ſunt.45.col.1.n.4*

*legatum reuocatur eadem ſolennitate quę eſt neceſſaria in teſtamento, codicillo, vel qualibet alia vltima voluntate.65.col.1.n.56*

*legati ſubſtantiam non mutat cauſa fauore legatarij adiecta.*

*iecta.129.col.2.n.8*

*Legare cognatis ſeu agnatis idē eſt ac ſi legetur agnationi ſeu cognationi. 32.col.2.n.26*

*legatum perdit qui poſt mortem defuncti ingratitudinis cauſam committit.63.col.2.n.44*

*lex 46.Tauri loquens de ædificiis in rebus Maioratus factis habet locum in Maioratu abſque Regia facultate inſtituto atque in Patronatibus & anniuerſariis iure Maioratus inſtitutis.6.& 7.n.27*

*leges in Maioratibus loquentes vtrum procedant etiam in regno.15.col.1.n.24*

*lex ſemper intelligenda eſt ſecundum Rubricam ſub qua ſituatur 84.col.2.n.28*

*lex præferens Primogenitum ſecundo genito non eſt interpretanda contra publicam vtilitatem.92 colum.2. num.26*

*legis virtus conſeruatur, quamuis id quod in ea diſponitur nunquam contingat.96.col.1.n.62*

*lex tutor qui repertorium in tutore loquens, vtrum ad alias perſonas ad rationem reddendam aſtrictus extēdi debeat.174.col.1.n.9*

*lex ciuilis ſeu Canonica ſi iuſta ſit, etiam in foro conſciētiæ ſeruanda erit.180.col.1.n.7*

*lex naturalis non eget promulgatione. 182. columna 1. num.19*

*leges Regiæ plurimum reſtringunt Principis poteſtatem cum tertij præiudicio.242.col.1.n.25*

*lex Principis facta ad bonum publicum, quæ genericè diſponit, nec de Clericis aliquam mentionem facit, indiſtinctè tam Clericos, quàm laicos cōprehendit, niſi Clericis præiudicialis ſit.282.col.2.n.82*

*leges quæ in Primogeniorum inſtitutione apponūtur, vtrum veræ conditiones ſint, an modum tantùm inducant.293.col.1.n.2*

*leges ſeu conditiones appoſitæ in Maioratu ſimpliciter ſumpto modum tantùm non conditionem inducunt. Ibid.n.3*

*leges ſeu conditiones Maioratus ſi non ſeruentur non reſoluitur inſtitutio ipſius Maioratus, ſed ſucceſſores ad earum implementum aſtringendi ſunt. 293.colum.2. num.8*

*leges ſeu conditiones quæ communiter in Maioratibus apponuntur cenſentur modi, niſi alia adiungātur quæ potiùs ad conditionem quàm ad modum referri debeant. 294.col.1.n.11*

*lex correctoria reducēs nos ad terminos iuris antiqui nō eſt ideò fauorabilis iudicanda.367.col.2.n.25*

*lex 2.tit.15.parti.2.in Regni ſucceſſione preferens nepotē patruo, ad quęcunque alia Primogenia extendenda eſt. 386.col.1.n.5*

*legem Partitarum non ſolùm in Regni ſucceſſione, ſed in aliis Primogeniis diſponere, pluribus rationibus probatur Ibid.n.6*

*leges Tauri declaratoriæ, non iuris correctoriæ, cenſendæ ſunt.388.col.2.n.24*

*leges Partitarum & Tauri non tam proximitatē quàm lineam rectam Primogenitorum conſiderauerunt.392. col.1.n.51*

*leges Partitarum & Tauri in neptis aduerſus patruum prælatione ius commune ſequutæ fuerunt.Ibid.col.2. num.53*

*lex 40.Tauri quę cōcedit trāſuerſalibus ius repræſentationis, vtrum procedat in his tranſuerſalibus qui à primo inſtitutore non deſcendunt.394.col.2.n.9*

*leges Partitarum frequenter Azonis opiniones ſequi ſolent.398.col.2.n.22.*

*lex 45.Tauri quid vltra l.7.tit.4.par.5.diſpoſuerit.421. col.2.n.5*

*lex 45.Tauri quid vltra Galliæ & Italiæ ſtatuta diſponat.Ibid.n.7*

*lex 45.Tauri in quibus deuiet à iure communi noſtri Regni.422.col.1.n.10*

*leges Pandectarum & Imperatorum in his Regnis non tanquam leges, ſed tanquam dicta ſapientum accipiendæ ſunt Ibid.n.11*

*lex. 45. Tauri potuit diſponere, quòd poſſeſſio ciuilis & naturalis in Maioratus ſucceſſorem transferatur, etiā tertio poſſidente.422.col.2.n.15*

*lex generaliter diſponens non comprehendit minores nec priuilegiatos.436.col.2.n.65*

*lex Romanorum inter liberos & ingenuos ſeu patronos, vt plurimum caſus formare ſolent.441.col.2.n.24*

*leges ciuiles actui aliàs à iure Canonico probibito pœnā adiicere.332.col.1.n.11*

*leges Regni antiquæ de Maioratibus non loquuntur.in Præfatione.n.20*

*leges Taurinēſes fuerunt primæ quę de Maioratibus Hiſpaniæ meminerunt in Præfatione.n.22*

*leges de crimine læſæ Maieſtatis loquentes non priuant filios iure Primogeniturę iam ſibi ſaltē in ſpe competēti tempore criminis commiſſi.519.col.1.12*

*legis 45.Tauri remedium circa tranſlationem dominij ac poſſeſſionis competit ei qui in Maioratu abſque Regia facultate inſtituto vocatus eſt.6.col.2.n.22*

*legitimati cenſentur eſſe de familia agnatione & cognatione Maioratus inſtitutoris.26.col.1.n.44*

*legitimatio ſpurij quē pater inſtituit ſub conditione ſi legitimatus fuerit, valet etiam ſi poſt mortem parentis conceſſa fuerit.244.col.2.n.41*

*legitimati ex reſcripto Principis nihil differunt à legitimus.287.col.2.n.18*

*legitimatis non poteſt relinqui niſi tantum quantum vni ex filiis legitimis cui minima portio relicta eſt.287.col. 2.n.19.Quod procedit etiam in legitimatis ex reſcripto Principis.n.20*

*legitimatus per reſcriptum, filiis legitimis exiſtentibus, hodie non poteſt parenti ſuccedere niſi in quinta bonorum portione.Ibid.n.21*

*legitimatus per ſubſequēs matrimonium in iure Primogenituræ ſuccedit.288.col.1.n.23*

*legitimus pro parte, & pro parte illegitimus quis eſſe nō poteſt.349.col.1.n.14*

*legitimati nihil differunt à legitimis.357.columna prima num.1*

*legitimati ad Hiſpanorum Primogenia admittendi non ſunt.Ibid.n.3*

*legitimati debent legitimis reuerentiam exhibere. Ibid. num.4*

*legitimati non poſſunt dici legitimi ex proprietate vocabuli, ſeu conſiderato principio genituræ, ſed potiùs ex priuilegio atque fictione.Ibid.num.5*

*legitimatio eſt ſimilis alchimiæ.Ibid.num.6*

*legitimatus differt à legitimo, ſicut imago ab illo quem repræſentat.Ibid.num.7.*

*legitimatus eſt ſimilis medicato à percuſſionibus. Ibidem num.8*

*legitimatus appellatione legitimi non comprehenditur vbi agitur de honore & beneficio.Ibid.n.9*

*legitimatio Principis non poteſt tollere ius his quibus in legitimati defectum ſucceſſio Maioratus deferēda eſt, niſi ea legitimatio citatis ſubſtitutis facta fuerit. 358. col.1.n.10*

*legitimatio ſimplex nō ſufficit ad hoc vt ex illa iuri ſubſtitutorum derogatum eſſe cenſeatur.359. columna 2. num.24*

*legitimatus ita vt ſuccedat in eo quod illi pater relinquere voluerit, vel ſine pręiudicio venientiū ab inteſtato, vtrum excludat ſubſtitutum.361.col.1.n.38*







*Legitimatus per reſcriptum qui tempore impetratæ legitimationis potuit ex ſubſequenti matrimonio legitimari, non excludet ſubſtitutum.ibi.n. 39*

*legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando ipſe ſubſtitutus eſt perſona in maxima dignitate conſtituta, vel eques auratus, vel eccleſia.ibi.n.40*

*legitima aliis fratribus ex bonis liberis ſoluenda eſt vbi filius maior ſuccedit iure Maioratus in oppidis ſub titulo Ducatus, aut Marchionatus conceſſis.77.co.2. n.29*

*legitima filiorum ſimpliciter ſumpta ex iure naturali procedit, quamuis eius quantitas iure poſitiuo taxata ſit.181.col.2.n. 14*

*legitima filiorum in quantum ad alimenta eorum neceſſaria eſt, ex iure naturali procedit: ideóque lege ſeu conſuetudine aut reſcripto tolli non poteſt. 182. col.1. n.16*

*legitima filiorum poteſt tolli lege, ſeu cōſuetudine etiam quoad alimenta, ſi filius aliunde habuerit vnde ſe alere poſſit.283.col.1.n.25*

*legitima vtrum hodie titulo inſtitutionis relinquenda ſit.319.col.2.n.14*

*legitima ex iure communi atque Regio partitarum filiis titulo inſtitutionis relinquenda eſt.ibi.n.15*

*legitima aſcendentium etiam titulo inſtitutionis relinquenda eſt.ibid.n.16*

*legitima etiam hodie titulo inſtitutionis relinquēda eſt. 320.col.1.n.17*

*legitima quibus rationibus titulo inſtitutionis relinquenda eſt.ibi.n.19*

*legitima ducta ſeu diminuta ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, vtrum titulo inſtitutionis relinquenda ſit. 321. col.1.n.21*

*Læſio vltra dimidiam qualiter poſſit en venditione commoditatis rerum Maioratus ad vitam conſiderari. 134. col.1.n.42*

*Libera eligendi facultas non debet ad actum prohibitum, ſeu doloſum extendi.213.col.1.n.16*

*Licentia data ab aſcendentibus vt deſcendētes eorū qui liberis carent ex eorum legitima poſſint Primogenium inſtituere, non valet niſi in ea iuramentum interueniat.199.col.2.n.50*

*licentia in Maioratus inſtitutione præcedere debet etſi quoad principalem diſpoſitionem non requiratur, ſi ad conditiones vel alias qualitates eiuſdē Maioratus neceſſaria ſit.246.col.1.n.50*

*Licentia ſemper præſumitur in caſu dubii, quod preceſſerit Maioratus inſtitutionem.ibi.n.51*

*licentia vtrum ſufficiat quòd per verbum fiat, ſi à Principe cōceſſa fuerit ad hoc vt ex ea Maioratus inſtitui poſſit, vel an requiratur literarum expeditio.ibi. col. 2.n.52*

*licentia conceſſa ea lege vel ſtatuto filio familiàs vt teſtari poſſit, intelligenda eſt abſque præiudicio parētis quoad vſumfructum.250.col.2.n.23*

*licentia conceſſa Epiſcopo ad teſtandum, vtrum expiret primo condito teſtamento, vel poſſit Epiſcopus primo reuocato alterum facere.290.col.2.n.45*

*Linea recta ſuccedi ſemper debet in Maioratu ſicut in Regno.13.col.2.n.12*

*linea vltimi poſſeſſoris omnibus aliis præferenda eſt, nec debet fieri tranſitus de ea ad alias vſquequo omnes ex illa deſcendentes finiantur.366. col.1.n.14*

*linea recta Primogeniorum ſemper cenſetur vocata in Primogenii ſucceſſione in infinitum. 389.col.2.nume. 29*

*linea illius qui ſemel ius Primogenituræ acquiſiuit, cæteris præferenda eſt, nec eſt admittendus alius, donec deficiant omnes qui ex illa proceſſerunt.ibi.n.30*

*linea quòd non poſſit incipere niſi ab illo qui ſucceſſionem acquiſiuit, qualiter intelligendum ſit. 390. col.1. n.34*

*linea vltimi poſſeſſoris à linea Primogeniti diſtinguitur. ibi.n.35*

*Lis à Maioratu poſſeſſore doloſè, vel negligenter perſequuta ſequētibus ſucceſſoribus non præiudicat. 505. col.2. n.7*

*lis cœpta à Maioratus ſucceſſore viuente eiuſdem Maioratus poſſeſſore, vtrum ſequentibus præiudiciū afferat.506. col.2.n.11*

*Locatio ad longum tempus alienatio eſt.140.col.2.num. 17*

*locatio commoditatis rerum Maioratus mortuo locante finitur.142.col.1.n.26*

*locatio ad longum tēpus rerum Maioratus facta, vtrum omnino vitietur, an per tempus permiſſum valida ſit. ibi.n.28*

*locatio ad longum tempus quæ ſit.144.col.1.n. 29*

*locatio ad modicum tempus facta potentiori dicitur alienatio, ſicut & illa quæ ad longum tempus ſit, & qualiter hoc intelligendum ſit. ibi.n.30*

*locus in quo mortuus ſepultus eſt abſque authoritate Epiſcopi hodie poteſt alienari.157.col.2.n.39*

*locum tenens vtrum mortuo correctore poſſit exercere iuriſdictionem, vel an iuriſdictio deuoluatur ad ciuitatem.159.col.2.n.7*

*Longinquitas domicilij poſſeſſoris Maioratus an ſit legitima cauſa concedendi facultatem alienādi rem Maioratus ad ſubrogationem faciendā in loco domicilii. 480.col.2.n.16.& 18.& 481.col.1.n.19*

*Lucratur ſatis qui ſuæ voluntati obſequitur. in Præfatione.480.col.1.n.10*

*M*

*MAgiſtratus à Maioratus poſſeſſore creati, vtrum eius morte expirent.159.col.1.n.4*

*Magiſtratus ad beneplacitum creatus expirat morte conſtituentis, niſi à Principe creatus fuerit.ibi.n 5*

*magiſtratus qui morte Maioratus poſſeſſoris expirauit, an vti poſſit iuriſdictione vſque ad euentum ſucceſſoris, vel ea vti debeat Concilium oppidi. ibid. col. num.6*

*Magnitudo Regni Caſtellæ vetuſtati Regni Legionis præfertur.315.col.1.n.41*

*Maioratuum cauſæ ſunt aliarum omnium difficillimæ ac frequentiſſimæ.in Præfat.n.1*

*maioratus pro iure Primogenituræ frequenter ſolet vſurpari.2.n.2*

*maioratuum & fideicommiſſorum conuenientia in quibus conſiſtat.3.n.8*

*maioratus & fideicommiſſa in pluribus differunt. 3. nu. 14*

*maioratus vt plurimum verbis præceptiuis ordinantur. 4.n.11*

*maioratus non poteſt dici præciſè fideicommiſſum eſſe. 4.n.15*

*maioratus diffinitiones traditæ à Roderico Suarez, & aliis taxantur.5.n.21*

*maioratus vera diffinitio aſſignatur. 6.n.22*

*maioratuum quidam proprii, quidam verò improprii eſſe ſolent.6.n.23*

*maioratus abſque Principis facultate verus Maioratus eſt.6.n.25*

*maioratus à diuino inſtituto quodammodo originem trahunt.8.n.2*

*maioratus à iure etiam naturali originem trahunt.8. num.4*

Maioratus à iure gentium deſcendit.ibi.n.5

Maioratus Hiſpanorum à iure etiam Canonico,ciuili & conſuetudinario deriuantur.8.col.2.n.6

Maioratus Hiſpaniæ ab ipſo Hiſpaniarum Regno deriuantur.ibi.n.7

Maioratus obſeruatio in Regni ſucceßione à Rege Pelagio principium ſumpſit.9.n.11

Maioratuum cauſæ vſque ad legum Taurinenſium publicationẽ in hoc Regno iudicabãtur illis legibus quæ ad Regni ſucceßionem erant ſtatutæ. 11.col.1.n.19

Maioratus inſtituendi forma,ſeu facultas ad illum inſtituendum in partitarum legibus non inuenitur.ibid. num.20

Maioratus indiuiduus eſt ſicut Regnum.13.col.1.n.6

Maioratus iure ſanguinis,non iure hæreditario ſicut Regnum defertur.ibi.col.2.n.11

Maioratus & Regni ſucceßio ſemper ad proximiores defertur.ibi.n.12

Maioratum inſtituens bona velle in propria familia perpetuò conſeruare cenſendus eſt.19.col.1.n.13

Maioratus inſtitutio in rem, non in perſonam dirigitur, ideóque ſemper perpetua cenſenda eſt.20.col.1.nume. 22

Maioratus inſtitutio non ſimpliciter & abſolutè,ſed fauore certarum perſonarum facta, vtrum ſupergrediatur perſonas nominatas. 23.col.1.n.31

Maioratus diſpoſitio vtrum extendatur vltra perſonas nominatas nedum in deſcendentibus,ſed etiam reſpectu tranſuerſalium. 24.col.2.n.37

Maioratus ſucceſsio non ſolùm in deſcendentibus primi inſtitutoris, ſed etiam in collateralibus perpetua eſſe debet.25.col.1.n.39

Maioratus non ab vltimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore deferuntur.49.col.1.n.2

Maioratus reſpectu primi inſtitutoris iure hæreditario, reſpectu autem vltimi poſſeſſoris iure ſanguinis deferuntur.50.col.1.n.10

Maioratus ſucceſſor vtrum poßit Maioratum acceptare, & hæreditatem repudiare.ibi.col.2.n.12

Maioratus cui nouæ conditiones ab vltimo ex familia adiiciuntur, nouus Maioratus iudicandus erit, in eóq. ea facultas quæ in nouis Maioratibus neceſſaria eſt interuenire debet. 52.col.1.n.25

Maioratuum poſſeſſoribus conſulitur, vt ſi antiquis Maioratibus bona propria adiiciant eadem legibus antiqui Maioratus ſubiiciant nec nouas leges præſertim antiquis contrarias apponant. 54. colum.1. numero 36

Maioratus poſſeſſor vtrum ſequentem ſucceſſorem ex cauſa ab ipſius Maioratus ſucceßione exhæredare poſsit.56 col.1.n.1

Maioratus ſucceſſor nõ poteſt eiuſdem ſucceßione priuari, etiam propter votum paternum non impletum.57. col.2.n.4

Maioratus per viam donationis irreuocabilis inſtitutus non reuocatur ex inimicitia culpa inſtitutoris ſuperuenienti.61.col.2.n.35

Maioratus per viam donationis irreuocabilis inſtitutus, non reuocatur niſi ex cauſis de quibus in l.fina. C. de reuoc.donatio.61.col.1.n.31

Maioratus reuocatur etiam ex cauſis non contentis in d.l.fina.dummodo cauſæ ſint ſimiles vel maiores expreßis.ibi.n.32

Maioratus irreuocabilis qui ex cauſa ingratitudinis ab inſtitutore in vita reuocatus non fuit, ab hæredibus reuocari non poteſt.ibid.col.2.n.36

Maioratus per viam legati, prælegati vel fideicommißi factus reuocatur ipſo iure ex cauſa inimicitiæ vel ingratitudinis ſuperuenienti abſque alia inſtitutoris reuocatione, etiam ſi ea cauſa culpa inſtitutoris orta fuerit.62.col.1.n.38

Maioratus per viam legati ſeu fideicommißi inſtitutus, vtrum reuocetur ex inimicitia ſuperuenienti, quando inſtitutor illam ſciuit, habuitque tempus Maioratum reuocandi, nec illum reuocauit.ibi. n.39

Maioratus ex cauſa ingratitudinis vel ſimili reuocatur quoad eum tantúm qui illam commiſit, non quoad ſequentes.65.col.2.n.58

Maioratus ſucceſſor vtrum teneatur ad debita inſtitutoris eiuſdem perſoluenda, ſi Maioratus ex vniuerſa hæreditate, ſeu certa eiuſdem portione conſtet.66.col. 1.n.1

Maioratus ſucceſſor non tenetur ad ſoluenda debita inſtitutoris contracta, poſtquam Maioratus ipſe irreuocabilis effectus fuit.67.col.2.n.11

Maioratus ſucceſſor vtrum teneatur ſoluere debita contracta à prædeceſſore ex ædificiis ad Maioratus perpetuam vtilitatem factis procedentia. 70.col.1.num. 17

Maioratus pro refectione alicuius rei acquirit ius hypothecæ in ipſa re.ibi.col.2.n.19

Maioratus ſucceſſor qui ſoluit debitum cui bona Maioratus obligata erant, poteſt pro eadem quantitate denuo ipſa bona Maioratus obligare.71.col.2.n.25

Maioratus ſucceſſor tenetur ad debita vltimi Maioratus poſſeſſoris ſi eius hæres ſit.72.col.1.n.28

Maioratus ſucceſſor qui vltimi poſſeſſoris hæres non eſt, non tenetur ad debita eiuſdem perſoluenda. ibid. col. 2.n.29

Maioratus ſucceſſor vtrum teneatur ad debita cõtracta pro neceſſaria ſuſtentatione vltimi poſſeſſoris.73 co.1. nu.32

Maioratus ex dignitate inductus expirante dignitate ceſſare debet.77.col.2.n.27

Maioratus vim ſupremi iudicij obtinere ſolet. 79. col.1. num.1

Maioratus ſimilis eſt diuiſioni bonorum à parente factę. ibid.n.2

Maioratus etiam in contractu per viam diuiſionis bonorum inter filios à parente inſtitutus ſequitur vltimæ voluntatis naturam.80.col.1.n.4

Maioratus reuocabilis etiam ſi ex contractu fiat, ſemper ſequitur voluntatis naturam.81.col.1.n.8

Maioratus reuocabilis in contractu inſtitutus quoad omnia ſequitur contractus naturã, nec habet aliquid vltimæ voluntatis.83.col.1.n.21

Maioratus ſimpliciter per viam diuiſionis bonorum inſtitutus quoad omnia vltimæ voluntatis naturam obſeruat.ibi.col. 2.n.22

Maioratus per viam diuiſionis bonorum inter filios ſimpliciter factus, vtrum requirat ſolennitatem cõtractus, an vltimæ voluntatis.ibi.n.23

maioratus per viam diuiſionis bonorum, atque ipſa bonorum diuiſio inter filios tam ex contractu quàm ex teſtamento fieri poteſt.ibi.n.25

maioratus per viam diuiſionis ſimpliciter factus ſi habet ſolennitatem teſtamenti valebit tanquam teſtamentum, ſi verò habeat ſolennitatem contractus, valebit tanquam contractus.84.col.1.n.26

maioratus cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt, Regno quoad ſucceßionem æquiparatur.95.col.2.n.56

maioratus qui ex immemoriali conſtat, vtrum præſumatur habere clauſulam ex qua furioſus, monachus & ſimiles excluduntur.100 col.1.n.100

maioratus poſſeſſor tenetur ſequenti ſatiſdare.105.col.1. num.2

maioratus poſſeſſore non ſatiſdante, ſequens in Maioratus poſſeßionem admittendus erit.107.col.1.n.17


maioratus




Maioratus ſucceſſores raró exigere ſolent ſatiſdationem ab eorum poſſeſſoribus.109.col.1.n.35

maioratus poſſeſſor verus dominus eſt.129.col.1.n.4

maioratuum inſtitutiones ob bonum publicum introductas eſſe 125.col.1.n.1

maioratus poſſeſſoris dominium vtrum vtile an etiam directum ſit.130.col.2.n.16

maioratus poſſeſſor poteſt ad modicũ tempus locare. 139. col.1.num.1

maioratus poſſeſſor non poteſt rem Maioratus ad lõgum tempus locare.141.col.1.n.23

maioratus poſſeſſor vtrum poßit rerum Maioratus commoditates ad longum tempus locare.Ibid.n.24

maioratus poſſeſſor debet in re Maioratus id facere quod diligens pater familiàs in re propria feciſſet.146.col.1. num.3

maioratus poſſeſſor debet re Maioratus vti, non abuti.Ibid.num.4

maioratus poſſeſſor qualiter poßit in viuario eiuſdem maioratus aucupari, feráſque occidere.147. colum. 1. num.8

maioratus poſſeſſori competit ius præſentandi ad Eccleſiaſtica beneficia.151.col.1.n.1

maioratus dicitur vniuerſitas facti, nõ autem iuris.168. col.2.n.20

maioratus poſſeſſor tam primus quàm vlteriores inuentarium facere tenentur.173.col.1.n.4

maioratus ex Regia facultate inſtitutus nulla ſeu non competenti facta alimentorum aßignatione, vtrum nullus ſit, & an facta ex bonis Maioratus legitima alimentorum aßignatione ſuſtineatur. 183. colum. 2. num.27

maioratus à teſtante vel contrahente factus non dicitur legalis, quamuis vicem legis obtineat teſtantis ac contrahentis diſpoſitio.188.col.1.n.8.

maioratus ſimpliciter inſtitutus vtrum ex Regia facultate, an ex legum Regiarum diſpoſitione cenſendus ſit. 189.col.2.num.13

maioratus poſt mortem patris poteſt confirmari, ſi filij de quorum præiudicio agitur, conſentiant.243. colum. 2. num.35

maioratus vtrum poſt mortem inſtitutoris cõfirmari poſſit, ſi ipſe in eius inſtitutione petijt vt à Principe confirmaretur.243.col.2.n.36

maioratus à patre inſtitutus ſub conditione ſi à Principe confirmetur, vtrum poſt eius mortem confirmari poſſit.244.col.2.n.39

maioratus vtrum poßit inſtitui ex Regia facultate quã inſtitutor tempore inſtitutionis ignorauit conceſſam eſſe.245.col.2.num.47

maioratus reuocabilis inſinuationem non requirit. 254. col.num.21

maioratus ex annuis redditibus redimibilibus quo pacto in Hiſpania inſtituantur.270.col.1.n.5

maioratus irreuocabilis abſque facultate vtrum fieri poßit ex omnibus bonis reſeruato vſufructu.271.col.2. num.19

maioratus non poteſt à Prælato ſeculari inſtitui ex teſtamento abſque licentia Papæ.273.col.1.n.29

maioratu inſtituto à patre ex Regia facultate in vno ex filiis qui in eius vita mortuus eſt, vtrum poßit alium in perſona alterius filij vigore eiuſdem facultatis inſtituere.290.col.2.n.43

maioratuum inſtitutores filiis maſculis alimenta, fœminis verò dotes competentes relinquere debent.318.col. 1.num.1

maioratus nõ annullabitur ex aßignatione incompetentium alimentorum, ſed arbitrio iudicis ſupplebuntur. 323.col.1.n.34

maioratus nõ annullabitur ex eo quòd bona pro dote ſeu alimentis euincantur.Ibid.num.35

maioratus bona ſunt reſtituenda ex dilapidatione manifeſta, etiam ſi à principio cautio præſtita fuerit.113 col. 1.num.25

maioratus inſtitutor tenetur filias ſpurias atque naturales dotare.324.col.1.n.45

maioratus inſtitutor etiam filios legitimos habens tenetur ſpuriis ac naturalibus egẽtibus alimẽta relinquere Ibid.col.2.n.49

maioratus poſſeſſor tenetur alere & dotare fratres & ſorores, etiam ſi ex primo inſtitutore nõ deſcendant.326. col.2.n.59

maioratus poſſeſſor non tenetur dotare ſororem vterinã, ſed ſolùm vtrinque coniunctam, vel ſaltem ex eodem parente natam.327.col.1.n.60

maioratus natura ea eſt, vt ſolum tempus mortis vltimi poſſeſſoris quoad proximitatem conſideretur.414. col. 1.num.39

maioratus ex ſua natura reuocabilis eſt. 451. columna 1. num.1

maioratus vel meliorationes ex cauſa oneroſa cum aliquo tertio factæ reuocabiles fiunt, & quando id procedat.452.col.2.n.16

maioratus in vltima voluntate factus vtrum fiat irreuocabilis ſequuta traditione. 453.col.1.n.19

maioratus vel melioratio in iuribus incorporalibus vel in bonis in quibus inſtitutor non habet poſſeßionem, an poßit fieri irreuocabiliter ſine ceßione.456.col.2.n.34. & 35.& 457.col.1.n.38

maioratus vtrum fiat irruocabilis ex pacto de non reuocando.457.colum.2. numero 40. & 458. colum. 1. num.45

maioratus fit irreuocabilis quando id in facultate Regia ad eum faciendum præcipitur.460.col. 1.n.54

maioratus an requirat acceptationem primi vocati, vt non poßit reuocari.460.col.2.n.58.& num.60.& 461. col.2.num.64

maioratus ante acceptationem poteſt reuocari, etiam ſi cùm iuramento & cum clauſula de non reuocando factus ſit.462.col.1.num.66

maioratus omnino quoad inſtitutorem irreuocabilis effectus nihilominus ex diſpoſitione iuris in pluribus caſibus reuocari poterit.466.col.1.n.80

maioratus aliàs irriuocabilis reuocari poterit ex ſuperuenientia liberorum ſaltem quoad eorum legitimam vel alimenta.Ibid.num.81

maioratus irreuocabilis ex tertio & quinto inſtitutus, vtrum reuocetur bonis inſtitutoris diminutis. Ibidem num.82

maioratus cũ Regia facultate fiat, vel ſine illa, nihil refert quantum ad res eius alienandas cum Regia facultate.471.col.2.n.7.& 472.col.2.n.11

maioratus in teſtamentum vel codicillis inſtitutus reuocatur ex delicto inſtitutoris, ex quo pœna mortis vel amißionis bonorum irrogatur.519.col.2.n.20

maioratus quoad inducẽdam reuocationẽ ex crimine ſubſequuto vel non, cui diſpoſitioni comparandus ſit.520. col.1.num.23

maioratus irreuocabilis quo pacto effici valeat etiã extante facultate ex qua permittitur inſtitutori vt poſt illum inſtitutum eũ ipſum liberè reuocare poßit. 466. col.1.num.79

maioratus abſque Regia facultate inſtitutus vtrum ex criminibus læſæ Maieſtatis Diuinæ & humanæ confiſcari valeat.520.col.2.n.26

maioratus in dubio abſque Regia facultate inſtitutus cẽſendus eſt.526.n.73

maioratus perpetuus non inducitur ex eo ſolo quòd teſtator


teſtator

*ſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus fuerit, niſi ex aliis coniecturis deducatur. 33. col. 1. nume. 38*

*Maioratuum modica ſit mentio in Chronicis Hiſpaniæ. in Præfatione. n. 14*

*moior natu præcedit cæteros in Primogenij, ſicut in Regni ſucceſſione. 13. col. 2. n. 7*

*Mala fides ex errore iuris cauſata vtrum impediat longiſſimam temporis præſcriptionem. 235. col. 2. n. 68*

*mala fides authoris nõ nocet ſingulari ſucceſſori, ſi is acceſſione prædeceſſoris non vtatur. 236. col. 2. n. 70*

*mala fides præſumpta nõ nocet hæredi vniuerſali nõ vtenti acceſſione defuncti. ibi. n. 71*

*Mandatum reuocatur ex furore ſuperuenienti, ſicut ex morte. 245. col. 2. n. 45*

*Maritus diſſipãs bona vxoris, tenetur illa etiam cõſtante matrimonio reſtituere. 111. col. 1. n. 8*

*maritus conſtante matrimonio vtrum poſſit præſentare ſi ius patronatus vxori in rebus dotalibus competat, an ipſa vxor præſentare debeat. 111. colum. 1. nume. 3*

*maritus vel vxor non poſſunt ex bonis ſibi à priori marito vel vxore donatis ſeu legatis, ſeu aliter ex cauſa lucratiua acquiſitis Maioratum inſtituere. 277. col. 1. n. 59*

*maritus ſolus abſque vxoris conſenſu, vtrum poſſit Primogenium in perſona filii communis ex bonis cõſtante matrimonio acquiſitis inſtituere. 278. colum. 1. nume. 65*

*maritus vtrum ex bonis conſtante matrimonio acquiſitis, poſſit donationem facere. ibi. n. 66*

*Maſculus eiuſdem lineæ excludit fœminam in Maioratu ſicut in Regno. 13. col. 2. n. 13*

*maſculinitatis repetitio quando & qualiter facienda eſt. 30. col. 2. n. 26*

*maſculus eiuſdem lineæ & gradus fœminam à Maioratus ſucceſſione excludit. 364. col. 2. n. 4*

*maſculorum vocatio quando in hominum diſpoſitionibus cenſeatur facta ratione conſeruãdæ agnationis. 373. co. 1. nu. 9*

*maſculorum vocatio excludit fœminarum ſucceſſionem. 375. col. 1. n. 30*

*maſculorum vocatio nõ inducit fœminarum excluſionem ob maſculos remotiores. ibi. n. 32*

*maſculorum vocatio nõ cenſetur facta ratione cõſeruandæ agnationis, ſi in aliquã parte Maioratus à fœmina fuit inſtitutus. 378. col. 1. n. 50*

*maſculinitatis repetitio faciẽda eſt in Maioratib. in quibus ratio cõſeruandæ agnationis expreſſa vel ſubintellecta eſt. 380. col. 2. n. 58*

*maſculinitas parẽtis nõ poteſt trãſmitti in filiam, nec ab illa etiam repræſentari. 391. col. 2. n. 49*

*maſculus qui poſt ſucceſſionem fœminæ natus fuit, illam excludit. 413. col. 1. n. 25*

*maſculorum appellatio maſculos ex fœminis deſcẽdentes comprehẽdit, quãdo non agitur de agnationis cõſeruatione. 377. col. 2. n. 48*

*Matrimonium inter cõſanguineos tertio gradu valet ſub conditione, ſi papa diſpenſauerit. 303. col. 1. n. 9*

*matrimonium cõtractum ab eo qui laborat in extremis, validum eſt, filiíque antea nati ex eo legitimi efficiũtur. 214. col. 1. n. 25*

*Mater nõ tenetur alere filium niſi in ſubſidium, vel niſi intra triennium. 318. col. 2. n. 3*

*mater quæ Maioratum inſtituit indiſtinctè tenetur filiis alimenta miniſtrare. ibid. n. 4*

*mater poteſt ſuccedere filio ſi ſtatutum diſponat, quòd non ſuccedat filiæ extantibus agnatis. 373. col. 1. num. 21*

*Mediolanẽſe decretum ſimile eſt legi 45. Tauri & eius diſpoſitioni. 422. col. 1. n. 8*

*Meliorationem tertii & quinti nõ poterit facere is qui habẽs facultatem Regiam ſimpliciter Maioratum inſtituit. 189. col. 2. n. 17*

*Melioratio tertii quæ reuocabilis eſt, vltimæ voluntatis naturam obſeruat, de eáque omnia quæ de Maioratu dicuntur erunt dicenda. 82. col. 2. n. 19*

*Memoria agnationis & cognationis conſeruatur ex nomine & inſigniis. 309. col. 2. n. 5*

*memoria hominis ſicut & homo ipſe oritur & moritur. 234. col. 1. n. 62*

*memoria etiam per fœminas conſeruatur. 365. col. 1. numer. 7*

*Mente captus, furioſus vel phreneticus vtrum poſſit Primogenium inſtituere. 263. col. 1. n. 27*

*Merita ſequẽtia purgãt inimicitiam præcedẽtem. 59. col. 1. n. 14*

*Meritorum collatio nõ dicitur eſſe anxia & ſtricta. 221. col. 2. n. 74*

*Metus reuerentialis ad inualidãda Primogenia ex filiorum cõſenſu inſtituta ſufficiens nõ eſt, niſi nimia crudelitas, minæ aut verba iniurioſa cõcurrant. 194. col. 1. n. 9*

*metus minor requiritur in muliere quam in viro ad Primogenii reciſionem. ibid. n. 10*

*metus reuerẽtialis ſimul cum enormiſſima læſione ad Primogenii reciſionem ſufficiens eſt. ibi. n. 11*

*metu nõ poteſt quis aſtringi ad matrimonium cõtrahendum. 302. col. 1. n. 2*

*Milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, vtrum in Maioratu ſuccedere poſſint. 100. col. 1. nu. 98*

*milites & commendatarii Sancti Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ, vtrũ poſſint ex propriis bonis vel ex fructibus commẽdarum Primogenium inſtituere. 267. co. 1. n. 69*

*Minimus error in principio, in fine apparet maximus. 9. n. 9*

*Minor grauiſſimè ac enormiſſimè læſus poteſt renũciationem reſcindere, etiam ſi iurauerit ſe illam ratione læſionis non impugnaturum. 196. col. 1. n. 24*

*minor renũtians hæreditati paternæ etiam nullo ob renũciationem accepto nõ reſtituitur, ſi id cõſultò ac ex iuſta cauſa fecerit. 197. col. 1. n. 32*

*minor vtrum poſſit abſque authoritate tutoris vel curatoris Primogenium inſtituere. 249. col. 2. n. 5*

*minor nõ poterit Primogenium ex contractu abſque authoritate tutoris ſeu curatoris inſtituere. 249. col. 2. num. 8*

*minor nõ poteſt facere donationem cauſa mortis abſque authoritate tutoris vel curatoris. ibi. n. 9*

*minor vtrum aduerſus Maioratus inſtitutionẽ reſtitui poſſit. 250. col. 1. n. 11*

*minor qui iuri Primogenituræ renũciauit, poterit aduerſus renunciationem reſtitui. 11. col. 2. n. 25*

*minor vtrum aduerſus declinatoriam fori omiſſam reſtitui poſſit. 435. col. 2. n. 61*

*minor in remedio ſummario tenutæ conſequendæ nõ reſtituitur aduerſus probationem omiſſam. 436. col. 2. nu. 63*

*Modus impoſſibilis diſpoſitionem in contractu, ſeu in teſtamento factam non vitiat. 228. col. 1. nu. 42*

*Monachus vtrum ſuccedere poſſit in Hiſpanorum Primogeniis. 96. col. 2. n. 68*

*monachus profeſſus in monaſterio capaci, vtrum ſuccedere poſſit in Maioratu cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt. 97. col. 1. n. 71*

*monachus retinet ius agnationis atque proprietatis in gradum. ibid. n. 73*







*Monachus retinet iura ſanguinis. ibi. n. 74*

*monachus retinet iura ſuitatis. ibid. n. 75*

*monachus ſuccedit in feudo cui nullum ſeruitium annexum eſt, ſeu tale quod à monacho præſtari poſſit. 97. col. 1. n. 76*

*monachus ſuccedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis atq. alienari prohibitis. ibi. n. 77*

*monachus ſuccedit in melioratione tertii. ibi. n. 78*

*monachus non eſt capax iuriſdictionis ſecularis. 98. col. 1. nu. 82*

*monachus non poteſt ſuccedere in oppidis & caſtris iuriſdictionem habentibus. ibid. n. 83*

*monachus non ſuccedit in feudo habenti annexum ſeruitium quod à manacho perſtari non poſſit. ibi. nu. 84*

*monacho in Maioratu ſuccedente memoria inſtitutoris ſupprimitur. 99. col. 1. n. 191*

*monachus quoad familiæ conſeruationem ac iuriſdictionis exercitium attinet, mortuus eſſe reputatur. ibi. n. 92*

*monachus ſuccedit in Maioratu cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt. ibi. col. 2. n. 95*

*monachus vtrum poſſit Primogenium inſtituere. 264. col. 1. n. 38*

*monachus ante ingreſſum monaſterii de bonis ſuis liberè diſponere valet. ibid. n. 39*

*monachus nouitius quoad bonorum ſuorum diſpoſitionem tanquam laicus cenſendus eſt. 265. col. 2. n. 53*

*monachus deſcendentes ſeu aſcendentes non habens poſt factam profeſſionem, non poteſt Primogenium inſtituere. ibid. n. 54*

*monachus profeſſus liberos habens vtrum poſſit inter eoſdem Primogenium inſtituere. ibi. n. 55*

*monachus profeſſus liberos habens, vtrum poſſit ex tertio Primogenium inſtituere. ibid.*

*monachus profeſſus qui inter liberos teſtatur tenetur eiſdem legitimam abſque diminutione relinquere. 266. col. 1. n. 58*

*monachus profeſſus qui inter liberos teſtatur tenetur monaſterio relinquere omne illud, quod relicta filiis legitima ex bonis ſupererat. ibi. n. 59*

*monachus profeſſus liberos habens non poteſt nec tenetur monaſterio aliquid præter quintam partem relinquere. ibid. n. 60*

*monachus profeſſus poteſt in vno ex liberis Primogeniũ ex tertio inſtituere ibi. n. 61*

*monachus profeſſus liberos habens non poteſt ex quinta bonorum parte Primogenium inſtituere. ibid. n. 62*

*monachus profeſſus non poteſt ex Regia facultate Primogenium inſtituere. ibi. col. 2. n. 63*

*monachus profeſſus aſcendentes habens poteſt inter eoſdem & monaſterium bona ſua diuidere. ibid. n. 64*

*monachus profeſſus aſcendentes habens nõ poteſt ex tertia bonorum portionẽ Primogenium inſtituere. 267. col. 1. n. 65*

*monachus profeſſus aſcendentes habens vtrum ex Regia facultate poſſit Primogenium inſtituere. ibi. n. 66*

*monachus ex licentia Papæ vtrum poſſit Primogenium inſtituere. ibi. n. 68*

*monachus profeſſus conſulitur vt in caſibus quibus poſſunt Primogenium inſtituere, illud nõ ex ſola familiæ conſeruatione, ſed ex alia cauſa honeſta ac religioſa faciant. ibid.*

*monachus religioſus, clericus vel monialis à ſucceſſione Primogenii poſſunt excludi. 300. col. 1. n. 54*

*monachus qui tempore delatæ ſucceſſionis in monaſterio incapaci inuenitur, non poteſt ſuccedere etiam ſi ex poſt facto ad monaſterium capax transferatur. 97. col. 1. n. 17*

*Monaſterium capax mediante perſona monachi ſuccedere poteſt. 97. col. 1. n. 71*

*monaſterium ſuccedit in feudo & in fideicommiſſo ſolum durante vita monachi. ibid. col. 2. n. 79*

*monaſterium excludit ſubſtitutum, et iam ſi monachus in extremis conſtitutus profeſſionem fecerit. 214. col. 2. n. 28*

*monaſterium habetur loco filii. 264. col. 1. nu. 41*

*monaſterium incapax non rumpit diſpoſitionem præcedentem. ibi. nu. 42*

*monaſterium non habetur loco filii niſi in caſibus à iure expreſſis. ibi. col. 2. nu. 45*

*Mortuo Duce Comite aut Marchione, filius eius non appellatur in Hiſpania Dux, Comes aut Marchio abſque Regis conſenſu. 75. col. 2. nu. 13*

*mors ciuilis æquiparatur naturali, quando eundem effectum inducit. 99. col. 1. n. 94*

*moriente eo cuius arbitrio nuptiæ commiſſæ ſunt conditio pro defecta habetur. 307. col. 2. n. 40*

*Mos eſt ſubditorum id ſequi quod Reges facere conſpiciunt. 11. col. 1. n. 22*

*Mulier poteſt iudicare ſi habeat iuriſdictionem ex ſucceſſione. 91. col. 1. n. 14*

*mulieri Regnum ex ſucceſſione deferri poteſt. ibid. num. 15*

*Munera obcæcant animos prudentum, & ſubuertunt verba iuſtorum. 21. col. 1. n. 38*

*Mutianæ cautionis actio datur in diſpoſitione conditionali, in modali verò ſine ea agi poteſt. 295. col. 2. num. 24*

*Mutuans pro refectione alicuius rei acquirit ius hypochecæ in ipſa re. 70. col. 2. n. 19*

*Mutus & ſurdus à natura vtrũ in Maioratu ſuccedat. 94. col. 2. n. 40*

*Mutus & ſurdus ſuccedit in Maioratu cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa non eſt. 70. col. 2. n. 41*

*mutus ſucceſſionis incapax non eſt. ibi. n. 42*

*mutus in feudo non ſuccedit. ibi. num. 43. Niſi pro feudo nullum ſeruitium præſtari debeat, vel tale quod à muto præſtari poſſit. n. 44*

*mutus & ſurdus vtrum ſuccedat in Maioratu cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt. ibid. n. 45*

*mutus ſicut excluditur à feudo cuius ſeruitium præſtare non poteſt, ita videtur excludendus eſſe à Maioratu cuius munus non poteſt adimplere. 95. col. 1. numer. 46*

*Muto & ſurdo poteſt fieri ſubſtitutio exemplaris ſicut furioſo. ibi. col. 2. n. 57*

*mutus intelligens furioſo non æquiparatur. ibi. n. 59*

*mutus perſpicacis ingenii non poteſt dici omnino inhabilis ad ſucceſſionem Maioratus cui dignitas ſeu iuriſdictio annexa eſt. 96. col. 2. n. 64*

N

*Naturalis ſeu baſtardus non dicitur eſſe de domo, familia agnatione, nec cognatione. 41. col. 2. nu. 46*

*Naturales ſeu baſtardi arma nec inſignia parentum deferre poſſunt. 26. col. 2. n. 47*

*naturalis in feudo non ſuccedit. ibid. n. 48*

*naturalis non ſuccedit in Maioratu. ibi. n. 49*

*naturalis per ſubſequẽs matrimonium legitmatus præfertur ſecundo genito qui ex matrimonio legitimati ſint quando ambo ex eadem matre nati ſunt. 45. col. 2. num. 6*

*natura ſemper ineſſe videtur, niſi per pactum improprietur. 368. col. 2. n. 35*

*Naſcituri ad Maioratus ſucceſſionem vocari poſſunt. 413. col. 2. n. 30*

Nati tempore inſtitutionis in Hiſpanorum Primogeniis non ſolùm admittuntur, ſed omnes qui tempore delatæ ſucceßionis & conditionis nati inueniuntur. 45. col.2.n.49
nati tempore mortis non ſolùm comprehenduntur in legato perpetuo facto familiæ, ſed etiã naſcituri. 404. col.2.n.21
Neceſſe eſt vt omnia ſua periodo terminentur. 234.col. 1.num.63
Negatiua quæ præcedit verbum, poteſt, inducit neceßitatem præciſam, & tollit poteſtatem aliter diſponendi. 286.col.2.n.12
Nepos ex filio maiori excludit patruum in Regno & in Maioratu. 13.col.2.n.10
nepotibus & pronepotibus lite pendente alimẽta præſtari ſolent.334.col.1.n. 34
nepos legitimus ex filio naturali Primogenito ſuperſtite ex matrimonio ſubſequenti legitimatus filium ſecundo genitum legitimum à Maioratus ſucceßione excludit.348.col.1.nu.9
nepos à filio maſculo Primogenito deſcendens vtrum filium maſculum ſecundo genitum excludat. 384.col.1. num.77
nepotem eſſe patruo in Regni ſucceßione præferendum in his Regnis ex lege partitarum deciſum eſt.386.col. 1.num.3
nepotis & patrui cauſa in Primogeniorum ſucceßione in his Regnis poſt legem partitarum ſatis controuerſa fuit.ibid.n.4
nepos ante leges partitarum ex Hiſpana conſuetudine patruum præcedebat.389.col.1.n.26
Neptis cauſa aduerſus patruum ferè apud omnes gentes & nationes in Premogeniorũ ſucceßione potior fuit. 386.col.1.n.2
Nil refert legetur Titio & Mæuio, an Titio cũ Mæuio. 37.col.2.n.10
Nobiliores ac meliores ad officia ſecularia eligẽdi ſunt 219.col.2.n.66
Nominatio perſonarum ſolùm tribuit nominatis præcedentiam ſucceßionis, non autem operatur aliorũ excluſionem.23.col.1.n.33
Non eſt nouum vt ex vnico verbo plures ſubſtitutiones deducantur.19.col.1.n.16
Non minùs dominus eſt is qui alienare non poteſt. 130. col.1.n.11
Notarij acceptatio nomine abſentis facta, vtrum Maioratum irreuocabilem efficiat.463.col.1.n.67
notarius vtrum poßit acquirere abſenti ſolum in iudicialibus, an id etiam ad actus extraiudiciales protrahendum ſit.464.col.1.n.70
Noua opinio quòd nunquam in Maioratibus locum habeat quartæ detractio, defenditur.122.col.1.n.26

O

ODioſus teſtatori ſub generali ſeu tacita vocatione nunquam comprehenditur.59.col.1.n.13
Odioſus eſt omnis receſſus à iure communi. 367.col.2.n. 25
Omne agens in patiente bene diſpoſito operari debet. 2. num.1
omnis bona diſputatio à diffinitione incipienda eſt. 2.col. 1.num.1
Omißio modicæ ſolennitatis actum vitiare non ſolet.229 col.1.n.33
Onera Maioratus poſſeſſoris oneribus matrimonij iuſtè comparari poſſunt.418.col.1.nu.13
Opinio dicentium principem abſque cauſa & citatione ſubſtitutorum poſſe iuri ſibi ad Maioratus ſucceßionem in ſpe quæſito præiudicare taxatur.360.col.1.n. 1.n.17
opinio Petri de Peralta in l. cùm ita legatur. §. ſi fideicommiſſo.n.16.ff.de legat.1.taxatur.365.col.2. nume. 11
opinio dicentium quòd excluſio fœminæ cui legitima debetur propter maſculos remotiores odioſa ſit, excluſio autem fœminæ cui legitima non debetur fauorabilis taxatur.368.col.1.n.26
opinio dicentium quòd verbum maſculus fœminam à Primogeniorum ſucceßione excludat, frequentiùs admitti ſolita eſt.376.col.1.n.37
opinio dicentium fructus rerum Maioratus inter hæredes vltimi poſſeſſoris & nouum ſucceſſorem eſſe pro rata diuidendos, tanquam probabilior eligitur. 417. col.2.num.12
opinio Caroli Ruini in pluribus conſiliis taxatur. 464. col.1.nu.72
Optimum conſilium eſt adiicere in Regiis facultatibus quòd alimenta relinquantur quocunque titulo. 321. col.1.n.23
Ordinis omißio in quacunque minima parte actum vitiat.287.col.1.n.14
ordo in ſucceſsione Maioratus quis ſeruari debet abſque vlla lege, ſeu conditione inſtituti.12.col.1.n.1
ordo in ſucceſsione Maioratuum ex præſcriptiòne inductorum quis ſeruandus ſit.14.col.2.n.22

P

PActa matrimonialia ex quibus antiquus ordo ſuccecedendi in Maioratibus inſtitutus mutatur, nulla ſunt, niſi Regia facultas interueniat.54.col.1.n.34
Pactio iurata inter filios vt in bonis parentis iure Maioratus ſuccedatur, non valet abſque ipſius parentis conſenſu.193.col.1.n.3
pactum de quo in l.fina.C.de pactis. & conſenſus à filio paternæ diſpoſitioni abſque iuramento adhibitus, ratione enormiſſimæ læſionis reſcinditur. 196. col.1.nu. 26
pactum de non contraueniendo non alterat naturam contractus. 458.col.2.n.46
Palatios Ruuios vltra iuris Canonici ſciẽtiam fuit iuris ciuilis profeſſor excellentiſſimus. 105.col.1.n.5
Parẽs vtrum vigore Regiæ facultatis poſſit in perſona filij hæretici vel proditoris, vel inimici Regis, vel exiſtentis apud hoſtes Primogenium inſtituere remiſſiue.291.col.2.num.50
parentes Maioratum inſtituentes tenentur dotem filiæ relinquere, etiam ſi ſit dotata, vel aliunde dotari poſſit.319.col.1.n.7
parentes Maioratum inſtituentes tenentur filiis alimenta relinquere etiam ſi filij aliunde ſe alere poſſint.ibi. num.6
parens vtrum poßit relinquere filiis ſpuriis alimenta vltra quintum, ſi quintum ad illa non ſufficiat. 325.col. 1.num.52
parentes tenentur filiam iterum dotare, ſi caſu non culpa ſua dotem amiſit.333.col. 1.n.23
parentes tenentur iterum filios alere qui prima alimenta etiam culpa ſua amiſerint.ibi.n.24
Partitarum leges à Rege Fernando tertio cœptæ fuerũt. in Præfatione.n.21
Pater poterit tertiam & quintam hæreditatis portionem, ſicut poteſt tertiam & quintam bonorum partem prælegare.51.col.1.n.17
pater tenetur filiis bonorum deſcriptionẽ facere, quamuis inuentarium de bonis eiuſdem facere non teneatur, quod generale eſt in omnibus qui inuentarium facere non tenentur. 109.col.1.n.34
Patre bona Maioratus dilapidante, filio ante eius mortẽ reſtituenda ſunt.110.col.1.n.1
pater dißipans bona filij quorum adminiſtrator eſt, tenetur ea filio reſtituere.111.col.1.n.7
pater propria bona dilapidans tenetur in vita filio legitimam aßiguare.ibi.n.9
pater poteſt bona ſua in mare proiicere in præiudicium filiorum.111.col.1.n.10
pater dißipans bona immobilia Maioratus, vtrum teneatur illa in vita reſtituere.112.col.1.n.14
pater dißipator bona Maioratus tenetur in vita filio reſtituere, etiam ſi ſit ſoluendo, & culpa dißipationis in omittendo conſiſtat.ibi.n.16
pater habet verum ius vſusfructus in bonis Maioratus filii, non ſolùm commoditatem.ibi.col.2.n.19
pater qui potuit filio pupillariter ſubſtituere & id non fecit poteſt grauare fideicommiſſo venientes ab inteſtato.203.col.2.n.17
pater poteſt in perſona filii natu maioris Primogenium inſtituere dummodo dignus ſit, prætermißis filiis dignioribus.219.col.1.n.64
pater poteſt in foro conſcientiæ filium indignum indignitate facti in quinta bonorum portione meliorare.220. col.2.n.70
pater non poteſt in codicillis factis inter liberos eoſdem hæredes inſtituere.257.col.1.n.32
pater habens vltra quatuor filios non poteſt filiis illegimis quintum pro dote, ſeu alimentis relinquere. 324. col.2.n.51
pater non poteſt reuocare licentiam filio ad donandum cauſa mortis datam in præiudicium illius cui iam eſt facta donatio.472.col.2.n.13
pater qui poteſt filium vendere ob neceßitatem, an poterit pignorare.487.col.2.num.13.& 489.col.1.numer. 25
pater vtrum poßit vſumfructum recipere ex bonis Maioratus filii familias. 131.col.1.n.18
pater non percipiet vſumfructum, ex bonis Maioratus vbi inſtitutor eius prohibuerit.132.col.2.n.30
pater vſumfructum recipere poteſt ex re iure Maioratus à Principe donata.132.col.1.n.24
pater vſumfructum percipere non poteſt ex re Maioratus filij clerici.ibi.n.25
pater retinet vſumfructum in bonis Maioratus filio ante clericatum acquiſitis.132.col.2.n.28
pater in bonis Maioratus expreßè alienari probibitis nõ poteſt verum ius vſusfructus, ſed ſolam commoditatem obtinere.ibi.n.29
Pecunia data ab aliquo pro electione alterius præſumitur data electo mandante vel conſentiente. 216.col.1. num.44
Pelagius pro inſigniis leonem rubeum in campo albo aſſumpſit.10.col.2.n.14
Pœna priuationis non eſt apponenda niſi in caſib. à iure expreßis.58.col 1.n.10
pœnarum fiſcalium perceptio pertinet ad Maioratus poſſeſſorem.162.col.1.n.20
pœnæ fiſcales ſunt fructus iuriſdictionis.162.col.1.nume. 22
pœnæ fiſcales pertinent ad vſufructuarium.ibi.n.23
pœna appoſita à lege Tauri filiis matrimonia clandeſtina contrahentibus, non poteſt rectè id conſiderantibus grauis videri.332.col.1.n. 12
pœnæ ob matrimonium clandeſtinum appoſitæ vtrum hodie habeant locum ſtante deciſione Concilii Tridentini ſeßione.24.c.1.de reformatione matrimonii, cuius ponitur declaratio.ibi.n.16
pœna non incurritur ex actu nullo, ſeu inefficaci. ibi.n.17



pœna non incurritur ex actu nullo, quando lex conſiderat ſolum factum, non autem iuris effectum.ibid. col. 2.n.19
pœnæ fiſcales qualiter inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris & ſequentem ſucceſſorem diuidendæ ſunt. 419.col.1.n.19
pœna fiſcalis pertinet illi cuius tempore condemnatio facta fuit.ibi.n.20
pœna fiſcalis quæ ab ipſo iure debita eſt non eſt adiicienda illi cuius tempore condemnatio facta fuit, ſed ei cuius tempore delictum commiſſum fuit.ibid.col.2.n. 20
pœna fiſcalis debetur illi cuius tempore condemnatio facta fuit, & non illi cuius tempore facta fuit executio. ibid.n.22
pœna fiſcalis vtrum debeatur illi cuius tempore cõdemnatio facta fuit, ſi tempore primi lis iam diffinitiuè concluſa erat.ibi.n.23
pœna debetur iudici qui in prima inſtantia condemnationem fecit, etſi ſententia ab alio in gradu appellationis confirmetur.ibi.n.24
pœnæ fiſcales inter hæredes vltimi Maioratus poſſeſſoris & ſequẽtem ſucceſſorem pro rata diuidendæ ſunt, qualitérque hoc intelligendum ſit.420.colum.1.num. 25
pœna diſtinguitur à modo vel conditione ex veriſimili voluntate teſtatoris.397.col.1.n.33
pœnæ impoſitæ aduerſus filios hæreticorum ſeu proditorum non extenduntur ad illos qui tempore commiſſi delicti nati non erant. 526.col.2.n.55
Penſiones rerum Maioratus etiam pro rata diuidendæ ſunt.418.col.2.n.27
Perfectum dominium abſque alienandi facultate conſtare poteſt.130.col.1.n.12
Permiſſio vtendi ab ipſo iure ſeruitutis diuerſa eſt.ibid. num.13
permiſſio facta vni non porrigitur ad alium. 490.col.2. num.38
Perpetuum nihil poteſt eſſe ſub ſole, niſi per ſubrogationem.19.col.1.n.15
perpetuus Maioratus inducitur ſi teſtator bona ſua Primogenitis familiæ propriæ reliquerit.29.col.2.nume. 18
Perſona quæ à Maioratus ſucceſsione excluditur, repræſentari non poteſt.49.col.1.n.2
Petrus à Peralta taxatur.453.col.2.n.20
Piſces qui in ſtagno ſunt vt multiplicentur dicuntur res immobiles, párſque ipſius fundi eſſe indicantur. 493. col.1.n.10
Pluribus ſucceſsionem Maioratus poſt mortem poſſeſſoris prætendentibus omnibus ſatiſdandum erit. 454. col.1. n.23
plures vocati ſub nomine collectiuo familiæ, vel ſimili, non ſimul, ſed ordine ſucceſsiuo admittendi ſunt.ibid. num.24
plures vocati per copulam in Hiſpanorum Primogeniis, ſemper cenſentur vocati indiſtinctè ordine ſucceſsiuo. 36.col.2.n.5
plures vocati in Hiſpanorum Primogeniis vt vnus cum alio ſuccedat, ordine ſucceſsiuo non ſimul admittendi ſunt.38.col.1.13
plures vocati ad ſucceſsionem in Hiſpanorum Primogeniis per fideicommiſſum non per vulgarem vocati eſſe cenſentur.39.col.1.n.18
plures coniecturæ ſimul iunctæ efficiunt id quod vna de per ſe efficere non poteſt.36.col.2.n.4
plures vocati per copulam inter quos ſolum cadit ordo affectionis, non neceſsitatis, cenſentur vocati ſimul, non ordine ſucceſsiuo.ibid.

Plures ſub diſiunctiua, ſeu alternatiua vocati ordine ſucceßiuo vocati cenſendi ſunt. Ibid.num.7

plures vocati ita vt vnus cũ alio ſuccedat ſemper ſimul, non autem ordine ſucceßiuo admittuntur.37.colum.2.num.8

plures vocati ad ſucceßionem cenſentur vocati per vulgarem ſubſtitutionem, non autem per fideicommiſſum. 38.col.1.num.14

plures teſtes coniungi poſſunt ad probationẽ prescriptionis Primogenij, quamuis vnuſquiſque de per ſe concludenter non deponat.229.col.1.n.34

plura vtilia quę deducũtur ex hac inueſtigatione, an Maioratus tanquam contractus, ſeu tanquàm teſtamentũ cenſendus ſit enumerantur.86.col.2.n.36

plures rationes quę aduerſus Primogeniorum inſtitutiones adduci ſolent.179.col.1.n.2

Portio vtrum ſit præſtanda Monaſterio, quando monachus fecit teſtamentum ante ingreſſum quod ex ingreſſu non reuocatur.265.col.1.n.47

poſſeſſor Maioratus poteſt eidem adiicere conditiones antiqui Maioratus declaratorias ex quibus nil noui ſtatuatur.52.col.1.n.23

poſſeſſor Maioratus ex conſenſu omnium de familia poteſt Maioratui antiquo nouas conditiones adiicere. Ibid.num.26

poſſeſſor Maioratus qui ipſi Maioratui bona propria libera addidit, vel ſequentem poſſeſſorem in bonis propriis hæredem inſtituit an poßit nouas conditiones antiquo Maioratui adiicere 54.col.1.n.35.

poſſeſſor Maioratus ſeruitutem conſtituere poteſt, ita vt eo moriente reſoluatur.136.col.1.n.4

poſſeſſor Maioratus vtrum poßit ius vſusfructus in re Maioratus conſtituere. Ibid.num.5

poſſeſſor Maioratus tenetur ad ſolutionem cenſuum, tributorum, penſitationum atque aliorum onerum realium, etiam ſi tempore prędeceſſorum decurſa ſint.171.col.1.num.8

poſſeſſor Maioratus tenetur ad expenſas litium ſuper rebus eiuſdem Maioratus contingentium, & qualiter hoc intelligendum ſit. Ibid.num.10

poſſeſſore Maioratus inuentarium non conficiente, an poſſit aduerſus illum in litem iurari.173.col.1.n.5

poſſeſſorẽ Maioratus graue damnum ſequi poteſt ex diffamatione ſibi circa Maioratus ſucceßionem contingẽti.442.col.1.n.28

poſſeſſor Maioratus qualiter poßit ex columbario columbas capere & accipere.147.col.2.n.11

poſſeſſor Maioratus poteſt ex diſpoſitione inſtitutoris ſolùm eſſe vſufructuarius non dominus. 133.colum.1.num.35

poſſeſſor Maioratus vtrum poßit ex ſylua non cædua arbores grandes excidere.146.col.1.n.5

poſſeſſor in Maioratibus Hiſpaniæ non poteſt inſtituere hæredem in bonis Maioratus illum qui ſibi ab inteſtato ſucceſſurus eſt.43.col.2.n.35

poſſeſſor lucratur fructus medij temporis quando diſpoſitio eſt pura reſoluenda tamen ſub conditione, ſi verò ſit conditionalis, eos reſtituere tenetur. 295. columna 1. num.19

poſſeſſor Maioratus prohibetur vſumfructum, ſeu aliam ſeruitutem ſuper rebus Maioratus conſtituere. 446. col.1.num.9

poſſeſſor Maioratus nõ poteſt bona Maioratus ad lõgum tempus locare ſeu in Emphyteoſim concedere. Ibidem num.10

poſſeſſor Maioratus non poteſt de rebus Maioratus tranſigere nec compromittere, neq; in illis hæredem inſtituere, nec illa ex delicto, nec etiam ex pluribus aliis cauſis alienare. Ibid.num.11

poſſeſſor Maioratus non poteſt nocere ſucceſſoribus ex actu voluntario.508.col.1.n.10

poſſeßio quæ ſtatutis Galliæ & Italiæ in hęredem transfertur, vocatur ciuilis & ciuilißima, artificialis & datiua.422.col.2.n.13

poſſeßio naturalis ex ſtatutis Galliæ & Italiæ nõ transfertur. Ibid.num.14

poſſeßio quæ non erit nec poterat eſſe penes vltimũ Maioratus poſſeſſorem, in ſequentem ſucceſſorem nõ transfertur. Ibid.num.17

poſſeßio ciuilis & naturalis ex l.45. Tauri in Maioratus ſucceſſorem transfertur. Ibid.num.17

poſſeßio ciuilis nec naturalis non poteſt eſſe mortuo Maioratus poſſeſſore penes tertium in quem eo viuente bonorum Maioratus poſſeßio tranſlata eſt. Ibid.n.18

poſſeßio ciuilis & naturalis quæ ex l.45. Tauri transfertur, vtrum vera an ficta poſſeßio dicenda ſit. Ibidem num.19

poſſeßio & dominium vtrum ante implementum conditionis nominis & armorum delationis transferatur. 310.col.2.num.11

poſſeßio rerum Maioratus mortuo vltimo poſſeſſore illico in ſequentem transfertur adeò vt nec per momentum vacare dici poßit.423.col.1.n.20

poſſeßio quæ de vltimo Maioratus poſſeſſore in ſequentẽ ſucceſſorem transfertur, vtrum ſit diuerſa, an eadem. Ibid.num.22

poſſeßio rerum Maioratus trãsfertur de vltimo poſſeſſare in ſequẽtem ſucceſſorem, etiam ſi is infans, furioſus, vel mente captus ſeu ignorans, vel conceptus, & nondum natus ſit. Ibid.col.2.n.24

poſſeſſor ciuilis & naturalis poteſt intẽtare interdictum adipiſcendæ pro conſequenda actuali & corporali detentatione. Ibid.num.23

poſſeßio ciuilis & naturalis acquiritur ex cõſtituto.426. col.2.num.4

poßidens ex conſtituto poteſt interdictum adipiſcendæ proponere pro conſequenda actuali poſſeßione. Ibidem num.5

poſſeßio ciuilis transfertur per conſtitutum & dominiũ vtile & directum.451.col.1.n.5

Pragmaticæ de Bormes tenor apponitur. 435.colum.1. num.58

pragmatica de Bormes vtrum vim legis obtineat. Ibid. num.59

pragmatica de Bormes declaratur.436.col.1.n.62

pragmatica de Bormes vtrum ſit genericè interpretanda, an ad ſolam eam proditionem quæ tempore communitatum contingit reſtringenda. Ibid.

Præceptum in Maioratu an habeatur pro impleto tertio iniuſtè impediente matrimonium.306.col.n.27

præceptum de iuramento reiicitur à conditione in Maioratu in contractu reuocabili facto, in modo verò implendum eſt.298.col.2.n.48

præceptum de contrahẽdo in Maioratu in vim modi morte mulieris habetur pro impleto.304.columna prima, num.14

præceptum delationis nominis & armorum ſimpliciter factum impletur, etiam ſi nominis & armis inſtitutoris alia miſceantur. 313.col.1.n.30. Et id præcipuè in Maioratibus Hiſpaniæ ex conſuetudine obſeruatur. num.31

præceptum teſtantis in dubio præſumitur appoſitum per viam modi, non autem conditionis.294.col.1.n.9. Niſi cauſa aliud requirat, vel natura verborum aliud ſuadeat.num.10

præceptum iuriſiurandi de iure Regio clericos & minores 25.annis non ligat.299.col.1.n.50

præceptum contrahendi cum certa perſona, ſi honeſtè impleri non poteſt à Primogenio reiicitur.302. col.2. num.4

præceptum de contrahẽdo cum conſanguinea intra quartum gradum ſimpliciter factum in Primogenio inſtituto in vltima voluntate vel in contractu reuocabili reiicitur tanquã impoßibile, etiam ſi ſequatur diſpenſatio Pontificis.303.col.1.n.7

præceptum de contrahẽdo cum conſanguinea intra quartum gradum ſub pœna priuationis Maioratus an valeat.302.col.2.n.6

præceptum de contrahendo cum conſanguinea in ſecundo gradu ab inſtitutione Primogenij reiicitur.303. col. 2. num.12

præceptum de contrahendo in Maioratu etiam in vim cõditionis appoſitum, muliere moriente habetur pro impleto.305.col.2.n.26

præceptum ſucceſſori Maioratus iniunctum vt non poſſit contrahere, niſi arbitrio vel conſenſu parentum vel aliorum reiicitur.307.col.2.n.39

præceptum ſucceſſori iniunctum de contrahendo conſilio parentum vel aliorum adimplendum eſt.307.col. 1. n. 36. Etiam ſi ob requiſitionem cõſilij matrimonium. per aliquod tempus differatur.n.37

præceptum delationis armorum in Maioratu in vim conditionis factum in vltima voluntate quamprimũ poſſit ſucceſſor implendum eſt, nec expectatur annus, nec admittitur moræ purgatio.311.col.n.20

præceptum delationis nominis & armorum in vim modi adiectum in teſtamento implẽdum eſt à ſucceſſore quãprimum poßit, & requiſitus non implens ſucceßione priuatur.312.col.1.n.23

præceptum delationis nominis & armorum ſeruandum eſt in Maioratu, ſi nomen & arma honeſta ſunt, aliàs nõ Ibid.col.2.n.25

præceptum delationis armorum implendum eſt quando Maioratus inſtitutor in cappella, ſeu ſepulchro apponi præceperit.315.col.2.n.47

præcepta legalia ſeu iudicialia legis veteris non aſtringunt, niſi quatenus in nouo teſtamẽto approbata fuerunt.219.col.1.n.63

præfatio diſpoſitionis præſtat lumen ac intellectũ ipſi diſponenti.28.col.1.n.4

præfatio cauſam finalem diſpoſitionis oſtendit. Ibidem. num.6

prælatus vel donatarij vtrum in ſubſidium teneãtur reſtituere ea quæ ſibi Prælatus extra cauſam piam donauit.276.col.1.n.52

prælatum vtrum poßit locare commoditates rerum Eccleſiæ ad longum tempus.142.col.1.n.27

prælatus in conferendo beneficio non exercet liberalitatem, ſed in præferendo vnum alteri ſic. 203.colum. 1. num.13

prælatus monachus nõ poteſt ex bonis patrimonialibus, vel ex his quę non intuitu dignitatis acquiſiuit diſponere niſi ex licentia Papæ.273.col.1.n.28

prælatus poteſt ex bonis patrimonialibus ſeu aliunde, nõ autem ex Eccleſiaſtica dignitate quæſitis Primogeniũ inſtituere. Ibid.n.27

prælatus ex licentia à Romano Pontifice eidem ad teſtãdum conceſſa, vtrum poßit ex teſtamento Primogeniũ inſtituere. Ibid.n.30

prælatus non poteſt Primogenium irreuocabile etiam ex contractu inſtituere. Ibid.col.2.n.31

prælatus poteſt liberè fructus ſuæ dignitatis quoad ius fori donare Ibid.n.33

prælatus id quod ſibi vltra congruam ſuſtentationem ex redditibus Epiſcopatus ſupereſt in profanos vſus cõſumens peccat mortaliter.275.col.2.n.46

prælatus non omnino vſufructuario nec vſurario æquiparatur. Ibid.n.43

pręlatus Primogeniũ ex fructibus Epiſcopatus inſtituẽs, etiam in caſibus in quibus concluſum eſt id ſibi in foro contentioſo licere, peccat mortaliter.275.col.2.nu.47. Niſi illud ex cauſa pia vel religioſa principaliter inſtituerit.n.48. Vel niſi poſt congruam eleemoſynarum erogationem aliquid conſanguineis egẽtibus iure Maioratus donauerit. Ibidem. Vel niſi Primogenium inſtituat ex fructibus Epiſcopatus qui ſibi ad ſuſtentationem familiæ neceſſarij erant. Ibid.n.49. Quos genium ſuum fraudando in id conſumere noluit nu.50. eadem. Vel niſi id faciat ex fructibus ac ſtipendiis officiorúmque à Principibus ſecularibus accepit.276.colum.1. num.51

prælatus ſecularis ſiue Epiſcopus vtrum poßit ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis Primogeniũ inſtituere.273. col.1.n.26

prælegata vtrum in vniuerſali Primogenio comprehendantur.281.col.1.n.73

præſentia notarij ſimul cum eius taciturnitate pro acceptatione reputatur.465.col.1.n.76

præſcriptio iurium requirit aduerſariũ qui ſciat & patiatur.227.col.1.n.23

præſcripta à Maioratus poſſeſſore ex cauſa Maioratus, an ipſius Maioratus efficiantur.164.col.1.n.7

præſcriptio ſtricti iuris eſt conſuetudo autem extenditur. 225.col.2.n.11

præſcriptio iuris realis extenditur ad omnes perſonas quibus ius illud applicari poteſt.226.col.1 n.16

præſcribens iuriſdictionem in vno territorio, poteſt illam exercere aduerſus aduenas. Ibid.n.17

pręſcriptio iuris vniuerſalis extenditur aduerſus omnes res atque omnes perſonas.226.col.2.n.18

præſcriptio immemorialis ſicut lex extendenda erit. Ibi. num.19

præſcriptio Primogenij non poteſt procedere, niſi pręſcribenas lios fratres habuerit cõtra quos potuerit pręſcriptio inchoari Ibid.n.20

præſcriptio immemorialis primogenij qualiter probanda ſit. Ibid.n.21

pręſcriptio quadragenaria cum titulo, vtrum ſufficiat ad Primogenij præſcriptionem.231.col.2.n.51

præſcriptio quadraginta annorum cum titulo immemoriali præſcriptioni æqualis eſt. Ibid.n.52

præſcriptio actionis aduerſus tranſactionem etiam cõtra ſucceſſores Maioratus prodeſt.512.col.2.n.38

præſcriptio longi temporis decem vel viginti annorũ nullo modo admittitur in bonis Maioratus etiã cum titulo & bona fide, & etiam ſi res à non prohibito, ſed ab alio habita fuerit.513.col.2.n.1

præſcriptio 30.vel.40.annorum procedit in rebus Maioratus. Ibid.num.2.

præſcriptio actionis aduerſus tranſactionem etiam contra ſucceßionem Maioratus prodeſt. 512. columna 2. num.38

præſcriptione 30.annorum tollitur actio ſeu remediũ aduerſus tranſactionem. Ibid.num.37

præſcriptio 30.vel 40.annorum aduerſus poſſeſſorẽ Maioratus cum quo impleta eſt admittitur, non verò contra alios ſucceſſores.514.col.1.n.3

præſcriptio quęcunque inchoata ante Maioratus inſtitutionem bene procedit in bonis poſteà in Maioratu inſertis. Ibid.n.4

pręſcriptio contra Maioratus ſucceſſorẽ admittitur quãdo ab illo denuo incepit. Ibid.col.2.n.6

præſcriptio currit etiam contra Maioratus ſucceſſorem alienationem ſcientem quando res fuit expreßè prohibita alienari. Ibid.n.7.9

præſcriptio immemorialis in rebus Maioratus etiam

contra omnes ſucceſſores admittitur. 515. col.1.nume. 10

Præſcriptio immemorialis cum mala fide non procedit. 527.n.67

Præſumptionem iuris habens contra ſe oneratur durioribus probationibus.376.col.1. n.33

præſumptio legis dicitur liquidiſsima probatio. 369.col. 1.n.40

Pretium quando ſuccedat loco rei & è contra.

Prima generatio eſt filius,ſecunda autem nepos. 114.col. 1.n.30

prima inueſtitura ſemper attendenda eſt, nec poteſt ex ſequentibus derogari.52.col.1.n.22

Primogenia vocantur iura primi & maximi natu filii. 2.col.1.n.4

primogenitura quid ſit.ibid n.5

primogenia Hiſpanorum cui diſpoſitionis generi potius valeant adaptari.4 col.2.n.16

primogeniorum Hiſpaniæ tractatus non ſolùm Hiſpanis, ſed etiam exteris ſummè vtilis erit. 7.col.2.n.29

primogenia Hiſpanorum etiam à iure canonico,ciuili & conſuetudinario deriuantur.8.col 1.n.6

primogenia ex mente inſtitutoris extenduntur & ampliantur.19.col.2.n.18

primogeniti qualitas nunquam moritur, ſed deficiente Primogenito ſecundo genitus Primogeniti locum acquirit.29 col.2. n.20

primogenii ſucceſsio defertur filiis vt filiis,non vt hæredibus.49.col.2.n.3

primogeniorum quædam familiaria,quædam autem hæreditaria ſunt.50.col.1.n.11

primogenitus vnus debet eſſe,& non pl.res.75.colum.1 num.8

primogenium reuocabile eſt quædam vltima voluntas annomala atque innominata.85.col.1.n.29

primogenitura dignitas eſt.89.col.1.n.1

primogenium veluti dignitas quædam conſtituitur. ibi. num.2

primogeniorum inſtitutiones vtrum fauorabiles an odioſæ cenſeantur.125.col.1.n.2

primogeniorum inſtitutores bonis agricultoribus ſimiles eſſe.179.col.2.n.4

primogenia in quibus deſcendentes legitima non defraudantur, vel in ea ſibi grauamen non imponitur, iuſta eſſe cenſentur.ibi.n.5

primogenia quæ ex legis authoritate fiunt, iuſtè in conſcientiæ foro inſtitui poſſunt.180.col.1.n.6

primogenium non poteſt fieri ex legitima aſcendentium, ſeu deſcendentium abſque Regia facultate ſeu eorum conſenſu.ibi. col.2.n.9

primogenia Galliæ atque Hebræorum & aliarum prouinciarum quæ à lege deferũtur, Primogenia legalia propriè appellantur.187.col.1.n.2

primogenia ex clauſula teſtamenti Regis Henrici ſecundi inter nobiles huius Regni inſtituta Primogenia legalia appellari poterunt.ibi.col.2.n.5

primogenia quæ ex legibus fori & Tauri, ſeu ex Regia licentia inſtituuntur, an ab ipſa lege ſeu Principe licentiam concedente, ſeu ab ipſorum inſtitutore deriuentur.ibi.n.7

primogenia quo pacto ab homine inſtituantur. 188.col.1. num.9

primogenium vtrum melius ſit cum facultate Regia, vel abſque ea inſtituere.ibid.n.10

primogenia ex Regia facultate inſtituentes profiteri ſolent ſe ea quoad tertium & quintum vti nolle: & latiſsimè diſcutitur an ea clauſula vtilis ſit, qualitérq. apponi debeat.ibi.col.2.n.11

primogenium quod ex tempore immemoriali conſtat, vtrum Regia facultate præcedente, an abſque ea factum cenſendum ſit.190.col.1.n.18

primogenium vtrum poſsit à parente inſtitui ex bonis feudalibus,cenſualibus,ſeu Emphyteoticis.280.col.2. n.71

primogenia Hiſpanorum poſſunt inſtitui ex gemmis & & aliis rebus pretioſis aureis, vel argenteis, atque ex cenſibus & aliis id genus.270.col.2.n.7

primogenito familiæ relinquere idem eſt dicere quòd ſi relinquatur Primogenitis familiæ.29.col.2.n.21

primogeniti Maioratuum in Hiſpania ex antiqua conſuetudine inſignia propriæ familiæ deferunt. 309.col. 1.nu.2

primogenio inſtituto in codicillo quæ ſolennitas requiratur.254.col.1.n.23.& 259.col.2.n.40

primogenium poteſt tam in contractu, quàm in teſtamento inſtitui.190.col.2.n.22

primogenium an vtilius ſit inſtituere in contractu quàm in teſtamento, vel è conuerſo.ibi.n.23

primogenia ex legitima filiorum qualiter abſque Regia facultate inſtitui valeant.192.col.1.n.1

primogenium in teſtamento in ſcriptis inſtitutum neceſſario ſcripturam requirit.252.col.1.n.6

primogenium in ſcriptura priuata inſtitui poteſt. ibid.n. 10

primogenium inſtitui poteſt in ſchedula abſque ſubſcriptione nec alia ſolennitate, ſi teſtator in alia ſcriptura publica ad ipſam ſe referat.ibi.col.2.nu. 11

primogenium inſtituere non poteſt is, qui nec poteſt contrahere nec teſtari.249.col.1.n.2

primogenium à furioſo inſtitutum, vtrum tempore furoris ſeu ſanæ mentis inſtitutum cenſendum ſit. 263. col.1.n.30

primogenium factum ante ingreſſum monaſterii, vtrum ingreſſu monaſterii reuocetur.ibi. n.34

primogenium in contractu inſtitutum, vtrum ex ingreſſu monaſterii reuocetur.265.col.1.n.50

primogenium inſtitutum à monacho durante anno profeſsionis, vtrũ ex profeſsione ſubſequuta reuocetur. ibi.col.2.n.52

primogenia in Hiſpania ex pecunia & bonis mobilibus inſtituuntur ea lege vt vendantur, & ex eis bona immobilia comparentur.270.col 1.n.4

primogenium vtrum in contractu ex vniuerſis bonis tam præſentibus quàm futuris inſtitui poſſit. 270.col.2. num.9

primogenium reuocabile ex omnibus bonis tam præſentibus quàm futuris inſtitui poteſt.ibi.n.13

primogenium irreuocabile ex Regia facultate inſtitutum ex bonis præſentibus & futuris fieri poteſt.ibid. num.15

primogenium irreuocabile abſque Regia facultate inſtitutum ex omnibus bonis non valet.271.col.1.n.16

primogenium ex cauſa oneroſa ex omnibus bonis inſtitutum validum eſt.ibi.n.17

primogenium à Prælato in bona valetudine exiſtenti ex contractu irreuocabili inſtitutum iure fori validum eſt.273.col.2.n.32

primogenium irreuocabile à Prælato ægrotante inſtitutum, vtrum validum ſit, ſi ex ea ægritudine mortuus fuerit.293.col.2.n.35

primogenium irreuocabile inſtitutum à Prælato ægrotante validum eſt, niſi aliunde fraus probetur.274.col.1. n.40

primogenium inſtitutum ex arris ſeu lucris, priori matrimonio conſtante acquiſitis tanquam de re aliena validum eſt quoad æſtimationem.278.col.1.n.63

primogenium vtrum ex re aliena inſtitui valeat. 280. col.1.n.70


primoge-




Primogenium de omnibus bonis inſtitutum, vtrum bona feudalia, cenſualia vel Emphyteotica comprehendit.Ibid.col.2.n.72

primogenium vtrum inſtitui poſsit ex bonis in alio Regno exiſtentibus.282.col.1.n.79

primogenium vtrum valeat ex legitima filij clerici, religioſi vel monialis inſtitui, relictis eiſdem competentilimentis.Ibid.n.80

primogenium ex facultate Regia vtrum ex legitima filiorum naſciturorum inſtitui valeat. 283. colum. 1. num.83

primogenium filiis legitimis non extantibus in perſona filij legitimati inſtitui poteſt.288.col.1.n.24

primogenium vtrum in perſona filij vnici inſtitui valeat. 285.col.1.n.2

primogenium filiis legitimis non extantibus in perſona filij naturalis non legitimati inſtitui poteſt.288. col.1. num.25

primogenium non poteſt in perſona filij ſpurij à parente inſtitui.Ibid.num.26

primogenium vtrum in perſona filij dignioris inſtituendũ ſit remiſsiuè 291.col.2.n.49

primogenitus nomine inſtitutoris nominandus eſt. 309. col.2.n.3

primogenitus in Regnorum, ditionum, ac quorumcunque Primogeniorũ ſucceſsione cæteris præferendus eſt.347. col.1.n.3

primogenitus dicitur qui primo natus eſt, non autem is qui cæteros in dignitate vel aliis qualitatibus præexcellit.Ibid.n.2

primogenitus qui ante Maioratum à parẽte acquiſitum natus eſt, præfertur ſecundo genito poſt acquiſitũ Maioratum nato.Ibid.num.3

primogenitus naturalis ſecundo genitum naturalem excludit, ſi ambo ex eodem matrimonio legitimi effecti ſint.348.col.1.n.8

primogenitus incapax ſucceſsionis ex delicto vel aliàs, vtrum poſsit in Maioratu ſuccedere, ſi à Principe reſtitutus fuerit.353.col.1.n.14

primogenitus excluditur à ſucceſsione illius Maioratus qui cum in eo quo ſucceſsit concurrere non poteſt. 355. col.1.n.29

primogenitus excluditur à ſucceſsione Maioratus ex nominis & armorum incompatibilitate.Ibid.n.30

primogenitus qui occidit vltimum Maioratus ſucceſſorem, vtrum valeat in Maioratu ſuccedere.Ibid.col.2. num.32

primogenitus Regis vtrum poſsit à parente ex cauſa Regni ſucceſsione priuari.387.col.2.n.13

primogeniti Regum vtrum differant à Primogenitis aliarum perſonarum quoad repræſentationem. Ibidem num.15

primogeniti Regum quòd in vita parentum Reges appellentur, qualiter intelligendum ſit. 388. columna 1. num.16

primogeniti atque omnes alij filij poſſunt in vita parẽtis bonorum eius domini appellari Ibid.col.1.n.18

primogenia facta poſt leges partitarum ſecundum.l. 40. Tauri interpretanda ſunt.Ibid.col.2.n.23

primogenia quæ in Hiſpania ante leges partitarum facta fuerunt, etiam ſecundum.l. 40. Tauri interpretanda ſunt.Ibid.n.25

primogenitus efficit primum caput in linea deſcẽdentiũ, & ſecundogenitus ſecũdum ad inſtar edicti prætorij de bonorum poſſeſsionibus.389. col.2.n.31.

primogenitus ſtatim cum naſcitur ius ad Maioratus ſucceſsionem certum atque inuariabile acquirit, quod ad eius Primogenitum tranſmittit.390.col.2.n.37

primogenitorũ perpetua vocatio efficit, vt omnes in infinitum ex repræſentatione ſuccedant, etſi ſucceſsio iure ordinario non deferatur.391.col.1.n.43

primogenitus viuo patre decedens ſpem ſibi ex donatione competentem in filium ſuũ tranſmittere poteſt.397. col.2.num.16

primogenia quantumcunque perpetua pluribus caſibus atque mutationibus ſubiecta eſſe.445.col.1.n.1

primus ſucceſſor Maioratus vniuerſalis iure directo ſuccedit 103.col.1.n.15

primus Maioratus inſtitutor vtrum poſsit Maioratui ab ipſo iam inſtituto nouas leges adiicere.54.columna 2. num.37

prius vel poſterius dicitur quid ratione modici interualli.248.col.1.n.18

princeps poteſt ſubſtitutiones Maioratuum mutare, & iuri vocatorum quærendo, non quæſito præiudicare.52. col.2.n.28

princeps poteſt fœminas ex inueſtitura à ſucceſsione excluſas ante delatam ſucceſsionem eiuſdem, habiles atque capaces reddere.52.col.2.n.29

princeps poteſt priuilegia à ſeipſo cõceſſa ad libitum reuocare.53.col.1.n.30

princeps abſque legitima cauſa non poteſt derogare iuri vocatorum ad Maioratus ſucceſsionem, etiam ſi ipſe Maioratus ex Regia facultate inſtitutus fuerit. Ibid. num.31

princeps non poteſt concedere facultatem vt fiat Maioratus non relictis filiis competentibus alimentis. 181. col.2.n.15

princeps quando aliquid facit ex certa ſciẽtia vel de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt allegari quòd habeat reuocare conceſsionem.241.col.2.n.18

princeps poteſt auferre hæredibus ius delatum ante hæreditatis aditionem.241.col.2.n.19

princeps quando vult reſcriptum valere, etiam cum tertij præiudicio intelligere cenſendus eſt de modico, nõ de magno.242.col.1.n.24

princeps non poteſt dominium tollere ſine cauſa, etiam ſi ipſum dominium per modum non à iure gentium, ſed à ſolo iure ciuili inuentum, quæſitum ſit. 242. colum.2. num.28

princeps iuri adeundi ex certa ſcientia vel de plenitudine poteſtatis ex cauſa derogare poteſt. 243. colum. 1. num.30

princeps non debet vti plenitudine poteſtatis, niſi ex magna cauſa.Ibid.num.31

princeps quãdo vtitur plenitudine poteſtatis, ſine cauſa, ea non dicitur plenitudo poteſtatis ſed tempeſtatis. Ibid.num.33

princeps nõ poteſt derogare iuri ſubſtitutorum abſque eo quòd vtatur clauſulis ex certa ſcientia, ſed de plenitudine poteſtatis.358.col.2.n.11

princeps non poteſt derogare iuri etiam in ſpe ex contractu competenti.Ibid.num.13

princeps etiam ex poteſtate abſoluta nõ poteſt tollere ius competens ex contractu etiam inter ſubditos. Ibidem num.19

principis appellatio quo tẽpore in Hiſpania cœperit.388. col.1.num.20

princeps an reuocare poſsit priuilegia ab ipſo conceſſa. 472.col.1.num.8.& 473.col.2.n.20.& 474.colum.1. num.23

princeps an poſsit vincula ac leges Primogeniorum ex facultate Regia inſtitutorũ mutare & alterare, & quãdo.472.col.1.n.10

princeps humanam legem reuocans non poteſt tollere effectus ex illa ante reuocationem perfectè deductos.


 Ibid.

ratio conſeruandæ agnationis non præſumitur ex maſculorum vocatione, ſaltem in hominum diſpoſitione.375 col.1.n.29
Ratificatio quæ cauſatur ex pretii receptione, ſolum inducit pro eo anno quo pretium receptum eſt, non pro ſequentibus.139.col.2.n.7
regiæ facultatis vigore vtrum poßit quis in perſona filii clerici vel monachi vel furioſi muti aut ſurdi Primogenium inſtituere remißiuè.291.col.2.n. 47
regia Pragmatica à Rege Henrico 2. lata interſeritur atque declaratur.523.col.2.n.42
regia facultas ad Maioratum inſtituendum, vtrum amittatur ex non vſu per lapſum decennii. 249. col.2. num. 71
regia facultas non eſt ſufficiens ad hoc, vt maritus aut vxor poßint ex lucris ex primo matrimonio acquiſitis Primogenium inſtituere.277.col.2.n.61
regnum Hiſpaniarum Primogenium legale dici poteſt. 187.col.1.n.3
regi vtrum competat remedium tenutæ ſummarium ac executiuum, ſicut aliis Maioratum ſucceſſoribus. 52. col.2.n.26
regem decet eſſe largum, beneficum & liberalem.14.col. 2.n.20
regum proprium eſt donare.359.col.1.n.21
reges plures Hiſpaniarum Regnum interdum adminiſtrarunt.350.col.2.n.25
regibus verecundum eſt vti beneficio inuentarii, ne teneantur vltra vires hæreditarias.72.col.2.n.31
regiæ facultates non concedunt Maioratuum inſtitutoribus vt omnes ſucceſſores hæredes directos faciant. 103.col. 2.n.18
rege bona Regni manifeſtè dilapidante, quid faciendum ſit.113.col. 2.n.28
reges Hiſpaniæ armorum delationem ſeruant & nullo cognomine nominantur.309.col.2.n.4
regina Regni proprietaria cui competit ius patronatus præſentare debet, non autem eius maritus.157.col.1.n. 33
regnorum atque amplißimarum ditionum ſucceßio apud omnes gentes vt plurimum eo ordine quo in Hiſpanis Primogeniis defertur.7.n.30
regnum Hiſpaniarum Maioratus eſt.9.n.10
regnum electioni non Primogenituræ iure competebat ante Regem Pelagium.9.col.1.n.12
regnum Caſtellæ eſt caput omnium Hiſpanorum Primogeniorum.10.n.16
regni & Maioratus ſucceſſio perpetua eſſe debet. 14.co. 1.n.14
regni ſucceßio cui deferenda ſit, quando duo filii ex eodem partu nati ſunt, & ignoratur quis primò natus fuerat. 349.col.2.n.21
regni adminiſtratio inter duos Reges diuidenda eſt quãdo ad illos ſimul eius ſucceßio delata fuerit.350.col.2. n. 26
regnum Legionis Ferdinando primo Regni Caſtellæ Regi dotis nomine acceßit.315. col.1.n.42
regnum Caſtellæ antiqui Gothorum imperii caput. 315. col.1.n.44
regni ſucceßio iure ſanguinis, non autem iure hæreditario defertur.387.col.1.n.9
regna propter crimen hæreſis perpetuò confiſcari poſſunt.529.col.1.n. 29
regnum propter hæreſim Regis poteſt ab illo & eius ſucceſſoribus auferri, ſi in hoc totius Chriſtianitatis, vel ipſius Regni damnum quoad religionem verſetur, nec aliter eidem damno ſuccurri valeat.522.col.2.nu. 37
regni ad Maioratum argumentum procedit.11.col. 2.nu. 26
Regula quod ſemel excluſus perpetuò excluſus cenſeatur, in Hiſpanis Maioratibus non procedit. 40. col.1. num.22
regulæ iuris non eliduntur per dubias probationes ſeu coniecturas.23.col.2.n.34
regula ſi vinco vincentem te, non habet locum in materia fœminarum excluſiua.29.col.1.n.16
regula Cancellariæ, ſcilicet quæ diſponit diſpenſationes, niſi literis expeditis non ſuffragari, qualiter ſit intelligenda.246.col.2.n.56
Reipublicæ expedit ſumptuoſa vrbis ædificia conſeruari.531.n.73
Relaxatio iure requiritur ad reciſionem contractus iurati metu facti: quod tamen in practica non ſeruatur. 194.col.2.n.13
relaxatio iuramenti requiritur vbi minor ratione læſionis renunciationem reſcindere velit.196.col.1.numer. 25
Relatiuum omnia præcedentia comprehendit.396.col.1. num.11
Relinquens aliqua bona Titio atque ſuis deſcendentibus poßidenda, non videtur ad ſolos nominatos Maioratus qualitatem reſtringere.23.col.1.n.32
Relicta filiis vt filiis, præſtanda ſunt eiſdem, etiam ſi hæredes non ſint.49.col.2. n.4
Remedium. l. 45. Tauri circa tranſlationem dominii ac poſſeßionis competit ei qui in Maioratu abſque Regia facultate inſtituto vocatus eſt.6.n.26
Relictum Primogenito in Primogeniis Hiſpanorum, eo mortuo ſecundo genito defertur.44.col.2.n.43
remedium tenutæ ſummarium ac executiuum vtrum competat Regi, ſicut aliis Maioratuum ſucceſſoribus. 24.col.1.num.26
remedium poſſeſſorium quod ex l. 45. Tauri conceditur, habet cauſam proprietatis annexam.81.col.1.n.9
remedium poſſeſſorium ex l. 45 Tauri vtrum competat primo ipſius Maioratus ſucceſſori.431. colum.2.num. 40
remedium.l.45.Tauri vtrum competat ei, qui ex coniecturis ad Maioratus ſucceßionem vocatus eſt, vel ad id expreſſa vocatio requiratur.432.colum. 2. numer. 43
remedium.l.fina.C.de edicto Diui Hadria.tollen.non competit niſi hæredi ſcripto.433.col.1.n.44
remedium dictæ.l.fina.non datur niſi oſtendenti teſtamentum originale.ibid.n.47
remedium.l.45.Tauri vtrum competat ei qui prætendit Maioratus ſucceßionem ex immemoriali præſcriptione.ibi. col.2.n 50
remedium.l.fina.C.de edicto Diui Hadria.tollen.nõ competit hæredibus ab inteſtato.ibi.n.51
remedium dictæ.l.45.Tauri vtrum detur contra titulo poßidentem. 434.col.1.n.52
remedia poſſeſſoria non dantur contra titulo poßidentem.ibid.n.53
remedium dictæ. l. fina. & interdictum quorum bonorum non dantur contra titulo poſsidentem. ibidem.n. 54
remedium dictæ. l. 45. Tauri non competit ei qui intra ſex menſes à morte vltimi Maioratus poſſeſſoris propoſuit, & occupationis rerum Maioratus illud non intentauit.ibid.col.2.n.56
remedium dictæ.l.45.Tauri vtrum competat ei qui intra ſex menſes actionem ineptam propoſuit, & poſt ſex menſes actionem aptam intentauit. 435. col.1.nu. 57





remedium dictæ. l. 45. Tauri vtrum competat ei qui intra ſex menſes actionem aptam propoſuit, illam tamen intra illud tempus aduerſario intimari non fecit. ibid.n.58
remedium dictæ.l. 45. Tauri vtrum competat ſequenti ſucceſſori in vita vltimi poſſeſſoris, quando ipſe vltimus poſſeſſor alii ſucceßionem Maioratus prætendenti poſſeßionem bonorum Maioratus tradidit. 435.col. 1.n.59
remedium dictæ.l. 45. Tauri datur vocato ad ſucceßionem Maioratus abſque Regia facultate inſtituti. ibi. num.61
remedium quod interim appellatur proponi poteſt in interdictis poſſeſſoriis.437.col.2.n.70. Quod non procedit in remedio.d.l.45.Tauri.nu.71. Niſi fuerit timor ſeditionis aut ſcandali.nu.72
Remittens odium & rancorem, poteſt nihilominus actiones iniuriarum intentare & exercere.212.col.2.n. 12
Renunciatio legitimæ facta à filiis iuramento interueniente, valida erit.193.col.1.n.5
renuntiatio iurata facta à maiore ratione læſionis vltra dimidiam non reſcinditur, niſi ea læſio enormißima ac grauißima ſit.195.col.1.n.18
renunciatio vltra dimidiam in magno exceſſu quæ dicatur.ibid.
renunciatio.l.2.C.de reſcin.vend.non tollit remedium dictæ legis, quandò læſio in magno exceſſu vltra dimidiam contingit.ibid.n.19
renunciatio etiam geminata non tollit dictæ. l. 2. remedium, quando læſio grauißima fuit.ibid.n.20
renunciatio iurata facta ſimpliciter à minori reſcinditur ratione læſionis vltra dimidiam, niſi expreſsè iurauerit etiam ratione læſionis vel ex alia cauſa illam non impugnare.ibid.n.21
renunciatio iurata facta à filia valida eſt, etiam ſi à parente ex ea nihil receperit.197.col.1.n.31
renuncians paternæ hæreditati, nullo ob id accepto inconſultè nec eſt iuſta cauſa, nec habens aliũde ſe alat, poteſt ratione enormißimæ læſionis renunciationem reſcindere.ibi.col.1.n.33
renunciatio iurata vtrum ob ſuperuenientiam filiorum reuocetur.ibid. n.37
renunciatio legitimæ facta aliquo ob id accepto non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum. 198.col.1.n. 38
renunciatio legitimæ ſeu hæreditatis iam delatæ gratis facta ex ſuperuenientia liberorum reuocatur. ibid.n. 40
renunciatio hæreditatis nondum delatæ gratis facta, vtrum ex ſuperuenientia liberorum reuocetur. ibid.nu. 41
renunciatio facta à filio vtrum nepotibus ac cæteris eiuſdem deſcendentibus noceat.199.col.1.n.47
renunciatio ſecunda criminis à Principe impetrata, vtrum valeat ſi in ea non fuit facta mentio de prima. 207.col.2.n.52
Repetitio maſculinitatis quando & qualiter facienda ſit.41.col.1.n.26
repetitio maſculinitatis facienda eſt in Maioratibus, in quibus ratio conſeruãdæ agnationis expreſſa vel ſubintellecta eſt.380.col.2.n.58
repetitio conditionum quæ ad Maioratus perpetuitatem neceſſariæ ſunt facienda eſt in omnibus caſibus, ſiue ipſa conditio ſit contra ius, vel præter ius, vel odiũ vel fauorem contineat.41.col.1.n 24
repetitio conditionum inducenda non eſt niſi in certis caſibus & certis qualitatibus concurrentibus.ibidem num.25
repetitio maſculinitatis excluditur vbi Maioratus inſtitutor in prima vocatione adiecit hæc verba, quod tunc & eo caſu habens illam qualitatem ſuccedat. 382.col.1.n.67
Repræſentationem non admitti niſi in his quæ iure hæreditario deferuntur, qualiter intelligendum ſit. 391. col.1.n.40
repræſentatio admittitur in ſucceßionibus in quibus linea recta & iure Primogenituræ ſuccedendum eſt, etſi iure hæreditario non deferantur.391.col.1.numer. 41
repræſentatio admittedda eſt in iuribus patronatus & anniuerſariis atque Emphyteoſi iure Primogenituræ relictis. 391.col.1.n.42
repræſentatio ſemper admittitur in feudo, etiam ſi iure hæreditario non deferatur.391.col.1.n.47
repræſentatio in Maioratibus tranſuerſalibus conceſſa, abſque graduum reſtrictione intelligenda eſt.395.col. 2.n.10
repræſentatio admittenda eſt in his bonis quæ iure Maioratus à Rege Henrico ſecundo nobilibus Hiſpaniæ donata fuerant.396.col.2.n.12
repræſentatio vtrum in Regia ſeu dominica conceßione admittenda ſit.ibi.n.13
repræſentatio admittitur in Primogeniis non ſolùm ex vltima voluntate, ſed etiam ex contractu inſtitutis. 397.col.1.n.14
repræſentatio iuxta formam.l.40.Tauri admittenda eſt in feudo, Emphyteoſi, iure patronatus, anniuerſariis iure Maioratus relictis.ibi.col.2.n.19
repræſentatio vtrum in fideicommißis familiæ relictis admittenda ſit.ibi.n.20
repræſentatio non datur in fideicommißis familiæ relictis inter filios fratrum, quando ipſi inter ſe, non autem cum patruis ſuccedunt.398.col.1.n.21
repræſentatio ex verbis ambiguis non excluditur.400. col.1.n.1
repræſentatio non excluditur ex coniecturis, niſi expreſſa & clara diſpoſitio ad id interueniat. ibidem numero 2
repræſentatio excluditur ex coniecturis quæ ex verbis eliciuntur, ſi adeò præciſa ſunt, vt ad aliud referri non poſſunt.ibi.col.2.n.5
repræſentatio neptis vtrum excludatur ex Maioratu fœminas propter maſculos excludente.401.colum.1. num.7
repræſentatio neptis excluditur ex Maioratu in quo fœminæ propter maſculos remotiores excluduntur.ibid. num.8
repræſentatio ſemper admittenda eſt in fideicommiſſo familiæ cognationis ſeu propinquis relicto, etſi in eo iure hæreditario non ſuccedatur.391.col.1.n.44
repræſentatio neptis non excluditur ex Maioratu admittente fœminas in defectum maſculorum eiuſdem lineæ & gradus.401.col.2.n.10
repræſentatio vtrum excludatur ex eo quòd Maioratus inſtitutor præceperit quòd ſuccedatur ſalua gradus prærogatiua.403.col.2.n.16
repræſentatio vtrum excludatur ex eo quod Maioratus inſtitutor vocauerit proximiorem ad Maioratus ſucceſsionem.401.col.2.n.11.
repræſentatio gradum neque alterat neque corrumpit. 403.col.1.n.17
repræſentatio vtrum excludatur ex vocatione filii Maioris.ibid.n.18
repræſentatio vtrum excludatur ex vocatione filii Primogeniti ſuperſtitis.ibid.n.20.

reputatio nobilitatis & generis ad minus debet eſſe per decennium.306.col.2.n.31. Niſi cauſetur quaſi poſſeſſio ex actibus ex minori tempore.n.32
Res quam iure retractus Maioratus poſſeſſor ex cauſa Maioratus acquiſiuit, an ipſius Maioratus efficiatur. 164.col.2.n.8
res Maioratus vtrum remaneant obligatæ pro debitis contractis ex ædificiis neceſſariis perpetuam ipſarum vtilitatem concernentibus.70.1.n.18
res feudalis ad longum tempus locari non poteſt. 140. col.2.n.19
res mobiles pretioſæ loco immobilium habentur.270.co. 2.n.8
res ſemel effecta alienabilis perpetuò remanet alienabilis.449.col.2.n.31
res Eccleſiæ ſemel conceſſa in Emphyteoſim in perpetuum durat Emphyteotica.ibi.n.32
res ſemel effecta alienabilis non efficitur ſemper alienabilis, quando alienationis probibitio in rem, non autem in perſonam dirigitur.ibi.n.33
res ſemel effecta alienabilis non durat perpetuò alienabilis, etiam quando alienationis probibitio perſonalis fuit, dummodo cauſa fuerit realis.ibi.col.2.n.35
res Maioratus ſemel ex Regia facultate, vel aliàs licitè alienata perpetuò alienabilis efficitur.ibi.n.37
res empta ex pecunia redacta ex alia re Maioratus, vel pretium eius an ſubrogetur & intret in eius locum. 481. col.2.n.24. & n.29.30. & 482.nu.31
res empta ex pretio feudi, ſeu ipſum pretium non ſubeunt vicem pretii, niſi expreſsè actum ſit.ibi.n.26
res empta ex pecunia redacta ex alia re ſumit eius qualitatem.ibid.n.27
res empta ex pecunia redacta ex re patrimoniali, an efficiatur patrimonialis.ibi.n.28
res empta ab aliquo ex pecunia aliena, vel ſimpliciter vel nomine proprio, fit ſua.ibi.col.2.n.34. & 35
res ſubrogata in locum rei venditæ Maioratus cum omnibus qualitatibus prioris ſubrogatur. 483. col.1.nu. 36
res ſuccedens in locum alterius rei fideicommiſſariæ, dicitur fideicommiſſaria.ibi.n.37
res ſubrogata in locum bonorum donatorum à Rege Henrico ſecundo, quæ vulgò dicuntur Enriqueños, ſortietur illorum naturam.ibi.n.38
res Maioratus alienata ſi poſteà vendicetur, vel reſcendatur, venditio an ad Maioratum redeat, vel maneat libera. 484.col.2.n.46
res ſubrogata in Maioratu in locum venditæ ſi vendicetur vel euincatur ab aliquo, qualiter conſulatur Maioratus poſſeſſori.484.col.2.n.47. & 485.col.2.nume. 49
res pupilli ex decreto Prætoris pignorata poteſt à creditore ſine nouo decreto vendi.486.col.1.n.2
res alienari probibita ex ſententia alienabilis efficitur. 503.col.1.n.1
res non poteſt alienari, quando concurrit legis & hominis probibitio, etiam in caſu aliàs permiſſo. 167.col.1. nu.15
Reſcriptum ſecundum impetrans derogatorium primi, debet facere mentionem de quacunque clauſula notabili primi reſcripti.475.col.2.n.31.35
reſcriptum ſecundum impetrans non tenetur facere mentionem de clauſula quæ nulla eſt vel exceptione elidi poteſt.ibi.n. 32
reſcripta quæ à communi ſtylo deuiant, de falſitate ſuſpecta eſſe cenſentur.530.n.68
reſcripta Principum ſecundum iuſtitiam fori ac poli interpretanda ſunt, etſi id verba non patiātur. 181. col. 1.num.13
reſtitutionis fideicommiſſi præuentio donatio eſt.205.col. 2.n.33
Reſeruatio vſusfructus ad hoc vt de eo poſſit in vita diſponi, non validat omnium bonorum donationem. 272 col.2.n.24
reſeruatio modici vſusfructus, vel alterius modicæ quantitatis, non validat omnium bonorum donationem. ibid.n.25
Reſtitutio à Principe ex mera gratia facta abſque tertii præiudicio interpretanda eſt.353.col.2.n.15
Reuerendiſſimus dominus Didacus de Simancas Pacenſis Epiſcopus libellum de Hiſpaniæ Primogeniis edidit.in Præfatione.354.col.2.n.25
Rex Henricus ſecundus inſtituit plura Primogenia inter nobiles huius Regni.in Præfatione.n.16
rex poteſt aliquando donare & alienare bona Regni, quod facere non poteſt Maioratus poſſeſſor.19.col.1.n. 18
rex ſucceſſor vtrum ſtricto iuris rigore teneatur debita Regis prædeceſſoris ſoluere.387.col.1.n.12
rex conſentiens alienationi, quando videatur rem liberam facere.483.col.2.n.42
rex & Princeps quilibet eſt in ſua domo.11. colum.2.numer.2
Romanus Pontifex non poteſt illegitimum legitimare vt in bonis temporalibus ſuccedat, niſi legitimatus ratione iuriſdictionis temporalis ſibi ſubditus ſit.9. col. 1.num.1
romanus Pontifex poteſt legitimare illum qui ex matrimonio de facto contracto natus fuit, ſi ſuper radice matrimonii diſponit illud legitimum fuiſſe declarans.ibid.n.11

S

Satiſdatio in rebus Maioratus non ceſſat, ex eo quòd earum poſſeſſio de manu alterius capienda non ſit. 106.col.1.n.8
Satiſdatio ſemel remiſſa amplius peti non poterit, etiam ſi Maioratus poſſeſſor dilapidet.ibi.n.9
ſatiſdatione remiſſa poterit Maioratus poſſeſſor petere à iudice, vt præcipiat ne dilapidatio fiat.ibi.n.11
ſatiſdationibus ſuperfluis vtendum non eſt.107.col.1.nu. 12
ſatiſdatio in Hiſpanorum Maioratibus etiam pro rebus immobilibus præſtanda eſt.ibi.n.15
ſatiſdatio præſtatur à Maioratus poſſeſſore etiam notoriè idoneo.ibi.n.16
ſatiſdatio à proximiore Maioratus petenda eſt.ibidem.n. 20
ſatiſdationem calumnioſè petere videtur is, quem alius antecedit.ibi.n.20
ſatiſdationem petit remotior proximiore negligente, vel exiſtente abſente, vel impedito ibi.n.22
ſatiſdatio pro rebus Maioratus qualis eſſe debeat. ibid. col.2.n.24
ſatiſdare non tenetur Maioratus poſſeſſor, quando eſt de liberis primi gradus inſtitutoris einſdem. 108. col. 2. num.31
ſatiſdatione à principio præſtita non tenetur Maioratus poſſeſſor ex ſola ſuſpicione dilapidationis iterum ſatiſdare.107.col.2.n.23
ſatiſdatur ſemper ex diſpoſitione teſtantis, ex diſpoſitione autem contrahentis non niſi ex cauſa.105.colum.2. num.7
ſatiſdandum qualiter ſit, vbi Maioratus ſucceſſio ex contractu defertur.105.col.1.n.3

ſcien-



Scientia non eſt probanda in immemoriali præſcriptione. 225.col.2.n.15
Scriptura Maioratus ambigua declaratur ex lapſu decem annorum.232.col.2.n.57
ſcripturæ ſolennitas vtrum in Maioratus inſtitutione requiratur.251.col.1.n.1
ſcriptura in fideicommiſſo & etiam in feudo non requiritur.ibi.col.2.n.5
ſcriptura publica requiritur in promiſſione quam parentes faciunt de non meliorando aliquem ex filiis ſuis, ad hoc vt ea promiſſio irreuocabilis ſit.252. col. 2.nu. 13
ſcripturæ traditio operatur tranſlationem poſſeſſionis, & Maioratus irreuocabilitatem.452.col.1.n.10
ſcriptura an ſit neceſſaria in facultate Regia ad bona Maioratus alienanda.477.col.2.n.47
Semel hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres.446. col.1.n.10
Sententia ſuper rebus Maioratus lata non præiudicat. illi cum quo lata eſt quando colluſio interuenit. 505. col.2.n.8
ſententia lata in remedio poſſeſſorio quod ex l. 45. Tauri competit, vtrum pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio.228.col.2.n.21
ſententia lata ſuper vſuris nondum decurſis valet. 439. col.1.n.2
ſententia venalis nulla eſt, ſiue is in cuius fauorem pronunciatur, ſiue alius eo ignorante iudicem corruperit. 215.col.2.n. 42
ſententia cum Maioratus poſſeſſore lata cæteris ſucceſſoribus non citatis, nec etiam per proclama nec per edictum præiudicat.164.col.1.n.3
Sepulchrum & ius ſepulchrorum, atque ius inferendi mortuum in ſepulchrum, qualiter inter ſe differant. 157.col.1.n.36
ſepulchrum authoritate Epiſcopi conſtructum vendi ſeu pignorari non poteſt.ibi.n.40
ſepulchrorum quædam familiaria, quædam hæreditaria ſunt.158.col.1.n.41
Sequens Maioratus ſucceſſor poteſt in vita poſſeſſoris Emphyteoſim in re Maioratus expreſsè alienari probibita conſtitutam reuocare.145.col.2.nu. 35
Seruitutem conſtituens ſeu eidem conſentiens non poteſt petere eius reuocationem.137.col.2.n.18
ſeruitus in re expreſsè probibita alienari conſtitui non poteſt etiam ad vitam conſtituentis. 136.col.2.nume. 10
ſeruitus in rebus Maioratus acquiſita an Maioratui cedat.165.col.2.n.12
Sylua cædua quæ ſit.146.col.1.n.1
ſylua aut nemus vtrum poſſit à Maioratus poſſeſſore extirpari, & in aliam formam redigi.ibi.col.2.n.7
Similitudo ſecundi Moiaratus poſſeſſoris & fideicommiſſarii in quo conſiſtat.102.col.2.n.14
Solennitas contractus ſufficit, ſi interueniat in Maioratu reuocabili ex contractu inſtituto, & non eſt neceſſaria ſolennitas vltimæ voluntatis. 82.col. 2. nume. 18
ſolennitas requiſita præſumitur ex temporis diuturnitate, etiam ſi in inſtrumento non appareat. 237. col.1. n.74
ſolennitates requiſitas in inſtrumento non interueniſſe, qualiter ex ipſo inſtrumento comprehendatur. ibid. num. 73
ſolennitatis adæquatio non eſt cauſa ſufficiens ad hoc vt in codicillis poſſit hæredes inſtituere.257. col.1.nume. 31
ſolennitas eadem quæ requiritur in actu conficiendo requiritur in reuocando.473.col.1.n.14
Spatium temporis immemorialis tantum poteſt quātum Imperator.225.col 2.n.14
Spes futuræ hæreditatis ſomnium ſolet appellari. 94.co. 1.n.33
Spurius non dicitur eſſe de domo, familia agnatione ſeu cognatione.26. col.1.n.45
ſpurius ſuccedere poteſt in Maioratu habente dignitatem annexam.91.col.1. n.16
ſpurius paternæ ſucceſſionis incapax eſt. 288.col.1.num. 27
ſpurius ſicut non poteſt à patre inſtitui, ita neque ſubſtitui.ibi.n.28
ſpurius directè nec indirectè à patre capere poteſt. ibi.n. 29
ſpurius non poteſt à parente vocari ad Maioratum ex Regia facultate, etiam poſt filiorum legitimorum vocationem, ibid.n.30
Status quæſtio differtur vſque ad tempus pubertatis, etiam vbi bonorum poſſeſſio Carboniana non competit.431.col.1.n.36. & idem in bonis Maiorarus eo loco. n.37
ſtatus triplex in quo poteſt eſſe lis ſuper fœminarum excluſione, conſideratur.368.col.2.n.37
ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos ſunt fauorabilia reſpectu agnatorum, & odioſa reſpectu fœminarum.125.col.1.n.4
ſtatuta facta à Præſide & Rectoribus ciuitatis mortuo Præſide non expirant.161.col.1.n.14
ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non aliter habere locum poteſt, quam relictis filiabus dotibus ſeu alimentis competentibus.181. colum.1. nume. 12
ſtatutum continens idem quod ius commune dicitur ius commune, non autem ſtatutarium.182.colum. 2.num. 21
ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, vtrum excludat monialem.282.col.1.n.81
ſtatutum excludens fœminas propter maſculos extendi poteſt de caſu ad caſum ex identitate rationis, ſi ratio expreſſa ſit in ſtatuto.372.col 2.n.4
ſtatutum excludens matrem defuncti propter patruum, non habet locum in patruo magno. 373.colum.1.nume. 11
ſtatutum excludens patruum non extenditur ad amitam.ibi.2.n.14
ſtatutum excludens matrem propter fratrē defuncti, non cenſetur excludere illum propter ſororem.ibi.
ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non cenſetur factum ea ratione conſeruandæ agnationis, niſi ea ratio expreſſa ſit in ſtatuto.374.col.2.n.27
Et ratio ſola non præſumitur, niſi probetur.n. 28
ſtatuta Galliæ & Italiæ ſunt contra ius commune in eo quòd transferunt poſſeſſionem defuncti in hæredem abſque apprehenſione.422.col.1.n.9
ſtatuto iubente lites compromitti, an poſſit in rebus Maioratus fieri compromiſſum, vel tranſactio.511.col.1.n. 28
ſtatutum loquens de traditione habet locum in conſtituto.452.col.1.n.6
ſtatutum permittens aliquem teſtari, dummodo aliquid faciat, non cenſetur teſtamentum annullare ſi illud non fiat, ſed datur actio ad illud implendum.321.col.2. nu.26
ſtatuentes arma deferri in ornamentis Eccleſiæ donatis, vel in capillis, ſi ex iactantia id faciant, meritum amittunt, non tamen ſi ad alium rectum finem id tendat.316.col.2.n. 49

Stylus

Stylus Hiſpaniæ vt mortuo Prælato Concilium præcipiat quòd taxentur ea quæ in bonis Epiſcopatus deteriorata ſunt, & ſoluatur æſtimatio ſucceſſori.169.col.2.n.3

Subhaſtatio intra quod tempus ſit facienda. 41.col.1.nu.27

Subrogatio bonorum Maioratus in eadem prouincia, non in alia fieri debet, nec aliter facultas concedenda eſt. 137.col.1.n.13

ſubrogatio bonorum in loco remoto, licet eiuſdem prouinciæ, non eſt facienda in Maioratu.ibid.n.15

ſubſtitutionem allegans illam probare debet.18.col.1.nume.5

ſubſtitutio de caſu ad caſum extenditur ex veriſimili teſtantis voluntate.2.col.2.n.24

ſubſtitutio facta alicui ſi ſine liberis deceſſerit, expirat eo decedente cum liberis, etiam ſi liberi ſine liberis moriantur.38.col.2.n.16

ſubſtituti citandi ſunt in cauſæ probatione, vbi aliquid in eorum præiudicium à Principe diſponitur. 53. col.2. num. 33

ſubſtitutio exemplaris quæ non ſeruato ordine à lege ſtatuto facta fuit, ipſo iure nulla eſt.287.col. 1.num. 13

ſubſtitutio facta alicui ſi ſine liberis deceſſerit, expirat ſi filius legitimatus ſuperſit.357. col.1.n 2

ſubſtitutus ſub conditione ſi alter ſine liberis deceſſerit, non tenetur probare illum ſine liberis deceſſiſſe, niſi conſtet aliquo tempore illum liberos habuiſſe.408.co.2.n.22

ſubſtitutio illius qui in locum alterius vocatus eſt, ceſſat donec eſt ſpes quòd in primo locum habere poteſt. 412.col.2.n.19

ſubſtitutiones ſeu donationes tot reſultant ex Hiſpanorum Primogeniis, quot perſonæ ad eorum ſucceſſiones vocantur.4.col.2.n.17

ſubſtitutio non expirat in Hiſpanorum Primogeniis poſſeſſore cum liberis moriente, ſed bona eius ad ſequentem vocatum deferuntur, ſi liberi eius ſine liberis moriuntur.39.col.1.n.18

ſubſtitutus ſub conditione ſi alter liberos non habuerit, non poteſt ſuccedere donec eſt ſpes quòd primus liberos habere valeat.412.col.2.n.20

Subſtantialia non ſupplentur in inſtrumento, ſi à partibus omittantur, etiam ſi apponi ſolita ſint. 530. col.1. n.67

Succeſſor Maioratus quo remedio vti debeat vt aduerſus Maioratus poſſeſſorem ſibi iuramentum in litem deferatur.174.col.1.n.10

ſuccedendum eſt in fideicommiſſo relicto familiæ ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato. 406.col. 1. numer.7

ſucceſſor in Maioratu liber remanet ſi moritur qui requirendus erat pro conſilio contribuendo.307.col.2.n.41

ſucceſſor Maioratus an teneatur ante apprehenſionem poſſeſſionis cauere de conditionis implemento, & re cum fructibus reſtituenda, quando vera conditio in diſpoſitione appoſita eſt.295.col.2.n.25

ſucceſſio Maioratuum Hiſpaniæ regulatur ſecundum Regni ſucceſſionem. 10.col.2.n.17

ſucceſſio Regni & Maioratus ſemper vna eſt, niſi inſtitutor aliud diſpoſuerit.11.col.1.n.21

ſucceſſor in Regno & Maioratu tenetur ſoluere debita pro eiuſdem vtilitate contracta.14.col.1.n.16

ſuccedere iure Francorum quid ſit.46.col.2.n.4

ſucceſſor vniuerſalis non ſemper iure hæreditario ſuccedit.51.col.1.n.15

ſucceſſio Maioratus quæ à ſucceſſore indigno aufertur, cui deferenda ſit.60.col.2.n.25

ſucceſſor Maioratus ex quinta bonorum, vel ex re certa inſtituti, vtrum ad debita inſtitutoris teneatur.67.co.2.nu.8

ſucceſſor Maioratus qui redemit annuum redditum ſuper bonis Maioratus Regia facultate præcedente impoſitum, poteſt aliũ annuum redditum eiuſdem quantitatis ſuper ipſis bonis abſque Regia facultate imponere.71.col.2.n.26

ſucceſſor Maioratus vtrum teneatur ad ſoluenda debita vltimi poſſeſſoris, ſi ea modica ſunt, eiuſdémque conſcientiæ exonerationem contingant. 73. col.2. numero 34

ſucceſſionis capacitas in dubio præſumenda eſt, niſi contrarium probetur.95.col.2.n.58

ſucceſſor Maioratus dicitur fideicommiſſarius improprio & largo modo.102.col.2.n.12

ſucceſſor Maioratus non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem.139.col.1.n.3

ſucceſſio obliqua quæ ſit.101.col.1.n.3

ſucceſſio Iudæorum quæ à lege Primogenitis defertur, Primogenium etiam legis appellari poterit.187.co.2.num.6

ſucceſſio ex electione antiquis temporibus frequenter ſeruari ſolebat in fideicommiſſis familiæ relictis. 201.col.1.n.2

ſucceſſio Maioratus non capitur ab vltimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore, etiam vbi vltimus poſſeſſor ſucceſſorem elegit.202,col.1.n.6

ſucceſſor non poteſt vti titulo prædeceſſoris abſque vitiorum acceſſione.236.col.2.n.72

ſucceſſor Maioratus grauatus aliquid adimplere, non aliàs vocatus in caſu contrauentionis nunquam cenſetur vocatus, & fructus reſtituet.295.col.1. numero 20

ſucceſſor Maioratus nullum ius habet, niſi ab eo inſtanti quo ſibi dies ſucceſſionis ceſſit, & ideò fructus præteriti ad eum non pertinent.296.col.2.n.30

ſucceſſor Primogenii iuſſus contrahere cum aliqua, ſi cum alia contrahat poſt delatam ſucceſſionem, & ea defuncta illa cum qua iuſſus fuerat cõtrahat, non paret conditioni: ſi verò tempore ſucceſſionis ſit defuncta impletur conditio. 304 col.1.n.16

ſucceſſore Maioratus requiſito à ſequenti vt contrahat cum qua iuſſus eſt, & nolente, defertur ſucceſſio ſequenti: nec primus poterit voluntatem mutare. 304. col.2.n.18

ſucceſſor Maioratus prohibitus cum aliqua contrahere tenetur conditionem adimplere, aliàs ſucceſſione priuatur.306.col.1.n.28. Niſi mulier tempore matrimonij probatiſſimi generis & opinionis reputetur, & defectus qui poſteà compertus fuit iuſtè potuit ignorari.ibi.n.29. Ignorantia probabili & iuſta & præcepto in vim modi adiecto.ibid.n.30. Et reputatio nobilitatis & generis ad minus debet eſſe per decennium. ibi. 31. Niſi cauſetur quaſi poſſeſſio ex actib. minori tempore.ibi.n.32

ſucceſſor Maioratus qualiter ad delationem nominis & armorum aſtringendus ſit.311.col.2.n.13

ſucceſſor duorum Maioratuum quorum quilibet nominis & armorum delationem contineat, antiquioris arma modernis præferre debet.314.colum. 2. num.36. Niſi modernior Maioratus ſit maioris qualitatis & excellentiæ.ibid.numer. 37. Vel niſi modernior procedat ex parte patris, antiquior verò ex parte matris. ibid. nu.38

ſucceſſor tenetur adimplere iuramenti conditionem de modo implendo, ſi leges Primogenij modum, & non veram conditionem inducant.298.col.2.n.47

Succeſſor in duobus Maioratibus non aſtringitur præciſè ad prælationem antiqui nominis & armorum, ſed conſuetudine pro ſuo arbitrio ea deferet.315.colum. 1. numero 45

ſucceſſor in duobus Maioratibus quorum quilibet delationem armorum ſimpliciter contineat, an in vtroque ſuccedat.313.col.1.n.28

ſucceſſio Maioratus ex duobus ex vno vtero natis cui adiicienda ſit quãdo neſcitur quis eorum primo natus fuit.365.col.2.n.19

ſucceſſione Maioratus in vnam lineam ingreſſa non poteſt fieri tranſitus ad aliam 411.col.1.n.10

ſucceſſio Maioratus ad quem deferenda erit, quãdo diſpoſitio eſt in pendenti.413.col.2.n.35

ſucceſſor Maioratus vtrum ante apprehẽſionem actualis poſſeſſionis valeat poſſeſſionem ex actu ficto in alium transferre.423.col.2.n.25

ſucceſſor Maioratus qui ſemel bonorum ipſius Maioratus poſſeſſionem apprehendit, vtrum poſſit in Regio conſilio remedium tenutæ proponere. 427. colum. 1. num.8

ſucceſſio Maioratus duobus modis conſideranda eſt, vno quando Primogenitus naſcitur, altero verò quãdo ſuccedit.390.col.2.n.36

ſucceſſio Maioratus pluribus ordine ſucceſſiuo delata, primis morientibus, ſequentibus ex propriis vocationibus defertur 390.col.2.n.39

ſucceſſor Maioratus non poterit tertium à rerum Maioratus poſſeſſione expellere abſque iudicis authoritate. 422.col.1.n.12

ſucceſſor Maioratus qui timet quòd ſibi copia probationum deperire valeat alis remediis vti poterit. 440. col.1.num.16

ſucceſſor Maioratus non poteſt viuente poſſeſſore ſuper eius ſucceſſione actionem proponere. Ibid.n.17

ſucceſſio Maioratus nõ poteſt auferri deſcendentibus, & deferri tranſuerſalibus.525.n.53

ſucceſſoribus Maioratus non citatis non ſolùm nocet ſententia, ſed etiam omnia acta iudicij. 504. colum.1. num.4

ſucceſſores Maioratus poſſunt appellare vel ſupplicare, vel appellationem vel ſupplicationem proſequi quando Maioratus poſſeſſor id non fecit. 506. columna 1. num.10

ſucceſſor Maioratus non tenetur ſoluere hæredibus prædeceſſoris pecuniam ex tranſactione aduerſario ſolutã. 510.col.1.n.24.& 25

ſucceſſor Maioratus præcepto delationis nominis & armorum omiſſo ab inſtitutore Maioratus vtrum teneatur arma & nomen inſtitutoris deferre. 315. colum.1. num.46

ſucceſſor Maioratus vtrum ſit priuandus ſucceſſione ex cauſa ingratitudinis poſt mortem inſtitutoris Maioratus aduerſus ipſum inſtitutorem contingenti.63.col.1. num.43

ſucceſſor an reuocet alienationẽ in vita alienãtis ex prohibitione alienationis in Maioratu in contractu inſtituto facta.85.col.2.n.33

ſucceſſor Maioratus poteſt ex ſylua cædua arbores excidere, dummodo in cædendo vſum conſuetum non excedat.146.col.1.num.2


T


Tabellio creatus à Maioratus poſſeſſore, vtrum eo mortuo deſinat eſſe Tabellio.161.col.1.n.17

Tempus ſemper cenſetur adiectum fauore hæredis, non fideicommiſſarij. 113.col.2.num.27

tempus immemoriale vtrum ſemper conſuetudinem, non autem præſcriptionem inducat. 225. columna 2. num.12

tempus Maioratus inſtitutionis ſeu aditionis, vel mortis inſtitutoris in Maioratuum ſucceſſione conſiderandum non eſt 354.col.1.n.10

tempus mortis vltimi poſſeſſoris non eſt conſiderandum, quando de contraria voluntate teſtantis conſtat. 413. col.1.num.23

tempus mortis non eſt conſiderandum in diſpoſitione conditionali, ſed tempus impletæ conditionis. Ibidem. num.24

tempus mortis vltimi poſſeſſoris quoad proximitatẽ in patronatibus, anniuerſariis, feudo, atq; Emphyteoſi & fideideicommiſſo iure Maioratus relictis conſiderandũ eſt.414.col.2.n.42

temporis antiquitas facit vt præſumatur aſſenſus Regius in feudi alienatione.515.col.1.n.11

tempus factæ renunciationis conſiderandũ eſt cùm de læſione agitur etiam ſi ex poſtfacto parẽtum facultates excreuerint.196.col.2.n.29

Tenor diſpoſitionis derogat Maioratus naturæ. 11. col .2. num.27

Terminus proximiori aſſignandus eſt ad alienationis reuocationẽ vt remotior illam eo lapſo reuocare poſſit. 446.col.2.num.14

terminus ſex menſium de quo in l.9.titu.7.lib 5.noui Ordinamen vtrum currat contra minores, abſentes & ignorantes 435.col.2.n.60

teſtamentum factum ab eo qui nõ cogitabat de ingreſſu, vtrum ingreſſu Monaſtrij reuocetur. 264. colum. 2. num.44

teſtamẽtum quod reuocatur ex ingreſſu monaſterij facta expreſſa bonorum dedicatione eidem monaſterio vtrũ reuocetur quoad omnia, ſeu ſolùm quoad inſtitutionẽ. 265.col.1.n.48

teſtamentum factum à monacho cogitante de ingreſſu, nõ reuocatur ex ingreſſu monaſterij ſiue aliquid fuerit relictum monaſterio, ſiue non Ibid.n.49

teſtamentum primum vt tollatur per ſecundum facienda eſt mentio clauſulæ derogatoriæ in primo contentæ. 477col.2.num.30.& 33

teſtamentum iam factum confirmatur ex licentia ſuperueniente.490.col.1.n.34

teſtamentum nulla via irreuocabile fieri poteſt etiam iuramento de non reuocando accedente nec ex Principis facultate.451.col.1.n.2

teſtator qui nõ poteſt cautionem remittere, vtrum poſſit præcipere vt hæres fideiuſſorem pauperem accipiat. 407.col.2.n.28

teſtator qui integrã hæreditatem reſtitui iuſſit, vtrum cẽſeatur Falcidiæ, aut Trebellianicæ detractionem prohibuiſſe.119.col.2.n.15

teſtator poteſt vni vſumfructum legare & alteri proprietatem deducto vſufructu.133.col.1.n.36

teſtari non valens ſi in graui infirmitate conſtitutus donet videtur facere id in fraudem teſtamẽti.274. col.1. num.38

teſtatus & inteſtatus non poteſt quis mori quoad tẽpus, ſicut nec quoad bona.411.col.2.n.15

teſtator relinquens bona ſua propriæ agnationi ſeu familiæ per verba tractum ſucceſſiuum denotantia, ex eo cẽſetur Maioratum inſtituere.49.col.2.n.23

teſtator qui reliquit bona ſua vt in eis ſuccedatur ordine Primogenituræ, cẽſetur Maioratum inſtituere.32. col. 1.num.32

teſtator qui reliquit bona ſua maſculis ſuæ familiæ, cenſetur inter eos Maioratum inſtituere.Ibid.col.2.nu. 35

*Teſtis qui depoſuit ſe vidiſſe aliquid fieri publice, vtrum cenſeatur deponere de publica voce & forma.33.col.1.n.36*
*teſtes bonæ famæ requiruntur ad præſcriptionis Primogenij probationem.228.col.1.n.29*
*teſtes deponentes de immemoriali præſcriptione, cuius ætatis eſſe debeant.230.col.1.n.40*
*teſtis cuius ætatis eſſe debeat, vt dicatur doli capax.230 col.2.n.41*
*Teſtis 14.annorum vtrum deponere poßit de his quæ vidit in minori ætate.ibid.n.42*
*teſtis vnus ſufficiet, vt alimenta lite pendente præſtentur.334.col.2 n.40*
*teſtium defectus admittendi ſunt quando agitur de poſſeßione concedenda, vel auferenda.437.col.1.n.66*
*teſtium impugnatio admittenda eſt in remediis poſſeſſoriis.ibid.n.68*
*Theſaurus ad vſumfructuarium non pertinet.148.col.1.num.2*
*theſaurus donum Dei dicitur.ibi.col.2.n.5*
*theſaurus in re Emphyteotica vel feudali inuentus non pertinet domino directo, ſeu Emphyteotæ, ſeu vaſallo.ibid.n.7*
*theſauri inuenti dimidia pars vero fundi domino competit.ibi.col 1.n.3*
*theſauri inuenti in fundo Maioratus vtrũ dimidia pars quæ domino ſoli competit, Maioratus poſſeſſori deferenda ſit.ibi.n.1*
*theſauri inuenti in fundo dotali conſtante matrimonio, vtrum dimidia pars competat viro, an vxori.ibid.nu.2*
*Tiraquellus inter omnes iuris interpretes copia allegationum atq.rerum congerie primatum obtinet.199.col.2.n.43*
*Titulus Maioratus, eſt titulus vniuerſalis non particularis, etſi non ex verbis vniuerſalibus, ſed tantùm particularibus conſtet.168.col.2.n.19*
*titulus vitioſus ſeu illegitimus præſcribentes in mala fide conſtituit.235.col.2.n.66*
*titulus reprobatus à iure non conſtituit præſcribentem in mala fide in caſibus in quibus error iuris bonam fidem inducit.236.col.1.n.69*
*titulum oſtendere non debent hi qui ex immemoriali præſcriptione iuuari poſſunt.237.col.1.n.75*
*titulum illegitimum habens ex quo præſcriptio excluditur, tenetur in conſcientiæ foro vel liti cedere, vel illum oſtendere.ibi.col.2.n.76*
*titulus qui habetur pro non titulo, non impedit remedium poſſeſſorium.434.col.2.n.55*
*titulus ſi de momentanea poſſeßione fuerit appellatum, in his Regnis atq.etiam in Gallia non ſeruatur.428.col.2.n.19*
*Tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem.440.col.1.n.14*
*Traditione rerum Maioratus ab inſtitutore facta irreuocabilis fit.451.col.2.n.3*
*Traditione ficta quæ fit per conſtitutum, vtrum Maioratus fiat irreuocabilis.ibid.*
*traditio vnius tantùm rei ex contentis in Maioratu, an ſufficiat ad eius irreuocabilitatem, an verò omnium neceſſaria ſit.454.col.1.n.21*
*traditio facta de vna re quando agitur de acquiſitione alicuius iuris, operatur illius acquiſitionem etiam quoad alias.455.col.1.n.26*
*Tranſuerſalis qui à Rege Pelagio non deſcendat, non poteſt ſuccedere in Regno Hiſpanorum.397.col.2.nu.18*
*tranſitus de vna linea ad aliam propter maſculos nõ fit in Maioratu & in Regno.13.col.2.nu.9*
*tranſactio & compromiſſum æquiparantur.507.col.1.num.1*
*tranſigi vel compromitti an poßit ſuper bonis Maioratus.ibid.n.2*
*tranſactio vel compromiſſum ex ſententia ſeu præcepto iudicis, an valeat in rebus Maioratus.511.col.1.num.29*
*tranſactio ſeu compromiſſum ſuper fideicommiſſo valet ex conſenſu eorum quorum fauore alienatio prohibita eſt.ibi.col.2.n.31*
*tranſigere poteſt hæres ſuper re fideicommiſsi.507.col.2.nu.4*
*tranſactio fieri poteſt quando dubitatur an res ſit iudicata, vel non.508.col.2.n.6*
*tranſactio vel compromiſſum ſuper rebus alienari prohibitis fieri non poſſunt.ibi.n.8*
*tranſactio & compromiſſum ſuper rebus Maioratus cum facultate Regia ex legitima cauſa conceſſa fieri poſſunt.509.col.2.n.20*
*tranſactio ſeu compromiſſum ſuper Maioratu admittuntur, dummodo res Maioratus apud poſſeſſorem maneant, pecunia vel alia re aduerſario data.510.col.1.n.22.23.26*
*tranſactio minoris vel Eccleſiæ quomodo valeat, re de qua litigatur apud eos manente.ibid.col.2.n.27*
*tranſactione vel compromiſſo confirmatis authoritate Regia, an poßit contra ea agi, vel exceptione vti.511.col.2.n.32*
*tranſactio vtrum reſcindi poßit ex enormißima læſione, vel vltra dimidiam.ibi.n.34*
*Trebellianica detrahitur ex fideicommiſsis vniuerſalibus, ex ſingularibus verò Falcidia.116.col.1.n.1*
*trebellianicæ detractio vtrum liberis primi gradus prohiberi poſsit.119.col.1.n.12*
*Triplex ſtatus in quo poteſt eſſe lis ſuper fœminarũ excluſione conſideratur.368.col.2.n.27*

V

*VAlentia actus reſpectu cauſæ efficientis non poteſt pendere, ſed potentia paſsiua ſic.68.col.2.n.19*
*Valor rei minuetur ex onere fideicommiſsi ſibi iniuncto.204.col.1.n.20*
*valor rerum Maioratus qualiter conſiderandus ſit ad ſecundam ſupplicationem interponendam.134.col.2.n.43*
*Variatio vbi permiſſa eſt eligens ſemel tantùm variare poterit.205.col.2.n.36*
*variare vtrum poſsit is cui facultas eligendi ad Maioratus ſucceſsionem conceſſa eſt.204.col.2.n.22*
*Vaſallus in re feudali poteſt ad vitam ſeruitutem conſtituere.136.col.1.n.3*
*vaſallus vtrum poſsit in re feudali vſumfructum imponere.ibi.n.7*
*vaſallus non poteſt rem feudalem in Emphyteoſim nec libellum concedere.144.col.2.n.32*
*vaſalli Regis qui in Regno Caſtellæ vocentur.95.col.1.n.48*
*vaſallus an poſsit compromittere & tranſigere ſuper feudo.507.col.2.n.5.& 508.col.1.nu.9.& 509.col.2.nu.19*
*Vbi eſt eadem ratio nõ dicitur procedi per extenſionem, ſed per comprehenſionem.28.col.2.n.12*
*Venditio quæ decretum iudicis requirit, in publica ſubhaſtatione facienda eſt.477.col.1.n.45*
*venditio bonorum Maioratus in caſu permiſſo abſque dolo & cum minimo incommodo fieri debet.486.col.2.nu.4*
*venditione permiſſa an poſsit res Maioratus pignorari, vel hypothecæ ſubiici.487.col.1.& 2.n.10.15*
*vendendi licentia non extenditur ad alienandum tranſactionis cauſa.Ibid.num.12*
*venditionis verbo etiã in diſpoſitione exorbitanti & ſtricti iuris omnis actus alienationis comprehẽditur.488.col.2.n.17*
*venditionis permißio quando ad alias alienationis ſpecies extendatur.Ibid.col.2.n.21*
*venditio immobilium nõ niſi in defectum mobilium fieri debet.501.col.1.n.24*
*vena in fundo Maioratus inuenta an cedat lucro Maioratus poßeſſoris.149.col.1.n.8*
*Verbum Maioratus à ſolis Hiſpanis vſitatur, nec inuenitur apud Latinos ſcriptores.2.n.3*
*verba directa obliquantur ex teſtantis voluntate.4.col.1.num.13*
*verba generalia diſpoſitionis declarantur ex ratione adducta in procœmio.28.col.1.n.30*
*verba de maiori ad maiorem vel de Primogenito in Primogenitum, & alia ſimilia inducunt Maioratus coniecturam.33.col.2.n.39*
*verbum ſimpliciter prolatum in materia perpetua nõ verificatur in prima vice, ſed in infinitum protrahitur.39.col.2.n.20*
*verba appoſita in priuilegio non intelliguntur de primo actu, ſed perpetuò locum habent.Ibid.*
*verba impropriãda non ſunt quando ex propria ſignificatione ſuſtineri poſſunt.51.col.2.n.18*
*verbum dono appoſitum in teſtamento non inducit donationem inter viuos, ſed legatum 80.col.1.n.3*
*verbum directum obliquatur.101.col.1.n.4*
*verba Maioratuum inſtitutorum ſecũdum ius intelligẽda atque interpretanda ſunt.104.col.1.n.21*
*verbum alienationis vbi tractatur de pœna, ſtrictè accicipiendum eſt: vbi autem de fauore, latè.137.colum.2.num.17.*
*verbum reuertatur ex lata ſignificatione comprehendit ius quod denuò acquiritur.198.col.2.n.45*
*verba liberam facultatem denotantia quæ ſint.211.col.1.num.2*
*verbum volo ad actum licitum & permiſſum, nõ autem ad actum regulatum ex voluntate corrupta referendũ eſt.213.col.1.n.17*
*verba ex quibus comprehenditur electionem non voluntati, ſed arbitrio commiſſam eſſe.216.columna 2.num.49*
*verbum fiat prolatum à Regiis conſiliariis qui Regię Cameræ præſunt non eſt tanti effectus prout verbum fiat à Principe prolatum.247.col.2.n.59*
*verbum filiorum in materia odioſa comprehendit poſthumos, vbi in aliqua parte teſtamenti verbum filiorum ad poſthumos relatum inuenitur.283.colum.2.num.85*
*verbum filiorum nepotes non comprehendit, vbi gradus vel affectio conſideratur.289.col.1.n.35*
*verbum maſculus fœminam maſculo deficiente comprehendit, vbi eadem ratio in maſculo & in fœmina cõcurrit.376.col.1.n.34*
*verba quæ ex ſui natura ſolent maſculos & fœminas cõprehendere, de ſolis maſculis intelligenda ſunt, quando ratio cõſeruandæ agnationis in Maioratu expreſſa, vel ſubintellecta fuit.376.col.2.n.38*
*verbum maſculus de maſculis ex fœmina deſcendẽtibus intelligendum eſt, quando Maioratus à fœmina fuit inſtitutus.375.col.2.n.29*
*verbum filiorum fœminas non comprehendit, vbi Maioratus inſtitutor de maſculis & fœminis diſcretiuè diſpoſuit.379.col.2.n.55*
*verbum ſupraſcriptis vel ſupradictis inducit maſculinitatis repetitionem.381.col.2.n.64*
*verbũ* Repreſentem la perſona de ſus padres, *in l.40. Tauri appoſitum vtrum ad gradum proximitatis, ſeu ad qualitatem Primogeniturę referendum ſit.391.col.2.num.48*
*verbum ſucceßio ſucceſſorem vniuerſalem & particularem, & ſucceſſorem ex contractu atque ex vltima voluntate comprehendit.397.col.1.n.15.*
*verba Maioratus quòd non tranſeat dominium nec poſſeßio in vocatũ, donec impleat quòd ſibi iniũctum fuerit, nec dominium nec poßeßio ciuilißima in eum tranſit.294.col.2.n.17*
*verba tunc & eo caſu reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum.400.col.2.n.4*
*verba tunc & eo caſu qualiter intelligenda ſint.401.col.1.num.6*
*verbum proximus & verbum proximior idẽ ſunt.402.col.1.num.12*
*verba quæ poſſunt referri ad teſtatorem & ad grauatũ, ad teſtatorem referenda ſunt.406.col.2.n.10*
*verba impropriãda nõ ſunt ad iurium correctionem 432.col.2.n.42*
*verbum quodcunque ſi apponatur in donatione iurium & actionum quod denotet effectum & perfectionem actus, habet vicem ceßionis.457.colu.1.n.39*
*verbum Maioratus omnes ſubſtitutiones comprehendit quæ neceſſariæ ſunt ad hoc vt bona perpetuò in familia conſeruentur.19.col.1.n.14.*
*veriſimile pro diſpoſito habetur in Maioratuum diſpoſitionibus.98.colum.2.numer.90.& 479.colum.2.num.6*
*Veteris teſtamenti inſtituta in Primogenitura potiùs ætatis prærogatiuam, quàm cæteras qualitates ſequũtur.219.col.1.n.62*
*Veſtes quę ex ſtatuto deferri prohibentur, ſub legato veſtium non comprehenduntur.98.col.2.n.87*
*Vicarij ſeu locũ tenentes ab inferioribus à Principe creati, vtrum habeant iuriſdictionem ordinariam 160.col.1.num.11*
*vicarius Epiſcopi ex iuris diſpoſitione habet ordinariam iuriſdictionem.Ibid.num.13*
*vidua luxurioſè viuẽs priuatur tutela filiorum.63.col.2.num.49*
*vidua quæ adulterium poſt mortem mariti cõmiſit, perdit medietatem lucrorum cõſtante matrimonio acquiſitorum.Ibid.col.1.nume.50.Et filiorum ſucceßionem.num.51.Et facultatem ſibi à marito conceſſam vt pro ipſo teſtetur.num.52.Et officium executricis teſtamẽti mariti.num.53*
*vidua luxurioſè viuens marito atque eius animæ iniuriam irrogat.64.col.1.n.54*
*vidua luxurioſè viuens vtrum perdat dotem, ac ſi marito viuente adulterata fuiſſet.Ibid.num.55*
*Vltimo loco vocatus ad fideicommiſſum poteſt bona fideicommißi alienare, in eiſdemque hæredem extraneum inſtituere.17.col.2.1*
*vltimus Maioratus poſſeſſor cui electio ad eius ſucceßionem commiſſa eſt, poteſt filium ſuum in poteſtate eligere.209.col.1.n.60*
*vltimi poſſeſſoris ſucceßione in Maioratibus non agitur, ſed primi inſtitutoris.406.col.1.n.4*
*vltimus Maioratus poſſeſſor non poteſt ſequentem in bonis ipſius Maioratus hæredem inſtituere.51.colum.2.num.20*
*vltimus Maioratus poſſeſſor non poteſt antiquas leges & conditiones ipſius Maioratus mutare nec nouas adiicere.Ibid.num.21*
*vltimus ex familia poteſt antiquo Maioratui nouas cõditiones adiicere.52.col.1.n.24*

# Index.

*Vltimo loco vocatus ad Maioratus ſucceßionem poteſt iure Primogenituræ liberè cedere.354.col.2.n.24*

*vltima opinio quando videtur approbatur ab Accurſio 488.col.2.n.23*

*Vnitas ad conſeruationem ſubiecti, dualitas verò ad eiuſdem deſtructionem ordinatur.74.col.2.n.5*

*Vniuerſitas cuiuſlibet ciuitatis ſeu oppidi appellatur Reſpublica.95.col.2.n.54*

*Vnus actus ſucceßionis vtrum ſufficiat, an plures requirantur ad Primogenij præſcriptionem.227.col.2.nu. 24*

*vna ratione legis deficiente, ex alia ſuſtinetur. 111. col.2. nu.11*

*Vocatus ad Maioratus ſucceßionem ſub conditione negatiua admittendus non eſt, niſi prius conſtet contrariam conditionem affirmatiuam adimpleri non poſſe. 412.col.1.n.16*

*vocati cenſentur ordine ſucceßiuo plures vocati per copulam in diſpoſitione habente tractum ſucceßiuum. 37.col.1.n.6*

*Vocatus vltimo loco poteſt bona fideicommißi alienare in eiſdémque hæredem extraneum inſtituere.17.col.2. num.1*

*vocato ad Maioratus ſucceßionem acquiritur actio vtilis ſine ceßione, ex acceptatione notarij. 463.col.1.nu. 68*

*Voluntas quæ non tranſit in diſpoſitionem conſideranda non eſt.18.col.1.n.6*

*voluntas præſertim in fideicõmißis dominatur, ea quòd potiùs quàm verba ſemper attendenda eſt.19. col.2.n. 19*

*voluntas quæ non tranſit in diſpoſitionem, attenditur, ſi ea ex aliquo verbo etiam generali ac improprio deduci poßit.22.col.1.n.28*

*voluntas teſtantis quòd voluerit Maioratum inſtituere, comprehenditur ex his quæ dixit ante teſtamentum. 33.col.2.n.40*

*voluntatis quæſtio ex arbitrio iudicis pendet. ibidem nu.41*

*voluntas & poteſtas actus humanos perficiunt.155.co. 1.n. 24*

*voluntas euidens dicitur illa quæ ex cõiecturis elicitur. 368.col.2.n.39*

*voluntas teſtantis vt in Maioratu vel fideicommiſſo ex electione ſuccedatur, captatoria non eſt. 201. colum.2. num.3*

*voluntas etiam in contractibus verbis præfertur.20.co. 1.num.20*

*Vox eligendi eſt fructus veri dominij.159.col.1.n.2.*

*Vſus loquendi vtrum probandus ſit ad ſciendum an ſub appellatione legitimorum legitimati comprehendantur.360.col.2.n.33*

*Vſusfructus parenti in bonis Maioratus filii familiàs competens expirat morte filii.131.col.2.nu.20*

*vſusfructus temporalis verus vſusfructus eſt. ibi.col.2. num.21*

*vſusfructus ad tempus conſtitui poteſt, quamuis aliæ ſeruitutes ad tempus conſtitui non poßint.ibi.n. 22*

*vſusfructus perceptionis prohibitio ex mente etiam inſtitutoris colligi poteſt.132.col.2.n.31*

*vſusfructus perceptione prohibita vtrum commoditas percipi poſsit.133.col.1.n.33*

*vſusfructuarius ſeruitutem imponere non poteſt.135.col. 2.num.1*

*vſusfructus non confiſcatur in vita poſſeſſoris, vbi expreſsè alienatio prohibita eſt. 136.col.2.n.9*

*vſusfructuario vtrum competat ius patronatus.152.co. 1.n.4*

*vſusfructus rerum Maioratus ab eius poſſeſſore redempti, an ipſius Maioratus efficiantur. 164.colum.2 num.9*

*vſusfructus in rebus Maioratus cum proprietate cõſolidatus, an ipſi Maioratui cedat.168.col.1.n.18*

*vſusfructuarius ex diſpoſitione legis vtrum differat ab eo qui ex diſpoſitione hominis vſumfructum habet 171.col.2.n.11*

*vſufructuarius tenetur facere inuentarium. 173. col. 2. num.8*

*vſusfructus reſeruatione transfertur poſſeſsio & Maioratus irreuocabilis.452. col.1.n.9*

*vſusfructus bonorum Maioratus tranſit in fiſcum durante vita poſſeſſoris, qualitérque hoc intelligendum ſit.519.col.2.n.11*

*vſusfructus perceptionem prohibere vtile erit in Maioratibus.133.col.1.n.34*

*vſusfructuarij ad Maioratus poſſeſſorem arguitur, vbi eadem ratio concurrit, & qualiter id intelligatur.47. col.n.8.Idem de marito, Prælato, & aliis ſimilibus. 48.col.1.n.11*

*Vxor vtrum abſque licentia mariti poſsit Primogenium inſtituere.249.col.1.nu.3*

*vxor non poteſt facere donationem cauſa mortis abſque viri licentia.ibid.n.4*

*vxor vtrum poſsit Primogenium reuocare abſque viri licentia.ibid.col.2.n.5*

*vxor quæ ſecundas nuptias contraxit, non poteſt Primogenium inſtituere ex arris ſeu aliis lucris conſtante matrimonio acquiſitis.277.col.2.n.62*

*vxor quæ ſecundas nuptias non cõtraxit, vtrum ex arris ſeu donatione propter nuptias valeat Primogenium inſtituere.278.col.2.n.64*

*vxor vel alius creditor qualiter ſibi conſulant vendendo pignus, ne fructus ſortem conſumant.487.col.1.numer.8*

Aliqua notabilia quę apponuntur ſub literis, A, B, & C, ſub aliis literis inuenientur, quia dupliciter notantur, vt clariùs vnuſquiſque poſſit inuenire.

FINIS.